Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ
ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ
ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ
ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

LVCIANI
SAMOSATENSIS
PHILOSOPHI OPERA
OMNIA QVÆ EXTANT.

Cum Latina doctiſſ. virorum interpretatione.

I. BOVRDELOTIVS cum Regiis Codd. aliiſque Mſſ. contulit, emendauit, ſuppleuit.

Adiecta ſunt eiuſdem BOVRDELOTII, THEODORI MARCILII, *eloquentiæ Profeſſoris Regij*, GILBERTI COGNATI *Notæ.*

Cum indice locupletiſſimo, in quo omnia in hoc opere notatu digna deprehenduntur.



LVTETIÆ PARISIORVM.

Apud P. LVDOVICVM FEBVRIER, in monte D. Hilarij, ad inſigne Iuſtitiæ

M. DC. XV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

P.B.&F.



NOBILISSIMIS ORNATISSIMIS, &c.

PETRO GOBELINO,
ET
BALTAZARO PHELIPÆO,

IO. BOVRDELOTIVS S.



MENDVM à me cura duplici Lucianum cur vobis offeram (Nobiliſſimi) dicere paucis decreui, ne ſolùm cauſæ inter nos dictæ videantur, quibus multis nominibus vobis obligatum ſoluere conatus ſim: has tamen cauſas vt exequar, animus hæret anxius, nec priorem audet eligere, ne poſterior maior appareat, nec poſteriorem probare, ne prior anteponenda ſit. Primum enim ſuperficiem ſolo cedere, & ita Lucianum in veſtro ſolo rediuiuum vobis deberi, cauſa præcipua cenſeretur, ni potior videretur muneris mei ratio, Clariſſimorum virorum, patrum veſtrorum innumera in me beneficia. Nec inter cauſas ſilebitur veſtra beneuolentia, qua nihil gratius nihil acceptabilius vſquam mihi fore credibile eſt. Potuit inter eas non leuior cauſa numerari Herculeus veſter in litteras Græcas labor, quo cuncta volumina vobis peruia incredibili celeritate feciſtis, & inter illa Lucianum amplexi eſtis, tum ob floridiorem prato ſcripturam, tum ob profundiorem humanitatis litterariæ fundum, tum ob perfectè Atticam ſcribendi facultatem, ob prouerbia pene omnia in eo comprehenſa, incredibile ac pene diuinum in aptandis perſonarum nominibus ingenium, & rerum omnium variegatam ſcripturam. Quis enim attigit ita ſingula, vt ille omnia compleuit? Quis ad illius ſales & venuſtam ſcribendi licentiam vſquam accedere auſus eſt?

Transeo mirum illud in attexendis operi suo poëtarum & oratorum veterum gemmis, vt centones sui aliena Tyria longè fulgeant splendidiores. Vidi vidi ipse cùm vna in eo legendo versaremur quanta facilitate autoris mentem præcurreretis, & sæpe cum aliorum stupore etiam meo miratus sum, qua naturæ dote atque industria, Homerum, Hesiodum, Euripidem, & innumeros alios deprehenderetis inter miranda furta Luciani. Sed inter muneris mei rationes virtus vestra non tam sibi locum quærit, quàm adepto gloriatur. Cùm enim raram faciat virtus cum scientia mixturam (ex paucis enim eruditis paucissimi boni sunt) incredibile est virtutes in vestrum pectus cum scientiis agminatim concurrere, ducibus pietate & vigilantia. Hæc omnia dum inter causas offerendi vobis Lucianum numerare pergo, pergat ætas ventura, & infractus ordo fatorum peragat, vos inter primos & florentissimos Galliæ proceres felici omnium voto constituere,

Talia secla suis dixerunt currite fusis
Concordes stabili fatorum numine Parcæ.

His proceribus vt quàm primùm annumeremini Deum Optim. Max. veneror, vt ardorem vestrum suis auspiciis secundet, eúmque voti reum faciat, qui pro virtutum & studiorum vestrorum fœdere votum suscipit,

Vobis addictissimus I. Bovrdelotivs.

AD LVCIANI

SAMOSATENSIS PHILOSOPHI OPERA,

IOANNIS BOVRDELOTII

PRÆFATIO.

PRISCIS & rudibus philoſophiæ ſeculis, cùm liberalis ſincerúſque candoris amor mentes omnium ad deſiderium ſui pelliceret, vigebant artes ingenuę, creſcebant vt in fertili ſolo rerum bonarum ſemina, ſolúmque certamen inter mortales erat, ne quid ad emendationem vitæ profuturum diu lateret. Omnes huius temporis heroës ad vitam dirigendam pari deſiderio & voluntate concinebant. Tum naturaliũ germinum ferax propago paulatim cum ętate deficiens, & ad pariendum annis tardata, ex iſto naſcentis veri deſiderij lumine vitam ſumebat beatiorem, & convaleſcebat: omnia ſibi perfectionis gradum poſcebant. Tum ſtudioſi ſapientię inter experimẽta ſeneſcebant, & vt ad inuentionem poſſent ſufficere, ter ſuccis purgantibus animos detergebant. Quidquid intentatum inexploratúmque, inter ipſas naturæ delicias deliteſcebat, hi virtutis & vtilitatis publicæ ſoliciti, audaci ſed fortunata cupiditate ſcrutabantur. Itaque tẽporis breuiſſimo ſpatio certum fuit ad virtutem, vt ingenium, ita voluntatem plurimùm poſſe. At verò tenues illi & potionum remediis defecati ſpiritus, qui vbi ſunt ibi non ſunt, vbi non ſunt ibi eſt eorum animus, nullam aliam ſibi proponebant horum omnium laborum mercedem, quàm ex multis artibus à ſe inuentis, & humano generi profuturis, plura inſuper cumulatiùs addere, & parturientem naturam ſedula ſagacitate iuuare. Inde naſcebatur communis ſed non vulgaris perfectionis compoſitio, cui variis diuiníſque modis Deus videbatur occurrere, fauebátque diuino illi concentui, quem naturæ bonitas & ingeniorum ſimplex delineatio, cum philoſophia & virtute componebant. Et quoniam his quatuor cohærentibus & concatenatis, alterum alterius auxilio vigebat, ideo perpetuus eorum tenor manebat, qui fracta non frangebatur ſenectute, non caſibus corruebat, non molleſcebat vitiis, ſed, vt erat recti regula, creſcebat & ſuſtinebatur: Nulla ibi diſcordia niſi ex qua philoſophica hæc harmonia & perfectior fieret & diuinior: Imo quo plures in vnum voces concinebant, eo propiùs cœlorum & beatorum ſpirituum concentum æmulari videbantur. Durauítque tandiu ſeculum illud amœnitatis philoſophicæ, quandiu norma concentus obtinuit, qui videbatur non niſi cum

ipſa natura ipſiſque ſideribus, quorum aſpectu fouebatur, deſiturus. Tum reges ipſi depoſitis majeſtatis inſignibus, vt philoſophi fruebantur nomine, ita gloriabantur: magis philoſophicis gaudebãt conatibus, quàm bellicis ſtratagematis ſuperbiebant, magíſque auditorium conuenientium philoſophorum quàm palatium paraſitis & ſcurris ſordidatum colebant. Nullos purpura faſces comitabatur, niſi qui ad philoſophicæ huius venerationis templum ducerent. Inter ipſos admirantiũ virtutem duces & profeſſores, ipſi orbis principes, de ciuili philoſophia, de virtutibus rerum & perſonarum, de recta viuendi ratione diſſerebant. Cæteri qui fortuna & conditione regali poteſtati ſubmittebantur, ſua inſuper commoda philoſophiæ ſubmittebant. Omnium huc recidebat conditio, quòd videri volebant faſtus & fortunæ vultum alacrem ſpernere, ne virtutum ſemina ſpernerent. Qui quoquo modo virtutem fecerat illuſtriorem, continuò currebat ad opes, illas ingenij quæ arbitrio virtutis & induſtriæ conſiſtebant, ex paupere ſolus diues, Imperator vnicus. Hæc tum ſola perfectæ regiæque vitæ notatio, amori virtutis addictum eſſe. Quid enim aliud erat ſub talibus votis philoſophia, quàm virtutum omnium cumulata perfectio? Cætera mortis erant: hæc ſola diis immortalibus in cœlis aſſidebat, in terris imperabat potentioribus. Non enim ſincerus ille rerum bonarum effectus circa infelicia vocabula, nõ circa futiles interrogationes, verborúmque portenta verſabatur, ſed orbicularis illa virtutis perfectio, his artibus ſolùm gaudebat quibus humana ſocietas & rerum bonarum exemplar emendatius fieret & ſanctius. Sed aliquis fortè an quæreret quibus conditionibus, quibúſque periculis, iretur ad eam quam reges ipſi ambiebant diſciplinam: eorum voluntatem ſibi placere, qui bona ac mala iuxta exiſtimant: non defeciſſe in eo virtutis ſtudium, ſi cõditio proponatur. Quiqui es qui deſiderio virtutis accenderis, accipe ſtatuta, quæ non æreis tabulis inſcribebantur, ſed æterna nec deletili memoria mandabantur. Salutato Lycæi limine, delibatóque auditorij atrio mellitæ illæ voculæ occinebant auditoribus, quæ quondam Cupidinis dominæ famulari dicebantur, recitabántque Deorum monita, hymnos Naturę, atque diuina illa carmina quę mentes etiam vacuas tenuiſſent. Deinde paululum vltro procedentibus, ſyderalis illa cœlorum moles, veluti quodam ingenio & machina patebat, vbi omnis citra inuidiam rerum bonarum cumulus, hilaris Deorum aſpectus, rerum omnium ad ſatietatem expletio, & cætera quæ illis dicenda relinquo qui pridem ſideribus viam affectarunt. Nec tamen ad illa ſidera & cœleſtem illam metam multi aſcendendi gradus, ſed aliquo modo difficiliora ea videbantur, quæ in vnoquoque graduum deprehẽdebantur: his tamen difficultatibus occurrebant præcones philoſophiæ, virtutíſque myſtagogi, qui ardua illa & aſpera mellitis verborum globulis ſtomacho conciliabant auerſo. Quæ autem difficilia vocaui, erant eiuſmodi: Parentibus quidpiam imperantibus obediſſe, aliquid meditatione ſua reperiſſe, vel alterius demonſtratione didiciſſe, attẽtè laudationes heroum, naturæ miracula, & præcepta virtutis audire. hic primus ad deos aſcenſus, hi primi philoſophi characteres. His pręceptis initiatorum animus primùm frugalitate firmatus vires exercebat, ſine huius laboris exercitatione torpore languen-

tes. His ita per triennium ordinatis, & ingeniis harum herbarum ſucco adoleſcentibus, & primis laborum victoribus, alia ponebat virtus præmia. Sanata ſimultate, reconciliata gratia, aliquos ex inimicis & infenſis amicos & familiares reddere, alterius conſcientiam ſuámque vitio quodam maculatam luſtraſſe, nihílque vſquam tale commiſſurum aſſeueraſſe virtuti; ſcalæ philoſophicæ gradus ſecundus erat; in quo materies firmãdi pectoris per aliud triennium, illos deorum alumnos ſonoris voculis nutriebat. Iam robuſtioribus, & firmato inter hęc experimenta pectore, ad tertiũ gradum aſcenſus erat, qui quoniam paulo altior, ita quadriennium ponebat jn mora, quo ſequentia præcepta audiri, diſci, & vſu cõſequi poſſent. Igitur opem miſeriis, ſolatium calamitatibus, laboribus leuamentum adferre: plura inſuper virtutis munera, fortunę bona calcare, dignitates reſpuere, voluptates deſpuere, ſummã rerum in virtute ſtatuere. Quibus addebatur perfectionis cumulus, illum ſcilicet Deũm vitam accepturum, qui finem adimpleſſet, in quo reperiebatur diuinitatis origo, Amare quod expedit. Hęc onia cœleſtium vocũ erant prȩcepta, quę quoniam parua & pauca numero, eo faciliùs & alacriùs ad tramitis finem deducebant. Deinde non paruam omnibus addebant occaſionem virtutis ambiendę reges ipſi & principes, qui expanſis brachiis obuios quoſque & ignotos, ſine delectu ętatis, ſexus, conditionis, ad concentum illum vocabant, vel vt affectatę dominationis inuidiam declinarent, vel vt cum tenuioribus ſibi faciliorem methodum inſtituendę vitę proponerent. Quis ita tum ignauię perditę reus maluiſſet inter infelices voluptatum nequitias, inter mollia inertis & languẽtis ignauię brachia, inter profundam ſocordię voraginem, vitam ſilentio tranſdere, quàm ſe principibus permixtum agnoſcere? Quis ita torpore languidus & galeatorum leporum pater, hoc prȩlium mellitę militiæ recuſaſſet, in quo mulieres non minimam palmarum adoream referebant? Omnes eodem cogebantur, ſtudebántque ſua ſponte potiùs rectè facere quàm alieno metu. Atque vt omnes illi ex variis membris coniuncti iuxta naturæ legem coaleſcerent, ea vtebantur præceptorum regula, vt partes ęquis ſedibus ſubiacerent. In capite velut in arce conſtituti erant oculi, illi ſcilicet quorum virtus exhibebat ſolidum decus, & quibus inerat emuſſitata ſua ſibi indoles, qui fallacis auræ neſcij, ſolius deſiderio publicæ ſocietatis propagandæ flagrabant: hi quos Muſarum chorus & conſtans rationis propoſitum ſecernebant populo, vitam ad exemplum tanquam in ſpeculo proponebant: hi Socraticis madentes ſermonibus, officium ſuum in duo partiebantur, vt acquiſitione noua multorum ad hæc ſtudia cõuolantium fruerentur, atque partos diligenti cura tuerentur. Nam initiatos quos virtutis radiis accendere ſumma ope nitebantur, commonebant, vt à ſe ſocordiam omnem reiicerent, ſegnitiem amouerent, voluptates amolirẽtur, & ſe ad ingenium bonum frugémque meliorem reciperent. Nihil eſſe quod clariorem & diuiniorem vitam reddere poſſet, quàm præceptis illis ſe præbere morigerum, quæ manu prodiga omnia largiter profundunt, & quibus ſpes fallax ſolatio rediuiuo non blanditur. At perfectè inſtitutis obiiciebant, peccare nefas, aut pretium mori, peccantibus inſuper (qui in Oceano illo pauci apparebant) nudam virtutis imaginem, cuius contem-

platio quantum ſubtrahitur deſertorum oculis, tantum pectori ac pene intimis ſapientum ſenſibus implicatur. O incredibilem ac penitus diuinam audiendi cœleſtis concentus regulam! ô ſtupendum & omni miraculo longè maius virtutis effectum! his artibus mentes omnium velut vna manu & faſciculo comprehendebant ſupradicta quatuor concentus magiſteria, atque his artibus perfectam & cumulatam viuendi regulam complectentibus naſcentium animorum deſiderium ad amorem ſui ſolicitabant. Hoc fonte manauit Arceſilæ, hoc Pittaci, Cleobuli, Epimenidis, Pherecydis, nec multo pòſt Pythagoreorum omnium philoſophiæ complexa perfectio, ad quam ſectæ præpoſteræ quodammodo videbantur accedere. Sed equidem non multùm humanis conſiliis credendum eſt, & licèt humana ratio diuinitatis igniculis illuſtretur, fortuna tamen ſæpius ſuperat, ſuámque promouet rationem: Atque, ſi bene calculum ponas, ipſa in omni re dominatur. Cùm enim firmiora videbantur concentus vincula, nihílque vbicunque terrarum compareret, quod commiſſuras & ruinas huic iuncturæ poſſet infligere; tacita quædam fortunæ prauitas veluti tabes intimis medullis conglutinata, paulatim animis inſidebat, & miniſtris ſocordiæ & ambitioni præcipiebat, vt corpus illud philoſophicum intactũ & illęſum, nulliſque fortunæ ludibriis agitatum aggrederentur, veneno fallerent, occultum ignem inſpirarent. Hæ famulæ mandata dominæ alacres præuertebant. Quid fuit tum potentius, & ad euertendam illam philoſophiæ ſimplicitatem validius quàm ea deſertoribus exponere quæ coniuratis Catilina ſubiiciebat? Nouas tabulas, ſummas opes, infinitam luxuriam, opima ſpolia. Interea etiam feruor ille principiorum philoſophicorum paulatim vt cætera quibus ineſt violentum deferuebat, paulatímque cupidinis illius puri caſtíque ſtudium detumeſcebat. Iam pro labore deſidia, pro continentia & æquitate libido atque ſuperbia inuadebant, omnia in peius ac retro ſublapſa referebantur. In templis, vicis, cuneis, vbi pridem philoſophiæ parentabatur, deſidia, gula, auaritia & voluptatum vultus aſpici nimiùm lubricus inſidebant. In porticibus, in atriis, in omnibus aliis locis qui pridem philoſophiæ ſoli patebant, vt omnia vitium eſſet, huic ſoli claudebantur. Nulla ampliùs vaganti fræna licentiæ, omnia mollis inertia & teterrimus rerum bonarum odor occuparant, atque fœcundiùs nequiora proueniebãt ſerpentibus in dies perditis moribus, ipſáque errantium turba mutua ſibi patrocinia præſtabat. Iámque animi iuuenum ſocordiæ gelu conſtiterant acuto, iam vndique mores mali quaſi herba irrigua ſuccreſcebat. Atque, quod deterius eſt, in omni hac imperitiæ vulgaris cæcitate, qui aliquando diuinis præceptis imbuti à vera virtutis linea defecerant, hi erant digniſſimi in quos cateruatim omnia vitia confluerent. Apud eos licentia, qua deteriores omnes ſumus, erat præcipua religio, his vẽter Deus, philoſophiæ odium templum erat, vbi luxuriæ atque ignauiæ litabatur, apud eos conſpiratis factionum partibus, omnes quos in lucem ſiniſtra protulit natura, qui conſilij rationem effugerant, vt ſibi nociuum periculum concitarent, luxu perditi & proprij fundi calamitas, ſcelere collecti & immanitatis ſuæ terrore muniti, omnes quos furor cæcus, quos rapiebat vis acrior vel naturalis quidam & ingenitus prauitatis amor, omnes denique perditi pudoris & pro-

fligatæ famæ ad eos confugiebant, & veluti asylo facto conueniebant, ita successus perditorum alliciebat quamplurimos. Confluebant insuper apud eosdem quicunque se falsis exornabant laudibus, qui vitam in otio, in conuiuiis transegerant, &, vt vno verbo cæteros complectar, omnis victima nil miserantis orci. En quo luxuria & enerui corporis gressus miseros ciues perducebat! Inter quos reliquias virtutis & philosophiæ semina mittere quid fuisset aliud quæso, quàm

——floribus Austrum
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.

Ne tamen viderentur omnino virtutes vitiorum iniuria victę, quidam philosophiam antiquam adeptos esse simulabant, sed isti longè plus periculi quàm timoris superstitibus veris philosophis efficiebant, hi simulati & ambitionis fuco pullati, meo quidem penicillo videntur sic posse depingi. Spiritus erant corruptores iuuenilium ætatũ, viduarum, orborum, senum, huc illuc vagantes, bonorum extortores, legum contortores, sacrilegi, ganeones, parasiti, venefici, homicidę, adulteri, & semper aduersus sua vitia facundi, qui quotiescunque in conuiuio vel in aliis locis de vsu vitiorum facta mentio erat, tam vehementer excandebant, tam seuera tristitia violari aures suas obscœno sermone nolebant, vt priuatim vitio perditi, præstantissimi philosophi cognomine gauderent. Et quoniam sese olim in veram philosophiæ disciplinam tradiderant, sibi ridiculam eius imitationem assimilabant, & priscorum virorum incessum mentiendo, iuniores ad admirationem sui prouocabant. Iam enim vt exteriora priùs delineem, & curiosorum oculis subiiciam: coma vt plurimùm detonsa, frontes plurimis sulcis obliterati,

Hirsutumq́, supercilium, prolixáque barba
Et crurum tenus à mento palearia pendent:

Oculi perpetua seueritate condîti, vultus exercitati atque rigidi, labia liuore suffecta, rubiginosi dentes, & in ore plurimæ virtutum diffinitiones, quòd habitus differret ab habitione, quòd duæ negationes vnam facerent affirmationem: omnia, vel esse substantiam vel accidens: plura insuper verbula vocis asperitate contorta: sed sanè omnia

Pergula pictorum, veri nihil, omnia falsa.

Iam verò habitus totam & integram frugalitatem præ se ferens, centones miseri totísque ventorum concursibus peruij, lacera & futilis pera, nodosus baculus, nudi & laceri pedes, quis non negasset præ istis paupertinis nõ Irum Crœso locupletiorem? At interiora, dij boni! quænam monstra, quę-nam portenta! Si cui vnquam Ægyptiorum templa videre contigit, tales proculdubio agyrtas istos, mendaces aretalogos, & efferatos bipedes esse deprehendet. Ægyptiorum templa nihil habere videbantur quod à cæteris templis ea faceret aliena. Eadem enim porticus & atrij dispositio, eadem marmoris applicatio, ordo similis columnarũ, paris eleuationis fastigium, idem quoquo versus ambitus, sed & eadem adytorum contabulatio. At interiora hæc, pro Ioue pithecus, pro Minerua crocodilus, pro Venere porrum, pro Iunone cepe, pro Magnis Diis, terræ incrementa & furculi, pro cæteris, prodigia, nihilque monstrorum vbicunque est quod ibi non sit.

Eadem eſt proculdubio philoſophorum iſtorum notatio. Nam exteriora non multùm à ciuilibus moribus philoſophorum priſcorũ, & à maioribus traditâ diſciplinâ indumentorum diſcrepabant. At interiora, proh Iupiter! quis non monſtrorum talium congreſſum horruiſſet: Homines biſulci lingua quaſi proſerpens beſtia, vitiorum & periuriorum fontes, quorum fallax imago veri moros & moroſos homines reddebat, venenatę dipſades totam Africanam monſtrorum maliciem pectori claudentes. Iſti omnium & præcipuè ſui ſimilium inimici neſcio qua tamen fiducia mendaciis ſuis invicem credebant, & meritum inane vniuerſim iactantes imprudentibus, verboſis & mẽdacibus ſtrophis gloriam ſibi famámque poſcebant. Et quoniam animi vitia occolebant ſapientiæ fuco, ignotum atque incredibile eſt, quantam feneſtram ad nequitiem & prauos mores patefaciebant: occultè interim rerum bonarum merita & ſtudium virtutis ſupprimentes, imperium vitiorum & morum corruptelam ſupponentes. Et quoniam, vt diximus, verorum philoſophorum officium in duo partitum erat: ita peſſimæ iſtæ ſimiæ, mimíque paſtoritiâ fiſtulâ exſibilandi, officium ſuæ prauitatis in duo partiebãtur. Nam primùm ventum textilem atque operas aranearum fumúmque & cætera longè leuiora ventilabant, & ita ad ſe iuuenes verborum inanium ſtrepitu compellebant. Et poſt quædam fucatæ ſimulatæque virtutis argumenta obſcuriſſima, poſt vana & vacua ſomniorum interpretamenta, in adytis & reconditis execrandæ diſciplinæ fornicibus, malitiem & mollitiem profitebantur. Illius ſchola per media odia ſæuire, omnibus infenſum eſſe, reconciliatis inimicis nuſquam fidendum, auaritiem ſenioribus, prodigalitatem iunioribus, inter ſecreta philoſophiæ ſuæ præcepta tradebat. Scholæ huius primum & præcipuum ſtudium erat & profeſſio, perfectam & conſummatam voluptatem auditoribus præcipere, bonum & beatum in vitę fine deponere. Illos inter infelices Cornuti, Crocodiliti, Soritis, & mille ſimilium nugamentorum fabulas, & verborũ futilium ſonos inanes longa ſenectus ſeráque pœnitentia conficiebat, hos audax ignorantia æterno damnabat faſtu: hic Herculeam & Cynicam temeritatem profitendo impune conuitiis vrbes ſecabat & incolas: ille veteribus philoſophis aſſimilatus inceſſu atque habitu, præ ſe virtutes & homines odiſſe gloriabatur. Tantæ molis erat venerandam illam veritatis imaginẽ pedibus calcare. At verò ex iſtius oui peſſimi feturâ mox aliud ex alio malum naſcebatur, eóque longè omniũ peſſimum quòd videbatur ſucceſſione naſcentium diutiùs duraturum. Nam peſſimæ iſtæ & ſceleratiſſimæ harpyæ ad flagitia & ſtupra inter ſe coniunctę, nihil volebant inter mortales meliùs credi quàm quod ipſi putabant. Itaque iuuenes his prauis opinionibus ſuffarti, quíque lac auium iſtarum mulgebant, eodem cibo paſti, pari creſcebãt ambitione, ſimilíque faſtu ſuperbiebant. Sed licèt tetra illa & fœda ingeniorum calamitas, velut repentinum incendium animos hominum occupauiſſet: ſupererant tamen tanquam in Deucalionis arculâ quædam ignis diuini ſemina, quibus nec miſcebatur typho ille ambitionis & ſocordiæ, nec ingentia vagantis licentiæ maria hauſerant. Viuebant adhuc, inter pauciſſimas languentis philoſophiæ reliquias, naturæ perituræ lumina, quæ potiùs exemplo virtutis inuidiam ſui prouocabant, quàm cæ-

cos ad exitium præcipites in viam reducerent, vel errãtibus iter monſtrarẽt, inter illas minutias Epictetus, Fauorinus, Muſonius, Demonax, Nigrinus, & alij quidam boni, quibus tamen ſcientia potiùs quàm ſapiẽtia cordi erat, qui non à virtute vſquam dẽfecerant, ſed quoniã videbant omnia ſecus agi, atque ingenij duri & inexorabilis naturâ ad ruinam præcipitari, elephantorum exemplo taciti ſeruitutem deplorabant, & ſapientiã, quam palam profiteri non audebant, ſcientiæ nomine proponere conabantur. Verùm parua hæc & ad reſtituendam philoſophiam inualida & ſenilia corpora, quibus melior ſanguis defecerat. Laudabatur eorum conatus, & à ſapiẽtibus ad cælum laudibus efferebatur, ſed tamen inanis impetus vaneſcebat. Donec vnicũ exemplum cõtinentiæ LVCIANVS, vitiorum omnium inimicus, vnius virtutis & philoſophiæ completæ ſectator, cui

Nec viget quicquam ſimile aut ſecundum,

vbi rectum iter vitæ cœpit inſpicere, voluit cum ipſis ingeniis, ipſo fato, & ipſis, quod aiunt, Diis conflictari. Incitabãt ficti illi, quorum characteres expoſui ſuperiùs, philoſophi, qui materies omnium malorum extiterant. Primum enim in eorũ diſciplinam ſeſe tradiderat, vt à poëtis hiſtoricis, & oratoribus, toties decantatam verã virtutis viam per eos ingrederetur, & hac inuentâ illis frueretur commodis, quæ ſola vitam variis inuolutam amfractibus, variiſque rerum lenociniis occupatam, ad limam & lineam diregunt. Sed cùm per ipſos videret fortunam vitiorum vincere, ab ementito eorum habitu ſtatim deficere decreuit. Quid enim, dicebat ille renaſcentis amor philoſophiæ, turpius cenſendum eſt, quàm illis miſceri qui dignis moribus non poſſunt approbari? In hos igitur, quoniam erant prima mali labes, vt omnia in integrum reſtitueret, præcipuam ſcribendi aciem & arguẽdi vitij ſtilũ conuertebat: atque vt omnia faceret, hunc ſibi primum nouus Hercules non fictus Cynicus laborem propoſuit, collectas illas vitiorum caligines fugare, ſolem reducere, ſcilicet Aſtræam illã philoſophicam, mores detergere, medicorũ ritu ſaniem exſugere, corpus rediuiuum reddere: Denique tot veruecum capita nodoſo clauæ robore conterere. Impellebant inſuper ad ea ſummâ ope & diligentiâ proſequẽda corrupti totius orbis mores, & ciuitatis præcipuæ, quam diuerſa, genuina tamen inter ſe mala, luxuria atque auaritia, vexabant: rerũ omnium ordo turbatus atque ob nimiam vitiorum licẽtiam profligatus etiam feſtinanti calcar addebant. In hos igitur omnino illius liberrima procedebat indignatio, illos mordaci vero radebat: nihil intentatum relinquens, quo peruerſam illam malorũ naturã vel vinceret, vel ſanè ſuccumberet. Nam quæ ſuo tempore hominũ corruptelæ fiebant, dij veſtram fidem ad euertendam diuinæ rationis rempublicam peiora coniurauerãt, quæ vt omnia vegeti corpore ingenio vegetiore impugnaret, lingua illi nuſquã excidit: Quid enim aliud per hos dialogos quæritur quàm corrigatur error vt mortaliũ, acuãtque ſeſe diligens induſtria? Quid dixit aut quid tacuit, vt ingenia mortalũ ad acumen ſuſcitaret? vt turpem vitiorum labem elueret? Duritiem cordis incuſabat, accuſabat fœdas in vitiis volutationes, dicebãtque veluti nebulam ob oculos hominũ offuſam, nec cernere ſe niſi intra iactum lapidis valere: animos ita imo demerſos gurgite, vt in aquæ

ſummitate rurſum non ebullirent: perditionem humani generis omnium mentes occupauiſſe, ac ita præpediſſe ſomniculoſas, vt ſi quædam reſtarent in mortalibus ingeniis conſilia, ea tot variis errorum inuolucris obnubilata, vt proculdubio diuina quadam neceſſitate eſſe ſuperata viderentur. Illos verò blandis ſolabatur alloquiis quos dura fati miſeria videbatur proſequi, precabatúrque vt ſolùm ſarta tecta haberent philoſophiæ præcepta, diuitiarum & ambitionum gloriam fluxam atque fragilem eſſe, claram æternámque virtutem haberi, eam vnicam eſſe paſſionum humanarum medicinam: Mirandum imo potiùs demirandum omnes philoſophiæ imaginem temere aſſimilare, hanc in lacernis & inanibus verborum ſonis locare, diſciplinam regalem potiùs ad bene viuendum quàm bene dicendũ repertam, malè dicendo & peius viuendo contaminare, quodquo longè omnium peſſimum eſt, illâ ad opes & vanæ gloriæ tumorem abuti: diuitias velut onus tergoris, oneri magis eſſe quàm vſui, ad viuẽdum velut ad natandum eum eſſe meliorem, qui onere liberior, diuitũ faſtum ſimilem eſſe bullis in aqua tumeſcentibus, quibus quo inflatiores eo plus ventorum ineſt: limina ſuperba potentiorum ciuium coloſſis illis aſſimilari, qui magnitudine & mole ſua conſpicui ſunt, verùm intus claui trabales, poſtes tranſfixi, machinæ, tormenta: multis additis inſuper exemplis quaſi remediis & fomentis ægrotantium, nec ſatis mente firmorum dolorem euellebat. Sed aliis validioribus cogebat eos animos, qui non legibus magis quam naturâ valebant, vt ſua quiſq; exempla æqua ſorte pateretur, facilem eſſe bonorũ iacturam, ſed & facilem virtutis in ſe omnia cumulatè poſſidentis acquiſitionem. Satis ad bene beatéque viuendum illi fore in quo quædam virtutis vmbra, ſed magnum philoſophiæ deſiderium ſuperaret. Sed quoniam exemplũ vitæ ciuitati ſoli vel cuidã parti ſolùm prodeſt, ſcripta longè latiùs diuagantur, ſtatuit eam virtutis imaginem delineare, quam vniuerſo humani generis cõſortio profuturam credebat, niſi Vlyſſis exemplo mortaliũ aures cera fuiſſent obturatæ. Hanc omnibus ſuis partibus & extremitatibus abſolutam veluti virtutem ipſam ſcripta illius ſæpiſſimè propoſuerunt, ex quibus ſi eam mutuare voluerimus, facilis erit, poſt conſequutum & impletum deſiderium, coniectura vitæ perfectioniſq; Luciani, qui nudam virtutem effigiarit, cuius imago vix concipi ac ne cõſpici quidem poteſt. Nec enim aliter fieri potuit, vt virtus niſi à perfectiſſimo & penitus diuino ingenio pingeretur, acies illius, Solis acies eſt, quam ſi contẽpleris propius, hebetatur, ſi diutius intueris, omnis viſus prorſus extinguitur. Neceſſe igitur eſt vt qui ſimilem delineauerit, exẽplo Menippi, qui vt ad cœlos euolaret ſibi pennas aquilinas aptauerat, oculos aquilinos ſibi ſumpſerit, quibus diuini luminis fulgorem diutius poſſet ſuſtinere. Igitur ſi cui deſiderium pruriat diuinam illam imaginem intueri, per eum vnicum licet, qui perfectè illam effigiauit, vt videre eſt in diuinis & doctiſſimis illis dialogis quorum titulus IMAGINES, in quibus dum Pantheam Abradatæ coniugem effingit, virtutẽ præbet abſolutam. Sed non ſolùm virtutẽ efformandã decreuerat, verùm omnia inſuper quibus coniungi dea, & à quibus diſiungi ſolet. Ne igitur incomitata procederet, eximios viros vnicũ ornamentũ decuſq; ſeculi, addidit comites & aſ-

ſeſſeſores

ſeſſores NIGRINVM & DEMONACTEM, qui poſt virtutem decus omne temporis exiſtebant, & in quibus abſens virtus reperiri poterat. Et quoniam, vt diximus, nihil æquè regnum vitiorum adauxiſſe ac peſſima illa ganeonum colluuies videbatur, qui ſe philoſophos iactãtes, animos ad vitia ſolicitabant, virtutem abradebant, vitia ſupponebant, illorum exemplum imitati, qui ex inimicorum ſtatuis caput obtruncant, ſuam vel aliam ſuppingunt: vt virtutem ſuam æternâ & conſpicuâ ſede locaret Lucianus, voluit primùm à talibus monſtris vrbes eſſe vacuas, mentes quietas, libera ingenia, vt exemplo Domitiani edicto depellerentur. Vt autem facilè dignoſci poſſent, nec in poſterum cuiquam imponerent, contrariorũ exemplo quales eſſent, declarauit. Igitur qui veros philoſophos, quales erant illi quos paulo antè nominaui, à fictis & ſimulatis ſecernere decreuerit, exẽplum vtriuſque rei perfectiſſimũ habet in dialogis, VITARVM AVCTIO, PISCATORES, NIGRINVS. Quantum enim virtutis comites laudibus extulit, & æmulatione perſequutus eſt, tantum peſſimas illas & execrandas aues in his dialogis inſectatus eſt, vanos & fucatos eos clamitans, qui falſo ſe nomine iactarent, cùm non modò veram philoſophiam ignorarẽt, verumetiam planè diuerſa docerent. Nuſquam veris diſciplinis labia admouiſſe, ob quædam verbula virtutis nomine & ambitu intexta, continuò in Heliconem veniſſe, ſeſe Lycæi prẽſides iactaſſe, & tamen omnia ficta & ſimulata prędicaſſe. Nec ſolùm circa res humanas ſuſpenſa, incerta ac ſtulta docere, verumetiam de rebus ſublimibus, de mundo, de Deo, de ſyderibus, de prouidentia diuina, & id genus aliis, falſa, ementita & impia iactare, quæ neque viderint ipſi neq; aliunde cognouerint. Quę omnia diligenter exequitur ſublimis ille ICAROMENIPPVS. Veros philoſophos qualem Nigrinum, Demonactem & CYNICVM exhibet, nuſquam ſcientia tumuiſſe, Socratis exemplo, ſe nihil ſcire profeſſos, cùm Imperitiæ confeſſæ ſumma prudentia ſit. Simias verò & mimos ſuos ob quædam ventoſa & obſcura argumenta, & falſas rerum definitiones, ita ferre ſupercilium & elatos incedere vt vix ſalutatione quemquam dignarentur. Veros philoſophos amicitiæ ſymbolum ſumma conſeruaſſe diligentia. Vt probat exĩmiis decem exemplis TOXARIS ſiue Amicitia. Simulatos ne quidem aliorum beneuolentiam expetiiſſe, occultè mortalium odium ſeuiſſe, omnino inter ſe diſſentire, ſibi ipſis non conſtare, omnia bona ac mala miſcere, iura legéſque confundere, & ad exemplum trahere perniciem veniẽs in æuum, iniuriis & contumeliis coæquales & eiuſdem ſectę participes laceſſere, aliorum ſectas & opiniones lacerare. Nullum eſſe pretium operæ ſi verbis virtutem laudemus, diſciplinas omnes perdiſcamus, omnium artium in vnum comprehenſam multitudinẽ fuerimus adepti, niſi ſimul vitæ ſocietatem, qua nihil maius nihil diuinius à diuis humano generi quicquam largitum eſt, profiteamur. Quæ omnia diligenter in LAPITHIS, in EVNVCHO & DE SECTIS amplexus eſt. Virtutis aſſeſſores modeſtia & frugalitate cenſeri, nihil in vitam, nihil in mores peccare. Elatos illos & tumidos torrenti ambitione vanæque gloriæ appetitu torqueri, gloriam nimis auidè captare, in ſummam interim temeritatem & infamiam præcipitari, nihil intentatum relinquere, nec ſibi nec alteri parcere, vt vel poſt mortem

ſuperſtitem nominis gloriam & poſtumam vitam relinquant, Empedoclis duri ſenſuum damnatoris, ſed ſimulati & inanis glorioſę petitoris exemplo, vt patet tractatu DE MORTE PEREGRINI. Illos ſimplices & frugi, quibus victus qualiſcunque ſufficiens, qualecunque conuiuium vultus hilaritate penſatum, hanc vitæ normam ac viuendi profeſſionem inſtituiſſe, hos ampullatos & faſtoſos diuitum & cœnarum opipararum perpetuos eſſe comites, nec ſanitati nec ſaluti parcere, dummodo cibis non parcant, ſe in conuiuiis vino cibóque ingurgitare, ſcurras eſſe, aſſentatores, ſycophantas, fumi venditores, aliorum cõtemptores, laudatores ſui, ludibriis & ſuperbiloquentia effeciſſe vt bonarum artium deſideria marceſcerent, iactarentur literarum amatores, quoquo modo extruderentur, & viderentur longè infra pecuniam poſiti, quæ omnia proponit GALLVS BIS-ACCVSATVS. Illos fortuna ſua & qualibet ſorte contentos nihil vltra ad ſatietatem appetitus expetere, ſolam virtutem & amicorum incomparabilem ſuppellectilem ſibi ad bene beatéque viuendum ſatis eſſe. Hos mercede propoſita philoſophiam diuites edocere, nec præuidere quænam ſunt aulicæ & ſuperbæ vitæ moleſtiæ, quænam ſequantur & comitentur incommoda, quàm indigna & exprobráda cuique mortalium præſertímque docto & liberalibus ſcientiis inſtituto, ſolam ſpem voluptatis momentaneæ hanc nutriſſe voluntariam ſeruitutem. Quæ omnia velut tabellâ quadam & imagine propoſitâ eleganti picturâ depingit DE MERCEDE CONDVCTIS. Denique veros philoſophos animam ipſam in labiis geſtare, taléſque circa interiora eſſe quales mortales poſcebat Deûm atque hominum irriſor Momus, domos Druſi Deæque Syriæ imagines eſſe. Nam verè philoſophus Druſus cùm domum ędificaret in palatio, promitterétque ei architectus, vt libera ab aſpectu, immunis ab omnibus hominibus eſſet: Tu verò ſi quid in te artis eſt, inquit, ita compone domum meam vt quidquid agam, ab omnibus perſpici poſſit. Atque talem Iunonem Syri voluerunt quæ cæca & lapidea oculeos totos & ſpirituales cõſpiceret. Nam ſi Iunonis in latus obtutum contorqueas, hac te lumen cœleſtis imaginis ſequitur: dum poſteriora Deæ videnda meditaris, interim imago Deę vertitur, vt oculos inſpiciẽdos præbeat: quoquò vultum deflectas, Syrię vultum deprehendis, ita cæca tota oculea eſt. Falſos verò quorum ſimulatio non poteſt eſſe diuturna, omnia fingendo, conturbando, mentiendo, obliquas virtutis vias blaterando & labyrinthos (quo nomine permulti gloriabantur) effutiendo, effuſo quodam ſepiæ attramento vaneſcere. Hippolytum & Dionyſum mendaciis & periuriis ſuperare, aliud in ore, aliud in pectore clauſum habuiſſe: illos non tam videri voluiſſe opes contemnere, quàm ipſa veritate contempſiſſe, & omnia fortunæ munera meritò ſpreuiſſe, quæ, tanquam aconita, miſeros legentes decipiunt. Illos re, exemplo, & verbis docuiſſe quis verus diuitiarũ vſus ſit, quibus potiſſimùm obueniant, quales reddant poſſeſſores, quàm vanum & elatum ſit eorum ſupercilium quibus immenſum & ignotum argenti pondus & auri Deus eſt: hanc illos demum extremam putaſſe fœlicitatem quę arbitrio ſuo conſiſteret, exemplar humanarum fœliciratum eſſe tractatum, cui titulus, CYNICVS. Hos in diuitias perpetuò inhiaſſe, hoc TIMONEM multoties exprobraſſe, ſigna, vaſa, toreumata ſæpiſſime fura-

tos in LAPITHIS. Illos omnia reieciſſe vt virtuti obuiam irent, hos diuitum domos præpediſſe vt virtutis deſertores dicerẽtur. Virtutem igitur illos perfectam quatenus à mortalibus poteſt, acquiſiiſſe, hos veram reieciſſe, fucatam præmonſtraſſe, & ſi qua eos habuiſſet virtutis cura, diligentiùs mortales durum & agreſte genus ad verum virtutis tramitem deduxiſſe, quàm leuibus & inanibus ludibriis effeciſſe, vt philoſophiæ totum corpus eneruaretur & caderet. Omnia duabus artibus ignorantia & arrogãtia miſcuiſſe, virtutémq; cum faſtu confudiſſe. Haud cẽteſimam partem dixi, atque otium nũc ſi ſit, vix poſſum expromere. Omnia enim quæ expetiſſe diuites & factioſi ſolent, hoc fonte promanabãt. Sed neque in ipſos homines hæc pernicies graſſabatur ſolummodo, verum etiam in Deos manus extendebat, eos ſupponebat, fingebat, mouebat: plurimos ex peregrinis & barbaris, cœlis beaſſe, vltimum eorum deſiderium erat. Dum enim fieri volũt alieni erroris acceſſio, dum poëtarum carmina & vaniloquam Theologiam prædicant, non ſolũ homines in dẽnſiſſimas tenebras iniicere, verùm Deos Deorúmque principem Iouem: vt patet in DEORVM CONCILIO, PROMETHEO, in IOVE TRAGOEDO, IOVE CONFVTATO, DISSERTATIONE CVM HESIODO. Ineptam etiam & nugacem eſſe de fato perſuaſionem, quale ſcilicet plebecula poëtarũ fabulis decepta effingit ſibi; Deos etiã, quos vano deluſa gentilitas adorat, huic fato ſubiici, vt teſtatur Iuppiter Confutatus. Sed non ſolùm hos Deos auferre de medio cogitauit, etiam Magiam penitus abolendam decreuit, cùm videret plurimos hoc infando & execrãdo vinculo irretitos. In hos loquitur LVCIVS, PHILOPSEVDES, GALLVS. Hæc ſunt quibus inſanorum philoſophorum dementiam coartabat. Et quoniam peſſima iſta & inſociabilis ſocietas omnium animos fœdauerat, nunquid vt vitium penitus euelleret, neceſſe habuit cum omnibus vitio fœdatis manus cõſerere? Hoc igitur præſtat CHARON, hoc ICAROMENIPPVS, hoc SATVRNALIA. Si quis regnãdi deſiderio teneatur, videat miſeros tyrannorum caſus, domeſticos luctus, inſidias omnium, ſeruilem metum, & cætera cum antitheſi vitæ paupertinę amplificata, hæc exhibent CATAPLVS, TYRANNICIDA: priuatorum vitam præſtantiſſimã & tutiſſimam eſſe, præceptorum omnium philoſophorum illud eſſe præcipuum, vitam occultãdam, tacitè ſecum ſed beatè viuendum. Nam diuitias, Imperia, regna, magiſtratus & cętera prima mortalium, ad quę mundus auidiſſimè ſuſpirat, quę ficti philoſophi totis viribus quærunt, & concupiſcũt, vana, fluxa, caduca. Eorum omnium qui huic Pythagoræ præcepto nõ obtemperarunt, vitam tragicis aſſimilari, in quorũ perſonas, quo elatiores & digniores ſunt, eo celeriùs & alacriùs nefandi & miſeri exitus cõfluunt: probant Necyomantia, Charon. Eorum corpora ſupplicijs æterníſque ignibus reſeruari, animos interim in pecudes & præcipuè aſinos tranſire, quoniam anteacta vita inerti pigritia langueſcebat: in LVCIO. Omnium vitã eorundem iudicum ſententiæ ſubiici, nullam æſtimationem cuiuſcunq; fortunę futuram, nullam perſonarum rationem, nullam potẽtiæ, diuitiarum, famæ, dignitatũ: omnes, quod ad ſtatum & cõditionem attinet, eadem lance ponderari, quemquam manes ſuos pati, pro virtute, pro vitiis, præmia, & ſupplicia parari: DE MORTVIS. Vana eſſe perditorũ ſacrificia, niſi vitam virtuti

ſacrificent, Iouem non placari donis hoſtiis eorum, qui periuris linguis minùs audientem fatigant. Litabilem eſſe hoſtiam, animum purum, rectam mentem, & ſinceram conſcientiam, quę omnia propoſuerũt VOTA & tractus DE SACRIFICIIS. Atque hæc ſunt quę ad veræ philoſophiæ reſtaurationem plurimùm valere poſſe dicebat, hi ſunt rationum modi, quibus mortalium animos ſolicitabat ad virtutẽ. Quibus omnibus ſi fucati, mendaces, & pallio tenus philoſophi, parêre ſciſſent, nõ ea cõmiſiſſent flagitia, propter quæ odio publico in poſterum flagrarunt. Sed non poterant cæci illi & hebetes animi, hác ſibi virtutis ſpeciem propoſuiſſe, quam ſola perfectio nouerat, philoſophiam, Deorum munus eximium, non omnibus eſſe poſſe cõmunem, eam facili & dedolato ingenio egere, in BIS-ACCVSATO. In gradibus, quos paulo antè numerauimus, multas occurſare difficultates, quæ vel audaciores, ad metum prouocare poſſent: quid nõ leporinis & meticuloſis ingeniis timoris incuterent? Ad eam purgatâ & defæcatâ cõſcientiâ opus eſſe. Nunquid igitur ſtudium inutile tentare illos qui mille criminum rei templum illius venerandum ingrederentur? Deinde philoſophiã illi ſoli peruiam, qui flumine ingenti literarum eſſet inundatus, eos ne minimum ſciẽtiarum appetitum habere: Itaque nihil mirum ſi philoſophiam deducerent ad lacernas, & pro purâ illâ & ſine labe diſciplinâ, ſordidam & & manticulatam ſycophantarum & calumniatorum licentiam traderent. At LVCIANVS, vt ſuperiùs elaboratam virtutis imaginem procrearet, omni ſcientiarum ſuppellectile fuit inſtructus, nec ſolùm vnius ſcientiæ ferulæ manum ſubduxit, ſed omnes omnino ab eo perfectè diſci poſſe ſcriptis profeſſus eſt. Quis enim eſt qui negare audeat eum diligentiſſimum Grammaticum, Rhetorem, Aduocatum, Medicum, Hiſtoricum, Philoſophum, Poëtam, & (vt omnia vno verbo complectar, quemadmodum in eo cumulatè complexa ſunt) Politicum? Sed Lectori fortaſſe videor imponere, dum ea quæ vix ſeparatim in vnoquoque mortalium deprehenduntur, Luciano coniunctim aſſigno. Non abſurdum erit de illius doctrina iudicium expoſuiſſe, vt elargitæ nimiæ laudis ſuſpicio declinetur. Summũ fuiſſe Grammaticum nemo inficiabitur, qui veterem Atticorum Criticam diligenter examinarit. LEXIPHANES, obſoletarum dictionum perquiſitor, teſtis domeſticus eſſe poteſt, à quo non longè aberit PSEVDOLOGISTA: nec minorem Grammatici laudem illi parabit IVDICIVM VOCALIVM, & tractatus PROLAPSV INTER SALVTANDVM. Ipſa quæ tradidit de Arte Rhetorica præcepta, qualis Rhetor fuerit ſatis demonſtrarẽt, niſi volumen ingens & perfectiſſima verborum iunctura declararet. Quis non mirabitur illius laudationes, ENCOMIVM MVSCÆ, BALNEI HIPPIAE, DOMVS, PATRIAE, PANTHEAE? vituperia, ALEXANDRVM ſcilicet & paſſim omnes PHILOSOPHOS? De patrocinio ſileo, ipſe pro ſe patronus eſt, qui damnatos PHALARIDEM, PARASITVM, ABDICATVM & multos alios defenderit, vt ad Medicinã tranſeam in qua plurimum nominis obtinuiſſe teſtatur TRAGOPODAGRA, OCYPVS, DIPSADES, ABDICATVS. Quàm accuratè temporum hiſtoriam ſit adeptus, ex omnibus ſcriptorum partibus facilis eſſet coniectura, niſi MACROBII omnium Chronologorum vicẽ ſubirent. Potuit inſuper non leuiorem huius rei fidẽ

facere liber ille doctiſſimus DE CONSCRIBENDA HISTORIA, & VERARVM HISTORIARVM LIBRI DVO. Nihil de philoſophia reſtat dicendum, iam monui. Quamquam ſi quædam reſtarēt, breuiarium ſuæ doctrinæ præberent PARASITVS, PSEVDOSOPHISTA. Inter hæc omnia virtutum & ſcientiarum experimenta, quî aliter fieri potuit quin poëta ſummus euaderet, cũ his dotibus inſuper adderet omnes fabulas, in DIALOGIS MORTVORVM & DE SALTATIONE comprehenſas? Quin & idipſum ſatis declarant Epigrammata, poëmata, & multi verſus operũ longiorum ſuperſtites. Atque his omnibus addidiſſe condendarum legum diſciplinam teſtatur dialogus DE GYMNASIIS. Hæc parua heroi incomparabili videbãtur, niſi ea fuiſſet amplexus, quæ virum liberalem potiſſimùm decent. Nam pictorem excellentiſſimum fuiſſe IMAGINES, HERCVLES GALLICVS, CALVMNIÆ NON TEMERE CREDENDVM, DE DEA SYRIA, BACCHVS & innumera alia patefaciunt, ex quibus Philoſtratum Lemnium ſuas imagines delineaſſe certum habeo. Geometram inſignem perhibet non tam principium Icaromenippi quàm longæ ſuæ peregrinationes. Hæc omnia ſuſpicione omni longè vehementiora ſunt, vt quæ veritatem cum doctrina præ ſe ferant, & ſequentium ætatum inuitos vel inuidos ad ſtupẽdam & incredibilem admirationem ſui pertrahant. Poſtquã enim hæc ſcripta ingenioſorum hominum manibus teri cœperunt, creuit ſcientiarum & virtutis amor, qui vſque in hodiernum diem quorundã pectoribus inſidet. Et ex hac pingui ſegete philoſophicum illud ſemen concretum eſt, cuius progenies & ſurculi Philoſtratum, Eunapium, & alios occuparunt. Tantúmque potuit æmulatio, vt Syri antea prædæ intenti, & latrociniis accincti, quibuſcum odium virtutis & literarum innatum erat, relictâ ferarum & prædonum natura, philoſophiam ſummo deſiderio ſint proſequuti. Nam ab antiquiſſimis Pherecyde & Iſæo pauciſſimiſque aliis Syris, quibus philoſophia cordi fuerat, vſque ad Luciani tempora vix vllum Syrum inter tot philoſophantium ſectas poteris numerare, licèt Laertium, Philoſtratum, & alios euolueris. Atqui poſt Lucianum, mirandáque Luciani ſcripta, cætera ſunt philoſophorum Syrorum maria. Hæc poſterior ætas vno ſæculo Lucianum attingens, auis longè melior, tulit Iamblichum, Epiphanium, Libanium, Magnum, innumeroſque alios Syros, qui ſi cum coętaneis, qui Iuliani Cæſaris tempora illuſtrabant, conferãtur, longè à primis erunt ſecundi. Attamen licèt, vt diximus, innumeri ſint qui ſe vitã nomẽque Luciano deberi fateantur, quorum decus immortale poſt mundum & ſydera vitam adhuc habiturum eſt: In contrarium tamẽ innumeri ſunt qui aurea illa & diuina ſcripta diſtringãt, homines malo aſtro aborti, & aduerſante natura coacti, peſtes in hoc natæ vt nihil quicquam poſſint niſi meliores carpere, vnguibus circunſcalpere, vera lineamẽta deflectere, quę quoniam nec ſibi prodeſſe, nec alteri quicquam poſſunt, inuidiæ liuore præcoctæ aliena meliùs carpere & diſtrahere contendunt, quàm emendatis arbitris ſua proponere. Harum igitur peſtium (excipio quoſdã ſimplices) quibus nec mens ſibi nec color certa ſede manẽt, harum, inquam, noctuarum ſanie venenóque perlitarum ſcopus vnicus eſt Lucianus. Primùm obiiciũt, cæteros philoſophos, aliam oſtendiſſe viam qua iretur ad virtutem. Quòd

Christum rerum omnium dominum insectatus sit, hoc datur vitio. Denique quòd dialogis amatoriis adolescentulos flagitiis nobilitet. Quorum omnium conuitiorum amarissimam labem verborum veracium flumine diluere conatus, necesse est in paratos incidam laqueos, nec possim etiam damno meo Lucianum damnis eripere, nisi pro se patronus causam suscipiat, respondeátque purgatis quibusdam & medicatis scriptoribus, qui plus vident quàm quod vident, præligata eorum fuisse pectora, cùm calumniam aggressi, parum attentè parúmque verè accusationem instituerunt. Et quoniam meritò Statius Cæcilius in poëmatibus suis dixit, *Innocentem eloquentiam esse*, ostendet profectò non solùm simplicia esse quæ dicta sunt, sed etiam vana, inepta, falsa, & in hoc solùm crimina quòd obiecta sunt. Egregia sanè est prima obiectio, nisi à principiis Lucianum ad risum prouocasset. Fateor aliud proposuisse philosophos, nec quicquam simile proposuisse. Nam si à philosophiæ restauratione talem viam fuissent ingressi, qualem postea sibi & postumis Lucianus effigiauit, non tamdiu, Andabatarum more, de vero virtutis tramite digladiassent. Longè acriùs pungit quod sequitur, Christum contumeliosis verbis læsisse. Impium, sceleratum, damnandum fateor, nisi superstitionum erroribus etiamtum irretito parcatur: pœnam in se reposcere, quam Tacitus, Suetonius & alij Christianorum hostes acriores passi sunt. Nam eum nusquam Christianum fuisse alibi docuimus. Restant amores meretricij, (Dialogum amorum non esse Luciani probabimus) in quibus quid aliud describitur, nisi pessima & sceleratissima meretricum vita, nefanda vitia, corruptelæ iuuenum, auaritia, gula, scelera in vnum collecta? Vt enim in cæteris dialogis solus Lucianus interiora virorũ examinat, qui boni qui mali nota distinguente declarat: ita quarundam fœminarum vaferimum & prauissimum ingenium explorat. In hæc facinora quære supplicium

Tu qui, nasute, scripta distringis sua.

Sed quoniam inutile est absentem & mutum criminari, nisi ipse qui criminatur, pro se causam dicat, inutiliter, fateor, causæ defensionẽ suscepi: ipse enim venit & iamdudũ pro se loqui gestiebat, narrabátque rationem qua Sophocles & euitauerat iudicium & laudem à iudicibus meruerat. Arguebat filius Sophoclis patrem dementiæ, ille vt crimen protelaret, protulit Oedipum Coloneum peregregiam suarum tragœdiarum, quam fortè tum eo tempore conscribebat, eúmque iudicibus legit, nec quicquam pro suâ defensione addidit, nisi vt audacter dementiæ condemnarent, si carmina senis displicerent. Talis Apologeticus Luciani sermo est. Superciliosis istis hominibus qui pileo metallum addunt, & soleis plumbum suppingunt, videatur vstulandus: diuorum patrum Gregorij Nazianzeni & Basilij magni pertusum calculum patiatur, si scripta pati possint.

ΛΟΓΙΩΤΑΤΩ ΚΥΡΙΩ ΙΩΑΝΝΗ ΤΩ Βυρδελωτίῳ τὰ τῆς ἰδίας Λουκιανοῦ ἐξηρτύσατο.

Λουκιανοῦ ὅδ' ἰχάμμια Σύρου, τειστῶν δὲ νόημα
Τῶν Χαρίτων, Πειθοῖς δ' ἡ φράσις ἡδυλόγου.
Ταῦτα δ' ἀποσμήχων Βουρδλώτιος, εἰς αἰόσωστα
Λουκιανόν, Πιθώ, καὶ Χαρίτων τειάδα.

Idem Latinè.

LVCIANI liber iſte Syri eſt; inuentio, trigæ
Eſt CHARITVM: SVADÆ dictio ſuauiloquæ.
Reddidit exterſis vitam his BOVRDLOTIVS vnus,
LVCIANO, SVADELÆ, & CHARITVM triadi.

THEODORVS MARCILIVS
Profeſſor eloquentiæ regius.

ΕΙΣ ΕΚΔΟΣΙΝ ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΥΠΟ λογιωτάτου χυρίου τοῦ Βουρδελοτοῦ ἐπίγραμμα.

Τραυματίας καὶ ἑλκώδης μάλα σίγνος ἀλᾶτο
Εὐτραπέλης δόξας ὡρίν ποτε Λουκιανός·
Καὶ φάτο ταῦτα παθεῖν ἐκ' ἀπείρων πολλάκι νυχθεὶς
Ἑρμιωθυτῶν, ἡ πάλαι χαλκογράφων.
Οὐκ ἔτλη τοιοῦτερα κεκακωμένον ὧδε νοήσας
Βουρδελοτὸς, μελέων ἄλλα κάθηρεν ἴον·
Καὶ χαίεντ' ἀπέδωξε πάλιν, χαιέστερος αὐτὸς
Κείνῳ τῶν ἰδίων πως μεταδοὺς χαρίτων.

ΝΙΚΟΛΑΟΣ Ο ΒΟΡΒΟΝΙΟΣ.

ΤΩ ΝΕΑΝΙΣΚΩ ΠΕΡΙ ΤΗΝ ΕΛΛΗΝΙΚΗΝ ασσυδαΐζοντι Φιλοσοφίαν, χαίρειν.

Εἴαρος ἀρχομένου, ζεφύρου ὅτε ὑγρὸν ἄημα
Ηρέμα λιμῶνας πνείῃ ἐκ' ὐκεφαίους,
Ανθεσιν εἰαεινοῖς εἰ τηλεθόωσιν ἄεθειραν
Εἶδες δ', ἠδὲ ῥόδου θελξινόοιο χάειν·
Λουκιανὲ σὺν σελίδεσσιν ἔχῃς χαείσας πολὺ πλείους,
Ἄ"ς σοι σωφρονέως τ' ἄρκιον ἐκτελέσῃ
Εὐφροσυνίῳ, καὶ σωφροσυνίωι τόματος δ' ἀπὸ χεύων
Μελιχίης σοφίης ἡδύπατος ταμίης,
Ηχι καὶ αἰθερόφι ἀμβρύσεται αὔρεσι λιμῶν
Κόσμον ἀνεὶς βιότου, φθέγματος ἠδὲ μέλος.
Οπποθι γηραλέος τε, νέος, νηΐς, πολυΐδρις,

Θέλκξον ὁπτιήμης, ἤμεργη ἠδὲ λάβοι.
Τοῦ, χαρίτων εἰδὼς, κομόων ἀρετῇ τε νόῳτε
Βουρδελοπος, κῦδος Πιερίδων κεφαλῇν,
Πᾶσάν τ' ἰδμοσυνίαν μεμνημένος, ὅππότ' ὀλέσσας
Τοῦ κλέος, ἐκ Μουσῶν πηὐτῃ ἀφδόμενον,
Ες φάος ἐξαγαγὼν μέλαθρα κὴ εἰς χεῖρας ἀπηύτων
Λουκιανὸν κεν εἴη φέρτερος, ἢ ὅ πάρος.
Ηὔτε σιδυκέως κνίζῃ τε μέλισσα ἄωτον
Αὐτὸς πημοδαπῶν αἴθρα σῇ ἰδμοσυνῶν.

ΚΛ. ΒΕΛΟΥΡΓΕΡΙΟΣ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΔΙΟΡΘΩ-

θέντος κὴ πεφωτισμένου τῷδε τῦ ἐλλογιμωτάτου
τῦ Ιω. Βουρδελώτου,

Ιαμβος Κεπικός.

Παλιμφυὴς ὢν Λουκιανὸς βύζεται
Αψ αἴθος ἐμμὴν θυεπείας Αττικῆς,
Καὶ τῦτο κῦδος περιλογίζετ' ὀφθαλμῷ
Τῇ τ' ἐντεχνίᾳ κὴ μόγῳ πημοδεξίου
Τοῦ Βουρδελώτου. ὃς γὰρ εἰδὼς ἐν λύχνῳ
Κρύβδην νεφώδη Λουκιανοῦ βιβλία,
Διὰ πλημμέλειαν φαυλοτεκτόνων χερῶν,
Καὶ τὴν παλαιὰν θυρεπειαν ἀπολέσας,
Καὶ περῶτον αἴθος φαιδρότητος συμφύτου,
Απημπε καίνων βύβλινον τὰ σφάλματα
Καὶ ὥσπερ ἡλίου σέλας καθαρὸν ἑῴου·
Σκοτεινὰ πημπε φωτὶ καινῷ πύγασε.
Διὸ νῦν γέμοντες τῆς πάλαι θυμοσίας
Χαρίτων τε πασῶν Λουκιανοῦ οἱ λόγοι,
Πάλιν ἀρέσονσιν θυπρεπῶν Μουσῶν χορῷ
Λαλοῦσι γλῶσσαν Αὔσονα κὴ Αττικήν·
Επίχαρις ὡς μαθημάτων πημασπερμία.

I. L. D. R. I. V. L.

LVCIANI

SAMOSATENSIS

PHILOSOPHI VITA.

IO. BOVRDELOTIO

Autore.

LVCIANI Samosatensis Philosophi vitam scripturum, opé summa niti decet, ne temere voluntati & opinioni eorum videatur assentire, qui aggressi hactenus falsa veris miscuerunt, & ex tribus vel pluribus huius nominis vel rhetoribus vel sophistis, longo inter se interuallo viuentibus, Luciani nostri vitam texuerunt. Suidas qui ex antiquis βιογράφοις solus Lucianum nobis tradidit, proh Iupiter! quæ mendacia blaterauit? Satis ad eum refutandum quæ nos in contrarium scribimus. Volateranus non Suidæ contentus nugis alias insuper de suo liberalis adiunxit. Cæteri aut non viderunt viam qua iretur ad illam, aut visam similibus aliísque mendaciis refarserunt. Igitur ne simili coinquiner audacia, Lucianum de se narrantem exscribo, vt verus ad oculos legentis accedat. LVCIANVS natione Syrus fuit, vrbe Samosata, quæ iuxta Euphratis cõfluenta sita est: circa Traiani tempora videtur natus, cùm Epictetus, illud virtutis exemplar, velle esse desineret. Patris ignoratur conditio, sed tamen vt appareat eum ex hoc genere hominum fuisse, qui in extrema paupertate morientes non multùm heredē adiuuant. Nam cùm deliberandum esset de futura Luciani filij conditione, videréturque patrem suum & vxoris fratrem eximios audiri statuarios, ne delibera-uit quidem vt videretur contatus, sed statim fortunæ statuariæ filium addixit: qui nescio an ingenij bona indole, an fato quodam, artis statuariæ desertor efficitur, & ad meliorem frugem se recipit, atque statim vt sibi reliquam ætatem à statuaria procul habendam decreuit, meliora pollicitus, rei familiaris inopiâ, relictâ Samosatâ, vbi leuioribus studiis instructus fuerat, Antiochiam petiit, vt causis dicendis operam daret: sed cùm non illi ad mentem succederet causidicinæ conditio, videretúrque nominis illustrior gloria futura, si Rhetoricam, quâ plurimùm pollebat, profiteretur: vt illâ notescceret, varias animo concepit peregrinationes, & suscepit: Iuuenis in Galliam profectus, auditorum frequenti coronâ, & laudem meruit & retulit: ex Gallià Macedoniam petiit, vbi variis dissertationibus perfectissimum dicendi robur exponebat: quales sunt, Herodotus, Scytha, Harmonides. Sed cùm videret, Rhetores inductioni-

bus & fallaciis,diuitias & cætera quæ prima mortales putant, potius ſibi quærere,quàm veræ virtutis mercedem, eâ relictâ philoſophiam aggreſſus eſt:in qua quid profecerit,eſt incredibile memoratu. Sed tamen ipſi etiam philoſophi plus diuitiis quàm philoſophiæ parentabant, auditores inuicem ſibi aut vellebant aut vellicabant: & ciuitates, quibus fucatam illam oſtentabant philoſophiam,factionibus infeſtabant. At Lucianus non fuco cum fucatis,non factione cum factioſo, ſed cum ſtrenuo virtute, cum modeſto pudore,cum innocente abſtinentia certabat, ſemper ingenio vt conditione liber,tandem ſub Diuo Marco Ægypti procurationi præpoſitus,& ſuo & amicorum nomine innotuit. Qui mendaciis ſuis inuicem credunt Chriſtianum fuiſſe arbitrantur,ſuppoſitiorum prauitate decepti. Ipſa de Morte Peregrini narratio ſatis euincit errorem. Nec ſanior eorum opinio qui à canibus laceratum aſſeuerarunt. Nam ſenio, vel, quod verius eſt, podagra nonagenarius obiit: ſuperſtite vnico filio, qui ſummus ſophiſta Iuliani tempore,& ad quem huius Imperatoris extat epiſtola.

ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΤΟΥ Λουκιανοῦ.

LVCIANI OPERVM Index.

Numerus paginam notat.

Περὶ τοῦ Ενυπνίου, ἤτοι, Βίος Λουκιανοῦ	*De ſomnio, ſeu, vita Luciani* p. 1
Πρὸς τὸν εἰπόντα, Προμηθεύς εἶ ἐν λόγοις	*Contra eum qui dixerat, Prometheus es in verbis* 8
Νιγρῖνος, ἢ περὶ φιλοσόφων ἤθους	*Nigrinus, ſiue de morib. philoſophorũ* 14
Δίκη φωνήεντων	*Iudicium Vocalium* 27
Τίμων ἢ μισάνθρωπος	*Timon, ſiue Miſanthropos* 31
Ἀλκυών, ἢ περὶ μεταμορφώσεως	*Alcyon, ſiue de Transformatione* 52
Προμηθεὺς ἢ Καύκασος.	*Prometheus, ſiue Caucaſus.* 55

ΘΕΩΝ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

DEORVM DIALOGI.

Προμηθέως καὶ Διός	*Promethei & Iouis* 64
Ἔρωτος καὶ Διός	*Cupidinis & Iouis* 65
Διὸς καὶ Ἑρμοῦ	*Iouis & Mercurij* 66
Διὸς καὶ Γανυμήδους	*Iouis & Ganymedis* ibid.
Ἥρας καὶ Διός	*Iunonis & Iouis* 68
Ἥρας καὶ Διός	*Iunonis & Iouis* 70
Ἀπόλλωνος καὶ Ἡφαίστου	*Apollinis & Vulcani* 72
Ἡφαίστου καὶ Διός	*Vulcani & Iouis* 73
Ποσειδῶνος καὶ Ἑρμοῦ	*Neptuni & Mercurij* 74
Ἑρμοῦ καὶ Ἡλίου	*Mercurij & Solis* 75
Ἀφροδίτης καὶ Σελήνης	*Veneris & Lunæ* 76
Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος	*Veneris & Cupidinis* 77
Διός, Ἀσκληπιοῦ καὶ Ἡρακλέους	*Iouis, Æſculapij & Herculis* 78
Ἑρμοῦ καὶ Ἀπόλλωνος	*Mercurij & Apollinis* 79
Ἑρμοῦ καὶ Ἀπόλλωνος	*Mercurij & Apollinis* 80
Ἥρας καὶ Λητοῦς	*Iunonis & Latonæ* 81
Ἀπόλλωνος καὶ Ἑρμοῦ	*Apollinis & Mercurij* 82
Ἥρας καὶ Διός	*Iunonis & Iouis* 83
Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος	*Veneris & Cupidinis* 84
Θεῶν κρίσις	*Dearum iudicium* 85
Ἄρεως καὶ Ἑρμοῦ	*Martis & Mercurij* 91
Πανὸς καὶ Ἑρμοῦ	*Panis & Mercurij* 92
Ἀπόλλωνος καὶ Διονύσου	*Apollinis & Bacchi* 94
Ἑρμοῦ καὶ Μαίας	*Mercurij & Maiæ* 95
Διὸς καὶ Ἡλίου	*Iouis & Solis* 96
Ἀπόλλωνος καὶ Ἑρμοῦ.	*Apollinis & Mercurij.* 97

MARINI DIALOGI.		ΕΝΑΛΙΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.
Doridis & Galateæ	98	Δωρίδος καὶ Γαλατείας
Cyclopis & Neptuni	100	Κύκλωπος καὶ Ποσειδῶνος
Alphei & Neptuni	101	Ἀλφειοῦ καὶ Ποσειδῶνος
Menelai & Protei	102	Μενελάου καὶ Πρωτέως
Panopes & Galenes	103	Παιόπης καὶ Γαλήνης
Tritonis, Amymones & Neptuni	103	Τρίτωνος, Ἀμυμώνης καὶ Ποσειδῶνος
Noti & Zephyri	105	Νότου καὶ Ζεφύρου
Neptuni & Delphinum	105	Ποσειδῶνος καὶ Δελφίνων
Neptuni & Nereidum	106	Ποσειδῶνος καὶ Νηρηίδων
Iridis & Neptuni	107	Ἰριδος καὶ Ποσειδῶνος
Xanthi & Martis	108	Ξάνθου καὶ Θαλάσσης
Doridis & Thetidis	108	Δωρίδος καὶ Θέτιδος
Neptuni & Enipei	109	Ποσειδῶνος καὶ Ἐνιπέως
Tritonis & Nereidum	110	Τρίτωνος καὶ Νηρηίδων
Zephyri & Noti.	111	Ζεφύρου καὶ Νότου.

MORTVORVM DIAL.		ΝΕΚΡΙΚΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.
Diogenis & Pollucis		Διογένους καὶ Πολυδεύκους
Pluto seu contra Menippum		Πλούτων ἢ πρὸς Μενίππου
Menippi, Amphilochi & Trophonij	116	Μενίππου, Ἀμφιλόχου καὶ Τροφωνίου
Mercurij & Charontis	117	Ἑρμοῦ καὶ Χάρωνος
Plutonis & Mercurij	118	Πλούτωνος καὶ Ἑρμοῦ
Terpsionis & Plutonis	119	Τερψίωνος καὶ Πλούτωνος
Zenophantæ & Callidemidæ	120	Ξενοφάντου καὶ Καλλιδημίδου
Cnemonis & Damnippi	121	Κνήμωνος καὶ Δαμίππου
Simyli & Polystrati	122	Σιμύλου καὶ Πολυστράτου
Charontis & Mercurij	123	Χάρωνος καὶ Ἑρμοῦ
Cratetis & Diogenis	127	Κράτητος καὶ Διογένους
Alexandri, Annibalis, Minois, Scipionis	129	Ἀλεξάνδρου, Ἀννίβου, Μίνωος καὶ Σκιπίωνος
Diogenis & Alexandri	132	Διογένους καὶ Ἀλεξάνδρου
Alexandri & Philippi	134	Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου
Achillis & Antilochi	136	Ἀχιλλέως καὶ Ἀντιλόχου
Diogenis & Herculis	137	Διογένους καὶ Ἡρακλέους
Menippi & Tantali	139	Μενίππου καὶ Ταντάλου
Menippi & Mercurij	140	Μενίππου καὶ Ἑρμοῦ
Æaci, Protesilai, Menelai, & Paridis	140	Αἰάκου, Πρωτεσιλάου, Μενελάου καὶ Πάριδος
Menippi & Æaci	141	Μενίππου καὶ Αἰάκου
Menippi & Cerberi	143	Μενίππου καὶ Κερβέρου
Charontis Menippi & Mercurij	144	Χάρωνος, Μενίππου καὶ Ἑρμοῦ
Plutonis & Protesilai	145	Πλούτωνος καὶ Πρωτεσιλάου

Διογένους καὶ Μαυσώλου	*Diogenis & Mauſoli*	146
Νιρέως, Θερσίτου καὶ Μενίππου	*Nirei, Therſitæ & Menippi*	147
Μενίππου καὶ Χείρωνος	*Menippi & Chironis*	148
Διογένους, Ἀντισθένους καὶ Κράτητος	*Diogenis, Antiſthenis & Cratetis*	149
Μενίππου καὶ Τειρεσίου	*Menippi & Tireſiæ*	152
Αἴαντος καὶ Ἀγαμέμνονος	*Aiacis & Agamemnonis*	153
Μίνωος καὶ Σωστράτου	*Minois & Soſtrati*	154
Μενίππου, ἢ Νεκυομαντία	*Menippus, ſiue Necyomantia*	155
Χάρων ἢ Ἐπισκοποῦντες	*Charon ſiue Contemplantes*	167
Περὶ θυσιῶν	*De ſacrificiis*	181
Βίων πρᾶσις	*Vitarum auctio*	187
Ἁλιεὺς ἢ Ἀναβιοῶντες	*Piſcator ſeu Reuiuiſcentes*	199
Κατάπλους ἢ Τύραννος	*Cataplus ſiue Tyrannus*	221
Περὶ τῶν ὅτι μισθῷ συνόντων	*De iis qui mercede conducti in diuitum familiis viuunt*	235
Ἀπολογία περὶ τῶν ὅτι μισθῷ συνόντων	*Apol. pro iis qui merc. cond. ſeruiunt.*	260
Ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος	*Pro eo quòd inter ſalutandum, verbo lapſus fuerat*	268
Ἑρμότιμος ἢ περὶ αἱρέσεων	*Hermotimus, ſiue de ſectis*	274
Ἡρόδοτος ἢ Ἀετίων	*Herodotus vel Aëtio*	326
Ζεῦξις ἢ Ἀντίοχος	*Zeuxis vel Antiochus*	330
Ἁρμονίδης	*Harmonides*	336
Σκύθης ἢ Πρόξενος	*Scytha, ſeu, Hoſpes*	339
Πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν	*Quomodo hiſtoria ſcribenda ſit*	346
Ἀληθοῦς ἱστορίας λόγος πρῶτος	*Hiſtoriæ veræ liber primus*	373
Ἀληθοῦς ἱστορίας λόγος δεύτερος	*Hiſtoriæ veræ liber ſecundus*	391
Τυραννοκτόνος	*Tyrannicida*	413
Ἀποκηρυττόμενος	*Abdicatus*	445
Φάλαρις πρῶτος	*Phalaris primus*	461
Φάλαρις δεύτερος	*Phalaris ſecundus*	469
Ἀλέξανδρος ἢ Ψευδόμαντις	*Alexander ſeu Pſeudomantis*	473
Περὶ ὀρχήσεως	*De ſaltatione*	498
Λεξιφάνης	*Lexiphanes*	523
Εὐνοῦχος	*Eunuchus ſeu Pamphilus*	534
Περὶ ἀστρολογίας	*De aſtrologia*	539
Δημώνακτος βίος	*Demonactis vita*	545
Ἔρωτες	*Amores*	557
Εἰκόνες	*Imagines*	586
Ὑπὲρ τῶν εἰκόνων	*Pro imaginibus*	598
Τόξαρις ἢ Φιλία	*Toxaris ſiue Amicitia*	611
Λούκιος, ἢ Ὄνος	*Lucius ſiue Aſinus*	643
Ζεὺς ἐλεγχόμενος	*Jupiter confutatus*	670
Ζεὺς Τραγῳδός	*Iupiter Tragœdus*	679
Ὀνείρων ἢ Ἀλεκτρυών	*Somnium ſeu Gallus*	704
Ἰκαρομένιππος ἢ Ὑπερνέφελος	*Icaromenippus ſiue Hypernephelus*	724

Bis accuſatus, ſeu Fora	741	Δις κατηγορούμενος ἢ Δικαστήρια
De paraſito, ſiue, Quòd ars ſit paraſitica	762	Περὶ τοῦ παρασίτου, ὅτι τέχνη ἡ παρασιτική
Anacharſis ſeu de Gymnaſiis	785	Ἀνάχαρσις ἢ περὶ γυμνασίων
De luctu	807	Περὶ πένθους
Rhetorum præceptor	813	Ῥητόρων διδάσκαλος
Philopſeudes ſeu Incredulus	825	Φιλοψευδὴς ἢ ἀπιστῶν
Hippias ſiue balneum	845	Ἱππίας ἢ βαλανεῖον
Allocutio ſiue Bacchus	849	Προσλαλιὰ ἢ Διόνυσος
Allocutio ſiue Hercules Gallicus	853	Προσλαλιὰ ἢ Ἡρακλῆς
De Electro ſeu Cycnis	856	Περὶ τοῦ Ἠλέκτρου ἢ Κύκνων
Muſcæ encomium	859	Μυίας ἐγκώμιον
Aduerſus Indoctum, librorum longa ſuppellectile tumentem	863	Πρὸς ἀπαίδευτον καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον
De non temere credendo calumniæ	875	Περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ
Pſeudologiſta ſiue de Apophrade	886	Ψευδολογιστὴς ἢ περὶ τῆς Ἀποφράδος
De domo	900	Περὶ τοῦ οἴκου
Macrobij	911	Μακρόβιοι
Patriæ encomium	919	Πατρίδος ἐγκώμιον
De dipſadibus	923	Περὶ τῶν διψάδων
Diſſertatio cum Heſiodo	926	Διάλεξις πρὸς Ἡσίοδον
Nauigium ſeu vota	930	Πλοῖον ἢ Εὐχαί
Tragopodagra	949	Τραγοποδάγρα
Ocypus.		Ὠκύπους.

DIALOGI MERETR. — ΕΤΑΙΡΙΚΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

Glycera & Thais	963	Γλυκέρα καὶ Θαΐς
Myrtium, Pamphilis & Doris	964	Μυρτίον, Πάμφιλος & Δωρίς
Mater & Philinna	966	Μήτηρ & Φίλιννα
Meliſſa & Bacchis	967	Μέλιττα & Βάκχις
Clonarium & Leæna	969	Κλωνάριον & Λέαινα
Crobyle & Corinna	971	Κρωβύλη & Κόριννα
Mater & Muſarium	973	Μήτηρ καὶ Μουσάριον
Ampelis & Chryſis	975	Ἀμπελὶς & Χρυσῆς
Dorcas, Pannychis, Philoſtratus, Polemon	977	Δορκάς, Παννυχὶς, Φιλόστρατος, Πολέμων
Chelidonium & Droſe	979	Χελιδόνιον & Δρόση
Tryphæna & Charmides	981	Τρύφαινα καὶ Χαρμίδης
Ioeſſa, Pythias & Lyſias	983	Ἰόεσσα, Πυθιὰς καὶ Λυσίας
Leontichus, Chenidas & Hymnis	986	Λεόντιχος, Χηνίδας & Ὑμνὶς
Dorio & Myrtale	989	Δωρεὶὼ & Μυρτάλη
Cochlis & Parthenis	991	Κοχλὶς & Παρθενὶς
De morte Peregrini	992	Περὶ τῆς Περεγρίνου τελευτῆς
Fugitiui	1008	Δραπέται

ΤΑ ΠΡΟΣ ΚΡΟΝΟΝ. SATVRNALIA.

Ἱερὰ ἢ Κρόνος Sacerdos & Saturnus 1019
Κρονοσόλων. Cronosolon, id est, Saturnalium legumlator. 1025

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΚΡΟΝΙΚΑΙ. EPISTOLÆ SATVRN.

Ἐγὼ Κρόνῳ χαίρειν Ego Saturno salutem 1029
Κρόνος ἐμοὶ τῷ τιμιωτάτῳ χαίρειν Saturnus mihi charissimo salutem 1032
Κρόνος τοῖς πλουσίοις χαίρειν Saturnus diuitibus salutem 1034
Οἱ πλούσιοι τῷ Κρόνῳ χαίρειν Diuites Saturno salutem 1037
Συμπόσιον ἢ Λαπίθαι Symposium vel Lapithæ 1038
Περὶ τῆς Συρίας θεοῦ De Syria Dea 1056
Δημοσθένους ἐγκώμιον Demosthenis encomium 1077
Θεῶν ἐκκλησία Deorum concilium 1094
Ψήφισμα Decretum 1100
Κυνικὸς Cynicus 1101
Ψευδοσοφιστὴς ἢ Σολοικιστὴς Pseudosophista seu Solœcista 1110
Φιλόπατρις ἢ Διδασκόμενος Philopatris, seu, qui docetur 1116
Χαρίδημος Charidemus 1129
Νέρων ἢ περὶ τῆς ὀρυχῆς τοῦ Ἰσθμοῦ. Nero siue de fossione Isthmi. 1142

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ

ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

LVCIANI

SAMOSATENSIS DIALOGI.

Περὶ τῦ Ενυπνίου, ἤτοι, βίος Λουκιανοῦ.

De Somnio, seu, vita Luciani.

IACOBO MICYLLO INTERPRETE.

ARGVMENTVM.

Occasio huius narrationis videtur sumpta esse ex secundo Xenophontis de dictis Socratis, vbi Prodicus sophista eodem modo Herculi, pueritiam egresso, narrat, Virtutem ac Voluptatem apparuisse, & vtramque illum ad se pertrahere contendisse. Consilium autem & scopus in fine ab ipso Luciano explicatur. Nam vt adolescentes præ inopia deficientes, & ad deteriora animum applicantes, reuocaret, & ad literarum studia conuerteret, sermonem hunc ait à se institutum esse.

ΑΡΤΙ μὲν ἐπεπαύμην εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶν, ἤδη τὴν ἡλικίαν τοῦ σώματος ὤν. ὁ δὲ πατὴρ ἐσκοπεῖτο μετὰ τῶν φίλων, ὅ,τι χρὴ διδάξαι με. τοῖς πλείοσιν οὖν ἔδοξε παιδεία μὲν, καὶ πόνου πολλοῦ, καὶ χρόνου μακροῦ, καὶ δαπάνης οὐ σμικρᾶς, καὶ τύχης δεῖσθαι λαμπρᾶς· τὰ δὲ ἡμέτερα, μικρά τε εἶ, καὶ ταχείας τινὰ τὴν ὠφέλειαν ἀπαιτεῖν. εἰ δέ τινα τέχνην τῶν βαναύσων τούτων ἐκμαθοίμι, ὃ μὲν πρῶτον αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ ἔχοιμι

DESIERAM nuper in ludum ire, factus iã ętate adolescens, cùm pater vnà cum amicis cõsilium capiebat, quãmnam artem potissimùm discẽdam mihi proponeret. Plerisque igitur videbatur humanitas seu literarum studium & labore multo, & tempore longo, & sumptu non exiguo, denique & fortuna quadam opus habere: nostras autem res cùm paruas esse & modicas, tum verò celere quoddam auxilium postulare. Quòd si igitur artem aliquam mechanicam didicissem, fore vt principio statim ab ipsa arte necessaria vi-

tæ cõparare poſſem, neq; neceſſe habe-
rem, adeò ætate iam prouectus, domi,
déque paterna menſa viuere: ſed non
multo pòſt etiam ipſum patrem exhila-
raturum eſſe me, referendo domum
ſemper aliquid ab arte quæſitum. Al-
terius itaq; conſultationis caput propo-
ſitum inde eſt, quænam ars & optima,
& ad diſcendum facillima, & homine
libero maximè digna foret, deinde &
minori ſumptu atque inſtrumento ege-
ret, multum autem & ſufficientem quæ-
ſtum ſuppeditaret. Proinde alio aliam
laudante, prout quiſque animo affectus,
aut vſu expertus erat, pater ad auunculũ
aſpiciẽs (aderat enim is quoq; ſtatuarius
tum habitus optimus, & poliendo mar-
more inter præcipuos laudatus) Minimè
fas, inquit, eſt aliam artem hîc vincere, te
præſente: ſed hunc acceptum (meq; de-
monſtrabat) abduc tecum, & doce lapi-
dum artificem probum, & eorundem cõ-
poſitorem ac ſtatuarium nobis eſſe. Pote-
rit enim & hoc, natura, vt ſcis, præditus
felici ac dextera. Fecerat autem hanc
de me coniecturam pater ex ludicris à
me aliquando è cera confictis. Quan-
do enim à præceptoribus domum di-
mittebar, abradens ceram, nunc bo-
ues, nunc equos, interdum per Io-
uem & homines fingebam, non omni-
no ineptè, vt tum videbar patri: ob
quæ tum à præceptoribus quidem pla-
gas accipere ſolebam: hîc autem ad
probandam ingenij dexteritatem hæc
quoque in parte laudis ducebantur. At-
que adeò bonam ex eo ſpem de me o-
mnes concipiebant, vt qui breui adeò
artem hanc, ſecundùm fingendi illam
facilitatem, perdiſcere poſſem. Simul
igitur & idonea dies videbatur ea eſ-
ſe auſpicandæ arti, & ipſe tradebar
auunculo, non admodum, per Iouem,
iniquè aut grauiter ferens: ſed mihi
etiam luſum quendam non inſuauem
ipſa res videbatur habere: & apud æqua-
les ad oſtentationem & laudem factu-
rum eſſe, ſi & deos ſculpere, & parua
quædam ſimulachra, cùm mihi, tum il-
lis quibus vellem, adornare poſſem. Ac
tum primùm quidem illud, & incipien-
tibus ſolitum, fiebat. celtem enim quen-
dam auunculus mihi tradens, pau-
latim tabulam lapideam, quæ in me-
dio poſita erat, contingere, atque ar-
tem auſpicari iubet, tritum illud admonens: Dimidium facti, qui cœpit, habet.
Cæterùm duriùs impingente me, præ imperitia, vt fit, tabula rumpitur.

A τὰ ἀρχοῦντα τοῦδε τῆς τέχνης, καὶ μη-
κέτι οἰκόσιτος ᾖ), τηλικοῦτος ὤν. Οὐκ εἰς
μακρὰν δὲ καὶ τὸν πατέρα εὐφρανῶ, ἀπο-
φέρων ἀεὶ ὅ τι γιγνόμενον. δευτέρας οὕτω σκέ-
ψεως ἀρχὴ τοιαύτη ἦν, τίς ἄριστη τῶν
τεχνῶν, καὶ ῥᾴστη μαθεῖν, καὶ αὐτὸν ἐλευ-
θέρῳ πρέπουσα, καὶ πλείστου ἄξιον ἔχουσα τὴν
χορηγίαν, καὶ ἀφορκὴν τὸν πόρον. ἄλλου δέ-
νυν ἄλλο ἐπαινοῦντος, ὡς ἕκαστος γνώμης
ἢ ἐμπειρίας εἶχεν, ὁ πατὴρ εἰς τὸν θεῖον,
ἀπιδών, (πρῶτον γὰρ ὁ τοῦτο μηδὲν θεῖος
ἄριστος ἑρμογλύφος ᾖ) δοκεῖ, καὶ λιθο-
B ξόος ἐν τοῖς μάλιστα εὐδοκίμοις,) οὐ θέμις
εἶπεν ἄλλην τέχνην ὑπερφατεῖν, σοῦ πα-
ρόντος. ἀλλὰ τοῦτον ἄγε, δείξας ἐμέ, καὶ
δίδασκε τοῦδε λαβών, λίθων ἐργάτην ἀγα-
θὸν ᾖ), καὶ συναρμοστὴν καὶ ἑρμογλυ-
φέα· δύναται γὰρ καὶ τοῦτο, φύσεώς γε
ὡς οἶδα ἔχων δεξιᾶς. ἐτεκμήρατο δὲ ταῖς
ἐκ τοῦ κηροῦ παιδιαῖς. ὁπότε γὰρ ἀφε-
θείην ὑπὸ τῶν διδασκάλων, ἀποξέων αὖ
τὸν κηρὸν, ἢ βοᾶς ἢ ἵππους, ἢ καὶ νὴ Δί'
ἀνθρώπους ἀνέπλαττον, εἰκότως, ὡς ἐδό-
C κουν τῷ πατρί. ἐφ' οἷς τοῦδε μὲν τῶν δι-
δασκάλων, πληγὰς ἐλάμβανον. τότε δὲ
ἔπαινος εἰς τὴν φύσιν καὶ ταῦτα ἦν. καὶ
χρηστὰς εἶχον ἐπ' ἐμοὶ τὰς ἐλπίδας, ὡς ἐν
βραχεῖ μαθήσομαι τὴν τέχνην, ἀπ' ἐκεί-
νης γε τῆς πλαστικῆς. ἅμα τε οὖν ὑπιτή-
διος ἐδόκει ἡμέρα τέχνης ἀνάρχεσθαι· κἀ-
γὼ προδεδόμην τῷ θείῳ, μὰ τὸν Δί' ὀ-
σφόδρα τῷ προσήκοντι ἀζήμιος. ἀλ-
λά μοι καὶ παιδιά τινα οὐκ ἀτερπῆ ἐδό-
κει ἔχειν, καὶ τοῖς ἡλικιώταις ὑπόδειξιν, εἰ
D φαινοίμην θεούς τε γλύφων, καὶ ἀγαλματιά
τινα μικρὰ κατασκευάζων ἐμαυτῷ τε, κἀ-
κείνοις, οἷς προῃρούμην. καὶ τόνδε τὸν
σκῆνον ὁ σωὴθης τοῖς ἀρχαιθμοῖς ἐλίγνετο.
ἐσκοπέα γάρ τινά μοι δοὺς ὁ θεῖος, σκέλθυσέ
μοι ἠρέμα καθικέσθαι, πλακὸς ἐν μέσῳ κει-
μένης, ἐπειπὼν ὅ κοινὸν, Ἀρχὴ δέ τοι ἥμι-
συ παντός. σκληρότερον δὲ κατενεχθέν-
τος ἐπ' ἀπειρίας, κατάγη μὲν ἡ πλάξ.

ὁ δὲ ἀγανακτήσας, σκυτάλιόν τινα κει- A
μήλιον πλησίον λαβών, ὑ πρώτως, ὁδὲ
πρωτοπλίκως μου κατήρξατο· ὥστε δάκρυά
μοι τὰ πρῶτα τῆς τέχνης. ἀποδρὰς οὖν
ἐκεῖθεν, ὅτι τὴν οἰκίαν ἀφικόμην, συνε-
χὲς ἀνολολύζων, καὶ δακρύων τοῖς ὀφθαλ-
μοῖς ὑπὸ πλεως· καὶ ὑπεμίμνησκον τὴν σκυ-
τάλιον, καὶ τοῖς μώλωπας ἐδείκνυον· καὶ κα-
τηγόρουν πολλὴν τινα ὠμότητα, προσθεὶς
ὅτι ὑπὸ φθόνου ταῦτα ἔδρασε, μὴ αὐτὸν
ὑπερβάλωμαι ἐν τῇ τέχνῃ. ἀγανακ-
τησάσης δὲ τῆς μητρὸς, καὶ πολλὰ τῷ
ἀδελφῷ λοιδορησαμένης, ἐπεὶ νὺξ ἐπῆλ- B
θε, κατέδαρθον ἔτι ἔνδακρυς, καὶ τὴν νύχθ'
ὅλην ἐννοῶν. Μέχρι μὲν δὴ τούτων, γε-
λοῖα, καὶ μειρακιώδη τὰ εἰρημένα. τὰ
μετὰ ταῦτα δὲ, οὐκέτι δικαίαφεύγητα ὦ
ἄνδρες ἀκούσεσθε, ἀλλὰ καὶ πάνυ φιλη-
κόων ἀκροατῶν δεόμενα. ἵνα γὰρ καθ'
Ὅμηρον εἴπω, Θεῖός μοι ὄνυπνιον ἦλθεν
ὄνειρος, Ἀμβροσίῃ δι' νύκτα, ἐναργὴς οὕ-
τως, ὥστε μηδὲν ἀπολείπεσθαι τῆς ἀλη-
θείας. ἔτι γοῦν καὶ μετὰ τοσοῦτον χρόνον, C
πάντα ῥήματά μοι τῶν φανέντων ἐν τοῖς
ὀφθαλμοῖς πάρεστι, καὶ ἡ φωνὴ τῶν
ἀκουσθέντων ἔναυλος. οὕτω σαφῆ πάντα
ἦν. Δύο γυναῖκες λαβόμεναι τῶν χειρῶν,
εἶλκόν με πρὸς ἑαυτὴν ἑκατέρα μάλα
βιαίως, καὶ καρτερῶς. μικροῦ γοῦν με
διεσπάσαντο πρὸς ἀλλήλας φιλοτιμού-
μεναι. καὶ γὰρ ἄρτι μὲν αὐ, ἡ ἑτέρα ἐπε-
κράτει, καὶ πάνυ μικρὸν ὅλον εἶχέ με.
ἄρτι δὲ αὖ, αὖθις ὑπὸ τῆς ἑτέρας εἱλό-
μην. ἐβόων δὲ πρὸς ἀλλήλας ἑκατέρα.
ἡ μὲν, ὡς αὐτῆς ὄντα με κεκτῆσθαι βού- D
λοιτο· ἡ δὲ, ὡς μάτην τῶν ἀλλοτρίων
ἀντιποιοῖτο. ἦν δὲ ἡ μὲν, ἐργατικὴ, καὶ
ἀνδρικὴ, καὶ αὐχμηρὰ τὴν κόμην, τὼ
χεῖρε τύλων ἀνάπλεως, διεζωσμένη τὴν
ἐσθῆτα, πτάνου καταγέμουσα, οἷος ἦν ὁ
θεῖος ὁπότε ξέοι τοὺς λίθους. ἡ ἑτέρα δὲ,
μάλα εὐπρόσωπος, καὶ τὸ σῆμα εὐπρε-
πὴς, καὶ κόσμος τὴν ἀναβολήν. τέλος
δὲ οὖν, ἐφιᾶσί μοι δικάζειν ὁποτέραν βου-
λοίμην συνεῖναι αὐτῶν. πρεσβυτέρα δὲ ἡ
σκληρὰ ἐκείνη καὶ ἀνδρώδης, ἔλεξεν·

Auunculus autem indignatus, & ſcuti-
cam quandam propè iacentem corri-
piens, nequaquam manſuetè, aut vti
docentem conueniebat, excepit atque
initiauit me, ita vt mox in lacrymas pro-
œmium artis mihi verteretur. Aufu-
giens igitur inde, domum redeo, con-
tinuéque vlulando, & lacrymis oculos
opplendo, commemorabam ſcuticam,
demonſtrabam vibices, nimiámque il-
lius crudelitatem accuſabam, hoc quo-
que addens, quòd inuidia quadam
iſta feciſſet auunculus, videlicet me-
tuens ne ſe in arte ſuperarem. Iraſcente
itaque matre, & multa fratri conuitia
faciente, poſteaquam nox ſuperuenit,
dormiui, plenus adhuc lacrymarum,
totámque noctem cogitabundus iacens.
Atque hactenus quidem quæ diximus,
ridicula pueriliáque ſunt: quæ verò
deinceps audietis, nequaquam contem-
nenda ſunt, ô viri, ſed quæ admodũ au-
ſcultandi cupidos auditores quoque re-
quirant. Nam, vt iuxta Homerum di-
cam: Venêre mihi diuino ſomnia nu-
tu, Almam per noctem, ita clara &
manifeſta, vt nihil ab ipſa veritate di-
ſtarent Adhuc igitur etiam poſt tantum
temporis interuallum, & habitus eo-
rum quæ mihi tum apparuere, in ocu-
lis hærent, & ipſa vox auribus quaſi in-
ſonat: adeò tum plana fuerunt omnia.
Duæ mulieres manibus corripientes tra- *Somnium ſeu viſio Luciani.*
hebant me in diuerſum, vtraque ad ſe
videlicet, violentè admodum & validè.
Parum itaque abfuit quin me diſcerpe-
rent, dum inter ſe ambitioſe adeò con-
tendunt. Nam modò hæc ſuperabat,
& propemodum totum tenebat me:
modò altera, eadémque me ad ſe re-
trahebat. Clamabant autem ambæ,
accuſabántque mutuò ſeſe: hæc, quòd
me ſuum videlicet illa poſſidere vellet:
illa verò, quòd hæc fruſtra aliena ſibi
vſurparet. Erat autem altera quidem
operaria, & virili aſpectu, ſqualida co-
ma, manus callo paſſim obductas ha-
bens, ſuccincta veſte, & marmoreo pul-
uere oppleta, qualis & ipſe auunculus
eſſe ſolebat tunc cùm lapides poliebat.
Altera verò facie admodum honeſta,
habitum decentem præ ſe ferens, &
veſtes ornatas ac mundas induta. Po-
ſtremò autem permittunt meo iudicio,
vt vtri earum conuerſandum mihi pu-
tem, ſententiam ipſe feram. Ac prior *Statuariæ verba.*
quidem dura atque virilis illa ſic cœpit:

Ego, chare puer, Statuaria ſum, ea quam tu heri diſcere cœpiſti, familiaris adeò tibi & cognata à parentibus. Nam & auus tuus (addens nomen aui materni) marmorarius fuit, & auunculus pariter & patruus tuus eandem artem exercuêre; & per nos inter præcipuos celebrati ſunt. Quòd ſi igitur voles deliriis ac nugis circa quas iſta verſatur (indicans alteram) abſtinere; ac mecum degere, principio generosè educaberis, humeróſque habebis validos, & ab omni inuidia alienus eris, neque vnquam in terras alienas atque externas hinc abibis relicta patria, atque domeſticis tuis: neque etiam ob verba & orationem modò laudabunt te omnes. Neque verò auerſeris corporis hanc fragilitatem, aut veſtium ſorditiem. Nam ab his initiis profectus etiam Phidias ille, Iouem ſpectandum exhibuit, & Polycletus Iunonem fabricauit: præterea Myron laudibus vectus eſt, & Praxiteles in magna admiratione fuit. Adorantur itaque nunc illi cum ipſis illis Diis quos ſculpſere. Quòd ſi igitur horum vnus tu quoque fores, quomodo non celebris & ipſe apud omnes homines fieres? Patrem certè beatum efficeres, & patriam tuam omnibus ſpectabilem redderes. Hæc, atque etiam plura his, balbutiendo, & pleraque barbarè pronuntiando, dixit Statuaria, valde ſanè ſtudiosè omnia connectens, & me in ſuam ſententiam adducere cupiens: ſed non vltrà memini. plurima enim memoriam iam effugerunt. Cæterùm vbi tandem finem fecit, tum altera illa in hunc fermè modum orditur: Ego verò, ô fili, Humanitas ſum, iam nunc conſueta ac nota tibi: tametſi ad finem aut plenum nondum periculum mei feceris. Quãta igitur bona Statuaria iſta tibi præſtatura ſit, ſi eam artem didiceris, ipſa modò enumerauit. Nihil enim aliud niſi operarius eris, corpore laborans, & in eo totam ſpem vitæ poſitam habens, obſcurus ipſe degens, modicum & minimè generoſum quæſtum faciens, deiectus animo, tenuis ac pauper reditibus. Denique neque amicis expetibilis, neque inimicis formidabilis, neque etiam inter ciues beatus habitus: ſed hoc ſolũ, opifex videlicet quiſpiam, & ex multa atque promiſcua plebe vnus, præſtantiorem te ſemper formidãs, & dicendo valentem præ oculis habẽs ac palpans, & in ſumma, léporis quandam vitam agẽs, potentioriſq; lucrum exiſtẽs.

Statuarij insignes.

Verba humanitatis

A Ἐγώ, φίλε παῖ, Ἑρμογλυφικὴ τέχνη εἰμί, ἣν χθὲς ἤρξω μανθάνειν, οἰκεία τέ σοι καὶ συγγενὴς οἴκοθεν. ὅ,τε γὰρ πάππος σου, εἰποῦσα τοὔνομα τῦ μητροπάτορος, λιθοξόος ἦν, καὶ τὼ θείω ἀμφοτέρω. καὶ μάλα δοκιμεῖτον δι' ἡμᾶς. Εἰ δὲ θέλοις λήρων μὲν καὶ φλυαρίων τῶν τοιῶνδε τούτων ἀπέχεσθαι, δείξασα τἀμὲ ἑτέρᾳ, ἕπεσθαι δὲ καὶ συνοικεῖν ἐμοὶ, τοιοῦτα μὲν θρέψῃ γυμνικῶς, καὶ τοῖς ὤμοις ἕξῃς καρτερικοῖς, φθόνου δὲ πάντως ἀλλότριος ἔσῃ, καὶ ὅπότε ἀπίοις ὅπῃ τἀμὲ ἀλλοδαπὴν, τἀμὲ πατρίδα καὶ τοὺς οἰκείους καταλιπών· οὐδὲ ὅπῃ B λόγοις ἐπαινέσονταί σε πάντες. μὴ μυσαχθῇς δὲ τῦ σώματος τὸ δύτελές, μηδὲ τῆς ἐσθῆτος τὸ πιναρόν. ἀπὸ γὰρ τῶν τοιούτων ὁρμώμενος καὶ Φειδίας ὁκνῆσε, ἔδειξε τὸν Δία, καὶ Πολύκλητος τἀμὲ Ἥραν εἰργάσατο, καὶ Μύρων ἐπῃνέθη, καὶ Πραξιτέλης ἐθαυμάσθη. προσκυνοῦνται γοῦν οὕτοι μετὰ τῶν θεῶν. εἰ δὴ τούτων εἷς γένοιο, πῶς μὴ οὐ κλεινὸς αὐτὸς οὕτω πᾶσιν ἀνθρώποις γένοιο; ζηλωτὸν δὲ καὶ τὸν πατέρα ἀποδείξῃς, προβλεπτὸν δὲ ἀποφανεῖς C καὶ τἀμὲ πατρίδα. Ταῦτα καὶ ἔτι τούτων πλείονα διαπαίουσα, καὶ βαρβαρίζουσα, πάμπολλα εἶπεν ἡ Τέχνη, μάλα δὴ σπουδῇ σπεύδουσα, καὶ πείθειν με πειρωμένη· ἀλλ' οὐκέτι μέμνημαι· τὰ πλεῖστα γὰρ ἤδη μου τἀμὲ μνήμης διέφυγε. ἐπεὶ δ' οὗτος ἐπαύσατο, ἄρχεται ἡ ἑτέρα ὧδέ πως, Ἐγὼ δὲ, ὦ τέκνον, Παιδεία εἰμὶ ἤδη σοὶ, καὶ γνωρίμη, εἰ καὶ μηδέπω εἰς τέλος μου πεπειράσαι. ἡλίκα μὲν οὖν τἀγαθὰ ποιεῖ λιθοξόος γενόμενος, αὐτὴ προείρηκεν· Οὐδὲν γὰρ ὅτι μὴ ἐργάτης ἔσῃ, τῷ σώματι πονῶν, καὶ οὕτω τἀμὲ ἄπασαν ἐλπίδα τοῦ βίου τε- D θραμμένος, ἄφαντος μὲν αὐτὸς ὢν, ὀλίγα καὶ ἀζήμιον λαμβάνων, ταπεινὸς τἀμὲ γνώμην, δύτελὴς δὲ τἀμὲ πρόσοδον. οὔτε φίλοις ὑποδικάσιμος, οὔτε ἐχθροῖς φοβερὸς, οὔτε τοῖς πολίταις ζηλωτός· ἀλλ' αὐτὸ μόνον, ἐργάτης, καὶ τῶν ἐκ τοῦ πολλοῦ δήμου εἷς, ἀεὶ τὸν προὔχοντα ἰσοστάσιον, καὶ τὸν λέγειν δυνάμενον θεραπεύων, λαγὼ βίον ζῶν, καὶ τοῦ κρείττονος ἕρμαιον ὤν.

Εἰ δὲ καὶ Φειδίας, ἢ Πολύκλητος γένοιο, καὶ θαυμαστὰ πολλὰ ἐξεργάσαιο, τὴν μὲν τέχνην ἅπαντες ἐπαινέσονται, οὐκ ἔστι δὲ ὅστις τῶν ἰδόντων, εἰ νοῦν ἔχοι, ἄξαιτ' ἂν σοι ὅμοιος γενέσθαι. οἷος γὰρ αὐτὸς, βάναυσος, καὶ χειροπάλης, καὶ ἀποχειροβίωτος νομισθήσῃ. ἐὰν δέ μοι πείθῃ, πρῶτον μέν σοι πολλὰ ἐπιδείξω παλαιῶν ἀνδρῶν ἔργα, καὶ πρόξεις θαυμαστὰς, καὶ λόγους αὐτῶν ἀπαγγέλλουσα, καὶ πρώτων, ὡς εἰκὸς, ἐμπειρόν σε ἀποφαίνουσα· καὶ τὴν ψυχὴν, ὅπερ σοι κυριώτατόν ἐστι, κατακοσμήσω πολλοῖς καὶ ἀγαθοῖς κοσμήμασι, σωφροσύνῃ, δικαιοσύνῃ, εὐσεβείᾳ, πραότητι, ἐπιεικείᾳ, σωφροσύνῃ, καρτερίᾳ, τῷ τῶν καλῶν ἔρωτι, τῇ πρὸς τὰ σεμνότατα ὁρμῇ. ταῦτα γάρ ἐστιν ὁ τῆς ψυχῆς ἀκήρατος ὡς ἀληθῶς κόσμος. λήσει δέ σε οὔτε παλαιὸν οὐδὲν, οὔτε νῦν γενέσθαι δέον, ἀλλὰ καὶ τὰ δέοντα πρόσεσθ' μετ' ἐμοῦ. καὶ ὅλως, ἅπαντα ὁπόσα ἐστὶ τὰ μὲν θεῖα, τὰ δὲ ἀνθρώπινα, οὐκ εἰς μακρὰν σε διδάξομαι. καὶ ὁ νῦν πένης ὁ τῶν δεινῶν, ὁ βαλβουθμὸς τῆς πρὸς ἀγῶνας ὥρας τέχνης, μετ' ὀλίγον ἅπασι ζηλωτὸς, καὶ ἐπιφθονος ἔσῃ, τιμώμενος, καὶ ἐπαινούμενος. καὶ ὅτι τοῖς ἀρίστοις δοκιμῇ, καὶ κατὰ τὴν γνώμην καὶ πλοῦτον πρώτων ἀποβλεπόμενος, ἐνθένδε μὲν τοιαύτην ἀμπεχόμενος, (δείξασα τὴν ἑαυτῆς, πολὺ δὲ λαμπροτέραν ἐφορᾷ,) ἀρχῆς δὲ καὶ πρεσβείας ἀξιούμενος. κἀν που ἀποδημῇς, ὀφθήσῃ ὅτι τῆς ἀλλοδαπῆς ἀγνὼς ὀφθήσῃ ἀφανὴς ἔσῃ. τοιαῦτά σοι προσθήσω τὰ γνωρίσματα, ὥστε τῶν ὁρώντων ἕκαστος, τὸν πλησίον κινήσας, δείξει σε τῷ δακτύλῳ, ΟΥΤΟΣ ΕΚΕΙΝΟΣ λέγων. ἀλλ' ὅτι μὲν ἀκουσθῆς ἄξιον ἦ, καὶ τοῖς φίλοις ἢ καὶ τῇ πόλει ὅλῃ καταλαμβάνῃ, εἰς σὲ πρῶτος ἀποβλέψονται. κἀν που τι λέγων τύχῃς, κεχηνότες οἱ πολλοὶ ἀκούσονται, θαυμάζοντες, καὶ δαιμονίζοντές σε τῶν λόγων τῆς δυνάμεως, καὶ τὸν πατέρα τῆς εὐτυχίας. ὃ δὲ λέγεσιν ὡς ἄρα ἀθάνατοί γίγνονταί τινες ἐξ ἀνθρώπων, τοῦτό σοι προσποιήσω.

A Quòd si etiã Phidias vel Polycletus fias, præclaraq; & admiratione digna multa opere præstiteris, artem quidem laudabunt omnes: at qui ex aspicientibus tibi similis esse optarit, nemo erit, qui modò mẽtem habebit. Qualis qualis enim fueris, nihil nisi rudis quispiam opifex, manibus laborans, & iisdem victum quæritans, censeberis. Contrà autem si mihi obsequêris, principio tibi ostendam multa veterum virorum præclara opera, & res admiratione dignas. Deinde & orationes illorum tibi renunciando, & omnium (vt sic dicam) expertum te reddendo, animum (quod præcipuum in te B est) exornabo tibi multis ac præclaris ornamentis: modestia scilicet, iustitia, pietate, mansuetudine, æquitate, prudentia, fortitudine, amore honesti, & pulcherrimarum quarumcũque rerum desiderio. Hæc enim animi ornamenta sunt, verè syncera atque perpetua. Neq, autem latebit te neque veterum quicquam, neq; eorum quæ in præsens geri debent: sed ea quæ agi conueniet, quæq; decent, me duce longè antè prospicies. Et in summa, omnia quæcunq; seu diuina seu humana sunt, paruo tempore docebo te: & qui nunc pauper atque inops es, istius nescio C cuius filius, qui de arte adeò illiberali nescio quid consultas, haud ita multo pòst nimiùm felix, nimiumq; beatus omnibus videberis, dum & honoribus afficieris, & laudibus effereris, & pulcherrimarũ quarumcunq; rerũ gloria celebraberis, illorum etiam qui diuitiis ac genere cæteris antestant, in te animis atque oculis conuersis: ac vestitum quidẽ talem geres (demonstrans suum: gerebat autem admodum splendidum) Magistratibus verò, & primo in consessu honore ante alios dignus existimaberis. Et si quando aliquò peregre abiẽs proficiscêris, etiam in alie- D na terra non ignotus aut obscurus eris. Talibus scilicet ornamentis ego te insignem atque conspicuum reddam, vt eorum quoque qui te aspicient, quisque proximè astantem leuiter impellens & commouens, digito te demõstret, atque, HIC est ille, dicat. Iam si quid studio dignum accidet quod vel ad amicos, vel etiam ad ipsam ciuitatem pertinebit, omnes in te oculos atque ora cõuertent. Atque si tum aliquid fortè dixeris, plerique hiantes auscultabunt, admirantes & prædicantes tum te ob dicendi vim, & orationis potestatem, tum etiam patrem tuum ob felicitatem prolis. Et quod dici vulgo solet, quòd ex hominibus quidam immortales redduntur, id quoque tibi dabo.

Nam poſtquam ipſe ex hac vita deceſſeris, nunquam deſines conuerſari doctis, & conſuetudinem habere cum optimis. Demoſthenem illum certè vides, cuius filius fuerit, & quantum ego eundem reddiderim. Vides & Æſchinem, qui tympaniſtriæ cuiuſdam filius erat, & tamen propter me etiam Philippus rex illum palpauit. Socrates autem, qui & ipſe inter ſtatuariam hanc artem enutritus fuit, & ſimul atque primùm intelligere cœpit meliora, relicta illa transfugit, ad me nimirum, audis vt nunc ab omnibus decantetur? Igitur relinquens tantos ac tales hoſce viros, res adeò ſplendidas, orationes tam graues ac illuſtres, veſtium ornamenta, honorem, famam, laudem, primos aſſeſſus, potentiam, imperia, denique & illam quam ex dicendo conſequêris gloriam, & qua te omnes ob prudentiam prædicabunt, felicitatem, tuniculam aliquam indues ſordidam, habitúmque aſſumes ſeruilem: vectes præterea & celtes, & id genus cætera ſculpendi cædendique inſtrumenta in manibus habebis, deorſum inclinatus in opus, humi repens, demiſſus, denique modis omnibus abiectus & contemptus, nunquam autem neque expergiſcens, neque virile aut libero homine dignum quicquam cogitans, ſed in opera intentus, vt illa videlicet proportionibus ſuis conſona & bene formata tibi reddantur: de te ipſo autem, vt & concinnus & ornatus incedas, minimè curam gerens, ſed te ipſis iſtis ſaxis contemptiorem reddens. Adhuc igitur dicente hæc illa, non expectato orationis fine, ſurgens ſententiam tuli, & relicta deformi & operatrice illa, tranſiui ad Humanitatem, admodum gaudens, præcipuè poſtquam mihi etiam in mentem venit ſcuticæ, & quòd plagas ilatim non paucas incipienti mihi pridie illa inflixiſſet. Porrò relicta illa, principio quidem indignè ferebat, complodebátque manus, & dentibus infremebat: poſtremò autem, quemadmodum Nioben audimus, ita hæc quoque diriguit, & in ſaxum mutata eſt. Quòd ſi igitur incredibilia paſſa eſſe videtur, ne miremini: ſomnia enim mirifica ſunt, & mira operari ſolent. Altera autem ad me reſpiciens, Proinde, inquit, ego tibi hanc iuſtitiam rependam, quoniam cauſam hanc bene & rectè iudicaſti.

A καὶ γὰρ ἐπὰν αὐτὸς ἐκ τοῦ βίου ἀπέλθῃς, οὐδέποτε παύσῃ συνὼν τοῖς πεπαιδευμένοις, ἀλλ' ἐσῃ ὁμιλῶν τοῖς ἀρίστοις. ὁρᾷς τὸν Δημοσθένους ὁποῖόν τινος υἱόν ἐστιν, ἐγὼ ἡλίκον ἐποίησα; ὁρᾷς τὸν Αἰσχίνου, ὃς τυμπανιστρίας υἱὸς ἦν, ἀλλ' ὅμως αὐτὸν διὰ ἐμὲ Φίλιππος ἐθεράπευσεν; ὁ δὲ Σωκράτης, καὶ αὐτὸς ὢν τοῦ τῆ ἑρμογλυφικῆ ταύτη τραφεὶς, ὅπως τάχιστα σωφρονέστερος τοῦ χρείττονος, καὶ ἀπαλλαγεὶς τῆς αὐτῆς, ἠυτομόλησεν ὡς ἐμέ, ἀκούσῃ ὡς παρὰ πάντων ᾄδεται; ἀφεὶς δὲ αὖθις τηλικούτους, καὶ τοιούτους ἄνδρας, καὶ τοσαύτης λαμ-

B πρᾶς, καὶ λόγους σεμνοὺς, καὶ ἀξίωμα διώρεπτες, καὶ ὄνομα, καὶ δόξαν, καὶ ἔπαινον, καὶ πρωτεδρίας, καὶ δυνάμεις, καὶ ἀρχὰς, καὶ ὃ ὅτι λόγοις δόκιμος εἶ, καὶ ὃ ὅτι σωφρονῶν εὐδαιμονίζεσθαι, χιτωνίσκον τε παχὺν ἐνδύσῃ, καὶ ἀξίωμα δουλοπρεπὲς ἀναλήψῃ, καὶ μοχλία, καὶ γλυφίδα, καὶ κοπίδας, καὶ κολαπτῆρας ἐν ταῖν χερσῖν ἕξῃς, κάτω νενευκὼς εἰς τὸ ἔργον, χαμαιπετὴς, καὶ χαμαίζηλος, καὶ πάντα τρόπον ταπεινὸς· διακωφῶν δὲ οὐδέποτε, οὐδὲ ἀναδρῶδες, οὐ-

C δὲ ἐλεύθερον οὐδὲν ὑπονοῶν, ἀλλὰ τὰ μὲν ἔργα ὅπως ῥυθμὰ καὶ σύμμετρα ἔσται σοι προσέξων, ὅπως δὲ αὐτὸς ῥυθμός τε, καὶ κόσμος ἔσῃ, ἥκιστα περιττικῶς, ἀλλ' ἀτιμότερον ποιῶν σεαυτὸν λίθων. Ταῦτα ἔτι λεγούσης αὐτῆς οὐ προσεμείνας ἐγὼ τὸ τέλος τοῦ λόγου, ἀναστὰς ἀπεφηνάμην. καὶ τὴν ἄμορφον ἐκείνην, καὶ ἐργατικὴν ἀπολιπὼν, μετέβαινον πρὸς τὴν Παιδείαν μάλα γεγηθώς· καὶ μάλιστα ἐπεί μοι καὶ εἰς νοῦν ἦλθεν ἡ σκυτάλη, καὶ ὅτι πλη-

D γὰς ἤδη σὺν ὀλίγαις ἀρχομένῳ μοι ἔδωκε, συνετείνατο. ἡ δὲ, ἀπολιφθεῖσα, ὃ μὲν πρῶτον ἠγανάκτει, καὶ τὼ χεῖρε συνεκρότει, καὶ τοὺς ὀδόντας ἐνέπριε· τέλος δὲ, ὥσπερ τὴν Νιόβην ἀκούομεν, ἐπετάγη, καὶ εἰς λίθον μετεβέβλητο. Εἰ δὲ παράδοξα ἔπαθε, μὴ ἀπιστήσητε· θαυματοποιοὶ γὰρ οἱ ὄνειροι. Ἡ ἑτέρα δὲ πρός με ἀποβλέψασα, ποιήσομαί σοι, ἔφη, τῆς δὲ τῆς δικαιοσύνης, ὅτι καλῶς τὴν δίκην ἐδίκασας.

καὶ ἐλθὲ ἤδη, ἐπίβηθι τούτου τοῦ ὀχήμα- A
τος, (δείξασά τι ὄχημα ὑποπτέρων ἵπ-
πων τινῶν, τῶν Πηγάσῳ ἐοικότων,) ὅπως
ἴδῃς οἷα καὶ ἡλίκα μὴ ἀκολουθήσας ἐμοὶ
ἀγνοήσῃν ἔμελλες. ἐπεὶ δὲ ἀνῆλθον, ἡ μὲν
ἤλαυνε, καὶ ὑφηνιόχει. ἀρθεὶς δὲ εἰς ὕψος
ἐγὼ, ἐπεσκόπουν ἀπὸ τῆς ἕω ἀρξάμε-
νος ἄχρι πρὸς ἑσπέραν, πόλεις, καὶ ἔθνη,
καὶ δήμους, καθάπερ ὁ Τριπτόλεμος ἀπο-
σπείρων τι ἐς τὴν γῆν. οὐκέτι μέν τοι μέ-
μνημαι ὅ,τι ὁ σπειρόμενον ἐκεῖνο ἦν· πλὴν
τοῦτο μόνον, ὅτι κάτωθεν ἀφορῶντες οἱ ἀν-
θρωποι, ἐπῄνουν, καὶ μετ' εὐφημίας B
καθ' οὓς ἠοίμην τῇ πόλει, προὔπεμ-
πον. δείξασα δέ μοι τὰ τοσαῦτα, καμὲ
τοῖς ἐπαινοῦσιν ἐκείνοις, ἐπιδυήσαλν αὖ-
θις, οὐκέτι τὴν αὐτὴν ἐσθῆτα ἐκείνην
ἐνδεδυκότα, ἣν εἶχον ἀφιππάμενος· ἀλλ'
ἐμοὶ ἐδόκουν ὑπερφυές τις ἐπιδήσειν. κα-
ταλαβοῦσα οὖν καὶ τὸν πατέρα ἑστῶτα, C
προσιόντα, ἐδείκνυεν αὐτῷ οἵαν ἐκείνην τὴν
ἐσθῆτα, κἀμὲ, οἷος ἦκον. καί τι ἐπέ-
μνησεν οἷα μικροῦ δεῖν πρὸ ἐμοῦ ἐβαλλό-
μην. ταῦτα μέμνημαι ἰδὼν, αὐτίκα
ἔπ' ὤν, ἐμοὶ δοκεῖ, ἐκπλαγεὶς πρὸς τὸν
τῶν πληγῶν φόβον. μεταξὺ δὲ λέγοντος,
Ἡράκλεις, ἔφη τις, ὡς μακρὸν ὄνει-
ρον, καὶ διχαιικόν. εἶτ' ἄλλος ἐπέ-
κρουσε, χαμαιεινὸς ὀνείρος, ὅτι μιᾶς εἰ-
σιν αἱ νύκτες· ἢ τάχα που τελέστερος, ὥσ-
περ ὁ Ἡρακλῆς καὶ αὐτὸς ἦν. τί δ' οὖν
ἐπῆλθεν αὐτῷ λῆρον ταῦτα πρὸς ἡμᾶς,
καὶ μνησθῆναι παιδικῆς νυκτὸς, καὶ ὀνεί-
ρων παλαιῶν, καὶ ἤδη γεγηρακότων; ἔοι-
κεν γὰρ ἡ ψυχρολογία. μὴ ὀνείρων τινῶν D
ἡμᾶς ἐπιστολάς τινας ἐπείληφεν; οὐκ
ὦ γαθέ. οὐδὲ γὰρ ὁ Ξενοφῶν ποτε διηγού-
μενος τὸ ἐνύπνιον, ὡς ἐδόκει αὐτῷ ἐν τῇ
πατρῴᾳ οἰκίᾳ, καὶ τἄλλα. ἴσμεν γὰρ οὐχ ὑπο-
κρισιν τὴν ὄψιν, οὐδὲ ὡς φλυαρῶν ἐγνωκὼς
αὐτὰ διεξῄει. ἀλλὰ ταῦτα ἐν τῷ πολέμῳ, ἐν
ἀπογνώσει πραγμάτων, περιεστώτων πο-
λεμίων, ἀλλά τι χρήσιμον εἶχεν ἡ διήγησις.

Veni igitur, & ascende vehiculum hoc, (commonstrato quodam vehiculo, quod alatis equis quibusdam Pegaso similibus vehebatur) vt videas qualia ac quanta ignoraturus fuisses, si me non secutus esses. Cæterùm postquam ascendi, illa quidem agitare atque aurigari cœpit: Ego verò vbi iam in sublime sublatus fui, obseruabam & contemplabar, ab oriente incipiens, vsque ad occidentem, vrbes videlicet & populos, non aliter quàm Triptolemus olim, spargens quiddam in terram: quanquam non amplius memini quidnam illud fuerit quod tum spargebam, nisi hoc solum, quòd sursum aspicientes homines laudabant me, & ad quoscunque volando perueneram, cum multa prædicatione & gratulatione me prosequebantur, & quasi deducebant. Porrò vbi illa hæc tanta mihi, & meipsũ collaudantibus illis demonstrasset, reduxit rursum, non amplius eadem veste illa indutum, quam habueram ab initio auolans, sed videbar mihi tum admodum delicatus & splendidus redire. Deprehendens igitur & patrem astantem, atque expectantem me, commonstrauit ei vestem illam, & meipsum qualis redirem: submonuitq; eum quàm parum abfuerit quin minimè digna de me ille cum amicis suis statuisset. Atque hęc quidem memini videre me, cùm primùm è pueritia egressus essem, plagarum metu, ceu mihi videor, tum exturbatus. Sed interea dum hæc dicuntur, ô Hercules, inquit quispiam; quàm longum hoc somnium, & iudiciale est? Deinde alius quidam hoc eludens, Hyemale, dixit, somnium est, quando noctes sunt longissimæ: aut fortassis etiam trinoctiale, qualis & ipse Hercules est. Quid igitur in mentem venit illi, nugari talia nobiscum, mentionemq; facere puerilis istius noctis, somniorumq; veterum & ætate iam obsoletorum? Frigida enim & ingrata est omnis inepta ac futilis oratio. An fortè somniorum quorundam quasi quosdam interpretes esse nos credidit? Nequaquã, ô bone: quoniam neq; Xenophon quondam exponens somnium illud, quo pacto ipsi visum fuerat in domo paterna, & deinceps. Nostis enim vt non coniectationem quandam proponens, visionem suam, aut quòd ita nugari statuisset; narrauit, præsertim in bello & summa rerum desperatione constitutus, circunstantibus vndiq; hostibus, sed quòd vtilitatem quandam secum habebat illa narratio:

Lib. 3. Anabaseos.

Proinde & ego ſomnium hoc vobis expoſui, ea videlicet gratia, vt adoleſcentes ad meliora ſtudia conuerterentur, & humanitatem amplecterentur, & maximè ſi quis eorum præ inopia & paupertate peius de ſeipſo ſtatuit, animúmque ad deteriora declinat, ingenium non illiberale, illiberaliter perdendo. Confirmabitur enim talis aliquis, ſat ſcio, & quaſi conualeſcet, vbi ſermonem hunc audierit, idoneum atque ſufficiens exemplum me ſibi proponens, vbi videlicet ipſe ſecum cogitabit, qualis ego ab initio exiſtens, ad optima prouectus fuerim, humanitatémque appetiuerim, minimè deiectus aut fractus animo ob eam paupertatem in qua tunc fui: deinde qualis & huc ad vos aſcenderim, qui certè vt nihil aliud, aut amplius, nullo tamen ſtatuariorum iſtorum inferior aut obſcurior euaſi.

A καὶ τοίνυν κἀγὼ τοῦτον ὑμῖν διηγησάμην ἐνύπνιον ἕνεκα, ὅπως οἱ νέοι πρὸς τὰ βελτίω τρέπωνται, καὶ παιδείας ἔχωνται. Καὶ μάλιστα εἴ τις αὐτῶν ὑπὸ πενίας ἐθελοκακεῖ, καὶ πρὸς τὰ ἧττω ἀποκλίνῃ, φύσιν οὐκ ἀγεννῆ ἀμφιβαλλόμενος. ἐπιῤῥωσθήσεται δ' οἶδ' ὅτι καὶκεῖνος, ἀκούσας τοῦ μύθου, ἱκανὸν ἑαυτῷ παράδειγμα ἐμὲ προσηκάμενος, οἵνοῶν οἷος μὴ ὢν, πρὸς τὰ κάλλιστα ὥρμησα, καὶ παιδείας ἐπεθύμησα, μηδὲν ἀποδειλιάσας πρὸς τὴν πενίαν τὴν τότε, οἷος δὲ πρὸς ὑμᾶς B ἐπῆλθον, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, σοφιστῶν γοῦν τῶν λιθογλύφων ἀδοξότερος.

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΕΙΠΟΝΤΑ, ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΕΙ ΕΝ ΛΟΓΟΙΣ.

CONTRA EVM QVI DIXERAT, PROMETHEVS ES IN VERBIS.

Iacobo Micyllo Interprete.

ARGVMENTVM.

Apologia quædam eſt contra eum à quo Prometheus in verbis appellatus fuerat, qua quantum hanc collationem in ſe admittat, & quantum non, cum acerba quadam regeſtione reſpondet. Vt autem in ſuperiore narratione, ſomnij, generis, educationis, ac ſtudiorum ſuorum rationes expoſuit: ita hîc videtur dictionem & dicendi genus ſuum, quale, & ad quod exemplum comparatum eſſet, indicare voluiſſe, nempe quod ad materiam & res attinet, comœdiam: quod autem ad compoſitionem, & ipſam orationis figuram ſpectat, dialogos, quales ſcilicet Platonis ſunt, ſeſe imitari.

PRometheum igitur me eſſe ais? ſi quidem ea ratione, ô optime, quaſi & mea opera lutea ſint, agnoſco collationem, ac fateor me ſimilem illi eſſe: neque recuſo luti figulus etiam ipſe dici: tametſi lutum mihi vilius ſit, quale ſcilicet ex triuiis colligitur cœnum propemodum ac fœtulentum quoddam. Quòd ſi verò adeò extollens orationem meam, perinde vt artificioſam & fabrefactam, doctiſſimi illius Titanum nomine eam cohoneſtas & laudas: vide ne quis ironiam dixerit, & quaſi quandam Atticam ſubſannationem ſubeſſe huic laudi. aut vnde enim adeò fabrefactum eſt quod ego facio? Quæ verò iſta nimia & Promethea ſapientia in ſcriptis meis?

C Γνωσῶ Προμηθέα με εἶναι φῄς; εἰ μὲν κἀκ τούτου, ὦ ἄριστε, ὡς πηλίνων καμοὶ τῶν ἔργων ὄντων, γνωρίζω τὴν εἰκόνα, καὶ φημὶ ὅμοιος εἶναι αὐτῷ. τὸ δὲ ἀναίνομαι πηλοπλάθος ἀκούειν, εἰ καὶ φαυλότερος ἐμοὶ ὁ πηλός, οἷος ἐκ τριόδου, βόρβορός τις ὢν καὶ μικρόν. εἰ δὲ ὑπαφεπαινῶν τοὺς λόγους ὡς δῆθεν θυμηδοῦς ὄντας, τὸν D σοφώτατον τῶν Τιτάνων ἐπευφημίζῃς αὐτοῖς, ὅρα μή τις εἰρωνείαν φῇ, καὶ μυκτῆρα, οἷ τὸν Ἀττικὸν, προσοῖναι τῷ ἐπαίνῳ. ἢ πόθεν γὰρ θυμηδοῦν τοὐμόν; τίς δ' ἡ προκειμένη σοφία καὶ προμήθεια ἐν τοῖς γράμμασιν;

ὡς ἔμοιγε ἱκανὸν, εἰ μὴ πάνυ σοι γήϊνα A
ἔδοξε, μηδὲ κομιδῇ ἀξία τῆς Καυκάσου·
καίτοι πόσῳ δικαιότερον ὑμεῖς ἂν εἰκάζοι-
σθε τῷ Προμηθεῖ, ὁπόσοι ἐν δίκαις δόξα-
μεῖτε, ξυὸ ἀληθείᾳ ποιούμενοι τοὺς ἀγῶ-
νας; ζῶντα οὖν ὡς ἀληθῶς, καὶ ἔμψυχα
ὑμῖν τἀ ἔργα. καὶ νὴ Δία, καὶ ὁ θερμὸν αὐ-
τῶν ὅτι ἅψιπυρον. καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ Προ-
μηθέως ἂν εἴη, πλὴν εἰ μὴ ἅμα λάβοιτε
ὅπῃ μηδ' ἐκ πηλοῦ πλάττεται, ἀλλὰ χρυ-
σᾶ ὑμῖν τοῖς πολλοῖς τὰ πλάσματα, ἡμεῖς
δὲ οἱ ἐς τὰ πλήθη παιόντες, καὶ τοιού-
τους τῶν ἀκροάσεων ἐπαγγέλλοντες, εἴδωλα B
ἄττα ἐπιδεικνύμεθα. καὶ ὁ μὲν ὅλον, ὡς πη-
λῷ, καθάπερ ἔφην μικρὸν ἔμπροσθεν, ἡ
πλαστικὴ καὶ τοιαῦτα τοῖς κεραμεῦσιν. τὰ
δ' ἄλλα, οὔτε κίνησις ὁμοία προσέστιν, οὔ-
τε ψυχῆς δεῖγμά τι ἀλλὰ τέρψις ἄλλως,
καὶ παίγνιόν τὸ πρᾶγμα. ὥστε με ἀγω-
νιᾶσθαι ἔπεισι, μὴ ἄρα οὕτω με Προ-
μηθέα λέγοις εἶναι, ὡς ὁ κωμικὸς τὸν Κλέω-
νά φησιν· οἶσθα που εἰκῇ. Κλέων Προ-
μηθεύς ἐστι μετὰ τὰ πρόσωπα. καὶ αὐ-
τοὶ δὲ Ἀθηναῖοι τοὺς κυτρέας, καὶ ἰπνο- C
ποιούς, καὶ πάντας, ὅσοι πηλουργοί, Προ-
μηθέας ἀπεκάλουν, διασκώπτοντες ἐκ
τοῦ πηλοῦ, καὶ τῷ ἐν πυρὶ οἴμῃ τῶν σκευ-
ῶν ὀπτήσιν. καὶ εἰ γέ σοι τοῦτο βούλεται
εἶναι ὁ Προμηθεύς, πάνυ εὐσόχως ἀποτε-
τόξευται, καὶ ἐς τὸν Ἀττικὸν δριμύτητα
τῶν σκωμμάτων, ἐπεὶ καὶ εὔθρυπτα ἡμῖν
τἀ ἔργα, ὥσπερ ἐκείνοις τὰ κυτρίδια. καὶ
μικρόν τις λίθον ἐμβαλὼν, σκεδάσειεν
ἅπαντα. καίτοι φαίη τις παραμυθούμε-
νος, οὐ ταῦτα εἰκάσαι τῷ Προμηθεῖ, ἀλ- D
λὰ τὸν καινουργὸν τοῦτο ἐπαινῶν, καὶ μή τι
ἄλλο ἀρχέτυπον μεμιμημένον· ὥσπερ
ἐκεῖνος ἔτι ὄντων οὐδέπω, τέως ἐννοήσας αὐτοῖς ἀνέπλασε. τοιαῦτα ζῶα μορ-
φώσας, καὶ διακοσμήσας, ὡς εὐκίνητά
τε εἴη, καὶ ὀφθῆναι χαρίεντα. καὶ ὁ μὲν
ὅλον, ἀρχιτέκτων αὐτὸς ἦν. συνεργάζετο δέ τοι καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ἐμπνέουσα τὸν πη-
λὸν, καὶ ἔμψυχα ποιοῦσα ἔτι τὰ πλάσματα.

Nam mihi certè illud ſatis fuerit, ſi non omnino terrena atque fictilia tibi videantur; aut digna adeo Caucaſo. At verò quanto iuſtiùs vos comparari Prometheo poteratis, quicunque in iudiciis & cauſis agendis celebres eſtis; cum veritate certamen inſtituentes? Viua enim reuera atque animata vobis opera ſunt, & per Iouem etiam calor illorum ignitus eſt. Quod ipſum quoque ex Promethei rebus ſumptum videri poſſit, niſi ſi ſic decidatis hîc, quòd minimè ex luto fingatis vos, ſed quòd aurea vobis pleriſque figmenta ſua ſint: nos autem qui ad vulgus prodimus, atque ibi tales noſtras auſcultationes iactamus, nihil aliud quàm ſimulachra quædam rerum ſpectanda exhibemus: Et in ſumma, circa lutum quidem, quemadmodum paulo antè dixi, ipſa hæc figulina verſatur, perinde vt & aliorum figulorum: præterea autem neque motus ſimilis ineſt, neque animæ ſeu vitæ aliqua ſignificatio, ſed delectatio quædam inanis, & quaſi quidam luſus totum illud negotium eſt. Vt interim etiam cogitare incipiam, num ita me Prometheum dicere volueris, vt Comicus ille Cleonem: noſti ſiquidem. Cleon, inquit, Prometheus ille poſt negotia eſt. Cæterùm etiam ipſi Athenienſes figulos ollarum; & furnorum conſtructores, & quicunque circa lutum verſantur, Prometheos vocabant olim, alludentes ad lutum, opinor, & ad illam quæ fit in igne, vaſorum aſſaturam. Quòd ſi etiam hoc ſibi vult Prometheus iſte tuus, admodum directè ac certò iaculatus es, & omnino ſecundùm Atticam illam mordendi acerbitatem dixiſti: quoniam & noſtra opera fragilia ſunt, perinde vt illorum ollulę: & modicum quiſpiam lapillum iniiciens, facilè contriuerit omnia. Atqui dixerit aliquis, conſolando nos, nequaquam iſta aſſimilaſſe Prometheo, ſed nouitatem hanc, & ea quæ nullo alio exemplo facta, aut ad imitationem comparata ſunt, laudare voluiſſe te: quemadmodum & ille nondum exiſtentibus hominibus excogitatos, atque de nouo inuentos illos tum finxit; talibus animalibus effigiatis & exornatis, quæ & mouerentur facilè, & aſpectu gratioſa forent, & in ſumma, architectus ipſe erat, ſed cooperabatur tamen etiam Minerua illi, quæ & lutum inſpirabat, & figmenta illa animata reddebat.

Talia quidem ille aliquis dicere posset, atque ita in meliorem partem dictũ istud exponere. Et fortassis hæc sententia etiam dicti fuit: sed mihi non ita satis est, si videar noua fingere: quoniam neque vetustius aliquid dicere quisquam poterit eo figmento, ad cuius imitationem ac formam hoc deductum & quasi progenitum est. Sed tamen nisi & gratiam quandam atque venustatem præ se ferat, puderet me sanè (sat scias) illius, & conculcando abolere cuperem. Neque enim illi eò profuerit apud me nouitas hæc, quominus conteratur, si deforme existat. Et si quidem non ita sentiam, dignus mihi videor qui à sedecim vulturibus attondear: vt qui non intelligam quòd multo deformiora ea sunt, quæ hoc ipsum quod sunt, cum peregrinitate quadam cõiunctum habent. Ptolemæus igitur Lagi filius, cùm aliquando duas res nouas in Ægyptum adduxisset, camelum videlicet Bactrianam, totam nigram, & hominem bicolorem, cuius altera pars planè nigra, altera autem excellenter candida erat, per totum corpus æqualiter distincta atque diuisa: congregatis in theatrum Ægyptiis, exhibuit illis cùm alia multa spectacula, tum inter postrema, hæc quoque, camelum videlicet, & semialbum hominem, putauitque se magnam admirationem isto spectaculo concitaturum esse. At illi ad cameli quidem conspectum perterriti sunt, & parum abfuit quin exilientes profugissent, quanquam tota ea auro exornata, ac purpura instrata erat, frenũ autem etiam gemmis compactum habebat, ex Darij alicuius, aut Cambysis, aut etiam ipsius Cyri thesauris depromptum. Ad hominis autem intuitum plerique ridebant: alij autem etiam vt monstrum aliquod ipsum auersabantur. Quare Ptolemæus intelligens se illis non adeò laudem conciliasse sibi, neq; nouitatem apud Ægyptios in admiratione esse, sed præ ipsa quod concinnum atque compositum, iustáque forma præditum foret, probari, transtulit illos inde, hominémque non ampliùs eodem honore habuit, quo antea. Ac camelus quidem neglecta atque relicta tum, mortua est: hominem autem illum duplicem Thespidi cuidam tibicini, cùm ad pocula bene ceciniisset, dono dedit. Porrò vereor ne & mea, camelus in Ægypto, sint, homines autem adhuc frenum illius & purpuram admirentur:

A ὁ μὲν τοῦτο αὖ εἴποι, τοῖς τε ὀψιμώτατον ἐξηγούμενος ὃ εἰρημένον. καὶ ἴσως οὕτως ὁ νοῦς ἐστὶ τοῦ λελεγμένου· ἐμοὶ δὲ οὐ πάνυ ἱκανὸν, εἰ καινοποιῶν δοκοίην· μηδὲ ἔχοι τις λέγειν ἀρχαιότερόν τι τοῦ πλάσματος, ᾧ τοῦτο ἀπόγονόν ἐστιν· ἀλλὰ εἰ μὴ καὶ χαρίεντα φαίνοιτο, αἰσχυνοίμην ἂν, οὕτω ἴσθι, ἐγὼ αὐτὸ, καὶ ξυμπατήσας ἂν, ἀφανίσαιμι. σοὶ μὲν ὠφελήσειν αὐτὸ, τοῦδε γὰρ ἐμοὶ ἡ καινότης, μὴ οὐχὶ σεσωτευείφθαι ἄμορφον ὄν. καὶ εἴγε μὴ οὕτω φρονοίην, ἄξιος ἂν μοι δοκῶ ὑπὸ ἑκκαίδεκα γυπῶν κείρεσθαι, οὐ σεσωιεὶς, ὡς πολὺ ἀμορφότερα τὰ μὴ τοῦ ξένου αὐτὰ πεποιῆται. Πτολεμαῖος οὖν ὁ Λάγου δύο καινὰ ἐς Αἴγυπτον ἄγων, κάμηλόν τε Βακτριανὴν παμμέλαιναν, καὶ ἄνθρωπον ἀμφίχρων, ὡς ὁ μὲν ἡμίτομον αὐτὸ, ἀκριβῶς μέλαν εἴη, ὁ δ' ἕτερον, ἐς ὑπόλευκον λαμπρὸν, ὑπίσης δὲ μεμερισμένον, ἐς ὃ θέαθρον συναγαγὼν τοῖς Αἰγυπτίοις, ἐπεδείκνυτο αὐτοῖς ἄλλά τε πολλὰ θεάματα, καὶ ὃ τελευταῖον καὶ τοῦτο, τὴν κάμηλον, καὶ τὸν ἡμίλευκον ἄνθρωπον. καὶ C ᾤετο ἐκπλήξειν τῷ θεάματι. οἱ δὲ, ὡς μὲν τὴν κάμηλον, ἐφοβήθησαν, καὶ ὀλίγου δεῖν ἔφυγον ἀναθορόντες· καίτοι χρυσῷ πᾶσα ἐκεκόσμητο, καὶ ἁλουργίδι ἐπέστρωτο, καὶ ὁ χαλινὸς ὑπὸ λιθοκόλλητος, Δαρείου τινὸς, ἢ Καμβύσου, ἢ Κύρου αὐτοῦ χειμήλιον. ὡς δὲ τὸν ἄνθρωπον, οἱ μὲν πολλοὶ ἐγέλων· οἱ δέ τινες, ὡς ὅτι τέρατι ἐμυσάττοντο. ὥστε ὁ Πτολεμαῖος σωιεὶς ὅτι οὐκ ἀνδχιμεῖ ἐγὼ αὐτοῖς, σοῦδε θαυμάζεται ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων ἡ καινότης, ἀλλὰ ὡς αὐτῆς τὸ εὔρυθμον καὶ τὸ εὔμορφον χρίνοιτο, μετέγνωσεν αὐτά· καὶ τὸν ἄνθρωπον οὐκέτι ἴσον τιμῆς ἦγεν ὡς ὡς τοῦ· ἀλλ' ἡ μὲν κάμηλος, ἀπέθανεν ἀμελουμένη· τὸν ἄνθρωπον δὲ τὸν δίτυπον Θέσπιδι τῷ αὐλητῇ ἐδωρήσατο καλῶς αὐλήσαντι τοῦδε τοῦ πότου. δέδοικα δὲ μὴ καὶ ἐμοὶ, κάμηλος ὦ Αἰγυπτίοις, ἦ. οἱ δὲ ἄνθρωποι, τὸν χαλινὸν ἔτι αὐτῆς θαυμάζουσι, καὶ τὴν ἁλουργίδα.

ἐπεὶ δὲ οὐδὲ ὃ ἐκ δυοῖν τοῖν καλλίστοιν συ- A quoniam neque illud ex duobus optimis
κεῖσθαι, διαλόγου καὶ κωμῳδίας, οὐδὲ τοῦτο ἀπόχρη εἰς εὐμορφίαν, εἰ μὴ καὶ ἡ μίξις εὐαρμόνιος, καὶ κατ' ὀλίγον γίγνοιτο. ἔστι γοῦν ἐκ δύο καλῶν ἀλλόκοτον τὸν ξιφιδίκλειν εἰπεῖν, οἷ ἐκεῖνο ὃ τερατωδέστατον, ὁ ἱπποκένταυρος. οὐ γὰρ ἂν φαίης ἐπιεικές τι ζῷον εὐθὺς γίγνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ὑβριστότατον, εἰ χρὴ πιστεύειν τοῖς ζωγράφοις ὑποδεικνυμένοις τὰς παρθενίας, καὶ σφαγὰς αὐτῶν. τί οὖν οὐκ καὶ ἔμπαλιν γένοιτ' ἂν εὔμορφόν τι ἐκ δυοῖν τοῖν ἀρίστοιν ξυντεθέν, ὥσπερ ἐξ οἴνου καὶ μέλιτος ὃ ξυναμφότερον ἥδιστον φημὶ ἔγωγε; οὐ μὴν ὅσγε τοῖς ἐμοῖς ἔχω διατείνεσθαι ὡς τοιούτων ὄντων, ἀλλὰ δέδοικα μὴ ὃ ἑκατέρου κάλλος, ἡ μίξις συνέφθειρεν. οὐ πάνυ γοῦν συνήδη καὶ φίλα ἐξ ἀρχῆς ἰὼ ὁ διάλογος, καὶ ἡ κωμῳδία. εἶγε ὁ μὲν, οἶκοι, καθ' ἑαυτὸν νὴ Δία ἐν τοῖς περιπάτοις μετ' ὀλίγων τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο· ἡ δὲ, τῷ Διονυσίῳ ἑαυτὴν, θεάτρῳ ὁμιλοῦσα, καὶ ξυνέπαιζε, καὶ ἐγελωτοποιεῖ, καὶ ἐπεσκώπτε, C καὶ ἐν ῥυθμῷ ἔβαινε πρὸς αὐλόν. ἐνίοτε καὶ ὃ ὅλον ἀναπαίστοις μέτροις ἐπηχούμενον τὰ πολλὰ, τοὺς τοῦ διαλόγου ἑταίρους ἐχλεύαζε, φροντιστὰς, καὶ μετεωρολέσχας, καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορεύουσα. καὶ μίαν ταύτην προέλυσιν ἐπεποίητο σκώπτουσα, καὶ τὴν Διονυσιακὴν ἐλευθερίαν καταχεῖν αὐτῶν· ἄρτι μὲν ἀεροβατοῦντας διηκάζουσα, καὶ νεφέλαις ξυνοῦσα· ἄρτι δὲ, ψυλλῶν πεδήματα διαμετροῦντας, ὡς δῆθεν τὰ ἀέρια λεπτολογουμένους. ὁ δὲ διάλογος δὲ, σεμνοπαθὴς ἐπιεῖπε τὰς συνουσίας, φύσεώς τε πέρι καὶ ἀρετῆς φιλοσόφων. ὥστε ὃ τῶν μουσικῶν τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν, εἶναι τὴν ἁρμονίαν ἀπὸ τοῦ ὀξυτάτου ἐς ὃ βαρύτατον· καὶ ὅμως ἐναρμόσαιμι ἡμεῖς τὰ οὕτως ἔχοντα πρὸς ἄλληλα ξυναγαγεῖν, καὶ ξυναρμόσαι, οὐ πάνυ πειθόμενα,

mendacia vitare, & conuenientia facere. Volebat enim liberum, & ab omni cunctatione remotum esse illum ad honesta impulsum, ac mentis impetum. Manifestò autem apparebat quòd & tales philosophos damnabat, qui virtutis meditationem eam putabant, si multis necessitatibus atque laboribus adolescentes resistere, exercitatione ac vsu assuefecissent. Atque ob id multi ligare atque vincire se iubebant, alij cutem flagellis verberabant. Qui verò elegantiores paulo erāt, etiā ferro superficiem corporis radebāt. Putabat enim ille multo priùs in animis duritiē istam & firmitatem cōtra dolores B ac perturbationes parandam esse. Et qui optimè instituere atq; erudire homines vellet, partim animi, partim corporis, partim etiam ætatis, & prioris educationis rationem atque obseruationem quandā habere debere, vt ne ea quæ vires excederent, imponendo, reprehensionem incurreret. Multos itaque & mortuos ex eo esse dicebat, dum præter rationem ita supra vires intenderentur. Vnum autem etiam ipse vidi, qui cùm iam ea apud illos mala degustasset, quāprimùm veros sermones veramq; doctrinam audiuit, irreuocabili cursu aufugiens inde, ad ipsum C peruenit, videbaturq; multo quàm antea quietiore animo esse. Iam verò digrediēs ab istis, aliorum rursus hominum mētionem faciebat, persequendo verbis & eos qui in vrbe fiunt tumultus, & quo pacto alij ab aliis impelluntur: præterea & theatra, & circum, & equestres statuas, & equorum ipsorum nomina, déq; iis ipsis in angiportis colloquia. Multa enim reuera equorum passim ibi insania est. Iam & multos eorum qui pro studiosis ac grauibus habentur, reprehendebat. Post hæc autem quasi alteram fabulæ D partem attingebat, notando ea quæ circa funera mortuorum & testamenta agitantur, hoc addens, quòd vnam hanc vocem, Romanorum pueri per omnem ætatem veram emittant, eam intelligens quæ in testamentis vsurpatur, qua petunt ne à sua veritate depellantur. Illa verò etiam interea cùm ab eo dicerentur, risu prosequi coactus sum, quòd & secum sepeliri ignorantiam suam velle eos aiebat, & stultitiam suam apertè scripto etiam testari, dum alij vestes quibus in vita pretiosioribus vsi sunt, comburere eodem rogo secum mandant: alij autem & seruos certos ad sepulchra adstare. Rursum alij cippos siue columnas quoque coronari sertis præcipiunt, stolidi videlicet etiam in ipsa morte manentes.

Contra apathiam.

De frugalitate, & vitamodestia.

De stultitia circa testamēta.

In voluptuarios.

Coniecturam igitur inde fieri volebant, inquit, quid in vita ab illis actum sit, quãdo talia de iis quæ post mortem secutura sint, testamentis mandant. Hos enim illos esse, qui pretiosa ac chara obsonia emere solent, vinumq; in conuiuiis cum plausu & odoribus effundunt: qui media etiam hyeme opplentur rosis, raritatémque illarum & intempestiuum amant: illud autem quod suo tempore & secundùm naturam fit, pro vili & abiecto fastidiunt. Hos illos esse, qui & vnguenta bibunt: quo nomine vel maximè eos carpebat, quòd nevti quidem cupiditatibus scirent, sed & in hisce peccarent, finéq; earum confunderent, vndiq; permittentes voluptatibus animum proterendum & conculcandum, & hoc quod in Tragœdiis atque Comœdiis dicitur, Iam & præter casam incitati. Solœcisimum igitur vocabat hoc genus voluptatum. Cæterùm ex eadem sententia etiam illa dicebat, prorsus Momi illius verba imitatus. Vt enim ille reprehendebat tauri artificem deum, qui non præposuisset oculis cornua: ita scilicet & ipse accusabat eos qui coronas gestabant, quòd locum vbi eas adhibere deberent, nescirent. Nã si afflatu atque odore, inquit, violarum rosarumq; delectantur, sub nasum eos potissimùm coronari oportebat, iuxta ipsã, quàm proximè fieri potest, respirationẽ, vt quamplurimum inde voluptatis attraherent. Eodem modo & illos irridebat, qui miram quandam diligentiam in apparandis cœnis adhibẽt, dum liquamentorum varietatem & bellariorum curiosam atq; immodicam compositionem sectantur. Nam rursum & hos dicebat breuis ac modico tempore duraturæ voluptatis amore multa negotia sustinere. Indicabat autem, quatuor illos digitorum caussa totum hunc suscipere laborem solere. Tot enim digitorum mensurã equat vel longissimum hominis guttur. Nã neque antea quàm eorum quæ tam charo emuntur, quicquam ederunt, vllam voluptatem eos capere: nec rursum posteaquam illa deuorata atq; absumpta sunt, suauiorem cæteris illã quę fit ex tam pretiosis & charis istis, repletionẽ reddi. Restare igitur vt illã quæ velut in transcursu percipitur, voluptatem, tã grãdi pecunia mercentur. Consentanea autẽ ipsis dicebat accidere ob inertiam atq; imperitiã istã, quòd veriores illas voluptates ignorarẽt, quas omnes Philosophia suppeditat & quasi subministrat iis qui laborare volũt.

Sic Eras. in prouer. Ita fuge, ne præter casam.

In gulosos.

Quatuor digitorum voluptas.

A εἰκάζειν οὖν ἠξίουν τι πεπρᾶχθαι τούτοις ἤδη τὸν βίον, εἰ τοιαῦτα περὶ τῶν μὴ τοῦ βίου ἐπισκήπτοιεν. τούτους γὰρ εἶναι τοὺς πολυτελεῖς ὄψων ὠνουμένους, καὶ τὸν οἶνον ἐν τοῖς συμποσίοις μετ' κρότων τε καὶ ἀρωμάτων ἐκχέοντας, τοὺς μέσου χειμῶνος ἐμπιπλαμένους ῥόδων, καὶ τὸ ἀσθμαίνειν αὐτῶν καὶ τὸ ἥδεσθαι ἀγαπῶντας, ὃ ἦν ἐν καιρῷ, καὶ κατὰ φύσιν, ὡς τελεῖν ὑπερφαίνουσθαι. τούτους εἶναι τοὺς καὶ τὰ μύρα πίνοντας· ὃ καὶ μάλιστα διέσυρεν αὐτῶν, ὅτι μηδὲ χρῆσθαι ἴσασι ταῖς ἐπιθυμίαις, ἀλλὰ καὶ ταύταις ἤδη νομοδοσι, καὶ τοῖς ὅροις συνέχεσι, πόθεν τῇ τρυφῇ ἤδη δόντες αὐτῶν τὰς ψυχὰς πατεῖν. καὶ τοῦτο δὲ ὃ ἐν ταῖς τραγῳδίαις τε καὶ κωμῳδίαις λεγόμενον, ἤδη καὶ ἤδη ὑβρεῖν εἰσιαζόμενοι. Σολοικισμὸν ἂν ἐκάλει τοιοῦτο τῶν ἡδονῶν. ἀπὸ τῆς αὐτῆς γνώμης κἀκεῖνα ἔλεγεν, ἀτεχνῶς τὸν Μώμου τὸν λόγον μιμησάμενος. ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἐμέμφετο τῷ ταύρου τὸν δημιουργὸν θεόν, ὅτι προσθέντα τῶν ὀφθαλμῶν τὰ κέρατα· ὕτω δὴ καὶ οὗτος ἠπόρει τῶν στεφανωμένων, ὅπη μὴ ἴσασι τὸν στεφάνου τόπον. εἰ γάρ τι ἔφη τῇ πόῃ τῶν ἴων τε καὶ ῥόδων χαίρουσιν, ἐκεῖ τῇ ῥινὶ μάλιστα ἐχρῆν αὐτοὺς στέφεσθαι, πρὸ αὐτοῦ ὡς οἷόν τε τοῦ ἀναπνοῆς, ἵν' ὡς πλεῖστον ἀπέσπων τῆς ἡδονῆς. καὶ μὴν κἀκείνους διεγέλα, τοὺς θαυμαστόν τινα τοῦ σπουδῆς ἕνεκα τὰ δεῖπνα ποιουμένους, χυμῶν τε ποικιλίας καὶ πεμμάτων πεπειρίας. καὶ γὰρ αὖ καὶ τούτους ἔφασκεν ὀλιγοχρονίου τε καὶ βραχείας ἡδονῆς ἕρωτι, πολλὰς πραγματείας ὑπομένειν. ὑπέφαινε γοῦν τεττάρων δακτύλων αὐτοῖς εἶναι τὸν πάντα πνεῦμα τὸν πόνον, ἐφ' ὅσους ὁ μήκιστος ἀνθρώπου λαιμός ἐστιν. ὅτε γὰρ ὠρὶν ἐμφαγεῖν ἀπολαύειν τι τῶν ἐωνημένων, ὅτε βρωθέντων, ἡδέως γεύεσθαι τοῦ ἀπὸ τῶν πολυτελεστέρων πλησμονῆς. λοιπὸν οὖν εἶναι τοῦ ἐν τῇ παρόδῳ γιγνομένου ἡδονοῦ τοσούτων ὠνεῖσθαι χρημάτων. εἰκότα δ' πάλιν ἔλεγεν αὐτοῖς, ὑπὸ ἀπαιδευσίας τὰς ἀληθεστέρας ἡδονὰς ἀγνοοῦντας, ὧν ἁπασῶν, φιλοσοφία χορηγός ἐστι τοῖς πονεῖν προαιρουμένοις.

τοῖ

περὶ δὲ τῶν ἐν τοῖς βαλανείοις θρωμένων, πολλὰ μὲν διεξῆλθ', ὁ πλῆθος τῶν ἑπομένων, τὰς ὕβρεις, τοὺς ὀπτικειμένους τοῖς οἰκέταις, καὶ μικροῦ δεῖν ἀνᾳρεθησομένους. ἓν δέ τι καὶ μάλιστα μισεῖν ἐφάνη, (πολὺ δ' ἐν τῇ πόλει τοῦτο, καὶ τοῖς βαλανείοις ὀπτικωρεῖν.) προϊόντας γάρ τινας τῶν οἰκετῶν, δεῖ βοᾶν, καὶ προαγγέλλειν προορᾶσθαι τῶν ποδῶν, ἵνα ὑπολείπῃ τι ἢ χεῖλον μέλλωσιν ὑποβαίνειν, καὶ ὑπομιμνήσκειν αὖθις (ὃ καινότατον,) ὅτι βαδίζουσι δεῖν οὕτω. ἐποίησε, εἰ τόμητες μὲν ἀλλοτρίῳ δέηνται μὴ χρῶν, μηδὲ τῶν ὤτων, ἀκούοντες, ὀφθαλμοῖς δὲ ὑγιαίνοντες ἀλλοτρίων δέονται προορωμένων, καὶ αἰσχύνονται, φωνὰς ἀκούοντες δυσχερεῖς αὐθαδῶν προπηδώσας, καὶ πεπηρωμένοις. ταῦτα γὰρ αὐτὰ πάσχουσιν ὑπὸ τῆς ἀγροικίας ἡμέρας μέσης, καὶ οἱ τὰς πόλεις ὀπτιτετραμμένοι. ταῦτά τε καὶ πολλὰ ἕτερα τοιαῦτα διελθών, κατέπαυσε τὸν λόγον. ἐγὼ δὲ τέως μὲν ἤκουον αὐτοῦ τεθηπὼς, μὴ σιωπήσῃ πεφοβημένος. ὡς δ' ἐπαύσατο, τοῦτο δὴ ὃ τῶν Φαιάκων πάθος ἐπεπόνθειν. πολὺν γὰρ δὴ χρόνον εἰς αὐτὸν ἀπέβλεπον κεκηλημένος· εἶτα πολλῇ συγχύσει καὶ ἰλίγγῳ κατειλημμένος, τοῦτο μὲν, ἱδρῶτι κατερρεόμην, τοῦτο δὲ, φθέγξασθαι βουλόμενος, ἐξεπιστόμουν τε καὶ ἀνεκοπτόμην· καὶ ἥτε φωνὴ ἐξέλιπε, καὶ ἡ γλῶττα ἀνεμόγησε· καὶ τέλος, ἐδάκρυον ἀπορούμενος. ὁ γὰρ ἐξεπίτηδες, οὐδ' ὡς ἔτυχεν ἡμῶν ὁ λόγος καθίκετο, βαθεῖα δὲ καὶ κάμειος ἡ πληγὴ ἐγένετο· καὶ μάλα δυσόχως ἐνεδεῖς ὁ λόγος, αὐτῷ εἰ οἷόν τε εἰπεῖν, διέκνυτο τῷ ψυχῷ. εἰ γάρ τι δεῖ καὶ ἐμὲ ἤδη φιλοσόφων προσάπτεσθαι λόγων, ὧδε περὶ τούτων ὑπείληφα. δοκεῖ μοι ἀνδρὸς εὐφυοῦς ψυχὴ, μάλα σκοπῷ τινι ἀπαλῷ προσοικείως. βάλλονται δὲ, πολλοὶ μὲν καὶ τὸν βίον, καὶ μεσοὶ τὰς φαρέτρας ποικίλων τε καὶ παντοδαπῶν λόγων, ὃ μὲν πολὺ πολύτες δύσχα τοξεύουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν, αὐτῶν σφόδρα τοῖς νευροῖς ἐπιτείναντες, βιαιοτέρῳ τῷ δέοντος ἀφιᾶσι. καὶ ἄπλονται μὲν καὶ οὗτοι τῆς ὁδοῦ, τοῦ δὲ βέλη αὐτῶν ἐν μὲν τῷ σκοπῷ,

A Cæterùm de iis quæ in balneis aguntur, multa sanè cõmemorabat, & de multitudine prosequentiũ, & de contumeliis, & de iis qui seruis impositi gestarentur, ac tantumnon efferrentur. Vnum autẽ maximè ac præter cætera odisse verbum visus est (frequẽs autem in ciuitate hoc est, & in balneis propemodum familiare ac patrium.) Prætereũtes enim quosdam ex seruis clamare oportet & admonere vt pedibus prospiciãt, si quid extantius paulò, aut cauum subituri sint, atque ita cõmonefacere eos, (id quod absurdissimum est) quo scilicet meminerint ire sese. Graue igitur atq; intolerandum putabat esse,

B si cùm ederent, alieno ore non indigerent, aut manibus: neque cùm audirent, aliorum auribus vterentur: oculis autem aliorum, valentes ac sani, ad prospiciendum opus haberent, ac sustinerent voces audire, quæ miseris hominibus & excæcatis conuenirent. Hæc enim ipsa accidere illis in foro, & medio die, & hoc, ciuitatem atque remp. ipsis velut humeris suis sustinentibus. Hæc atque huiusmodi multa alia verbis persecutus, dicendi finem fecit. Ego verò hucusque cum admiratione ac veluti stupefactus

C auscultabam illum, metuens ne conticesceret. Vbi verò hic loqui desiit, illud nimirum quod Phæacibus olim accidit, ego quoque passus sum. Longo enim tempore ad ipsum aspiciens quasi delinitus atque permulsus, deinde multa confusione atq; vertigine correptus, partim sudore manabam, partim loqui volens, destituebar viribus, ac retro inhibebar: ipsaq; vox deficiebat me, neq; lingua iam ampliùs officio seruiebat suo: postremò præ dubio atq; inopia agendi, lacrymabar. Neque enim summam duntaxat

D cutem perstrinxerat, aut fortuito aliquo leuiq; ictu oratio illa tetigerat me, sed altiùs, & omnino ad viuum vsq; plaga hæc peruenerat: ac certò admodum scitéque librato iactu emissa oratio, ipsum, si ita dicẽdum est, animum intercîdit. Si enim decet nonnihil & me iam philosophicos attingere sermones, ita equidem de hisce existimo: Videtur mihi animus homi-

Animus hominis ingeniosi scopo sagittariorum similis.

nis solertis & ingenioſi admodum similis esse scopo alicui tenero ac molli. Sagittarij autẽ in hac vita multi, qui plenas quidem pharetras variis atque omnis generis orationibus habent: cęterùm non omnes certò iaculãtur, ac destinata feriunt, sed alij ipsorum neruo nimiũ intento, vehementiori impetu quàm satis est, telũ emittũt: & apprehẽdunt quidem etiam isti viã, sagittę autem ipsorũ in scopo non manent,

ſed præ vehementia ictus penetrantes ac transſuolantes, pertuſum modò atq; hiantem vulnere animum relinquere ſolent. Rurſum aliis diuerſo huic pacto euenit. Nam præ imbecillitate virium, & quòd laxiore neruo iaculantur, ſagittæ ipſis ad ſcopum vſque nõ perueniunt, ſed ſoluto impetu, ſæpenumero in medio curſu deficiunt ac decidunt. Quòd ſi verò interdum etiam ſcopum cõtingunt, ſummum illum quidem & in ſuperficie tãtùm perſtringũt, altiorem autem plagam nequaquam infligunt. neq; enim valido impulſu atque impetu emiſſæ fuerunt. At qui bonus iaculator eſt, atq; huic noſtro ſimilis, principio quidem diligenter circunſpiciet ſcopum, ne nimis mollis, néve nimis ſolidus, & tranſmittendo telo durior ſit. Sunt enim & ſcopi quidam qui omnino ne vulnerari quidem poſſunt. Vbi autem hæc omnia perſpecta habet, tum demum tincta atq; infecta ſagitta, non veneno, quemadmodum Scytharum ſagittę tinguntur, neq; reſina, perinde vt Cũretum, ſed ſenſim mordicante pariter & dulci pharmaco inuncta verè iaculari ſolet. Illud autem quod iactum eſt, beneè adeo & pro modo ſuo ſatis fortiter impulſum, eoq; penetrans vt iam tranſiturum eſſe videatur, citrà tamen deſinat, & manet pariter, & multum medicamenti illius de ſe emittit, quod videlicet diſperſum, totũ circumquaq; animum ambit & complectitur: atque hoc illud eſt, quo & oblectantur, & cur lacrymas inter audiendum emittũt. Quod & mihi accidit, paulatim ac tacitè medicamento illo animum mihi obeunte. Succurrebat igitur mihi Homericum illud ad ipſum dicere:

Sic iace, ſiqua viris per te noua lux oriatur.

Quemadmodum enim qui Phrygiam tibiam audiunt, non omnes inſaniunt, ſed quotquot ipſorum à Rhea corripiuntur, atque ii audito carmine, prioris affectus ac perturbationis reminiſcũtur: ita & qui philoſophos audiunt, non omnes attoniti ac ſaucii abeunt: ſed illi ſolùm, quibus quaſi fomes aliquis philoſophiæ cognatus, iam antea natura inſitus atque innatus fuit. LVC. Quàm grauia & admiratione digna, atque adeò diuina, ô amice, verbis commemoraſti! multáque reuera ambroſia & loto ſaturatus, me nõ aduertente fuiſti! Quare & interim dum tu iſta dicis, neſcio quid animo meo accidit, & nunc deſinente atq; tacente te, mœrore afficior. Ac vt tuo videlicet exemplo dicam quoque, ſaucius ſum. Neque verò mireris. noſti enim quòd & illi qui à canibus rabioſis mordẽtur, nõ ipſi ſolũ rabie corripiũtur,

A ἀλλ' ἐπὶ τῆς σφοδρότητος διελθόντα καὶ παρεδύσαντα κεχωρῆκεν μόνον τὰ πρώματα τῷ ψυχῷ ἀπέλιπεν. ἄλλοι δὲ, πάλιν τούτοις ἀπεναντίως. ἐπὶ γὰρ ἀσθενείας τε καὶ ἀρρωστίας, οὐδὲ ἀφικνῆται τὰ βέλη αὐτοῖς ἄχρι πρὸς τὸν σκοπόν· ἀλλ' ἐκλυθέντα, καταπίπτει πολλάκις ἐν μέσῃ τῇ ὁδῷ. ἐπὶ δέ ποτε καὶ ἀφίκηται, ἀκρον μὲν ὀπτιλίγδην ἀπέσεται, βαθεῖαν δὲ οὐκ ἐργάζεται πληγήν· οὐ γὰρ ἐπ' ἰσχυρᾶς ἐμβολῆς ἀπεστάλητο. ὁστὶς δὲ ἀγαθὸς τοξότης, καὶ τούτῳ ὅμοιος, πρῶτον μὲν ἀκριβῶς ὄψεται τὸν σκοπὸν, εἰ μὴ σφόδρα μαλακὸς, εἰ μὴ στερρότερος τῶν βελῶν. γίγνονται γὰρ δὴ καὶ ἄπρωτοι σκοποί· ἐπειδὴ δὲ τοῦτα ἴδῃ, τίνι καιρῷ χρῆσας ὁ βέλος, ὅτε μὲν καθαίρει τὰ Σκυθῶν χρίεται, ὅτε οὐπῶ καθαίρει τὰ Κουρήτων, ἀλλ' ῥέμβεται δηκτικῷ τε ἅμα γλυκεῖ φαρμάκῳ τοῦτο χρίσας, ἀτεχνῶς ἐπόξυσε. ὃ δὲ, ἐνεχθὲν οὐ μάλα βιαίως, καὶ ὀξυκόλφῳ ἄχρι τοῦ διελθεῖν, μόλις τε, καὶ πολὺ τοῦ φαρμάκου ἀφῆκεν· ὃ δὴ σκιδνάμενον, ὅλῳ ἐκ κύκλῳ τῷ ψυχῷ περιέρχεται. τοῦτό τοι καὶ ἥδονται καὶ δακρύουσι μεταξὺ ἀκούοντες, ὅπερ καὶ αὐτὸς ἔπαθον, ἡσυχῇ ἄρα τοῦ φαρμάκου τῷ ψυχῷ περιθέοντος. ἐπῄδε δ' οὖν μοι πρὸς αὐτὸν ὅ ἔπος σκῶπτον λέγων,

Βάλλ' ὅτεῳ, αἴ κέν τι Φόβος ἀνδρεσσι γένηται.

Ὡσπερ γὰρ οἱ τοῦ Φρυγίου αὐλοῦ ἀκούοντες, οὐ πάντες μαίνονται, ἀλλ' ὁπόσοι αὐτῶν τῇ Ῥέᾳ λαμβάνονται, οὗτοι δὲ πρὸς ὃ μέλος ἐκπεμιμνήσκονται τῶν πάθους, ὅταν δὲ καὶ φιλοσόφων ἀκούοντες, οὐ πάντες ἔνθεοι καὶ πρωμπίαι ἀπίασιν, ἀλλ' οἷς ἐκπώματί τι ἐν τῇ φύσῃ φιλοσοφίας συγγενές. ΛΟΥΚ. ὡς σεμνὰ, καὶ θαυμάσια, καὶ θεῖά γε ὦ ἑταῖρε διελήλυθας· ἐλελήθης τέ με πολλῆς ὡς ἀληθῶς τῆς ἀμβροσίας, καὶ τοῦ λωτοῦ κεκορεσμένος. ὥστε καὶ μεταξὺ τοῦ λέγοντος, ἔπαθόν τι ἐν τῇ ψυχῇ καὶ πάνσαμαι, ἄχθομαι· καὶ ἵνα δὴ καὶ σοὶ εἴπω, τέτρωμαι· καὶ μὴ θαυμάσῃς. οἶδα γὰρ ὅτι καὶ οἱ πρὸς τῶν κυνῶν τῶν λυττώντων δηχθέντες, οὐκ αὐτοὶ μόνοι λυττῶσιν,

B

C

D

ſed præ vehementia ictus penetrantes ac transſuolantes, pertuſum modò atq; hiantem vulnere animum relinquere ſolent. Rurſum aliis diuerſo huic pacto euenit. Nam præ imbecillitate virium, & quòd laxiore neruo iaculantur, ſagittæ ipſis ad ſcopum vſque nõ perueniunt, ſed ſoluto impetu, ſæpenumero in medio curſu deficiunt ac decidunt. Quòd ſi verò interdum etiam ſcopum cõtingunt, ſummum illum quidem & in ſuperficie tãtùm perſtringũt, altiorem autem plagam nequaquam infligunt. neq; enim valido impulſu atque impetu emiſſæ fuerunt. At qui bonus iaculator eſt, atq; huic noſtro ſimilis, principio quidem diligenter circunſpiciet ſcopum, ne nimis mollis, néve nimis ſolidus, & tranſmittendo telo durior ſit. Sunt enim & ſcopi quidam qui omnino ne vulnerari quidem poſſunt. Vbi autem hæc omnia perſpecta habet, tum demum tincta atq; infecta ſagitta, non veneno, quemadmodum Scytharum ſagittę tinguntur, neq; reſina, perinde vt Cũretum, ſed ſenſim mordicante pariter & dulci pharmaco inuncta verè iaculari ſolet. Illud autem quod iactum eſt, beneè adeo & pro modo ſuo ſatis fortiter impulſum, eoq; penetrans vt iam tranſiturum eſſe videatur, citrà tamen deſinat, & manet pariter, & multum medicamenti illius de ſe emittit, quod videlicet diſperſum, totũ circumquaq; animum ambit & complectitur: atque hoc illud eſt, quo & oblectantur, & cur lacrymas inter audiendum emittũt. Quod & mihi accidit, paulatim ac tacitè medicamento illo animum mihi obeunte. Succurrebat igitur mihi Homericum illud ad ipſum dicere:

Sic iace, ſiqua viris per te noua lux oriatur.

Quemadmodum enim qui Phrygiam tibiam audiunt, non omnes inſaniunt, ſed quotquot ipſorum à Rhea corripiuntur, atque ii audito carmine, prioris affectus ac perturbationis reminiſcũtur: ita & qui philoſophos audiunt, non omnes attoniti ac ſaucii abeunt: ſed illi ſolùm, quibus quaſi fomes aliquis philoſophiæ cognatus, iam antea natura inſitus atque innatus fuit. LVC. Quàm grauia & admiratione digna, atque adeò diuina, ô amice, verbis commemoraſti! multáque reuera ambroſia & loto ſaturatus, me nõ aduertente fuiſti! Quare & interim dum tu iſta dicis, neſcio quid animo meo accidit, & nunc deſinente atq; tacente te, mœrore afficior. Ac vt tuo videlicet exemplo dicam quoque, ſaucius ſum. Neque verò mireris. noſti enim quòd & illi qui à canibus rabioſis mordẽtur, nõ ipſi ſolũ rabie corripiũtur,

ἀλλὰ καὶ τινας ἑτέρους καὶ αὐτοὺς ἐν τῇ μανίᾳ τὸ αὐτὸ τοῦτο διαθεῖσι, καὶ αὐτοὺς ἐκφερομένους γίγνεται. συμμεταβαίνει γάρ πως τοῖς πάθεσι ἅμα τῷ δήματι, καὶ παλυνόμενον ἡ νόσος, καὶ πολλὴ γίγνεται τῆς μανίας διαδοχή. ΦΙΛ. οἶκοθεν ἄρα καὶ αὐτὸς ἡμῖν ἐρᾷς ὁμολογεῖς; ΛΟΥ. πάνυ μὲν οὖν, καὶ παρεσκεύασμαί γε συχνὰ τοιαῦτα τῷ Τηλέφῳ ἀπαλλαγὴν ποιῆσαι. ΦΙΛ. ὃ τοῦ ἄρα Τηλέφου ἀπάλλαγμα ποιεῖ. ΛΟΥΚ. ποῖον δὴ λέγεις; ΦΙΛ. ὅτι τὸν πρώτορα ἐλθόντας, ἰᾶσθαι τὸ βέλος. A sed & ſi quos alios ipſi in ea inſania eodẽ illo modo afficiunt ac læduntur, etiam illos mente deliri, atque in furorem verti ſolere. Nam ſimul cum morſu etiam affectionis iſtius quiddam in alium transfertur, ac morbus ille fœcunditate quadam ſubinde alios atque alios de ſe procreat, ſitq; inſaniæ iſtius omnino multiplex ſucceſſio. PHIL. Itaque etiam ipſe nobis iam amare confiteris? LVC. Prorſus igitur: teq; iam etiam oro, vt communem aliquam medicinam nobis excogites atque inuenias. PHIL. Ergo Telephi illud neceſſe erit facere. LVC. Quodnam illud dicis? PHIL. Vt ad eum à quo vulnerati ſumus, redeamus, & ab illo medicinam petamus.

ΔΙΚΗ ΦΩΝΗΕΝΤΩΝ.

IVDICIVM VOCALIVM.

MARTINO BOLERO interprete.

ARGVMENTVM.

Eſt autem luſus valde feſtiuus atque elegans, ad exemplum iudicialis actionis cõpoſitus. Quæritur enim δίκη de vi & iniuria τοῦ, quòd ab eo pluribus dictionibus ſpolietur, & quaſi de ſua poſſeſſione deiiciatur. Exordio beneuolentiam captat ſimulatione modeſtiæ, & excuſando neceſſitatem ſuam. Deinde per tranſlationem ad ῥῆσιν venit, nullam literarum ſuo loco & ordine mouendam eſſe. Hinc iudicibus admonitis vt pro officio ſuo agant, & cæterarum ordinem atque dignitatem cuiuſque conſeruent: narrationculam ſubiungit, quæ confirmationem cauſæ continet. Hanc poſtea lõga primùm enumeratione aliorum damnorum eidem ſibi illatorum amplificat: deinde etiam collatione modeſtiæ ſuæ, & illius petulantia tum erga ſe, tum erga cæteros etiam homines, quàm idem etiam hominibus inuiſum ac deteſtabile ſit, docet.

Ἐπὶ ἄρχοντος Ἀριστάρχου Φαληρέως, Πυανεψιῶνος ἑβδόμῃ ἱσταμένου, γραφὴν ἔλαχε τὸ Σίγμα τοῖς τοῦ δικαστὰς τῶν ἑπτὰ Φωνήεντων, βίας ἐπ' ἄρχοντα καὶ ἁρπαγῆς, ἀφαιρεῖσθαι λέγων πάντων τῶν ἐν διπλῷ τοῦ ἐκφερομένων. B Imperante Ariſtarcho Phalereo, ſeptima Octobris actionem inſtituit σῖγμα aduerſus τοῦ, conſtitutis iudicibus ſeptem Vocalibus, de vi & rapina, ſpoliari ſe dicens omnibus illis vocibus quæ duplici τοῦ proferri ſolent.

ΜΕΧΡΙ μὲν ὦ Φωνήεντα δικασταί, ὀλίγα ἠδικούμην ὑπὸ τουτουὶ τοῦ, καταλεγομένου τοῖς ἐμοῖς, καὶ καταιόντος ἔνθα μὴ δεῖ, οὐ βαρέως ἔφερον τὴν βλάβην. καὶ παρήκουον ἔνια τῶν λεγομένων ὑπὸ τῆς μετριότητος, ἵν' ἴστε με φυλάττοντα ὑμᾶς τε, καὶ τὰς ἄλλας συλλαβάς. C HACTENVS quidem, ô iudices Vocales, non admodum graui iniuria affectus ab hoc τοῦ, quòd meis rebus abutebatur, & inde auferebat vnde minimè conueniebat: quod quidem damnum non grauiter tuli: nonnulla etiam quæ dicebantur, audiuiſſe me diſſimulabam, propter modeſtiam, quam vos ipſi noſtis me ſeruare cùm erga vos, tum erga alias ſyllabas.

poſtquam verò ad tantam auaritiam & amentiam peruenit, vt non modò non ſit contentum iis quę ego ſępè diſſimulaui, verùm iam maiorem vim inferat, ipſa me neceſſitas cogit vt accuſem ipſum apud vos, qui vtrunq; noſtrum nouiſtis. Nõ autem exiguus metus propter iſtam miſeriã me inuaſit. Nam cùm prioribus iniuriis maiores ſemper addat, prorſus me è domeſtica ſede expellet, ita vt parũ iam abſit, dũ ego iſta diſſimulo, quin ne inter literas quidẽ amplius numerer, & in ſimili quodam verſer metu. Eſt itaq; æquum, non modò vos iudices, ſed omnes etiam reliquas literas huius doli curam gerere. Nam ſi vt libet vnicuiq; licebit è ſuo ordine in alium violẽter irrũpere, idq; vos, ſine quibus nihil omnino ſcribitur, permiſeritis, nõ video quomodo ſua quique ordines iura, iuxta quę à principio cõſtituti sũt, tuebuntur. Sed nõ exiſtimo vos vnquam ad tantã incuriam vel negligentiam peruenturos, vt ea feratis, quæ cum æquo & iure pugnant. Et vt vos certamẽ omiſeritis, tamẽ mihi, qui iniuria affectus ſum, negligendum non erit. Atq; vtinam aliarum quoq; literarum audacia ab initio ſtatim cùm cœperunt cõtra leges delinquere, eſſet repreſſa: neq; enim litigaret ad hunc vſq; diem λάμβδα cum ῥῶ, diſceptans de voce χίσπεις & κεφαλαλγία. Neq; etiam τῶ γάμμα eſſet cum κάππα certamen: neque tam ſæpe ad manus propè veniſsẽt in fullonia, de dictionibus γαφείῳ & κάφῳ diſceptantes. Quin ceſſaſſet etiam hoc γάμμα cum λάμβδα contendere, dictionem μόγις illi ſurripiens, imò ſuffurans. Adeoq; reliquæ item literæ quieuiſſent ſeditiones mouere contra leges. Eſt enim pulchrum, vnãquamq; literam in eo ordine quem primùm ſortita eſt, manere: trãſcendere verò eo quò nõ oportet, eius eſt qui ius & æquum ſoluit. Et qui primus vobis has leges finxit & formauit, ſiue Cadmus fuerit ille inſularis, ſiue Palamedes Nauplij filius (quanquã nonnulli hãc prudentiam Simoni tribuant) nõ ordinẽ tantùm, per quẽ ſuã quibuſq; literis præſidentię dignitas firmiter permanet, definierunt, videlicet quę debeat eſſe prima, quę ſecũda: ſed qualitates etiã & virtutes quas habẽt ſingulæ noſtrũ, cõſtituerunt. Et vos quidem, ô iudices, honore affecerunt præcipuo, propterea q̃ veſtro Marte poteſtis ſonum efficere. Semiuocales verò ſecundo loco dignati ſunt, eo quòd ſine veſtro acceſſu exaudiri nequeunt.

Locus communis.

A ἐπεὶ δὲ ἐς τοσοῦτον ἦκει πλεονεξίας, καὶ ἀνοίας, ὥστε ἐφ' οἷς ἠσύχασα πολλάκις, οὐκ ἀγαπᾶν, ἤδη καὶ πλείω προσδιάξεται, ἀναγκάζει αὐτὸ κἀγὼ νῦν προδηλῶσαι τοῖς ἀμφοτέροις εἰδόσιν ὑμῖν. δέος δὲ μικρόν με ἔσχε τῆς ἀποβλίψεως ἐφ' ἑαυτῷ· τοῖς γὰρ προπεπραγμένοις ἀεί τι μεῖζον προσπέσοι, ἀφέλων με τῆς οἰκείας ἀποβλίψεως χώρας, ὡς ὀλίγου δεῖν ἡσυχίαν ἄγοντα, μηδὲ ἐν γράμμασιν ἀριθμεῖσθαι, ἐν ἴσῳ δὲ κεῖσθαι τῷ φόβου. δίκαιον οὖν ἔχ ὑμᾶς, οἳ δικάζετε νῦν, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ γράμματα τῆς πείρας ἔχειν τινὰ φυλακήν; εἰ γὰρ ἐξέσται τοῖς B βουλομένοις ἀπὸ τῆς καθ' αὑτὰ τάξεως εἰς ἀλλοτρίαν διάξεσθαι, καὶ τοῦτο ὑπερπέψετε ὑμεῖς, ὧν χρεὼν οὐδὲν καθόλου τι γράφεται, ἔχ ὁρῶ τίνα τρόπον αἱ στοιχεῖων τάξεις τὰ νόμιμα, ἐφ' οἷς ἐπάγη τὰ κατ' ἀρχάς, ἕξουσιν. ἀλλ' ἴστε ὑμᾶς οἴμαι ποτὲ εἰς τοσοῦτον ἀμελείας τε καὶ παρρησίας ἥξειν, ὥστε ὑπερπέσαι τινὰ μὴ δίκαια. οὔτε εἰ καθυφήσετε τὸν ἀγῶνα ὑμεῖς, ἐμοὶ προσῆκον ἔστιν ἀδικουμένῳ. ὡς εἴγε καὶ τῶν ἄλλων ἀνεκόπτομεν τότε αἱ τόλμαι, ὅθεν ἀρξάμενοι προβαίνομεν· καὶ οὐκ ἂν ἐπολέμει μέχρι νῦν τὸ λάμβδα τῷ ῥῶ, διαμφισβητοῦν περὶ τῆς χισπρεως, καὶ κεφαλαλγίας· οὔτε τὸ γάμμα τῷ κάππα διηγωνίζετο, καὶ ἐς χεῖρας μικροῦ δεῖν ἦρχετο πολλάκις ἐν τῷ καφείῳ περὶ τοῦ καφάλου· ἐπέπαυτο δ' ἂν καὶ πρὸς τὸ λάμβδα μαχόμενον τὸ μόγις, ἀφαιρούμενον αὐτό, καὶ μάλιστα προσκλέπτον, ὃ τὰ λοιπὰ δ' ἂν ἠρέμει συγχύσεως ἄρχεσθαι προνόμου. καλὸν γὰρ ἕκαστον μεῖναι ἐφ' ἧς τέτυχε τάξεως. τὸ δὲ C προβαίνειν ἐς ἃ μὴ χρή, λυοντός ἐστι τὸ δίκαιον. ὃ δ' ὅστις ἡμῖν τοὺς νόμους τούτους διατυπώσας, εἴτε Κάδμος ὁ νησιώτης, εἴτε Παλαμήδης ὁ Ναυπλίου, (τὸ Σιμωνίδῃ δὲ ἔνιοι προσάπτουσι τὴν προμήθειαν ταύτην,) ὁ τῇ τάξει μόνον, καθ' ἣν αἱ πρεσβεῖαι βεβαιοῦνται, διώρισται, τί πρῶτον ἔσται, ἢ δεύτερον, ἀλλὰ καὶ ποιότητας, ἃς ἕκαστον ἡμῶν ἔχει, καὶ δυνάμεις στοιχεῖων. καὶ ὑμῖν μὲν ὦ δικασταί, πολὺ μείζω δεδώκασι τιμὴν, ὅτι καθ' αὐτὰ δυνάσθε φθέγγεσθαι· ἡμῖν δ' ὑπηρέταις, ὅτ' ἐφεξῆς, ὅτι προσθήκης εἰς τὸ ἀκουσθῆναι δεῖται.

πασῶν δὲ ἐσχάτιν ὑνόμασθ' ἔχειν μοῖραν A
ἔνια τῶν πρώτων, οἷς σοφὴ φωνὴ παρέσεσι. καὶ αὐτὰ μὲν οὖν τὰ φωνήεντα φυλάττειν ἔοικε τοὺς νόμους τούτους. Ὃ δὲ (τ) τοῦτο, ὃ γὰρ ἔχω αὐτὸ χείρονι ὀνομάσαι ῥήματι, ἢ ᾧ καλοῦσι, ὁ μὰ τοὺς θεούς, εἰ μὴ ἐξ ὑμῶν δύο συνῆλθον ἀγαθοὶ, καὶ καθήκοντες ὀφθῆναι, τό, τε ἄλφα, καὶ Ὃ (υ) οὐκ ἂν ἠκούσθη μόνον. τοῦτο οὖν ἐτόλμησεν ἀδικεῖν με πλείω τῶν πώποτε βιασάμενον, ὀνομάτων με καὶ ῥημάτων ἀπελάσαι πατρῴων, συλλῦξαι δὲ ὁμοῦ συνδέσμων ἅμα καὶ προθέσεων, ὡς μηκέτι φέρειν τὸν ἔκτοπον πλεονεξίαν. ὅθεν δὲ καὶ ἀπό τινων ὥρξάμην, ὥφελε λέγειν. Ἐπεδήμουν ποτὲ Κυβέλῳ (τὸ δὲ ὄστι πολίχνιον οὐκ ἀνδὲς ἄποικον, ὡς ἐπέχει λόγος, Ἀθηναίων,) ἐπηγόμην δὲ καὶ Ὃ κρείττον ῥῶ γειτόνων Ὃ βέλτιστον. κατηγόμην δὲ παρά κωμῳδιῶν τινι ποιητῇ, Λυσίμαχος ὠνομάζετο, Βοιώτιος μὲν ὡς ἐφαίνετο Ὃ γλῶς αὐέκαθεν, ἀπὸ μέσης δὲ ἀξιοῦντι λέγεσθαι τῆς Ἀττικῆς. παρὰ τούτῳ δὴ τὰ ξένα τοῦ τοῦ τούτου πλεονεξίαν ἐφώρασα. μέχρι μὲν γὰρ ὀλίγοις C
ἐπεχείρει τετταράκοντα λέγειν, ἀποστερῶν με τῶν συλλελυπημένων μοι, συνήθως ὑμῖν συντεθραμμένων γραμμάτων· ἐπὶ δὲ τὴμερον καὶ τὰ ὅμοια ὑπισσούμενον, ἴλαθι τοῦτ' ἔλεγον, καὶ οἷσον λύπη μοι Ὃ ἄκυρμα, καὶ ῥ' πάνυ τι ἐδακνόμην ἐπ' αὐτοῖς. ὁπότε δὲ καὶ ἐκ τούτων ὥρξάμενον ἐτόλμησε καταπίτρεον εἰπεῖν, καὶ κάπυμα, καὶ πίτθαν, εἶτα ἀσφυθριάσθη, καὶ βασίλιτθαν ὀνομάζειν, ἠ μετείως ὑπὸ τούτοις ἀχανακτῶ. Ἐ πιμωρήσομαι, δεδιὼς μὴ τὰ χρόνῳ καὶ τὰ D
σῦκα τύκα τις ὀνομάσῃ. καὶ μοι πρὸς Διὸς ἀγανακτοῦντι, καὶ μεμονωμένῳ τῶν βοηθησόντων, σύγγνωτε τῆς δικαίας ὀργῆς. ἠ γὰρ ὡδὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ τυχόντα ὄστιν ὁ κίνδυνος, ἀφαιρουμένῳ τῶν συνήθων καὶ συνεσχολακότων μοι γραμμάτων, κίτταν μου λάλον ὄρνεον, ἐκ μέσων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν κάλπων ἁρπάσαι, κίτταν ὠνόμασεν. ἀφείλετο δέ μου φάσσαν ἅμα νήσσαις τε, καὶ κοσσύφοις, ἀπαγορεύοντος Ἀριστάρχου. ἐξέφαγε δὲ καὶ μελισσῶν οὐκ ὀλίγας.

Ex omnibus etiam literis, quibuſdam omnium poſtremum locum decreuerunt, mutis ſcilicet & voce carentibus. Has itaque leges per vos Vocales conſeruari decet. Hoc verò τοῦ, (neque enim poſſum ipſum turpiori nomine appellare quàm quo nominari ſolet) per Deos, niſi duæ quædam bonæ ex vobis & aſpectu decenti, ἄλφα ſcilicet & ὖψιλόν, ſe illi coniunxiſſent, ne audiretur quidem ſolùm. Hoc inquam mihi maiorem vim quàm vllæ vnquam literæ, inferre auſum eſt. Nam nominibus & verbis patriis me extrudere, præterea ex ipſis etiam coniunctionibus & præpoſitionibus expellere B tentat, adeo vt iſtam immodicam auaritiam porrò ferre nequeam. Verùm iam tempus eſt dicere vnde & à quibus res initium ſumpſerit. Peregrinabar aliquãdo in Cybelo, (id oppidulum eſt non iniucundum, colonia, ſicuti fertur, Athenienſium) adducebam verò mecum fortiſſimum ῥῶ, ex vicinis meis optimũ. Diuertebam verò ad comicum quendam poëtam, huic nomen erat Lyſimacho: & à maioribus, quantum apparebat, genere erat Bœotius, ſed tamen de ſe dici volebat quòd in media Attica natus eſſet. Apud hunc hoſpitem ego huius τοῦ auaritiam deprehendi. Equidem cùm hactenus paucis quibuſdã manus intuliſſet, dicendo πετταράκοντα, priuans me meis cognatis, exiſtimabam eam eſſe conſuetudinem literarum quæ vnà mecum eſſent educatæ. Præterea cùm τήμερον & ſimiles quaſdam voces mihi detraxiſſet, dicerétque eas eſſe ſuas, audiebam patienter, nec vehementer admodum me ea res mordebat: verùm cùm ab eis initium ſumpſiſſet, atque poſtea auſum eſſet etiã dicere καπίτρεον & κάπυμα, & πίτθαν, deinceps abiecto omni pudore βασίλιτθαν quoq; nominare: haud leuiter ſum commotus, & ira accenſus, timẽs ne quis temporis ſucceſſu etiam σῦκα, τύκα appellet. Oro autem vos per Iouem, vt mihi indignanti, & iuſta ira commoto, præterea omni ope & auxilio deſtituto, ignoſcatis. Neq; enim paruum hoc aut leue eſt periculũ in quo verſor, cùm prẽterquam quòd aſſuetis & familiaribus literis me ſpoliauit, etiã κίτταν, id eſt, picam, auem meam loquaciſſimã, ex medio ſinu, vt dici ſolet, abreptã, κίτταν appellauit. Quin & φάσσαν, id eſt, palumbũ vnà cum νήσσαις, id eſt, ànatibus, & κοσσύφοις, id eſt, merulis, abſtulerat, interdicẽte Ariſtarcho. Eripuit etiã nõ paucas apes.

In Atticam verò veniens, ex media illa regione ὑμηττὸν præter ius rapuit, idq; vobis ipsis & aliis quibusdam syllabis videntibus. Verùm quid ego ista commemoro, cùm me tota Thessalia expulerit, velitq; eam Thettaliam dicere? Toto insuper mari sum exclusus. Neque à betis hortensibus sibi temperat, vt iam, quod dici solet, ne paxillus quidem mihi reliquus sit. Quod verò litera sim quæ nulli nocere studeam, vos ipsi mihi testes estis. neque enim vnquam accusaui literam ζῆτα, quæ mihi σμάραγδον abstulit, & totam σμύρναν surripuit. Nec ipsi etiam ξῦ omnia fœdera & pacta rumpenti, litem intendi, ipso etiam Thucydide opẽ illi ferente. Etenim vicino meo ῥῷ venia danda, quòd morbo affectum sit, & meas apud se μυρρίνας, id est, myrtus, plantarit, & quòd melancholiæ malo laborans me in faciem percusserit. Et talis quidem litera sum ego. Hoc verò θῦ quàm sit natura violentum aduersus reliquas omnes literas, & quàm à nullis omnino abstinuerit, consideremus: Sed & δέλτα & ϑῆτα & ζῆτα, & propè omnia literarum elementa iniuria affecit. Accersę mihi læsas literas. Auditis, Vocales iudices, ipsũ δέλτα dicere? Surripuit mihi meam ὀδελέχειαν, pro qua vult vt dicatur ὀπιλίχεια: quod sanè contrarium est omnibus legibus. Auditis vociferari ϑῆτα, & capiti capillos euellere, eo quòd priuatum est cucurbita. Auditis ipsum etiam ζῆτα suis vocibus συείζειν & σαλπίζειν spoliatum esse, adeò vt ne χύζειν quidem, id est mutire, illi porrò liceat. Quis ista quæso ferat? aut quæ pœna satis magna erit tam scelesto? Verùm hoc non tantùm cognatum sibi elementorum genus lædit, sed iam ad homines etiam iisdem moribus se contulit. Neque enim permittit vt rectà ferantur linguis: Imo verò Iudices. interim enim res humanæ rursus me admonuerunt γλώσσης, id est, linguæ: nam expulsum me hac quoque parte, γλῶσσαν facit γλῶτταν. O reuera linguæ pernicios⁹ morbus θεῦ. Verùm rursum me conferam ad illud quod cœperam, atque homines defendam in iis in quibus aduersus eos delinquit. Nam conatur illorum voces quibusdam vinculis constringere & discerpere, ita vt si quis pulchrum quidpiam videns, id καλὸν appellare velit, hoc θεῦ statim irruens θαλὸν ipsum dicere cogit: adeo cupit in omnibus præsidentiã obtinere. Rursum alius quispiã dicit, πρὸς κλήματος, id est, de palmite:

Alludit ad dictiones θάλασσα, σίδηρος, πίτυλος.

Alludit ad κάρον & κόρρην.

Alludit ad vocem καλοκώνη, seu κολοκύντη.

Pro quo συείσθειν, & σαλπίσθειν Dores dicunt.

ἐπ' Ἀτθίκην ὃ ἦλθε, καὶ ἐκ μέσης αὐτῆς αἱρήσασα αὐόμενος Ὑμηττόν, ὁρᾶντων ὑμῶν, καὶ τῶν ἀνδρῶν συλλαβῶν. ἀλλὰ τί λέγω ταῦτα; Θεσσαλίας με ἐξέβαλεν ὅλης, Θετταλίαν ἀξιοῖ λέγειν, καὶ πᾶσαν ἀποκεκλεισμένον τῆ θαλάσσης, οὐδὲ τῶν ἐν κήποις φυτάλμιον σύτλων. ὡς ὃ δὴ λεγόμενον, μηδὲ πάσσαλόν μοι καταλιπεῖν. ὅτι ὃ ἀνεξίκακόν εἰμι γράμμα, μάρτυρά τέ μοι καὶ αὐτοὶ μηδέποτε ἐκκαλέσασθαι τῆ ζῆτα, σμαράγδου ἀποστάσηται, καὶ πᾶσαν ἀφελομένῳ τιὼ σμύρναν. μήτε τῆ ξῦ, πᾶσαν συνθεμένῃ συνθήκην, & τὸν συλλεγόμενον Θουκυδίδην σύμμαχον. τῆ μὲν γὰρ γειτονί μου ῥῶ νοσούσῃ, συγγνώμη, καὶ τῆ αὐτῆ φυτευσάσῃ μυρρίνας, & παίσάσῃ με ποτὲ ὑπὸ μελαγχολίας ὀπὶ κόρρης. κἀγὼ μὲν τοιοῦτον. ὃ δὲ θεῦ τοῦτο, σκοπῶμεν ὡς φύσει βίαιον καὶ πρὸς τἆλλα. ὅτι ὃ οὐδὲ τῶν ἀνέχεται γραμμάτων, ἀλλὰ & ὃ δέλτα, & ὃ ϑῆτα, & ὃ ζῆτα, μικροῦ δεῖν πάντα ἠδίκησε τὰ στοιχεῖα, αὐτά μοι καλῶ τὰ ἀδικηθέντα γράμματα. Ἀκούετε φωνήεντα δικαιοῦ τῆ μὲν (δ')λέγοντος, ἀφείλετό μου τιὼ ὀδελέχειαν, ὀπτελέχειαν ἀξιοῖ λέγεσθαι πρὸς τοὺς νόμους; τῆ ϑῆτα κρόντος, καὶ τῆς κεφαλῆς τὰς τρίχας πίλοντος ὅτι τῶν τῆς κολοκύνθης ἐστέρησαι; τῆ ζῆτα, ὃ συρίζειν, καὶ σαλπίζειν, ὡς μηκέτ' αὐτῷ ἐξεῖναι μηδὲ χρύσειν; τίς δὲ τούτων ἀνάσχοιτο; ἢ τίς ἐξαρκέσει δίκη πρὸς ὃ πονηρότατον τουτὶ θεῦ; ὃ γὰρ ἅπαξ ὃ ὁμόφυλον τῶν στοιχείων μόνον ἀδικεῖ γένος, ἀλλ' ἤδη & πρὸς ὃ ἀνθρώπειον μεταβέβηκε, τουτονὶ τὸν τρόπον. ὃ γὰρ ὑπερέπει τε αὐτοῖς καὶ διὰ θύρας φέρεσθαι τῆς γλώσσης· μᾶλλον γὰρ ὦ δικασταί. μεταξὺ γάρ με πάλιν τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα ἀνέμνησε περὶ τῆς γλώσσης, ὅτι καὶ ταύτης με ὃ μέρος ἀπήλασε, καὶ γλῶτταν ποιεῖ τὸ γλῶσσον. ὦ γλώσσης ἀληθῶς νόσημα, θεῦ. ἀλλὰ μεταβήσομαι πάλιν ἐπ' ἐκεῖνο, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναγορεύσω ὑπὲρ ὧν εἰς αὐτοὺς πλημμελεῖ. δεσμοῖς γάρ τισι φρενῶν & ἀπαρρήτοις αὐτῶν τὴ φωνὴν ὀπιχειρεῖ. & ὁ μὲν τι καλὸν ἰδών, καλὸν εἰπεῖν θέλει· ὃ δ', πρέπουσαν, καλὸν εἰπεῖν αὐτοῖς ἀναγκάζει, ἐν ἅπασι τοῖς εἰρήναν ἔχειν ἀξιοῖ. πάλιν ἕτερος περὶ κλήματος διαλέγει·

ὃ γ' (πλῆμμυρ γάρ ἐστιν ἀληθῶς) πλῆμμα πεποίηκε ὃ κλῆμα. καὶ ἃ μόνον τε τοὺς τυχόντας ἀδικεῖ, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῦ μεγάλου βασιλῆος, ᾧ καὶ γῆν καὶ θάλασσαν εἶξαι φασὶ, καὶ τῆς αὐτῶν φύσεως ἐκστῆναι, ὃ δὲ καὶ τούτῳ ἐπεβούλευσε· καὶ Κύδιππον αὐτὸν ὄντα, Τύφλιππόν τινα ἀπέφηνεν. ὅτῳ μὲν οὖν ὅσον ἐς φωνὴν ἀνθρώποις ἀδικεῖ· ἔργῳ δὲ πῶς; κλαίουσιν ἄνθρωποι, καὶ τὴν αὐτῶν τύχην ὀδύρονται, καὶ Κάδμῳ καταρῶνται πολλάκις, ὅτι τὸ ϖῶ ἐς τὸ τοῦ στοιχείων γένος προήγαγε. τοῦ γὰρ τούτου σώματι φασὶ τοὺς τυράννους ἀκολουθήσαντας, καὶ μιμησαμένους αὐτοῦ τὸ πλάσμα, ἔπειτα σχήματι τοιούτῳ ξύλα τεκτήνασθαι, ἀνθρώπους ἀνασκολοπίζειν ἐπ' αὐτά. ἀπὸ δὴ τούτου, καὶ τοῦ τεχνήματος τοῦ πονηροῦ τὸ πονηρὸν ἐπωνυμίαν σπανίως λαβεῖν. τούτων οὖν ἀπάντων ἕνεκα, πόσων θανάτων ὁ ϖῶ ἄξιον εἶναι νομίζετε; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι δικαίως τοῦτο μόνον ἐς τὸν τοῦ ϖῶ τιμωρὸν ὑπολείπεσθαι, ὁ τοῦ σχήματος τοῦ αὐτοῦ τὸν δίκλων ὑποσχεῖν· ὃ δὴ σαφὲς εἶναι, ὑπὸ τούτου μὲν δημιουργηθῆναι, ὑπὸ δὲ ἀνθρώπων ὀνομάζεσθαι.

A hoc verò (est enim reuera πλῆμμυρ, id est, miserum) πλῆμμα facit, quod erat κλῆμα. Et quidem non plebeios tantùm homines iniuria afficit, sed iam etiam magno illi regi cui fama est ipsam terram & mare cessisse, atque naturas suas reliquisse, insidias tendit, & ex ipso, cùm κῦρος sit, ϖῦρον quendam efficit. Atque in hūc modum vocem hominum lædit. Quomodo verò re ipsa & opere eosdem lædat, audite. Plorant homines, atque suæ fortunæ vices deflent, atque ipsum sæpe Cadmū execrantur, quòd τῶ in literarum genus induxerit. aiunt enim tyrannos eius literæ corpus secutos, atque figuram imitatos, postea simili figura ligna fabricasse, in quibus homines suspendant: atque ex hoc huic tam perniciosæ fabricæ pessimum nomen obuenisse. Propter ista omnia quot mortibus ipsum τῶ dignum esse iudicatis? Ego quidem existimo meritò hoc solùm ad supplicium ipsius τῶ, relinqui, vt pœnam in sua illa figura sustineat, propterea quòd crux ab ipso fabricata est & ab eo nomen illi homines imposuerunt.

Crucis supplicium.

B

TIMΩN, Η ΜΙΣΑΝΘΡΩΠΟΣ.

TIMON, SIVE MISANTHROPOS.

ERASMO ROTERODAMO interprete.

ORNATISSIMO IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI THOMÆ RVTHALLO SECRETARIO REGIO, POST Episcopo Dunelmensi, Erasmus Roterodamus S. P. D.

VIde quantum audaciæ mihi suppeditet singularis quædam ingenij tui morumq; facilitas, humanissime Ruthalle: qui cùm neutiquam ignorem te inter Aulicos primores, vel auctoritate, vel gratia, vel splendore, vel eruditione præcipuum esse, tamen non verear meas nugas rudes adhuc, vixque è prima scheda repurgatas, ad tuam Excellentiam mittere. Sed quid facerem? Iam vrgebat nauita, ventos & æstum nulli seruire clamitans. Itaque ne nihil mei apud hominem tam nostri studiosum relinquerem, id quod tum fortè erat in manibus, Misanthropum misi, nimirum ad virum vnū omnium Philanthropotaton. Is est Luciani dialogus, quo vix alius lectu vel vtilior, vel iucundior: versus quidem ille iampridem ab alio nescio quo: sed ita versus, vt interpres hoc modo demonstrare voluisse videatur, sese neque Græcè scire, neque Latinè: nec temere adeo quis suspicetur eum interpretem subornatum esse ab iis qui Lucianū

malè volunt. Tu noſtram hanc audaciam boni conſules, & Eraſmum in eorum numero pones, qui tui ſunt amantiſſimi. Vale, Londini. An. M.D.IIII.

ARGVMENTVM.

Hoc dialogo de diuitiis tractatur, quis ſcilicet verus diuitiarum vſus ſit, & quomodo retineantur, quibus potiſſimùm obueniant, & quales reddant poſſeſſores. Occaſio dialogi à perſona Timonis ſumpta eſt, quem Athenienſes, quòd inhumanius planè eſſet, hominúmque congreſſus ac ſocietatem vitaret, imò etiam publicis malis gauderet, μισάνθρωπον appellarunt: cuius mortui quoque ſepulchrum (vt ſcribit Suidas) inacceſſum & inuium factum fuit, cùm mare, tanquam ipſum quoque peroſum illius inhumanitatem, inundatione eam terræ partem vbi ſepultus erat, à reliqua abſtractam ſecluſiſſet. In quo & tale epitaphium inſcriptum fuiſſe fertur,

Hîc iaceo, vita miſeráque inopíque ſolutus,
Nomen ne quæras, ſed malè tute peri.

Huic igitur Timoni ſimiles reddi & diuites, videtur intelligere velle Lucianus, vtpote, quos diuitiæ & faſtuoſos & inſolentes & planè barbaros efficere conſueuerunt. Fingit autem ab initio diuitem fuiſſe, ſed ob liberalitatem, & quòd abſque iudicio in quoſuis benignus eſſet, ad paupertatem redactum eſſe. Quam rem cùm Iupiter ex ipſius querela, qua cum illo expoſtulando, in hominum malitiam & ingratitudinem à principio inuehitur, cognouiſſet, miſertus illius, eò quòd & in deos pius fuerat, & multa illis ſacra peregerat, diuitem denuo facere ſtatuit, ac Plutum cum theſauro ad ipſum mittit. Qui principiò ire detrectat, oſtendens illum ſua culpa pauperem factum eſſe, & cum talibus hominibus minimè perdurare ſe poſſe, atque æquè odiſſe eos, vt ſordidos atque auaros illos qui nunquam omnino ſe vtantur. Mediocritate enim vtendi ſe gaudere. Atque hic locus vſum diuitiarum, & quomodo conſeruari eædem debeant, docet. Deinde cùm Iupiter in ſententia perſiſteret, atque ita Plutus ducente Mercurio ad Timonem proficiſceretur, inter eundum fingitur claudicare. ibi, interrogante Mercurio, cauſam eius rei reddit, quòd quoties à Ioue mittatur: tardè incedat, neque videat quorſum eat, neque norit ad quos eat. quoties autem à Dite mittatur, etiam alatum eſſe. Quo figmento ſignificare videtur, improbos ac malos ſemper melioribus ſucceſſibus frui: probos autem, & à Ioue dilectos, aut nunquam, aut tardè in hac vita felices ac diuites fieri. Poſtremò interrogatus à Mercurio, cur deformis ac pallidus, tantopere ametur ab hominibus, reſpondet, inſcitia ac excitate illorum hoc fieri. Atque ibi cùm hos, tum alios effectus ſuos exponit, quæ omnia poſtremò actione & quaſi ipſa re comprobantur, dum Timonem ab initio Plutum reijcere atque auerſari fingit, vtpote ex paupertate modeſtum ac temperantem iam factum, & agnoſcentem ſuperiora mala, in quæ ex diuitiarum copia inciderat: Mox eundem acceptum cum ſumma cura aſſeruare, tumidúmque & inſolentem omnes alios homines vitare atque contemnere: Additis ad finem etiam adulatoribus, ſcurris, aſſentatoribus, ſycophantis, fumi venditoribus, & id genus alijs, qui vt corpus vmbra, ſic ipſi diuitias atque fortunam comitantur.

A O IVPITER Philie, hoſpitalis, ſodalitie, domeſtice, fulgurator, iuſiurandice, nubicoge, grandiſtrepe, & ſi quod aliud tibi cognomen attoniti Poëtæ tribuunt, maximè quum hærent in verſu: nam tum illis tu multinominis factus, carminis ruinam fulcis, metriq; exples hiatum. Vbi tibi nunc magnierepum fulgur, grauifremum tonitru? Vbi ardens, candens, ac terrificum fulmen? Nam hæc omnia iam palàm apparet nugas eſſe, fumumq; poëticum, nec omnino quicquam præter nominum ſtrepitũ. Sed decantata illa tua arma eminus ferientia expromptaq;, neſcio quomodo

A Ω Ζεῦ φίλιε, καὶ ξένιε, καὶ ἑταιρεῖε, καὶ ἐφέςιε, καὶ ἀςεροπητά, καὶ ὄρκιε, καὶ νεφεληγερέτα, καὶ ἐριβόμβυπε, καὶ εἴ τι ἄλλο οἱ ἐμβρόντητοι ποιηταὶ καλοῦσι, καὶ μάλιςα ὅταν ἀπορῶσι πρὸς τὰ μέτρα· τότε γὰρ αὖθις πολυώνυμος γινόμενος, καταβρείθεις ὁ πάτταλον τῷ μέτρῳ, καὶ ἀναπληροῖς ὁ κεχλιὼς τὸ ῥυθμόν. ποῦ σοι νῦν ἡ ἐρισμαράγος ἀςραπὴ, καὶ ὁ βαρύβρεμος βροντὴ, καὶ ὁ αἰθαλόεις, καὶ δρηγής, καὶ σμερδαλέος κεραυνός; ἄπαντα γὰρ ταῦτα λῆρος ἤδη ἀναπέφηνε, καὶ κανὸς ποιητικὸς ἀτεχνῶς, ἔξω τῶν

B

παταγου τῶν ὀνομάτων. ὃ δὲ ἀοίδιμόν σου, καὶ ἐκηβόλον ὅπλον, καὶ πρόχειρον, οὐκ οἶδ' ὅπως

πλέως ἀπέσβη, καὶ ψυχρόν ἐστι· μηδὲ ὀλίγον ἔτι σῴζεσθαι ὀργῆς κατὰ τῶν ἀδικουμένων δύναται φυλάττειν. διὸ καὶ μοι δοκεῖ τὸν ὑπορχεῖν τις ὑπὲρ ἀμφισβητουμένων ἑώλου δᾳδίου φοβηθεὶς αὐτὸν, ἢ τοῦ τῷ πυρὶ παραπλησίου καπνοῦ φλόγα· οὕτω δάλον τινὰ ἐπιφυσᾶσθαι δοκεῖς αὐτῷ, ὡς πῦρ μὲν ἢ καπνὸν ἀπ' αὐτοῦ μηδὲ ὀφθῆναι· μόνον δὲ τοῦτο οἴεσθαι ἀπολαύειν τὸ πταίσματος, ὅτι ἀπαπλησθήσονται τῆς ἀσθόλου. ὥστε ἤδη σοὶ ταῦτά σοι καὶ ὁ Σαλμωνεὺς αὐτιβοήσεται ἐτόλμα, ἢ πάνυ τοι ἀπίθανος ὢν, πρὸς οὕτω ψυχρὸν τοῦ ὀργίλου Διὸς, θερμουργὸς αἰθὴρ, καὶ μεγαλαυχούμενος. πῶς γὰρ, ὅπου γε καθάπερ ὑπὸ μανδραγόρα καθεύδεις; ὃς οὔτε τῶν ὑπορχουμένων ἀκούεις, οὔτε τοῖς ἀδικουμένοις ἐπισκοπεῖς; λημᾷς δὲ, καὶ ἀμβλυώπεις πρὸς τὰ γιγνόμενα· καὶ τἀῶτα συνεχέχυσαι, καθάπερ οἱ πρεσβύτατοι· ἐπεὶ νέος γε ἔτι, καὶ ὀξύθυμος ὢν, καὶ ἀκμαῖος τοῦ ὀργίλου, πολλὰ κατὰ τῶν ἀδίκων καὶ βιαίων ἐποίεις, καὶ οὐδέποτε ἦλθες τότε πρὸς αὐτοὺς συνεχείας, ἀλλ' ἀεὶ ἐνεργὸς πρώτως ὁ κεραυνὸς ἦν, καὶ ἡ αἰγὶς ἐπεσείετο· καὶ ἡ βροντὴ ἐπαταγεῖτο, καὶ ἡ ἀστραπὴ συνεχὴς ὥστε εἰς ἀκριβολισμὸν, πρηνικοντίζετο. οἱ σεισμοὶ δὲ, κοσκινηδὸν, καὶ ἡ χιὼν σωρηδὸν, καὶ ἡ χάλαζα, πετρηδόν. καὶ ἵνα σοι φορτικῶς διαλέγωμαι, ὑετοί τε ῥαγδαῖοι, καὶ βίαιοι, πλαμὸς ἔκαστα σαγών. ὥστε τηλικαύτη σοι ἀκαρεῖ. χρόνου ναυαγία ὑπὸ τοῦ Δευκαλίωνος ἐγένετο, ὡς τοσούτοις ἀπιστοῦσι καταδεδυκόσι, μόγις ἔν τι κιβώτιον περισωθῆναι πρὸς τὸν Λυκωρέα, ζωογονόν τι τοῦ ἀνθρωπίνου σπέρματος διαφυλάττον εἰς ὑπομνήσιν κακίας μείζονος. πιθανὸν μὲν οὖν ἀκόλουθα τῆς ῥαθυμίας ταύτης κομίζῃ παρ' αὐτῶν, ὅτε θύοντος ἔτι σοῦ τινὸς ὅτε στεφανοῦντος, εἰ μή τις ἄρα πρόεργον Ὀλυμπίων· καὶ τότε, οὐ πάνυ ἀναγκαῖα ποιεῖν δοκῶν, ἀλλ' εἰς ἔθος τι ἀρχαῖον συντελῶν. καὶ κατ' ὀλίγον κρόνον σε ὦ θεῶν ἥκιστα, ἀποφαίνουσι, πρωσάμενοι τῆς τιμῆς. ἐγὼ λέγω ὁπόσακις ἤδη σου τὸν νεὼν συλήσασιν· οἱ δὲ, καὶ αὐτοί σοι τὰς χεῖρας Ὀλυμπιάσιν ὑπεβεβλήκασι. καὶ σὺ

A penitus extincta ſunt, frigentq; adeò, vt ne minimam quidem ſcintillam iracundiæ aduerſus nocentes reliquam obtineant, itaque citiùs quiuis ex his qui peieraturi ſunt, extinctum ellychnium metuerit, quàm flammam fulminis cuncta necantis: vſque adeò titionem quempiam in ſeſe vibrare te putant, vt incendium aut fumũ ab illo proficiſcentẽ, nihil quicquam formident, verùm hoc ſolùm vulneris inferri poſſe iudicent, vt fuligine compleantur. Quibus rebus factum eſt vt iam Salmoneus tibi ſit auſus etiam obtonare: neque id admodum ab re, quippe aduerſus Iouẽ vſque adeo ita
B frigidum, vir ad facinora feruidus, audaciáque tumidus. Quidni enim faciat, vbi tu perinde ac ſub mandragora ſtertis, qui neq; peierantes exaudias, neque eorum qui flagitia committunt, reſpectum agas? Cæcutis autem lippitudine, & hallucinaris ad ea quæ fiunt, auréſque iam tibi obſurduerunt inſtar horum qui ætate defecti ſunt: quandoquidem quum iuuenis adhuc eſſes, acrique animo, vehemenſq; ad iracundiam, permulta in homines maleficos ac violentos faciebas: neque tum vnquam tibi cum illis erant
C inducię: ſed perpetuò fulmen erat in negotio, perpetuò obuibrabatur ægis, obſtridebat tonitru: fulgur continenter iaculorum in morem denſiſſimè ex edito loco deuolantium torquebatur: terræ quaſſationes cribri inſtar frequentes: ad hæc nix cumulatim, neque non grando ſaxorum in morem: atque vt tecum grandius loquar, imbréſque rapidi & violenti, ac flumen quotidie exundans. Hinc tantum repentè Deucalionis ætate naufragium ortum eſt, vt omnibus ſub aqua demerſis, vix vnica ſcaphula ſeruaretur, quæ in montem Ly-
D corem appulit, humani generis quaſi ſcintillulas quaſdam ſeruans, vnde ſceleratius etiam genus in poſterum propagaretur. Nimirum igitur dignum ſocordia præmium ab illis reportas, quum iam nec ſacra faciat tibi quiſquam, nec coronas offerat, niſi ſi quis obiter in Olympicis: ac ita ne is quidem rem admodum frugiferam facere videatur, ſed priſcum quendam ritum magis referre: ac penè Saturnum, ô deorum generoſiſſime, te reddunt, magiſtratu abdicantes. Omitto loqui, quoties iam tẽplum tuum ſacrilegio compilarint, quum tibi etiam ipſi in Olympiacis manus admoliti ſunt. Atque

interea tu altifremus ille pigitabaris vel excitare canes, vel vicinos aduocare, vt auxilio accurrentes illos comprehenderent, quum etiamdum ad fugam adornarentur. Sed egregius ille Gigantúmque extinctor, & Titanum victor, sedebas, quum tibi cæsaries ab illis circunsonderetur, decemcubitale fulmen dextera tenens. Horum igitur, ô præclare, quis tandem erit finis, quæ tu adeò secure despicis? Aut quando de tantis maleficiis pœnas sumes? Quot Phaëthontes aut Deucalliones satis idonei sint ad expiandum tam inexhaustam morum iniquitatem? Etenim vt de communibus fileam, de iis quæ mihi acciderunt, dicã: quum tam multos Athenienses in sublime euexerim, ex pauperrimis diuites reddiderim, cunctisq; quotquot opus haberent, suppeditarim, imò semel vniuersas opes in amicos iuuandos effuderim: simulatq; his rebus ad inopiam deueni, iam ne agnoscor quidem ab illis, nec aspicere dignantur me, qui dudum reuerebantur, adorabant, meoq; de nutu pẽdebant. Quòd si quando per viam ingrediens, fortè fortuna in eorum quempiam incidero, perinde vt euersam hominis iã olim defuncti statuam, ac temporis longitudine collapsam, prætereunt, quasi ne norint quidem. Porrò alij procul conspecto me, aliò sese detorquent, existimantes sese inauspicatum abominandumq; visuros spectaculum, quem non ita pridem seruatorem & adiutorem suum esse prædicabant. Itaque prementibus malis ad extrema redactus consilia, rhenone arrepto terram exerceo, quaternis conductus obolis, atque hîc cum solitudine cumq; ligone philosophor. Hoc interim lucri mihi videor facturus, quòd posthac non intuebor plerosque præter meritum secundis fortunæ successibus vtentes: nam illud vel maximè vrit. Iam igitur tandem aliquando Saturni Rheæq; proles excusso profundo isto grauiq; somno (nam Epimenidem quoq; dormiendo vicisti) denuo iactato fulmine, aut ex Oeta redaccenso, ingenti reddita flamma iram aliquam strenui illius ac iuuenilis Iouis ostende, nisi vera sint quæ à Cretensibus de te tuaq; sepultura ferũtur. IVP. Quis hic est Mercuri, quẽ audio sic vociferantem ex Attica, ad radicẽ montis Hymetti? horridus totus ac squalidus, pelleq; hircina amictus. fodit autẽ, vt arbitror: nã pronus incũbit, homo loquax & cõfidẽs.

καὶ σὺ ὁ ὑψιβρεμέτης ὤκνησας, ἢ αἰασχῆσαι τοὺς κύνας, ἢ τοὺς γείτονας ὀπτικαλέσασθαι, ὡς βοηδρομήσαντες, αὐτοῖς συλλάβοιεν, ἔτι συσκευαζομένους πρὸς τὴν φυγήν. ἀλλ' ὁ γυμναῖος, ὁ Γιγαντολέτωρ, καὶ Τιτανομαχέστωρ, ἐκάθησο, τοῖς πλοκάμοις περικειρόμενος ὑπ' αὐτῶν, δεξιὰ πηχυκέραυνον ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ. τοῦτα τοίνυν ὦ θαυμάσιε, πηνίκα παύσεται ὑπὸ τῶν ἀμηχάνων προρώμενα; ἢ πότε κολάσεις τὴν τοσαύτην ἀδικίαν; πόσοι Φαέθοντες, ἢ Δευκαλίωνες, ἱκανοὶ πρὸς οὕτως ὑπερφυᾶ τὸν βίον; ἵνα γὰρ τὰ κοινὰ εἴπω, τοσούτους Ἀθηναίων εἰς ὕψος ἄρας, καὶ πλουσίους ἐκ πενεστάτων ἀποφήνας, καὶ πᾶσι τοῖς δεομένοις ὀπικουρήσας, μᾶλλον δ' ἀθρόον εἰς εὐπραξίαν τὴν φίλων ἐκχέας τὸν πλοῦτον, ὅπῃ πένης ἀφ' ἑαυτοῦ ἐγκρύπτομαι, οὐκ ἔτι οὐδὲ γνωρίζομαι πρὸς αὐτῶν, ὅτε πρὸς βλέποντι οἱ πέως ὑπερπηφῶντες καὶ προσκυνοῦντες, κἀκ τῶν ἐμοῦ νεύματος ἀνηρτημένοι. ἀλλ' ἰοὺ ποῦ καὶ ὁδῷ βαδίζων ἐντύχωμί τινι αὐτῶν, ὡς ἂν τινὰ φίλον παλαιᾶ νεκρὸν ὑποδύσαι, ὑπὸ τῆ χρόνῳ ἀφανισθεῖσαν μορφῇ, πρόσχονται, μηδὲ ἀναγνόντες, οἱ δὲ καὶ πόρρωθεν ἰδόντες, ἑτέραν ἐκτρέπονται, δυσφορώτερον, καὶ ἀποβάσιμον δῆθεν ὄψεσθαι ὑπολαμβάνοντες, τὸν δ' ἔτι πολλῶν σωτῆρα, καὶ εὐεργέτην αὐτῶν γεγονότα. ὥστε ὑπὸ τοῦ κακοῦ ὅτι τοιούτου τινὸς ἐσχατιὰν τραπόμενος, ἀναφάμενος δρέπανον, ἐργάζομαι τὴν γῆν, ὑπόμισθος ὀβολῶν τεττάρων, τῇ ἐρημίᾳ καὶ τῇ δικέλλῃ συμφιλοσοφῶν ἐμαυτῷ. τοῦτο γοῦν μοι δοκῶ κερδανῶν, μηκέτι ὄψεσθαι πολλοὺς οὕτω δὲ τὰ ἀξίαν εὖ πράττοντας. αἰσθόμενον γὰρ τοῦτό γε, ἤδη ποτὲ ἄν, ὦ Κρόνε καὶ Ῥέας υἱέ, τὸν βαθὺν τοῦτον ὕπνον ἀποσφάλμενος, καὶ νήδυμον, (ὑπὸ τῶν Ἐπιμενίδην γὰρ κεκοίμησαι,) καὶ ἀναρριπίσας τὸν κεραυνόν, ἢ ἐκ τῆς Οἴτης ἐναυσάμενος, μεσάγκυν ποιήσας τὸ φλόγα, ὑποδείξαι πού τινα χθονὸς, ἀνδρώδους καὶ νεανικὸν Διός, εἰ μὴ ληρῶδες τὰ ὑπὸ Κρητῶν περὶ σοῦ, καὶ τῆς σῆς ταφῆς μυθολογούμενα. ΖΕΥΣ. τίς δ' ὁ ἐστιν ὦ Ἑρμῆ, ὁ κεκραγὼς ἐκ τῆς Ἀττικῆς πρὸς τὸν Ὑμηττὸν ἐν τῇ ὑπωρείᾳ; πιναρὸς ὅλος, καὶ αὐχμῶν, καὶ ὑποδιφθέρος. σκάπτει δὲ οἶμαι ὀπτικευφῶς· λάλος ἀνὴρ θρασύς.

σιν ἡδὺ γὰρ ἂν τὸ πρᾶγμα γένοιτο αὐτοῖς.
χαίρει τί τοῦτο; φεῦ τῆς τάχους. πανταχόθεν
συνθέουσι κεχυμένοι, καὶ πνευστιῶντες, οὐκ οἶδα
ὅθεν ὀσφραινόμενοι τοῦ χρυσίου. πότερον οὖν
ὅπως τὸν πάγον τοῦτον ἀναβὰς ἀπελάσω αὐτοὺς C
τοῖς λίθοις, ἢ ὑπερδεξίων ἀκροβολιζόμενος,
ἢ τόγε τοσοῦτον παραινομήσομεν, εἰσάπαξ αὐ-
τοῖς ὁμιλήσαντες, ὡς πλέον αἰσθάνοιντο πτο-
ρούμενοι; τοῦτο οἴμοι καὶ ἄμεινον, ὥστε δεχώμεθα
ἤδη αὐτούς, ὑποσάντες. Φέρε ἴδω, τίς ὁ πρῶ-
τος αὐτῶν οὗτος ὅστις; Γναθωνίδης ὁ κόλαξ, ὁ
παρὰ μὲν ἔριφον αἰτήσαντί μοι ὀρέξας τὸν θύ-
λακον, πίθους ὅλους πρὸ ἐμοῦ πολλάκις ἐμεμε-
κώς· ἀλλ' ὅτε ἐποίησεν ἀφικόμενος. οἰμώξεται
γὰρ παρὰ τῶν ἄλλων. ΓΝΑ. οὐκ ἐγὼ ἔλε-
γον ὡς οὐκ ἀμελήσουσι Τίμωνος ἀγαθοῦ αὐ- D
δρὸς οἱ θεοί; χαῖρε Τίμων εὐμορφώτατε, καὶ
ἥδιστε, καὶ συμποτικώτατε. ΤΙ. νὴ μὰ σύγε, ὦ
Γναθωνίδη, γυπῶν ἀπάντων βορώτατε, καὶ
αἰθεφπων ὑπερεμφορώτατε; ΓΝΑ. ἀεὶ φι-
λοσκώμμων σύ γε, ἀλλὰ ποῦ ὁ συμπόσιον, ὡς
καινόν τι σοι ἆσμα τῶν νεοδιδάκτων διθυράμ-
βων ἥκω κομίζων; ΤΙ. καὶ μὰν ἐλεγεῖά γε
ἄσῃ μάλα ἐλεεινῶς ὑπὸ ταύτῃ τῇ δικέλ-
λῃ. ΓΝΑ. τί τοῦτο; παίῃς, ὦ Τίμων; μαρ-
τύρομαι, ὦ Ἡράκλεις, ἰὼ, ἰώ, προκαλοῦμαί σε
πρᾶγματος εἰς Ἄρειον πάγον. ΤΙ. ἢν μὴν αὖ τε μικρὸν ὑπολειφθῇς, φόνῳ τάχα προκεκλήσῃ με.

Diis sacra faciat, & epuletur solus: sibi ipsi vicinus, sibi particeps, excutiens sese ab aliis. Ac semel decretum esto, vt vnus seipsum comiter accipiat, si moriendum sit, aut necesse habeat sibi ipsi coronam admouere. Nullúmque nomen sit dulcius, quàm Misanthropi, id est, hominum osoris. Morum autem notæ, difficultas, asperitas, feritas, iracundia, inhumanitas. quòd si quem conspexero incendio conflagrantem, obtestantem quò restinguam, pice oleóque restinguere: rursum si quem flumen vndis abstulerit, isq; manus porrigēs, imploret vt retineatur: hunc quoque demerso capite propellere, ne possit emicare. hunc ad modum par pari relaturus est. Hāc legem Timon tulit Echecratides Colytensis: & concionis subscripsit suffragiis idem ille Timon: Age hæc decreta sunto: hæc fortiter tueamur. Cæterùm magno emerim vt id omnibus innotescat, quòd opibus abundo: nam illa res illos præfocauerit. Sed quid illud? Hem, quæ trepidatio? Vndique concurrunt puluerulenti atque anheli, haud scio vnde aurum odorati. Vtrùm igitur hoc conscenso colle saxis eos abigo, è sublimi deiaculans: an hac tantùm in re legem violabimus, vt semel cum illis congrediamur, vt magis agantur fastiditi, repulsique? Ita satius esse duco. Itaque restemus, quò illos excipiamus. Age prospiciam, primus eorum iste quis est? Nempe Gnathonides adulator, qui mihi nuper cœnam petenti, funem porrexit, quum apud me sæpenumero solida dolia vomuerit. Sed bene est quòd ad me venit: nam primus omnium vapulabit. GNATH. An non dixi Timonem virum bonum non neglecturos esse deos? Salue Timon formosissime, iucundissime, conuiuator bellissime. TIM. Scilicet & tu Gnathonides, vulturum omnium edacissime, atque hominum perditissime. GNA. Semper tibi grata dicacitas. Sed vbi compotamus? Nam nouam tibi adfero cātilenam ex his quos nuper didici dithyrambis. TIM. Atqui elegos canes admodum miserabiles, ab hoc doctus ligone. GNA. Quid istuc? Feris ô Timon? Atteſtor, ô Hercules, Hei, hei, in ius te voco apud Areopagitas, qui vulnus dederis. TIM. Atqui si cunctere paulisper, mox cædis me reum ages.

Comites diuitiarū adulatores & scurræ.

GNA. Nequaquam: quin tu planè vulneri medere, paululo auri inuncto. mirũ enim in modum præsentaneum id est remedium. TIM. Etiam manes? GNA. Abeo. At tibi malè sit, qui quidem ex viro cõmodo tam sęuus factus sis. TIM. Quis hic est qui accedit recaluaster ille? *Assentatores.* Philiades, assentatorum omnium execratissimus. Hic quum à me solidum acceperit fundum, tum filiæ in dotem talenta duo, laudationis præmiũ, quum me canentem, reliquis silentibus omnibus solus maiorem in modum extulisset, deierans me vel oloribus magis canorum: vbi me pridem ægrotum conspexisset, (nam adieram oraturus vt mei curam ageret) plagas etiam egregius ille vir impegit. PHILIADES. O impudentiam! nunc demum Timonem agnoscitis: nunc Gnathonides amicus & conuiua. enimuero habet ille digna se, quandoquidem immemor est atque ingratus. At nos qui iam olim conuictores sumus, æquales ac populares: tamen modestè agimus, ne insilire videamur. Salue here: fac vt istos adulatores sacrilegos obserues, qui nusquam adsunt nisi in mensa: præterea à coruis nihil differunt. neque posthac huius ætatis mortalium vlli fidendum est: omnes ingrati, & scelesti. At ego quum tibi talentum adducerem, quo posses ad ea quæ velles vti, in via accepi te summas quasdam opes esse nactum. Proinde accessi his de rebus admoniturus te: quanquam tibi forsitan me monitore nihil erat opus, viro nimirum adeo prudenti, vt vel Nestori ipsi, si necesse est, consilium dare queas. TIM. Ita fiet, Philiades. sed age accede, quò te ligone comiter accipiam. PHIL. Viri, caput mihi comminutum est ab hoc ingrato, propterea quòd eum ea quæ in rẽ illius erant, admonui. TIM. Ecce tertius huc orator Demeas se recipit, tabulas dextra gestans, aitq; se mihi cognatũ esse. *Haeredipetae.* Hic vna die de meo sedecim talenta ciuitati dependit: nam damnatus erat, ac vinctus: at quum soluendo non esset, ego misertus illum redemi. Porrò quum illi sorte obuenisset vt Erechtheidi tribui distribueret ęrarium; atque ego audiens, id quod ad me redibat, poscerem, negabat se ciuem nosse me. DEM. Salue Timon, præcipuum generis tui præsidium, fulcimentum Athenienſium, defensaculum Græciæ. Profectò iamdudum te populus frequens & vtraque curia ope-

ΓΝΑ. μηδαμῶς· ἀλλὰ σύ γε πρώτως ὃ τραῦμα ἴασαι, μικρὸν ὀπὶ πάσας τῶ χρυσίου· δῆνας γὰρ ἴσχαμόν ὅστι τὸ φάρμακον. ΤΙ. ἔτι μένῃς; ΓΝΑ. ἄπειμι, σὺ δ' ὁ χαιρήσας ὕστω σκαιὸς ἀνὴρ χρησοῦ γενόμενος. ΤΙ. τίς οὗτός ἐστιν ὁ τρεσβιῶν, ὁ ἀναφαλαντίας; Φιλιάδης, κολάκων ἀπάντων ὁ ἐδελυρώτατος. οὗτος δὲ πρὶν ἐμοῦ ἀγρὸν ὅλον λαβών, καὶ τῇ θυγατρὶ τρεῖκα, δύο τάλαντα, μισθὸν τ' ἐπαίνου, ὁπότε ἄσαιμί με, πάντων σιωπώντων, μόνος ὑπερεπήνεσεν, ἐπωμοσάμενος ᾠδικώτερον ἢ τὴν κύκνων· ὅτε νοσοῦντα τρεσβύτην εἰδέ με, καὶ τρεσῆλθον ὀπτικοῦ ἀσθμός, πληγὰς ὁ γενναῖος τρεσενέτεινε. ΦΙΛ. ὢ τῆς αἰσχυντίας, νυνὶ Τίμωνα γνωρίζετε; νυνὶ Γναθωνίδης φίλος καὶ συμπότης; τοιγαροῦν δίκαια πέπονθεν οὗτ' ἀχάριστος ὤν. ἡμεῖς δ' οἱ πάλαι ξυνήθεις, καὶ ξυνέφηβοι, καὶ δημόται, ὅμως μετριάζομεν, ὡς μὴ ὀπτιπιδᾶν δοκῶμεν. χαῖρε, ὦ δέσποτα, καὶ ὅπως τοὺς μιαροὺς τούτους κόλακας φυλάξῃ, τοὺς ὀπὶ τῆς τραπέζης μόνον, τὰ δεῖπνα ὀμῶν, κορώνης οὐδὲν διαφέροντας· οὐκ ἐπιστευτέον τ' νυνὶ οὐδενί, πάντες ἀχάριστοι, καὶ πονηροί, ἐγὼ δ' τάλαντόν σοι κομίζων ὡς ἔχοις τρεὸς τὰ κατεπείγοντα χρῆσθαι, καθ' ὁδὸν ἤδη πλησίον ἥκουσα ὡς πλουτοῦντα τινὰ πλοῦτον. ἥκω τοιγαροῦν ταῦτά σε νουθετήσων· καίτοι σύ γε ὕστω σοφὸς ὤν, οὐδὲν ἴσως δεήσει τῶν πρὸς ἐμοῦ λόγων, ὃς καὶ τῷ Νέστορι δόξαν τρεσβυτέρῳ δοῦναι. ΤΙ. ἔσται ταῦτα, ὦ Φιλιάδη. πλὴν ἀλλὰ τρεσθι, ὡς καὶ σὲ φιλοφρονησόμεθα τῇ δεκέλλῃ. ΦΙΛ. ἄνθρωποι, κατέαγα τ' κρανίον ὑπὸ τ' ἀχαρίστου, δι' ἃ τὰ συμφέροντα συνθέτουν αὐτόν. ΤΙ. ἰδοὺ τρίτος οὗτ' ὁ ῥήτωρ Δημέας τροσέρχεται, ψήφισμα ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ, καὶ συγγενὴς ἡμέτερος εἶ λέγων, οὗτ' ἑκκαίδεκα πρὸς ἐμοῦ τάλαντα μιᾶς ἡμέρας ἐκτίσας τῇ πόλει καταδεδικασμένος γάρ, καὶ ἐδέδετο, ὑκ ἀποδιδούς. κἀγὼ ἐλεήσας ἐλυσάμην αὐτόν· ὅτε τρῶτον ἔλαχε τῇ Ερεχθηίδι φυλῇ διανέμειν τὸ θεωρικόν, κἀγὼ τροσῆλθον αἰτῶν τὸ γιγνόμενον, οὐκ ἔφη γνωρίζειν πολίτην ὄντα με. ΔΗ. χαῖρε, ὦ Τίμων, τὸ μέγα ὄφελος τ' γένους, τὸ ἔρεισμα τ' Αθηναίων, τὸ τρόβλημα τ' Ελλάδος, καὶ μὴν πάλαι σε ὁ δῆμος ξυμφλεγμένος, καὶ αἱ βουλαὶ ἀμφότεραι τρεμμένουσιν

πρεσβύτερον ἢ ἄκουσον τὸ ψήφισμα, ὃ γράφω σοι· ἐπεὶ Τίμων ὁ Ἐχεκρατίδου, Κολυττιεύς, ἀνὴρ οὐ μόνον καλὸς κἀγαθὸς, ἀλλὰ καὶ σοφὸς, ὡς οὐκ ἄλλος ἐν τῇ Ἑλλάδι, πρός τε πόντα χρόνον διατελῶν τὰ ἄριστα πρὸς τὸν δῆμον γνώμην ἔφερε· τά τε ἐν Ὀλυμπίᾳ, μιᾷ ἡμέρᾳ, καὶ τελείῳ ἅρματι καὶ στεφανίτῃ πωλικῇ. (TI. Ἀλλ' οὐδὲ ἐθεώρησα ἐγὼ πώποτε εἰς Ὀλυμπίαν. ΔΗ. τί οὖν; θεωρήσεις ὕστερον. Τὰ τοιαῦτα δὲ πολλὰ προσκεφθαι ἄμεινον.) ἐπὶ δὲ τῆς πόλεως ἀφίστη πρὸς Ἀχαρνέας, καὶ κατέκοψε Πελοποννησίων δύο μοίρας. (TI. πῶς; διὰ γὰρ ὃ μὴ ἔχων ὅπλα, οὐδὲ στρατεύομαι. ΔΗ. μέτεστι τοίνυν σοι λέγειν, ἡμεῖς δ', ἀχάριστοι αὖ ἐσμεν ἀμνημονοῦντες) ἔπι δὲ καὶ ψηφίσματα γράφων καὶ συμβουλεύων, καὶ στρατηγῶν, ἃ μέγα ὠφέλησε τὴν πόλιν· ὅτε τούτοις ἅπασι, δέδοκται τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ, καὶ τῇ Ἡλιαίᾳ κατὰ φυλὰς, καὶ τοῖς δήμοις ἰδίᾳ, καὶ κοινῇ πᾶσι χρυσοῦν ἀνατῆσαι τὸν Τίμωνα πρὸς τὴν Ἀθηνᾶν ἐν τῇ ἀκροπόλει, κεραυνὸν ἐν τῇ δεξιᾷ ἔχοντα, καὶ ἀκτῖνας ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς· καὶ στεφανῶσαι αὐτὸν χρυσοῖς στεφάνοις ἑπτὰ, καὶ ἀνακηρυχθῆναι τοὺς στεφάνους σήμερον Διονυσίοις τραγῳδοῖς καινοῖς· ἀγωνίζεται γὰρ δὴ αὐτὸν δεῖ τήμερον τὰ Διονύσια· εἶπε τὴν γνώμην Δημέας ὁ ῥήτωρ συγγενὴς αὐτοῦ ἀληθεὶς, καὶ μαθητὴς αὐτοῦ ὤν· καὶ γὰρ ῥήτωρ ἄριστος ὁ Τίμων, καὶ τἄλλα πάντα ὁπόσα ἂν ἐθέλοι. Τοῦτό μοι οὖν σοι τὸ ψήφισμα· ἐγὼ δέ σοι καὶ τὸν υἱὸν ἐβουλόμην ἀγαγεῖν παρά σε, ὃν ὑπὲρ τοῦ σοῦ ὀνόματι Τίμωνα ὠνόμακα. TI. πῶς, ὦ Δημέα, ὃς οὐδὲ γεγάμηκας, ὅσατε καὶ ἡμᾶς εἰδέναι; ΔΗ. μηδὲ γαμῶ, ἢν δίδῳ θεὸς, ἐς νέωτα, καὶ παιδοποιήσομαι, καὶ ὃ γενησόμενον (ἄρρεν γὰρ ἔσται) Τίμωνα ἤδη καλῶ. TI. οὐκ οἶδα εἰ γαμήσεις ἔτι, ὦ οὗτος, τηλικαύτην πρὸς ἐμοῦ πληγὴν λαβὼν. ΔΗ. οἴμοι· τί τοῦτο; τυραννίδι Τίμων ὑπεχθρὸς, καὶ τύπτεις τοὺς ἐλευθέρους, οὐ καθαρῶς ἐλεύθερος, οὐδ' ἀτὸς ὤν; μηδὲ δώσεις ἐν ταχεῖ τὴν δίκην, πάντα ἄλλα, καὶ ὅτι τὴν ἀκρόπολιν ἐνέπρησας. TI. ἀλλ' οὐκ ἐμπέπρησται, ὦ μαρὲ, ἡ ἀκρόπολις, ὥστε δῆλος εἶ συκοφαντῶν. ΔΗ. ἀλλὰ κλαυτεῖς, τὸν ὀπισθόδομον διορύξας.

ritur. Sed priùs decretũ audi, quod de te conſcripſi: Quandoquidẽ Timon Echecratidæ filius, Colyttenſis, vir non modò probus & integer, verùm etiam ſapiens, quantum alius in Græcia nemo, nunquã per omnem vitam deſtitit optimè de Rep. mereri: tum autem in Olympicis vicit pugil, & lucta curſúque die eodem, ad hæc ſolenni quadriga, equeſtriq; certamine. (TIM. At ego ne ſpectator quidem vnquam in Olympicis ſedi. DEM. Quid tum? ſpectabis poſthac. ſed iſta communia addi ſatius eſt) Tum anno ſuperiore apud Acharnenſes pro Rep. fortiſſimè ſe geſſit, & Peloponnenſium duas acies concidit. (TIM. Qua ratione? quippe qui nec vnquam arma geſſerim, neque vnquam militiæ dederim nomen. DEM. Modeſtè tu quidem de te ipſo loqueris, nos tamen ingrati futuri ſumus, niſi meminerimus.) Præterea in ſcribendis plebiſcitis, & in conſultationibus, & in adminiſtrandis bellis nõ mediocrem vtilitatem attulit Reipub. His de cauſſis omnibus viſum eſt curiæ, plebeiis ſingulatim, communiter vniuerſis, aureum ſtatuere Timonem iuxta Palladem in arce, fulmen dextera tenentem, radiis tempora ambiẽtibus: vtque ſeptẽ aureis coronis coronetur, hæq; coronæ hodie in Dionyſiis per tragœdos nouos promulgentur: ſiquidem hodie illi Dionyſia ſunt agenda. Dixit hoc ſuffragium Demeas orator, propterea quòd cognatus illius propinquus, ac diſcipulus eius ſit. Nam & orator optimus Timon: præterea quicquid voluerit. Hoc igitur tibi ſuffragium. Sed vtinam & filium meum ad te pariter adduxiſſem, quem tuo nomine Timonem appellaui. TIM. Quî potes Demea, quum ne vxorẽ quidem duxeris vnquam, quantum nobis ſcire licuit? DEM. At ducã nouo ineunte anno, ſi Deus permiſerit, liberiſq; operam dabo. Tum quod erit natum (erit autem maſculus) Timonem nuncupabo. TIM. An vxorem tu ſis ducturus, equidem haud ſcio, tanta à me plaga accepta. DEM E. Hei mihi. quid hoc eſt rei? Tyrannidem Timon occœptas? pulſasq; eos qui ſunt ingenui, ipſe nec ingenuus planè, nec ciuis? verùm propediem pœnas daturus, cùm aliis nominibus, tũ quòd arcem incẽderis. TIM. Atqui non conflagrauit arx, ſceleſte: proinde palàm eſt te calumniatorem agere. DEM E. Verùm effoſſo ærario diues effectus es.

TIM. Atqui non effoſſum iſthuc: vnde ne hæc quidem probabiliter abs te dicuntur. DEME. Verùm effodietur poſthac: ſed tu interim omnia quæ in eo condita, poſſides. TIM. Alteram itaque plagam accipe. DEM. Hei ſcapulis meis. TIM. Ne vociferare: alioqui & tertiam tibi illidam. Etenim res planè ridicula mihi acciderit, ſi quum inermis duas Lacedæmoniorum acies fuderim, vnum ſceleſtum hominem non protriuero. tum fruſtra vicerim in Olympiis, & pugil, & palæſtrites. Sed quid hoc? an non philoſophus Thraſycles hic eſt? Profectò ipſus eſt, promiſſa barba, ſubductiſque ſuperciliis, & magnum quiddam ſecum murmurans accedit, Titanicum obtuens, cæſariem per ſcapulas fluentem ventilans, alter quidam Boreas, aut Triton, quales eos Zeuxis depinxit. Hic habitu frugalis, inceſſu moderatus, amictu modeſtus, manè mirum quàm multa de virtute diſſerit, damnans eos qui voluptate capiuntur, frugalitatem laudans: at vbi lotus ad cœnam venit, puérque ingentem illi calicem porrexit (meraciore autem maximè gaudet) perinde vt Lethes aquam ebibens, à dilucularijs illis diſputationibus diuerſiſſima quæ ſunt exhibet, dum milui inſtar præripit obſonia, & proximùm cubito oppoſito areens, mento interim condimentis oppleto, dum canum ritu ingurgitat, prono incumbens corpore, perinde atque in patinis virtutem inuenturum ſeſe ſperet, dúmque vſque adeo diligenter catinos extergit indice digito, vt ne paululum quidem reliquiarum ſinat adhærere, nunquam non querulus, tanquam deteriorem partem acceperit, vel ſi totam placentam aut ſuem ſolus omnium accipiat: qui quidem edacitatis & inſatiabilitatis eſt fructus, temulentus, vinóque bacchatus, non ad cantum modò, ſaltationémque, verùm ad conuitium vſque, & iracundiam. Ad hæc multus inter pocula ſermo (tum enim vel maximè) de temperantia, ſobrietatéque: atque iſta quidem loquitur, quum iam à mero malè affectus ridiculè balbutit. Accedit his deinde vomitus. Poſtremò ſublatum eum de conuiuio efferunt aliqui, ambabus manibus tibicinæ inhærentem. Quanquam alioqui ne ſobrius quidem vlli primariorum ceſſerit, vel mendacio, vel confidentia, vel auaritia.

Pſeudophiloſophorum habitus.

Gula ac voracitas pſeudophiloſophorũ.

ΤΙ. ἡ δλώρυκται σοὶ τοῦτ· ὥστε ἀπίθανά σε καὶ ταῦτα. ΔΗΜ. δλωρυχθήσεται μὲν ὕστερον· ἤδη δὲ σὺ πάντα τὰ σὰ αὐτὸς ἔχεις. ΤΙ. σκοπῶ καὶ ἄλλην λάμβανε. ΔΗΜ. οἴμοι τῶν μετάφρενον. ΤΙ. μὴ κέκραγθι. καὶ τοίνυν γάρ σοι καὶ τρίτην. ἐπὶ καὶ γελοῖα πάμπαν πάθοιμι, δύο μὲν Λακεδαιμονίων μοίρας καταχόψας ἄοπλος, ἕνα δὲ μιαρὸν ἀνθρωπίσκον μὴ δύνασθαι τρῶσαι. μάτην γὰρ ἂν εἴην καὶ νενικηκὼς Ὀλύμπια πύξ, καὶ πάλην. ἀλλὰ τί τοῦτο; ἡ Θρασυκλῆς ὁ φιλόσοφος οὗτός ἐστιν; ἡ μὲν οὖν ἄλλος· ἐκπεπλάσας γοῦν τὸν πώγωνα, καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνατείνας, καὶ βρενθυόμενός τι πρὸς αὐτὸν, ἔρχεται, Τιτανώδες βλέπων, ἀνασεσοβημένος τὴν κόμην, Αὐτοβορέας τις, ἢ Τρίτων, οἵους ὁ Ζεῦξις ἔγραφεν. οὗτος ὁ δῆμα δίκαιος, καὶ κόσμιος τὸ βάδισμα, καὶ σωφρονικὸς τὴν ἀναβολήν, ἔφασκεν μυρία ὅσα περὶ ἀρετῆς διέξιών, καὶ τῶν ἡδονῇ χαιρόντων κατηγορῶν, καὶ ὁ ὀλιγάρκης ἐπαινῶν, ὅπου λυσάμενος ἀφίκοιτο ὅτι τὸ δεῖπνον, καὶ ὁ παῖς μεγάλην τὴν κύλικα ὀρέξειεν αὐτῷ (τῷ ζωστέρᾳ δὲ χαίρει μάλιστα) καθάπερ ὁ Λήθης ὕδωρ σκιπιῶν, ἐνδυτιώτατα ὅτι δείκνυ) τοῖς ἑωθινοῖς ἐκείνοις λόγοις, περιαρπάζων ὥσπερ ἰκτῖνος τὰ ὄψα, καὶ τὸν πλησίον παρατηρῶν, μάλιστα κωμῳδοῦντα, καρύκης τὸ γλίσχρον ἀπάπλεως, κιναιδὸν ἐμφορούμενος, ὑπερκεκυφὼς, καθάπερ ἐν ταῖς λεπάσι τὴν ἀρετὴν ζητῶν περιόδῳ, ἀκριβῶς τὰ πύελα τῷ λιχμῷ ἀποσμήχων, ὡς μηδὲ ὀλίγον τῆς μυττωτῆς καταλίποι, μεμψιμοιρῶν ἀεὶ ὡς τὸν πλακοῦντα ὅλον, ἢ τὸν σῦν μόνος τῶν ἄλλων λάβοι, ὅπερ λιχνείας καὶ ἀπληστίας ὄφελος, μέθυσος, καὶ πάροινος, οὐκ ἄχρις ᾠδῆς καὶ ὀρχήσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ λοιδορίας, καὶ ὀργῆς περιέστι. καὶ λόγοι πολλοὶ ὅτι τῇ κύλικι, τότε δὴ καὶ μάλιστα περὶ σωφροσύνης καὶ κοσμιότητος. καὶ ταῦτα φησὶν ἤδη κεκραιπαληκὼς τοῦ ἀκρατοῦ πονήρως ἔχων, καὶ ὑποψαλίζων γλοιὸς· εἶτα ἔμετος ὅτι τούτοις. καὶ τὸ τελευταῖον, ἁρπάσαντοί τινες, ἐκφέρουσιν αὐτὸν ἐκ τοῦ συμποσίου τὸν αὐληδίδος ἀμφοτέραις ἐπειλημμένον, πλὴν ὀλίγα καὶ νήφων, οὐδενὶ τῶν προτείων παραχωρήσειν αὐτῷ, ψεύσματος ἕνεκα, ἢ θρασύτητος, ἢ φιλαργυρίας.

ἀλλὰ καὶ κολάκων ὄντα πρεσβύτατα, καὶ ὀπτορ- A
χεῖ πρεσβεύοντα, καὶ ἡ γοητεία προηγεῖται,
καὶ ἡ ἀναισχυντία παρομαρτεῖ· καὶ ὅλως πολύ-
ορφον ὃ χρῆμα, καὶ πολυπαχθὲς ἀκριβές, καὶ
ποικίλως ἐντελές· οἰμώξεται τοιγαροῦν ὑπ'
εἰς μακρὰν χρηστὸς ὤν. τί τοῦτο; παπαῖ, χρό-
νιος ἡμῖν Θρασυκλῆς. ΘΡΑ. ὑπ' ἐμοῦ γοῦν, ὦ
ὦ Τίμων, τοῖς πολλοῖς τούτοις ἀφίγμαι, ὡς-
περ οἱ τὸν πλοῦτόν σου τεθηπότες, ἀργυρίου,
καὶ χρυσίου, καὶ δείπνων πολυτελῶν ἐλπίδι
συνεδραμήκασι, πολλῷ τινὶ κολακείαν
ἐπιδεξόμενοι πρὸς ἄνδρα, οἷόν σε ἁπλοϊκὸν,
καὶ τῶν ὄντων κοινωνικόν· οἶδα γὰρ ὡς μάζα B
μοι ἐμοὶ δεῖπνον ἱκανὸν, ὄψον δὲ ἥδιστον, θύμον,
ἢ κάρδαμον, ἢ εἴποτε τευφώλιον, ὀλίγον τοῦ
ἁλός· ποτὸν δὲ ἡ συνεάχρυνος. ὁ δὲ τρίβων
σοῦ ἧς βύλλα πορφυρίδος ἀμείνων. ὃ χρυσίον
μοὶ γὰ, οὐδὲν τιμιώτερον τοῦ ἐν τοῖς αἰγια-
λοῖς ψηφίδων μοι δοκεῖ. σοῦ δὲ αὐτοῦ χάριν
ἐπάλλω, ὡς μὴ διαφθείρῃ σε ὃ κάκιστον τοῦ-
το καὶ ὀπισθολόπατον κτῆμα ὁ πλοῦτος, ὁ
πολλοῖς πολλάκις αἴτιος ἀηκέστων συμφορῶν
γεγονὼς· εἰ γάρ μοι πείθοιο, μάλιστα
ὅλον εἰς τὸν θάλατταν ἐμβαλοῖς αὐτὸν, οὐδὲν C
ἀναλγῆσον αὐδρὶ ἀγαθῷ ὄντα, καὶ τὸν φιλοσο-
φίας πλοῦτον ὁρᾶν δυναμένῳ. μὴ μέντοι ἐς
βάθος, ὦ γαθέ, ἀλλ' ὅσον ἐς βυθῶνας ἐπεμ-
βὰς ὀλίγον ποὸ τῆς κυματώδους γῆς, ἐμοῦ
ὁρῶντος μόνου. εἰ δὲ μὴ τοῦτο βούλει, σὺ δὲ ἄλ-
λον τρόπον ἀμείνω τοῦ πάχος ἐκφόρησον αὐ-
τὸν ἐκ τῆς οἰκίας, ᾗ μηδὲ ὁδὸν αὐτῷ αἴρῃς,
ἁπλοῦν δὲ ἅπασι τοῖς δεομένοις, ᾧ μὲν, πέν-
τε δραχμὰς, ᾧ δὲ, μνᾶν, ᾧ δὲ, τάλαντον.
Εἰ δέ τις φιλόσοφος εἴη, δημοσίαν, ἢ τει-
μοσίαν φέρεσθαι δίκαιος, ἐμοὶ δὲ, καίτοι οὐκ D
ἐμοῦ τοῦ χάριν αἰτῶ, ἀλλ' ὅπως μεζόνως τοῦ
ἑταίρων τοῖς δεομένοις, ἱκανὸν εἰ τούτου τινὰ
πήραν ἐμπλήσας πολλοῖς, οὐδὲ ὅλοις
δυσὶ μεδίμνοις χωροῦσαν Αἰγινητικοῖς. ὀλι-
γαρκὴς δὲ καὶ μέτριον χρὴ εἶ τὸν φιλοσο-
φοῦντα, καὶ μηδὲν ὑπὲρ τινὰ πήραν φρονεῖν.
ΤΙ. ἐπαινῶ σοῦ τὰ, ὦ Θρασύκλεις· πρὸ
γοῦν τῆς πήρας εἰ δοκεῖ, φέρε σοι τινὰ κεφα-
λὴν ἐμπλήσω κονδύλων, ὑπομετρήσας τῇ
δικέλλῃ. ΘΡ. ὦ δημοκρατία, καὶ νόμοι, παιό-
μεθα ὑπὸ τ' καθαρσίου ἐν ἐλευθέρᾳ τῇ πόλει

Quin & inter aſſentatores primas tenet:
peierat promptiſſimè, anteit impoſtura;
comitatur impudentia. In ſumma prorſus admirandũ quoddam ſpectaculũ eſt;
omni ex parte exactum, varieq; abſolutũ:
proinde non eiulabit clariùs videlicet
quum ſit modeſtus. Quid hoc? papæ tandem nobis Thraſycles? THR. Non hoc
animo ad te venio, Timon; quo plerique
iſti, qui nimirum opes admirati tuas, argenti, auri, opiparorum conuiuiorum adducti ſpe, concurrunt; multaq; aſſentatione deliniunt te, hominẽ videlicet ſimplicem, facileq; impartientẽ. id quod adeſt. Siquidẽ haud ignoras offam mihi in
cœnam ſat eſſe, tum obſoniũ ſuauiſſimũ
cepe aut naſturcium, aut ſi quãdo lubeat
lautiùs epulari, puſillum ſalis. Porrò potum fons Athenis nouem ſaliens venis;
ſuppeditat. Tum palliũ hoc quauis purpura potius. Nam aurum nihilo magis apud me in pretio eſt, quã calculi qui ſunt
in littoribus. Sed tua ipſius gratia huc me
contuli, vt ne te ſubuerteret peſſima iſta
atque inſidioſiſſima res, opulentia: quippe quæ multis ſæpenumero immedicabilium malorum extiterit cauſa. Etenim
ſi me audies, potiſſimùm opes vniuerſas
in mare præcipitabis, vtpote quibus nihil
ſit opus, bono viro, quique philoſophiæ
poſſit opes perſpicere. Ne tamen in altũ
ô bone, ſed fermè ad pubem vſque ingreſſus, paulò vltra ſolum fluctibus opertum, me quidem vno ſpectante. Quòd ſi
hoc non vis, tute igitur eas potiore via
ex ædibus eiicito, ac ne obolum quidem
tibi facias reliquum, videlicet largiens iis
quicunque opus habent, huic quinque
drachmas, illi minam, alij talentum. Porrò, ſi qui erit philoſophus, hunc æquum
eſt duplam aut triplam ferre portionem: quanquam hoc quidem mihi non
mea ipſius gratia poſtulo, ſed quò amicis, ſi qui egebunt, donem: ſat eſt
ſi modò peram hanc largitione tua expleueris, ne duos quidem modios Æginetícos capientem. Nam paucis contentum modeſtúmque conuenit eſſe
eum qui philoſophatur, neque quicquam vltra peram cogitare. TIM.
Equidem iſta quæ dicis, probo, Thraſycles: Ergo, ſi videtur, priuſquam peram expleam, age tibi caput opplebo
tuberibus, poſteaquam ligone ſum menſus. THRA. O libertas, ô leges, pulſamur ab impuriſſimo libera in ciuitate?

TIM. Quid ſtomacharis ô bone Thraſycles? num te defraudaui? Atqui adiiciam vltra menſuram chœnices quatuor. Sed quid hoc negotij? Complures ſimul adueniunt, Blepſias ille, & Laches, & Gniphon: breuiter, agmen eorum qui vapulabunt. Itaque quin ego in rupem hãc conſcendo, ac ligonem quidem iamdudum fatigatum, pauliſper interquieſcere ſino: at ipſe plurimis congeſtis ſaxis, procul eos lapidum grandine peto? BLEP. Ne iace Timon. abimus enim. TIM. At vos quidem nec citra ſanguinem, nec abſque vulneribus.

A ΤΙ. ἡ ἀγαγακτεῖς, ὦ γαθὲ Θρασύκλεις; μὴ δῆτα κεχρημαί σε; ἢ μὴν ἐπιβαλῶ χοίνικας ὑπὲρ τὸ μέτρον τέτταρας. ἀλλὰ τί τοῦτο; πολλοὶ ξυνέρχονται, Βλεψίας ὁ ῥήνος, καὶ Λάχης, & Γνίφων, καὶ ὅλως, ὁ στρατηγία τῶν οἰμωξομένων. ὥστε τί οὐκ ὀπὶ τὴν πέτραν ταύτην ἀνελθών, τὴν μὲν δίκελλαν ὀλίγον ἀναπαύω πάλαι πεπονηκυῖαν, αὐτὸς δὲ ὅπως πλείστους λίθους ξυμφορήσας, ὑπερβαλῶ πόῤῥωθεν αὐτούς; ΒΛ. μὴ βάλλε, ὦ Τίμων· ἄπιμεν γάρ. ΤΙ. ἀλλ' οὐκ αἱμαμοῦντες ὑμεῖς, οὐδὲ ἄνευ τραυμάτων.

ΑΛΚΥΩΝ, Η ΠΕΡΙ ΜΕΤΑΜΟΡΦΩΣΕΩΣ.

ALCYON, SIVE DE TRANSFORMATIONE.

AVGVSTINO DATHO SENENSI interprete.

ARGVMENTVM.

In hoc dialogo de poteſtate diuina diſputat Socrates, quòd ſcilicet Deo poſsibilia ſunt omnia, & quòd nos illius operum atque effectuum cauſas intellectu ac ratione conſequi non poſſumus. Eſſe enim nos, quod ad collationem Dei & rerum æternarum attinet, pueros, ac veluti ceeos. Quòd autẽ Deus multa facilè efficiat quæ nobis impoſsibilia videntur, probat primùm à ſigno ſiue exemplo tẽpeſtatũ, quæ illius prouidentia ſeu adminiſtratione ex maximis & turbulentiſsimis ſubitò in ſummam tranquillitatem & ſerenitatem conuertuntur. Item ab incremento & collatione ætatum hominis, cùm æquè mirum ſit ex puero imbecilli ac paruo virum tantum & tam fortem fieri. Poſtremò ab effectis & vi naturæ, quæ cùm Deo lõgè inferior ſit, tamen ea quæ nobis, ratione ſcilicet ac ſenſu omnia metientibus, impoſsibilia videri poterant, operatur. Occaſio dialogi ſumitur à cantu & obiectu Alcedinis: diſputationis autem, à fabula quæ de transformatione illius narratur.

QVÆ vox inſonuit nobis B ô Socrates procul à littoribus & promontorio illo? quàm iucunda auditu! quídnam eſt inquã vocale hoc animal? Nam muta quidem ſunt quæ in aquis degunt. SO. Maritima quædam ales ô Chærephon, cui Alcyon nomen eſt, luctuoſa admodum, & perquam flebilis: de quâ vetus iampridem hominibus fabula proditur. Etenim ferunt hanc aliquando mulierem Æoli Græci filiam, quem à puella virum acceperat, ſtudij atq; amoris gratia lugere mortuum, Trachinium Ceyca Luciferi Aſtri pulchri atq; honeſti patris pulchrum quoq; atq; honeſtum filium. Mox verò diuino quodam numine pennis circumfuſam, volucris inſtar maria circundare, atque illum perquirere.

ΤΙΣ ἡ φωνὴ προσέβαλεν ἡμῖν, ὦ Σώκρατες, πόῤῥωθεν ἀπὸ τῶν αἰγιαλῶν καὶ τῆς ἀκτῆς ἐκείνης; ὡς ἡδεῖα ταῖς ἀκοαῖς. ἢ ποτ' ἄρ' ἐστὶ τὸ φθεγξόμενον ζῷον; ἄφωνα γὰρ δὴ τά γε καθ' ὕδατος διαιτώμενα. ΣΩ. ἁλκυονίς τις, ὦ Χαιρεφῶν, ὄρνις Ἀλκυὼν ὀνομαζομένη, πολύθρηνος καὶ πολύδακρυς· περὶ ἧς δὴ παλαιὸς C ἀνθρώποις μεμύθευται λόγος. φασὶ γυναῖκα πόλεως Αἰόλου τοῦ Ἕλληνος θυγατέρα, κουρίδιον ἄνδρα τὸν ἑαυτῆς τεθνεῶτα, θρηνῆσαι πόθῳ φιλίας, Κήυκα τὸν Τραχίνιον, τὸν Ἑωσφόρου τοῦ Ἀστέρος, καλόν τε παῖδα καὶ ἀγαθὸν ἰδεῖν. εἶτα δὴ περιωθεῖσθαι διά τινα δαιμονίαν βούλησιν, εἰς ὄρνιθος τύπον περιπτέσθαι τὰ πελάγη, ζητοῦσαν ἐκεῖνον·

ὅπῃ πλαζόμενον γῆν περὶ πᾶσαν, οὐχοἱά τ' ἐστὶν εὑρεῖν. ΧΑΙΡ. Ἀλκυόνων τοῦτ' ἔστιν ὃ σὺ φῂς; ὃ πώποτε ἐγὼ ἤκουσα τῆς φωνῆς, ἀλλά μοι ξένη τις τυγχάνει προσπεσοῦσα. ἀκούω γοῦν ὡς ἀληθῶς τὸν ἦχον ἀφίησι τὸ ζῷον· πολίοχον δέ τι καὶ ὄρνις ἐστί, ὦ Σώκρατες; ΣΩΚ. ὦ μέγα· μεγάλων μοίρᾳ δῆτα τιμᾷ θεῶν τιμίων. ὅτι γὰρ τῇ τούτου νεοττείᾳ καὶ τοὺς Ἀλκυονίδας προσαγορευομένας ἡμέρας, ὁ κόσμος ἄγει, καὶ χειμῶνα μέσον διαφερούσας ταῖς εὐδίαις, ὧν ἔστι καὶ ἡ τήμερον πνοὴ μᾶλλον. οὐχ ὁρᾷς ὡς ἀληθῆ μοι τὰ ἄνωθεν, ἀκύμαντον δὲ, καὶ γαλήνιον ἅπαν τὸ πέλαγος ὅμοιον ὡς εἰπεῖν κατόπτρῳ; ΧΑΙΡ. λέγεις ὀρθῶς. φαίνεται γὰρ Ἀλκυονὶς ἡ τήμερον παραπλησίαν ἡμέρα, καὶ χθὲς δὲ τοιαύτη τις ἦν. ἀλλὰ πρὸς θεῶν, τῷ ποτε χρὴ πειθομένους τοῖς ἐξ ἀρχῆς, ὦ Σώκρατες, ὡς ἐξ ὀρνίθων γυναῖκές ποτε ἐγένοντο, ἢ ὄρνιθες οὐ γυναικῶν; πανταχῇ γὰρ μᾶλλον ἀδύνατον φαίνεται πᾶν τὸ τοιοῦτον. ΣΩΚ. ὦ φίλε Χαιρεφῶν, ἐοίκαμεν ἡμεῖς τῶν δυνατῶν τε καὶ ἀδυνάτων ἀμβλυωποί τινες εἶναι κριταὶ πανταχῇ. δοκιμάζομεν γὰρ δὴ τοῖς δυνάμεν ἀνθρωπίνῃ ἀγνωσίᾳ, καὶ ἄπιστον, καὶ ἀόρατον· πολλὰ οὖν φαίνεται ἡμῖν καὶ τῶν δυσπόρων ἄπορα, καὶ τῶν ἐφικτῶν ἀνέφικτα· συχνὰ μὲν καὶ δι' ἀπειρίαν, συχνὰ δὲ καὶ διὰ νηπιότητα φρενῶν. τῷ ὄντι γὰρ νήπιος ἔοικεν εἶναι πᾶς ἄνθρωπος, καὶ ὁ πάνυ γέρων, ἐπείπερ μικρὸς πάνυ καὶ νεογιλὸς ὁ τοῦ βίου χρόνος πρὸς τὸν πάντα αἰῶνα. τί δ' ἄν, ὦ γαθέ, οἱ ἀγνοοῦντες τὰς τῶν θεῶν καὶ δαιμονίων δυνάμεις, ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν; πότερον δυνατὸν ἢ ἀδύνατόν τι τῶν τοιούτων; ἐώρακας, Χαιρεφῶν, πρῴην ἡμέραν ὅσος ἦν ὁ χειμών; καὶ συνυπῆλθέ τοι δέος ἐπελθοῦσι, καὶ τὰς ἀστραπὰς ἐκείνας καὶ βροντὰς, αἰθέρων τε ἐξαίσια μεγέθη. κατέλαβεν ἄν τις τὸν οἰκουμένῳ ἅπασαν καὶ δι' ὀλίγου μετ' ἐκπλήξεως τινος θαυμασίας διάνοιαν ἐλθεῖν, καὶ διαμεῖναι αὖθις γε ἕως τοῦ νῦν· πότερον οὖν οἴει μεῖζόν τι καὶ ἐργωδέστερον εἶναι,

A Cæterùm terram omnem peragrans, inuenire haudquaquam potuit. CHÆR. Nunquidnam Alcyon eſt quod ais? Neq; ego vnquã antè hãc vocem audieram: at mihi quidem externa quępiam contigit. Lugubrẽ ſcilicet perquã verè vocẽ profundit animal. Cuiuſmodi quæſo & hoc eſt ô Socrates? SOC. Nõ magnum, Chærephon: at magnum ob cõiugalem pietatem à diis accepit honorem. Siquidem in nidulatione iſtarum auium & Alcyonum quas appellant, dies mundus agit per mediam quoq; hyemem tranquillitatis differentis, è quibus eſt & hodierna præsẽs nunc in primis. Nónne cernis ſumma ac B ſuperiora maris, quàm ſereniſſima? Pacatum autem ac trãquillum omne pelagus, ſimile denique (vt ita dixerim) ſpeculi? CHÆ. Rectè dicis. videtur namque hodierna Alcyonis dies: ſed & heſterna quoque talis quæpiam fuit. Sed per deos quæſo, nũquid opus eſt iis fidem adhibere, quæ initio habita ſunt, ô Socrates, vt vel ex auibus mulieres aliquando effectæ ſint, vel ex mulieribus aues? Nullo enim pacto tale quippiam videtur fieri poſſe. SOC. O amice Chærephon, videmur nos quidẽ & eorum quæ fieri poſſunt, & eo- C rum quoque quæ effici nequeant, tardi atque obtuſiores quidam eſſe iudices. Nã iudicamus nos planè pro humanæ facultatis viribus, quæ & rerum ignara ac rudis eſt, & difficilè adducitur vt credat, ſed & nequaquã perſpicaciter intuetur. Itaque compluria nobis & de iis quæ facilia ſunt, difficilia: & quæ conſequi poſſunt, impoſſibilia ſæpe videntur. Atque id quidem nõnunquam per imperitiam, ſæpenumero verò ob quandam mentiũ ipſarum infantiam. Omnis namq; homo infans vtique videtur eſſe, vel vltima ſenectute proiectus: quãdoquidem puſillum admodum, ac nouellum eſt vitæ tempus D ad vniuerſum æuũ. Quid eſt igitur ô bone vir, quòd ex eiuſmodi rebus, poſſibiles ne, an impoſſibiles ſint, dicere quippiam poſſint ij quos deorum ac dæmoniorum latent poteſtates, quibuſve totius naturæ vis incognita eſt? Meminiſti ô Chærephõ quãta nudiuſtertius tẽpeſtas extiterit? Nã vel cogitantem quidem tum fulgura illa ac tonitrua, tũ ventorũ incredibiles atq; immenſas magnitudines, cogitantem inquã pauor inceſſit. vereretur forſitã quiſpiam vniuerſam iamiam ruituram mundi fabricam. Porrò verò admirabilis quædam tranquillitatis conſtitutio exorta eſt, quæ ipſa & hactenus perdurauit. Vtrum igitur maius ac difficilius arbitraris eſſe,

eámne ſerenitatem ex illo vehementiſſimo turbine ac perturbatione traducere transfertéque in tranquillitatem per mundum omnem, an potiùs mulieris formam transfiguratam in auis cuiuſpiam ſpeciem conuertere? Etenim & pueri noſtri quoque huiuſmodi aliquid fingere ac formare ſciẽtes, limum cerámve cùm ceperint, facillimè ex eadem maſſa varias multiplicéſque transfigurant formarum naturas. Diuino autem numini, quicum ne minima quidem ex parte noſtræ facultates conferri debent, perfacilia ac prona hæc ſunt omnia. Tum mundum omnem quanto teipſo maiorem putas eſſe? Dicásne tu? CHÆ. Quis hominum ô Socrates huiuſmodi quicquam vel cogitatione complecti, vel oratione conſequi valeat? Neque enim id dicendo quiſquam aſſequatur. SO. Itaque iam cernimus, homines, ſi fortè inuicẽ cõferantur, permultum differre inter ſeſe, pręſtareq; alterum alteri tum viribus, tum etiã imbecillitatibus. Etenim matura hominum ætas collata ad pueros penitus infantes, quinque puta decémve dies natos, quàm magnum queſo, quámq; admirabile diſcrimen habet & infirmitatis, & roboris, cùm in omnibus ferè vitæ actionibus, atque artium ſtudiis, tum in iis quoque omnibus quæcunq; aut corpore adminiſtrantur, aut animo geruntur? Hæc namque (id quod paulo antè dixi) tenerioribus pueris ne in mentem quidẽ videntur venire poſſe. Ac roboris quidem magnitudo eius qui perfecta ætate ſit, quantam, quámve immenſam atque inæſtimabilem præ illis præſtantiam habet? Myriadas enim talium vir vnus permultas manu complectatur, & quidem facilè. Ætas namq; ab ipſo initio imperita prorſus rerum omnium, & quæ moliri nihil poſſit, hominibus natura contingit. Cũ igitur homo homini (vt videtur) tantùm interſit: quid cenſebimus vniuerſum videri cœlum præ noſtris facultatibus, iis qui talia hæc cognitione aſſequãtur? Credibile itaque fortaſſis pleriſque videbitur, cuiuſmodi habet mundi magnitudo pręſtantiam ad Socratis & Chęrephontis formam: eiuſmodi & ipſum poteſtate, & prudentia, ac denique cognitione ſimiliter eam quæ in nobis ineſt antecellere facultatem. Proinde multa & tibi, & mihi, ſed & aliis qui perinde ac nos ſunt, impoſſibilia videntur, ex iis quæ aliis forſitan perfacilia ſunt:

A τοιαύτην αἰθρίαν ἐξ ἐκείνης τῆς αὐτοστάτου λαίλαπος καὶ ταραχῆς μεταβῆναι, καὶ εἰς γαλήνην αὐτὸν ἀγαγεῖν τὸν ἅπαντα κόσμον, ἢ γυναικὸς εἶδος μεταπλασθὲν εἰς ὄρνιθός τινος ποιῆσαι; ὃ μὲν γὰρ τοιοῦτο, καὶ τὰ παιδάρια τὰ πρὸ ἡμῶν, τὰ πλάττειν ὀπισάμενα πηλόν, ἢ κηρόν, ὅταν λάβῃ, ῥᾳδίως ἐκ τοῦ αὐτοῦ πολλάκις ὄγκου, μεταρρυθμίζει πολλὰς ἰδέων φύσεις. τῷ δαιμονίῳ δὲ μεγάλην καὶ ὑπερβολὴν τοῦ συμβολητοῦ ἐχούσῃ τοῖς ἡμετέραις δυνάμεις, ἀχερὴν τυχὸν ἅπαντα τὰ τοιαῦτα, καὶ λῆρον. ἐπεὶ τὸν ὅλον κόσμον πόσῳ τινὶ σαυτοῦ δοκεῖς εἶναι μείζω, φράσαις ἄν; XAIP. τίς δ' ἂν, ὦ Σώκρατες, νοῆσαι δυναιτ' ἂν, ἢ ὀνομάσαι τι τῶν τοιούτων; οὐδὲ γὰρ εἰπεῖν ἔφικτόν. ΣΩΚ. ὁρῶμεν δὴ θεωρούμενοι ἂν θέαν τοὺς ἀλλήλοις συμβαλλομένους μεγάλας τινὰς ὑπεροχὰς ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἀδυναμίαις ὑπαρχούσας. ἢ γὰρ τῶν ἀνδρῶν ἡλικία, τοὺς τὰ νήπια πρωτελῶς βρέφη, τὰ πεμπταῖα ἐκ γενετῆς, ἢ δεκαταῖα, θαυμαστὸν ὅσην ἔχει τὴν διαφορὰν δυνάμεώς τε, καὶ ἀδυναμίας, ἐν πάσαις σχεδὸν ταῖς κατὰ τὸν βίον πράξεσι, καὶ ὅσα διὰ τῶν τεχνῶν τούτων ἅπτων πολυμηχάνων, καὶ ὅσα διὰ τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς ἐργάζονται. ταῦτα γὰρ πῶς νέοις ὡς ἀληθῶς εἰπὸν παιδίοις, ἅδην εἰς νοῦν ἐλθεῖν δυνατὰ φαίνεται· καὶ τῆς ἰσχύος δὲ τῆς ἐνὸς ἀνδρὸς τελείου ὁ μέγεθος, ἀμέτρητον ὅσην ἔχειν τὴν ὑπεροχὴν πρὸς σμικρὰ. μυριάδας γὰρ τῶν τοιούτων εἷς ἀνὴρ πολλὰς χειρώσαιτ' ἂν ῥᾳδίως· ἡ γὰρ ἡλικία πρωτελῶς, ἄπορος δήπου πάντων, καὶ ἀμήχανος ἐξαρχῆς προσκεκλῆσθαι τοῖς ἀνθρώποις καὶ φύσιν. ὁπηνίκα οὖν ἄνθρωπος ὡς ἔοικεν ἀνθρώπου τοσούτῳ διαφέρει, τί νομίσομεν τὸν σύμπαντα θεσμὸν πρὸς τὰς ἡμετέρας δυνάμεις φανεῖσθαι ἄν, τοῖς τὰ τοιαῦτα θεωρεῖν ἐφικνουμένοις; πιθανὸν οὖν ἴσως δόξει πολλοῖς, ὅσην ἔχει τὸ μέγεθος τοῦ κόσμου τὴν ὑπεροχὴν πρὸς τὸ Σωκράτους καὶ Χαιρεφῶντος εἶδος, τηλικοῦτον καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ τὴν φρόνησιν, καὶ διάνοιαν, ἀπάλαιον διαφέρειν τῆς παρ' ἡμᾶς ἀγαθότητος. σοὶ μὲν οὖν καὶ ἐμοὶ καὶ ἄλλοις πολλοῖς τοιούτοις οὖσι, πολλ' ἀδύνατα τῶν ἑτέροις πάνυ ῥᾳδίων.

ἐπεὶ καὶ αὐλῆσαι τοῖς ἀναύλοις, καὶ ἀναγνῶσαι, ἢ γράψαι τοῖς ἀγραμμάτοις γραμματικὸν ἔργον, ἀδυνατώτερόν ἐστι τέως, ἕως ἂν ὦσιν ἀνεπιστήμονες τοῦ ποιῆσαι γυναῖκας ἐξ ὀρνίθων, ἢ ὄρνιθας ἐκ γυναικῶν. ἡ δὲ φύσις ἐν κηρίῳ μὲν ἀρχὴν πολλὰ ἄλλα ζῷα ἄπουν, καὶ ἀπτέρυγα, πόδας ὑποθεῖσα, καὶ πτερώσασα, ποικιλίαν τε φαιδρύνασα πολλὴν καὶ καλὴν καὶ πανοδαπὴν χρωμάτων, μέλιτταν σοφὸν ἀπέδειξε θεῖον μέλιτος ἐργάτιν. ἔκτε ὠῶν ἀφώνων, καὶ ἀψύχων; πολλὰ γὴν πλάττῃ πλωτῶν τε, καὶ πεζῶν, καὶ ἀνύδρων ζώων, ὡς λόγος, τέχνας τινῶν ἱερεῖς αἰθέρος μεγάλου προφερομένων. τὰς οὖν ἀθανάτων δυνάμεις μεγάλας ὄσας, θνητοὶ καὶ σμικροὶ πάντελῶς ὄντες, καὶ ὅτε τὰ μεγάλα δυνάμενοι καθορᾶν, οὔτ' οὖν τὰ σμικρὰ, τὰ πλείω δ' ἀποροῦντες, καὶ τῶν περὶ ἡμᾶς συμβαινόντων παθῶν, οὐκ ἂν ἔχοιμι εἰπεῖν βεβαίως ὅτ' Ἀλκυόνων πέρι, ὅτ' Ἀηδόνων· κλέος δὲ μύθων, οἷ προέδοσαν πατέρες, τοιοῦτο καὶ παισὶν ἐμοῖς, ὦ ὄρνι θρηνώδες, προδώσω τῶν σῶν ὕμνων πέρι· καί σε τὸν βύστρην καὶ φίλανδρον ἔρωτα πολλάκις ὑμνήσω, γυναιξί τ' ἐμαῖς, Ξανθίππῃ τε καὶ Μυρτοῖ λέγων τά τ' ἄλλα, πρὸς δὲ, καὶ τιμῆς οἵας ἔτυχες παρὰ θεῶν. ἀρά γε καὶ σὺ ποιήσεις τι τοιοῦτον, ὦ Χαιρεφῶν; ΧΑΙΡ. πρέπει γοῦν, ὦ Σώκρατες, καὶ τὰ νῦν σοῦ ῥηθέντα, διπλασίαν ἔχειν τὴν πρόκλησιν πρὸς γυναῖκάς τε καὶ ἀνδρῶν ὁμιλίαν. ΣΩΚ. σὺ μὲν οὖν ἀσπασάμενος τὴν Ἀλκυόνα, πρὸς ἄστυ ἤδη πρὸς ἄστυ χώρει ἐκ τοῦ Φαληρικοῦ. ΧΑΙΡ. πάνυ μὲν οὖν ποιῶμεν οὕτως.

A quandoquidem & tibia vti iis qui tibicines non fuerint, & legere ac scribere Grammaticæ artis ignaris, impossibilius est, vt qui illa ignorant, quàm aut mulieres constituere ex auibus, aut ex mulieribus aues. Ac natura quidem cùm informe fermè animal compararet, & pedum & manuum & pennarum expers: pedes subiiciens, atque adhibens pennas, sed & varietate quadam multiplicium variorúmque colorum exornans, apem effinxit, sapientem diuini mellis effectricem. Quinetiam ex mutis ouis atque inanimis compluria genera constituit animalium tum volucrium atque terrestrium, tum etiam aquatilium, ætheris magni (vt nonnulli tradunt) sacris vtẽs artibus. Quamobrem immortaliũ potestates (quæ profectò quàm maximæ sunt) mortales nos, ac pusilli, & qui nec magna, nec etiam parua percipere valeamus, pleraque etiã addubitemus eorum quæ circa nosipsos versantur: haud firmum quicquam vel de Alcyonibus, vel de philomelis tradere possimus. Cæterùm gloriam fabularũ, qualis à patribus prodita est, talẽ & pueris meis ô ales quęstuum ac luctuum (debeo enim) præbuero de tuis laudibus. Tuum verò pium ac studiosum viri amorem concinã crebrò vxoribus meis Xanthippæ, ac Myrto, referens cùm alia multa, tum in primis quem à diis honorem consecuta es. Tu quoque ô Chærephon huiusmodi aliquid feceris. CHÆR. Decet igitur planè ô Socrates, & quæ abs te dicta sunt, duplicem vt habeant persuasionem, ad mulierum inquã consuetudinem, ac virorum. SO. Iam igitur Alcyoni salutatione facta, regredi ad vrbem ex Phalerico tempus. CHÆ. Sanè quidem: igitur sic faciamus.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ, Η ΚΑΥΚΑΣΟΣ.

PROMETHEVS, SIVE CAVCASVS.

OTTOMARO LVSCINIO interprete.

ARGVMENTVM.

Videtur hoc dialogo Lucianus, id quod & in sequentibus facit, Deorum gentilium vanitatem, & ineptam de illis persuasionem hominum reprehendere atque irridere voluisse. Occasionẽ autem sumpsit ex fabula Promethei, quem poëtæ fingunt, eo quòd Iouem ex distributione carnium decepisset, deinde & homines formasset, postremò autem è cælo ignem surreptum terris intulisset: à Ioue

Caucaſo alligatum, aquilámque immiſſam, quæ hepar illius carpendo attereret. Fingit itaque hic, interea dum rapibus affigitur, cauſam dicere, & apud Mercurium & Vulcanum ſe de criminibus obiectis purgare. Primùm de diſtributione carnium, per extenuationem, dicendo iocum fuiſſe conuiualem, non fraudem; neque tantum ſupplicium mereri: ex aduerſo priora ſua merita referendo. Secundo loco, de plaſtice, vbi bifariàm reſpondet, & ſuper eo, an homines in vniuerſum finxiſſe, Diis damnoſum fuerit: & ſuper modo & forma, oſtendens non modò nihil incommodi fictionem hominis attuliſſe Diis, verumetiam vtilem & propè neceſſariam fuiſſe. Deinde & hac forma, ita vt Deos referrent facie, & rationis participes eſſent, neceſſe fuiſſe creari. Vltimò, de furto ignis reſpondet, neque cæleſti igni quicquam ademptum eſſe, & ad officium Deorum pertinere, vt homines iuuent: præſertim cùm ea re ipſi neque opus habeant, neque vtantur, homines autem ſacrificando indigeãt, & ad ipſorum Deorum miniſterium adhibeant. Occaſio apologiæ ſumitur ex eo, quòd cùm Prometheus ſui miſereri Mercurium iuberet, ille contrà meritò eum pati hæc dixerat.

MERCVRIVS.

EN tibi Caucaſum ô Vulcane, cui miſer hic Titan affigendus eſt. Itaque circũſpiciamus ſicubi locus pateat in præcipiti, nudatus niue, cui firmiùs infigantur vincula, & vnde ſuſpenſus ipſe magis prominear, & fiat conſpicuus. VVLCANVS. Circunſpectãdum profectò Mercuri nobis eſt, ne humili loco ac prope terram affixus, plaſmatis ſui (nempe hominum) experiatur auxilia: aut rurſus in ſublimi propendens, iis qui in montis radice verſantur, minimè appareat. Quamobrem, niſi aliter tibi viſum fuerit, hîc in montis medio ſupra conuallẽ, paſſis hinc atque illinc è regione manibus, cruci affigatur. MERC. Rectè dicis. prærupta enim hîc vndique ſunt ſaxa, & nemini acceſſũ, quippe propendentia parumper in præceps, tanta proinde anguſtia, vt nullum penitus recipiant veſtigium, quum vix ſummis hîc inſiſtas pedibus: denique quammaximè opportuna in quibus furca fiat. Ne igitur cunctẽris Promethee, ſed aſcende, & præbe te monti affigendum. PROM. At vos ſaltẽ ô Mercuri & Vulcane, miſereſcite mei, qui citra vllã prorſus noxã, calamitatem iſtã incidi. MER. Miſereſcite, ais Promethee? Tanquam parum ſit tibi Caucaſo alligari, niſi nos quoq; ambos Iupiter eidem pœnæ mox deſtinet, veluti mandato ſuo immorigeros? Sed tu porrige dextram. Vulcane tu reclude, & affige malleo potenter immiſſo. Præbe læuam, quò & illa rite implicetur. Bene actum. iam nunc deuolatura tibi aquila iecur depaſcet, ne quippiam tibi vnquã deſit præmij pro opere illo tuo tum pulchro, tum ingenioſo. PROM. O Saturne, ô Iapete, & tu Tellus parens, infelix ego quibus afficior pœnis, qui neque facinus vnquam graue admiſerim!

A Ὀμὲν Καύκασος, ὦ Ἥφαιστε, σοί, ᾧ τὸν ἄθλιον Τιτᾶνα τουτὶ προσπλῶσθαι δεήσει. προσκοπῶμεν δὲ ἤδη χρημνόν τινα ὑπωρόφιον, εἴ που τὸ χιόνος γυμνός ἐστιν, ὡς βεβαιότερον καταπατεῖν τὰ δεσμά, καὶ σοὶ ἅπασι προφανὴς εἴη χρεμάμενος. ΗΦ. προσκοπῶμεν, ὦ Ἑρμῆ. ὅτε γὰρ ταπεινὸν ἢ προσγλον ἐσταυρῶσθαι χρὴ, ὡς μὴ ἐπαμύνῃ αὐτῷ τὰ πλάσματα αὐτοῦ οἱ ἄνθρωποι, ὅτε μὴν κρημνὸν ὄρους ἄκρον, ἀφανὴς γὰρ ἂν εἴη τοῖς κάτω. δοκεῖ δοκεῖ, κατὰ μέσον σοι

B ταῦτά που ὑπὲρ τὸ φάραγγος ἀνεσταυρώσθω, ἐκπεπαθεὶς τὼ χεῖρε ἀπὸ τουτουὶ πρὸς τὸ ἐναντίον. ΕΡ. οἷ λέγεις, ἀπόρρωγά τε γὰρ αἱ πέτραι, καὶ ἀπρόσβατοι, πάντα ἀθρήσαντι ἠρέμα ὑπενδυκυῖαι· καὶ ὦ ποδὶ γενναῖε, τοῦτον ὁ χρημνὸς ἔχει τὸν ὑπόβασιν, ὡς ἀκροποδιτὶ πᾶν μόλις ἐφάπτειν· καὶ ὅλως ὑπεκφεύγοιεν ὁ σταυρὸς αὖ γάρ. μὴ μέλλε ἔτι, ὦ Προμηθεῦ, ἀλλὰ ἀνάβαινε, καὶ πάρεχε σεαυτὸν καταπαγησόμενον πρὸς τὸ ὄρος. ΠΡ. μὴ ὑμεῖς γε οὖν, ὦ Ἥφαιστε, καὶ Ἑρμῆ, καταμείλισσεσθέ με τοσοῦτον ἀξίαν δυσχερῆ ποιησάμενοι. ΕΡ. τοῦτ' ἔφης, ὦ Προμηθεῦ, ὃ κατελεήσαμεν, ἀντὶ τοῦ ἀνασχόλιον ἡμῖν ἀντὶ μάλα τοσοῦτον

C κινδύνου τὸ ὑπεύθυνον; ἢ οὐκ ἰκανῶς εἶναί σοι δοκεῖ ὁ Καύκασος, καὶ δύ' ἡμᾶς δύο ὄρη παρεδυνήσαι; μὴ ὄρεγε τὴν δεξιάν, σὺ δ', ὦ Ἥφαιστε, κάλει, καὶ πρόσπλαε, καὶ τὸ σφυρὸν ἐρρωμένως κατάφερε. δὸς καὶ τὴν ἑτέραν. κατειλήφθω εὖ μάλα καὶ αὐτὴ δι' ἕλκ. κατάπτησον ἤδη καὶ ὁ ἀετὸς ἀποκερῶν τὸ ἧπαρ, ὡς πολὺ τὰ ἔργα αὐτὸ τὰ καλὰ τῆς ὑμετέρας πλαστικῆς. ΠΡ. ὦ Κρόνε, καὶ Ἰαπετέ, καὶ σὺ Γῆ μῆτερ, οἷα πέπονθα ὁ κακοδαίμων, οὐδὲν δεινὸν εἰργασμέ-

νος; ΕΡ. Οὐδὲν δεινὸν εἰργάσω, ὦ Προμηθεῦ, ὃς πρῶτα μὲν τὴν νομὴν τῶν κρεῶν ἐξηλειμμένος, οὕτως ἄδικον ἐποίησω, καὶ ἀπατηλὴν, ὡς αὐτῷ μὲν τὰ κάλλιστα ὑποθέσθαι, τὸν Δία δὲ προβουλόσασθαι ὁκοῖα καλύψας δέρμασι δημῷ; μέμνημαι Ησιόδου, νὴ Δί', οὕτως εἰπόντος. ἔπειτα δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀνέπλασας, πανουργότατα ζῷα, καὶ μάλιστά γε τὰ γυναικεῖα, δῆτα πᾶσι δὲ τὸ πρωτίστων κτῆμα τῶν θεῶν τὸ πῦρ κλέψας, καὶ τοῦτο ἔδωκας τοῖς ἀνθρώποις. τοσαῦτα δεινὰ εἰργασμένος, φῂς μηδὲν ἀδικῆσας δεδέσθαι. ΠΡΟ. ἔοικας, ὦ Ερμῆ, καὶ σὺ κατ' τὸν ποιητὴν αἰσχίστου αἰτιᾶσθαι· ὃς τὰ τοιαῦτα προφέρεις, ἐφ' οἷς ἔγωγε τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως, εἰ τὰ δίκαια ἐλήγετο, ἐπιμησάμην ἂν ἐμαυτῷ. Εἰ γοῦν σοὶ σχολή σοι, ἥδέως ἂν σοι καὶ δικαιολογισαίμην ὑπὲρ τῶν ἐγκλημάτων, ὡς δείξαιμι ἄδικα ἐγνωκότα περὶ ἐμοῦ τὸν Δία· σὺ δέ, σχολὴν γὰρ εἶ, καὶ δικανικὸς, ἀπολόγησαι ὑπὲρ αὐτοῦ, ὡς δικαίαν τὴν ψῆφον ἔθετο, ἀνεσταυρῶσθαί με πλησίον τῶν Καυκασίων τούτων πυλῶν, ὅπου τῆς Καυκάσου, οἰκτίστου θεάματα πᾶσι Σκύθαις. ΕΡ. ἴσως μὲν, ὦ Προμηθεῦ, τὴν ἔφεσιν ἀγωνιῇ, καὶ ἐς σοὶ δίον, ὅμως δ' οὖν λέγε· καὶ γὰρ ἄλλως περιμένω σε ἀναγκαῖον, ἔστ' ἂν ὁ ἀετὸς καταφθῇ ὑπὸ μελησόμενός σου τοῦ ἥπατος· τὴν δὲ τοιαύτην σχολὴν καλῶς ἂν εἴη ἔχων, εἰς ἀκρόασιν καθεζήσασθαι σοφιστικήν, οἷος εἶ σὺ πανουργότατος ἐν τοῖς λόγοις. ΠΡΟ. σοφώτερος οὖν, ὦ Ερμῆ, λέγε, καὶ ὅπως μου ὡς δυνατὸν κατηγορήσῃς, μηδὲ κεφαλῆς τι τῶν δικαίων τοῦ παρῇς· σὲ δέ, ὦ Ηφαιστε, δικαστὴν ποιοῦμαι ἔγωγε. Η Φ. μὰ Δί', ἀλλὰ κατήγορον αὐτὶ δικαστοῦ ἴσθι με ἔξων· ὡς ὁ πῦρ ὑφελόμενος, ψυχρόν μοι τὸν χάλκιον ἀπολέλεικας. ΠΡ. ὀκνοῦσι διελόμενοι τὴν κατηγορίαν, σὺ μὲν πρὸς τῆς κλοπῆς ἤδη σύνιθι· ὁ Ερμῆς δὲ καὶ τὴν ἀνθρωποποιίαν

A MERC. Nullum facinus, ais Promethee? qui primò quidem distribuendarum carnium obiens munus, mirum quàm vafrè egeris atque improbè. opimam enim partem tibi subducens, Ioui ossibus candido adipe velatis imposuisti. Hesiodi ipsius mihi iam in mentem venit, qui mehercle de hac re verba facit. Deinde & homines effinxisti, animantis genus quo non est aliud versutum magis ac callidum, & quidem maximè omnium mulier. Super omnia autem ignem thesaurum deorum multo omniū præstantissimum furtim surripuisti, hominibus eiusce vsum tradens. At B verò quum tanta admiseris flagitia, mirum quomodo dicere ausis te quasi insontem & nemini prorsus iniurium vinculis implicari. PROM. Videris quoque & tu mihi Mercuri, iuxta poëtam, incusare innocuum, quando talia mihi obiicis, quæ ego iure optimo me fecisse contenderim, ob quæ equidem in Prytaneo publicè alendum me, si pro merito mecum ageretur, censuissem. Verùm si vacat tibi audire ex me defensionem minimè iniucundam, ego detortam in me culpam, facili conatu diluere curauero, C simul atque perspicuum fuerit oratione mea, quàm iniquè aduersum me Iupiter pronuntiauerit. Tu verò quãdoquidem tam eloquio polles, quàm iuris scientia, Iouis partes tuearis: denique effingas, vt lubet, quòd me haud iniuria prope portas Caspias Caucaso isti affigendum iudicarit, quò miserrimum Scythis omnibus fiam spectaculum. MER. Inanem insumis operam Promethee, si prouocare velis à Iouis in te lata sententia. tentare enim isthuc, prorsus existimo inutile. Verùm quando alioqui tantisper mihi hîc manendum est, dum ex arduo aduo- D let aquila, quæ hepatis tui curam gerat: occasionem nimirum hæc nobis mora ministrabit te auscultanti declamantem, qui præter astum quo cunctos mortales superas, Rhetoricen quoque probè calles. PROME. Primùm igitur Mercuri tu velim dicas, quibus de rebus mecum pater tuus expostulet: quas dein exaggerare tibi licebit, & longè grauissimas facere. Caueto autem in primis, ne prætermissum tibi aliquid excidat. Cæterùm tu Vulcane censor esto, ac de causa cognoscas velim. VVLCAN. Ita me amet Iupiter, pro iudice accusator tibi futurus sum, eò quòd compilato igni, gelidam mihi officinam reddideris. PROME. Partiri igitur vos conueniet actionem, vt tu quæ ad furtum pertinent, in vnum congeras: at Mercurius quæ hominum formationi conueniunt,

Accusatio Promethei.

Mulier maximè omnium callida.

carniumq; distributioni, impugnare co-
netur. Nihil autem video quod vos re-
moretur, quum ambo sitis egregij artifi-
ces, & ad compositè dicendum impēdiò
instructi. VVLCAN. Mercurius meā
obibit prouinciam, cui hæc non obiter
curæ sunt, vtpote Rhetori. nā ego quum
haudquaquam in iudicialibus dissertā-
tionibus versor, sed magis circa focum,
ibiq; non nihil est quod meæ possunt vi-
res; quo pacto oratorem agam, non vi-
deo. PRO. Nihil est quòd Mercurium
de furto dicturum suspicer. Quomodo
enim furti me fugillauerit, cuius ipse au-
ctor est? Vnde necessitudo quædam mi-
hi cum Mercurio intercedit, propter idē
artificium. Atqui tempus expetit ô Maię
soboles, si me culpæ cuiuspiam arguere
velis, vt modò proponas accusationem.
MERC. Si mihi propositum sit malefa-
cta tua insectari, lōga profectò oratione
opus fuerit, & apparatu aliquo. neque
enim quasi compendio quodam recen-
sere crimina satis est, quo pacto videlicet
commisso tibi distribuendarum carnium
officio, Regem meliori parte fraudaue-
ris, atque illam pro te seruaris: quódque
homines, quos esse minimè decebat, ef-
finxeris: denique quòd ignem quoque à
nobis sustuleris, ad illos eum perferens:
qua in re abusus es profectò, vir optime,
Iouis benignitate, ac visus es mihi eam
parum intellexisse. At verò si hæc inficia-
beris te admisisse flagitia, lōgiore tecum
vtemur sermone, quo simul dicta tua re-
fellamus, & vt veritas quàm maximè fiat
perspicua, laboremus. Cæterùm si ea cō-
cesseris quæ de carnium diuisione dixi-
mus, hominibus recèns formatis, atque
ablato igni, abundè iam mihi in hac ac-
cusatione satisfactū est. Quid enim plu-
ribus opus? quando aliter dicere, iam pla-
nè sit nugari. PRO. Siquidem isthuc an
sit nugari, posthac viderimus: nunc verò
quoniam absoluta tibi est aduersum me
(vt ais) accusatio, ego, prępotens Mercu-
ri, hæc obiecta facilè amoliri tentauero.
Et primò quidem audi obsecro quæ dicā
de carnibus. Cœlū testor, si me non Iouis
loco nunc pudet vt recensеam quàm ille
sit pusillanimus & querulus, non tā aliam
ob causā, quàm quia minutula quædam
ossa in portione quæ sibi fortè obtigerat, offendit, & huius rei gratia me tanto nunc
tempore à cunctis pro deo habitum, palis huc affigendum misit: immemor sa-
nè quibus eum iuuerim beneficiis, neque satis probè perpendens cuius momen-
ti sit tantæ indignationis origo atque materia. Nam quis non videt puerilem hanc
esse iram, vt excandescas, & iniquo feras animo, quia maiorem partem non acceperis?

Capita accusationis.

Promethei apologia: & primū de distributione carnium.

A κὴ τὼ χρεαπομίαν αἰτιάσει. ἄμφω γ' τεχνῖ-
ται, κὴ εἰπεῖν δεινοὶ ἐοίκατε εἶ. ΗΦ. ὁ Ερμῆς
κὴ ὑπ' ἐμοῦ ἐρᾷ, ἐγὼ γὰρ ὁ τοιοῖς λόγοις τοῖς
δικανικοῖς εἰμι, ἀλλ' ἀμφὶ τὼ κάμινον ἔχω
τὰ πολλά· ὁ δ', ῥήτωρ ὄστ, & τὰ τοιαῦτα ὁ πα-
ρέργως μεμελέτηται αὐτῷ. ΠΡ. ἐγὼ μὲν οὐκ
ἂν ποτε ὤμην κὴ πρὸς τῆς κλοπῆς τὸν Ερμῆν
ἐθελῆσαι ἂν εἰπεῖν, οὐδὲ ὑφεῖδόν μοι ὃ τοιοῦτο,
ὁμοτέχνῳ ὄντι. πλὼ δή εἰ & τοιοῦτον, ὦ Μαίας
παῖ, ὑφίσασαι, κὴ ἐς ἤδη τραφὴν τὼ κατη-
γορείαν. ΕΡ. πόθεν γνοίην, ὦ Προμηθεῦ, μα-
κρῶν δὴ λόγων, κὴ ἰκανῆς τινος παιδιᾶς,
B ὅτι τὰ σοὶ πεπραγμένα, ὑκὶ ὀλίγη ἀπόχρη μό-
να τὰ κεφάλαια εἰπεῖν τ' ἀδικημάτων· ὅτι ὅτε
πρωτοπέντι σοι μοιρῶσαι τὰ κρέα, σαυτῷ μὲν
τὰ κάλλιστα ἐφύλαττες, ὀξυπάτησας δὲ τὸν
βασιλέα, κὴ τοῖς ἀνθρώποις ἀνέπλασας, οὐ-
δὲν δέον· κὴ ὃ πῦρ κλέψας πρὸς ἡμῶν, ἐκόμι-
σας πρὸς αὐτούς. κὴ μοι δοκεῖς, ὦ βέλτιστε, μὴ
σωφρονεῖν ὅτι τοῖς τηλικούτοις, πόθεν Φιλαν-
θρώπου τοῦ Διὸς πεπειραμένος. εἰ μὲν οὖν
ἔξαρνος εἶ μὴ εἰργάσθαι αὐτά, δεήσει κὴ διελέ-
σθαι, κὴ ῥῆσίν τινα μακρὸν ἀποτείνειν, κὴ πειρᾶ-
σθαι ὡς ἔνι μάλιστα ἐμφανίζειν τὴν ἀγνοίαν εἰ ὃ
C φὴς τοιαύτῃ πεποιῆσθαι τὸν νομὸν τῶν κρεῶν, κὴ
τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους κακουργῆσαι, κὴ τὸ πῦρ
κεκλοφέναι, ἱκανῶς κατηγόρηταί μοι· κὴ μα-
κρότερα οὐκ ἂν εἴποιμι. λῆρος γὰρ ἄλλος ὃ
τοιοῦτον. ΠΡ. εἰ μὲν κὴ ταῦτα λῆρός ὄστιν ἃ εἴ-
ρηκας, ὀλίγα μικρὸν ὕστερον· ἐγὼ γ' κὴ ἐπεὶ
πρὸ ἱκανά φὴς εἶ τὰ κατηγορημένα, πειρά-
σομαι ὡς ἂν οἷός τε ὦ, διαλύσασθαι τὰ ἐγκλή-
ματα. κὴ πρῶτον μὲν ἄκουσον τὰ πρὸς τὸ κρεῶν.
καίτοι, νὴ τὸν οὐρανόν, κὴ νῦν λέγων ταῦτα, αἰσχύ-
νομαι ὑπὸ τὸν Διός, εἰ ὄντω μικρολόγος κὴ μεμ-
D ψίμοιρός ὄστ, ὡς διὰ τι μικρὸν ὀστοῦν ἐν τῇ μοίρᾳ
εὗρεν, ἀναισχυντῆσθαι πέμπειν παλαιὸν ὄντω θεόν, μήτε τὰ συμμαχίας μνημο-
νεύσαντα, μήτε αὐτὸ τὸ ὀργῆς ὃ κεφάλαιον ὃ
ἐστιν ἐννοήσαντα· κὴ ὡς μεγαλίως ὃ τοιοῦτον ὀργί-
ζεσθαι, κὴ ἀγανακτεῖν, εἰ μὴ ὃ μεῖζον αὐτὸς λή-

φεται. πλήν γε ἀπάτας, ὦ Ερμῆ, τὰς διαπόντιους συμποτικὰς ἅσας, ἃ χρὴ, οἶμαι, ἀπομνημονεύειν· ἀλλ' εἰ καί τι ἡμάρτηται μεταξὺ βιωτευομένοις, παιδιὰν ἡγεῖσθαι· καὶ αὐτὸν ὀφείλειν τῷ συμποσίῳ καταλιπεῖν τὴν ὀργὴν, ἐς δὲ τὸ αὔριον παμβύεσθαι τὸν μῖσος, καὶ μνησικακεῖν, καὶ ἕωλόν τινα μνήμην διαφυλάττειν, ἅπαγε, ἅττε θεοῖς πρέπον, οὔτε ἄλλως βασιλικόν. ἐμοὶ γοῦν ἀφέλη τις τῶν συμποσίων τὰς κομψείας ταύτας, ἀπάτην, καὶ σκώμματα, καὶ τὸ σιλλαίνειν, καὶ ὑπογελᾶν, τὸ καταλιπόμενον ὕστι μέθη, καὶ κόρος, καὶ σιωπὴ, σκυθρωπὰ καὶ ἀτερπῆ πράγματα, καὶ ἥκιστα συμποσίῳ πρέποντα· ὥστε ἐγὼ οὐδὲ μνησθείην εἰς τὸ ὑστεραίαν ἐπὶ ἥμισυ τὸν Δία, ὄχ ὅπως καὶ τηλικαῦτα ἐπ' αὐτοῖς ἀγανακτήσειν, καὶ πολύδινα νήσασθαι πεπονθέναι, εἰ διαμέμψεται τὴς χρέας, παιδιάν τινα ἔπαιξε, πειρώμενος εἰ διαγνώσεται τὸ βέλτιον ὁ αἰθύμαχος. πλὴν δὲ, ὦ Ερμῆ, τὸ χαλεπώτερον, μὴ τῷ ἐλάττῳ μοίρᾳ ἐπονειμηκέναι τὸν Διὶ, τῷ δ' ὅλῳ ὑφηρῆσθαι· ἢ οὖν διὰ τοῦτο ἐχρῆν (τὸ τοῦ λόγου) τὴν γῆν τὸν οὐρανὸν ἀναμεμίχθαι, καὶ δεσμὰ, καὶ σταυροὺς, καὶ Καύκασον ὅλον ὀπίσω, καὶ αἰετοὺς καταπέμπειν, καὶ τὸ ἦπαρ ἐκκόπτειν; ὅστις γὰρ μὴ πολλῷ τούτου κατηγορήσει τὸν ἀγανακτοῦντος αὐτὸν μικροψυχίας, καὶ ἀγένειαν τῆς γνώμης, καὶ τοῖς ὀργῇ ὑχέρδαν. τί οὖν ἐποίησεν οὗτος ὅλον βοῦν ἀπολέσας, εἰ κρεῶν ὀλίγων ἕνεκα διαπάξεται; καίτοι πόσῳ οἱ ἄνθρωποι ὑγιαινομενέστερον διάκεινται τοῖς τοιούτοις, οἷς εἰκὸς ἐμοὶ καὶ τὰ ἐς ὀργὴν ὀξυτέροις εἶναι τῶν θεῶν; ἀλλ' ὅμως ἐκείνων οὐκ ἔστιν ὅστις τῷ μαγείρῳ σταυροῦ οὐ τιμήσαιτο· εἰ τὰ κρέα ἔψων, καθεὶς τὸν δάκτυλον ἐς ζωμὸν προσελιχμήσατο, ἢ ὀπτωμένων ἀποστάσας τῶν κρεῶν κατεδήδυσεν· ἀλλὰ συγγνώμην ἀπονέμουσιν αὐτοῖς. εἰ δὲ καὶ πάνυ ὀργισθεῖεν, ἢ κονδύλους ἐνέτριψάν, ἢ καὶ τῇ χύτρᾳ ἐπάταξαν, ἀνεσχολοπίσθη δὲ οὐδεὶς πω ὑπ' αὐτοῖς τῶν τηλικούτων ἕνεκα. καὶ τοίνυν μὴν τῶν κρεῶν, διαπάντα· αἰσχρὰ μὲν καὶ μοὶ ἀπολογεῖσθαι· πολὺ δὲ αἰσχίω κατηγορῆν ἐκείνου. τοῦ δὲ τῆς πλαστικῆς, καὶ ὅτι τοὺς ἀνθρώπους ἐποίησα, καιρὸς ἤδη λέγειν.

A Verùm quanto foret æquius, Mercuri, conuiualium huiuſcemodi fraudiũ deinceps ne recordari quidem, & dimiſſa ira, ſympoſij delictum veluti luſum æſtimare atque iocum? Quippe quum in craſtinũ continere odium, & meminiſſe iniurię veteris, haudquaquam reges deceat, ne dicam deos. Sed agedum tollamus è conuiuiis lepôres illos & ſales, riſum, & ſubdolas captiones: quid, oro, præter temulentiam, edacitatem, & ſilentium, fiet reliqui? Quæ quum triſtia admodum ſint, & parum iucunda, decentiùs exulare crediderim huiuſcemodi à conuiuio. Nam Iouem in poſterum diem *Conuiuia quibus rebus exhilarãda.*

VVLCANVS. VIDISTIN' Apollo Maiæ infantulum illum, nuper genitũ, vt formosus est, & arridet omnibus, & iam quoque tale quiddam præ se fert, quasi in magnum aliquod bonum euasurus sit? APOL. Illúmne ego infantem dicam, ô Vulcane, aut in magnũ aliquod bonũ euasurum, qui ipso Iapeto antiquior est, quantum ad fraudulentiã attinet? VVL. Et quem adeo iniuria afficere potuerit, iam primùm in lucem editus? APOL. Interroga Neptunum, cuius tridentem *De furacitate Mercurij.* fustiuratus est: aut Martem, nam & huius subtraxit clàm è vagina gladium: vt interim de me ipso non dicam, quem & arcu spoliauit, & sagittis. VVL. Hæccine infantulus & modò natus ille, qui vixdum mouebatur in cunis inter inuolucra? APOL. Scies Vulcane, si modò ad te aliquando venerit. VVL. Atqui venit iampridem. APOL. Quid igitur? habéſne omne fabrile instrumentũ? necdum quicquam illius tibi amissum est? VVL. Omne, Apollo. APOL. Attamẽ inspice diligenter. VVL. Per Iouem, forcipem non video. APOL. Sed videbis illum alicubi inter inuolucra in cunis infantis. VVL. Adeóne aduncas manus habet, perinde ac si in ipso ventre iam tum meditatus esset furandi rationẽ? APOL. An non audisti ipsum loquentem quoque iam arguta ac volubilia quædam? Atque hic etiam ministrare nobis vult.

ΕΩ ρᾳχᾶς, ὦ Απολλον, ὃ τῆς Μαίας βρέφος ὃ ἀρτιτεχθὲν, ὡς καλόν τέ ἐστι, καὶ προσγελᾷ πᾶσι, καὶ δηλοῖ τι ἤδη ὡς μέγα ἀγαθὸν ἀποβησόμενον; ΑΠΟΛ. ὀκνῶ γε φάναι βρέφος, ὦ Ηφαιστε, ἢ μέγα ἀγαθὸν, ὃ τοῦ Ιαπετοῦ πρεσβύτερόν ἐστιν ὅσον ἐπὶ τῇ πανουργίᾳ; ΗΦΑΙ. καὶ τίνα δὴ ἀδικῆσαι δυνάμενον ἀρτίτοκον ὄν; ΑΠΟΛ. ἐρώτα τὸν Ποσειδῶνα, οὗ τὴν τρίαιναν ἔκλεψεν· ἢ τὸν Αρη· καὶ τούτου γὰρ ἐξείλκυσε λαθὼν τοῦ κουλεοῦ τὸ ξίφος, ἵνα μὴ ἐμαυτὸν λέγω, ὃν ἀφώπλισε τοῦ τόξου, καὶ τῶν βελῶν. ΗΦΑΙ. τὸ νεογνὸν τοῦτο, ὃ μόλις ἐκινήθη ἐν τοῖς σπαργάνοις; ΑΠ. εἰσῃ, ὦ Ηφαιστε, εἴ σοι προσέλθῃ μόνον. ΗΦΑΙ. καὶ μὴν προσῆλθεν ἤδη. ΑΠ. ἦ οὖν, πάντα ἔχεις τὰ ἐργαλεῖα, καὶ οὐδὲν ἀπόλωλεν αὐτῶν; ΗΦΑΙ. πάντα, ὦ Απολλον. ΑΠΟΛ. ὅλως ἐπίσκεψαι ἀκριβῶς. ΗΦΑΙ. νὴ Δία, τὴν πυράγραν οὐχ ὁρῶ. ΑΠΟΛ. ἀλλ' ὄψει αὐτὴν παρὰ τῷ βρέφει. ΗΦΑΙ. ἆρα ἐξύχρη ἐστὶ, καθάπερ ἐν τῇ γαστρὶ ἐκμελετήσας τὴν κλεπτικήν; ΑΠ. ἀγνοεῖς ἀκούσας αὐτοῦ καὶ λαλοῦντος ἤδη σαφῶς, καὶ ἐπιτέχνα. ὁ δὲ, καὶ ἀφαιρήσεσθαι ἡμῶν ἐθέλει.

ἄθες

ἩΦ. Δεῦρο δὴ παρακαλεσάμενος τὸν Ἔρωτα, κατεπάλαισεν ἀθύτως οὐκ οἶδ' ὅπως ὑφελκύσας τὼ πόδε. εἶτα μεταξὺ ἐπαινουμένου, τῆς Ἀφροδίτης μὲν τὸν κεστὸν ἔκλεψε, παρασπασαμένης αὐτὸν ὑπὸ τῇ νίκῃ· τῷ Διὶ δὲ γελῶντος, ὁ σκῆπτρον. Εἰ δὲ μὴ βαρύτερος ὁ κεραυνὸς ἦν, καὶ πολὺ ὁ πῦρ εἶχε, καὶ κεῖνον ἂν ὑφεῖλετο. ΗΦΑΙ. Δεῦρον τινα τὸν παῖδα φῄς. ΑΠΟΛ. οὐ μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ μουσικόν. ΗΦΑΙ. τῷ τῦρ τεκμήρεσθαι ἔχεις; ΑΠΟΛ. χελώνῃ που νεκρᾷ ποθὲν, ὄργανον ἀπ' αὐτῆς συνεπήξατο, πήχεις γὰρ ἐναρμόσας, καὶ ζυγώσας, ἔπειτα καλάμοις ἐμπήξας, καὶ μαγάδι ὑποθεὶς, καὶ ἐντεινάμενος ἑπτὰ χορδὰς, μελῳδεῖ πάνυ γλαφυρὸν, ὦ Ἥφαιστε, καὶ ἐναρμόνιον, ὡς κἀμὲ αὐτῷ φθονῆσαι τὸν πάλαι κιθαρίζειν ἀσκηκότα. ἔλεγε δ' ἡ Μαῖα ὡς οὐδὲ μένοι τὰς νύκτας ἐν ταῖς θεραπαίναις, ἀλλ' ὑπὸ περιεργίας ἄρᾳ τι ἄδου καὶποι, κλέψων τι κἀκεῖθεν δηλαδή. ὑπόπλεως δ' ἐστὶ καὶ ῥάβδον τινὰ πεποίηται θαυμασίαν τινὰ δύναμιν, ἣ ψυχαγωγεῖ, καὶ καθάπτεται νεκρῶν. ΗΦΑΙ. ἐγὼ ἐκείνῳ ἔδωκα αὐτῷ παίγνιον εἶναι. ΑΠΟΛ. τοιγαροῦν ἀπέδωκέ σοι τὸν μισθὸν τῷ πυρέξαι. ΗΦΑΙ. Ἴθι ὑπόμνησόν με· ὥστε βαδιζόμενος ἀπολησόμενος αὐτῷ, εἴ που ὡς φῄς θύρεθείη ἐν τοῖς σπαργάνοις.

A Heri autem vocato ad se Cupidine, statim illum palæstra superauit, nescio quo pacto pedes illi subtrahens. Deinde cùm à cæteris laudaretur, interea Veneri surripuit cingulum, cùm illa amplexata ipsum fuisset ob victoriam. Ioue autem ridente, sceptrum illius sustulit: & nisi grauius fuisset, & plus ignis habuisset, ipsum quoque fulmen subtraxisset. VVL. Celerem atque agilem quendam puerum mihi narras. APOL. Quin imò & musicum præterea. VVL. Vnde nam huius rei coniecturam facis? APOL. Testudine mortua alicubi inuenta, instrumentum ex ea compactum dedit. Brachiis enim adaptatis, & iugo superinducto, deinde calamis (chordarum ansulis videlicet) infixis, fundoq; infrà, & quasi quodam dorso subiecto, atque inde septem chordis suspensis & intentis, iucundum adeo quiddam modulatur & cõcinnum, vt ego quoque illi iam inuideam, qui iam olim personando citharam me exerceo. Cæterùm ipsa Maia illud quoque dicebat, quòd neque in cœlo noctu maneret, sed præ nimio agendi studio ad inferos vsq; descenderet, furaturus scilicet etiam inde aliquid. Alatus autem quoque est, ac virgam quãdam apparauit, mirificam potestatem ac vim habentem, qua animas euocat, & educit mortuos. VVL. Ego illam dedi ipsi, vt esset quasi ludicrum. APOL. Proinde & mercedem istam tibi retulit, forcipem videlicet. VVL. Rectè sanè admonuisti: quare ibo vt illum recipiam, sicubi, vt ais, inter inuolucra in cunis inueniri poterit.

ΗΦΑΙΣΤΟΥ ΚΑΙ ΔΙΟΣ.

VVLCANI ET IOVIS. Iacobo Micyllo interprete.

ΤΙ με, ὦ Ζεῦ, δεῖ ποιῆσαι; ἥκω γὰρ ὡς ἐκέλευσας ἔχων τὸν πέλεκυν ὀξύτατον, εἰ καὶ λίθους δέοι μιᾷ πληγῇ διατεμεῖν. Ζ. Ἄγε, ὦ Ἥφαιστε. ἀλλὰ δεῖ μου τῆς κεφαλῆς εἰς δύο, κατενεγκών. ΗΦ. πειρᾷ μου εἰ μέμνηνα; παρέστακε δ' οὖν πάλαι, ὅ σοι δεῖ γενέσθαι. Ζ. διαιρετέα μοί ἐστι τὸ κρανίον. εἰ δ' ἀπειθήσεις, δεινὰ ποιήσω ὀργιζόμενος πειρᾶσθαι μου, μηδὲ μέλλειν. ἀπόλλυμαι γὰρ ὑπὸ τῶν ὠδίνων, αἱ μου τὸν ἐγκέφαλον διαστρέφουσιν.

D QVid me oportet facere, Iupiter? *VVLCANVS.* venio enim, ita vt iussisti, securim habens acutissimam, etiam si lapides opus sit vno ictu dissecare. IVP. Rectè sanè Vulcane. Sed iam impacta illa diuide mihi caput in duas partes. VVL. CAN. Tentas me num insaniam? Impera igitur verè quod vis tibi fieri. IVP. Diuidi mihi cáluariam volo. si verò non obedieris mihi, me experieris non nunc primùm irascentem. Veruntamen ferire oportet audacter, & præsenti animo, neque cunctari. Pereo enim præ doloribus, qui mihi cerebrum inuertunt.

De eoquòd Pallas è cerebro Iouis nata est.

VVL. Vide Iupiter ne quid mali faciamus: acuta enim ſecuris eſt, & non abſq; ſanguine, neq; etiam ad Lucinæ morem tibi obſtetricabitur. IVP. Incute modò Vulcane audacter. ego enim noui quid ſit conducibile. VVL. Inuitus quidẽ, ſed tamen feriã. Quid enim agat aliquis te iubente? Sed quid hoc? puella armata hæc eſt. Magnum, ô Iupiter, malum habuiſti in capite. Meritò igitur iracundus fuiſti, tantam intra cerebri panniculum virginem viuam nutriẽs, idq; armatam: nimirum caſtra, non caput habuiſti, non aduertẽs. Hæc verò etiam ſaltat, & cum armis triphdiat, clypeum concutit, ac haſtã vibrat, & quaſi quodã furore concitatur: &, quod maximum eſt, formoſa admodũ ac maturis nubilis annis breui adeò iam facta eſt, cæruleos quidem oculos habẽs. Sed tamen & huic gratiam addit galea. Quare ô Iupiter, obſtetricandi prẽmium hoc mihi refer: deſponde mihi illam. IVP. Impoſſibilia petis Vulcane: perpetuò enim virgo manere vult. Ego certè, quantum in me eſt, nihil repugno. VVL. Hoc volebam: reliquum quod eſt, ipſe curabo: ac iam ſimul rapiam hinc ipſam. IVP. Si tibi facile adeo hoc, facias licet: veruntamen illud ſcio, quòd amas ea quę tibi contingere nequeunt.

A ΗΦΑΙ. ὄρα, ὦ Ζεῦ, μὴ κακόν τι ποιήσωμεν· ὀξὺς γὰρ ὁ πέλεκυς ἐστι, κοὐκ ἀναιμωτὶ, οὐδὲ κατὰ τὼ Εἰλείθυιαν μιγήσεταί σε. Ζ. κατένευσε μόνον, ὦ Ἥφαιστε, θαῤῥῶν. οἶδα γὰρ ἐγὼ ὃ συμφέρει. ΗΦΑΙ. ἄκων μὲν, καπίσω δέ. τί γὰρ χρὴ ποιῆν, σοῦ κελεύοντος; τί τοῦτο; κόρη ἔνοπλος; μέγα, ὦ Ζεῦ, κακὸν εἶχες ἐν τῇ κεφαλῇ. εἰκότως γοῦν ὀξύθυμος ἦσθα, τηλικαύτην τὸν μυελὸν παρθένον ζωογονῶν· καὶ ταῦτα ἔνοπλον. ἵππου γοῦν τὸ κεφάλαιον, ὃ κεφαλὴν ἐλελήθεις ἔχων· ἃ δὲ πηδᾷ, καὶ πυῤῥιχίζει, καὶ τὸ ἀσπίδα πιέζει, καὶ ὃ δόρυ πάλλει, καὶ ὀρθοῖ· καὶ ὃ μέγιστον, καλὴ πάνυ καὶ ἀκμαία γεγύηται ἤδη ἐν βραχεῖ· γλαυκῶπις μὲν, ἀλλὰ κομᾷ καὶ τοῦτο ἡ κόρη. ὥστε, ὦ Ζεῦ, μισητά μοι ἀπόδος ἐλευθέρας μοι αὐτώ. Ζ. ἀδυνάτα αἰτεῖς, ὦ Ἥφαιστε· παρθένος γὰρ ἀεὶ θέλει μένειν. ἐγὼ γοῦν γε ἐπ' ἐμοὶ, οὐδὲν ἀντιλέγω. ΗΦΑΙ. τοῦτ' ἐβουλόμην, ἐμοὶ μελήσει τἄλλα. καὶ ἤδη συναρπάσω αὐτήν. Ζ. εἰ σοι ῥᾴδιον οὕτω, ποίει. πλὴν οἶδα ὅτι ἀδυνάτων ἐρᾷς.

ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

NEPTVNI ET MERCVRII. Eodem interprete.

NEPTVNVS.

Deeo quòd Bacchus ex femore Iouis natus eſt.

LIcétne Mercuri conuenire Iouem nunc? MERC. Nequaquam Neptune. NEPT. Attamen intrò renuncia de me ipſi. MERC. Ne moleſtus ſis, inquam. Importunum enim hoc: quare non poteris ipſum videre in præſentia. NEPTVN. Num igitur cum Iunone concumbit? MERC. Non, ſed diuerſum quiddam eſt. NEPTVN. Intelligo, Ganymedes intus eſt. MERC. Neque hoc: ſed ipſe infirmus aliquantulum eſt. NEPTVN. Vnde hoc Mercuri? Neſcio enim quid graue narras. MER. Pudet dicere, tale quidpiam eſt. NEP. At nihil eo tibi opus eſt apud me, patruus vtiq; cùm tibi ſim. MER. Peperit paulo antè, Neptune. NEP. Apage. An peperit ille? Ex quo? Itaque latuit ille nos Hermaphroditus exiſtẽs? At neq; vterus eius tumorem aliquem præ ſe tulit. MERC. Rectè dicis, neq; etiam ille partum intra ſe habebat.

C ΕΣτιν, ὦ Ἑρμῆ, νιῶ ἐντυχεῖν τῷ Διΐ; ΕΡΜ. οὐδαμῶς, ὦ Ποσείδον. ΠΟΣ. ὅμως παρασάλπισόν αὐτῷ. ΕΡΜ. μὴ ἐνόχλει, φημί. ἄκαιρον γὰρ, ὥστε οὐκ ἂν ἴδοις αὐτὸν ἐν τῷ παρόντι. ΠΟΣ. μῶν τῇ Ἥρᾳ συνεύδει; ΕΡΜ. οὐκ· ἀλλ' ἑτερόιόν τι ἐστί. ΠΟΣ. συνοίμην· ὁ Γανυμήδης ἔνδον. ΕΡΜ. οὐδὲ τοῦτο· ἀλλὰ μαλακῶς ἔχει αὐτός. ΠΟΣ. πόθεν, ὦ Ἑρμῆ; δῆλον γὰρ τοῦτο φῄς. ΕΡ. αἰσχύνομαι εἰπεῖν, τοιοῦτόν ἐστι. ΠΟΣ. ἀλλ' οὐ χρὴ παρὲς ἐμὲ θεῖόν γε ὄντα. ΕΡ. τέτοκεν ἀρτίως, ὦ Ποσείδον. ΠΟΣ. ἄπαγε, τέτοκεν ἐκεῖνος; οὐκ τίνος; οὐκ οἶδ' ἐλελήθη ἡμᾶς αἰδρόγυνος ὤν; ἀλλ' οὐδὲ ἐπεσήμηνεν αὐτῷ ἡ γαστὴρ ὄγκον τινά. ΕΡ. οὐ λέγεις· οὐ γὰρ ἐκείνη εἶχε τὸ ἔμβρυον.

ΠΟ. οἶδα· ἐκ τῆς κεφαλῆς ἔτεκεν αὐτός, ὥσπερ τὴν Ἀθηνᾶν λέγουσι τὸν κεφαλὸν ἔχειν. ΕΡ. οὐκ· ἀλλ' ἐν τῷ μηρῷ ἐκύει ὁ ἐκ τῆς Σεμέλης βρέφος. ΠΟ. ἆρα ὁ γυναῖος, ὡς ὅλος ἡμῖν κυοφορεῖ καὶ πανταχόθι τὸ σῶμα τέρπει. ἀλλὰ τίς ἡ Σεμέλη ἐστίν; ΕΡ. Θηβαία, τῶν Κάδμου θυγατέρων μία. ταύτῃ συνελθὼν, ἐκύμονα ἐποίησεν. ΠΟ. εἶτα ἔτεκεν, ὦ Ἑρμῆ, αὐτὸ ἐκείνης; ΕΡ. καὶ μάλα, εἰ καὶ παράδοξον εἶναί σοι δοκεῖ. πρὸ μὲν γὰρ Σεμέλῃ ἐπελθοῦσα ἡ Ἥρα, οἶδα δὲ ὡς ζηλότυπός ἐστι, πείθει αὐτὴν παρὰ τοῦ Διὸς, μὴ γενόμενον καὶ ἀστραπῶν ἥκειν πρὸς αὐτήν· ὡς δ' ἐπείσθη, καὶ ἦκεν ἔχων καὶ τὸν κεραυνὸν, ἀνεφλέγη ὁ οἶκος· καὶ ἡ Σεμέλη μὲν διεφθείρετο ὑπὸ τοῦ πυρός. ἐμὲ δὲ κελεύει διατεμόντα τὸν μηρὸν τῆς γυναικὸς, ἀνακομίσαι ἀτελὲς ἔτι αὐτοῦ τὸ ἔμβρυον ἐνθαμβωνάμενον. καὶ ὅπερ ἐποίησα, διελὼν τὸν ἑαυτοῦ μηρὸν, ἐνέθηκα, ὡς ἀποτελεσθείη ἐνταῦθα, καὶ νῦν τρίτῳ ἤδη μηνὶ ἐξέτεκεν αὐτό. καὶ μαλακῶς ἀπὸ τῶν ὠδίνων ἔχει. ΠΟ. νῦν οὖν ποῦ τὸ βρέφος ἐστίν; ΕΡ. ἐς τὸν Νύσαν ἀποκομίσας, παρέδωκα ταῖς Νύμφαις αἰαπτέφιν, Διόνυσον ἐπονομασθέντα. ΠΟ. σκοπῶ ἀμφότερα, τὸν Διονύσου τούτου καὶ μητέρα καὶ πατέρα· ὁ δὲ ἐστίν; ΕΡ. ἔοικεν. ἀπειμι δὴ οὖν ὕδωρ αὐτῷ τινὰ τὸ τραῦμα οἴσων, καὶ τἆλλα ποιήσων, ὅσα δὴ νομίζηται ὡσπερ λεχοῖ.

A NEP. Noui: rursum ex capite peperit scilicet; quemadmodum & Mineruam. habet enim ille caput quoddam puerperum. MER. Neque illud: sed in femore gestauit partum illum, videlicet ex Semele receptum. NEP. Euge generosus, vt ille totus nobis, & ex omni parte corporis imprægnando idoneus atque fœcundus est. Sed quænam Semele ista est? MERC. Thebana mulier, ex filiabus Cadmi vna. huic congressus prægnantem eam reliquit. NEP. Deinde verò ipse pro illa peperit? MERC. Atque admodum, etiam si tibi alienum ac mirũ videatur. Nam Semelen dolis aggressa Iuno, (nosti autem vt sit zelotypa hæc) B persuadet illi vt petat à Ioue quò cum fulmine ac fulgure ad se veniat. Quæ cũ verbis huius inducta credidisset, venissétque Iupiter fulmen secum portans, conflagrauit tectum, ipsaq; Semele ex igne periit. Me autem iubet Iupiter, incisa illius aluo, partum ad se afferre, imperfectum illum quidem adhuc, & intra septimum mensem conceptum. Quod vbi feciſſem, ille dissecto femore suo, intrò illum recipit, vt ibi perficeretur. Atque ita C iam tertio postquam factum illud est, mense, denuo illum peperit, & nunc ex doloribus aliquantulum languidus est. NEP. Vbi igitur infans ille iam est? MERC. In Nysam hinc ablatum, tradidi illum Nymphis enutriendum, Dionysium cognominatum. NEP. Ergo vtrunque, Dionysij huius & pater & mater ille est. MERC. Ita videtur. Abeo igitur, vt illi aquam ad vulnus afferam, ac cætera ea quæ ex more atque consueto fieri solent, quasi puerperæ procurem.

ΕΡΜΟΥ, ΚΑΙ ΗΛΙΟΥ.

MERCVRII ET SOLIS. Iacobo Micyllo interprete.

Ω Ἥλιε, μὴ ἐλάσῃς τήμερον, ὁ Ζεὺς φησι, μηδὲ αὔριον, μηδ' ἐς τρίτην ἡμέραν, ἀλλ' ἔνδον μένε· καὶ ὁ μὲν ζυγὸς μιᾶς τῆς ἔξω νυκτὸς μακρᾶς, ὥστε λυέτωσαν μὲν αἱ Ὧραι αὐτῆς τοὺς ἵππους, σὺ δὲ σβέσον τὸ πῦρ, καὶ ἀνάπαυε σεαυτὸν μακρὸν διάστημα. Η Λ. καινὰ ταῦτα, ὦ Ἑρμῆ, καὶ ἀλλόκοτα ἥκεις φράζων. ἀλλὰ μή τι παράδοξα ἐν τῷ δρόμῳ, καὶ ἔξω ἐλάσας τῶν ὅρων, κατά μοι ἄχθεται, καὶ τὴν νύκτα τριπλασίαν τῆς ἡμέρας ποιῆσαι διέγνωκεν;

D AVdi ô Sol, ne hodie currum agas, inquit Iupiter, neq; in crastinum, neque etiam in diem perẽdinum: sed intus mane: fiátque interea perpetua vna nox longa. Quare equos quidem iterum soluant Horæ, tu verò restingue ignem, & nunc tandem post longum interuallum temporis te ipsum recrea. SOL. Noua hæc atque omnino aliena denuncians venis. Sed nunquid transgredi siue peccare visus sum inter agendum, & extra fines cursum habuisse, atque ob id nunc irascitur ille mihi, noctémque triplo maiorem bis facere statuit?

MERCVRIVS.

De concubitu Iouis cum Alcmena, & nocte prolongata.

MER. Nihil tale: neque hoc etiam perpetuò fiet: sed ipse nunc opus habet noctem sibi fieri consueto lõgiorem. SOL. Vbi autem etiam illé est? aut vnde ipse emissus es vt hæc nuntiares mihi? MER. Ex Bœotia, ab vxore Amphitryonis, cũ qua concumbit. SOL. Amator illius? atque ita illi satis nõ est nox vna? MER. Nequaquam. Nasci enim quendam oportet ex hoc concubitu magnum, atque multorum certaminum victorem deum. hoc igitur vna nocte absolui ac perfici impossibile est. SOL. Sed absoluat, atque ad exitum perducat ille, quod faustum felixque sit. Verũtamen hæc, Mercuri, temporibus Saturni non fiebant (soli enim hîc nos sumus) neque ille tum ab vxore Rhea diuertebat, aut seorsim cubabat: neque etiam relicto cœlo Thebis dormiebat: sed dies quidem tum dies erat, nox autem ad suum certum spatium secundùm proportionem horarum agebatur: peregrinum verò aut immutatum nihil. Neque ille tum vnquam cum muliere mortali quicquam rei habuit. At nunc infelicis mulierculæ causſa oportet omnia sursum & deorsum verti, ac equos quidem præfractiores & difficiliores fieri ob otium & desidiam, viam autem asperiorem, eò quòd toto triduo nõ vsurpabitur: homines præterea miserè in tenebricoso viuere. Hoc boni ex amoribus Iouis consequẽtur illi scilicet, sedebúntque expectantes donec ille athletam istũ quem dicis, absoluerit sub longis tenebris. MERC. Tace ô Sol, ne quid mali pro his dictis tuis nanciscare. Ego verò ad Lunam hinc abiens, & ad Somnum, renuntiabo etiam illis quæ Iupiter mandauit: illi quidem, vt ne procedat citiùs: huic autem, vt ne remittat à se homines, quò ignorent longam adeo noctem hãc fuisse.

ΕΡ. Οὐδὲν διοῦτον· ἀλλ' ἐς ἀεὶ τοῦτο ἔσται. δεῖται δέ τι νῦν αὐτὸς ὀπτιμηκεσέρου γενέσθαι οἱ τὴν νύκτα. ΗΛ. ποῦ δὲ καὶ ἔστιν, ἢ πόθεν ἐξεπέμφθης ἀγγελὸς ταῦτά μοι; ΕΡ. ἐκ Βοιωτίας, ὦ Ηλιε, παρὰ τῆς Αμφιτρύωνος γυναικός, ᾗ συνέυδει. ΗΛ. ἐρᾷ αὐτῆς; εἶτα οὐχ ἱκανὴ νὺξ μία; ΕΡ. ἀδαμῶς. τεθλῶσαι γάρ τινα δεῖ ἐκ τῆς ὁμιλίας ταύτης μέγαν, καὶ πολύαθλον θεόν. τοῦτον οὖν οὐ μιᾷ νυκτὶ ἀποτελεσθῆναι ἀδύνατον. ΗΛ. ἀλλὰ τελεσιουργείτω μὲν ἀγαθῇ τύχῃ. ταῦτα δ' οὖν, ὦ Ερμῆ, οὐκ ἐγίνετο ὅτε τοῦ Κρόνου, (αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ἐσμεν) οὐδ' ἀπόκοιτος ἦν ὁ Ζεὺς παρὰ τὴν Ρέαν ἐκείνην. οὐδ' ἀπολιπὼν αὐτὴν ὁ θεὸς ἐκοιμᾶτο τὸν Θήβαις, ἀλλὰ ἡμέρα μὲν ἦν ἡ ἡμέρα, νὺξ δὲ κατὰ μέτρον ἡ αὐτῆς ἀπήλαυνεν ταῖς ὥραις. ξένον δέ, ἢ παρηλλαγμένον, οὐδέν. οὐδ' αὖ συνοικοῦντός ποτε θνητῇ γυναικί. νῦν δὲ δυστυχοῦς γυναίου ἕνεκα, χρὴ ἀνεστράφθαι τὰ πράγματα, καὶ ἀναμπεχέσθαι μὲν γενέσθαι τοὺς ἵππους ἐκ τῆς ἀργίας, δύσοδον δὲ τὴν ὁδὸν, ἀτελῆ μὲν οὐδαμῶ ἐξῆς τριῶν ἡμερῶν, τοὺς δ' ἀνθρώπους ἀθλίως ἐν σκοτεινῷ διαβιοῦν. τοιαῦτα ἀπολαύσονται τῶν Διὸς ἐρώτων. καὶ καθεδοῦνται τερειμένοντες, ἕστ' ἂν ὁ ὕπνος ἀποτελέσῃ τὸν ἀθλητὴν, ὃν λέγεις, ἐν τῷ μακρῷ τῷ ζόφῳ. ΕΡ. σιώπα, ὦ Ηλιε, μή τι κακὸν ἀπολαύσῃς τῶν λόγων· ἐγὼ δὲ παρὰ τὴν Σελήνην ἀπελθών, καὶ τὸν Υπνον, ἀπαγγελῶ καὶ ἐκείνοις ἅπερ ὁ Ζεὺς ἐπέστειλε, τῇ μὲν, σχολῇ τερεβαίνειν, τὸν δὲ ὕπνον, μὴ ἀνιέναι τοὺς ἀνθρώπους, ὡς ἀγνοήσωσι μακρὸν ὄντα τὴν νύκτα γεγενημένην.

ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΚΑΙ ΣΕΛΗΝΗΣ.

VENERIS ET LVNÆ. Iacobo Micyllo interprete.

VENVS. QVid hæc, ô Luna, facere te aiũt, quoties ad Cariam peruenis, vt currum sistas, ac desuper aspectes Endymionem dormientem sub dio tanquam venatorem aliquem: interdum autem etiam descendas ad ipsum ex media via? LVNA. Interroga ô Venus filium tuum, qui mihi harum rerum auctor est.

ΤΙ ταῦτα, ὦ Σελήνη, φασὶ ποιῆν σε, ὁπότ' ἂν κατὰ τὴν Καρίαν ἔλθῃ, ἱστάναι μέν σε τὸ ζεῦγος ἀφορῶσαν ἐς τὸν Ενδυμίωνα καθεύδοντα, ἐπαίθριον ἄττε κυνηγέτην ὄντα, ἐνίοτε δὲ καὶ καταβαίνειν ἐπ' αὐτὸν ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ; ΣΕΛΗ. ἐρώτα, ὦ Αφροδίτη, τὸν σὸν υἱὸν, ὃς μοι τούτων αἴτιος.

ΑΦΡΟ. ἔα. σκῶφος ὑβριστής ἐστιν· ἐμὲ γοῦν αὐτὸς τὴν μητέρα οἷα δέδρακεν; ἀρτι μὲν, ἐς τὴν Ἰδὴν καλέσων, Ἀγχίσου ἕνεκα τῶν Ἰλιέως, ἀρτι δ' ἐς τὸν Λίβανον ὅτι ὁ Ἀσσύριον σκῶφον μειράκιον; ὃ καὶ τῇ Περσεφάττῃ ἐπόθητον ποιήσας, ἐξ ἡμισείας ἀφείλετό με τὸν ἐρώμενον· ὥστε πολλάκις ἠπείλησα, εἰ μὴ παύσεται τοιαῦτα ποιῶν, κλάσειν μὲν αὐτοῦ τὰ τόξα, καὶ τὴν φαρέτραν, περιαιρήσειν δὲ καὶ τὰ πτερά. ἤδη δὲ καὶ πληγὰς αὐτῷ ἐνέτεινα εἰς τὰς πυγὰς τῷ σανδάλῳ, ὁ δ', οὐκ οἶδ' ὅπως, παρθενικὰ δειλιάσας, καὶ ἱκετεύων, μόλις ὀλίγου ὑπελέλειπτο ἀπρύτων. ἀτὰρ εἰπέ μοι, καλὸς ὁ Ἐνδυμίων ἐστίν; ὡς παθεῖν γε οὕτω δεινόν. Ζ. ἐμοὶ μὲν καὶ πάνυ καλὸς, ὦ Ἀφροδίτη, δοκεῖ, καὶ μάλιστα ὅταν ὑπὸ καλλόμβου ὑπτιάζηται τῆς πέτρας τὴν χλαμύδα καθεύδῃ, τῇ λαιᾷ μὲν ἔχων τὰ ἀκόντια, ἤδη δὲ καὶ τῆς χλαμύδος ὑποῤῥέουσα· ἡ δεξιὰ δὲ, περὶ τὴν κεφαλὴν ἐς ὃ αὖ ὑπεκκλασμένη ὑπερέπει, τῷ παρειμένῳ· ὁ δὲ, ὑπὸ τοῦ ὕπνου λελυμένος, ἀναπνεῖ ὃ ἀμβρόσιον σκῶφε ἄθλημα. τότε οἶνον ἐγὼ ἀφροφόρητον καταχέασα, ἐπ' ἄκρων τῶν δακτύλων βεβηκυῖα, ὡς αὖ μὴ ἀνεγερθείη· σκόπει δὴ ὅτι ἐρεῖς. οἶδα τί ἂν οὖν σοι λέγοιμι τὰ μὴ τοιαῦτα· πλὴν ἀπόλυσόν με ὑπὸ τοῦ ἔρωτος.

A VEN. Sine: contumelioſus ille eſt. Me quippe matrem ipſius quibus modis affecit? nunc quidem in Idam adigens, Anchiſæ cauſa Troiani: nunc autem in Libanum, ad Aſſyrium illum adoleſcẽtem, quem & Proſerpinę deſiderabilem fecit, & me ex dimidia parte amoribus meis priuauit. Quare iam ſæpe illi interminata ſum, ni deſinat talia facere, fracturã eſſe me ipſius & arcus & pharetram, amputaturam autẽ etiam alas. Iampridẽ verò & plagas ipſi in nates incuſſi ſandalio: ſed ille, neſcio quo pacto, tum quidẽ ſtatim metuens ac ſupplicans; paulo pòſt omniũ obliuiſcitur. Verùm dic mihi, formoſúſne Endymion iſte eſt? Nam hoc quidem ſolatio fuerit malo huic. LVN. Mihi quidem etiam admodum formoſus ô Venus videtur, & maximè quãdo inſtrata ſuper rupẽ chlamyde dormit, læua tenẽs ſagittas paulatim è manu prolabẽtes. Dextra autem circa caput ſurſum verſus reflexa, decorem affert faciei, cui circũfunditur. Ipſe verò ſolutus ſomno, anhelat ambroſium illum halitum. Tunc igitur tacitè equidem & ſine vllo ſtrepitu deſcendens, ac ſummis digitis inſiſtens, vt ne expergefactus ille perturbari poſſit. Scis igitur quid tibi poſt hæc dictura fuerim, ſed pereo equidem amore.

B

C

ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΚΑΙ ΕΡΩΤΟΣ.

VENERIS ET CVPIDINIS, Eraſmo Roterod. interprete.

D

ΟΤέκνον Ἔρως, ὅρα οἷα ποιεῖς. ὑμᾶς δὲ τῇ γῇ λέγω, ὁπόσα τοῖς αἰθερίοις ἁμαρτείῃς, καθ' αὑτὴν ἢ κατ' ἀλλήλων ἐργάζεσθαι, μηδὲ τὰ αὐτὰ τῷ θερμῷ· ὃς τὸν μὲν Δία πολύμορφον ὑπεδήσατο, μηδ' ἅπαξ ἐς ὅ, τι αὐτῷ ὅτι τὸ χαριέν δοκῇ τὸ Σατύρου ἢ καθαρεῖς ἐκ τοῦ ὕδατος, τὸν Ἥλιον ἢ τὸν ἐκ τῆς Κλυμένης ἐρασθέντα ἐνίοτε αἰσχύνῃς, ὑπολελησμένον τῆς ἱππασίας· ἃ μὲν γὰρ ἐς ἐμὲ τὴν μητέρα ὑβρίζεις, θαρρῶν ποιεῖς. ἀλλὰ σὺ, ὦ πολυμηχάνητε, καὶ τὴν Ῥέαν αὐτὴν γραῦν ἤδη, καὶ μητέρα τοσούτων θεῶν, ἀνέπεισας παιδεραστεῖν, καὶ Φρύγιον μειράκιον σκῶφον ποθεῖν, καὶ νῦν ἐκείνην μέμηνεν ὑπὸ σοῦ, καὶ ξυλαμβάνει τοὺς λέοντας, ἐπεγκελεύσασα καὶ τοῖς Κορύβασιν (ἅτε μανικοῖς δὲ αὐτοῖς ὄντας,)

CVpido gnate, vide quæ facis flagitia. Non iam de his loquor, quæ te impulſore mortales in terra, vel in ſe quiſq; vel inuicem alij in alios faciũt, verùm de his ago, quæ apud ſuperos quoque deſignas, qui quidẽ Iouem ipſum cogis varias aſſumere formas, in quodcunq; tibi pro tempore viſum fuerit, eum vertens: tum Lunam è cœlo deuocas: quin & Solem aliquoties compellis lentum apud Clymenem ceſſare, aurigandi muneris oblitum: nam quicquid iniuriæ in me matrem etiam committis, audacter ac tanquam tutò facis. Verùm tu quidẽ ô deorum omnium confidentiſſime, Rheam inſuper ipſam iam anum, præterea deorum tam multorum parentem, eò perpuliſti, vt puſionem adamet, atque in Phrygium illum adoleſcentulum depereat: ac tua iam opera inſanit, iunctiſque leonibus, adhibitis item Corybantibus (quippe qui & ipſi furore quodam ſunt afflati)

VENVS.

per Idam montem ſurſum ac deorſum oberrat, ipſa quidem Attis amore eiulãs: cæterùm Corybantum alius ſuum ipſe penem enſe deſecat, alius demiſſa coma per mõtes fertur inſanus, alius cornu canit, alius tympano tonat, alius cymbalo perſtrepit. breuiter, omnis vndequaque Ida tumultus atque inſaniæ plena eſt. Proinde cuncta timeo: metuo ne tale quid accidat, quandoquidem te produxi, vt ſi quando reſipiſcat Rhea, vel potiùs ſi pergat inſanire, Corybantibus imperet, vt te correptum diſcerpant, aut leonibus obiiciant. Hic me ſolicitat metus, quòd videam tibi periculum imminere. CVP. Otioſo animo eſto mater: ſi quidem leonibus etiam ipſis iam familiaris ſum factus, ita vt ſæpenumero conſcẽſis eorum tergis, prehenſaq; iuba, equitis ritu inſidens illos agitem. At verò illi interim mihi caudis abblandiuntur, ac manum ori inſertam receptant, lambúntque, deinde mihi reddunt innocuã. Porro Rheæ ipſi quando tandem vacauerit vt me vlciſcatur, quum in Atte ſit tota? Poſtremò quid ego pecco, quum res pulchras vt ſunt offero ac demonſtro? Vos ne appetite res pulchras, quare his de rebus ne in me crimen conferte. Num vis ipſa tu mater vti neque tu poſthac Martem ames, neq; ille te. VEN. Vt es peruicax, & nulla in re non ſuperas? Attamen horum quæ dixi, aliquando memineris.

A ἀὼ δ' κάτω τὴν Ἰδὴν περιπωλοῦσιν. ἡ μὲν, ὀλολύζουσα ὅτι τὸν Ἄττην· οἱ Κορύβαντες δὲ, ὁ μὲν αὐτῶν, τέμνεται ξίφει τὸν πῆχυν, ὁ δὲ, ἀνεὶς τὴν κόμην, ἴεται μεμηνὼς διὰ τῶν ὀρῶν· ὁ δὲ, αὐλεῖ τὸν κέρατα· ὁ δὲ, ὀπίσω δέδεται τὸν τυμπάνου, ἢ ὀπισθοτυπεῖ τὸν κυμβάλου, καὶ ὅλως, θόρυβος καὶ μανία πάντα ἐν τῇ Ἰδῃ ἀπόπληκτα ὄντι. δέδοικα τοίνυν ἀπόπληκτα, δέδοικα δ' τοιοῦτο, μὴ δ' μέγα σε κακὸν τεκοῦσα, μὴ ἀπομανεῖσά ποτε ἡ Ῥέα, ἢ καὶ μᾶλλον ἔτι ἐν αὐτῇ οὖσα, κελεύσῃ τοῖς Κορύβασιν συλλαβόντας σε, διασπάσασθαι, ἢ τοῖς λέουσι παρβαλεῖν, ταῦτα δέδοικα κινδυνεύοντά σε ὁρῶσα.
B ΕΡ. θαῤῥεῖ μῆτερ, ἐπεὶ καὶ τοῖς λέουσιν αὐτοῖς ἤδη ξυνήθης εἰμί. καὶ πολλάκις ἐπιβαλὼν ὅτι τὰ νῶτα, καὶ τῆς κόμης λαβόμενος, ἱππεύω αὐτούς, οἱ δ', σαίνουσί με, καὶ τὴν χεῖρα δεχόμενοι, ἐς τὸ στόμα παρεισχωρήσαντες, ἀποδιδόασί μοι. αὐτὴ μὲν δὴ ἡ Ῥέα, ποτὲ μὲν σκοπεῖν σχολὴν ἀγάγοι ἐπ' ἐμὲ, ὅλη οὖσα ἐν τῷ Ἄττῃ; καίτοι τί ἐγὼ ἀδικῶ, δείκνυμι τὰ καλὰ οἷά ἐστιν; ὑμεῖς δὲ μὴ ἐφίεσθε τῶν καλῶν· μὴ τοίνυν ἐμὲ αἰτιᾶσθε τούτων. ἢ θέλεις σὺ, ὦ μῆτερ, αὐτὴ μηκέτι ἐρᾶν, μήτε
C σὲ τοῦ Ἄρεως, μήτ' ἐκεῖνον σέ; ΑΦΡΟ. ὡς δεινός εἶ, καὶ κρατεῖς ἀπάντων· ἀλλὰ μεμνῆσθαι μου ποτὲ τῶν λόγων.

ΔΙΟΣ, ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ, ΚΑΙ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ.

IOVIS, ÆSCVLAPII, ET HERCVLIS, Iacobo Micyllo interprete.

IVPITER. DESINITE ô Æſculapi & tu Hercules contendere inter vos iurgiis perinde vt homines. Indecora enim hęc, & à cõuiuio deorum aliena. HERC. At vis, ô Iupiter, medicamentarium iſtum priore loco accumbere, quàm me? ÆS. Quid ni, per Iouem? melior quoq; enim ſum. HERC. In quo igitur ô attonite? an quòd te Iupiter fulmine aliquãdo percuſſit, eo quòd quæ nefas erat, feceras: nunc autem ex miſericordia iterum immortalitatis particeps factus es? ÆS. Oblitus verò etiam tu es Hercules, quòd in Oeta conflagraſti, quandoquidem mihi ignem obiicis. HER. Nequaquam æqualia atq; ſimilia ſunt quæ vterq; in vita egimus, vt qui ipſe quidem Iouis filius ſim, tãtos autem labores ſuſtinuerim, expurgata vita,

Æſculapius & Hercules de ceſſione contendũt.

D ΠΑύσασθε, ὦ Ἀσκληπιὲ καὶ Ἡράκλεις, ἐρίζοντες πρὸς ἀλλήλους ὥσπερ ἄνθρωποι. ἀπρεπῆ γὰρ ταῦτα, καὶ ἀλλότρια τοῦ συμποσίου τῶν θεῶν. ΗΡΑ. ἀλλ' ἐθέλεις, ὦ Ζεῦ, τουτονὶ τὸν φαρμακέα πρόκλισιν ἐνεγκλινέσθαι μου. ΑΣΚ. νὴ Δία, καὶ ἀμείνων γὰρ εἰμι. ΗΡΑ. κἄπειτα, ὦ ἐμβρόντητε; ἢ δίκη σε ὁ Ζεὺς ἐκεραύνωσεν, ἃ μὴ θέμις ποιοῦντα, νεῳ ὄντα κατ' ἔλεον αὖθις ἀθανασίας μετείληφας; ΑΣΚΛΗ. ὑπελέλησαι γὰρ καὶ σὺ, ὦ Ἡράκλες, ἐν τῇ Οἴτῃ κατεφλεγείς, ὅτι μοι ὀνειδίζεις τὸ πῦρ; ΗΡΑ. οὐκοῦν ἴσα καὶ ὅμοια βεβίωται ἡμῖν· ὃς Διὸς μὲν υἱός εἰμι, τοσαῦτα δὲ πεπόνηκα, ἐκκαθαίρων τὸν βίον,

θηεία καταγωνιζόμενος, καὶ ἀνθρώποις ὑβρι-
σταὶς τιμωρούμενος. σὺ δὲ ῥιζοτόμος εἶ, καὶ
ἀγύρτης, νοσοῦσι μὲν ἴσως ἀνθρώποις χρήσι-
μος ὅταν δέῃ τῶν φαρμάκων, ἀνδρῶδες δὲ
οὐδὲν ὅταν δεδεμένος. ΑΣΚ. οὐ λέγεις, ὅτι
σου τὰ ἑλκύματα ἰασάμενος, ὅτε πρῶτον
ἀνῆλθες ἡμίφλεκτος ὑπ' ἀμφοῖν διεφθαρ-
μένος τὸ σῶμα τὸ χιτῶνος, καὶ μετὰ τοῦ-
το, τοῦ πυρός. ἐγὼ δὲ εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, οὔτε
ἐδούλευσα ὥσπερ σὺ, ὅτε ἔξαινον ἔρια ἐν
Λυδίᾳ, πορφυρίδα ἐνδεδυκώς, καὶ παιόμε-
νος ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης χρυσῷ σφυδάλῳ, B
ἀλλ' οὐδὲ μελαγχολήσας, ἀπέκτεινα τὰ τέ-
κνα, καὶ τὴν γυναῖκα. ΗΡΑ. εἰ μὴ παύ-
σῃ λοιδορούμενός μοι, αὐτίκα μάλα εἴσῃ, ὡς
οὐ πολύ σε ὀνήσῃ ἡ ἀθανασία, ἐπεὶ ἀράμενός
σε, ῥίψω ὅτι κεφαλὴν ἐκ τοῦ ὄρους, ὥστε
μηδὲ τὸν Παίονα ἰάσασθαί σε, ὃ κρανίον
συντριβέντα. ΖΕΥΣ. παύσασθε, φημί,
καὶ μὴ ὅπως παρέξετε ἡμῖν τὴν ξυνουσίαν, ἢ
ἀμφοτέρους ἀποπέμψομαι ὑμᾶς τοῦ συμ-
ποσίου· κεῖται δ' ἡμῖν, ὦ Ἡράκλεις, πρὸ κα-
θαχλίνεσθαί σε τὸν Ἀσκληπιὸν, ἅτε καὶ πρότερον ἀποθανόντα.

deuictis beſtiis, & hominibus contumelioſis vindicta ac pœna affectis. Tu verò radicum inciſor es, & circulator, ægrotãtibus fortaſſis hominibus vtilis, medicamenta adhibendo: virile autẽ nihil quicquam opere præſtitiſti. ÆS. Rectè dicis, quoniam & inuſtiones tuas curaui, quando paulo antè aſcendiſti ad nos ſemiuſtulatus, corpore vtrinque corrupto ac perdito, & à tunica iſta, & poſt illam etiã à flamma. Ego verò quid? ſi nihil aliud, tamen neq; ſeruiui quemadmodum tu, neq; lanificium exercui in Lydia indutus purpura, & ab Omphale verberatus ſandalio aureo: neque verò etiam inſaniens occidi liberos & vxorem. HER. Niſi deſinas conuitiari, ſtatim admodum ſenties quòd non multum tibi profutura ſit immortalitas: quoniam ſublatũ hinc è cœlo præcipitem dabo te, vt ne ipſe quidem Pæon curauerit te, diminuto atque effracto tibi cerebro. IVP. Deſinite, inquam, & ne perturbate nobis conuerſationem hanc: aut ambos hinc ablegabo vos è cõuiuio. Quanquam etiam æquum eſt ô Hercules, priore loco accumbere Æſculapium, quippe qui & prior mortuus eſt.

ΕΡΜΟΥ, ΚΑΙ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ.

MERCVRII ET APOLLINIS, Eodem interprete.

ΤΙ σκυθρωπὸς εἶ, ὦ Ἀπολλον; ΑΠ. C
ὅτι, ὦ Ἑρμῆ, δυσχερῶς ἔχω τοῖς ἐρωτικοῖς.
ΕΡ. ἄξιον μὲν λύπης τὸ πρᾶγμα· σὺ δὲ τί
δυσχεραίνεις; ἢ ὅτι σοι τὴν Δάφνην σε λυπεῖ
ἔτι; ΑΠ. οὐδαμῶς· ἀλλ' ἐρῶμενον πενθῶ
τὸν Λάκωνα τὸν Οἰβάλου. ΕΡ. τέθνηκε γάρ,
εἰπέ μοι, ὁ Ὑάκινθος; ΑΠΟΛ. καὶ μάλα. ΕΡ. πρὸς τίνος, ὦ Ἀπολλον; ἢ τίς οὕ-
τως ἀνέρωτος ἐγένετο, ὡς ἀποκτεῖναι τὸν καλὸν
οὕτω μειράκιον; ΑΠ. αὐτὸς ἐμοῦ τὸ ἔρ-
γον. ΕΡ. σκώπτεις ἐμαίνου, ὦ Ἀπολλον; ΑΠ. D
οὐκ, ἀλλὰ δυσχήμονί τινι ἀτυχήματι ἐλήφθη.
ΕΡ. πῶς; ἐθέλω γὰρ ἀκοῦσαι τὸν λόγον.
ΑΠ. δισκεύων ἐμανθάνομεν, κἀγὼ συνεδίσκευον
αὐτῷ· ὁ δὲ κατάσχων ἀέριον ἀπολεύμενος
Ζέφυρος, ἤρα μοι ἐκ πολλοῦ τὸν αὐτὸν, ἀμε-
λούμενος δὲ, καὶ μὴ φέρων τὴν ὑπερφρόνησιν,

QVid verò triſtis es Apollo? APOL. Quoniam, ô Mercuri, miſer atque infelix circa amores ſum. MERC. Dignum quidem mœrore hoc: ſed tu quo pacto miſer atq; infelix es? An adhuc dolore afficit te id quod cum Daphne accidit? APOLL. Nequaquam: ſed amaſium doleo Laconem illum Oebali filiũ. MER. An mortuus eſt Hyacinthus? dic mihi. APOL. Atque admodum. MER. Vnde Apollo? aut quis ita ab omni amore alienus fuit, vt occiderit formoſum illum puerum? APOL. Meum ipſius factũ hoc eſt. MER. Quid igitur? inſaniuiſtin' Apollo? APOL. Non: ſed infortunium quoddã inuito mihi accidit. MER. Quomodo? cupio enim audire rationem hanc. APOL. Diſco ludere diſcebat, atque ego vnà cum illo ludebam. Cæterùm ventorum omnium peſſimè perditus Zephyrus amabat quidem longo iam tempore etiam ipſe illum. Verùm neglecto eo, & contemptum iſtum non ferente,

MERCVRIVS.

Hyacinthus cum Apolline disco ludens interficitur.

ego quidem, quemadmodum consueueramus, discum in altum sursum versus iaculabar, ille autem deorsum à Taygeto spirans, ablatum hunc in caput puero inflixit, ita vt ex ea plaga & cruor manaret affatim, & ipse puer statim moreretur. Verùm ego è vestigio Zephyrum vlciscebar, tortis in eum sagittis, fugientemq; ad montem vsque persequendo. Puero autem & tumulum extruxi in Amyclis, quo loco discus eum prostrauit: & florem ex cruore illius terram induere feci, suauissimum illum quidem Mercuri, atque omnium fragrantissimum, præterea & literas quasdam habentem, quæ mortuũ ipsum quasi deplorant. Num tibi igitur præter rationem mœstus fuisse videor? MERC. Sanè verò, Apollo. Noras enim mortalem te comparasse amasium tibi: quare dolere non debes mortuo iam illo.

A ἐγὼ μὲν ἀνέῤῥιπτα, ὡς ταῦτ' εἰώθαμεν, τὸν δίσκον εἰς τὸ ἄνω. ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ Ταΰγετον καταπνεύσας ὅπη κεφαλῆς τοῦ παιδὸς ἐνέσησε, φέρων αὐτὸν, ὥστε ἀπὸ τῆς πληγῆς αἷμά τε ῥυῆναι πολὺ, καὶ τὸν παῖδα θᾶττον ἀποθανεῖν. ἀλλ' ἐγὼ τὸν μὲν Ζέφυρον αὐτίκα ἠμυνάμην καταξύσας, φεύγοντι ὀπισθόμβους ἀφεὶς τοῖς ὄρεσι· τοῦ παιδὸς δὲ καὶ τάφον ἐχώσαμεν ἐν Ἀμύκλαις, ὅπου ὁ δίσκος αὐτὸν κατέβαλε. καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος θᾶττον ἀναδοῦναι τὴν γῆν ἐποίησα, ἥδιστον, ὦ Ἑρμῆ, καὶ θαυμαστὸν ἀνθέων ἁπάντων, ἔτι καὶ γράμματα ἔχον, B ἐπαιάζοντα τοῦ νεκροῦ. ἆρά σοι ἀλόγως λελυπῆσθαι δοκῶ; ΕΡ. ναί, ὦ Ἀπολλον· ἤδη γὰρ θνητὸν πεποιημένος τὸν ἐρώμενον· ὥστε μὴ ἄχθου ἀποθανόντος.

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ.

MERCVRII ET APOLLINIS. Eodem interprete.

MERCVRIVS.

Deo quòd Vulcanus duas vxores formosissimas haberet, Venerem, & Gratiam.

ITAN' autem Vulcanum, cùm & claudus ipse sit, & artem adeò fabrilem & contemptam exerceat, Apollo, pulcherrimas duas vxores duxisse, Venerem, atque Gratiam? APOL. Felicitas quædam hæc, Mercuri. Veruntamen illud equidem miror, quòd cũ illo rem habere sustinent, & maximè quando vident sudore fluentem, in fornacẽ demitterẽ atque incuruare sese, multa adeo fuligine facie illius oppleta. Et tamen talis ipse cùm sit, amplectuntur ipsum, & osculãtur, & vnà dormiũt. MERC. Hoc & ipse indignor, & Vulcano inuideo. At tu comam nutri Apollo, ac citharam persona, animum ob pulchritudinem elatum atq; superbum præ te ferens: ego autem etiam ob habitudinem corporis, & lyram: cæterùm vbi cubitum eũdum fuerit, soli dormiemus. APOL. Ego verò aliàs quoque habeo Venerem minùs propitiam ad resamatorias: quippe etiam quos duos maximè præter cæteros amaui, Daphnẽ & Hyacinthum, illa quidem aufugit, atque odit me, adeò vt in lignum conuerti maluerit, quàm mecum rem habere: hic autem à disco interfectus est, & nũc pro illis coronas habeo. MER. At ego iam aliquando Venerem, sed non oportet gloriari. APOL. Noui, atq; etiam Hermaphroditum istum ex te aiunt peperisse ipsam. Veruntamen illud mihi dic, si nosti:

C Τὸ δὲ καὶ χωλὸν αὐτὸν ὄντα Ἥφαιστον, καὶ τέχνῃ ἔχοντα βαίαυσον, ὦ Ἀπολλον, τὰς καλλίστας γεγαμηκέναι, τήν τε Ἀφροδίτην, καὶ τὴν Χάριν; ΑΠΟΛ. ὑποτμία τις, ὦ Ἑρμῆ· πλὴν ἐκεῖνό γε ἐγὼ θαυμάζω, ὅ, ἀνέχεσθαι συνούσας αὐτῷ, καὶ μάλιστα ὅταν ὁρῶσιν ἱδρῶτι ῥεόμενον εἰς τὴν κάμινον, ὑπεκκαυφότα, πολλὴν αἰθάλην ὅλην τῷ προσώπου ἔχοντα. καὶ ὅμως φιλοῦσιν αὐτὸν, περιβάλλουσί τε, καὶ φιλοῦσι, καὶ συγκαθεύδουσι. ΕΡ. τοῦτο καὶ αὐτὸς ἀγανακτῶ, καὶ τῷ Ἡφαίστῳ φθονῶ, σὺ δὲ κόμα, ὦ Ἀπολλον, καὶ κιθαίζεις, καὶ μέγα D ὅτι τῷ κάλλει φέρῃ, κἀγὼ ὅτι τῇ εὐεξίᾳ, καὶ τῇ λύρᾳ· εἶτα ἐπειδὴν κοιμᾶσθαι δέοι, μόνοι καθευδήσομεν. ΑΠΟΛ. ἐγὼ δὲ καὶ ἄλλως ἀνάφροδίτος εἰμὶ εἰς τὰ ἐρωτικὰ, καὶ δύο γοῦν, οὓς μάλιστα ὑπερηγάπησα, τήν τε Δάφνην, καὶ τὸν Ὑάκινθον, ἡ μὲν ἀποδιδράσκει με, καὶ μισεῖ, ὥστε εἵλετο ξύλον γενέσθαι μᾶλλον, ἢ ἐμοὶ συνεῖναι· ὁ δὲ, ὑπὸ τοῦ δίσκου ἀπώλετο, καὶ νῦν ἀντ' ἐκείνου στεφάνους ἔχω. ΕΡ. ἐγὼ γὰρ ἤδη ποτὲ τὴν Ἀφροδίτην, ἀλλ' οὐ χρὴ αὐχεῖν. ΑΠΟΛ. οἶδα, καὶ τὸν Ἑρμαφρόδιτον ἐκ σοῦ λέγεται τετοκέναι, πλὴν ἐκεῖνό μοι εἰπὲ, εἴ τι οἶσθα,

πῶς ὑ ζηλοτυπεῖ ἡ Αφροδίτη τὴν Χαρίτων, ἢ ὑ Χάριτες ταύτην; ΕΡ. ὅτι, ὦ Απολλον, ἐκείνη μὲν αὐτῷ ὁ τῇ Λήμνῳ συνέζευγεν, ἡ δ' Αφροδίτη, ὁ τῷ Ἄρει· ἄλλως τε, καὶ τὸν Αρη ἔχει πάρεργα, κἀκείνῃ ἑῴᾳ, ὥστε ὀλίγον αὐτῇ τοῦ χαλκέως τούτου μέλει. ΑΠΟΛ. καὶ ταῦτα οἴει τὸν Ηφαιστον εἰδέναι; ΕΡ. οἶδεν· ἀλλὰ τί ἂν δράσαι δυναιτο, γενναῖον ὁρῶν νεανίαν, καὶ στρατιώτην αὐτόν; ὥστε τὴν ἡσυχίαν ἄγει, πλὴν ἀπειλεῖ γέ δεσμά τινα ἐπιμηχανήσασθαι αὐτοῖς, καὶ συλλήψεσθαι, σαγηνεύσας ὅτι τῆς δίκης. ΑΠ. οὐκ οἶδα, θύραιμεν δ' ἂν αὐτὸς ὁ ξυλληφθησόμενος εἴη.

A quomodo nõ æmulatur Venus Gratiam, aut cõtrà illa Venerem? MER. Quoniã, Apollo, illa in Lemno cum ipso consuetudinem habet: Venus autem in cœlo: præsertim autem hæc cum Marte plerũque versatur, atque illum amat: quapropter non ita multùm fabrũ istum curat. APOL. Atque hæc putas ipsum Vulcanum scire? MER. Scit: sed quid agat, cùm generosum adeo adolescentem, & præterea militarem ipsum esse videat? Quare silentium agit, nisi quòd minatur B quidem vincula quędam excogitasse cõtra illos sese, iisq; ipsos comprehensurum esse, circũdato veluti retibus quibusdam lecto. APOL. Nescio sanè: optarim verò ipse ille qui sic comprehenderetur, esse.

ΗΡΑΣ ΚΑΙ ΛΗΤΟΥΣ.

IVNONIS ET LATONÆ. Iacobo Micyllo interprete.

ΚΑλαὶ μὲν γὲ, ὦ Λητοῖ, καὶ τὰ τέκνα ἔτεκες τοῦ Διί. ΛΗ. ὑ πᾶσαι, ὦ Ηρᾳ, τοιοῦτοι ἥκειν δυνάμεθα, οἷος ὁ Ηφαιστός ἐστιν. ΗΡ. ἀλλ' ἔστω μὲν ὁ χωλὸς, ὅμως χρήσιμός τε ἐστὶ, τεχνίτης ὢν ἄριστος, & κατακεκόσμηκεν ἡμῖν τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν Αφροδίτην ἔγημε, καὶ σπουδάζεται πρὸς αὐτῆς· οἱ δὲ σοὶ παῖδες, ἡ μὲν αὐτῶν ἀρρενικὴ, πρᾶα τὸ μέτρον, καὶ ὄρθος, καὶ ὁ τελευταῖον, ἐς τὴν Σκυθίαν ἀπελθοῦσα, πάντες ἴσασιν οἷα ἐσθίει ξενοκτονοῦσα, καὶ μιμουμένη τοὺς Σκύθας αὐτοὺς, ἀνθρωποφάγους ὄντας· ὁ δ' Απόλλων, πρόσποιεῖται μὲν πάντα εἰδέναι, καὶ τοξεύειν, καὶ κιθαρίζειν, καὶ ἰᾶσθαι, καὶ μαντεύεσθαι, καὶ καταστησάμενος ἐργαστήρια τῆς μαντικῆς, ὃ μὲν, ἐν Δελφοῖς, τὸ δ' ἐν Κλάρῳ, καὶ ἐν Διδύμοις, ἐξαπατᾷ τοὺς χρωμένους αὐτῷ, λοξὰ & ἐπαμφοτερίζοντα πρὸς ἑκάτερον τῆς ἐρωτήσεως ἀποκρινόμενος, ὡς ἀκίνδυνον εἶναι τὸ σφάλμα. & πλουτεῖ μὲν ἀπὸ τοιούτου, πολλοὶ γὲ οἱ ἀνόητοι, & προέχοντες αὐτοῖς καταγελαστεύεσθαι· πλὴν οὐκ ἀγνοοῦσί γε ἔστὶ τῶν συνετωτέρων, & πολλὰ τερατευόμενος· αὐτὸς γοῦν ὁ μάντις ἠγνόει, ὅτι φονεύσει μὲν τὸν ἐρώμενον τοῦ δίσκου, ὑ προεμαντεύσατο δὲ, ὡς φεύξεται αὐτὸν ἡ Δάφνη, καὶ ταῦτα, οὕτω καλὸν καὶ κομήτην ὄντα, ὥστε ὑκ ὀρθῶς καθότι καλλιτεκνοτέρα τῆς Νιόβης ἔδοξας.

PVlchros enimuero Latona & liberos procreasti Ioui. LATO. Non enim omnes, ô Iuno, tales parere possumus, qualis Vulcanus est. IVN. At hic claudus quidem, vtilis certè tamen est, artifex optimus existens, ac cœlum nobis exornauit quoque, Venerémque vxorem duxit, à qua & studiosè obseruatur. Contrà autem tuorum liberorum altera quidem virilis vltra modum, & montiuaga est, & postremò in Scythiam quoque profecta, omnes sciũt qualia comedat, hospites mactando, ac Scythas ipsos imitando, qui humana carne vescuntur. Apollo autem simulat quidem omnia scire sese, & iaculari, & cithara canere, & medicum esse, & vaticinari: & erectis vaticinandi tabernis, hîc in Delphis, illic in Claro & Didymis, decipit consulentes se, obliqua, & in vtramque partem quæstionis propositæ inclinantia respondendo, ne videlicet erroris possit damnari: atque ita ex hoc quæstum facit, & ditescit. Multi enim amentes sunt, séque ipsos exhibent præstigiis deludendos. Verùm non ignoratur vtique à prudentioribus, quòd pleraque falsa ac ficta dictitet: quippe ille ipse vates ignorabat quòd interfecturus amasium suum esset disco: neque prædixerat ipse sibi quòd fugitura ipsum esset Daphne, idq; adeo formosum atque comatum. Quare non video qua causa pulchriores liberos te quàm Nioben illam procreasse putaris.

LAT. At verò liberi hi, hoſpitum ma-
ctatrix iſta videlicet,& mendax vaticinator ille, ſcio quo pacto mordeant te dum conſpiciũtur inter deos, & maximè quãdo hæc quidem ob pulchritudinem laudatur, ille autem citharam perſonat in conuiuio, omnibus ipſum admiratione proſequentibus. IVN. Nequeo riſum continere, Latona. illúmne admirantur? quem Marſyas, ſi iuſtè modò iudicare Muſæ voluiſſent, excoriaſſet meritò, vt qui ipſe in Muſica vicerat? nunc autem circumuentus miſer ille periit,iniuſtè ſanè damnatus. Hæc autem formoſa tua virgo, ita formoſa nimirũ eſt, vt poſteaquam animaduertit ſeſe conſpectam ab Actæone fuiſſe, verita ne adoleſcens ille turpitudinem ipſius euulgaret,immiſerit illi canes:vt interim non dicam quòd neque parturiẽtibus obſtetricatura fuiſſet, ſi virgo vtique & ipſa foret. LAT. Valde animo elato es Iuno,eo quòd cum Ioue concumbis, & vnà cum eo regnas: & propterea abſque metu contumelioſa es. Veruntamen videbo te non ita multo pòſt rurſum lacrymantem, quando te relicta in terram deſcenderit ille, in taurum aut cygnum conuerſus.

ΑΗ. Ταῦτα μὴν τοι τὰ τέκνα, ἡ ξενοκτόνος; καὶ ὁ ψευδόμαντις, οἶδα, ὅπως λυπεῖσε, ὁρῶμεν ἐν τοῖς θεοῖς, καὶ μάλιστα ὅταν ἡ μήν; ἐπαινῆται ἐς ὃ κάλλος, ὁ δὲ, κιθαρίζῃ ἐν τῷ συμποσίῳ θαυμαζόμενος ὑφ' ἁπάντων. ΗΡ. ἐγέλασα, ὦ Λητοῦ· ἐκφυὲς θαυμαστὸς, ὃν ὁ Μαρσύας, εἰ τὰ δίκαια αἱ Μοῦσαι δικάσαι ἤθελον, ἀπέδειρεν ἄν, αὐτὸς κριτήσας τῇ μουσικῇ; νῦν ὃ καταφρονηθεὶς ἄθλιος ἀπόλωλεν, ἀδίκως ἀλοὺς. ἡ δὲ καλή σου παρθένος, ὅτι καλή ἐστιν, ὥστε ἐπεὶ ἔμαθεν ὀφθεῖσα ὑπὸ τοῦ Ακταίωνος, φοβηθεῖσα μὴ ὁ νεανίσκος ἐξαγγείλῃ ὃ αἶσχος αὐτῆς, ἐπαφῆκεν αὐτοῦ τοῖς κυσίν. ἐῶ γὰρ λέγειν ὅτι οὐδὲ τὰς τεκούσας ἐμίσησε, παρθένος γε οὖσα αὐτὴ ἔτι. ΛΗ. μέγα, ὦ Ηρα, φρονεῖς, ὅτι ξυνεύδεις τῷ Διΐ, καὶ συμβασιλεύεις αὐτῷ, καὶ ἀφ' τούτου ὑβρίζεις ἀδεῶς· πλὴν ἀλλ' ὄψομαί σε μετ' ὀλίγον αὖθις δακρύουσαν, ὁπότ' ἂν σε καταλιπὼν ἐς τὴν γῆν κατέλθῃ, ταῦρος ἢ κύκνος γενόμενος.

ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

APOLLINIS ET MERCVRII. Eodem interprete.

APOLLO.

Deprehenſi Mars cũ Venere, à Vulcano vinculis colligãtur.

QVid rides Mercuri? MERC. Quoniam maximè ridicula, Apollo, vidi. APOL. Dic igitur, vt & ipſe auditis illis tecum ridere poſſim. MER. Venus cum Marte concumbens deprehenſa eſt,ac Vulcanus cõprehenſos illos vinculis cõſtrinxit. APOL. Quomodo? ſuaue enim quiddam dicere videris. MER. Longo iam tẽpore,opinor,cognitis his quę agebãtur,expiſcatus eſt illos,& lecto occultis quibuſdam vinculis circundato, abiens ad fornacem opus faciebat. Poſt hęc Mars ingreditur ſecretò,vt quidẽ ipſe putabat. Videt autẽ ipſum ex alto Sol,& rem ad Vulcanum defert. Vbi igitur lectum conſcendiſſent,& in opere eſſent,& iam intra retia tenerentur, circũuoluuntut ipſis quidẽ vincula,aſtat autem Vulcanus. Illa igitur(nam & fortè tũ nuda erat) pudore affecta, non habebat quo ſe tegeret. Mars verò ab initio fugere tentabat,ſperabátq; ſe vincula illa diſrupturum eſſe: cæterùm poſteaquam intellexit ſe vndiq; captũ teneri, neque effugere quoquam poſſe,ſupplicare cœpit.

ΤΙ γελᾷς, ὦ Ερμῆ; ΕΡ. ὅτι γελοιότατα, ὦ Απολλον, εἶδον. ΑΠ. εἰπὲ οὖν, ὡς καὶ αὐτὸς ἀκούσας ἔχω ξυγγελᾶν. ΕΡ. ἡ Αφροδίτη ξυνοῦσά τῳ Αρῃ, κατείληπται, καὶ ὁ Ηφαιστος ἔδησεν αὐτοὺς ξυλλαβών. ΑΠ. πῶς; ἡδύ γὰρ τι ἐρᾷν ἔοικας. ΕΡ. οὐ πολλοῦ οἶμαι χρόνου εἰδὼς ἐπήρθην αὐτούς· καὶ τοῦ τὸν δύνιον ἀφανῆ δεσμὰ τοιαῦτα, εἰργάζετο ἀπελθὼν ὅτι τὸν κάμινον. εἶτα ὁ μὲν Αρης εἰσέρχεται λαθών, ὡς ᾤετο, καθορᾷ δὲ αὐτὸν ὁ Ηλιος, καὶ λέγει τοῦτο τὸν Ηφαιστον. ἐπεὶ δὲ ἐπέβησαν τῷ λέχους, καὶ ἐν ἔργῳ ἦσαν, καὶ ἤδη ἐνεγλύφηντο τῷ ἀγκώνων, τοιαῦτα πλέκεται μὲν αὐτοῖς τὰ δεσμὰ, ἐφίσανται δὲ αὐτοῖς ὁ Ηφαιστος. ἐκείνη μὲν οὖν, καὶ γὰρ ἔτυχε γυμνὴ οὖσα, οὐκ εἶχεν ὅπως ἐγκαλύψαιτο αἰδουμένη, ὁ δὲ Αρης τὰ μὲν πρῶτα ἀφυγεῖν ἐπειρᾶτο, καὶ ἤλπιζε ῥήξειν τὰ δεσμὰ, ἔπειτα δὲ συνεὶς ἐν ἀφύκτῳ ἐῤῥιμμένον ἑαυτὸν, ἱκέτευε.

ΑΠΟΛ. τί οὖν; ἀπέλυσεν αὐτοὺς ὁ Ηφαιστος; ΕΡ. οὐδέπω, ἀλλὰ ξυγκαλέσας τοὺς θεοὺς, ὑπεδείκνυται τῷ μοιχείαν αὐτοῖς. οἱ δὲ γυμνοὶ ἀμφότεροι κάτω νενευκότες, ξυνδεδεμένοι ἐρυθριῶσι, καὶ ὃ θέαμα ἥδιστον ἐμοὶ ἔδοξε μονονουχὶ αὐτὸ γεγονέναι ὃ ἔργον. ΑΠΟΛ. ὁ δὲ χαλκεὺς οὐκ αἰδεῖται καὶ αὐτὸς ὑπεδεικνύμενος τῷ αἰσχρὸν τὸν γάμον; ΕΡ. μὰ Δί', ὅς γε καὶ ὑπηγελᾶ αὐτοῖς ἐφεστώς. ἐγὼ μὲν οὖν, εἰ χρὴ τἀληθῆ εἰπεῖν, ἐφθονοῦν τῷ Αρεῖ, μὴ μόνον μοιχεύοντι τὴν καλλίστην θεὸν, ἀλλὰ καὶ δεδεμένῳ μετ' αὐτῆς. ΑΠΟΛ. οὐκοῦν σὺ δεδέσθαι αὖ ἐθέλοις ἂν ἐμοῦ ἰδόντος; ΕΡ. σὺ δ' οὐκ ἄν, ὦ Απολλον; ἰδὲ μόνον ἐπελθών, ἐπαινέσομαί γέ σε, ἢν μὴ τὰ ὅμοια καὶ αὐτὸς δόξῃ ἰδών.

AAPOL. Quid igitur? soluitne ipsos Vulcanus? MERC. Nondum: sed conuocatis diis spectandum ipsis exhibuit adulterium. Illi autem nudi ambo, & colligati mutuò, inclinatis deorsum capitibus erubescebant. Atque adeo spectaculum hoc dulcissimũ mihi visum est, cùm tantùm non ipsum opus exhiberent. APOL. At faber ille an non pudore afficitur etiam ipse cùm spectandam ita exhibet coniugij sui turpitudinem? MER. Non per Iouem, quippe qui etiam arrideat ipsis astans. Ego verò, si opus est verum dicere, inuidebam Marti, non solùm quòd cum formosissima dea adulterium exercuisset, sed etiam quòd colligatus cũ ipsa vnà esset. APOL. Proinde & tu ligari hoc pacto sustineres? MER. Tu verò non, Apollo? Aspice modò & accedens (collaudabo enim te) si non eadem ipse quoque optabis vbi videris.

ΗΡΑΣ ΚΑΙ ΔΙΟΣ.

IVNONIS ET IOVIS. Iacobo Micyllo interprete.

Calũniatur Iuno Bacchum vini inuentorem.

ΕΓὼ μὲν ἠσχυνόμην ἄν, ὦ Ζεῦ, εἴ μοι τοιοῦτος υἱὸς ἦν, θῆλυς οὕτω καὶ διεφθαρμένος ἐκ τῆς μέθης, μίτρᾳ μὲν ἀναδεδεμένος τὴν κόμην, τὰ πολλὰ δὲ μετὰ γυναικῶν ἐκείνων ἐκ τυμπάνων καὶ αὐλῶν καὶ κυμβάλων χορεύων· καὶ ὅλως πάντι μᾶλλον ἔοικεν, ἢ σοὶ τῷ πατρί. Ζ. καὶ μὲν οὗτός γε ὁ θηλυμίτρης, ὁ διεφθαρμένος τὴν γυναικῆν, οὐ μόνον, ὦ Ηρα, τὴν Λυδίαν ἐχρώσατο, καὶ τοὺς κατοικοῦντας τὸν Τμῶλον ἔλαβε, καὶ τοὺς Θρᾴκας ἐκατηγάγετο, ἀλλὰ καὶ ἐπ' Ινδοὺς ἐλάσας τῷ γυναικείῳ τούτῳ στρατιωτικῷ, τοὺς τε ἐλέφαντας εἶλε, καὶ τῆς χώρας ἐκράτησε, καὶ τὸν βασιλέα τοῦτον ὀλίγου αὐτίκα ἁλόντα ἐλεεινόν τι παθόντα ἀπήγαγε· καὶ ταῦτα ἅπαντα ἐποίησεν, ὀργούμενος ἅμα, καὶ χορεύων, θύρσοις κεκοσμημένος κισσίνοις, μεθύων ὡς φῄς, καὶ ἐνθουσιάζων. εἰ δέ τις ἐπεχείρησε λοιδορήσασθαι αὐτῷ, ὑβρίσας ἐς τὴν τελετὴν, καὶ τοῦτον ἐτιμωρήσατο, ἢ καταδήσας τοῖς κλήμασιν, ἢ διαπαθῶν ποιήσας ἐκ τῆς μητρὸς ὥσπερ νεβρόν· ὁρᾷς ὡς ἀνδρεῖα ταῦτα, καὶ οὐκ ἀνάξια τοῦ παιδός; Εἰ δὲ παίζειν καὶ τρυφᾶν ἐθέλοντα αὐτοῖς, οὐδεὶς φθόνος·

C EQuidem erubescerem ô Iupiter, si mihi talis esset filius, effœminatus adeo, & perditus ebrietate, mitra quidem religata coma incedens, vt plurimum autem cum insanis mulieribus consuetudinem habens, mollior illis, ad tympana & tibias & cymbala choreas agens: & in summa cuiuis magis quàm patri tibi similis. IVP. At verò hic mitratus & mulierosus, non solùm, ô Iuno, Lydiam subiugauit, & eos qui ad Tmolum habitant, cepit, præterea & Thraces sub se redegit, verumetiam contra Indos profectus cum muliebri isto exercitu, & elephantos cepit, & terra potitus est, ipsumque regem, qui aliquantulum resistere ausus fuerat, captiuum abduxit. Atque hæc omnia fecit saliens pariter & choream ducens, hastis vtendo hederaceis, ebrius interea, vt ais, atque furore correptus. Quòd si verò quispiam illum conuiciari aggressus sit, contumeliosè de sacris illius loquendo: etiam hunc vlcisci solet, vel palmitibus ipsum implicando, vel à matre, perinde vt hinnulum, lacerari faciendo. Vides quàm virilia hæc, & me patre minimè indigna? Si verò lusibus quoque & deliciis inter hæc indulget, non est quòd inuideas:

& maximè si quis cogitet qualis hic sobrius futurus erat, quando etiam ebrius hæc facit. IVN. Tu mihi videris etiam laudare inuētum ipsius, vitem videlicet, & vinum: & hoc cùm videas qualia inebriati isti factitent, titubantes, & ad contumeliam prolabentes, & in summa, insanientes præ vino. Itaque & Icarium illum, cui primo donauit palmitem, ipsi compotores interfecere, ligonibus cæsum. IVP. Nihil hoc dicis. Non enim vinum hæc, neque ipse Dionysius efficit: sed immoderatus potus, & vltra quàm decet & satis est, repleri mero. Cæterùm si quis moderatè bibat, hilarior ille quidem & suauior fieri solet. Qualia verò Icarius passus est, tale nihil vlli compotorum facilè fecerit. Sed tu adhuc zelotypia affici videris, ac Semeles reminisci, Iuno: siquidem eas res Dionysij calumniaris, quæ sunt omnium pulcherrimæ.

Vinum mala non designat, sed nimius eius potus.

A χὴ μάλιστα εἰ λογίσαιτό τις οἷος αὖ νήφων ἔσοιτο ἰῶ, ὅπου ταῦτα μεθύων ποιεῖ. ΗΡ. σύ μοι δοκεῖς ἐπαινεῖν χὴ τὸ βότρυμα αὐτό, τὴν ἄμπελον, χὴ τὸν οἶνον, ἔτ' ταῦτα, ὁρῶν οἷα οἱ μεθυσθέντες ποιοῦσι σφαλλόμενοι, ἔτ' ἐς ὦθεν πατούμενοι, ἔτ' ὅλως μεμηνότες ὑπὸ τοῦ πότου· τὸν γοῦν Ἰκάριον, ᾧ πρώτῳ ἔδωκε τὸ κλῆμα, οἱ ξυμπόται αὐτοὶ διέφθειραν, πάντες τοῖς δικέλλαις. Ζ. οὐδὲν τοῦτο φῄς, ὦ γὴ οἶνος ταῦτα, οὐδὲ ὁ Διόνυσος ποιεῖ, ὃ δὲ ἄμετρον τοῦ πόσεως, χὴ ὃ παρὰ τὸ καλῶς ἔχοντος, ἐμφορεῖται τὸ ἀκράτου. ὡς σὴ αὖ ἔμμετρα πίνῃ, ἱλαρώτερος μὲν, χὴ ἡδίων γίγνοιτ' ἄν. οἷ δὲ ὁ Ἰκάριος ἔπαθεν, οὐδὲν ἂν ἐργάσαιτο οὐδένα τῶν ξυμποτῶν· ἀλλὰ σὺ ὑπιζηλοτυπεῖν ἔοικας, ὦ Ἥρα, χὴ τῆς Σεμέλης μεμνημένη, εἴγε δεδιέναι τὸν Διονύσου τὰ κάλλιστα.

ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΚΑΙ ΕΡΩΤΟΣ.

VENERIS ET CVPIDINIS. Erasmo Roterod. interprete.

VENVS. QVid tandem in causa est, Cupido, vt quum reliquos Deos omneis adortus expugnaris, Iouem ipsum, Neptunū, Apollinem, Iunonem, me denique matrem; ab vna Minerua temperes; vtq; aduersus hanc nec vllum habeat incēdium tua fax, & iaculis vacua sit pharetra, tum & ipse arcu careas, neque iaculari noris? CVP. Equidem hanc metuo, mater: est enim formidabilis, truculentoq; aspectu, ac ferocitate quadam supra modum virili: proinde si quando tenso arcu petam illam, galeæ cristam quatiens expauefacit me, moxq; formidine tremere occipio, sic vt arma mihi è manibus excidant. VEN. Atqui Mars an non erat hac formidabilior: & hunc tamen superatum exarmasti? CVP. Imò ille cupidè me recipit, atque vltrò etiam inuitat: verùm Minerua semper adductis superciliis obseruat. quin aliquando temere ad illam aduolaui, facem propius admouens: at illa, Si quidem ad me accesseris, inquit, per parentem Iouem, quouis modo te confecero, aut lancea te transfigam, aut pedibus arreptum in Tartara dabo præcipitem, aut ipsa te discerpam. Plurima item id genus comminabatur. Ad hæc acribus obtuetur oculis: postremò & in pectore faciem quandam gestat horrendam, viperis capillorum vice comatam: hanc nimirum magnopere formido: territat enim me, fugioq; quoties eam aspicio.

Cupido omnes deos superat, excepta Minerua, Musis, & quibusdam aliis, &c.

Τί δήποτε, ὦ Ἔρως, τοὺς μὲν ἄλλους θεοὺς καταγωνίσω ἅπαντας, τὸν Δία, τὸν Ποσειδῶ, τὸν Ἀπόλλω, τὴν Ἥραν, ἐμὲ τὴν μητέρα· μόνης δ' ἀπέχῃ τῆς Ἀθηνᾶς, χὴ ἐπ' ἐκείνης ἄπυρος μὲν σοι ἡ δᾷς, κενὴ δ' οἰστῶν ἡ φαρέτρα, σὺ δὲ ἄτοξος εἶ, ἔτ' ἄσχετος; ΕΡ. δέδοικα, ὦ μῆτερ, αὐτήν· φοβερὰ γάρ ἐστι, χὴ χαιτὴ, ἔτ' δεινὸς ὦδριχή. ὁπότ' οὖν ἐντεινάμενος ὃ τόξον ἵνα ἐπ' αὐτὴν ὑπισείσασα τὸ λόφον, ὑπιπλήττει με, ἔτ' ἐκ δρόμος γίνομαι, ἔτ' ἀπορρᾴ μου τὰ τοξεύματα ἐκ τῶν χειρῶν. ΑΦ. ὁ Ἄρης γὰρ ἦν φοβερώτερος ἴσως; χὴ ὅμως ἀφώπλισας αὐτὸν, χὴ νενίκηκας. ΕΡ. ἀλλ' ἐκεῖνος ἐκὼν παρεῖταί με, χὴ παρεσκεύασται. ἡ Ἀθηνᾶ δὲ, ὑφορᾶται ἀεὶ, χὴ ποτε, ἐγὼ μὲν ἄλλως πρόσειμι, πλησίον ἔχων τὴν λαμπάδα, ἡ δὲ, εἰ μοι παρέσῃ, φησὶ, νὴ τὸν πατέρα, τῷ δορατίῳ σε διαπείρασα, ἢ τῇ ποδὸς λαβομένη, χὴ ἐς τὸν Τάρταρον ἐμβαλοῦσα, ἢ αὐτὴ διασπασαμένη, διαφθερῶ. πολλὰ τοιαῦτα ἠπείλησε, χὴ ὀργὴ δὲ δριμὺ, χὴ ὅτι τῇ ἰδέᾳ ἔχει πρόσωπόν τι φοβερὸν, ἐχίδναις κατάκομον, ὅπερ ἐγὼ μάλιστα δέδοικα· μορμολύττεταί γάρ με, ἔτ' φεύγω ὅτὴν ἴδω αὐτό.

ΑΦΡΟ.

ΑΦΡ. Ἀλλὰ τιὸ μὴν Ἀθηναῖ δέδοικας, ὡς φῄς, Ϲ τὴν Γοργόνα· Ϲ ταῦτα, μὴ φοβηθεὶς τὸν κεραυνὸν τῦ Διός. αἱ δὲ Μοῦσαι, δέσποτα, τί σοι ἄτρωτοι, καὶ ἔξω βελῶν εἰσιν; ἢ κἀκεῖναι λόφους ὑπεισέρχονται, καὶ Γοργόνας προφαίνουσιν; ΕΡ. αἰδοῦμαι αὐτὰς, ὦ μῆτερ, σεμναί γάρ εἰσι, καὶ ἀεί τι φροντίζουσι, καὶ περὶ ᾠδὴν ἔχουσι, καὶ ἐγὼ παίσασθαι πολλάκις αὐταῖς, κηλούμενος ὑπὸ τῦ μέλους. ΑΦΡ. ἔα Ϲ ταῦτας, ὅτι σεμναὶ τιὸ ἦ Ἀρτέμιν τίνος ἕνεκα οὐ πτερώσῃς; ΕΡ. ὁ μὲν ὅλον, οὐδὲ καταλαβεῖν αὐτὸ οἷόντε, φοβούμεθα ἀεὶ δέ γε τὸ ὁρᾶν· εἶτα Ϲ ἴδέ τινα ἔρωτα ἤδη ἐρᾷς. ΑΦΡ. τίνος, ὦ τέκνον; ΕΡ. Θήρας, καὶ ἐλάφων, καὶ νεβρῶν, αἵρεσίν τε διώκουσα, Ϲ καταπτοῦσα, καὶ ὅλως περὶ ταῦτα τοιαῦτ' ἐστίν. ἐπεὶ τόν γε ἀδελφὸν αὐτῆς, καίτοι τοξότην αὐτὸν ὄντα, καὶ ἑκηβόλον. ΑΦΡ. οἶδα, ὦ τέκνον, πολλὰ ἐκεῖνον ἐτόξευσας.

AVEN. Esto sanè, Mineruam metuis, vt ais, atque huius gestamen Gorgona reformidas, idque quum Iouis ipsius fulmen non formidaueris: cæterùm Musæ quam ob causam abs te non feriuntur, atque à tuis iaculis tutæ agunt? num & hæ cristas quatiunt, aut Gorgonas prætendunt? CVP. Has quidem reuereor mater: sunt enim vultu pudico ac reuerendo: præterea semper aliquo tenentur studio, semper cantionibus animum intentum gerunt: quin ipse etiam non rarò illis assisto; carminis suauitate delinitus. B VEN. Esto, nec has adoriris, propterea quòd sint reuerẽdæ: at Dianam qua tandem gratia non vulneras? CVP. Vt breuiter dicam, hanc ne deprehendere quidem vsquam sum potis, quippe perpetuò per montes fugitantem. ad hæc alterius cuiusdam sui Cupidinis illa tenetur cupidine. VEN. Cuius ô gnate? CVP. Nẽpe venatu ceruorum & hinnulorum quos insectatur vt capiat, ac iaculo figat. Ac prorsum tota rerum huiusmodi studio tenetur. tametsi fratrem eius, qui nimirum arcu valet & ipse, feritque eminus. VEN. Teneo gnate, eum sæpenumero sagitta vulnerasti.

ΘΕΩΝ ΚΡΙΣΙΣ.

DEARVM IVDICIVM. Iacobo Micyllo interprete.

ΕΡμῆ, λαβὼν πυτὶ τὸ μῆλον, ἄπιθι ἐς τὴν Φρυγίαν πρὸς τὸν Πριάμυ παῖδα τὸν βουκόλον, (νέμει δὲ τὴν Ἴδης ὀρῶν τὰ Γαργαφίᾳ,) καὶ λέγε πρὸς αὐτὸν, ὅτι σε, ὦ Πάρι, κελεύει ὁ Ζεὺς, ὅπως καλός τε αὐτὸς εἶ, καὶ σοφὸς τὰ ἐρωτικὰ, δικάσαι ταῖς θεαῖς, ἥ τις αὐτῶν ἡ καλλίστη ἐστί· τῦ δὲ ἀγῶνος τὸ ἆθλον ἡ νικῶσα λαβέτω τὸ μῆλον. ὥρα δὲ ἤδη καὶ ὑμῖν αὐταῖς ἀπιέναι πρὸς τὸν δικαστήν· ἐγὼ δὲ ἀποδοῦμαι τιὸ διαιτᾶν, ὅπως τε ὑμᾶς ἀγαπῶν, καὶ εἴ γε οἷόν τε ἦν, ἡδέως μὲν ἁπάσας νενικηκυίας εἶδον· ἄλλως τε, καὶ δυάσκη, μιᾷ τὸ καλλίστου ἀποδόντα, πάντως ἀπεχθάνεσθαι ταῖς πλείοσι. δέομαι ταῦτα μὲν αὐτὸς οὐκ ὀκνῶν ὑπεύθυνος ὑμῖν δικαστής. ὁ δὲ νεανίας αὐτὸς ὁ Φρὺξ ἐφ' ὃν ἄπιτε, βασιλικὸς μὲν ὅστις, καὶ Γανυμήδους τούτου ξυγγενὴς, πάλαι δὲ, ἀφελὴς, καὶ ὄρφος, κοὐκ ἂν τις αὐτὸν ἀπαξιώσαι τοιαύτης θέας. ΑΦΡΟ. ἐγὼ μὲν; ὦ Ζεῦ, εἰ καὶ τὸν Μῶμον αὐτὸν ὑπεισήσας ἡμῖν δικαστὴν, θαῤῥοῦσα βαδιοῦμαι πρὸς τὴν ὑπόδειξιν.

CMErcuri, accepto hoc pomo abi in Phrygiam ad Priami filiũ, pastorem armẽti (pascit autem in Ida monte, quâ parte Gargarũ vocant) ac dic illi: Iupiter, inquiẽs, ô Pari, iubet te, posteaquã & ipse formosus es, & rerum amatoriarum doctus, sentẽtiam ferre inter deas, quęnam illarum omnium formosissima sit. Certaminis autem præmium, ea quæ vicerit, pomum accipiat. Porrò tempus iam est vt & ipsę vos abeatis ad Iudicem. Ego verò ablego à me arbitrium, vt qui ex æquo omnes vos amem, ac, si modò possibile fo- D ret, libenter omnes vos victrices videre vellem, præsertim quando & necesse est, qui vni pulchritudinis summam adiudicabit, eum omnino in odium cæterarum plurium incurrere. Quare equidem ipse vobis idoneus iudex non sum: adolescens autẽ ille Phrygius, ad quẽ hinc abitis, regio quidẽ genere prognatus est, & Ganymedis huius cognatus: cæterũ simplex & mõtanus: neq; quisquam illũ cognitione hac indignũ meritò putauerit. VEN. Ego verò, Iupiter, etiam si Momum ipsũ prẽstituas nobis iudicẽ, præsenti animo itura sum ad documentum mei præbendum.

IVPITER. *De iudicio Paridis.*

Quid enim adeò reprehenderet ille in me? Sed oportet etiam hisce placere hominem. IVN. Neque nos, Venus, timemus quicquam, etiamsi Mars iste tuus electus sit arbiter: sed recipimus & hunc Parin, quisquis etiam fuerit. IVP. Num igitur & tibi eadem hæc, filia, placent? quid respondes? auertis te, & erubescis? Est quidem peculiare hoc virginibus vobis, verecundia affici erga talia: sed tamen annuis. Abite igitur: ac videte ne infensiores fiatis iudici, quæcunque victæ fueritis, néve malum aliquod inferatis ipsi adolescentulo. Neque enim fieri potest vt æqualiter omnes formosæ sitis. MER. Procedamus ergo rectà versus Phrygiã. Ac ego quidem præibo, vos autem non lentè & sequimini me, & bono animo este. Noui ego Paridem hunc: adolescens est formosus, & quod ad cætera attinet, amori deditus, & ad talia disceptanda maximè idoneus: neque ille facilè iudicauerit malè. VEN. Hoc quidem totum bene, adeóque pro me narras, iustum videlicet esse nobis iudicem. Vtrùm autem & vxore adhuc caret hic, an & mulier quæpiam ipsi cohabitat? MER. Non omnino absque vxore est, Venus. VEN. Quòmodo hoc dicis? MER. Videtur quædam cum eo habitare mulier Idæa, sic satis formosa, cæterùm rustica, atque inter montes malè consueta: sed non admodum adhibere animum ipsi videtur. Cuius igitur gratia hęc interrogas? VEN. Nullius sanè rei, sed ita temerè in mentem venit. MINERVA. Malè legationem obis, heus tu, qui priuatim cum hac consilia confers. MER. Nihil mali, Minerua, hoc: neque etiam contra vos: sed interrogabat me an vxore adhuc careret Paris. MIN. Quamobrem igitur hoc superstitiosè adeò illa curat? MER. Nescio. Aiebat igitur quòd temerè ita in mentem venisset hoc, neque ex composito interrogasset me. MIN. Quid ergo? carét ne vxore adhuc? MERC. Non videtur. MIN. Quid autem? bellicæ ne rei studio aliquo tenetur, atque amans gloriæ est, an nihil aliud quàm bubulcus est? MERC. Verum quidem non possum dicere: coniecturam autem facere licet, iuuenis cùm sit, etiam has res consequi illum cupere, ac velle præcipuum in præliis esse se. VEN. Vides? nihil ego nunc conqueror, neque crimini verto tibi, quòd cum hac seorsim nunc loqueris. Querulorum enim hoc, non Veneris.

Α τί γὰρ αὖ καὶ μεμψαίατό μου; χρὴ δ' καὶ ταύταις ἀρέσκειν τὸν αἰδεσιμον. ΗΡΑ. οὐδ' ἡμεῖς ὦ Αφροδίτη δεδιαμεν, οὐδ' αὖ ὁ Αρης ὁ σὸς ὁπηπαπῆ τιὼ δικαστὴς, ἀλλὰ δεχόμεθα καὶ τοῦτον, ὁστις αὖ ἦ, τὸν Πάριν. ΖΕΥΣ. ἦ καὶ σοὶ ταῦτα, ὦ θύγατερ, σωφρονεῖ; τί φῄς; ἀποστρέφῃ, καὶ ἐρυθριᾷς; ἔστι μὲν ἴδιον ὃ αἰδεῖσθαί γε τὰ τοιαῦτα, ὑμῖν τοῖς παρθένοις· ὁπινυίεις δὲ ὅμως. ἄπιτε οὖν, καὶ ὅπως μὴ χαλεπήνητε τῷ δικαστῇ αἱ νενικημέναι, μηδὲ κακὸν ἐπεύξησθε τῷ νεανίσκῳ. οὐ γὰρ οἷόν Β τε ὁπίσω εἶναι καλὰς πάσας. ΕΡ. πορεύωμεν δ' ὑπὸ τὴς Φρυγίας· ἐγὼ μὲν ἡγούμενος· ὑμεῖς δὲ μὴ βραδέως ἀκολουθεῖτέ μοι, καὶ θαῤῥεῖτε, οἶδα ἐγὼ τὸν Πάριν, νεανίας ὄντ' καλὸς, καὶ τἆλλα ἐρωτικὸς, καὶ τὰ τοιαῦτα κρίνειν ἱκανώτατος, οὐκ ἂν οὖν ἐκεῖνος δικάσαιτε κακῶς. ΑΦΡΟ. τοῦτο μὲν ἄπαν ἀγαθὸν, καὶ πορρὼ ἐμοῦ λέγῃς, ὃ δίκαιον ἡμῖν εἶναι τὸν δικαστὴν· πότερα δ', ἄγαμός ὄστιν οὗτ', ἢ καὶ γυνή τις αὐτῷ σύνεστιν; ΕΡ. οὐ πάντελῶς ἄγαμός ὄστιν, ὦ C Αφροδίτη. ΑΦΡΟ. πῶς λέγῃς; ΕΡ. δοκεῖ τις αὐτῷ συνοικεῖν Ιδαία γυνὴ, ἱκανὴ μὲν, ἄγροικος δὲ, καὶ δεινῶς ὄρφος, ἀλλ' οὐ σφόδρα προσέχειν αὐτῇ ἔοικε. τίνος δ' οὖν ἕνεκα ταῦτα ἐρωτᾷς; ΑΦΡΟ. ἀλλως ἠρόμην. ΑΘΗ. πολυπραγμοσύνης, ὦ σοῦ, ἰδίᾳ ταύτῃ κοινολογούμενος. ΕΡ. σοὶ μὲν, ὦ Αθηνᾶ, δῆνον, σοὶ δὲ καὶ ὑμῖν. ἀλλ' εἴρετό με, εἰ ἄγαμος ὁ Πάρις ὄστιν; ΑΘΗ. ὡς δὴ τί τοῦτο πολυπραγμονοῦσα; ΕΡ. οὐκ οἶδα. φησὶ δ' οὖν ὅτι ἄλλως ἐπέλθοι, οὐκ ἐξεπίτηδες, ἤρετό με. ΑΘΗ. D τί οὖν ἄγαμός ὄστιν; ΕΡ. ὡ δοκεῖ. ΑΘΗ. τί δ' τῷ πολεμικῷ ὄστιν αὐτῷ ὁπλομία, καὶ φιλόδοξός τις, ἢ ὃ πρῶ βουκόλος; ΕΡ. ὃ μὲν ἀληθὲς οὐκ ἔχω λέγειν, εἰκάζειν δ' χρὴ νέον ὄντα, ἐκ τούτων ὀρέγεσθαι τυχεῖν, καὶ βούλεσθαι αὐτὸν πρῶτον αὐτὸν εἶναι κατὰ μάχας. ΑΦΡ. ὁρᾷς; σοὶ μὲν ἐγὼ μέμφομαι, σοὶ δὲ προσκαλῶ σοι, ὃ πρὸς ταῦτα ἰδίᾳ λαλῇν. μεμψιμοίρων γὰρ, καὶ οὐκ Αφροδίτης τὰ τοιαῦτα.

ΕΡ. ἢ αὕτη χρεὼν τἀυτά με ἤρετο, δῆ μὴ χαλεπῶς ἔχε, μηδ' οἴου μειονεκτεῖν, εἴ τι καὶ ταύτῃ τῷ ἁπλοῦν ἀπεκρινάμην. ἀλλὰ μεταξὺ λόγων ἤδη πολὺ προῆμεν, ἀπεστάσαμεν τῶν ἀστέρων; καὶ χρεὼν γε τὴν Φρυγίαν ἐσμέν. ἐγὼ δὴ καὶ τὴν Ἴδην ὁρῶ, καὶ τὸν Γάργαρον ὅλον ἀκριβῶς, εἰ δὲ μὴ ἐξαπατῶμαι, καὶ αὐτὸν ὑμῶν τὸν δικαστὴν τὸν Πάριν. ΗΡΑ. ὅπου δέ ἐστιν; οὐ γὰρ καμοὶ φαίνεται. ΕΡ. ταύτῃ, ὦ Ἥρα, πρὸς τὰ λαιὰ σκόπει, μὴ πρὸς ἄκρῳ τῷ ὄρει, πρὸς δὲ τὸ πλάγιον, ἢ τὸ αὔλειον ἐκ τῆς ἀγέλης ὁρᾷς. ΗΡΑ. ἀλλ' οὐχ ὁρῶ τὴν ἀγέλην. ΕΡ. τί φῄς; οὐχ ὁρᾷς βοίδιά τε καὶ τὸν ἐμὸν οὗτοι δάκτυλον ἐκ μέσων τῶν πετρῶν προερχόμενα, καί τινα ἐκ τοῦ σκοπέλου καταθέοντα, καλαύροπα ἔχοντα, καὶ ἀπείργοντα μὴ πρόσω διασκίδνασθαι τὴν ἀγέλην; ΗΡ. ὁρῶ νῦν, εἴ γε ὀκνηρός ἐστιν. ΕΡ. ἀλλ' ὀκνηρὸς ὑπῆ· ἢ πλησίον ἐσμὲν ὅτι τῆς γῆς, εἰ δοκεῖ, καταστάντες, βαδίζωμεν, ἵνα μὴ διαταράξωμεν αὐτὸν αἰῶρον ἐξ ἀφανοῦς καταπηδήσαντες. ΗΡ. εὖ λέγεις, καὶ οὕτω ποιῶμεν· ἐπεὶ ἢ καλεβεβήκαμεν, ὥρα σοι, ὦ Ἀφροδίτη, προηγεῖσθαι, καὶ ἡγεῖσθαι ἡμῖν τῆς ὁδοῦ· σὺ γὰρ ὡς τὸ εἰκὸς, ἐμπειρος εἶ τῶν χωρίων, πολλάκις ὡς λόγος κατελθοῦσα πρὸς Ἀγχίσην. ΑΦΡ. ἀσφόδρα, ὦ Ἥρα, τούτοις ἀηδόμεθα τοῖς σκώμμασιν. ΕΡ. ἀλλ' ὅμως ἐγὼ ὑμῖν ἡγήσομαι· καὶ γὰρ αὐτὸς ἐθιζόμενος τῇ Ἴδῃ, ὁπότε ὁ Ζεὺς ἤρα τε μειρακίου τοῦ Φρυγὸς, καὶ πολλάκις δοῦλος ἦλθον ὑπ' ἐκείνου καταπεμφθεὶς εἰς κατασκοπὴν τοῦ παιδὸς, καὶ ὁπότε ἥδη ἐν τῇ ἀετῷ εἴη, συμπεριπλάμενος αὐτῷ, καὶ συνεκυφίζων τὸν καλὸν· καὶ εἴ τε μέμνημαι, ἀπὸ ταυτησὶ τῆς πέτρας αὐτὸν ἁρπάσαντος. ὁ μὲν γὰρ τότε ἔτυχε συείζων πρὸς τὸ ποίμνιον καταπλαγεὶς ὑπὸ τοῦ ἀνέμου· ὁ δὲ Ζεὺς, κούφως μάλα τοῖς ὄνυξι περιδραξάμενος, καὶ τῷ σώματι τῷ ὑπὸ τὴν κεφαλὴν πάσαν δάκνων, ἀνέφερε τὸν παῖδα τεταραγμένον, καὶ τῷ πραχήλῳ ἀπεστραμμένῳ εἰς αὐτὸν ἀποβλέποντα. τότε δὴ ἐγὼ τὸν σύριγγα ἔλαβον· ἀποβεβλήκει γὰρ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ δέους. ἀλλὰ γὰρ ὁ διαιτητὴς ὑπῆ, πλησίον, ὥστε προσείπωμεν αὐτὸν χαίρειν, ὦ βουκόλε. ΠΑ. καὶ σύ γε, ὦ νεανίσκε. τίς δ' ὢν δοῦλος ἀφίξαι πρὸς ἡμᾶς; ἢ τίνας ταύτας ἄγεις τὰς γυναῖκας;

MER. C. Etiam hæc fermè eadem interrogauit me: quamobrem grauiter ne feras, néve putes eò minùs consecuturam esse te, quòd huic quoque simpliciter & absque dolo respondi. Verùm interea dũ sermones cedimus, iam multùm progressi, reliquimus post nos stellas, & propemodum Phrygiam contingimus. Ego verò etiam Idam video, adeoq; totum Gargarum exactè: &, si non fallor, ipsum quoque iudicem vestrum Paridem. IVNO. Vbi autem is est? neque enim ipsa etiam video illum. MER. Hac versum, Iuno, ad sinistram respice, non ad summũ montem, sed secundùm latus, vbi antrum illud & armentum vides. IVN. At non video armentum. MER. Quid ais? an non vides buculas secundùm meum hũc digitum ex mediis rupibus progredientes, & quendam à scopulo deorsum currentem, pedum manu tenentem, & prohibentem ne longiùs dispergatur armentum? IVN. Video nunc tandem, si modò ille est. MER. Ille verò. Sed quia propè iam sumus, in terrã, si videtur, demissi, pedibus faciamus iter, ne cõturbemus illum supernè ex improuiso deuolãdo. IVN. Rectè dicis, atque ita faciamus. Cæterùm posteaquam descendimus, tuũ iam est Venus, vt præeas, ac viam nobis ducendo commõstres. Tu enim, vt consentaneum est, locorum perita es: quippe quæ sæpius, vt fertur fama, huc ad Anchisen descenderis. VEN. Non admodũ Iuno, me tua ista mouet dicacitas. MER. At igitur ego vos ducam: nam & ipse frequenter in Ida versatus sum, quando Iupiter amabat adolescentulum istũ Phrygium: ac sæpius huc veni ab illo missus, vt quid ageret puer, obseruarem: & cùm iam in aquilam conuersus esset, vnà quoque cum ipso aderam, & vnà formosum illum subleuabam. Et, si modò satis memini, ab hac ipsa rupe illum in sublime abripuit. Nam hic quidem fortè tum fistula canebat ad ouile, Iupiter autem à tergo ipsi deuolãs, leuiter admodum vnguibus circumiectis, & ore in tiarã, quam super caput habebat, impresso, in altum sustulit puerũ, perturbatũ, & ceruice reflexa in ipsum intuẽtem. Tum igitur ego fistulam sustuli: abiecerat enim illam præ timore. At enim arbiter hic propè est, quare compellemus ipsum: Salue Bubulcee. PARIS. Et tu certè adolescens. Quis autem ipse es qui huc ad nos aduenerís: aut quasnam has adducis mulieres?

Non enim eiusmodi apparent, quæ in montibus versari commodè queant, formosæ adeò cùm sint. MERC. At non sunt mulieres. Iunonẽ verò, Pari, & Mineruam, & Venerem vides, & me Mercurium videlicet Iupiter ad te misit. Sed quid tremis & expallescis? ne metue. nihil enim periculi hîc. Iubet autem te iudicem esse pulchritudinis ipsarum. Quãdoquidem enim, inquit, & formosus ipse es, & doctus rerum amatoriarum, cognitionem hanc tibi commendo: certaminis autem præmium scies lecto hoc pomo. PAR. Cedo, vt videã quid sibi etiã velit. PVLCHRA, inquit, CAPIAT. Quo pacto igitur, ô here Mercuri, potero ego, mortalis cùm sim ipse ac rusticus, iudex esse tam inopinati spectaculi, & maioris adeò quàm pro bubulci captu? Nam huiusmodi causas disceptare, delicatorum atque vrbanorum magis est. Quod autem ad me attinet, vtra capella formosior altera sit, & iuuẽca num alia aliã superet, fortassis ex arte diiudicare possim. Hæ verò & formosæ pariter omnes sunt, & non video quo pacto aliquis ab vna ad aliã transferẽdo aspectum auellere queat. Non enim facilè absisterevult, sed cuicunq; se primò applicat, ei inhæret, & quod præsens est, laudat. Inde si ad aliud transierit, etiam illud formosum videt, & immoratur: & semper ab iis quæ propiora sunt, ceu per successionem excipitur. Et in summa, circũfusa mihi est pulchritudo ipsarum, & totũ me complexa tenet. Ac doleo quòd non & ipse, quemadmodũ Argus ille, toto corpore videre possum. Videor autem mihi bene tum iudicasse, si omnibus pomum hoc reddidero. Nã & rursum illud quoq; accedit, quòd hæc quidẽ Iouis soror & cõiunx est: illæ verò filiæ. Quomodo igitur non periculosum etiã hoc pacto iudicium hoc fuerit? MER. Nescio, nisi quòd non licet detrectare Iouis imperiũ. PAR. Vnũ igitur hoc Mercuri persuade ipsis, ne succenseãt mihi duæ illæ reliquæ quęcunq; victę fuerint: sed quicquid peccatum videbitur, id solis oculis imputent. MER. Ita facturas se aiunt. Tempus autem iam tibi est vt peragas iudiciũ. PAR. Faciemus periculum. Quid enim agat quispiam? Cæterùm illud primùm scire volo, vtrũ satis erit spectare ipsas, vt nunc sunt, vestitas: an verò etiam exuere sese necesse erit, vt diligentiùs inspici atque examinari eo possint. MERC. Hoc tuũ officium erit videre, vtpote iudicis: ac imperes ipsis licet, quomodocunq; etiã voles.

A ἃ γὰρ ὀπτήσθαι ὄρεσι πολλὰ, ὅτῳ γε ὅσαι καλαί. ΕΡ. ἀλλ' ἃ γυναῖκες εἰσιν. Ἦρα γ', ὦ Πάρι, καὶ Ἀθηνᾶν, καὶ Ἀφροδίτην ὁρᾷς, καί μὲ τὸν Ἑρμῆν ἀπέσταλεν ὁ Ζεύς. ἀλλά τί τρέμεις, καὶ ὠχριᾷς; καὶ μὴ δέδιθι· χαλεπὸν γὰρ οὐδέν· κελεύει δέ σε δικαστὴν γενέσθαι τῶν καλλῶν αὐτῶν. ὅπῃ γάρ, φησι, καλός τε αὐτὸς εἶ, καὶ σοφὸς τὰ ἐρωτικὰ, σοὶ τὴν γνῶσιν ὑπιστέπω τῆς δὲ ἀγῶνος τὸν ἆθλον εἶσῃ δυναγνοὺς ὃ μῆλον. ΠΑ. φέρ', ἴδω τί καὶ βούλεται. Η ΚΑΛΗ, φησι, ΛΑΒΕΤΩ. πῶς δῆτα οἷόν τε, ὦ δέσποτα Ἑρμῆ, δικασθείην ἐγὼ θνητὸς αὐτὸς, καὶ ἀγροικικὸς ὤν, δικαστὴς γενέσθαι παραδόξου θέας, καὶ μείζονος, ἢ κατ' βουκόλου; τὰ γὰρ τοιαῦτα κρίνειν, τῶν ἀβρῶν μᾶλλον, καὶ ἀστικῶν ἐστί. ὅ δ' ἐμὸν, αἶγα μόνην, αἰγὸς ὁποτέρᾳ ἢ καλλίων, καὶ δαιμόνιος δήπου δαμάσεως, τάχ' ἂν δικάσαιμι κατὰ τὴν τέχνην. αἱ πᾶσαι γὰρ πάσαί τε ὁμοίως καλαὶ, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως δῆτα τις ἀπὸ τῆς ἑτέρας ἐπὶ τὴν ἑτέραν μεταγάγοι τὸν ὄμμα ἀποστάσας. ἃ γὰρ ἐθέλει ἀφίστασθαι ῥᾳδίως, ἀλλ' ἔνθα ἂν ἀφίκηται πρῶτον, τούτου ἔχεται, καὶ ὃ παρὸν ἐπαινεῖ, κἂν ἐπ' ἄλλο μεταβῇ, κἀκεῖνο καλὸν ὁρᾷ, καὶ προσαμύεται, καὶ ἀπὸ τοῦ πλησίον προσαναβαίνεται, καὶ ὅλως προσέχυταί μοι ὁ κάλλος αὐτῶν, καὶ ὅλον προσείληφέ με, καὶ ἀθρόαν, ὅτι μὴ καὶ αὐτὸς ὥσπερ ὁ Ἄργος ὅλῳ βλέπειν δυνάμην τῷ σώματι. δοκῶ δ' ἂν μοι καλῶς δικάσαι, πάσαις ἀποδοὺς ὃ μῆλον. καὶ γὰρ αὖ καὶ τόδε· τοῦτο μὲν ἦ συμβέβηκε τῇ Διὸς ἀδελφῇ, καὶ γυναῖκα· ταύτας δ', θυγατέρας· πῶς οὖν ἂν χαλεπὴ καὶ οὕτως ἡ κρίσις; ΕΡ. οὐκ οἶδα· πλὴν ἂν οἷόν τε δυοῖν δοῖν τοῖς τοῦ Διὸς κεχαλασμένον. ΠΑ. ἐν τῷτο ὦ Ἑρμῆ, πεῖσαι αὐτὰς, μὴ χαλεπῶς ἔχειν μοι τὰς δύο τὰς νενικημένας, ἀλλὰ μόνων τῶν ὀφθαλμῶν ἡγεῖσθαι τὴν ἁμαρτίαν. ΕΡ. οὕτω φασὶ ποιήσειν, ὥρα δέ σοι ἤδη προαίνειν τὴν κρίσιν. ΠΑ. πειρασόμεθα. τί γὰρ αὖ καὶ πάθοι τις; σκῆψιν δὲ πρῶτον εἰδέναι βούλομαι, πότερα ὀξαρκέσῃ σκοπεῖν αὐτὰς ὡς ἔχουσιν, ἢ καὶ ἀποδύσαι δεήσῃ πρὸς τὸ ἀκριβὲς τῆς ἐξετάσεως; ΕΡ. ἔστω μὲν σὺν αὐτοῖς ἃ δικαστοῦ· καὶ πρόσταττε ὅπη καὶ θέλεις.

Π Α. ὅπῃ καὶ θέλω; γυμνὰς ἰδεῖν βάλομαι. ΕΡ. ἀπόδυτε, ὦ αὖται· σὺ δ' ὅπισθεν ἐγὼ δ' ἀπεστράφω. ΑΦ. καλῶς, ὦ Πάρι, καὶ σοφῶς γε ἀποδύσομαι, ὅπως μάθῃς ὅτι μὴ μόνας ἔχω τὰς ὠλένας λευκὰς, μηδὲ τὰ βλέφαρα μόνα μεγάλα φέρω, ὅλη δὲ εἰμὶ πᾶσα καὶ ὁμοίως καλή. ΑΘΗ. μὴ σοφώτερον αὐτῷ ἀποδύσῃ, ὦ Πάρι, πρὶν ἂν τὸν κεστὸν ἀποθῆται (φαρμακὶς γάρ ἐστι) μή σε καταγοητεύσῃ δι' αὐτοῦ. καίτοι γε ἐγὼ μηδ' ὅτῳ κεκαλλωπισμένῳ πρόσῃσθαι, μηδὲ τοσαῦτα ἐπιτετριμμένῳ χρώματα, καθάπερ ὡς ἀληθῶς ἑταίρᾳ τινὰ, ἀλλὰ γυμνὸν ὃ κάλλος ὅτι δεδύκασιν. Π Α. ὦ λέγουσι ὃ περὶ τὸν κεστοῦ· καὶ ἀπόδου. ΑΦΡ. τί οὖν οὐχὶ καὶ σὺ Ἀθηνᾶ τῷ κόρυθι ἀφελοῦσα, φιλῶ τὴν κεφαλὴν ὅτι δεδύκασι, ἀλλ' ὅτι σίδηρος τὸν λόφον, καὶ τὸν δικασταὶ φοβεῖς; ἢ δέδιας μή σοι ἐλέγξῃ τὸ γλαυκὸν τῶν ὀμμάτων αὐθις τῷ φοβερῷ βλεπόμενον. ΑΘΗ. ἰδοὺ σοι ἡ κόρυς αὕτη ἀφῄρηται. ΑΦΡ. ἰδοὺ σοι καὶ ὁ κεστός. ΗΡ. ἀλλ' ἀποδυσώμεθα. Π Α. ὦ Ζεῦ τερπίστιε, τῆς ἥδης, τοῦ κάλλους, τῆς ἡδονῆς· οἵα μὲ ἡ παρθένος· ὡς ὄ βασιλικὴ αὐτὴ καὶ σεμνὴ ἀπολάμπει, καὶ ἀληθῶς ἄξιον τῆς Διός· ὁρᾷ δὲ ἡδέως, καὶ γλαφυρόν τι καὶ προσαγωγὸν ἐμειδίασεν. ἀλλ' ἤδη μοὶ ἄλλης ἔχω τῆς εὐδαιμονίας· εἰ δοκεῖ σοὶ, καὶ ἰδίᾳ καθ' ἑκάστην ὁπιδεῖν βάλομαι, ὡς νῷν γε ἀμφίβολός εἰμι, καὶ οὐκ οἶδα πρὸς ὅ, τι καὶ ἀποβλέψω, πάντῃ τὰς ὄψεις προσαπώμνυος. ΑΦΡ. οὕτω ποιῶμεν. Π Α. ἄπιτε οὖν αἱ δύο. σὺ δὲ, ὦ Ἥρα, πρόσιμεν. ΗΡ. προσιμάω. καὶπειδὴ μὲ ἀκριβῶς ἴδῃς, ὥρᾳ σοι καὶ τἄλλα ἤδη σκοπεῖν, εἰ καλά σοι τὰ δῶρα τῆς νίκης τῆς ἐμῆς. ἐὰν γάρ με, ὦ Πάρι, δικάσῃς καλὴν, ἁπάσης ἔσῃ τῆς Ἀσίας δεσπότης. Π Α. οὐκ ὀπὶ δώροις ἐμοὶ τὰ ἡμέτερα· πλοῦτον ἀλλ' ἄπιθι, πεπρόξεται γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ· σὺ δ' ἐπίδειξαι Ἀθηνᾶ. ΑΘΗ. πάρεσκά σοι κἀτὰ τὴν μάχην, ὦ Πάρι, δικάσῃς καλὴν, ὅποτε ἥττων ἄπει οὐ μάχης, ἀλλ' ἀεὶ κρατῶν· πολεμικὴν γάρ σε, καὶ νικηφόρον ἀπεργάσομαι. Π Α. οὐδὲν Ἀθηνᾶ δεῖ μοι πολέμου καὶ μάχης· εἰρήνη γὰρ, ὡς ὁρᾷς, τανῦν ἐπέχει τὴν Φρυγίαν τε καὶ Λυδίαν, καὶ ἀπόλεμος ἡμῖν ἡ τοῦ πατρὸς ἀρχή.

A PAR. Quòmodocunq; etiam volo? Nudas igitur videre volo. MER. Exuite heus vos: tu verò inspice eas: ego interim auertam me. VEN. Rectè ô Paris. Atq; prima certè exuã me, vt noris quòd nõ solùm lacertos habeam candidos, neque etiã magnos & augustos oculos, præ me ferendo superbiam. Æqualiter verò sum tota & vniformiter pulchra. MIN. Ne priùs ipsam exueris, ô Paris, quàm cestum à se deposuerit (incantatrix enim est) ne te præstigiis circumueniat per illum. Et certè quidem oportebat neque etiam studiosè ita exornatam hîc adesse, neque tot coloribus fucatam, perinde ac B verè meretricem aliquam, sed ipsam formam nudam exhibere spectandã. PAR. Rectè sanè admonent illud de cesto: atque etiam depone illum. VEN. Cur nõ igitur & tu Minerua galea deposita nudum caput spectandum exhibes, sed contutis conum, & perterres iudicem? An vereris ne tibi obiiciat & reprehendat cæruleum istud oculorum si dempto terribili isto aspiciatur? MIN. Ecce tibi galea hæc ablata. VEN. Ecce tibi & cestus hic. IVN. Sed exuamur tandem. PAR. O Iupiter monstrifice, quod spectaculũ! C quæ pulchritudo! quæ voluptas! qualis virgo hęc! vt verò regalis illa & venerabilis effulget, adeóque verè digna Ioue! Tuetur autẽ suaue quiddam & iucundũ, ac blandũ & illecebrosum etiam arrisit. Sed iã satis habeo felicitatis huius. Si videtur autem, etiã seorsim vnamquamq; inspicere volo: quòniam nunc certè ambiguus sum, neq; satis scio ad quid etiam me referã, visu in omnes partes distracto. VEN. Ita faciamus. PAR. Abscedite igitur vos duæ: tu verò Iuno hîc mane. IVN. Maneo. Ac posteaquàm me diligenter inspexeris, tempus tibi erit & cæ- D tera iam spectare, num pulchra victoriæ meæ dona proposita tibi. Nã si me, Pari, formosiorem esse iudicaueris, vniuersæ eris Asiæ dominus. PAR. At non donis nostra hęc geruntur: sed tamen abi: mox enim agetur quicquid æquũ visum erit. Tu verò accede Minerua. MIN. Adsum tibi. Quòd si igitur me ô Pari, formosam esse iudicio declarueris, haud vnquam ex pugna victus abibis: bellatorem enim te, & victoriarum compotem efficiam. PAR. Nihil, Minerua, opus mihi est bello, & pugnis. Pax enim, vt vides, in præsentia tenet Phrygiam ac Lydiam, & ab hostibus quietũ est patris imperium.

Sed tamen cõfide: neque enim eo minùs feres: tametsi ob munera nequaquam iudicium feramus. Sed indue te tandem, & impone galeam: satis enim te inspexi: ac nunc Venerem adesse tempus est. VEN. Eccam me ipsam tibi. Ac contemplare singillatim vnumquodque diligenter, nihil cursu præteruehendo, sed immorando singulis etiam membris. Quòd si verò placet, ô formose, etiã hæc mea dicta accipe. Ego enim iamdudum aspiciẽs te iuuenem adeo, & formosum, qualem nescio an vllũ aliũ nutriat Phrygia, beatum quidẽ te puto ob pulchritudinem: reprehendo autẽ, quòd non relictis hisce rupibus & saxis, in vrbe alicubi vitam degis, sed corrũpi pulchritudinem istã finis in solitudine. Quid enim te montes isti iuuãt? aut quid proficiunt pulchritudine ista tua boues? Decebat autem te iam & vxorem duxisse, non tamen rusticam aliquam & indigenã, quales per Idã passim mulieres sunt, sed ex Græcia aliquam, vel Argiuã, vel Corinthiam, vel Lacænã, cuiusmodi Helena illa est, adolescentula & formosa, & nulla parte me ipsa inferior, & φ maximũ est, amori quoq; dedita. Nã illa si solùm etiã aspiciat te, satis scio, relictis omnib. fœq; ipsa ceu in deditionẽ tradita, sequetur & cohabitabit tecũ. Prorsũ autẽ & tu audisti iam aliquando de ipsa. PAR. Nihil etiam ô Venus. Nũc autem lubens audiero omne quicquid est de illa te narrantem. VEN. Est hęc filia quidem Ledæ formosæ illius, ad quam Iupiter è cœlo deuolauit in Cygnum conuersus. PAR. Qualis autẽ aspectu est? VEN. Cãdida quidem, qualẽ consentaneũ est esse è Cygno prognatam: tenera autẽ, vt quæ in ouo enutrita fuerit: nuda plerunq; exercẽs sese, & palæstricæ rei dedita. Adeo igitur magnopere ab omnibus passim expetitur, vt & bellũ ipsius caussã susceptũ fuerit, cũ Theseus nondũ nubilẽ illam rapuisset. Postea verò cũ iam ad florẽ ętatis peruenisset, optimi quiq; Achiuorum ad petendas illius nuptias sese obtulerũt. Antepositus autem reliquis tũ Menelaus fuit, ex genere Pelopidarũ natus. Quòd si autem voles, ego tibi cõficiam has nuptias. PAR. Quid narras? eiúsne quæ iam nupsit alteri? VEN. Iuuenis adhuc es, & rusticus. Ego verò noui quo pacto talia perficere conueniat. PAR. Quomodo? cupio enim & ipse scire. VEN. Tu quidem proficiscẽris ad perlustrandam Græciam, atq; vbi Lacedæmona peruenęris,

A ϑαῤῥῶ δὲ, ὦ μειονεκτήσῃς γὲ, κἂν μὴ ὑπὲρ δώρων δικάζωμεν· ἀλλ' ἔνδυθι ἤδη, καὶ ὑπόθες τὴν κόρυν, ἱκανῶς γὰρ εἶδον· τὴν Ἀφροδίτην παρεῖναι καιρός. ΑΦΡ. αὐτή σοι ἐγὼ πλησίον, καὶ σκόπει καθ' ἓν ἀκριβῶς, μηδὲν παραπτέχων· ἀλλ' ἐπιμελῶν ἑκάστῳ τῶν μελῶν· εἰ δὲ θέλῃς, ὦ καλὲ, καὶ τά δε μου ἄκουσον· ἐγὼ γὰρ πάλαι ὁρῶσά σε νέον ὄντα, καὶ καλὸν, ὁποῖον οὐκ οἶδα εἴ τινα ἕτερον ἡ Φρυγία τρέφει, μακαρίζω μὲν τῷ κάλλει, αἰτιῶμαι δὲ ὅτι μὴ ἀπολιπόντα τὰς σκοπέλους, καὶ ταυτασὶ τὰς πέτρας; κατ' ἄστυ ζῆν, ἀλλὰ μαραίνειν τὸ κάλλος ἐν ἐρημίᾳ. τί γὰρ σὺ ἀπολαύσας τῶν ὀρῶν; τί δ' αἱ βόες; ἔπρεπε δὲ ἤδη σοι γεγαμηκέναι, μὴ μέντοι ἀγροικόν τινα καὶ χωρίτιν, οἵαι κατὰ τὴν Ἰδὴν αἱ γυναῖκες, ἀλλά τινα ἐκ τῆς Ἑλλάδος, ἢ Ἀργεῖαν, ἢ ἐκ Κορίνθου, ἢ Λάκαιναν, οἵα περ ἡ Ἑλένη ἐστὶ, νέα, καὶ καλὴ, καὶ κατ' οὐδὲν ἐλάττων ἐμοῦ, καὶ τὸ δὴ μέγιστον, ἐρωτικὴ· ἐκείνη γὰρ εἰ καὶ μόνον θεάσαιτό σε, οἶδ' ἐγὼ, πάντα ἀπολιποῦσα, καὶ παραδοῦσα B ἑαυτὴν ἑκοῦσαν, ἕψεται, καὶ συνοικήσει. πάντως δὲ καὶ σὺ ἀκήκοάς τι περὶ αὐτῆς. ΠΑ. οὐδὲν, ὦ Ἀφροδίτη, νῦν δὲ ἡδέως ἂν ἀκούσαιμί σου, τὰ πάντα διηγουμένης. ΑΦΡ. αὕτη θυγάτηρ μέν ἐστι Λήδας, ἐκείνης τῆς καλῆς, ἐφ' ἣν ὁ Ζεὺς κατέπτη, κύκνος γενόμενος. ΠΑ. ποία δέ τις τὴν ὄψιν; ΑΦΡ. λευκὴ μέν, οἵαν εἰκὸς ἐκ κύκνου γεγενημένην· ἀπαλὴ δὲ, ὡς ἐν ᾠῷ τραφεῖσα, γυμνὰς τὰ πολλὰ, καὶ παλαιστικὴ· καὶ οὔτω δή τι περιττοῦ δάσους, ὥστε καὶ πόλεμον ἀμφ' αὐτῇ γενέσθαι, τῶν Θησέως ἄωρον ἔτι ἁρπάσαντος. οὐ μέντοι, ἀλλ' ἐπειδὴπερ εἰς ἀκμὴν κατέστη, πάντες οἱ ἄριστοι τῶν Ἀχαιῶν ὑπὲρ τῆς μνηστείας ἀπήντησαν, προεκέκριτο δὲ Μενέλαος τῶν Πελοπιδῶν γένους· εἰ δὲ θέλῃς, ἐγώ σοι καταπράξομαι τὸν γάμον. ΠΑ. πῶς φῄς; νύν τῆς γεγαμημένης; ΑΦ. νέος εἶ σὺ, καὶ ἄγροικος, ἐγὼ δὲ οἶδα ὡς χρὴ τὰ τοιαῦτα δρᾶν. ΠΑ. πῶς; ἐθέλω γὰρ κἀγὼ αὐτὸς εἰδέναι. ΑΦΡΟ. σὺ μὲν ἀποδημήσῃς ὑπὲρ θέαν δὴ τῆς Ἑλλάδος, κἀπειδὰν ἀφίκῃ εἰς τὴν Λακεδαίμονα,

ὄψεταί σε ἡ Ἑλένη· τοιοῦτος δὲ, ἐμοὶ αὐτὸ εἶη A videbit te Helena. Post illa verò meum
ὃ ἔργον, ὅπως ἐραθήσεταί σου, καὶ ἀκολουθήσῃ. ΠΑ. τοῦτ' αὐτὸ καὶ ἄπιστον εἶναί μοι δοκεῖ, ὃ, ἀπολιποῦσάν τὸν ἄνδρα, ἐθελῆσαι βαρβάρῳ καὶ ξένῳ συνεκπλεῦσαι. ΑΦΡ. θαῤῥεῖ τούτου γε ἕνεκα. παῖδε γάρ μοι ἐστὸν δύω καλὼ, Ἵμερος καὶ Ἔρως· τούτω σοι παραδώσω ἡγεμόνε τῆς ὁδοῦ χρησομένω. καὶ ὁ μὲν Ἔρως, ὅλος προελθὼν ἐς αὐτὴν, ἀναγκάσει τὴν γυναῖκα ἐρᾶν· ὁ δ' Ἵμερος, αὐτῇ σοι τοιοῦτος ὑπάρχων, τοῦτ' ὄπωρ ἐστίν, ἱμερτόν τε ἀπεργάσεται, καὶ ἐραστόν, καὶ αὐτὴ δὲ συμπροθυμήσεται, B δεήσομαι καὶ τῶν Χαρίτων ἀκολουθεῖν· ἅπαντες αὐτὴν ἀναπείσομεν. ΠΑ. ὅπως μὴ πάλαι χωρήσῃ, ἄδηλον, ὦ Ἀφροδίτη· πλὴν ἐρῶ γε ἤδη τῆς Ἑλένης, καὶ σχεδόν οἶδ' ὅπως καὶ ἐρᾶν αὐτὴν οἴομαι. ἐς πλέω δ' ἐγὼ τῆς Ἑλλάδος, καὶ τῇ Σπάρτῃ ὀπίσω μέλλω, ἐς ἐπόψομαι ἔχων τὴν γυναῖκα, καὶ ἀφίγμαι, ὅτι μὴ πάντα τοῦτα ἤδη ποιῶ. ΑΦΡ. μὴ πρότερον ἐραθῇς, ὦ Πάρι, πρὶν ἐμὲ τὴν προμνήστριαν, καὶ νυμφαγωγὸν, ἀμείψασθαι τῇ κρίσει. πρέπει γὰρ καμὲ νικηφόρον ὑμῖν συμπράξαι, καὶ ἑορτάσαι ἅμα ἐς τοὺς γάμους καὶ τὰ ὀπτήρια. πάντα γὰρ ἔνεστί σοι, τὸν ἔρωτα, ὃ κάλλος, τὸν γάμον τοῦτον τῶν μήλου πρίασθαι. ΠΑ. δέδοικα μή μου ἀμελήσῃς μὴ τὴν κρίσιν. ΑΦΡ. βούλῃ ἐπομόσομαι; ΠΑ. μηδαμῶς, ἀλλ' ἔχου πάλιν. ΑΦΡ. ὑπισχνοῦμαι δή σοι τὴν Ἑλένην προδώσειν γυναῖκα, καὶ ἀκολουθήσειν γε ἐς αὐτὸν, καὶ ἀφίξεσθαι πρὸς ὑμᾶς εἰς τὴν Ἰλιον, καὶ αὐτὴ πρέσομαι, καὶ συμπράξω τὰ πάντα. ΠΑ. καὶ τὸν Ἔρωτα, καὶ τὸν Ἵμερον, καὶ τὰς Χάριτας ἄξῃς; ΑΦΡ. θαῤῥεῖ, καὶ τὸν Πόθον καὶ τὸν Ὑμέναιον προσὸς τούτοις προσκαλέσομαι. ΠΑ. σκοπεῖ ὅτι τούτοις δίδωμι ὃ μῆλον, ὅτι τούτοις λαμβάνει.

videbit te Helena. Post illa verò meum iam opus erit efficere quò illa amore tui capiatur, teq; sectetur. PAR. Hoc ipsum etiam incredibile mihi videtur, vt illa relicto coniuge, cum homine barbaro atq; hospite è patria nauigare in animum inducat. VEN. Bono animo esto. Nam huius certè rei gratia liberos duos habeo pulchros, Amabilitatem & Cupidinem videlicet, quos tibi tradam, qui tibi duces itineris futuri sint. Ac Cupido quidem totus subingrediens illam, vi coget amare mulierem. Amabilitas autem tibi ipsi circumfusa, id quod ipsa est, & expetibilem te reddet & amabilem. Deinde autẽ & ego vnà præsens rogabo Gratias, quò & illę comites se præbeãt: atq; ita omnes ipsã ad hoc quod volumus, impellemus. PAR. Quomodo fortassis hoc procedet, incertum adhuc, Venus est: veruntamen amo iã Helenã, & nescio quo pacto etiã videre ipsam mihi videor, & nauigo rectà versus Græciam, & in Sparta peregrè absum, & redeo vnà cum vxore: & doleo quòd non omnia hæc iam nunc facio. VEN. Ne priùs amaueris Pari, quã pronubam me & sponsæ conciliatricem iudicio hoc remuneratus fueris. Decet enim & me victoriæ compotem factam adesse vobis, & celebritatem peragere nuptiarum pariter & victoriæ. Omnia enim licet tibi hæc, & amorem, & formam, & nuptias pomo isto mercari. PAR. At metuo ne me post latum iudicium negligas & contemnas. VEN. Vis igitur vt iurem tibi? PAR. Nequaquam, sed tantùm promitte denuo. VEN. Promitto igitur, Helenam traditurum me esse vxorem tibi, & futuram comitem proficiscenti ad ipsam: deinde & Ilium venturam esse ad vos. Atque adeo ipsa præsens adero, & ad omnia opitulabor. PAR. Etiam Cupidinem & Amabilitatem & Gratias tecum adduces? VEN. Bonum animum habe: quin & Desiderium & Hymenæũ præterea comites assumam. PAR. Ob hæc igitur do tibi pomũ, ob hęc accipe.

ΑΡΕΩΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

MARTIS ET MERCVRII. Erasmo Roterod. interprete.

ΗΚουσας, ὦ Ἑρμῆ, οἷα ἠπείλησεν ἡμῖν ὁ Ζεύς, ὡς ὑπερόπλικα καὶ ἀπίθανα; ἢν ἐθέλησω, φησὶν, ἐγὼ μὲν ἐκ τοῦ ὑψηλοῦ σταθεὶς καθήσω, ὑμεῖς δ' ἢν ἀποκρεμασθέντες, καθάπαξ

D AVdistin' Mercuri cuiusmodi nobis minatus sit Iupiter? quàm superba, quámque dictu absurda? Ego, inquit, si voluero, catenam ex æthere demittam, vnde si vos suspensi me vi detrahere co-

MARS. Iouis iactãtia irridetur.

hemini, luseritis operam: nunquam enim me deorsum trahetis. Contrà ego vos si velim in altum attrahere, non vos modò, verumetiam tum terram ipsam, tum mare pariter subuectum in sublime sustulero. Ad hæc alia permulta, quę tu quoque audisti. At ego, si quidem eum vno quolibet singulatim conferatur, ita præstantiorem eum esse, viribúsque superiorem, haudquaquam negauerim: verùm vnum tam multis pariter in tantum antecellere, vt eum ne pondere quidem vincere queamus, etiam si terram ac mare nobis adiunxerimus, id neutiquã crediderim. MERC. Bona verba, Mars. Neque enim sat tutum est ista loqui, ne quid fortè mali nobis hæc petulantia conciliet. MARS. An verò credis apud quemlibet hæc dicturũ me? imò apud te solum id audeo, quem linguæ continentis esse sciebam. Sed quod mihi maximè ridiculum videbatur tum quum hæc minitantem audirẽ, haud queam apud te reticere. Etenim memineram quum non ita multo antè Neptunus, Iuno ac Pallas, mota aduersus eum seditione, machinarentur comprehensum illum in vincula coniicere, quãtopere formidarit, vtq; in omnem speciem sese verterit, idque cùm tres duntaxat essent dij. Quòd ni Thetis misericordia commota, Briareum Centimanũ, illi auxilium accersuisset, ipso pariter cũ fulmine ac tonitru vinctus erat. Hæc reputanti mihi ridere libebat eius magniloquentiam iactantiamq;. MER. Tace, bona verba. neque enim tutum est ista vel tibi dicere, vel audire mihi.

A βιάζεσθέ με, μάτην πονήσετε· ὅ γὲ δὴ καθελκύσετε. εἰ δὲ ἐγὼ θελήσαιμι ἀνελκύσαι, οὐ μόνον ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ τὴν γῆν ἅμα, καὶ τὴν θάλατταν συναρτήσας μετεωρίῳ. καὶ πάλλα ὅσα καὶ σὺ ἀκήκοας. ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν καθ' ἓν ἀποῦτων, ἀμείνων καὶ ἰσχυρότερός ἐστιν, οὐκ ἂν ἀρνηθείην· ὁμοῦ δὲ τὴν τοσούτων ὑποφέρειν ὡς μὴ καταβαρήσειν αὐτὸν, κἂν τὴν γῆν καὶ τὴν θάλατταν προσλάβωμεν, οὐκ ἂν πειθοίμην. ΕΡ. θάῤῥει, ὦ Ἄρες. οὐ γὰρ ἀσφαλὲς λέγειν τὰ τοιαῦτα, μή τι κακὸν ἀπολαύσωμεν τῆς φλυαρίας. ΑΡ. οἴᾳ γάρ

B με προὸς πόλας ἂν ταῦτα εἰπεῖν, οὐχὶ δὲ προὸς μόνον σέ, ὃν ἐγεμυθεῖν ἠπιστάμην; ὃ μοῦν μάλιστα γελοῖον ἔδοξέ μοι ἀκούοντι μεταξὺ τῆς ἀπειλῆς, οὐκ ἂν δυναίμην σιωπῆσαι προὸς σέ. μεμνημην γὰρ ὅ προὸ πολλοῦ, ὁπότε ὁ Ποσειδῶν, καὶ ἡ Ἥρα, καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ἐπιβουλεύσαντες, ἐπεβάλλοντο ξυνδῆσαι αὐτὸν λαβόντες, ὡς πάνυ τοῖς μοῦν δεδιώς· καὶ ταῦτα πρᾶος ὄντας. καὶ εἰ μή γε ἡ Θέτις κατελεήσασα οὐκ ἤφεσεν αὐτῷ σύμμαχον Βριάρεων ἑκατόγχειρα ὄντα, κἂν ἐδέδετο αὐτῷ κεραυνῷ, καὶ βροντῇ. ταῦτα λογιζομένῳ, ἐπῄει μοι γελᾶν

C ὅτι τῇ καλλιρημοσύνῃ αὐτοῦ. ΕΡ. σιώπα· θάῤῥει. οὐ γὰρ ἀσφαλὲς ὅτε σοὶ λέγειν, ὅτε ἐμοὶ ἀκούειν τὰ τοιαῦτα.

ΠΑΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

PANIS ET MERCVRII. Iacobo Micyllo interprete.

PAN. Salue pater Mercuri. MERC. Salue D vtique & tu. Sed quomodo ego pater tuus sum? PAN. An non Cyllenius ille Mercurius es tu? MERC. Atque admodum. Quo pacto igitur filius meus es? PAN. Adulterinus sum, ex amore tibi natus. MERC. Per Iouem, hirci fortasse cuiusdam, qui capram per adulterium cognouit. Nam meus quomodo fueris, qui & cornua habes, & nasum talem, & barbam hirtam, & pedes bifidos, hircinosq; præterea & caudam super natibus? PAN. Quæcunque in me conuiciando dicis, iis tuum ipsius filium, pater, probrosum ac turpem declaras: imò potiùs teipsum, qui eiusmodi generas, &

Pan deus Arcadiæ pastorum, musicus, socius Bacchi, filius Mercurij.

ΧΑῖρε ὦ πάτερ Ἑρμῆ. ΕΡ. νὴ καὶ σύ γε. ἀλλὰ πῶς ἐγὼ σὸς πατήρ; ΠΑΝ. οὐχ ὁ Κυλλήνιος Ἑρμῆς ὢν τυγχάνῃς; ΕΡΜ. καὶ μάλα. πῶς οὖν υἱός ἐμὸς εἶ; ΠΑΝ. μοιχάδιός εἰμι, ἐξ ἔρωτός σοι γνήσιος. ΕΡΜ. νὴ Δία, τράγου ἴσως τινὸς μοιχεύσαντος αἶγα. ἐμὸς γὰρ πῶς, κέρατα ἔχων, καὶ ῥῖνα τοιαύτην, καὶ πώγωνα λάσιον, καὶ σκέλη δίχηλα, καὶ τραγικὰ, καὶ οὐρὰν ὑπὲρ τὰς πυγάς; ΠΑΝ. ὅσα ἂν ἀποσκώψῃς εἰς ἐμὲ, τὸν σαυτοῦ υἱόν, ὦ πάτερ, ἐπονείδιστον ἀποφαίνῃ μᾶλλον δὲ σαυτόν, ὃς τοιαῦτα γνήσιος, καὶ

παιδοποιῆς, ἐγὼ δ' αἰτίος. ΕΡ. τίνα δὲ καὶ φῂς σε μητέρα; ἢ που ἔλαθον αἶγα μοιχεύσας ἐγώγε; ΠΑΝ. οὐκ αἶγα ἐμοίχευσας, ἀλλ' ἀνάμνησον σεαυτὸν εἴποτε ἐν Ἀρκαδίᾳ παῖδα ἐλευθέραν ἐβιάσω. τί δακὼν τὸν δάκτυλον ζητεῖς, καὶ ὅτι πολὺ ἄπορῆς; τὸν Ἰκαρίου λέγω Πηνελόπην. ΕΡ. εἶτα τί παθοῦσα ἐκείνη αὐτ' ἐμοῦ τράγου σε ὅμοιον ἔτεκεν; ΠΑΝ. αὐτῆς ἐκείνης λόγον σοι ἐρῶ· ὅτε γάρ με ἐξέπεμπεν ὅτι τὴν Ἀρκαδίαν, ὦ παῖ, μήτηρ μέν σε, ἔφη, ἐγώ εἰμι, Πηνελόπη ἡ Σπαρτιάτις· τὸν πατέρα δ' γίνωσκε, θεὸν ἔχων Ἑρμῆν τὸν Μαίας καὶ Διός. εἰ δ' κερασφόρος καὶ τραγοσκελὴς εἶ, μὴ λυπείτω σε· ὁπότε γάρ μοι συνῆν ὁ πατήρ ὁ σός, τράγῳ ἑαυτὸν ἀπεικάσεν ὡς λάθοι· καὶ δι' ἐκεῖνο ὅμοιος ἀπέβης τῷ τράγῳ. ΕΡ. νὴ Δία, μέμνημαι ποιήσας τι τοιοῦτον. ἐγὼ οὖν ὁ ὅτι καλὴν μέλαν φορῶν, ἔτι ἀγένειος αὐτὸς ὤν, σὸς πατὴρ κεκλήσομαι, καὶ γέλωτα ὀφλήσω παρὰ πᾶσιν ὅτι τῇ ὑπαιδίᾳ; ΠΑΝ. καὶ μὴν ἁρμόττω σε ὦ πάτερ· μουσικός τε γάρ εἰμι, καὶ συρίζω πάνυ καπυρόν· καὶ ὁ Διόνυσος οὐδὲν ἐμοῦ ἄνευ ποιῆσαι δύναται, ἀλλὰ ἑταῖρον καὶ θιασώτην πεποίηκέ με· καὶ ἡδύμενος αὐτῷ τῶν χορῶν. καὶ τὰ ποίμνια δὲ εἰ θεάσαιό μου ὁπόσα περὶ Τέγεαν καὶ αὖ τὸ Παρθένιον ἔχω, πάνυ ἂν ἥσθης. ἄρχω δὲ καὶ τῆς Ἀρκαδίας ἁπάσης. πρόσφορον δὲ καὶ Ἀθηναίοις συμμαχήσας, οὕτως ἐπείσθησα ἐν Μαραθῶνι, ὥστε καὶ ἀρίστειον ἠρέθη μοι, ὃ ἐστὶ τῇ ἀκροπόλει κόσμιον. νῦν γοῦν ἐς Ἀθήνας ἔλθῃς, εἴσῃ ὅσον ἐκεῖ τῶν Πανὸς ὄνομα. ΕΡ. εἶπε δέ μοι, γελάμενος ὦ Πάν ἤδη; ἔστι γὰρ οἶμαι καλούσί σε. ΠΑΝ. ἀδαμῶς, ὦ πάτερ· ἐρωτικὸς γάρ εἰμι, καὶ οὐκ ἂν δύναιμην ἀπόσασίν σευ μιᾶς. ΕΡ. τῆς αἰξὶ δηλαδὴ ὅτι βαίνῃς. ΠΑΝ. σὺ μὲν σκώπτῃς· ἐγὼ δ', τῇ τε Ἠχοῖ καὶ τῇ Πίτυϊ συνῶμι, καὶ ἁπάσαις ταῖς τοῦ Διονύσου Μαινάσι, καὶ πάνυ σπουδάζομαι παρ' αὐτῶν. ΕΡ. οἶδα οὖν ὅ, τι χαρίσῃ ὦ τέκνον παρ' ἐμοῦ τὰ αἰτεῖσθαί μοι; ΠΑΝ. παρέσπαδε ὦ πάτερ, ἡμεῖς δ', ἴδωμεν ταῦτα. ΕΡ. καὶ παρέσῃ μοι, καὶ Φιλοφρονοῦ· πατέρα δ' ὄντα μὴ καλέσῃς με, ἀκούοντός γε τινός.

tales liberos procreas: ego verò extra culpam sum. MER. Quam autem etiam matrem tuam ais esse? Num ignorans alicubi cum capra adulterium exercui ego? PAN. Non cum capra, sed tibi ipse in memoriam reuoca, num in Arcadia quãdoque puellam liberam per vim stupraris. Quid mordendo digitum, quæris, ac diu dubitas? Icarij filiam dico Penelopen. MERC. Quid igitur illi accidit, quòd pro me, hirco similem te peperit? PAN. Dicam tibi, quæ ex illa ipsa audiui. Quãdo enim me in Arcadiam ablegabat, O puer, inquit, mater quidem tua ego sum, Penelope, ex Sparta nata: cæterùm patrem noris habere te deum, Mercurium illum Maiæ ac Iouis filium. Quòd si igitur cornutus ipse es, ac pedes hircinos habes, ne id ægrè feras. Quando enim mecum rẽ habebat pater tuus, hirco seipsum assimilauerat, quò faciliùs lateret: & ob id similis hirco tu quoque euasisti. MERC. Per Iouem, memini me tale quiddã facere. Ego igitur formosus ille, qui ob formã ac pulchritudinem animum elatum præ me fero, qui adhuc imberbis ipse sũ, pater tuus vocabor? & ab omnibus risu accipiar ob præclaram liberorum procreationem? PAN. At verò dedecori tibi pater nõ sũ. Nã & musicus sum, & fistula cano, admodũ pleno spiritu: & Bacchus ille nihil absq; me facere quicquã potest: sed & sociũ & consultatorẽ fecit me, & duco ipsi chorum. Iam & ouilia mea si videas, quot & per Tegeã & per Partheniũ habeo, admodũ delectaret te. Impero autẽ & Arcadiæ toti. Nuper verò etiã Atheniẽsibus auxilium ferens, ita præclarè rẽ gessi in Marathone, vt ceu donũ militare quoddã retulerim, antrũ illud quod est subarce. Quòd si igitur Athenas veneris, cognosces quãtum ibi sit nomẽ Panos. MERC. Ac dic mihi, duxistíne vxorem iam? Hoc enim, opinor, dictitant te. PAN. Nequaquam, pater: amator enim sum, neque cum vna aliqua rem habere cõtentus forẽ. MER. Capras videlicet conscendis. PAN. Tu quidem irrides me, at ego tamen & cum Echo & cum Pyti rem habeo, præterea & cum omnibus Bacchi Mænadibus, atque admodũ studiosè ab illis obseruor. MER. Scis igitur quid te gratificari mihi, fili, primum omnium velim? PAN. Impera pater, nos autem videbimus hæc vti fiant. MERC. Et accedas ad me, & prehenses licet: patrem autem vide ne me appellaris quoquam audiente.

Pityspinus est, tametsi Gaza Latricem vertat. hac autẽ Pan coronari solebat.

ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΚΑΙ ΔΙΟΝΥΣΟΥ.

APOLLINIS ET BACCHI. Iacobo Micyllo interprete.

APOLLO. De Cupidine, Hermaphrodito & Priapo, fratribus scilicet diuersorum studiorũ.

QVid igitur? dicẽdum ne est, Bacche, fratres esse Cupidinẽ, Hermaphroditum, & Priapum, adeò dissimiles forma & studiis cùm sint? Nam hic quidẽ formosus omnino & iaculator est, & potestate non patua comparata sibi, omnibus imperat: Ille autem mulierosus ac semivir, ambiguam quoque faciem præ se ferens, vt non facilè dignoscas adolescéns ne sit, an virgo: Tertius verò etiam supra modum virilis est, Priapus videlicet. BAC. Ne mireris Apollo: non enim ipsa Venus in causa est, sed patres, qui diuersi fuere: quãdoquidem & ij qui eodem patre eademq; matre nascũtur, sæpenumero alius vir, alius fœmina, quemadmodũ & vos, nascuntur. APOL. Ita sanè est vt dicis: sed nos tamen similes sumus, & circa eadem studia versamur: sagittarij enim ambo sumus. BAC. Quantum quidem ad arcum & sagittas attinet, eadem ambo exercetis, Apollo: illa verò similia nequaquam sunt, quòd Diana quidem hospites mactat apud Scythas, tu autem vaticinaris, & medicaris ægrotantibus. APOL. An tu putas sororem delectari Scythis? quæ quidem etiam adornauit, si quis Græcus aliquando in Tauricam aduenerit, vt cũ eo inde enauiget, iam olim perosa mactationes illas? BAC. Rectè sanè illa. Sed hic Priapus? Ridiculum enim quiddam narrabo tibi, quod cùm Lampsaci nuper essem, mihi accidit. Ego quidem ad vrbem accesseram, ille autem me recepit, hospitio apud se præbito. Posteaquam igitur quieti nos dedimus, in conuiuio affatim madefacti, circa mediam propè noctem exurgens generosus ille: sed pudet dicere. APOL. Sollicitauitne te? BAC. Huiusmodi quippiam est. APOL. Quid tu autem porrò ad hæc? BAC. Quid enim aliud, quàm risi? APOL. Rectè sanè, quòd neque acerbè neque rusticè quicquam. Venia enim dignus est, si te formosum adeo sollicitauit. BAC. Huius gratia etiam te Apollo sollicitatũ meritò venerit. Formosus enim & tu, & præterea comatus, vt vel sobrius Priapus ille aggredi te queat. APOL. Sed non aggredietur, Bacche, me facilè: nam præter comam etiam arcum gero.

Τί αὖ; λέγοιμι ὁμομητρίους ὦ Διόνυσε ἀδελφοὺς εἶ) Ερωτα, καὶ Ερμαφρόδιτον, καὶ Πρίαπον, ἀνομοίους ὄντας ταῖς μορφαῖς, καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι; ὁ μὲν γὰρ, πάγκαλος, καὶ τοξότης, καὶ δυνάμιν οὐ μικρὰν περιβεβλημένος, ἀπόντων ἀρχων· ὁ δὲ, θῆλυς, καὶ ἡμίανδρος, καὶ ἀμφίβολος τὴν ὄψιν. οὐκ ἂν ῥᾳδίως κρίναις εἴτ' ἔφηβός ἐστιν, εἴτε καὶ παρθένος· ὁ δὲ, καὶ παρὰ τὸ θῆλυ ἀνδρικὸς ὁ Πρίαπος. ΔΙΟ. μηδὲν θαυμάσῃς ὦ Απολλον. οὐ γὰρ ἡ Αφροδίτη αἰτία τούτου, ἀλλ' οἱ πατέρες, διάφοροι γεγενημένοι· ὅπου γε καὶ ὁμοπάτριοι πολλάκις ἐκ μιᾶς γαστρὸς, ὁ μὲν, ἄρσην, ἡ δὲ, θήλεια, ὥσπερ ὑμεῖς, γίνονται. ΑΠ. ναὶ· ἀλλ' ἡμεῖς ὅμοιοι ἐσμεν, καὶ τὰ αὐτὰ ἐπιτηδεύομεν· τοξόται γὰρ ἄμφω. ΔΙΟ. μέχρι μὲν τόξου, τἀ αὐτά, ὦ Απολλον· ἐκεῖνα δὲ, οὐχ ὅμοια, ὅτι ἡ μὲν Αρτεμις ξενοκτονεῖ ἐν Σκύθαις· σὺ δὲ, μαντεύῃ, καὶ ἰᾷ τοὺς κάμνοντας. ΑΠ. οἴει γὰρ τὴν ἀδελφὴν χαίρειν τοῖς Σκύθαις, ἤγε καὶ προεσκεύασται, ἐάν τις Ελλὴν ἀφίκηται ποτὲ ἐς τὴν Ταυρικὴν, σὺν ἐκπλεῦσαι μετ' αὐτοῦ, μυσαττομένη τὰς σφαγάς; ΔΙΟ. ἄγε ἐκείνη ποιοῦσα· ὁ μὲν γάρ τις Πρίαπος (γελοῖον γάρ τί σοι διηγήσομαι) παρὰ τῷ Λαμψάκῳ ἐλθόμενος, ἐγὼ μὲν παρῆλθον τὴν πόλιν· ὁ δὲ, ὑποδεξάμενός με, καὶ ξενίσας παρ' αὑτῷ, ὅπως ἀνεπαυσάμεθα ἐν τῷ συμποσίῳ ἱκανῶς ὑποβεβρεγμένοι, καὶ ἀμφὶ μέσας νύκτας ἐπαναστὰς ὁ γηραιὸς αἰδοῦμαι ἃ λέγειν. ΑΠ. ἐπείρασε σὲ; ΔΙΟ. τοιοῦτόν ἐστι. ΑΠ. σὺ δὲ τί ποτὲ πρὸς ταῦτα; ΔΙΟ. τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἐγέλασα; ΑΠ. ἄγε, ὦ μὴ χαλεπῶς, μηδὲ ἀγελαίως· συγγνωστὸς γὰρ εἰ καλόν σε οὕτως ὄντα ἐπείρα. ΔΙΟ. τούτου μὲν οὖν ἕνεκα καὶ ὅτι σὲ αὖ ὦ Απολλον ἀγάγοι τὴν πεῖραν· καλὸς γὰρ σύ, καὶ κομήτης, ὡς ἐνίοντα αὖ σοι τὸν Πρίαπον ὑπερφρήσαι. ΑΠ. ἀλλ' οὐκ ὑπερφρήσει γε ὦ Διόνυσε· ἔχω γάρ μου τῆς κόμης καὶ τόξα.

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΜΑΙΑΣ.

MERCVRII ET MAIÆ. Eraſmo Roterod. interprete.

ΕΣτι γάρ τις ὦ μῆτερ ἐν θεοῖς θεὸς ἀθλιώτερος ἐμοῦ; ΜΑΙ. μὴ λέγε ὦ Ερμῆ τοιοῦτον μηδέν. ΕΡ. τί μὴ λέγω, ὃς τοσαῦτα πεφόρτισμαι ἔχω, μόνος κάμνων, καὶ πρὸς τοσούτους ὑπηρεσίας ἀφωσιωμένος; ἔωθεν μὲν γὰρ ἐξαναστάντα, σαίρειν δεῖ τὸ συμπόσιον καὶ διαῤῥῶσθαι τὴν ἐκκλησίαν, εἶτα διατήσασθαι ἕκαστα, πρεσβεύειν τῷ Διΐ, καὶ διαφέρειν τὰς ἀγγελίας τὰς πρὸς αὐτὸν ἄνω καὶ κάτω ἡμεροδρομοῦντα. καὶ ἐπανελθόντα ἔτι κεκονιμένον, ἀμβροσίαν τὴν ἀμβροσίαν. πρὶν γὰρ νεώνητον τοῦτον οἰνοχόον ἥκειν, καὶ τὸν νέκταρ ἐμὲ διηθεῖν. τὸ δὲ πάντων δεινότατον, ὅτι μηδὲ νυκτὸς καθεύδω μόνος τῶν ἄλλων, ἀλλὰ δεῖ με καὶ τότε τῶν Πλούτωνι ψυχαγωγεῖν, καὶ νεκροπομπὸν εἶναι, καὶ πρεσβεύειν τῷ δικαστηρίῳ. ἀρ' οὖν ἱκανά μοι τὰ τῆς ἡμέρας ἔργα, ὁ παλαίστρας εἶναι, καὶ ταῖς ἐκκλησίαις κηρύττειν, καὶ ῥήτορας διδάσκειν, ἀλλ' ἔτι καὶ νεκρικὰ συνδιαπονεῖσθαι μεμελετημένον. καίτοι τὰ μὲν τῆς Λήδας τέκνα, πρὸς ἡμέραν ἑκάτερος ἐν θεοῖς καὶ ἐν ἅδου εἰσίν· ἐμοὶ δέ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ ταῦτα κἀκεῖνα ποιεῖν ἀναγκαῖον. καὶ ὁ μὲν Αλκμήνης καὶ Σεμέλης υἱὸς, ἐν γυναικῶν δυσὶν ἡδόμενοι, διάγουσιν ἀφειμένοι· ὁ δὲ Μαίας τῆς Ατλάντος, διακονούμενος αὐτοῖς. καὶ νῦν ἄρτι ἥκοντά με ἀπὸ Σιδῶνος παρὰ τῆς Κάδμου θυγατρός, ἐφ' ᾧ πέπομφέ με ὁ πάππος, ὅ τι ποιοῦσα εἴη ἡ παῖς, μηδὲ ἀναπνεύσαντα, πέπομφεν αὖθις ἐς Ἄργος βλεπομένου τὴν Δανάην. εἶτ' ἐκεῖθεν, ἐς Βοιωτίαν φησὶν ἐλθών, ἐν παρόδῳ τὴν Αντιόπην ἰδέ. καὶ ὅλως, ἀπηόρηκα ἤδη. εἰ γοῦν μοι δυνατὸν ἦν, ἡδέως ἂν ἠξίωσα πεπαῦσθαι, ὥσπερ οἱ ἐν γῇ κακῶς δουλεύοντες. ΜΑΙ. ἔα ταῦτα ὦ τέκνον. χρὴ γὰρ πάντα ὑπηρετεῖν τῷ πατρὶ, νεανίαν ὄντα. καὶ νῦν ὥσπερ ἐπέμφθης, οὕτω ἐς Ἄργος, εἶτα ἐς τὴν Βοιωτίαν, μὴ καὶ πλανᾶς βραδυτῆτι λάθοις· ὀξύχολοι γὰρ οἱ ἐρῶντες.

ESt verò, mater, deus quiſquam in cœlo me miſerior? MA. Caue ne quid iſtiuſmodi dixeris Mercuri. MER. Quid non dicam? qui quidem tantum negotiorum ſolus ſuſtineam, quibus delaſſor, in tã multa miniſteria diſtractus? Nam mane protinus ſurgendum eſt mihi, ſtatimq; verrendum cœnaculum vbi dij compotant. Tum vbi curiam in qua conſultant, vndique ſtrauero, ac ſingula ita vt oportet compoſuero, Ioui neceſſum eſt aſſiſtere, ac perferendis illius mandatis toto die ſurſũ ac deorſum curſitare. inſuper quum redeo, puluerulentus adhuc ambroſiam apponere cogor. Porrò priuſquam nouitius iſte pocillator aduenisſet, ego nectar etiam miniſtrabã. quódque eſt omnium indigniſſimum, ſoli omnium ne noctu quidem agere quietem licet, verùm id quoque temporis neceſſe habeo defunctorum animas ad Plutonem deducere, maniumq; gregi me ducem præbere, tum autem & tribunalibus aſſiſtere. Neque enim mihi ſufficiebant ſcilicet diurna negotia, dum verſor in palæſtris, dum in cõcionibus præconis vices ago, dum oratores inſtruo: ni hæc quoq; prouincia accedat, vt ſimul etiam vmbrarum res diſponam. Atqui Ledæ filij alternis inter ipſos vicibus apud ſuperos atq; inferos agitant: mihi neceſſe eſt quotidie tum hoc, tum illud pariter agere. deinde duo illi Alcmena ac Semele miſeris prognati mulieribus, otioſi in cõuiuiis accumbũt: at ego Maia Atlantide progenitus, illis miniſtro ſcilicet. Quin nunc quum recèns Sidone à Cadmi filia reuerſus eſſem (nam ad hanc me legarat viſum quid ageret puella) priuſquã reſpiraſſem, & adhuc anhelũ de via, rurſum ad Argos amãdauit, viſurum quid cum Danaë ageretur. Rurſum inde in Bœotiam profectus, inquit, obiter Antiopam viſito. Adeo vt planè iam pariturum me negarim. quod ſi mihi licuiſſet, lubẽs profectò feciſſem id quod ſolẽt ij qui in terris durã ſeruiunt ſeruitutẽ. MA. Miſſa fac iſta gnate: decet enim per omnia morem gerere patri, quũ ſis iuuenis: ac nunc, quòd iuſſus es, Argos cõtende, deinde in Bœotiã: ne ſi ceſſaris, fueriſq; lentior, plagas etiam auferas: nã iracundi ſunt qui amãt.

MERCVRIVS.

Cõqueritur miſeriã & labores ſuos immenſos.

Illi duo Dialogi qui sequuntur, in alijs circa finem posterioris tomi ponuntur: quos nos, quia ipsi Deorum superiorum sunt, cum superioribus coniungendos putauimus.

ΔΙΟΣ ΚΑΙ ΗΛΙΟΥ.

IOVIS ET SOLIS, Iacobo Micyllo interprete.

IVPITER. QValia feciſti autem, Titanum peſſime? qui quæ in terris ſunt, perdidiſti omnia, adoleſcentulo fatuo ac ſtulto commiſſo curru, qui alia quidem exuſſit, nimis prope terram curſu delatus: alia verò præ frigore corrumpi fecit, longiùs ab ipſis abſtracto igne: & in ſumma, nihil nõ contutbauit & commiſcuit: ac niſi ego animaduerſis iis quæ gerebantur, deturbaſſem ipſum fulmine, nullæ ne reliquiæ quidem hominum mãſiſſent. Talem nobis pulchrum iſtum aurigam átq; rectorẽ currus emiſiſti. SOL. Peccaui, Iupiter, ſed ne offenſior eo fias, ſi credidi puero multa ſupplicanti. Nam vnde vel ſperare potui hoc tantum futurum eſſe malum? IVPIT. An non noras quàm multa opus habebat diligentia negotium hoc, & vt ſi quis etiam modicum excidat à via, pereant protinus omnia? Ignorabas autem etiã equorum vehementiam, vt oporteat vi quadam continere frenum? Si quis enim permittat illis, arrepto eo continuò diuerſi abeunt, quemadmodum videlicet & iſtum tranſuersè abripuerunt, nunc quidem ad lævam, paulo autem pòſt ad dexteram, interdum etiam in contrarium eius quem cœperant curſus, & in ſumma ſurſum ac deorſum, quocũque ipſis libitum fuiſſet. Ille autem ignarus neſciebat quomodo vtendum ipſis eſſet. SOL. Equidem omnia hæc ſciebam, & propterea reſiſtebam quoque aliquandiu, neque illi aurigationem committere volebam. Poſtquam autem impenſiùs obſecrabat lacrymando quoque, & mater Clymene vnà cum ipſo: in currum impoſitum ſubmonui quo pacto oporteret inſiſtere viæ ipſum, quãtum in ſublime agitantem ſurſum ferri, deinde rurſum per decliue deorſum vergere, & vti habenas regere, neque impetum permittere equis deberet. Dixi autem etiam quantum periculum foret ſi non recta via ageret. At ille (puer enim erat) conſcenſo tanto igne, & vaſtæ adeo profunditati ſupernè incumbens, vt conſentaneum eſt, obſtupuit. Equi verò vt ſenſerunt non me eſſe eum qui conſcendiſſet, contempto adoleſcentulo, è via diuerterunt, & hæc tanta mala perpetrarũt.

Deeoquòd Phaethon curru Solis perperã ducẽs, punitus ſit.

Α Οἷα πεποίηκας, ὦ Τιτάνων κάκιστε; ἀπολώλεκας τὰ ἐν τῇ γῇ ἅπαντα, μειρακίῳ αὐόητῳ καὶ θύραθεν ἁρμα, ὃς τὰ μὲν κατέφλεξε, πορρωτέρω σφόδρα ἐλθών, τὰ δὲ ἔτρωσε κρύους ἀφθάρτως ἐποίησε, πολὺ αὐτῶν ἀποσπάσας τὸ πῦρ, καὶ ὅλως σφαλερὸν ὅ, τι δ' ἔμπαλιν ἐξειργάσατο, καὶ ξυνέχεε. καὶ εἰ μὴ ἐγὼ ξυνεὶς ὃ γιγνόμενον, κατέβαλον αὐτὸν τῷ κεραυνῷ, σὺ δὲ λείψανον αἰθέρος ἐπέμεινεν ἄν, τοιοῦτον ἡμῖν τὸν καλὸν ἡνίοχον καὶ διφρηλάτην ἐκπέπομφας. ΗΛ. ἥμαρτον, ὦ Ζεῦ, ἀλλὰ μὴ χαλέπαινε, εἰ ἐπείσθην ἐγὼ πολ-

Β λὰ ἱκετεύοντι. πόθεν γὰρ ἂν καὶ ἤλπισα τηλικοῦτον γενήσεσθαι κακόν; Ζ. σὺ γὰρ ἤδεις, ὅσης ἐδεῖτο ἀκριβείας τὸ πρᾶγμα, καὶ ὡς εἴ βραχύ τις ἐκβαίη τῆς ὁδοῦ, οἴχεται πάντα; ἠγνόεις δὲ καὶ τῶν ἵππων τὸν θυμόν, ὡς δεῖ σφοδρᾶς ἀνάγκης τὸν χαλινόν; εἰ γὰρ ἐνδοίη τις, ἀφηνιάζουσιν οὐδὲν ὡσπερ ἀμέλει καὶ τοῦτον ἐξήνεγκαν, ἄρτι μὲν ὅτι τὰ λαιὰ, μετ' ὀλίγον δὲ ὅτι τὰ δεξιά, καὶ ἐς τὸ ἐναντίον τῆς δρόμου, ἐνίοτε καὶ ἄνω τε κάτω, ὅλως ἔνθα ἐβούλοντο αὐτοί. ὁ δ' οὐκ εἶχεν ὅ, τι χρήσαιτο αὐτοῖς. ΗΛ.

C ταῦτα μὲν πάντα ἠπιστάμην, καὶ δι' τοῦτο αὐτεῖχον ὀπίσω, καὶ οὐκ ὀπίσευον αὐτῷ τὴν ἔλασιν· ἐπεὶ δ' κατελιπάρησε δακρύων, καὶ ἡ μήτηρ Κλυμένη μετ' αὐτοῦ, ἀναβιβασάμενος ὅτι τὸ ἅρμα, ὑπεθέμην, ὅπως μὲν χρὴ εὐσθενεῖν αὐτὸν, ἐφ' ὁπόσον δ' ἐς τὸ ἄνω ἀφέντα ὑπαγαγεῖν, εἶπα· ἐς τὸ κάτωθεν αὖθις ὀπιθύειν, καὶ ὡς ἔχοι τῇ εἰς τὴν ἰόνιον, καὶ μὴ ἐφιέναι τῷ θυμῷ τῶν ἵππων. εἶπον δὲ καὶ ἡλίκος ὁ κίνδυνος, εἰ μὴ ὀρθὸν ἐλαύνοι. ὁ δ' (παῖς γὰρ ἦν) ὑπιδὰς τοσοῦτον πυρὸς, καὶ ὑπερφυᾶς

D ἐς βάθος ἀχανὲς, ἔξεπλάγη, ὡς εἰκός. οἱ δὲ ἵπποι, ὡς ἤσθοντο οὐκ ὄντα ἐμὲ τὸν ὑπιδεδεκότα, καταφρονήσαντες τοῦ μειρακίου, ἐξετράποντο τῆς ὁδοῦ, καὶ τὰ δεινὰ ταῦτα ἐποίησαν.

ὁ δὲ

ὁ δὲ τὰς ἡνίας ἀφεὶς, οἰόμενος, δεδιὼς μὴ ἐκπέσοι, αὐτὸς εἶχετο τῆς ἀντυγος. ἀλλὰ σκηνός τε ἤδη ἔχει τὸν δίκλων, καίτοι, ὦ Ζεῦ, ἱκανὸν δοκεῖ σοι πεῖσαι. Ζ. ἱκανὸν λέγεις, οἷα οὖν τολμήσας; νῦν μὲν οὖν συγγνώμην ἀποδώσομεν· ἐς δὲ τὸ λοιπὸν, ἢν τι ὅμοιον παραμνησθῇς, ἢ τινὰ τοιοῦτον σαυτῷ διάδοχον ἐκπέμψῃς, αὐτίκα εἴσῃ, ὁπόσον τοῦ σοῦ πυρὸς ὁ κεραυνὸς πυρωδέστερος. ὡς ἐκεῖνον μὲν αἱ ἀδελφαὶ θαπτέτωσαν ὀπτὶ τῷ Ἠριδανῷ, ἵνα περ ἔπεσεν ἐκδιφρευθείς, ἠλεκτρον ἐπ' αὐτῷ δακρύσασαι, καὶ ἀγάλματα γενέσθωσαν ὀπτὶ τῷ πάθει. σὺ δὲ συμπηξάμενος τὸ ἅρμα (κατέαγε γὰρ καὶ ὁ ῥυμὸς αὖτε, καὶ ἄτερος τῶν τροχῶν σεσύρτερωται) ἔλαυνε, καταγαγὼν τοὺς ἵππους· ἀλλὰ μέμνησο τούτων ἀπάντων.

A Ille autem dimissis habenis, metuens opinor ne excideret ipse, iugum currus apprehendit ac tenuit. Sed & ille iam pœnas suas dedit: & mihi, Iupiter, satis supplicij luctus hic est. IVP. Satis autem, qui talia ausus sis? At nunc quidē veniam tibi tribuo, de cætero autem si quid simile deliqueris, aut talem aliquem successorem tibi emiseris, statim senties quanto igne tuo fulmen nostrum plus ignis habeat. Quare illum quidem sorores ipsius sepulchro tradant iuxta Eridanum, quo loco etiam decidit curru excussus, electrum ipsi illacrymantes, deinde & in populos conuertantur præ dolore: tu verò compacto curru (fractus enim temo ipsius est, & altera rotarum comminuta) aurigare iunctis denuo equis; ac vide vt memineris horum omnium.

ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

APOLLINIS ET MERCVRII. Iacobo Micyllo interprete.

ΕΧεις μοι εἰπεῖν, ὦ Ἑρμῆ, πότερος ὁ Κάστωρ ὅστις τούτων, ἢ πότερος ὁ Πολυδεύκης; ἐγὼ γὰρ οὐκ ἂν διακρίναιμι αὐτούς. ΕΡΜ. ὁ μὲν δὴ ἡμῖν ξυγγενόμενος, σκηνὸς Κάστωρ ἐστίν, οὗτος δὲ Πολυδεύκης. ΑΠ. πῶς διαγιγνώσκεις; ὅμοιοι γάρ. ΕΡ. ὅτι οὗτος μέν, ὦ Ἀπολλον, ἔχει ὅτι τῷ προσώπου τὰ ἴχνη τῶν τραυμάτων, ἃ ἔλαβε παρὰ τῶν ἀπαγωνιστῶν πυκτεύων, καὶ μάλιστα, ὁπόσα ὑπὸ τοῦ Βέβρυκος Ἀμύκου ἐτρώθη, τῷ Ἰάσονι συμπλέων· ἄτερος δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἐμφαίνει, ἀλλὰ καθαρός ἐστι, καὶ ἀπαθὴς τὸ πρόσωπον. ΑΠ. ὠνησας, διδάξας τὰ γνωρίσματα· ὅτι τἄλλα πάντα ἴσα, τῷ ὠοῦ τὸ ἡμίτομον, καὶ ἀστὴρ ὑπαφαίω, καὶ ἀκόντιον ἐν τῇ χειρὶ, καὶ ἵππος ἑκατέρῳ λευκός· ὥστε πολλάκις ἐγὼ τὸν μὲν προσεῖπον Κάστορα, Πολυδεύκη δ' ὄντα· τὸν δὲ τῷ Πολυδεύκους ὀνόματι. ἀτὰρ εἰπέ μοι καὶ τόδε τι δήποτε οὐκ ἄμφω ξυνόντες ἡμῖν, ἀλλ' ἐξ ἡμισείας ἄρτι μὲν νεκρὸς, ἄρτι δὲ θεός ἐστιν ἄτερος αὐτῶν; ΕΡΜ. ὑπὸ φιλαδελφίας τοῦτο ποιοῦσιν. ἐπεὶ γὰρ ἔδει ἕνα μὲν τεθνάναι τῶν Λήδας υἱέων, ἕνα δὲ ἀθάνατον εἶναι, ἐμείναντο οὕτως ἀλλήλοις τὴν ἀθανασίαν.

C POtésne mihi dicere, Mercuri, vter istorum Castor est, aut vter Pollux? Nam ego quidem non facilè discreuero ipsos. M E R C. Ille qui heri conuersatus nobis est, Castor erat: hic autem Pollux est. A P O L. Quomodo dignoscis? similes enim sunt. M E R C. Quòd hic quidem, Apollo, habet in facie vestigia vulnerum quæ aliquando ab iis accepit quibuscum pugillatu certauit, & maximè quibus à Bebryce Amyci filio vulneratus fuit, quando cum Iasone in Colchum nauigabat. Alter autem nihil tale præ se fert, sed purus est atq; integer facie totus. APOL. D Operæpretium feciſti, qui discrimina quibus internosci queant, docueris me. Nam cætera certè omnia æqualia sunt, oui pars dimidia, & stella supernè imminens, & iaculum in manu, & equus vtrique candidus. Quare sæpe equidem appellaui hunc Castorem, qui Pollux erat: & rursus Castorem, Pollucis nomine. Sed & illud mihi dic, cur non ambo pariter nobiscum versantur, sed ex diuiso, nunc quidem mortuus, nunc autem Deus est alteruter ipsorum? M E R C. Fraterno amore hoc faciunt. Nam cùm oporteret alterum ex Ledę filiis mortem obire, alterum autem immortalem esse, diuiserunt ita inter se ipsi immortalitatē.

APOL. Non ſanè prudenti, Mercuri, diuiſione. Siquidem nec aſpicient ſeſe mutuò hoc pacto, quod vel maximè opinor deſiderabant. Aut quomodo enim, cùm alter apud deos, alter apud manes exiſtat? Veruntamen, quemadmodum ego vaticinor, Æſculapius medetur, tu palæſtricã doces, puerorum exercitator optimus, Diana autem obſtetricatur: atque aliorum ſuam quiſque artem habet, vel Diis vel hominibus vtilem: hi verò quid agent nobis? an inertes atque otioſi conuiuabuntur nobiſcum, tam grandes cùm ſint? MER. Haudquaquã: ſed iniunctũ illis eſt, Neptuno vt miniſtrẽt & ſubſeruiãt, & obequitare ipſos oportet pelagus: & ſicubi nautas tẽpeſtate periclitantes aſpexerint, inſidentes nauigio, præſtare incolumes nauigantes. APOL. Bonam Mercuri, & ſalutarem narras artem.

Α ΑΠ. ὑ ξωετλὼ, ὦ Ερμῆ, τλὼ νομλὼ, εἴτε ϑεῖ ὄφονται οὕτως ἀλλήλους, ὅσῳ ἐπόϑουν, οἶμαι, μάλιστα. πῶς γὸ ὁ μὲν τῶδε ϑεοῖς, ὁ δὲ τῶδε τοῖς φθιτοῖς ὤν; πλὼ ἄλλα, ὥσπερ ἐγὼ μαντεύομαι, ὁ μὲν Ασκληπιὸς ἰᾶται, σὺ δὲ παλαίφν διδάσκϕς, παιδοτρίβης ἄριστος ὤν, ἡ δὲ Αρτεμις μαιεύεται, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος ἔχϕ τίνα τέχνλω, ἢ ϑεοῖς ἢ ἀνϑρώποις χρησίμλω. οὗτοι δ' ἢ ποιήσουσιν ἡμῖν, ἢ ἀργοὶ διωχήσονται, τηλικοῦτοι ὄντες; ΕΡ. οὐδαμῶς, ἀλλὰ παρεσκεύακε δ' αὐτοῖν ὑπηρέτην τῷ Ποσειδῶνι, καὶ καϑιππεύφν δεῖ ὃ πέλαγος, καὶ αἴ που ναύτας χειμαζομένους ἴδωσιν, ὅτι καϑίστανται ὅτι ὃ πλοῖον, σώζειν τοὺς ἐμπλέοντας. ΑΠ. ἀγαϑλὼ, ὦ Ερμῆ, ϗ σωτήριον λέγϕς τλὼ τέχνλω.

Β

ΕΝΑΛΙΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

DIALOGI MARINI.

ARGVMENTVM IN EOSDEM.

Neque horum dialogorum diuerſa aut alia ratio eſt, quod ad occaſiones & argumenta pertinet, quàm ſuperiorum. Nam & ipſi ex Homericis ac Tragicis fabulis deſumpti ſunt, & eadem elegantia ac feſtiuitate nitent: niſi quòd omnes (quod idem tamen & in ſuperioribus propè fit) de rebus amatoriis tractant. Vnde illud quoque veriſimile eſt, Lucianum oſtendere voluiſſe, quòd quæcunque ſub hac tota mundi machina mouentur & viuunt, inter cæteros affectus præcipuè Amori obnoxia ſint, ac voluptatem appetant: illúmque adeò generalem quendam omnium tam deorum quàm hominum domitorem eſſe. Quòd autem Deos maximè ex amore deſipere atque inſanire, deinde & voluptatibus deditos eſſe fingit, ex profeſſione ſua facere videtur. Fuit enim, quãquam omnibus Philoſophorum factionibus ex æquo propè infeſtus, ad Epicuream tamen magis quàm cæteras inclinatus, qui & voluptatem finem bonorum aſſerebant, & Deorum prouidentiam negabãt. Id quod cùm alibi paſſim, tum in Demonacte, & in Concilio Deorum animaduertere licet.

ΔΩΡΙΔΟΣ ΚΑΙ ΓΑΛΑΤΕΙΑΣ.

DORIDIS ET GALATEÆ. Eraſmo Roterod. interprete.

DORIS. *De eoquòd Polyphemus nimiũ deformis & fœtidus adamauerit Galateam, & amatus ſit ab ea.*

FORMOSVM amantem, Galatea, nempe Siculum iſtum paſtorem, aiunt amore tui depereire. GALA. Ne ride Doris: etenim qualis qualis eſt, Neptuno patre prognatus eſt. DOR. Quid tũ poſtea, ſi vel Ioue ipſo ſit progenitus, quum vſque adeò agreſtis atque hiſpidus appareat, quódque eſt omnium deformiſſimum, vnoculus? An verò credis genus illi quicquã profuturum ad formam?

C ΚΑλὸν ἐραστὼ ὦ Γαλάτεια φασί, τὸν Σικελὸν τῦτον ποιμένα ὑπεμεμνένας σοί. ΓΑ. μὴ σκῶπτε Δωρί· Ποσειδῶνος γὸ υἱός ἐστιν, ὁποῖος αὐτὸς ἦ. ΔΩ. τί οὖν, εἰ ϗ τῦ Διὸς αὐτὸς παῖς ὤν, ἄλλως ὕτω ϗ λάσιος ἐφαίνετο, καὶ ὃ πάντων ἀμορφώτατον, μονόφθαλμος; οἶδ' ὃ γλῦος ὀνῆσαί τι αὐτὸν πρὸς τλὼ μορφήν;

Γ Α. ὐδὲ ὃ λάσιον αὐτὸ, καὶ ὡς φὴς ἄγριον, ἀμορφόν ἐστιν. ἀνδρωδες γάρ· ὃ, τε ὀφθαλμὸς ὀρθὸς παρέπει τῷ μετώπῳ, καὶ δὲν ἐνδεέστερον ὁρᾷν, ἢ εἰ δύ' ἦσαν. Δ Ω. ἔοικας ὦ Γαλάτεια οὐκ ἐρᾶσθαι, ἀλλ' ἐρώμενον ἔχειν τὸν Πολύφημον, οἷα ἐπαινῇς αὐτόν. Γ Α. οὐκ ἐρώμενον· ἀλλὰ ὃ πρᾶγμα ἐνδεικτικὸν τοῦτο δ' φέρω ὑμῖν. καί μοι δοκεῖτε ὑπὸ φθόνου αὐτὸ ποιεῖν ὅτι ποιμένων ποτὲ, ἀπὸ τῆς σκοπιᾶς παίζοντας ἡμᾶς ἰδὼν ὀρθὸς τὴν ἠϊόνος ἐν τοῖς πρόποσι τῆς Αἴτνης, καλὸ μεταξὺ τὸ ὄρος καὶ τὴν θαλάττης αἰγιαλὸς ἀπομηκύνει, ὑμᾶς μὲν, οὐδὲ προσέβλεψεν· ἐγὼ δ' ἐξ ἁπασῶν ἡ κόρη ἐδόξα· ἡ καὶ μόνη ἐμοὶ ἐπέιχε τὸ ὀφθαλμόν. τοιοῦτα ὑμᾶς αἰτιᾶσθαι γὰρ ὡς ἀμείνων εἰμὶ, καὶ ἀξιέραστος· ὑμεῖς δ' πρόφητε. Δ Ω. εἰ ποιμένι δὲ ἔνδεξ κόρη τλῶ ὄψιν ἔδοξας, ὅτι φθονος οἵᾳ τετυχήκαμεν; καίτοι τί ἄλλο σοὶ ἐπαινέσαι εἶχεν, ἢ τὸ λευκὸν μόνον; καὶ γὰρ τοῦτο οἶμαι, ὅτι ξυνήθης ἐστὶ τυρῷ καὶ γάλακτι. πρώτα δὲν τὰ ὅμοια τούτοις ἠγάπας καλά. ἐπεὶ τάχ' ἄλλα ὁπότ' ἂν ἐθελήσῃς μαθεῖν, οἷα τυγχάνεις ἔσα τὸν ὄψιν, ἀπὸ πέτρας τινὸς εἴποτε γαλεώτης εἴη, ὀπτικῷ χρᾶσαι ἐς ὕδωρ, ἴδε σαυτὴν ὀρθὲν ἂν ἢ χρῆσαι λευκὴν ἀκριβῶς· οὐκ ἐπαινήσας ὃ τοῦτο, ἴσως μὴ ὀπτικρέπῃ αὐτῷ τὸ ἐρύθημα. Γ Α. τὸ μὴ ἐγὼ μοὶ ἡ ἀκρόττως λευκὴ, ὅμοιος ἐρασθεὶς καὶ τοῦτον ἔχω· ὑμῖν δ' οὐκ ἔστιν οὐ τινά, ἢ ποιμένα, ἢ ναύτης, ἢ πορθμὰς ἐπαινῇς. ὁ δὲ Πολύφημος, πάνυ ἀγαθὸς καὶ μουσικὸς ὀρθῶς. Δ Ω. σιώπα ὦ Γαλάτεια, ἠκούσαμέν αὐτοῦ ἄδοντος, ὁπότε ἐκώμασε πρῴην ὅτι σὲ, Ἀφροδίτη φίλη, ὄνον δύ' τις ὀλκάδα ἔδοξε. τὸ αὐτὸ δὲ ἡ πηκτὶς, οἷα κριὸν ἐλάφου γυμνὸν τὸ κρανίῳ· τὰ μὲν κέρατα, πήχεις ὡσεὶ ἕξ. ζυγώσας δ' αὐτὰ, καὶ ἀνάψας τὰ νεῦρα, ἅδε κἀλλοπι περιστρέψας, ἐμιγνύδη ἄμουσόν τι, καὶ ἀπρεπὲς. ἄλλο μὲν αὐτὸς βοᾷν, ἄλλο δ' ἡ λύρα ὑπήχει. ὥστε ἅδε κατέχειν τὸν γέλωτα ἐδυνάμεθα, ὅτι τῷ ἐρωτικῷ τὸ εἶναι ἄσματι. ἡ μὲν γὰρ Ἠχὼ οὐδὲ ἀποκρίνεσθαι αὐτῷ ἤθελεν, ὅτω κάλλος οὖσα, βρυχωμένῳ. δὴ ἠξιώσατο, εἰ φανείη μεμυθωμένη πρᾶξαι ᾠδήν, καὶ καταγέλασον. ἔφερε δ' ὁ ἐπέρασος τὸ τῆς ἀλκάλας ἀθυρμάτιον, ἄρκτου σκύλακα, καὶ ὃ λάσιον αὐτῷ προσεοικότα.

GAL. Ne isthuc quidem ipsum, quòd hispidus est atq; agrestis, vt tu vocas, illum deformat: quin virile magis est. Porrò oculus media in frõte, decet etiã, quo quidem nihilo segniùs cernit, quã si duo forent. D O R. Videris Galatea nõ amantem habere Polyphemũ, sed illum potiùs adamare: sic eum prædicas. GAL. Equidem haud adamo: sed tamẽ insignem istã vestram insultandi opprobrandiq; petulantiam ferre non queo. Ac mihi nimirũ inuidentia quadam isthuc facere videmini, propterea quòd ille quum fortè aliquando gregẽ pasceret suum, nosq; è littorali specula in littore ludẽtes cerneret in prominentibus Ætnę pedibus, quà videlicet inter montẽ & mare littus sese in longum porrigit, vos ne aspexerit quidẽ: at ego omniũ vna visa sim formosissima, eoq; in vnam me coniecerit oculum. Ea res vos malè habet: nam argumẽtum est me forma præstantiorem esse, ac digniorem quæ amer: vos contrà fastiditas esse. DOR. An istud tibi putas inuidendum videri, si primũ pastori, deinde lusco formosa visa sis? quanquam quid aliud ille potuit in te probare, prẽter candorem? Is illi placet opinor, quòd caseo & lacti assueuerit: proinde quicquid his sit simile, id protinus pulchrũ iudicat. Alioqui vbi libebit scire qua sis facie, de scopulo quopiam in aquã, si quando trãquilla steterit, despectãs, temetipsã contẽplare: videbis aliud nihil nisi perpetuum candorẽ: verũ is quidem nõ probatur, nisi rubor admixtus illi, decus illi iunxerit. GAL. Atqui ego illa immodicè cãdida, tamẽ eiusmodi habeo amantẽ: quum interim è vobis nulla sit, quã vel pastor, vel nauta, vel portitor aliquis miretur: cæterũ Polyphemus (vt alia ne dicã) etiã canendi peritus est. DOR. Tace ô Galatea: audiuimus illum canentẽ, quum nuper pruriret in te: sed ô sancta Venus, asinũ rudere dixisses: nã lyrę corpus simillimũ erat cetuino capiti ossibus renudato: tũ cornua perinde quasi cubiti prominebãt: iis iunctis inductisq; fidibus, quas ne collope quidẽ circũtorquebat, agreste quiddã & absonum cantillabat, quũ aliud interim ipse voce caneret, aliud lyra succineret: ita vt tẽperare nobis nequiuerimus quin rideremus amatoriam illam cantionem. Nam Echo ne respondere quidem illi voluit balanti, quum sit adeò garrula: imò puduisset si visa fuisset stridulum illius & ridiculum cantum imitari. Ad hæc gestabat in vnis armasius iste delicias suas, vrsi catulum pilis hirtum, ipsi non dissimilem,

Quis autem non inuideat tibi amicum istum Galatea? GAL. Quin tu igitur Dori tuum ipsius amicum nobis commõstra, qui meo sit formosior, quique doctiùs ac meliùs vel voce canat, vel cithara. DOR. Mihi quidem nullus est amator, neque me hoc nomine iacto, quasi sim vehementer amabilis: veruntamen istiusmodi amicum, qualis est Polyphemus, nempe totus hircum olens, tum crudis victitans carnibus, & hospites, si qui appulerint, deuorans, tibi habeas, eúmque tu mutuum ames.

A τίς οὐκ ἂν φθονήσαι σοι ὦ Γαλάτεια τοιούτου ἐραστοῦ; ΓΑΛ. οὐκοῦν σὺ Δωρὶ δεῖξον ἡμῖν τὸν σεαυτῆς, καλλίω δηλονότι ὄντα, καὶ ᾀδικώτερον, καὶ κιθαρίζειν ἄμεινον ὑπισχνούμενον. ΔΩ. ἀλλ' ἐραστὴς μὲν οὐδεὶς ἔστι μοι, οὐδὲ σεμνυόμαι ἐρᾶσθαι εἰ). τοιοῦτος δὲ, οἷος ὁ Κύκλωψ ὅδε, κινάδεως ἀπόζων ὡσπερ ὁ τράγος, ὠμοφάγος, ὡς φασι, καὶ σιτούμενος τοὺς ὑποδημοῦντας τῶν ξένων, σοὶ γένοιτο, καὶ σὺ αὐτερῴης αὐτόν.

ΚΥΚΛΩΠΟΣ ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

CYCLOPIS ET NEPTVNI. Iac. Micyl. interprete.

CYCLOPS. O Pater, qualia passus sum ab execrabili isto hospite, qui me inebriatum excæcauit, somno grauatũ aggressus. NEP. Quis verò est qui isthęc facere ausus fuit, Polypheme? CYC. Principiò quidem seipsum. Neminem vocabat: postquam autem effugit, atque extra tela, vt dicitur, fuit, Vlyssem nominari se aiebat. NEP. Noui quem dicis, Ithacensem illum: ex Ilio autem nauigabat. Sed quo pacto hæc peregit, cùm alioqui non ita audax atque animosus sit? CYC. Deprehendi in antro, è pascuis domum reuersus, multos quosdam, insidiantes videlicet pecuariis. Posteaquam autem apposui foribus operculum, (saxum autem quoddam mihi est perquam magnum) atque ignem resuscitaui, accensa arbore quam de monte mecum ferebam, visi sunt abscondere sese parare. Ego verò comprehensis ipsorum quibusdam, vt par erat, deuoraui, vt qui prædones essent. Hîc igitur versutissimus ille, siue Nemo, siue Vlysses fuit, dat mihi bibere, infuso quodam veneno, dulci illo quidem, & fragranti, cæterùm ad insidias struẽdas præsentissimo, & maximè turbulento: nam statim omnia videbantur mihi posteaquam bibissem, circumagitari, & antrum ipsum inuertebatur, & prorsum apud me ampliùs ipse non eram: posteremò autẽ somno correptus iacui. Ille verò ex acuto vecte, eodemq; igne succenso insuper, etiam excæcauit me dormientem: & ex eo iam tempore cæcus tibi sum Neptune. NEP. Vt altè nimis dormiisti, fili, qui non interea exilueris, cùm excæcareris! Vlysses igitur ille quo pacto effugit? Non enim, sat scio, potuit dimouere saxum à foribus.

Vlysses Polyphemum excæcauit.

B Ω πάτερ, οἷα πέπονθα ὑπὸ τοῦ κακοδαίμονος ξένου· ὃς μεθύσας, ἐξετύφλωσέ με, κοιμωμένῳ ἐπιχειρήσας. ΠΟ. τίς δὲ ὁ ταῦτα τολμήσας ὦ Πολύφημε; ΚΥ. Ὁ μὲν πρῶτον, ΟΥΤΙΝ ἑαυτὸν ἀπεκάλει. ἐπεὶ δὲ διέφυγε, καὶ ἔξω ἦν βελῶν, Ὀδυσσεὺς ὀνομάζεσθαι ἔφη. ΠΟ. οἶδα ὃν λέγεις, τὸν Ἰθακήσιον· ἐξ Ἰλίου δ' ἀνέπλει. ἀλλὰ πῶς ταῦτ' ἔπραξεν, οὐδὲ πάνυ θρασὺς ὤν; ΚΥ. κατέλαβον αὐτὸν ἐν τῷ ἄντρῳ, ἀπὸ τῆς νομῆς ἀναστρέφας, πολλούς τινας, ὑποβαλλομένους δηλονότι τοῖς ποιμνίοις. ἐπεὶ δὲ ἔθηκα τῇ θύρᾳ τὸ πῶμα (πέτρα δὲ ἔστι μοι παμμεγέθης) καὶ τὸ πῦρ ἀνέκαυσα, φανὰν μάλιστα ὁ ἔφερον δένδρον ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἐφαίνοντο ἀποκρύπτειν αὑτοὺς πειρώμενοι. ἐγὼ δὲ συλλαβὼν αὐτῶν τινας, ὡσπερ εἰκὸς ἦν, κατέφαγον λῃστὰς ὄντας. ἐνταῦθα ὁ πανουργότατος ἐκεῖνος, εἴτε C ΟΥΤΙΣ, εἴτε Ὀδυσσεύς ἐστιν, δίδωσί μοι πιεῖν φαρμάκου τι ἐγχέας, ἡδὺ μέν, καὶ θύοσμον, ὑποβλητικώτατον δὲ, καὶ ταραχωδέστατον· ἀπόπτα γὰρ θύειν ἐδόκει μοι περιφέρεσθαι πάντα, καὶ ὅ ἀπήλαιον αὐτὸ αἰεὶ μετέφερετο, καὶ οὐκ ἐπὶ ὅλως ἐν ἐμαυτῷ ἦμεν· τέλος δὲ ἐς ὕπνον κατεπάδων. ὁ δὲ, ἀποξύσας τὸν μοχλὸν, καὶ πυρώσας γε, ὥσπερ ἐπ' ἐτύφλωσέ με καθεύδοντα· καὶ ἀπ' ἐκείνου τυφλός εἰμί σοι ὦ Πόσειδον. ΠΟ. ὡς βαθὺν ἐκοιμήθης, ὦ τέκνον, ὃς οὐκ ἐξέθορες μεταξὺ τυφλούμενος. ὁδὶ δὲ οὗτος Ὀδυσσεὺς πῶς διέφυγε; ἢ γὰρ δὴ δῆλον ὅτι ἐδυνήθη ἀποκινῆσαι τὴν πέτραν ἀπὸ τῆς θύρας.

ΚΥ. Ἀλλ' ἐγὼ ἀφῆλον, ὡς μᾶλλον αὐτὸν λάβοιμι ἑξιόντα· καὶ καθίσας παρὰ τὴν θύραν, ἐθήρων ταῖς χερσὶ σκιπτάσας, μόνα προεὶς τὰ πρόβατα ἐς τὴν νομήν, σκυτιλαμβος ὡς κριῷ, ὁπόσα ἐχρῆν παράπλην αὐτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ. ΠΟ. μανθάνω· ἀλλ' ἐκείνοις, ὅτε ἔλαθεν σε ἐξελθών, μὴ ἀπὸ τοὺς δήμους τε Κύκλωπας ἔδραμε βοηθοῦσα ἐπ' αὐτόν. ΚΥ. συνεκάλεσα ὦ πάτερ, καὶ ἦκον. ἐπεὶ δ' ἤρετο τὸ ὄνομα, κἀγὼ ἔφην ὅτι ΟΥΤΙΣ ἐστί, μᾶλλον χολῶν διηνεκῶς με, ὡς ἔοικε, ἀπιόντες. οὕτω κατεσοφίσατό με ὁ καταράτος τῷ ὀνόματι. καὶ ὁ μάντις ἐκέλευσε με, ὅτι καὶ ὀνήσειν ἐμοὶ δοκῶ συμφορᾶν, οὐδ' ὁ πατὴρ φησὶν ὁ Ποσειδῶν ἰάσεταί σε. Π. θάρρει ὦ τέκνον, ἀμυνῶμαι γὰρ αὐτόν, ὡς μάθῃ ὅτι εἰ καὶ πήρωσιν μοι ὀφθαλμοῦ ἰάσασθαι ἀδύνατον, τά γε ὦν τὰ πλείονται, ὃ σώζειν αὐτοῖς καὶ ἀπολλύναι ἐπ' ἐμοὶ πεφύκασι· πλεῖ δὲ ἔτι.

ACYC. At ego amoui ipsũ, quò faciliùs illũ comprehenderem inter egrediendũ. Ac collocato me ipso ad fores, extentis manibus venabar, solis dimissis in pascua ouibus, & arieti negotio dato, quęnam ipsũ agere pro me oporteret. NEP. Intelligo rẽ. Sub illis latuit te, clã se subducẽs, at cęteros certè Cyclopas cõueniebat te inuocare cõtra ipsum. CYC. Conuocaui illos, pater, atq; etiam venerunt: sed postquam me interrogassent insidiatoris nomen, atque ego dicerem Neminem esse: insanire me arbitrati, relicto me iterum B discesserunt. Ita imposuit mihi execrabilis ille, nomine. Et quod omnium maximè mihi ægrè fuit, contumeliosè obiecta mihi clade hac, Ne pater quidẽ Neptunus, inquit, leuabit te hoc malo. NEPTV. Confide fili: vlciscar enim ipsum, vt sentiat, etiamsi cæcitatem oculorum mederi non queam, nauigantes certè tamen seruare vel perdere, penes me esse. nauigat autem adhuc.

ΑΛΦΕΙΟΥ ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

ALPHEI ET NEPTVNI. Iacobo Micyllo interprete.

ΤΙ τοῦτο ὦ Ἀλφειέ, μόνος τῶν ἄλλων ἐμπεσὼν εἰς τὸ πέλαγος, ὅτε αἱ ἁμίγνυσαι τῇ ἅλμῃ, ὡς ἔθος ποταμοῖς ἅπασιν, ὅτε αἱ ἀναπαύῃ σεαυτὸν διαχυθείς, ἀλλὰ διὰ τῆς θαλάττης ξυνεχῶς, καὶ γλυκὺ φυλάττων τὸ ῥεῦμα, ἁμίγνης ἔτι καὶ καθαρὸς ἐπείγῃ; οὐκ οἶσθ' ὅπου βυθίου ἐστόδυς, καθάπερ οἱ λάβραι καὶ ἐρωδιοί, καὶ ἔοικας αἰακύψων που, καὶ αὖθις ἀναφανῆναι σεαυτόν. ΑΛ. ἐρωτικόν τι τὸ πρᾶγμά ἐστιν ὦ Ποσείδον, ὥστε μὴ ἔλεγχε. πεφίλημαι δὲ καὶ αὐτὸς πολλάκις. ΠΟ. γυναικὸς ὦ Ἀλφειέ, ἢ νύμφης ἐρᾷς, ἢ καὶ τῶν Νηρηίδων αὐτῶν μιᾶς; ΑΛ. οὐκ· ἀλλὰ πηγῆς ὦ Ποσείδον. Π. ἡ δὲ, ποῦ σοι γῆς αὕτη ῥεῖ; ΑΛ. νησιώτης ἐστὶ Σικελικὴ· Ἀρέθουσαν αὐτὴν καλοῦσιν. ΠΟ. οἶδα οὐκ ἄμορφον ὦ Ἀλφειὲ τὴν Ἀρέθουσαν, ἀλλὰ διαυγής τέ ἐστι, καὶ διὰ καθαροῦ ἀναβλύζει, καὶ ὕδωρ ὑπιστρέπει ταῖς ψηφίσιν, ὅλον ὑπὸ αὐτῶν φαινόμενον ἀργυροειδές. ΑΛ. ὡς δηλητῶς οἶδα τὴν πηγὴν ὦ Ποσείδον πρὸ ἐκείνης ἧν ἀφῖγμαι. ΠΟ. ἀλλ' ἄπιθι μόνος, καὶ θύτυχε ἐν ᾧ ἔρωτι. ἐκεῖνο δέ μοι εἰπέ, ποῦ τὴν Ἀρέθουσαν εἶδες, αὐτὸς μέν, Ἀρχαὶ ὦν, ἡ δὲ, ἐν Συρακούσαις ἐστίν;

QVid hoc, Alphee, quòd tu solus aliorum in mare delapsus, neq; cum salsugine misceris, perinde vt solent cætera flumina omnia: neq; cohibes teipsũ aquis diffusis, sed per mare velut concretus, ac dulci custodito fluore, incorruptus etiã & purus cursu laberis? nescio quò locorũ in profundum teipso, quemadmodũ gauiæ atq; ardeę faciunt, submerso: ac videris rursum emergere quoq; alibi, & teipsum iterũ spectãdum exhibere. ALPH. Amatoria quędam res hæc est, Neptune: quamobrem ne mihi vitio vertas. Amasti autem & ipse sæpenumero. NEP. Mulierémne, Alphee, an nympham amas, an etiam Nereidum ipsarum vnam aliquã? ALP. Non, verùm fontem Neptune quendam. NEP. Vbi igitur terrarum ille manat? ALP. Insularis est, in Sicilia, Arethusam ipsum vocant. NEP. Scio: non deformẽ sanè, Alphee, Arethusam amas: sed & liquidus fons ille est, & per purum scaturiendo ebullit: atq; ipsi aquę etiã calculi gratiã addunt, supra quos tota ea velut argẽtea apparet. ALP. Vt verè nosti fontẽ hunc, Neptune! ad illũ igitur abeo nũc. NEP. Sed abi quidẽ, & feliciter vtere amore. illud autẽ mihi dic, vbi tu Arethusam conspicatus es, Arcas ipse cũ sis, fons autem ille in Syracusis manet?

NEPTVNVS.

ALP. Properãtem me moraris Neptune, curiosè nimis interrogando. NEP. Probè dicis. Abi igitur ad amatum, ac emergens iterum è mari, eodem alueo cum fonte illo miscearis, & in vnam aquam redigamini.

Α ΑΛ. ἐπειγόμενόν με κατέχεις ὦ Ποσείδον, περίεργα ἐρωτῶν. ΠΟ. οὐ λέγεις. χώρει παρὰ τὸν ἀγαπώμενον· καὶ αὖθις ἀπὸ τῆς θαλάττης, ξυναυλίᾳ μίγνυσο τῇ πηγῇ, καὶ ἓν ὕδωρ γίνεσθε.

MENELAOY KAI ΠΡΩΤΕΩΣ.

MENELAI ET PROTEI. Eodem interprete.

MENELAVS. AT in aquam conuerti te Proteu, incredibile adeò non est, marinus vtique cùm sis: etiam arborem fieri, tolerabile: præterea & in leonem aliquando muteris licèt, tamen neque hoc supra fidem est. Quòd si autem & ignem fieri te possibile est, cùm in mari habites, hoc omnino miror, neque adducor vt credã. PRO. Ne mireris Menelaë. fieri enim soleo. MEN. Vidi equidem ipse: verum tamen videris mihi (dicetur enim hîc apud te) præstigias quasdam adhibere rei, atque intuentium oculos decipere: cùm interim ipse nihil tale fias. PROT. Et quænam adeo deceptio in rebus sic manifestis fieri queat? An non apertis oculis vidisti in quàm multa ipse me transformauerim? Quòd si verò non credis, & res hæc tibi falsa videtur, nempe apparentia quædam inanis ante oculos obuersans, posteaquam ignis factus fuero, applica mihi heus generose tu manum: nimirum senties, videárne tantùm ignis, an & vrendi vim habeam. MEN. Periculosum est experimentum hoc Proteu. PROT. At tu Menelaë videris mihi neque Polypum vidisse vnquam, neque etiam quid pisci huic accidere soleat, scire. MEN. Verùm Polypum ipsum quidem vidi: quæ verò accidant illi, libẽter ex te cognouerim. PRO. Cuicunq; saxo accedens acetabula sua applicuerit, atque affixus inhæserit cirramentis, illi seipsum similem efficit, mutatq; colorẽ, imitando saxum, quòd videlicet lateat piscatores, nihil ab illo varians, neque ob hoc manifestè apparens, sed omnino saxum referens. MEN. Ferunt hæc: sed tuum hoc multo magis omnem opinionem excedit Proteu. PRO. Nescio Menelaë cuinam alteri facilè credas, qui tuis ipsius oculis non credas. MEN. Videns equidem vidi, sed tamen res ipsa monstro similis est, eundem videlicet, ignem atque aquam fieri.

Β Ἀλλ' ὕδωρ μὲν σε γίνεσθαι ὦ Πρωτεῦ, οὐκ ἀπίθανον, σάλιον γε ὄντα, καὶ δένδρον ἐπὶ φορητόν· καὶ ἐς λέοντα ὁπότε ἀλλαγείης, ὅμως οὐδὲ τοῦτο ἔξω πίστεως. Εἰ δὲ καὶ πῦρ γίνεσθαι δυνατὸν ἐν τῇ θαλάττῃ οἰκοῦντα, τοῦτο πολύ θαυμάζω, καὶ ἀπιστῶ. ΠΡ. μὴ θαύμαζε ὦ Μενέλαε. γίγνομαι γάρ. ΜΕ. εἶδον ἐγὼ αὐτός. ἀλλά μοι δοκεῖς, (εἰρήσῃ γὰρ πρὸς σέ) γοητείαν τινὰ προσάγειν τῷ πράγματι, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξαπατᾶν τῶν ὁρώντων, αὐτὸς οὐδὲν τοιοῦτο γιγνόμενος. ΠΡ. Ἐν τίς αὖ ἡ ἀπάτη ὅτι τῶν ὑπαρχόντων γίγνοιτο; οὐκ αἰσθόμενός τις τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδες ἐς ὅσα μετεποίησα ἐμαυτόν; εἰ δὲ ἀπιστεῖς, καὶ τὸ πρᾶγμα ψευδὲς εἶναι δοκεῖ, φαντασία τις περὶ τὴν ὀφθαλμὴν ἰσαμένη, ἐπειδὰν πῦρ γένωμαι, προσπέλασόν μοι ὦ γενναιότατε τὴν χεῖρα. εἴσῃ γὰρ εἰ ὁρᾶσθαι μόνον, ἢ καὶ ὃ καῦσαι τότε μοι προσέσται. ΜΕ. οὐκ ἀσφαλὴς ἡ πεῖρα ὦ Πρωτεῦ. ΠΡ. σὺ δέ μοι Μενέλαε δοκεῖς οὐδὲ Πολύποδα ἑωρακέναι πώποτε, ὅθ' ὁ παθὼν ὁ ἰχθὺς οἷα εἰδέναι. ΜΕ. ἀλλὰ τὸν μὲν Πολύποδα εἶδον, ἃ πάσχει δὲ ἡδέως ἂν μάθοιμι παρὰ σοῦ.

C

D ΠΡ. ὁποῖα ἂν πέτρα προσελθὼν ἁρμόσῃ ταῖς κοτύλαις, καὶ προσφυὴς ἔχῃ τοῖς πλεκτάνοις, σκευὴν ὅμοιον ἀφαιρέσεται ἑαυτόν, καὶ μεταβαλὼν τὴν χρόαν, μιμούμενος τὴν πέτραν, ὡς ἂν λάθῃ τοὺς ἁλιέας, μὴ δηλαδὴ τῶν, μηδὲ φανερὸς ὢν δηλαδὴ τοῦτο, ἀλλ' ἐοικὼς τῷ λίθῳ. ΜΕ. φασὶ ταῦτα· ὃ δὲ σὺ πολλῷ παραδοξότερον ὦ Πρωτεῦ. ΠΡ. οὐκ οἶδα ὦ Μενέλαε, τίνι δὴ ἄλλῳ πιστεύσας, τοῖς σαυτοῦ ὀφθαλμοῖς ἀπιστῶν; ΜΕ. ἰδών, εἶδον. ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα τερατῶδες, τὸν αὐτὸν, πῦρ καὶ ὕδωρ γίγνεσθαι.

ΠΑΝΟΠΗΣ ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΗΣ.

PANOPES ET GALENES. Iacobo Micyllo interprete.

Εἶδες ὦ Γαλήνη οἷα ἐποίησεν ἡ Ἔρις ἐς τὸ δεῖπνον ἐν Θετταλίᾳ, διότι μὴ καὶ αὐτὴ ἐκλήθη ἐς τὸ συμπόσιον; ΓΑ. ἔγωγε· ἐγὼ γὰρ ἐκεῖ παρῆν. ἀλλ' ἐκέλευσέ με ὁ Ποσειδῶν ἀκύμαντον ἐν τοσούτῳ φυλάττειν τὸν πέλαγος. τί δ' οὖν ἐποίησεν ἡ Ἔρις μὴ παροῦσα; ΠΑ. ἡ Θέτις καὶ ὁ Πηλεὺς ἀπεληλύθεσαν ἐς τὸν θάλαμον, ἅτε τῆς Ἀμφιτρίτης καὶ τοῦ Ποσειδῶνος παραπεμφθέντες. ἡ Ἔρις δὴ ἐν τοσούτῳ λαβοῦσα πῶλον, ἐδεδώκει δὲ ῥᾳδίως, τῷ μὲν πινόντων, οἴνου ἢ χρυσοῦ ὄντων, ἢ τοῦ Ἀπόλλωνι κιθαρίζοντι, ἢ ταῖς Μούσαις ᾀδούσαις, προσεχόντων τὸν νοῦν, ἐνέβαλεν ἐς τὸ συμπόσιον μῆλόν τι πάγκαλον, χρυσοῦν ὅλον ὦ Γαλήνη. ἐπεγέγραπτο δέ, Η ΚΑΛΗ ΛΑΒΕΤΩ. κυλινδουμένου δὲ τοῦτο ὥσπερ ἐξεπίτηδες, ἦκε ἔνθα Ἥρα τε, καὶ Ἀφροδίτη, καὶ Ἀθηνᾶ κατεκλίνοντο. καὶ ἐπειδὴ ὁ Ἑρμῆς ἀπελόμενος ἐπελέξατο τὰ γεγραμμένα, αἱ μὲν Νηρηίδες ἡμεῖς ἀπεσιωπήσαμεν. τί γὰρ ἔδει ποιεῖν, ἐκείνων παρουσῶν; αἱ δὲ ἀντεποιοῦντο ἑκάστη καὶ αὐτὴ εἶναι τὸ μῆλον ἠξίουν. καὶ εἰ μή γε ὁ Ζεὺς διέκρινεν αὐτάς, καὶ ἄχρι χειρῶν προὐχώρησε τὰ πράγματα. ἀλλ' ἐκεῖνος αὐτὰς μὲν, ἔφη κελεύειν περὶ τούτου (κρίνειν ἐκείνας αὐτὸν δικάσαι ἠξίουν) ἀπιέναι δὲ ἐς τὴν Ἰδην πρὸς τὸν Πριάμου παῖδα· ὃς οἶδέ τε διαγινώσκειν τὴν καλλίονα, φιλόκαλος ὤν, καὶ οὐκ ἂν ἐκεῖνος κρίναι κακῶς. ΓΑ. τί οὖν αἱ θεαὶ ὦ Παίοπη; ΠΑ. τὴμερον οἴμῳ ἀπῖσαι πρὸς τὴν Ἰδην. ΓΑ. καί τις ἤδη μετὰ μικρὸν ἀπαγγελεῖ ἡμῖν τὴν κρατήσασαν; ΠΑ. ἤδη σοι φημί, οὐκ ἄλλη κρατήσει, τῆς Ἀφροδίτης ἀγωνιζομένης, ἢν μή τι πάθῃ ὁ διαιτητὴς ἀμβλυώττων.

A VIdistíne, Galene, heri, qualia fecit Eris ad cœnam in Thessalia, propterea quòd non & ipsa vocata fuerat ad conuiuium? GAL. Haud conuiuata equidem vobiscum tum fui: nam me Neptunus iusserat tranquillum interea, Panope, seruare pelagus. Sed quid fecit Eris, cùm præsens non adesset? PAN. Thetis ac Peleus concesserant intrò in thalamum, deducentibus ipsos Amphitrite ac Neptuno. Interea autem Eris, clam cæteris omnibus (id quod facile illi tum fuit, aliis bibentibus, quibusdam B autem applaudentibus vel Apollini citharam personanti, vel Musis ore modulantibus adhibendo animum) proiecit in cõuiuium pomum quoddam admodum pulchrum, atq; aurcũ, Galene, totum. Inscriptum autem erat his verbis: FORMOSA ACCIPIAT. Dũ igitur volutatur hoc, tanquam ex composito iactum peruenit eò loci, vbi Iuno & Venus & Minerua accumbebant. Deinde vbi Mercurius sublato illo legit ea quibus illud inscriptũ erat: nos quidem Nereides cum silentio sedebamus: (quid enim agendum erat illis præsentibus?) illæ verò inter se cõtendebant, ac quælibet suum illud esse volebat. Et nisi Iupiter se ipsum interposuisset, etiam ad manus vsque res hęc processisset. Verùm ille, Ipse quidem, inquit, nõ feram iudiciũ de hoc (tametsi illæ ipsum iudicare vellent) sed in Idam ad Priami filium abite, qui & discernere nouit quęnam formosior sit, vtpote elegantiæ studiosus & ipse: & non facilè, talis cùm sit, iudicauerit malè. GALE. Quid igitur ad hæc Deæ illę, Panope? PAN. Hodie, arbitror, in Idam abeunt. GAL. Et quis veniet paulo pòst qui nobis renunciet eam quæ vicerit? PAN. At iam nunc tibi affirmo, quòd nulla alia vincet veniente in certamen Venere, nisi arbiter ipse omnino cæcutiat.

ΤΡΙΤΩΝΟΣ, ΑΜΥΜΩΝΗΣ, ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

TRITONIS, AMYMONES, ET NEPTVNI. Eodem interprete.

Ἐπὶ τὴν Λέρναν ὦ Ποσείδον παραγίγνεται καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑδρευσομένη παρ-

AD Lernam, Neptune, quotidie venit aquatum virgo, pulchra omni-

no ſpecies. Haud equidem ſcio formoſiorem vllam puellam vidiſſe me. NEP. Liberám ne dicis, Triton, an verò ſerua quæpiam eſt, quæ aquam ferre ſolet? TRI. Minimè verò, ſed Danai illius filia, vna ex quinquaginta iſtis etiam ipſa eſt, Amymone nomine. Interrogaui enim & quæ vocaretur, & genus ipſius. Danaus autem duriter admodum educat filias, & opus manu facere ipſas docet, & ad aquam hauriendam mittit, & ad alias res agendas inſtituit, impigræ ipſę vt ſint. NEP. Soláne autem venire ſolet longã adeo viam ex Argis ad Lernã vſque? TRIT. Sola: nam ſiticuloſum ipſum Argos eſt, vt noſti: quare neceſſe B eſt ſemper aquatum venire illam. NEP. Non mediocriter affeciſti me animo, ô Triton, qui mihi hæc de puella narraris. Quare eamus ad ipſam. TRIT. Eamus. iam enim tempus quoque eſt cùm aquatum ire ſolet. Ac prope mediam circa viam alicubi eſt petendo Lernam. NEP. Proinde currum iunge, vel, an hoc longiorem rebus moram iniiciet, ſubmittere equos iugo, & currum apparare? Tu verò potiùs delphinem mihi aliquem ex velocibus illis huc ſiſte: inequitãdo enim illi quàm celerrimè prouehar. TRI. Ec- C ce tibi hunc delphinum omnium velociſſimum. NEP. Probè ſanè. prouehamur igitur. Tu verò iuxta natando conſequere me, Triton. Ac poſteaquam ad Lernam iam aduenimus, ego quidem hîc in inſidiis ero; tu autem ſpeculando obſerua quando illam accedentem ſentias. TRIT. Eccam tibi, propè eſt. NEP. Formoſa, Triton, & in ipſo ætatis flore puella hæc: ſed comprehendenda nobis eſt. AMY. Heus homo, quò me hinc correptam abducis? plagiarius quiſpiam es, ac videris ab Ægypto patruo noſtro ablegatus eſſe! quare clamando patrem D vocabo. TRIT. Tace Amymone, Neptunus hic eſt. AMY. Quid Neptunum mihi narras? Cur mihi ô homo vim facis, atque hinc in mare abſtrahis? Ego verò ſuffocabor miſera, ſubmerſa aquis. NEP. Bono animo ſis: nihil graue patiaris faciam: ſed & fontem cognominem tibi emanare hîc ſinam, percuſſo tridente ſaxo hoc iuxta æſtuarium, & tu ipſa felix atq; beata eris, ac ſola ſororum obita morte aquam non geſtabis.

A θένος, πάγκαλόν τι χρῆμα, οὐκ οἶδα ἔγωγε καλλίω παῖδα ἰδών. ΠΟ. ἐλθὼν ἔφερε τινὰ ὦ Τείτων λέγεις, ἢ θεράπαινά τις ὑδροφόρος ἐστίν. ΤΡ. ἄριστον· ἀλλὰ τῦ Δαναοῦ ἐκείνου θυγάτηρ, μία τῶν πεντήκοντα καὶ αὐτὴ, Ἀμυμώνη τοὔνομα. ἐπυθόμην γὰρ ἥτις καλοῖτο, καὶ ὅ γένος. ὁ Δαναὸς δὲ σκληραγωγεῖ τὰς θυγατέρας, καὶ ἐργάζεσθαι διδάσκει, καὶ πέμπει ὕδωρ τε ἀρυσομένας, καὶ τἄλλα, παιδεύων ὅπως ἔσονται αὐτάς. ΠΟΣ. μόνη δὲ πορεύεται μακρὰν οὕτω τὴν ὁδὸν ἐξ Ἄργους ἐς Λέρναν; ΤΡ. μόνη. πολυδίψιον δὲ τὸ Ἄργος ὡς οἶσθα· ὥστε ἀνάγκη ἀεὶ ὑδροφορεῖν. ΠΟ. ὦ Τείτων, ὡς μετεῖσί με διεπράξας εἰπὼν τὰ περὶ τῆς παιδός· ὥστε ἴωμεν ἐπ' αὐτήν. ΤΡ. ἴωμεν· ἤδη γὰρ καιρὸς τῆς ὑδροφορίας. καὶ σχεδόν που κατὰ μέσην τὴν ὁδόν ἐστιν ἰοῦσα ἐς τὴν Λέρναν. ΠΟΣ. σὺ μὲν ζεῦξον τὸ ἅρμα· ἢ τοῦτο μὲν πολλὴν ἔχει τὴν διατριβὴν ἐπάγειν τοὺς ἵππους τῷ ζυγῷ, καὶ τὸ ἅρμα ὑποκυλίειν; σὺ δὲ ἄλλο δελφῖνά μοι τινὰ τῶν ὠκέων προάγαγε· ἐφιππάσομαι γὰρ ἐπ' αὐτῷ πάνυ. ΤΡ. ἰδοὺ σοὶ ὅτου ὁ δελφίνων ὠκύτατος. ΠΟΣ. ἄγε ἀπελαύνωμεν. σὺ δὲ παρανήχου ὦ Τείτων. κἀπειδὴ πάρεσμεν ἐς τὴν Λέρναν, ἐγὼ μὲν λοχήσω ἐνταῦθά που, σὺ δ' ἀποσκόπει ὁπότ' ἂν αἰσθῇ προσιοῦσαν αὐτήν. ΤΡ. αὕτη σοι πλησίον. ΠΟ. καλὴ ὦ Τείτων καὶ ὡραία παρθένος· ἀλλὰ συλληπτέα ἡμῖν ἐστιν. ΑΜΥ. αἰαῖ ξένε, ποῖ με ξυναρπάσας ἄγεις; αἰσθαπόδιστός εἶ, καὶ ἔοικας ἡμῖν ἀπὸ Αἰγύπτου τῦ θείου ἀπεσταλῆναι· ὥστε βοήσομαί σου τὸν πατέρα. ΤΡ. σιώπησον ὦ Ἀμυμώνη, Ποσειδῶν ἐστί. ΑΜΥ. τί Ποσειδῶν λέγεις; τί βιάζῃ με ὦ ἄνθρωπε, καὶ ἐς τὴν θάλατταν καθέλκεις; ἐγὼ δὲ ἀποπνιγήσομαι ἡ ἀθλία καταδῦσα. ΠΟ. θάρρει, οὐδὲν δεινὸν πάθῃς, ἀλλὰ καὶ πηγὴν ἐπώνυμόν σοι ἀναδοθῆναι ἐάσω ἐνταῦθα, παταξας τῇ τριαίνῃ τὴν πέτραν πλησίον τῦ κλύσματος. καὶ σὺ εὐδαίμων ἔσῃ, καὶ μόνη τῶν ἀδελφῶν ὑδροφορήσᾳς ἀποθανοῦσα.

ΝΟΤΟΥ ΚΑΙ ΖΕΦΥΡΟΥ.

NOTI ET ZEPHYRI. Iacobo Micyllo interprete.

ΤΑὐτὴν ὦ Ζέφυρε τὴν δάμαλιν, ἣν ἀφ' ἁλὸς τῷ πελάγους ἐς Αἴγυπτον ὁ Ἑρμῆς ἄγει, ὁ Ζεὺς διεκόρησεν ἀλοὺς ἔρωτι; ΖΕ. ναὶ ὦ Νότε· ἡ δαμάλις ὅ τότε, ἀλλὰ παῖς ἦν τοῦ ποταμοῦ Ἰνάχου. νῦν δὲ ἡ Ἥρα τοιαύτην ἐποίησεν αὐτὴν ζηλοτυπήσασα, ὅτι καὶ πάνυ ἐώρα ἐρῶντα τὸν Δία. ΝΟ. νῦν οὖν ἔτι ἐρᾷ τῆς βοός; ΖΕ. καὶ μάλα. καὶ ἀφ' τούτου εἰς Αἴγυπτον αὐτὴν ἔπεμψε· καὶ ἡμῖν προσέταξε μὴ κυμαίνειν τὴν θάλατταν ἕστ' ἂν ἀφικνῆται, ὡς ἀποτεκοῦσα ἐκεῖ. κύει δὲ ἤδη· θεὸς γάρ οἶσιν καὶ αὐτή, ἐκ Διός τε θεόν. ΝΟ. ἡ δάμαλις θεός; ΖΕ. καὶ μάλα ὦ Νότε. ἀρξεῖ τε, ὁ Ἑρμῆς ἔφη, τῶν πλεόντων, καὶ ἡμῶν ἔσται δέσποινα, ὃν τινα αὐτὴ ἐθέλῃ ἐκπέμψαι, ἢ κωλύσαι ἐκπνεῦσαι. ΝΟ. θεραπευτέα τοίγαρουν ὦ Ζέφυρε, ἤδη δέσποινά γε οὖσα· νὴ Δία δύσερως γάρ, ἅτε γοῦν. ΖΕ. ἀλλ' ἤδη γὰρ διεπέρασε, καὶ ἐξένευσεν ἐς τὴν γῆν. ὁρᾷς ὅπως οὐκέτι μόνον τετραποδίζει βαδίζει, ἀνορθώσας δ' αὐτὴν ὁ Ἑρμῆς, γυναῖκα παγκάλλω αὖθις ἐποίησε; ΝΟ. παράδοξα γοῦν ταῦτα ὦ Ζέφυρε. οὐκ ἔτι τὰ κέρατα, οὐδὲ οὐρά, καὶ διχηλὰ τὰ σκέλη, ἀλλ' ἁβρὰς κόρη. ὁ μόνος τοι Ἑρμῆς τί παθών, μεταβέβληκεν ἑαυτόν, καὶ αὖτε νεανίου, κυνοπροσώπους γεγένηται; ΖΕ. μὴ πολυπραγμονῶμεν, ὅτε ἄμεινον οὐκ οἶδε τὰ πρακτέα.

NVm hanc, Zephyre, iuuẽcam, quam per mare in Aegyptum Mercurius ducit, Iupiter amore captus vitiauit? ZEPH. Hanc ipsam, Note: sed iuuenca tum non erat, sed puella, Inachi fluuij filia. Nunc autem Iuno talem ipsam effigiauit, æmulatione amoris commota, propterea quòd videbat Iouem illam prorsus deperire. NOT. Proinde etiam nunc bouem illam amat? ZEPH. Atque admodum: & propterea in Aegyptum ipsam misit, nobísque edixit ne conturbaremus mare, donec illa transnatasset, vt quæ illic paritura sit: fert autem vterum modò, Deúsque fiet cùm ipsa, tum quod ex ea partum erit. NOT. An iuuenca Deus? ZEPH. Atque admodum, Note, imperabitq; (inquit Mercurius) nauigantibus, ac nostra erit domina, vt quẽcunque nostrum volet, emittat vel prohibeat spirare. NOT. Colenda igitur obseruandaq; nobis erit, Zephyre, iam domina certè cùm sit: nam per Iouem, beneuolentior eo pacto nobis erit. ZEPH. Sedenim iam traiecit, & in terrã enatauit. Vides vt nõ ampliùs quadrupes incedat, sed erectam ipsam Mercurius denuo mulierem formosam prorsus reddidit? NOTVS. Mira nimirum hæc Zephyre: nusquã ampliùs neque cornua illius, neque cauda, neque tibiæ bifidæ, sed amabilis puella est. Cæterùm Mercurio quidnam accidit, qui seipsum mutauit, & ex adolescente factus est quispiam caninam faciem præ se ferens? ZEPH. Ne curiosiùs persequamur ista, quandoquidem meliùs ille quæ facienda sint, nouit.

NOTVS.

Io in vãcam.

ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΚΑΙ ΔΕΛΦΙΝΩΝ.

NEPTVNI ET DELPHINVM. Iacobo Micyllo interprete.

ΕΥγε ὦ Δελφῖνες, ὅτι ἀεὶ φιλάνθρωποί ἐστε· καὶ πάλαι μὲν ὁ τοῦ Ἰνοῦς παιδίον ὀπτὸν τὸν Ἰσθμὸν ἐκομίσατε, ὑποδεξάμενοι ἀπὸ τῶν Σκιρωνίδων μετὰ μητρὸς ἐμπεσόν· καὶ νῦν σὺ τὸν κιθαρῳδὸν τοῦτον τὸν ἐκ Μηθύμνης αἰδοίων, ἐξενήξω ἐς Ταίναρον αὐτῇ σκευῇ, καὶ κιθάρᾳ· οὐδὲ ἀφείδες κακῶς ὑπὸ τῶν ναυτῶν ἀπολλύ-

DLAudo, rectè facitis Delphines, quòd semper amantes hominum estis. Nam & olim Inus filium in Isthmum portastis, exceptum à Scironiis scopulis, vnde cum matre præcipitatus fuerat: & nunc tu citharœdo isto Methymnensi cum ipso ornatu & cithara recepto, in Tænarum enatasti, neque passus es indignè à nautis perire illũ.

NEPTVNVS.

Delphini amatores hominum.

Sic Arion transuectus.

DEL. Ne mireris Neptune, si hominibus bene facimus: nam & ipsi ex hominibus pisces facti sumus. NEP. Atque equidem ob id reprehendo Bacchũ, quòd vos nauali prælio superatos ita transformauit, cùm deberet captiuos solũ in deditionem accipere: quemadmodum & cæteros in potestatem redegit. Sed quo pacto cum Arione hoc quod accidit, sese habet? DEL. Periander iste, puto, delectabatur homine, ac sæpe illum ad se accersebat artis gratia. Ille autem diues iã factus à tyranno, concupiuit, nauigando in patriã, Methymnam videlicet, spectãdas ibi diuitias suas exhibere. Ac cõscensa ad traiiciendum naui hominum quorundam sceleratorum, posteaquam cognitus est multum auri secum ferre, vbi ad medium fermè Ægæum peruentum fuit, insidiari illi nautę cœperunt. Ille verò (nam auscultabam omnia, iuxta nauigium natando) Quoniam hoc vobis ita visum est, inquit, at me saltem assumpto ornatu, & decantato priùs mihi ipsi funebri aliquo carmine, volentem sinite præcipitare meipsum. Concesserunt nautæ. Tum ille assumpsit ornatum, & cecinit admodum lene ac blandum quiddam, atque ita in mare præcipitauit sese, tanquã statim omnino moriturus. Ego verò excepto atq; impositio illo, enataui vnà cum ipso in Tænarum. NEP. Laudo studiũ erga Musicam tuum. dignam enim mercedem retulisti ipsi pro eo quod auscultaras.

Α μῶν. ΔΕΛ. μὴ θαυμάσῃς ὦ Ποσείδον, εἰ τοῖς ἀνθρώποις εὖ ποιοῦμεν, ἐξ ἀνθρώπων γε καὶ αὐτοὶ ἰχθύες γεγόμενοι. ΠΟ. καὶ μέμφομαί γε τῷ Διονύσῳ, ὅτι ὑμᾶς καταναυμαχήσας, μετέβαλε, δέον χειρώσασθαι μόνον, ὥσπερ τοὺς ἄλλους ὑπηγάγετο. ὅπως γοῦν τὰ περὶ τὸν Ἀρίονα τὸν ἐλθόντα ὦ Δελφίν; ΔΕΛ. ὁ Περίανδρος οἶμαι, ἔχαιρεν αὐτῷ, καὶ πολλάκις μετεπέμπετο αὐτὸν ὅτι τῆ τέχνῃ. ὁ δὲ, πλουτήσας παρὰ τοῦ τυράννου, ἐπεθύμησε πλοῦσιος οἴκαδε ἐς τὴν Μήθυμναν, ὅπιδείξασθαι τὸν πλοῦτον. καὶ ὁπλισάς πορθμεῖόν τινος κακούργων ἀνδρῶν, ὡς ἔδοξε πολὺν ἄγων χρυσὸν, καὶ ἄργυρον, ἐπεὶ κατὰ μέσον τὸ Αἰγαῖον ἐλθόντα, ὑπεβουλεύοντο αὐτῷ οἱ ναῦται. ὁ δὲ (ἠκροώμην γὰρ ἁπάντων παρὰ τὸν πρύμνην τῷ σκάφει) ἐπεὶ ταῦτα ὑμῖν δέδοκται, ἔφη, ἀλλὰ τὴν σκευὴν ἀναλαβόντά με, καὶ ἄσματι θρηνῶδές τινα ἐπ' ἐμαυτῷ, ἐκεῖνα ἐάσατε ῥίψαι ἐμαυτόν. ἐπέτρεψαν οἱ ναῦται. καὶ ἀνέλαβε τὴν σκευὴν, καὶ ἦσε πάνυ λιγυρῶς· καὶ ἔπεσεν εἰς τὴν θάλατταν, ὡς αὐτίκα πάντως ἀποθανούμενος. ἐγὼ δὲ ὑπολαβών, καὶ ἀναθέμενος αὐτὸν, ἐξενηξάμην ἔχων εἰς Ταίναρον. ΠΟΣ. ἐπαινῶ τῆς φιλομουσίας. ἄξιον γὰρ τὸν μισθὸν ἀποδέδωκας αὐτῷ τῆς ἀκροάσεως.

ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΚΑΙ ΝΗΡΗΙΔΩΝ.

NEPTVNI ET NEREIDVM. Eodem interprete.

NEPTVNVS. FRetum hoc quidẽ angustum, in quod puella delapsa, submersa est, Hellespontus ab ipsa vocetur: cadauer autem ipsum vos Nereides acceptum in Troadem auferte, vt ibi ab incolis sepeliatur. NER. Nequaquam, Neptune, sed hîc in cognomine pelago sepeliatur. Miseremur enim ipsius, vt quæ miserabilia maximè à nouerca passa fuerit. NEPT. At hoc quidem, Amphitrite, fas non est, neque etiam aliàs honestum, hîc illam alicubi sub arena iacere: sed, quod dixi, in Troade in Chersoneso mox sepelietur. Illud autem pro solatio ei erit, quòd paulo pòst eadem ipsa quoque Ino patietur, & præcipitabitur, persequente illam Athamante, in pelagus,

Helle ab ariete in mare delapsa.

D ΤΟ μὲν στενὸν τοῦτο, ἐς ὃ ἡ παῖς κατενέχθη, Ἑλλήσποντος ἀπ' αὐτῆς καλείσθω. τὸν δὲ νεκρὸν, ὑμεῖς ὦ Νηρηίδες παραλαβοῦσαι, τῇ Τρῳάδι παραπέμψατε, ὡς ταφείη ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων. ΝΗ. μηδαμῶς ὦ Ποσείδον. ἀλλ' ἐνταῦθα ἐν τῷ ἐπωνύμῳ πελάγει τεθάφθω· ἐλεεῖται γὰρ αὐτὴν, οἰκτίσαι τὰ τῆς μητρυιᾶς πεπονθυῖαν. ΠΟ. τοῦτο μὲν ὦ Ἀμφιτρίτη θέμις. οὐδ' ἄλλως καλὸν ἐνταῦθά που κεῖσθαι τὴν θάμιμον αὐτὴν, ἀλλ' ὅπερ ἔφης ἐν τῇ Τρῳάδι ἐν τῇ Χερρονήσῳ τεθάφθαι. ἐκεῖνο δὲ παραμύθιον ἔσται αὐτῇ, ὅτι μετ' ὀλίγον τὰ αὐτὰ καὶ ἡ Ἰνὼ πείσεται, καὶ ἐμπεσεῖται ὑπὸ τοῦ Ἀθάμαντος διωκομένη εἰς τὸ πέλαγος,

ἀπ' ἄκρας τῆς Κιθαιρῶνος, καθόσον καθήκει ἐς τὸ θάλασσαν, ἔχουσα καὶ τὸν υἱὸν ὁπὶ τῆς ἀσκάλης. ΝΗ. ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνο σῶσαι δεήσει, ἡφαιστάμυος τοῦ Διονύσου· ἔφορος γὰρ αὐτοῦ καὶ τροφὸς ἦν ἡ Ἰνώ. ΠΟ. οὐκ ἐχρῆν οὕτω πονηρὸν ὄντα παῖδα· ἀλλὰ τοῦ Διονύσου ἀηδιεῖν οὐ δίκαιον Ἀμφιτρίτην οὐκ ἄξιον. ΝΗ. αὐτὴ ἄρα ἡ παῖς δοῦσα κατέπεσεν ἀπὸ τοῦ κριοῦ· ὁ ἀδελφὸς δὲ ὁ Φρίξος ἀσφαλῶς ὀχεῖται; ΠΟ. εἰκότως. νεανίας γάρ, καὶ δυνατὸς αὐτέχειν τοῖς τὴν φορὰν· ἡ δὲ, οἷα δὴ ἀπειρία ὀπισθίασα ὀχήματος καινοῦ δοξάσῃ, καὶ ἀπιδοῦσα ἐς βάθος ἀχανὲς, ἐκπλαγεῖσα, καὶ τοῦ θάμβους ἅμα ἐλθεῖσα, καὶ ἰλιγγιάσασα τοῖς ὀφθαλμοῖς τὴν ὁρμὴν τοῦ πηδήσεως, ἀκρατὴς ἐγένετο τῶν κεράτων τοῦ κριοῦ, οὓς τέως ἀπείληπτο· καὶ κατέπεσεν ἐς τὸ πέλαγος. ΝΗ. οὐκοῦν ἐχρῆν τὸ μητέρα τὴν Νεφέλην βοηθεῖν πεπτωκυίᾳ. ΠΟ. ἐχρῆν· ἀλλ' ἡ Μοῖρα πολλῷ τῆς Νεφέλης δυνατωτέρα.

A ex ſummo Cithærone, quà in mare porrigitur, vnà cum filio quem in vlnis geſtabit. NER. Sed & illam ſeruare conueniet, gratiam hanc Baccho faciendo. Educauit enim illum Ino, eademq; nutrix illius fuit. NEP. Non decebat, adeò prauam. Sed tamen Baccho non gratificari, Amphitrite, indignum foret. NER. Sed quid accidit huic, quòd ab ariete decidit, frater autem eius Phryxus tutò vehitur? NEP. Meritò. adoleſcēs enim eſt, & contra impetum obſiſtere poteſt. Illa verò eo quòd inſueta eius rei erat, con-
B ſcenſo videlicet vehiculo nouo & inopinato, & deſpiciēdo in profundum immēſum, perculſa animo, & pauore pariter attonita, prēterea & vertigine correpta, prę vehementia & impetu volatus retinere cornua arietis ampliùs non potuit, quibus ſe eovſq; ſuſtentauerat: atque ita in mare decidit. NER. An non igitur matrem ipſius Nephelen decebat opē ferre cadenti? NEP. Decebat ſanè, ſed Parca quàm Nephele multo potentior eſt.

ΙΡΙΔΟΣ ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

IRIDIS ET NEPTVNI. Iacobo Micyllo interprete.

ΤΗν νῆσον τὴν πλανωμένην, ὦ Πόσειδον, ἀνακαθεῖσθαι τῆς Σικελίας, ὕφαλον ὀπαγήναι συμβέβηκε. ταύτην φησὶν ὁ Ζεὺς ἵδρυσιν ἤδη, καὶ ἀνάφηνον, καὶ ποίησον ἤδη δῆλον ἐν τῷ Αἰγαίῳ μέσῳ βεβαίως μένον, σπεύδας πάνυ ἀσφαλῶς· δεῖται γάρ τι αὐτῆς. ΠΟ. πραχθήσεται ταῦτα ὦ Ἶρι. πῶς δὲ ὅμως παρέξει αὐτὴν τῇ χρείαν ἀναφανεῖσα, καὶ μηκέτι πλέουσα; ΙΡ. τῇ Λητοῖ ἐπ' αὐτῆς δεῖ ἀποκυῆσαι· ἤδη γὰρ πονήρως ἔχει τῶν ὠδίνων ἔχει. ΠΟ. ἦ οὖν; οὐχ ἱκανὸς ὁ οὐρανὸς ἐστὶν ἐκεῖ; εἰ δὲ μή ἐστι, ἀλλά γε πᾶσα ἡ γῆ οὐκ ἂν ἐπιδέξαιτο δυναμένη τὰς αὐτῆς γονάς; ΙΡ. οὐκ ὦ Πόσειδον· ἡ Ἥρα γὰρ ὅρκῳ μεγάλῳ κατέλαβε τὴν γῆν, μὴ παρασχεῖν τῇ Λητοῖ τῶν ὠδίνων ὑποδοχήν. ἡ τοίνυν νῆσος αὕτη ἀνώμοτός ἐστιν· ἀφανὴς γὰρ ἦν. ΠΟ. σαφῶς οἶδα. ἴσθι ὦ νῆσε, καὶ ἀνάδυθι αὖθις ἐκ τοῦ βυθοῦ, καὶ μηκέτι ὑποφέρου, ἀλλὰ βεβαίως μένε, καὶ ὑπόδεξαι ὦ βελτίστη τοῦ ἀδελφοῦ τὰ τέκνα δύο, θεῶν καλλίστους τῶν ἄλλων. καὶ ὑμεῖς ὦ Τρίτωνες, διαπορθμεύσατε τὴν Λητὼ ἐς αὐτήν· καὶ γαλήνια ἅπαντα ἔστω.

C INſulam iſtam errantem Neptune, quę à Sicilia reuulſa atque vndis ſubmerſa, mari innatat, eam, ita iubet Iupiter, conſiſtere facias iam atque apparere, & vt tandem manifeſta atque conſpicua in medio Ægæo inconcuſſe maneat, fundata firmiter admodum illa. opus enim illa nonnihil habet. NEP. Fiet hoc, Iri: ſed tamen quem vſum illi præbebit manifeſta apparens, & non ampliùs fluctuans? IRIS. Latonam in ipſa oportet parere: iam enim malè habet à doloribus. NEPT. Quid igitur? an non ſufficit illi cœlum, vt in eo pariat? quòd ſi minùs autem illud, at certè
D nec tota terra partus illius recipere poterat? IRIS. Non, Neptune. Nam Iuno obſtrinxit iureiurando magno Tellurem, ne præberet Latonæ parturienti vllum receptaculum. Hæc igitur inſula iuramento non tenetur. abſcondita enim tum fuit. NEP. Intelligo rem. Igitur ſubſiſte inſula, atque emerge iterum ex profundo, & non ampliùs fluctues aut titubes, ſed immota maneas: ac ſuſcipe ô feliciſſima fratris mei liberos duos, deorum omnium pulcherrimos. Et vos Tritones traiicite Latonam in ipſam, omniáque tranquilla ſint.

IRIS. Delos inſula fluitans ſubſiſtit. Alludit ad nomē δῆλον, quo ipſa inſula dicta eſt.

Serpentem autem istum, qui nunc velut œstro exagitat illam, perterrefaciendo, ipsi infantes posteaquam in lucem editi fuerint, aggredientur, ac matrem vindicabunt. Tu verò vade, renuncia Ioui omnia bene habere. Stabilita est insula: veniat Latona, ac pariat.

τὸν δράκοντα δέ, ὃς νῦν ἐξοιστρᾷ αὐτὴν φοβῶν, τὰ νεογνά, ἐπειδὰν τεχθῇ, αὐτίκα μέτειμι, καὶ ἀμυνοῦμαι τῇ μητρί· σὺ δὲ ἀπάγγελε τῷ Διὶ πάντα εὖ διαπεπρᾶχθαι. ἔσηκεν ἡ Δῆλος· ἰκέτω ἡ Λητὼ καὶ τικτέτω.

ΞΑΝΘΟΥ ΚΑΙ ΘΑΛΑΣΣΗΣ.

XANTHI ET MARIS. Eodem interprete.

XANTHVS. SVscipe me ô Mare: grauia enim passus sum. extingue mihi vulnera. MAR. Quid hoc rei est Xanthe? quis te deussit? XAN. Vulcanus. sed igne cãdesco prorsus miser, & efferuesco. MAR. Cur autem iniecit tibi ignem? XAN. Propter filium Thetidis. Postquam enim occidẽtem illum Phrygas, supplex deprecatus sum, ille autem ab ira nihil remisit, sed occisorum corporibus etiam obstruxit mihi alueum: ego misertus miserorũ, occurri, vt aquis inundarem atq; inuoluerẽ illum, quò eo periculo absterritus, ab occidione virorum cessaret. Ibi igitur Vulcanus (nam tum fortè quadã propè aderat) vniuerso igne, quãtum opinor vsquã habebat, quantumq; & in Ætna, & si quibus aliis locis vllus est, allato, processit obuiam: ac exussit quidem vlmos & myricas, assauit autem & infelices pisces & anguillas: me verò cùm efferuescere fecisset, parum abfuit quin totum aridum ac siccũ reddiderit. Vides nimirum quo pacto exustionibus istis deformatus sim? MAR. Turbidus es, ô Xãthe, & calidus, vt consentaneum est, cruore, à cadaueribus: calore autem, vt ais, ab igne venien-
Fortassis (nepotẽ) le gẽdum, id est, progẽn, ἡωνόν. te. Ac meritò, Xanthe, vt qui contra filium meum impetum feceris, non veritus q; Nereidis filius ille esset. XAN. An nõ igitur decebat misereri me Phrygum, vicinorum adeò meorum? MAR. Vulcanum verò an non contrà decebat misereri Achillis, Thetidis adeò filij?

Xanthus fluuius peneexustus.

Δέξαι με ὦ θάλασσα, δεινὰ πεπονθότα· κατάσβεσόν μου τὰ τραύματα. ΘΑ. τί τοῦτο ὦ Ξάνθε; τίς σε κατέκαυσεν; ΞΑ. Ἥφαιστος. ἀλλ' ἄπιθι φράκωμαι ὅλως ὁ κακοδαίμων, καὶ ζέω. ΘΑ. δεινὴ δέ σοι ἐνέβαλε τὸ πῦρ; Ξ. δι' τὸν υἱὸν τῆς Θέτιδος. ἐπεὶ γὰρ φονεύοντα τοὺς Φρύγας ἱκέτευσα, ὁ δὲ οὐκ ἐπαύσατο τῆς ὀργῆς, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς νεκροῖς ἀπέφραττέ μοι τὸν ῥοῦν, ἐλεήσας τοὺς ἀθλίους, ἐπῆλθον, ὅπως λύσαι δέλων, ὡς φοβηθείς, ἀποσχοίτο τῶν ἀνδρῶν. ἐνταῦθα ὁ Ἥφαιστος, (ἔτυχε γὰρ πλησίον που ὤν) πᾶν ὅσον οἶμαι πῦρ εἶχε, καὶ ὅσον ἐν τῇ Αἴτνῃ, καὶ εἴ ποθι ἄλλοθι, φέρων, ἐπῆλθέ μοι· καὶ ἔκαυσε μὲν τὰς τεύτλεας, καὶ μυρίκας· ὤπτησε δὲ καὶ τοὺς κακοδαίμονας ἰχθῦς, καὶ τὰς ἐγχέλυας. αὐτὸν δ' ἐμὲ ὑπερθερμήναντα ποιήσας, μικροῦ δεῖν ὅλον ξηρὸν εἰργάσατο. ὁρᾷς δ' οἷόν πως διάκειμαι ὑπὸ τοῦ πυρός; ΘΑ. θολερὸς ὦ Ξάνθε, καὶ θερμὸς ὡς εἰκός· τὸ αἷμα μὲν, ἀπὸ τῶν νεκρῶν· ἡ θερμὴ δὲ ὡς φῂς, ἀπὸ τοῦ πυρός. καὶ εἰκότως ὦ Ξάνθε, ὃς ὁπότ' ἂν ἐμὸν υἱὸν ὀρμήσας, οὐκ αἰδεσθεὶς ὅτι Νηρηίδος υἱὸς εἶ. Ξ. οὐκ ἔδει οὖν ἐλεῆσαι γείτονας ὄντας τοὺς Φρύγας; ΘΑ. τὸν Ἥφαιστον δ' οὐκ ἔδει ἐλεῆσαι, Θέτιδος υἱὸν ὄντα τὸν Ἀχιλλέα.

ΔΩΡΙΔΟΣ ΚΑΙ ΘΕΤΙΔΟΣ.

DORIDIS ET THETIDIS. Iac. Micyllo interprete.

DORIS. QVid lacrymaris Theti? THE. Pulcherrimam, Dori, puellam vidi, in arcam à patre coniectam, tum ipsam, tum infantem ab ea paulò antè genitum. Iussit autem pater, nautas, arcam illam acceptam, postquam in altum à terra prouecti essent, in mare abiicere,

Danaës fabula.

Τί δακρύεις ὦ Θέτι; ΘΕ. καλλίστην ὦ Δωρὶ κόρην εἶδον ἐς κιβωτὸν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐμβληθεῖσαν, αὐτήν τε, καὶ βρέφος αὐτῆς ἀρτιγένητον. ἐκέλευσε δὲ ὁ πατὴρ, τοὺς ναύτας, ἀναδεξαμένους τὸ κιβώτιον, ἐπειδὴ πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποστάσωσιν, ἀφεῖναι ἐς τὴν θάλασσαν, ὡς ἀπο-

ὡς ἀπόλοιτο ἡ ἀθλία, καὶ αὐτὴ καὶ ὁ βρέφος.
ΔΩ. τίνος δή ἕνεκα ὦ ἀδελφή, ἐπεὶ ἔμαθες ἀκριβῶς ἅπαντα; ΘΕ. Ἀκρίσιος ὁ πατὴρ αὐτῆς, καλλίστην ὄντα ἐπῴδησεν, εἰς χαλκοῦν τινα θάλαμον ἐμβαλών. εἶτα, ὃ μὲν ἀληθὲς οὐκ ἔχω εἰπεῖν· φασὶ δ' οὖν τὸν Δία, χρυσὸν γενόμενον, ῥυῆναι διὰ τοῦ ὀρόφου ἐπ' αὐτήν· δεξαμένην δ' ἐκείνην ἐς τὸν κόλπον καταῤῥέοντα τὸν θεὸν, ἐγκύμονα γενέσθαι. τοῦτο αἰσθόμενος ὁ πατὴρ, ἄγριός τις ὢν ζηλότυπος καὶ χαλεπαίνων, ἠφανάκτησε· καὶ ποτέ τινος μεμαντευσμένου οἰηθεὶς αὐτὴν, ἐμβαλὼν εἰς τοῦτο κιβωτὸν ἀπέπεμψεν. ΔΩ. ἡ δὲ τί ἔπραττεν ὦ Θέτι, ὁπότε καθίκετο; ΘΕ. ὑπὲρ αὐτῆς μὲν ἐσίγα ὦ Δωρὶ, τὴν δὲ φέρουσαν κατεδίκαζε· τὸ βρέφος δὲ παρητεῖτο μὴ ἀποθανεῖν, δακρύουσα, καὶ τὸν πάππον δεικνύουσα αὐτό, κάλλιστον ὄν. ὃ δή, ὑπ' ἀγνοίας τῶν κακῶν, καὶ ἐμειδία πρὸς τὸν θάλασσαν. ὑπομπίπλαμαι οὖν τοῖς ὀφθαλμοῖς δακρύων, μιμνησθεῖσα αὐτῆς. ΔΩ. κἀμὲ δακρύσαι ἐποίησας. ἀλλ' ἤδη τεθνᾶσιν; ΘΕ. ἰδαμῶς. νήχεται γὰρ ἔτι ἡ κιβωτὸς ἀμφὶ τὸν Σέριφον, ζώντας αὐτοὺς φυλάττουσα. ΔΩ. τί οὖν οὐχὶ σώζομεν αὐτὴν, τοῖς ἁλιεῦσι τούτοις ἐμβαλοῦσαι εἰς τὰ δίκτυα τοῖς Σεριφίοις; οἱ δὲ, ἀναισπάστους, σώσουσι δηλονότι. ΘΕ. οὕτω λέγεις, οὕτω ποιῶμεν. μὴ γὰρ ἀπολέσθω μήτε αὐτὴ, μήτε τὸ παιδίον οὕτως ὂν καλόν.

Aut ita periret & misera illa, & infans vnà cum ea. DOR. Quamobrem autem, ô soror, hoc? quandoquidem comperta habes exactè omnia. THE. Pater illius Acrisius, quia pulcherrima erat, in æreũ quendam thalamum inclusam, perpetuæ virginitati destinarat. Deindè, verũ quidem dicere non possum, Iouem autem aiunt, conuersum in aurũ, delapsum per impluuium ad ipsam esse. Accipiente autem illa in sinum demanantem deum, grauidam ex eo factam fuisse. Quod cùm pater animaduertisset, vtpote durus quidam & zelotypus senex, grauiter indignatus est. Et quia ab aliquo stupratam fuisse illam arbitratus est, coniicit in arcam hanc, cùm paulò antè peperisset. DO. Cæterùm illa quid agebat, Theti, quãdo abripiebatur? THE. Pro se quidẽ nihil dicebat, Dori, sed tacitè ferebat damnationẽ: pro infante autẽ deprecabatur, ne morti traderetur, lacrymando, atque illum auo ostentando, pulcherrimum sanè puerum, Dori: ille autem præignorãtia malorum, etiam arridebat mari. Oppleor rursum lacrymis, cùm in mẽtem illius venit. DO. Et me flere fecisti. Sed nũquid iã mortui sunt? THE. Haudquaquam: natat enim adhuc arca circa Seriphum, viuis illis custoditis. DO. Cur igitur non conseruamus ipsam, piscatoribus istis Seriphiis in retia immittẽdo, qui extractos illos, incolumes præstabunt scilicet? TH. Rectè dicis, atq; ita faciamus. Non enim perire decet neq; ipsam, neq; infantem, adeò cùm sit formosus.

ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΝΙΠΕΩΣ.

NEPTVNI ET ENIPEI. Eodem interprete.

ΟΥ καλὰ ταῦτα ὦ Πόσειδον. (εἰρήσεται γὰρ τἀληθές.) ἐπελθὼν μοι τὴν ἐρωμένην, εἰκασθεὶς ἐμοὶ, διεκόρησας τὴν παῖδα. ἡ δὲ ᾤετο ὑπ' ἐμοῦ ταῦτα πεπονθέναι· καὶ δοκεῖ τοῦτο πρᾶγμα εἶναι ἐμόν. ΠΟ. σὺ γὰρ ὦ Ενιπεῦ, ὑπερόπτικός ἐστα, καὶ βραδὺς· ὃς κόρης οὕτω καλῆς φοιτώσης ἡμέραν παρ' ἡμᾶς, ἀπολλυμένην ὑπὸ τοῦ ἔρωτος, ὑπερεώρας, καὶ ἔχαιρες λυπῶν αὐτήν. ἡ δὲ παρὰ τὰς ὄχθας ἀλύουσα, καὶ ἐπεμβαίνουσα, καὶ λουομένη, ἐνίοτε ἤλπιζέ σοι ἐντυχεῖν· σοὶ δ' ἐθρύπτου πρὸς αὐτήν. ΕΝ. τί οὖν; δοκεῖ σε ἐχρῆν προφαπάσαντα τὸν ἔρωτα, καὶ ὑποκρινόμενον Ενιπέα αὐτὴ Ποσειδῶνος γενέσθαι,

Minimè verò præclara hęc, Neptune (dicetur enim verũ) qui circunuecta amica mea, assimilatus in formã meam, vitiasti puellam. Putabat enim illa mecũ rẽ esse sibi, & ob id exhibebat sese. NEP. Tu enim Enipeu fastuosus es & tardus, qui puella adeò formosa quotidie ad te nãte, ac præ amore pereũte, despexeris illã, & gauisus sis si posses illi ęgrè facere. Illa verò iuxta ripas mœrore affecta, atq; ibi inambulans, sesęque lauans, non semel optabat in conspectum sibi venire te: at tu fastuosus deludebas illam. ENIP. Quid igitur? an propterea oportebat te præripere amorem mihi, & velut histrionẽ aliquem pro Neptuno Enipeum te gerere,

ENIPEVS.

Neptunus amicam Enipei vitiat.

atque ita decipere Tyro iſtam, puellam adeò ſimplicem? NEP. Serò verò nunc zelotypus es Enipeu, cùm priùs ſuperbũ & contemptorem te geſſeris. Ipſa autem Tyro nihil graue paſſa eſt, quando ſe putauit à te vitiatam eſſe. ENIP. Nihil autem? Dixiſti enim abiens Neptunum eſſe te, quod vel maximè dolore affecit ipſam: atque ipſe eo abs te iniuria affectus ſum, quòd & quę mea eſſe debuerat, eam voluptatem percepiſti tu: & præterea cõpoſito circa vos fluctu purpureo, ſub quo abſconditi iacuiſtis, cum puella pro me tute rem habuiſti. NEP. Tu enim non volebas Enipeu.

Α καὶ καταφρόσασθαι τῆς Τυρὼ ἀφελῆ χόρην οὖσαν; ΠΟΣ. ὀψὲ ζηλότυπεῖς ὦ Ἐνιπεῦ, ὑπερόπτης πρότερον ὤν. ἡ Τυρὼ δὲ, οὐδὲν δεινὸν πεπονθυῖα, οἰομένη σοῦ διαφθαρῆναι. ΕΝ. ἤκουσας; ἔφης γὰρ ἀπιὼν ὅτι Ποσειδῶν εἶ. ὃ καὶ μάλιστα ἐλύπησεν αὐτὴν, καὶ ἐγὼ τοῦτο ἠδίκημαι, ὅτι τὰ ἐμὰ σὺ διέφθειρας, τότε καὶ ἐπισείσας πορφύρεόν τι κῦμα, ὅθ' ὑμᾶς συνεκρύπτετε, ἅμα συνῆσθα τῇ παιδὶ αὐτ' ἐμοῦ. ΠΟΣΕΙ. σὺ γὰρ οὐκ ἤθελες ὦ Ἐνιπεῦ.

ΤΡΙΤΩΝΟΣ ΚΑΙ ΝΗΡΗΙΔΩΝ.

TRITONIS ET NEREIDVM. Iac. Micyllo interprete.

TRITON BAlæna iſta veſtra, Nereides, quam contra filiam Cephei Andromedam emiſiſtis, neque puellam ipſam iniuria aliqua affecit, perinde vt vos putatis: & ipſa iam mortua eſt. NER. A quo, Triton? Num Cepheus tanquam illectamento aliquo propoſita puella, aggreſſus illam occidit, ex inſidiis cum multa vi adortus? TRI. Non: ſed noſtis, arbitror, Iphianaſſa, Perſeum illum, Danaës puerum illum paruum, quem vnà cum matre in arca abiectum in mare ab auo materno, conſeruaſtis, miſertæ illorum videlicet. IPHI. Noui quem dicis. Conſentaneũ verò, illum iam adoleſcentem factum eſſe, atq; admodum generoſum, & pulchrũ aſpectu. TRIT. Hic occidit Balænam. IPHI. Quamobrem Triton? Neq; enim huiuſmodi cõſeruationis præmia perſoluere nobis debebat. TRI. Ego vobis exponã omnem rem, ita vt geſta eſt. Miſſus hic fuit ad Gorgonas, vt hoc quaſi quoddam certamen regi perageret. Poſtquam autem peruenit in Libyam. IPHI. Quomodo Triton? ſolúſne, an & alios ſecum ſocios abduxit? nam alioqui difficile hoc iter. TRIT. Per aërem profectus eſt. alatum enim ipſum Minerua reddidit. poſtquam autem eò loci venit vbi illæ agebant, illæ quidem dormiebant, opinor: at hic amputato Meduſæ capite, iterum auolauit. IPHI. Quo pacto autem aſpexit illas? Aſpici enim nequeunt: vel quiſquis illas aſpexerit, non ampliùs quicquam poſthac aſpicit. TRIT. Mineruæ illi clypeo vel-

ΤΟ κῆτος ὑμῶν ὦ Νηρηίδες, ὃ ὅτι τῇ τοῦ Κηφέως θυγατέρα τῇ Ἀνδρομέδᾳ ἐπέμψατε, ὅτε τῇ παῖδα ἠδίκησεν ὡς οἴεσθε· καὶ αὐτὸ ἤδη τέθνηκε. ΝΗ. ὑπὸ τίνος ὦ Τρίτων; ἢ ὁ Κηφεὺς καθάπερ δέλεαρ προθεὶς, τῇ κόρῃ ἀπέκτεινέν τινων, λοχήσας μετὰ πολλῆς δυνάμεως; ΤΡ. οὐκ· ἀλλ' ἴσθ' οἶμαι, ὦ Ἰφιάναασα, τὸν Περσέα, ὃ τοῦ Δαναὰης παιδίον, ὃ μετὰ τῆς μητρὸς ἐν τῇ κιβωτῷ ἐμβληθὲν εἰς τὴν θάλασσαν ὑπὸ τοῦ μητροπάτορος, ἐσώσατε, οἰκτίραντες αὐτούς. ΙΦ. οἶδα ὃν λέγῃς. εἰκὸς γὰρ ἤδη νεανίαν εἶναι, καὶ μάλα γενναῖόν τε καὶ καλὸν ἰδεῖν. ΤΡ. οὗτος ἀπέκτεινε τὸ κῆτος. ΙΦ. πῶς ὦ Τρίτων; οὐ γὰρ δὴ σῶτρα ἡμῖν τοιαῦτα ἐκτίνειν αὐτὸν ἐχρῆν. ΤΡ. ἐγὼ ὑμῖν φράσω ὅπως ἐγένετο. ἐστάλη μὲν οὗτος ὑπὸ τῶν Γοργόνας, ἆθλόν τινα τοῦτον τῷ βασιλεῖ ἐπιτελῶν. ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο ἐς τὴν Λιβύην. ΙΦ. πῶς ὦ Τρίτων, μόνος, ἢ καὶ ἄλλους συμμάχους ἦγε; ἄλλως γὰρ δύσοδος ἡ ὁδός. ΤΡ. διὰ τοῦ ἀέρος. ὑπόπτερον γὰρ αὐτὸν ἡ Ἀθηνᾶ ἐποίησεν. ἐπεὶ δ' ἦν ἧκεν ὅπου διήγοντο, αἱ μὲν, οἶμαι, ὑπνωττέτην, ὁ δὲ, ἀποτεμὼν τῆς Μεδούσης τὴν κεφαλὴν, ὤχετ' ἀποπτάμενος. ΔΙΦ. πῶς ἰδών; ἀθέατοι γὰρ εἰσιν· ἢ ὃς ἂν ἴδῃ, οὐκέτ' ἄλλο μετὰ ταῦτα ἴδοι. ΤΡ. ἡ Ἀθηνᾶ τὴν ἀσπίδα προεφαίνουσα· τοιαῦτα γὰρ ἤκουσα διηγουμένου αὐτοῦ πρὸς τὴν Ἀνδρομέδαν,

ve face aliqua prælato (talia enim audiui ipſum narrantem apud Andromedam,

καὶ παρὰ τὸν Κηφέα ὕστερον. ἡ Ἀθηνᾶ δὴ ὅτι τῆς ἀσπίδος ἐπαναστίλβουσης, ὥσπερ ὅτι κατόπτρου τινὸς παρέχει αὐτῇ ἰδεῖν τινὰ εἰκόνα τῆς Μεδούσης· εἶτα λαβόμενος τῇ λαιᾷ τῆς κόμης, ὁρᾷ δὲ τὴν εἰκόνα, τῇ δεξιᾷ τὴν ἅρπην ἔχων, ἀπέτεμε τὴν κεφαλὴν αὐτῆς· καὶ πρὶν ἀνέγρεσθαι τὰς ἀδελφάς, ἀνέπτατο. ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸν παράλιον τὸν Αἰθιοπίαν ἐγένετο, ἤδη πελάγιος πετόμενος, ὁρᾷ τὴν Ἀνδρομέδαν προκειμένην, ὅτι τινος πέτρας προβλῆτος περιπεπατηλυθυίᾳ, καλλίστην ὦ θεοί, καὶ ἠμφιεσμένην τὰς κόμας, ἡμίγυμνον πολὺ ἔνερθε τῶν μαστῶν. καὶ ὃ μὲν πρῶτον οἰκτείρας τὴν τύχην αὐτῆς, ἀνηρώτα τὴν αἰτίαν τῆς καταδίκης. κατὰ μικρὸν δὲ ἁλοὺς ἔρωτι, ἐλπίων γὰρ σεσῶσθαι τὴν παῖδα, βοηθεῖν διέγνω. καὶ ὅπως ὁ κῆτος ἐπὶ μάλα φοβερὸν, ὡς καταπιούμενον τὴν Ἀνδρομέδαν, ὑπαναιρηθεὶς ὁ νεανίσκος, πρόχειρον ἔχων τὴν ἅρπην, τῇ μὲν, καθικνεῖται· τῇ δὲ προσβάσεις τὴν Γοργόνα, λίθον ἐποίησε αὐτό. ὃ δὲ, τέθνηκε γοῦν, καὶ πέπηγε αὐτὸ τὰ πολλὰ ὅσα εἶδε τὴν Μέδουσαν. ὁ δὲ, λύσας τὰ δεσμὰ τῆς παρθένου, ὑπαγαγὼν τὴν χεῖρα, ὑπεδέξατο ἀκροποδητὶ καταβαίνουσαν ἐκ τῆς πέτρας, ὀλιγωρήσας ὅσης. καὶ νῦν γαμεῖ ἐν τοῖς Κηφέως. ἐπάξει αὐτὴν εἰς Ἄργος· ὥστε αὐτὶ θανάτου, γάμον ἀντὶ τοῦ τυχόντα εὗρεν. ΝΗ. ἐγὼ μὲν, οὐ πάνυ τῷ γεγονότι ἥδομαι. τί γὰρ ἡ παῖς ἠδίκει ἡμᾶς, εἰ ἡ μήτηρ ἐμεγαλαύχει τότε, καὶ ἀξίαν καλλίων εἶναι; ΤΡ. ὅτι οὕτως ἀν ἤλγησεν ὅτι τὴν θυγατέρα μήτηρ γε οὖσα. ΝΗ. μηκέτι μεμνήμεθα ὦ Δωρὶ ἐκείνων, εἴ τι βάρβαρος γυνὴ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν ἐλάλησεν. ἱκανὴν γὰρ ἡμῖν τιμωρίαν ἔδωκε, φοβηθεῖσα ὅτι τὴν παῖδα. χαίρωμεν οὖν τοῖς γάμοις.

A posteà & apud Cepheum) Minerua igitur, inquam, in clypeo refulgente, tanquã in ſpeculo aliquo, exhibuit ipſi ſpectandam Meduſæ imaginem. Poſtea ſiniſtra, arrepta illius coma, & inſpecta imagine, dextra autem ſublata harpe, abſcidit caput ipſius: atque ita priuſquam ſorores reliquæ expergiſcerentur, auolauit. Porrò vbi circa maritimam hanc Æthiopiæ oram veniſſet, terræ iam propinquior aliquãto volans, videt Andromedam expoſitam in rupe quadam prominente, palo affixam, pulcherrimam, ô Dij, promiſſa coma, & ſeminudam longè vſque infra vbera. Ac primùm quidem miſertus fortunæ illius, interrogat cauſam damnationis huius. Paulò autẽ pòſt amore captus, (oportebat enim incolumem ſeruari puellam) opem ferre illi ſtatuit. Atque vbi iam Balæna acceſſiſſet, terribilis admodum, & quaſi mox abſorptura Andromedam, in altum ſublatus adoleſcẽs, manu ad capulum admota harpen tenẽs, altera quidem ferit, altera autem Gorgona ſpectandam proferens, in lapidem illã conuertit. Illa igitur mortua eſt, & diriguere ipſius membra omnia quæcunque Meduſam aſpexerunt: at hic ſolutis vinculis quibus virgo alligata fuerat, ſuppoſitáque manu, ſuſcepit illam ſummis pedum digitis deſcendentem è rupe, ardua illa quidem atque procliui: & nunc cum eadem nuptias peragit in ædibus Cephei, abducétque illam ſecum Argos. quare pro morte nuptias nèque eas vulgares illa inuenit. NER. Equidem non ita valde ægrè fero factum hoc. Quid enim adeò nobis iniuriæ fecit puella, ſi mater ipſius ſuperbè extulit ſeſe tunc, ac pulchrior nobis eſſe voluit? TRIT. Quòd hoc pacto magnum dolorem perceptura fuiſſet ob filiam, mater certè illius cùm ſit. NER. Ne meminerimus Dori iſtorum ampliùs, ſi quid barbara mulier ſupra quàm decebat loquax fuit. Satis enim ſupplicij tulit, quæ tanto in metu, filiæ cauſa conſtituta fuit. Gratulemur igitur nuptiis.

ΖΕΦΥΡΟΥ ΚΑΙ ΝΟΤΟΥ.

ZEPHYRI ET NOTI. Iac. Micyllo interprete.

ΟΥ πώποτε πομπὴν ἐγὼ μεγαλοπρεπεστέραν εἶδον ἐν τῇ θαλάττῃ, ἀφ' ἧς εἰμι, καὶ πνέω. σὺ δ' οὐκ εἶδες ὦ Νότε; Ν. τίνα ταύτην

NVnquam equidem pompam magnificentiorem vidi in mari, ex quo ego ſum & ſpiro: tu verò an non vidiſti Note? NOTVS. Quamnam hanc ZEPHYRVS.

dicis Zephyre pompam? aut quinam sunt qui illam duxerunt? ZEPH. Suauissimo spectaculo caruisti, & quale non facilè aliud vnquam videris. NOT. Iuxta rubrum mare occupatus fui: afflaui autẽ & partem Indiæ nonnullã, quantum videlicet eius terrę mari adiacet. proinde nihil eorum noui quæ tu dicis. ZEPH. Quid Sidonium illũ Agenorem vidisti? NOT. Etiam, Europæ patrem scilicet. Quid tũ? ZEPH. De illa ipsa narrabo tibi. NOT. Num quòd Iupiter iam olim amare puellam cœpit? nam hoc etiam pridem sciui. ZEPH. Igitur quod ad amorem attinet, nosti: quæ verò postea consecuta sunt, ea nunc audi. Descẽderat Europa ad littus, lugendi gratia, assumptis secum æqualibus suis. Iupiter autem in formam tauri assimulatus, ludebat vnà cum ipsis, pulcherrimus tũ apparens. Nam & candidus erat, vt nihil suprà, & cornua habebat reflexa pulchrè, vultumq; præ se ferebat admodum mansuetum ac placidum. Saltabat igitur & ipse in littore, & mugiebat suauissimè, ita vt Europa etiam conscendere ipsum iam sustineret. Cæterùm vbi hoc factũ est, citato cursu Iupiter quidẽ vnà cum illa in mare prorupit, atque ibi, vti inciderat, natabat. illa verò admodum perculsa animo ex hac re, sinistra apprehendit ac tenuit cornua, vt ne delaberetur: altera autem manu diffluentem vento vestem continebat. NOT. Dulce hoc spectaculum, Zephyre, vidisti, & amatorium, natantem videlicet Iouem, & ferentem secum amores suos. ZEPH. At verò quæ cõsecuta sunt, suauiora multo, Note. Nam & mare statim cõpositis fluctibus quietum fuit, & trãquillitate vltro attracta, placidum ac planũ seipsum præbuit. Nos autem omnes silentiũ agentes, nihil aliud quàm spectatores tantùm eorum quæ fiebant, quasi quidam comites sequebamur. Cupidines verò iuxtà volitantes, paulum supra mare, ita vt interim summis pedibus contingerẽt aquam, accensas ferentes faces, Hymenæum cantabant. Nereides autem emersæ vndis, delphinũ tergis insidentes obequitabant applaudentes, seminudæ pleræque. Præterea & Tritonũ genus, & si quid aliud marinorum, aspectu metuendum nõ est, omnia illa circum puellam quasi choreã ducebant. Nam ipse quidem Neptunus conscenso curru, & quasi pronubus incedens, vnà cum Amphitrite lætus præibat, veluti viam aperiens natanti fratri.

A λέγῃς ὦ Ζέφυρε τὴν πομπήν; ἢ τίνες οἱ πέμποντες ἦσαν; ΖΕ. ἡδίστου θεάματος ἀπελείφθης, οἷ οὐκ ἄλλο ἰδοὶς ἔτι. ΝΟ. Ἀλλὰ τὴν Ἐρυθραῖαν γὰρ θάλασσαν εἰργαζόμην· ἐπέπνευσα δέ τι καὶ μέρος τῆς Ἰνδικῆς, ὅσα παράλια τῆς χώρας. οὐδὲν οὖν οἶδα ὧν λέγῃς. ΖΕ. Ἀλλὰ τὸν Σιδώνιον Ἀγήνορα εἶδες; ΝΟ. ναί· τὸν τῆς Εὐρώπης πατέρα. τί μήν; ΖΕ. Περὶ αὐτῆς ἐκείνης διηγήσομαί σοι. ΝΟ. μᾶλλον ὅτι ὁ Ζεὺς ἐρᾷ τῆς παιδὸς; τοῦτο γὰρ καὶ πάλαι ἠπιστάμην. ΖΕ. σκόπει τοίνυν μὴν ἔρωτα οἷα· τὰ μὲν οὖν τοῦτα δὲ ἤδη ἀκούσῃ. ἡ μὲν Εὐ- B ρώπη κατελήλυθε ὅτι τὴν ἡϊόνα παίζουσα, τὰς ἡλικιώτιδας παραλαβοῦσα· ὁ Ζεὺς δὲ ταῦρῳ εἰκάσας ἑαυτὸν, συνέπαιζεν αὐταῖς, κάλλιστος φαινόμενος· λευκός τε γὰρ ἦν ἀκριβῶς, καὶ τὰ κέρατα ὑπτίως ἐπῆν, καὶ τὸ βλέμμα ἥμερος· ἐσκίρτα οὖν καὶ αὐτὸς ὅτι τῆς ἡϊόνος, καὶ ἐμυκᾶτο ἡδίστην, ὥστε τὴν Εὐρώπην τολμῆσαι καὶ ἀναβῆναι αὐτόν. ὡς δὲ τοῦτ' ἐγένετο, ὁρμᾷ ὁ Ζεὺς ὥρμησεν ὅτι τὴν θάλατταν φέρων αὐτήν, C & ἐνήχετο ἐμπεσών. ἡ δὲ, πάνυ οὐκ πλαγεῖσα τῷ θεάματι, τῇ λαιᾷ μὲν εἶχετο τῶν κεράτων, ὡς μὴ ἀποπλιαθείη· τῇ ἑτέρᾳ δ' ἐπεμφυσῶντο τὸν πέπλον ξυνεῖχε. ΝΟ. ἡδὺ τοῦτο θέαμα ὦ Ζέφυρε εἶδες, & ἐρωτικὸν, νηχόμενον τὸν Δία, φέροντα τὴν ἀγαπωμένην. ΖΕ. καὶ μὴν τὰ μὲν τοῦτα ἥδιω πολὺ ὦ Νότε. ἥ τε γὰρ θάλαττα βυθὸς ἀκύμων ἐγένετο, καὶ τὴν γαλήνην ὑπαπασαμένη, λείαν παρέσχεν ἑαυτήν. ἡμεῖς δὲ πάντες ἡσυχίαν ἄγοντες, οὐδὲν ἄλλο, ἢ θεαταὶ μόνον τῶν γιγνομένων παρηκολουθοῦμεν. ἔρωτες δὲ περιεπετῶντο, με- D γέθει μὲν ὑπὲρ τὴν θάλατταν, ὡς ἐνίοτε ἄκροις τοῖς ποσὶν ὑπεφαύσκον τοῦ ὕδατος, ἡμμένας τὰς δᾷδας φέροντες, ἦδον ἅμα τὸν ὑμέναιον. αἱ Νηρηίδες δὲ ἀναδῦσαι, παρίππευον ὅτι τοῖς δελφῖσιν ὑπικρότουσαι, ἡμίγυμνοι αἱ πολλαί. τό, τε τῶν Τριτώνων γένος, καὶ εἴ τι ἄλλο μὴ φοβερὸν ἰδεῖν τῶν θαλαττίων, ἅπαντα περιεχόρευε τὴν παῖδα. ὁ μὲν γὰρ Ποσειδῶν ὑπισθενηκὼς ἁρμάτος, προκόμενός τε, καὶ τὴν Ἀμφιτρίτην ἔχων, παρῆγε γεγηθὼς, παροδοιπορῶν νηχομένῳ τῷ ἀδελφῷ.

ὑπὲ πᾶσι δὲ τὴν Ἀφροδίτην δύο Τρίτωνες ἔφερον, ὑπὲ κόγχης κατακειμένην, αἴθη πολυποικίλα ὑπεπάτησαν τὴν νύμφην. Ταῦτα ἐκ Φοινίκης ἄχρι τῆς Κρήτης ἐγίνετο. ἐπεὶ δὲ ἐπέβη τῇ νήσῳ, ὁ μὲν ταῦρος οὐκέτι ἐφαίνετο· ὁ δὲ λαβόμενος τῆς χειρὸς ὁ Ζεὺς, ἀπῆγε τὴν Εὐρώπην ἐς τὸ Δίκταιον ἄντρον, ἐρυθριῶσαν, καὶ κάτω ὁρῶσαν. ἠπίστατο γὰρ ἤδη ἐφ' ὅτῳ ἄγοιτο. ἡμεῖς δ' ἐμπεσόντες, ἄλλος ἄλλο τῶν πελάγους μέρος διεκυμαίνομεν. NO. ὦ μακάριε Ζέφυρε τῆς θέας. ἐγὼ δὲ, γρύπας, καὶ ἐλέφαντας, καὶ μέλανας ἀνθρώπους ἑώρων.

A Supra omnes autem Venerem duo Tritones vehebant in concha recubantem, ac flores omnis generis aſpergentẽ ſponſæ. Atque hęc à Phœnicia vſq; in Cretam fiebant. Poſtquam autem in inſulã aſcendit, ipſe quidem taurus non ampliùs apparebat: Iupiter autem apprehẽſam manu Europam, in antrum Dictæum abduxit, erubeſcentem, atque oculos demittentem: intelligebat enim iam ob quam rem ita duceretur. Nos autem incumbentes mari, alius aliam illius partem fluctibus agitabamus. NOT. O beatum Zephyre te, qui iſthæc videris. ego verò interea Gryphas & Elephantos & nigros homines aſpiciebam.

NEKPIKOI ΔIAΛOΓOI.

MORTVORVM DIALOGI.

ARGVMENTVM IN EOSDEM.

Quanquam ex eadem occaſione & hi dialogi, quibus inferorum querelæ, iudicia, pœnæ, & id genus alia deſcribuntur, exceptis paucis quibuſdam, quorum argumenta de ſuis temporibus ſumpſiſſe Lucianus videtur, cum ſuperioribus prognati ſunt: alium tamen atque diuerſum ab illis finem habent, aliáque monent ac docent. Suprà enim amores & affectus deorum tractantur: at hìc illud indicatur, atque etiam oculis penè ſubiicitur, quòd apud Inferos, & eos iudices quorum ſententiæ poſt hanc vitã ſubiiciendi omnes ſumus, nulla perſonarũ ratio, nulla potẽtiæ, diuitiarum, honorum, famæ, aut cuiuſcunque fortunæ æſtimatio futura eſt: ſed quòd omnes, quod ad conditionem attinet, æquales futuri, & pro eo ac quiſque in hac vita ſe gerit & meretur, ſuppliciũ aut præmiũ accepturi ſumus. Tametſi illud quoq; nõ ignorẽ, Lucianum ex ironia magis pleraq; hæc, quàm quòd ita animo ſenſerit, dixiſſe videri poſſe, vtpote Epicureum, & ut ab aliis vocatur, ἄθεον, qui neque de diis, neque de immortalitate animarũ rectè quicquam ſenſerit. Veruntamen etiam aliàs, cùm de veris moribus philoſophorum ſcribit, vt in Nigrino, Demonacte, & cæteris quibuſdam, eiuſmodi de præſentis vitæ rebus & actionibus præcipit & tradit, quæ illam haud dubiè de futura quoque, nonnihil cogitatione ac ſenſu præcepiſſe confirmare poſſint. Vtut autem hæc ſe habent, digni tamen dialogi iſti ſunt qui legantur, & ob oculos quam ſæpiſſimè reuocentur: vel ob hoc ſolùm, vt à cupiditatibus ac rerum externarum deſiderio mentem auocemus, & ad illud reſpiciamus, quod poëta dixit: Puluis & vmbra ſumus. *quódque poſt hanc vitam neque opes, neque potentia, neque vllæ aliæ fortunæ defunctos ſequentur aut iuuabunt.*

Hecates cœnam) *Mos erat diuitibus vt ſingulis menſibus Hecatæ ſacrificando in triuiis panes atque alia quædam ponerent, quæ poſtea à pauperibus auferebantur. hanc Hecates cœnam dicebant. Suidas & Athenæus lib. vij. Athenienſes autem & theatra & conciones & cæteros conuentus hominum luſtrare ſolebant adhibitis paruis & vilibus quibuſdam hoſtiis, vt Suidas tradit. eò videtur hìc alludere.*

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΠΟΛΥΔΕΥΚΟΥΣ.

DIOGENIS ET POLLVCIS. Iacobo Micyllo interprete.

DIOGENES.



OMMENDO tibi, Pollux, quamprimum ad superos ascēderis (tuum enim est, ni fallor, cras reuiuiscere) vt sicubi videris Menippū canem illum, (inuenies autem ipsum Corinthi circa Craneum, aut in Lyceo, deridentem contendentes istos inter se philosophos) dicas illi: Menippe, inquiens, iubet te Diogenes, si satis ea quæ super terram sunt, derisisti, quò & huc ad inferos descendas, vbi multo plura quæ rideas, habiturus es. Illic enim in ambiguo tibi adhuc risus fuit, & frequens illud obiici potuit: Quis enim omnino scit quæ post vitam futura sint? Hîc autem non desines constanter atque perpetuò ridere, quemadmodum ego quoque nunc facio: & maximè postquam videris diuites istos ac satrapas & tyrannos ita humiles & obscuros esse, solóque eiulatu ab aliis dignosci: tum quòd & molles & ignaui sunt, reminiscentes eorum quæ in vita geruntur. Hæc illi quæso vt dicas, & vt præterea etiam pera veniat impleta & multo lupino, & sicubi in triuio positam inueniat Hecates cœnam, aut ouum ex lustratione relictum, aut simile quippiam. POL. At renunciabo hæc illi, Diogenes: sed quò meliùs illum agnoscere queam, cuiusmodi facie est? DIOG. Senex est caluaster, pallio indutus lacero, & vento cuiuis peruio, præterea & diuersorum pannorum assumentis variegato. Ridet autem semper, ac plerunque arrogantes istos philosophos acerbè perstringit. POL. Facile erit inuenire illum, ex his vtique signis. DIOG. Vis ne vt ad ipsos quoque philosophos illos aliquid tibi mandem? POL. Mandes licet. non enim graue neque hoc mihi fuerit. DIOG. In vniuersum adhortare illos, vt desistant à nugis suis, neque de toto contendant, neque cornua sibi mutuò affingant, neque crocodilos faciant, neque huiusce modi sterilia atque ieiuna interrogare, animum instituant. POL. At indoctum me & ineruditum esse dicent, qui doctrinam illorum reprehendam. DIO. Tu verò plorare illos meo nomine iube. POL. Et hæc nũciabo illis.



Πολύδευκες, ἐντέλλομαί σοι, ἐπειδὰν τάχιστα ἀνέλθῃς (σὺν γὰρ ὄντι, οἶμαι, ὃ ἀναβιώσεσθαι ἄμεινον) ἰὼν που εὕρῃς Μένιππον τὸν κύνα, λέγοις δ' ἂν αὐτὸν ἐν Κορίνθῳ πῃ ὁ Κράνιον, ἢ ἐν Λυκείῳ, τῶν ἐριζόντων ποτὲ πρὸς ἀλλήλους φιλοσόφων καταγελῶντα, εἰπεῖν ποτὲ πρὸς αὐτὸν, ὅτι σοι ὦ Μένιππε, κελεύει ὁ Διόγνης εἰ σοι ἱκανῶς τὰ ὑπὸ γῆς καταγελάσαι, ἥκειν ἐνθάδε πολλῷ πλείω ὀψιγελασόμενον. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐν ἀμφιβόλῳ σοι ἔτι ὁ γέλως ἰών, καὶ πολύ ὅ, τις γὰρ ὅλως οἶδε τὰ μετὰ τὸν βίον; ἐνταῦθα δὲ, οὐ παύσῃ βεβαίως γελῶν, καθάπερ ἐγὼ νῦν· καὶ μάλιστα ἐπειδὰν ὁρᾷς τοὺς πλουσίους, καὶ σατράπας, καὶ τυράννους, οὕτω ταπεινοὺς, καὶ ἀσήμους, ἐκ μόνης οἰμωγῆς ἀλλογνωσκομένους· καὶ ὅτι μαλθακοὶ καὶ ἀλγυνεῖς εἰσι, μεμνημένοι τῶν ἄνω. ταῦτα λέγε αὐτῷ. καὶ ποτὲ ἐμπλησάμενον τὸν πήραν ἥκειν θέρμων τε πολλῶν, καὶ εἴ που εὕρῃ ἐν τῇ τριόδῳ Ἑκάτης δεῖπνον κείμενον, ἢ ὠὸν ἐκ καθαρσίου, ἤ τι τοιοῦτο. ΠΟΛΥ. Ἀλλ' ἀπαγγελῶ ταῦτα ὦ Διόγνες· ὅπως δὲ εἰδῶ μάλιστα ὁποῖός τίς ἐστι τὸν ὄψιν; ΔΙΟ. χλωρὸν, φαλακρὸν, τριβώνιον ἔχοντα πολύθυρον, ἀπηνεῖ ἀνέμῳ διαπεπλαμένον, καὶ ταῖς ὀπισθουχαῖς τῶν ῥακίων ποικίλον. γελᾷ δ' ἀεὶ, καὶ καταπολλὰ τοὺς ἀλαζόνας τούτους φιλοσόφους ὀπισκώπτει. ΠΟΛΥ. ῥᾴδιον εὑρεῖν ἐξ ὧν γε τούτων. ΔΙΟ. βούλει καὶ ποτὲ αὐτοὺς ἐκείνους ἐντείλωμαί τι τοὺς φιλοσόφους; ΠΟΛΥ. λέγε. οὐ βαρὺ γὰρ οὐδὲ τοῦτο. ΔΙΟ. Ὁ μὲν ὅλον, παύσασθαι αὐτοὺς πρεσβύα ληροῦσι, καὶ ποτὲ τῶν ὅλων ἐρίζουσι, καὶ κέρατα φύουσιν ἀλλήλοις, καὶ κροκοδείλους ποιοῦσι, καὶ τοιαῦτα ἀπόρα ἐρωτᾶν διδάσκουσι τὸν νοῦν. ΠΟΛΥ. ἀλλ' ἐμὲ ἀμαθῆ καὶ ἀπαίδευτον φήσουσι, κατηγορῶντα τῆς σοφίας αὐτῶν. ΔΙΟ. σὺ δ' οἰμώζειν αὐτοὺς πρὸ ἐμοῦ λέγε. ΠΟΛΥ. καὶ ταῦτα ὦ Διόγνες ἀπαγγελῶ.

ΔΙΟ. Τοῖς πλουσίοις ὦ φίλατον Πολυδεύκιον, ἀπάγγελε ταῦτα πρὸ ἡμῶν· τί ὦ μάταιοι τὸν χρυσὸν φυλάττετε; τί δὲ τιμωρᾶσθε ἑαυτούς, λογιζόμενοι τοὺς τόκους, καὶ πάλαντα ὅτι παλαίντοις στωπιθέντες, οἷς χρὴ ἕνα ὀβολὸν ἔχοντας ἥκειν μετ' ὀλίγον; ΠΟΛ. εἰρήσεται καὶ ταῦτα πρὸς ἐκείνους. ΔΙΟ. Ἀλλὰ δὲ τοῖς καλοῖς γε καὶ ἰσχυροῖς λέγε· Μεγίλλῳτε τῷ Κορινθίῳ, καὶ Δαμοξένῳ τῷ παλαιστῇ, ὅτι πρὸ ἡμῶν οὔτε ἡ ξανθὴ κόμη, οὔτε τὰ χρόπια, οὐ μέλανα ὄμματα, οὐκ ἐρύθημα ὑπὸ τῷ πρόσωπου ἔπι ὄστιν, οὐ νεῦρα τόνα, οὐ ὦμοι κερτεροί· ἀλλὰ πόντα μία πάντων κόνις, φασὶ, κρανία γυμνὰ τῷ κάλλους. ΠΟ. οὐ χαλεπὸν δὴ ταῦτα εἰπεῖν πρὸς τοὺς καλοὺς καὶ ἰσχυρούς. ΔΙΟ. καὶ τοῖς πένησιν ὦ Λάκων (πολλοὶ δ' εἰσὶ, καὶ ἀχθόμενοι τῷ πράγματι, καὶ οἰκτίζοντες τὴν ἀπορίαν) λέγε μήτε δακρύειν, μητ' οἰμώζειν, διηγησάμενος τὴν ἐκεῖ ἰσοτιμίαν· εἰ ὅτι ὄψον τοῖς ἐκεῖ πλουσίοις ὧδέν ἀμείνους αὐτῶν. καὶ Λακεδαιμονίοις δὲ τοῖς σοῖς, ταῦτα εἰ δοκεῖ, πρὸς ἐμοῦ ὑπόμνησον, λέγων σκέλευθαι αὐτούς. ΠΟΛΥ. μηδὲν ὦ Διόγνες περὶ Λακεδαιμονίων λέγε· οὐ γὰρ ἀνέξομαί γε· ἃ δὲ πρὸς τοὺς ἄλλους ἔφηθα, ἀπάγγελε. ΔΙΟ. ἐάσωμεν τούτους, ἐπεὶ σοι δοκεῖ. σὺ δὲ οἷς πρόσθεν ἀπέστειλα πρὸς ἐμοῦ τοὺς λόγους.

A DIO. Diuitibus autem, ô lepidissimum caput, hæc nostro nomine annuncies quæso: Quid, ô vani, inquiens, aurum tantopere custoditis? quid autem excruciatis vos ipsos? supputantes vsuras, & talentum aliud super aliud accumulantes: quos non plus quàm vnum obolum habentes venire huc paulò pòst oportet? POL. Dicentur & hæc ad illos. DIOG. Sed & formosis istis & robustis dicas, Megillo puta Corinthio, & Damoxeno palæstritę, quòd apud nos neq; flaua coma, nec cœrulei nigri ve oculi, neq; rubor faciei ampliùs vllus est: neq; præterea nerui intenti & robusti, neq; humeri laborũ tolerãtes, sed omnia vnus puluis, vt aiũt, nobis, caluaria forma nudata scilicet. POL. Non molestum erit neq; hæc ad formosos & robustos illos dicere. DIO. Etiam pauperibus ô Lacon dicas licet, (multi autem sunt quibus & ea res perquam molesta est, & inopiam lugent) vt neque lacrymentur, neq; plorent, exposita illis ęqualitate hac, quę hîc est: & quòd videbunt eos qui illic diuites sunt, nihilo meliores quàm sese hîc esse. Lacedæmoniis autẽ tuis hæc, si videtur, nomine meo obiicias, molles & eneruatos ipsos esse dictitãs. POL. Ne de Lacedęmoniis Diogenes quicquam dicas, non enim feram: sed quæ ad cæteros mandasti, ea illis renunciabo. DIOG. Missos igitur faciamus hos quando tibi ita videtur: tu verò, quibus antea dixi, ad eos sermones hos meos deferas.

B

C

ΠΛΟΥΤΩΝ Η ΚΑΤΑ ΜΕΝΙΠΠΟΥ.

PLVTO, SEV CONTRA MENIPPVM. Iac. Micyllo interprete.

ΟΥ φέρομεν ὦ Πλούτων, Μένιππον τουτονὶ τὸν κύνα παρόντα· ὥστε ἢ σκότον τινὰ καταίσιον, ἢ ἡμεῖς μετοικήσωμεν εἰς ἕτερον τόπον. ΠΛΟΥ. τί δ' ὑμᾶς δεινὸν ἐργάζεται ὁμότεχνος ὤν; ΚΡΟΙ. ἐπειδὴ ἡμεῖς οἰμώζομεν, καὶ θρηνοῦμεν, ἐκεῖνον μεμνημένοι τῶν ἄνω· Μίδας μὲν οὗτοσὶ, τοῦ χρυσίου· Σαρδανάπαλος δὲ, τῆς πολλῆς τρυφῆς· ἐγὼ δὲ, τῶν θησαυρῶν· ὑπερτελῆ, καὶ ὀξυφδίζει, καὶ ῥαπίσματα καὶ καθάρματα ἡμᾶς ἀποκαλῶν· ἐνίοτε δὲ καὶ ᾄδων, ὑπερεμπίπλησι ἡμῶν τὰς οἰμωγάς· καὶ ὅλως, λυπηρός ἐστι. ΠΛΟΥ. τί ταῦτα φασὶν ὦ Μένιππε;

D NOn poterimus ferre Pluto, Menippum hunc canem cohabitantem nobiscum: quapropter aut illum hinc amotum alio loco colloca, aut nos hinc aliò commigrabimus. PLVT. Quid autem vobis mali adeò facit, quando eodẽ modo mortuus est ac vos? CROE. Postquam nos ploramus & ingemiscimus illorũ, reminiscentes quę apud superos habuimus; vtpote Midas hic, auri; Sardanapalus autem, multę voluptatis; ego verò, thesaurorum: irridet, & cum conuitiis exprobrat ea nobis, mãcipia & piacula nos vocitando. Interdum autem etiam cantando conturbat ploratus nostros: & in summa, valde nobis molestus est. PLVT. Quid hęc audio de te, Menippe? CROESVS.

MEN. Vera Pluto. Odi enim ipſos, ignaui ac perditi adeò cũ ſint, quibus nõ ſatis fuit vixiſſe malè, ſed etiam mortui, inſuper cogitatione atque animo illis quæ apud ſuperos ſunt, inhærent. Delector itaque ægrè ipſis faciendo. PLVT. ſed non decet: dolent enim non exiguis rebus priuati. MEN. Etiam tu deliras Pluto, qui gemitus iſtorum tuo quoque calculo approbas? PLVT. Haudquaquam: verùm nolim vos diſcordes ac ſeditioſos eſſe mutuò. MEN. At verò, ô peſſimi Lydorum, Phrygum, & Aſſyriorum, ita de me cognoſcite, vt qui neque vnquam deſiturus ſim. Nam quocunque abieritis hinc, eodẽ ſequar, ægrè faciendo, cantando, atq; irridẽdo vos. CROE. An non hæc contumelia eſt? MEN. Non: ſed illa contumelia erant, quæ vos facere ſolebatis, quando & adorari vos volebatis, & hominibus liberis pro libidine abutebamini: neque tum mortis quicquam memores eratis. Proinde plorate nunc, omnibus illis deſpoliati. CROE. Multis certè, ô Dij, & magnis poſſeſſionibus. MID. Quanto equidem ipſe auro? SARD. Quanta verò ego voluptate? MEN. Rectè ſanè, ita facite: lugete vos quidẽ, ego verò tritum illud, NOSCE TE IPSVM, idẽtidem connectẽdo, vobis occinam. decet enim huiuſmodi ploratus ſi crebrò illis accinatur.

ΜΕ. ἀληθῆ ὦ Πλούτων. μισῶ γὰρ αὐτοὺς ἀλιτηρούς, καὶ ἐλεεινοὺς ὄντας· οἷς οὐκ ἀπέχρησε βιῶναι κακῶς, ἀλλὰ καὶ ἀποθανόντες, ἐπιμέμνηται, καὶ παρέχονται τῇ διανοίᾳ. χαίρω τοιγαροῦν αὐτοῖς αὐτοὺς. ΠΛΟΥ. ἀλλ' οὐ χρή· λυποῦνται γὰρ οὐ μικρῶν στερούμενοι. ΜΕ. καὶ σὺ μαίνῃ ὦ Πλούτων, ὁμόψηφος ὢν τοῖς τούτων στεναγμοῖς; ΠΛΟΥ. οὐδαμῶς. ἀλλ' οὐκ ἂν ἐθελήσαιμι στασιάζειν ὑμᾶς. ΜΕ. καὶ μὴν ὦ κάκιστοι Λυδῶν, καὶ Φρυγῶν, καὶ Ασσυρίων, οὕτω γινώσκετε, ὡς οὐδὲ παυσόμενόν μου· ἔνθα γὰρ ἂν ἴητε, ἀκολουθήσω ᾄδων, καὶ καταγελῶν. ΚΡΟΙ. ταῦτα δ' οὐχ ὕβρεις; ΜΕ. οὐκ· ἀλλ' οἷα ὕβρεις ἦν, ἃ ὑμεῖς ἐποιεῖτε, προσκυνεῖσθαι ἀξιοῦντες, καὶ ἐλευθέροις ἀνδράσιν ἐπεύφωντες· καὶ τὸ θανάτου δ' οὐδὲν ἐμνημονεύοντες. τοιγαροῦν οἰμώζετε, πλούτων ἐκείνων ἀφηρημένοι. ΚΡ. πολλῶν γε ὦ θεοὶ καὶ μεγάλων κτημάτων. ΜΙ. ὅσου μὲν ἐγὼ χρυσοῦ. ΣΑΡ. ὅσης δ' ἐγὼ τρυφῆς. ΜΕ. ἴτε οὕτω ποιεῖτε· ὀδύρεσθε μᾶλλον ὑμεῖς. ἐγὼ δὲ, ΤΟ ΓΝΩΘΙ ΣΑΥΤΟΝ πολλάκις σπουδείρων, ἐπάσομαι ὑμῖν. πρέπει γὰρ αἰ ταῖς τοιαύταις οἰμωγαῖς ἐπᾴδεσθαι.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ, ΑΜΦΙΛΟΧΟΥ ΚΑΙ ΤΡΟΦΩΝΙΟΥ.

MENIPPI, AMPHILOCHI ET TROPHONII.

Eraſmo Roterodamo interprete.

MENIPPVS. VOs nimirum Trophoni atque Amphiloche, quum ſitis mortui, tamen haud ſcio quonam modo phanis eſtis donati, vateſq; credimini, ac ſtulti mortales deos eſſe vos arbitrantur. TRO. Quid? an nobis igitur imputandum, ſi per inſcitiam illi de mortuis huiuſmodi opinantur? MEN. Atqui non iſta fuiſſent opinati, ni vos tum quum viueretis, eiuſmodi quædam portenta oſtentaſſetis, tanquam futurorum fuiſſetis præſcij, quaſiq; prædicere potuiſſetis ſi qui percontarentur. TROPH. Menippe, nouerit Amphilochus hic ipſi pro ſeſe reſpondendum eſſe: cæterùm ego Heros ſum, vaticinórque ſi quis ad me deſcenderit. At tu vidêre nunquam omnino Lebadiam adiiſſe, neque enim alioqui iſta non crederes.

ΣΦῶ μὲν οἱ Τροφώνιε, καὶ Αμφίλοχε, νεκροὶ ὄντες, οὐκ οἶδ' ὅπως ναῶν κατηξιώθητε, καὶ μάντεις δοκεῖτε· καὶ οἱ μάταιοι τ' ἀνθρώπων, θεοὺς ὑμᾶς ὑπολαμβάνουσιν εἶναι. ΤΡΟ. τί οὖν ἡμεῖς αἴτιοι, εἰ ἐκεῖνοι ἀνοίας ἐκείνοις ταῦτα περὶ νεκρῶν δοξάζουσιν; ΜΕ. ἀλλ' οὐκ ἂν ἐδόξαζον, εἰ μὴ ζῶντες καὶ ὑμεῖς τοιαῦτα ἐτερατεύεσθε, ὡς τὰ μέλλοντα προφδόντες, καὶ προφητεῖν δυνάμενοι τοῖς ἐρομένοις. ΤΡΟ. ὦ Μένιππε, Αμφίλοχος μὲν οὗτος ἂν εἰδείη ὅτι αὐτῷ ἀποκριτέον ὑπὲρ αὐτοῦ· ἐγὼ δὲ, ἥρως εἰμὶ, καὶ μαντεύομαι, ἢν τις κατέλθῃ πρὸς ἐμέ. σὺ δ' ἔοικας οὐκ ἐπιδεδημηκέναι Λεβαδείᾳ πώποτε· οὐ γὰρ ἂν ἠπίστεις σὺ τούτοις.

ΜΕ. τί φής; εἰ μὴ ἐς Λεβάδειαν γὰρ πρέλθω, καὶ ἐσαλμένος ταῖς ὀθόναις, γελοίως μάζαν ἐν τῇν χεῖρ' ἔχων, ἐσερπύσω δι' τῆς τομίας ταπεινὸς ὢν ἐς τὸ ἀντρον, οὐκ ἂν ἐδυνάμην εἰδέναι ὅτι νεκρὸς εἶ, ὡς νῦν ἡμᾶς, μόνῃ τῇ γοητείᾳ διαφέρων. ἀλλὰ τοῦς τῆς μαντικῆς, τί δὲ ὁ ἥρως ἐστίν; ἀγνοῶ γάρ. ΤΡ. ἐξ ἀνθρώπου τι καὶ θεοῦ συνθετον. ΜΕ. ὁ μήτε ἄνθρωπός ἐστιν ὡς φὴς, μήτε θεός· καὶ συναμφοτέρων ἐστί. νῶν οὖν ποῦ σε ὁ θεοῦ ἐκεῖνο ἡμίτομον ἀπελήλυθε; ΤΡ. χρᾷ ὦ Μένιππε ἐν Βοιωτίᾳ. ΜΕΝ. οὐκ οἶδα ὦ Τροφώνιε ὅ,τι καὶ λέγεις· ὅτι μὲν τοι ὅλος εἶ νεκρὸς, ἀκριβῶς ὁρῶ.

A MEN. Quid ais? equidem nisi Lebadiam fuissem profectus, ac linteis amictus offam ridiculè manu gestans, per angustum aditum in specum irrepsissem, nequaquam fieri potuisset vt te defunctum esse cognoscerem, perinde atque nos, solaq; præstigiatura reliquos antecellere. Sed age, per ipsam diuinandi artem, quid tandem est Heros? neque enim intelligo. TROPH. Est quiddã partim ex homine, partim ex deo compositũ. MEN. Nempe quod neq; sit homo, quemadmodum audio, neque deus: verùm pariter vtrũque. B Ergo dimidia illa tui ac diuina pars, quò nunc recessit? TROPH. Reddit oracula, Menippe, in Bœotia. MEN. Haud intelligo quid dicas Trophoni, nisi quòd illud planè video, te totum esse mortuum.

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΧΑΡΩΝΟΣ.

MERCVRII ET CHARONTIS. Iac. Micyllo interprete.

ΛΟγισώμεθα ὦ πορθμεῦ, εἰ δοκεῖ, ὁπόσα μοι ὀφείλεις ἤδη, ὅπως μὴ αὖθις ἐξίζωμέν τι περὶ αὐτῶν. ΧΑ. λογισώμεθα ὦ Ἑρμῆ. ἄμεινον γὰρ ὠείσαι περὶ αὐτῶν, καὶ ἀπραγμονέστερον. ΕΡ. ἄγκυραν ἐπιλαμβάνου ἐκόμισα πέντε δραχμῶν. ΧΑ. πολλοῦ λέγεις. ΕΡ. νὴ τὸν Ἀϊδωνέα, ὧν πέντε ὠνησάμην, καὶ ζηπωτῆρα δύο ὀβολῶν· ΧΑ. τίθει πέντε δραχμὰς, καὶ ὀβολοὺς δύο. ΕΡ. καὶ ἀντὶ τοῦ ἰστίου πέντε ὀβολοὺς ἐγὼ κατέβαλον. ΧΑ. καὶ τύπους προσπάσσει. ΕΡ. καὶ κηρὸν ὡς ἐπιπλάσαι τὰ σκαφίδια τὰ αἰεννάτα, καὶ ἧλους δὲ, καὶ κελώδιον, ἀφ' οὗ τὸ ἀφέσιν ἐποίησας, δύο δραχμῶν ἀπόντα. ΧΑ. ἴσχε ἄξια ταῦτα ὠνήσω. ΕΡ. ταῦτά ἐστιν, εἰ μήτι ἄλλο ἡμᾶς διέλαθεν ἐν τῷ λογισμῷ. πότε δ' οὖν ταῦτ' ἀποδώσειν φὴς; ΧΑ. νῶν μὲν ὦ Ἑρμῆ ἀδύνατον. ἴσως δὲ λοιμός τις ἢ πόλεμος καταπέμψῃ ἀνθρώπους τινάς, ἐνίοτε τότε ἀποκερδήσαι ἐν τῷ πλήθει τῶν ἀλογιζομένων τὰ πορθμεῖα. ΕΡ. νῶν οὖν ἐγὼ καθεδοῦμαι, τὰ κάκιστα διζήμενος γενέσθαι, ὡς ἂν ἀπὸ τούτων ἀπολαύοιμι. ΧΑ. οὐκ ἔστιν ἄλλως ὦ Ἑρμῆ. νῦν δ' ὀλίγοι ὡς ὁρᾷς ἀφικνοῦνται ἡμῖν· εἰρήνη γάρ. ΕΡ. ἄμεινον οὕτως, εἰ καὶ ἡμῖν προτείνοιτο ἐκεῖσε τὸ ὄφλημα. πλὴν ἀλλ' οἱ μὲν παλαιοὶ ὦ Χαρων,

C RAtionem supputemus portitor (si videtur) quantum mihi debeas iam, ne denuo aliquando de eo inter nos contendamus. CHAR. Supputemus Mercuri. Satius enim est maturè id agere, deinde & minoris negotij. MERC. Anchoram, vt mandaras, comparaui tibi quinque drachmis. CHAR. Carò dicis. MER. At per Plutonem, quinque emi illam: & prętera lorum quo remum alligares, obolis duobus. CHAR. Pone quinque drachmas, & obolos duos. MER. Et pro resarciendo velo quinque obolos ego exolui. CHAR. Etiam hos appone. MER. Et ceram ad oblinendas naui gij rimas tibi emi: & clauos prætera, & funiculum vnde hyperã feciſti, D omnia ex duabus drachmis. CHAR. Recte, laudo, hæc vili emisti. MERC. Hæc sunt quę tibi expoſui: nisi si quid reliquũ est quod me fugit inter computandum. Quando autem hæc redditurum te promittis? CHAR. Nunc quidem, Mercuri, non possum. Si verò pestis aliqua aut bellum confertos & frequentes huc demiserit aliquos, licebit mihi tum allucrari aliquid, subtracto clàm nonnihil ex portorio. MER. Proinde ego nũc sedebo, pessima quęq; vt eueniant precando, vt inde fructum aliquem capiam. CHAR. Fieri aliter nõ potest, Mercuri. Nam pauci nunc, vides, ad nos descendunt. Pax enim est. MER. Satius est ita esse, etiam si ob hoc abs te prorogatur nobis debiti istius solutio. Verumenimuero prisci illi,

MERCVRIVS.

Hypera funiculi sunt quibus antennarum cornua trãducuntur: vnde proverbium: Omissa hypera pedẽ quaris. Vide Erasmũ & Suidã.

Charon, nosti quales aduenire solebant, quàm fortes atque animosi omnes, cruore madidi, & vulneribus pleni plerique? Nunc autẽ aut veneno aliquis à filio interfectus, aut ab vxore, aut præ nimia voluptate tumefacto ventre & cruribus aduenium. Pallidi enim omnes & ignaui, neq; similes prioribus illis. Plurimi autẽ ipsorum etiã pecuniarum causſa veniũt, factis (vt videtur) mutuò sibi insidiis. CHARON. Omnino enim expetibiles illæ sunt. MER. Proinde neque ego videar peccare grauius aliquid, si vel acerbiùs abs te exigã ea quæ mihi debes.

A οἶσθα οἵοι πρὸ τοῦ ἐγίνοντο, ἀνδρώδεις ἅπαντες, αἵματος ἀναπλεω, καὶ τραυματίαι οἱ πολλοί· νῦν δὲ ἢ φαρμάκῳ τινὶ ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀποθανὼν, ἢ ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ἢ ὑπὸ τρυφῆς ὀξυδερκῶς τῷ γαστρὶ, καὶ τοῖς σκέλεσιν ὠχροὶ γὰρ ἅπαντες, καὶ ἀγλυκεῖς, οὐδὲ ὅμοιοι ἐκείνοις. οἱ δὲ πλεῖστοι αὐτῶν, δι' ἃ χρήματα ἥκουσιν, ὑποβαλλόμενοι ἀλλήλοις, ὡς ἔοικασι. ΧΑ. πάνυ γὰρ ἀποθητά ἐστι ταῦτα. ΕΡ. ὁκνῶ δ' ἔγωγε δόξαι αὖ ἁμαρτάνειν πικρῶς ἀπαιτῶν τὰ ὀφλήματα τοῦδε σου.

ΠΛΟΥΤΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

PLVTONIS ET MERCVRII. Iacobo Micyllo interprete.

PLVTO. In hæreditates quæ sæpe antequam capiatur moriuntur.

SEnémne nosti, istũ ætate omnino confectum dico, Eucratem diuitẽ, cui liberi quidem nulli sunt, hæreditatis autẽ captatores plus quàm quinquaginta millia? MER. Noui: Sicyonium illum dicis. Sed quid postea? PLV. Viuere illum quidem Mercuri sine vltra eos quinquaginta annos quos ætate peregit, alteris totidem accumulatis, si modò possibile sit, atque etiam pluribus: adulatores autem ipsius, Charinum adolescentẽ, & Damõtem, & cæteros abripe huc ordine omnes. MER. Atqui absurdum hoc videri queat. PLV. Haud quaquã, imò iustissimũ. Quã enim ob causſam illi adeò optant illũ mori, nisi quia pecuniam illius ambiunt, nulla propinquitate iuncti? Quod autẽ omniũ scelleratissimum est, interea cùm talia precãtur, tamen obseruãt & colunt manifestè vtiq; illum. Ac quæ ægrotante illo apud se consultent, nemo ignorat: attamen sacrificaturos sese promittũt, si conualescat denuo: & in summa, varia quædam adulandi ratio illorum hominum est. Quamobrem ipse quidẽ immortalis sit, illi autẽ præ ipso abeant, frustra hiantes. MER. Ridicula patientur, scelerati cũ sint. Sed tamen & ille admodum scitè circũducit illos, & spe pascit inani: & in summa, semper morituro similis, multo validus magis est, quàm quisquã iuuenis. Illi autem hæreditate inter se diuisa pascuntur, vitã quandam beatam secum ipsi animo præcipientes. PLV. Proinde ipse exuta senectute, quemadmodum Iolaus ille, in iuuenem redeat: illi autem in ipsa media spe, diuitiis illis quasi per somnũ spectatis destituti, abeant iã huc, mali malè mortui.

Τὸν γέροντα οἶσθα, τὸν πάνυ γεγηραικότα λέγω, τὸν πλούσιον Εὐκράτην, ᾧ παῖδες μὲν οὐκ εἰσὶν, οἱ τὸν κλῆρον δὲ θηρῶντες, πεντακισμύριοι; ΕΡ. ναὶ, τὸν Σικυώνιον φῄς. τί οὖν; ΠΛ. ὀκτὼ μὲν ὦ Ἑρμῆ ζῆν ἔασον ὅτι τοῖς ἐννενήκοντα ἔτεσιν, ἃ βεβίωκεν, ὑπομετρήσας ἄλλα τοσαῦτα, εἴγε οἷόντε ἐστὶ, καὶ ἔτι πλείω. τοὺς δέ γε κόλακας αὐτοῦ, Χαρῖνον τὸν νέον, καὶ Δάμωνα, καὶ τοὺς ἄλλους, κατάσσαπον ἑφεξῆς ἀπάγξας. ΕΡ. ἄτοπον μὲν δοξάζει τὸ τοιοῦτον. ΠΛ. ὑμῖν μὲν, ἀλλὰ δικαιότατον. τί γὰρ ὀκνοῦντες, ἔχοντας ἀποθανεῖν ὀκνοῦν; ἢ τῶν χρημάτων αὐτὸν ποιοῦνται, οὐδὲν προσήκοντες; ὁ δὲ πάντων ὅτι μιαρώτατον, ὅτι καὶ τοιαῦτα εὐχόμενοι, ὑμᾶς θεραπεύουσιν ἕνεκα τοῦ φανεροῦ· καὶ νοσοῦντος, ἃ μὲν βούλονται, πᾶσι προδήλα. θύσειν δὲ ὑμᾶς ὑπισχνοῦνται, ἐὰν ῥᾳδίως καὶ ὅλως, ποικίλη τις ἡ κολακεία τῶν ἀνδρῶν. ἀλλὰ ταῦτα, ὁ μὲν, ἔστω ἀθάνατος· οἱ δὲ, προσαπίτωσαν αὐτοῦ μᾶλλον ὑπερχρόνιοι. ΕΡ. γελοῖα πείσονται, πανοῦργοι ὄντες· πολλὰ κἀκεῖνος ἐμηχανήσατο αὐτοῖς, καὶ ἐπελπίζει· καὶ ὅλως, ἀεὶ θανοῦντι ἐοικώς, ἐρρῶσθαι πολὺ μᾶλλον τῶν νέων. οἱ δὲ, ἤδη τὸν κλῆρον ὑφ' ἑαυτοῖς διῃρημένοι, βόσκονται, ζωὴν μακαρίαν προὲς ἑαυτοὺς πλάττοντες. ΠΛ. ὁκνῶ· ὁ μὲν ἀποδυσάμενος τὸ γῆρας ὥσπερ Ἰόλεως ἀνακμάσαι. οἱ δ' ἀπὸ μέσων τῶν ἐλπίδων τε καὶ εὐπορηθέντα πλοῦτον ἀπολιπόντες, ἥκουσιν ἤδη κακοὶ κακῶς ἀποθανόντες.

ΕΡ. ἀμέλησον ὦ Πλούτων· μετελθόσομέ σοι ἤδη αὖθις καθ' ἕνα ἑξῆς. ἐσχατὰ δ' οἶμαί, εἰσι. ΠΛ. κατάσσε· ὁ δὲ, ὃν ἂν πέμψῃ ἕκαστον, αὐτὸ γέροντες αὖθις ἐκ νέου γενόμενος.

A MERC. Alias res cura Pluto. iam enim accersam tibi illos, alium super alium ordine. septem autem, opinor, sunt. PLV. Deducas licet. Ille autem mittat singulos præ se, ex sene iterum in adolescentem conuersus.

ΤΕΡΨΙΩΝΟΣ ΚΑΙ ΠΛΟΥΤΩΝΟΣ.

TERPSIONIS ET PLVTONIS. P. Virunio interprete.

ΤΟῦτο ὦ Πλούτων δίκαιον, ἐμὲ μὲν τε- B θνάναι τριάκοντα ἔτη γεγονότα, τὸν δὲ ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη γεγονότα Θεόκριτον ζῆν ἔτι; ΠΛ. δικαιότατον μὲν οὖν ὦ Τερψίων, εἴτε ὁ μὲν ζῇ, μηδένα θεῶν ἀποθανεῖν τῶν φίλων· σὺ δὲ, ὃν ἂν πρῶτα τὸν χρόνον ἐπεβάλλουες αὐτῷ, ὡς ἐμοῦ τὸν κλῆρον. ΤΕΡ. ἐγὼ γὰρ ἐχρῆν γέροντα ὄντα, καὶ μηκέτι χρήσασθαι τῷ πλούτῳ αὐτὸν δυνάμενον, ἀπελθεῖν τοῦ βίου, ἂν παραχωρήσαντα τοῖς νέοις; ΠΛ. καινὰ ὦ Τερψίων νομοθετεῖς, τὸν μηκέτι τῷ πλούτῳ χρήσασθαι δυνάμενον ὡς ἡδονήν, ἀποθνήσκειν. ὃ δ' ἄλλως ἡ Μοῖρα καὶ ἡ φύσις διέταξεν. ΤΕΡ. ὀκνοῦν ταύτην αἰτιῶμαι τῆς διαταξεως. ἐχρῆν γὰρ ὃ πρᾶγμα ἐξῆς πως γίνεσθαι, τὸν πρεσβύτερον, πρότερον· ἢ μὴ τοῦτον, ὅστις καὶ τῇ ἡλικίᾳ μετ' αὐτόν. ἀναστρέφεσθαι δὲ μηδαμῶς, μηδὲ ζῆν μὲν τὸν ἐκ τῶν ἔργων, ὀδόντας τρεῖς ἔτι λοιποὺς ἔχοντα, μόλις ὁρῶντα, οἰκέταις τέτρασιν ὑποκεκυφότα, κορύζης μὲν τὼ ῥῖνα, λήμης δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς μεστὸν ὄντα, σάρκες ἔτι ἡδὺ εἰδότα, ἔμψυχόν τινα τάφον ἐκ τῶν νέων καταγελώμενον, ἀποθνήσκειν δὲ καλλίστοις, καὶ ἐῤῥωμενεστάτοις νεανίσκοις. αὖθις γὰρ πολλῷ τοῦτο. ἢ δὲ τελευταῖον εἰδέναι ἐχρῆν, πότε καὶ τεθνήξεται τῶν γερόντων ἕκαστος, ἵνα μὴ μάτην αὐ οἷοις ἐπεφάδοιμεν. νυνὶ δ' ὃ τῆς παροιμίας, Ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν πολλάκις ἀνέφερε. ΠΛ. ταῦτα μὲν ὦ Τερψίων, πολὺ σωφρονέστερα γίνεται, ἢ σοὶ δοκεῖ. καὶ ὑμεῖς δέ τι πάσχοντες, ἀλλοτρίοις ὑπερχαίρετε, καὶ τοῖς ἀτέκνοις τῶν γερόντων εἰσποιεῖσθε, φέροντες αὐτοῖς τοιγάρτοι γέλωτα ὀφλισκάνετε, ὡς ἐκείνων καθυπτιαζόμενοι· καὶ ὃ πρᾶγμα τοῖς πολλοῖς ἡδίστον γε. ὅσῳ γὰρ ὑμεῖς ἐκείνους ἀποθανεῖν θέλετε, τοσούτῳ ἅπασιν ἡδὺ προαποθανεῖν ὑμᾶς αὐτῶν.

IVstúmne hoc est ô Pluto, me quidem *TERPSIΩN.* B è vita abiisse, triginta cùm sim annorum: Thucritum verò senem septuagenarium, & vltra, adhuc viuere? PLVT. *Expostulatio quòd plerique senes iuniorib. suis perniciant.* Iustissimum quidem ô Terpsio. Nam etsi ipse viuit, certè ad nullius tamẽ mortem affectus est: tu verò omni tempore illius hæreditatẽ expectans, eum mori auidissimè cupiebas. TERP. Nonne opus fuerat, quum senex sit, neque átque de cætero suis vti diuitiis, locum dare iuuenibus? PLVT. Nouas ô Terpsio statuis leges, quum ad voluptatem diuitiis vti nequeat, ipsum è vita decedere. Aliter autem & Parca & natura statuisse videtur. TERP. Proinde hanc ob huiusce- C modi accuso ordinem. decebat enim has res successione gradúque fieri, senem primò, deinde qui in ea ætate sequeretur, mori: haudquaquam autem exerceri aut viuere, qui senectute decrepitus esset, qui tres duntaxat dẽtes habeat, cui vix deseruiunt oculi, qui curuatus à quatuor famulis deducitur, deguttantes nares, lippósque oculos habens, nihil denique voluptatis degustans, haud aliud existens, quàm animatum quoddam sepulchrum, ab ipsa iuuentute derisum: & cõtrà mori optimos atque robustissimos adolescentes. Nam hoc perinde esse videtur, ac si flumina sursum deferantur. Aut saltem scire necesse foret quando & senum qui- D libet obiturus esset, ne quos, prout eis mos est, fallerent. Nunc verò illud accidit quod prouerbio dici solet: Quadriga bouem sæpissime ducit. PLV. Hæc quidem, ô Terpsio, prudentiùs fiunt, quàm tibi profectò videntur. Verùm & vos quid passi estis quòd rebus alienis gaudetis, & senibus, filiis orbatis, vosmet tãtopere in adoptionem traditis? quamobrẽ in derisum adducti, ab illis sepelimini: quod quidem plurimis fit periucũdum. Nam quanto vos magis mori illos peroptatis, tanto plus omnibus quàm gratissimum est, si ante eos vos mori contingat.

Etenim nouam quandam in medium adducitis artem, aniculas atque decrepitos cùm amatis: præsertim quidem si liberis sint orbati. qui verò liberos habent, illorum vobis non est cura. Atqui ex iis qui amantur, plurimi, minimè vestri ignari astus, etiamsi ipsis liberos esse contingat, illos odisse dissimulant, vt & ipsi habeant amatores. Inde iis in testamẽto exclusis qui munera diutissimè obtulerũt, liberi, sicuti profectò dignum est, omnem eorũ substantiam consequuntur: at illi tristitia affecti, suaq; spe delusi, dentibus fremũt. TER. Omnia hæc vera sunt quæ de me & Thucrito autumas. Quantum enim meorum ille deuorauit, quum semper eum mori putarem? Ac quoties ad eum ingrediebar: gemendo, & internum quiddam perinde atque ex ouo pullus aliquis immaturus stridendo, ægritudinem simulabat. Vnde quanto citiùs eum ad sepulchrum duci existimabam, tanto plus illi donorum mittebam, vt ne ij qui in amore concurrebant, muneribus me præclaris vincerent. Plerunque etiã præ nimia solicitudine insomnis iacebam, singula enumerans, ac vnumquidq; disponens. Eáque etiam causa interitus mihi fuit, curæ videlicet & vigiliæ. Ille autem deglutito hoc illectamẽto meo tanto, adstitit mihi quando sepeliebar, paulò antè arridens. PLVT. Euge ô Thucrite, di utissimè viuas, vnà & diuitiis abundans, & huiusce modi homines deridens: neq; priùs moriaris, quàm hos blanditores cunctos præmittas. TERP. Hoc quidem ô Pluto periucundum mihi foret, si ante Thucritum Chariades vita decederet. PLVT. Boni animi sis ô Terpsio: & Phido etiam, & Melantus, & omnes penitus ipsum præcedent, suis ipsorum curis confecti. Hæc ego summopere laudo, ô Thucrite diutissimè viuas.

A κἀγὼ γάρ τινα τοιοῦτον τέχνην ὑπενοήσατε, γραῶν καὶ γρόντων ἐρῶντες· καὶ μάλιστα εἰ ἄτεκνοι εἶεν. οἱ δὲ ἔντεκνοι, ὑμῖν ἀνέραστοι. καίτοι πολλοὶ ἤδη τῶν ἐρωμένων στυγέντες ὑμῶν τὴν πανωλεθρίαν τοῦ ἔρωτος, ἰῶ καὶ τύχωσι παῖδας ἔχοντες, μισεῖν αὐτοὺς πλάττονται, ὡς καὶ αὐτοὶ ἐραστὰς ἔχωσιν. Εἶτα ἐπὰν τὰς διαθήκας ἀπεκλείσθησαν μὴ οἱ πάλαι δωροφορήσαντες· ὁ δὲ παῖς, καὶ ἡ φύσις, ὥσπερ ἐστὶ δίκαιον, κρατῶσι πάντων· οἱ δὲ, ἐπαιωρίσι τοὺς ὀδόντας, ἀποσμυλῶνται. TER. ἀληθῆ ταῦτα φῄς. ἐμοὶ γοῦν Θουκείτου πόσα κατέφαγεν, ἀεὶ τεθνήξεσθαι δοκῶν; καὶ ὁπότε ἐσοίμην, ἐπωιμώζων, καὶ μύχιόν τι καθάπερ ἐξ ὠοῦ νεοττὸς ἀτελὴς ἐπωιζύρων, ὥστ' ἔγωγε ὅσον αὐτίκα οἰόμενος ὑπεδέχόμην αὐτὸν τῆς σοροῦ, ἔπεμπόν τε πολλά, ὡς μὴ ἐπαρβάλλοιντό με οἱ ἀντερασταὶ τῇ μεγαλοδωρεᾷ. καὶ τὰ πολλὰ ἐπὶ φθινοπίδων, ἀργυροῦς ἐκείνῳ, ἀριθμῷ ἕκαστα, καὶ δεκαπάντων. ταῦτα γοῦν μοι καὶ τὸ ἀποθανεῖν αἴτια

C γελᾶται, ἀργυρία, καὶ φθινοπίδες· ὁ δὲ, τοσοῦτόν μοι δέλεαρ καταπιὼν, ἐφεστήκει θαθολυπῶν, τερφθεὶς ὑπογελῶν. ΠΛ. εὖγε ὦ Θούκειτε, ζῴης ὑπερμήκιστον, πλουτῶν ἅμα, καὶ τοιούτων καταγελῶν· μηδὲ πρότερόν γε σὺ ἀποθάνοις, ἢ πρεσβεμψῇς πρώτας τοὺς κόλακας. TER. τοῦτο μὲν ὦ Πλοῦτων καὶ ἐμοὶ ἥδιστον ἤδη, εἰ καὶ Χαριάδης πρότερον τεθνήξεται Θουκείτου. ΠΛ. θαῤῥεῖ ὦ Τερψίων· καὶ Φείδων γὰρ, καὶ Μέλαντος, καὶ ὅλως ἅπαντες, προελεύσονται αὐτῶν, ἐπὶ ταῖς αὑτῶν φθινοπίσιν. TER. ἐπαινῶ ταῦτα. ζῴης ὑπερμήκιστον ὦ Θούκριτε.

ΖΗΝΟΦΑΝΤΟΥ ΚΑΙ ΚΑΛΛΙΔΗΜΙΔΟΥ.

ZENOPHANTÆ ET CALLIDEMIDÆ. Eraſ. Roterod. interp.

ZENOPHANTES. Haredipeta venino quod alteri parauerat, periit.

AT tu Callidemides, quo pacto interieris? Nã ipse quemadmodum, Dinię parasitus quũ essem, immodica ingurgitatione præfocatus fuerim, nosti: aderas enim morienti. CAL. Aderam Zenophãtes. Porrò mihi nouum quiddam atque inopinatum accidit. Nam tibi quoque notus est Ptœodorus ille senex. ZENOPH. Orbum illum dicis, ac diuitẽ, apud quẽ te assiduè versari conspiciebã?

D Σὺ δὲ ὦ Καλλιδημίδη, πῶς ἀπέθανες; ἐγὼ μὲν γὰρ, ὅτι παράσιτος ὢν Δηνίου, πλέον τοῦ ἰκανοῦ ἐμφαγὼν, ἀπεπνίγην, οἶσθα. πρῴην γὰρ ἀπαντήσαντί μοι. ΚΑΛ. πρῴην ὦ Ζηνόφαντες. ὃ δ' ἐμὸν, παράδοξόν τι ἐγένετο. οἶσθα γὰρ καὶ σύ που Πτοιόδωρον τὸν γέροντα. Ζ. τὸν ἄτεκνον, τὸν πλούσιον, ᾧ σε τὰ πολλὰ ἤδειν συνόντα;

ΚΑΛ.

ΚΑ. σκῆνον αὐτὸν ἀεὶ ἐθεράπευον, ὡς ἡνύμφιος ἐπ' ἐμοὶ τεθνήξεσθαι. ἐπεὶ δὲ τὸ πρᾶγμα ἐς μῆκιστον ἐπεγίνετο, καὶ γὰρ τὸν Τιθωνὸν ὁ γέρων ἔζη, βραχύν τινα ὁδὸν ὑπὲρ τὴν κληρονομίαν ἐξεῦρον. φαρμακὸν γὰρ φαρμακῶν, ἀναπείσας τὸν οἰνοχόον, ἐπειδὴ πάνυ ἐδίψα ὁ Πτολιόδωρος αἰτήσῃ πιεῖν (πίνει δ' ὑπερφυῶς) ζωφορώτερον ἐμβαλόντα εἰς κύλικα, ἔπειτα ἔχειν αὐτὸν, καὶ ὑπιδοῦναι αὐτῷ· εἰ δὲ τοῦτο ποιήσας, ἐλθόντα ἐπανορθώσασθαι ἀφῆσειν αὐτόν. Ζ. τί οὖν ἐγένετο; πάνυ γάρ τι προσδόξον ἐρᾷν ἔοικας. Κ. ἐπεὶ τοίνυν λυσάμενοι ἤκομεν, δύο ἤδη ὁ μειραξίσκος κύλικας ἐπίμους ἔχων, τὴν μὲν, τῷ Πτολιοδώρῳ, τὴν ἑτέραν ἐμοί, σφηλεὶς οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐμοὶ μὲν τὸ φάρμακον, Πτολιοδώρῳ δ', τὸ ἀφάρμακτον ἐπέδωκεν. εἶτα ὁ μὲν ἔπινεν, ἐγὼ δ' αὐτίκα μάλα σκηπάδην ἐκείμην, ὑποβολιμαῖος αὐτ' ἐκείνῳ νεκρός. τί τοῦτο γελᾷς ὦ Ξενοφάντες; ἢ μὴν οὐκ ἔδει γε ἑταίρῳ ἀνδρὶ ὑπερβῆναι. Ζ. ἀρτίως γὰρ ὦ Καλλιδημίδη πεποίηκας. ὁ γέρων δ', τί πρὸς ταῦτα; Κ. σφόδρα μὲν ὑπετεράχθη πρὸς τὸ αἰφνίδιον. εἶτα συνεὶς οἷμαι τὸ γεγενημένον, ἐγέλασε καὶ αὐτὸς οἷά γε ὁ οἰνοχόος εἰργασμένος. Ζ. πλὴν ἀλλ' οὐδέ σε τὴν ὑπερθεσμον ἐλθεῖν προσέταξε. ἦκε γὰρ ἂν σοι δεῦρο τὴν λεωφόρον ἀσφαλέστερον, εἰ καὶ ὀλίγῳ βραδύτερος ἦν.

A CAL. Illum semper captabam, colebāq; id mihi pollicēs fore, vt meo bono quam primum moreretur. Verùm quum ea res in longum proferretur, sene videlicet vel vltra Tithonios annos viuente, compendiariam quandā excogitaui viam, qua ad hæreditatem peruenirem. Siquidem empto veneno, pocillatori persuaserā, vt simul atque Ptœodorus potū poscceret, (bibebat autem prolixiùs) præsentius in calicem iniiceret, haberetq; in prōptu porrecturus illi. Quod si fecisset, iureiurādo confirmabā me illū manumissurum. ZE. Quid igitur accidit? nā inopinatū quiddam narraturus mihi videris. CAL. Vbi iam loti venissemus. puer duobus paratis poculis; altero, Ptœodoro; cui venenū erat additū; altero, mihi: nescio quomodo errans, mihi venenum, Ptœodoro porrexit innoxiū. Mox ille quidē bibit, at ego protinus humi porrectim stratus sum, suppositiciū videlicet illius loco funus. Quid hoc? rides Zenophantes? Atqui nō conuenit amici malis illudere. ZEN. Rideo profectò: nam elegāter ac lepidè tibi hęc res euēnit. Porrò senex ille quid interim? CAL. Primùm ad casū subitū atq; inexpectatū sanè conturbatus est: deinde simul atq; intellexit id quod acciderat, puta pocillatoris errore factum, risit & ipse. ZEN. Rectè sanè. Tametsi non oportuit ad compendium illud diuertere, si quidem venisset tibi populari vulgataq; via tutius certiusq; etiam si paulo serius.

ΚΝΗΜΩΝΟΣ ΚΑΙ ΔΑΜΝΙΠΠΟΥ.

CNEMONIS ET DAMNIPPI. Erasmo Roterod. interprete.

ΤΟδτο σκῆνος τῆς παροιμίας, Ὄνος τὸν λέοντα. ΔΑΜΝ. τί ἀγανακτεῖς ὦ Κνήμων; ΚΝΗΜ. πευθάνῃ ὅτι ἀγανακτῶ; κληρονόμων ἀκούσιον καταλέλοιπα, καταφρονηθεὶς ὁ ἄθλιος, οὓς ἐβουλόμην ἂν μάλιστα ἔχειν ἐμοὶ, παραλιπών. ΔΑΜΝ. πῶς τοῦτ' ἐγένετο; ΚΝΗΜ. Ερμόλαον τὸν πάνυ πλούσιον ἄτεκνον ὄντα, ἐθεράπευον ὡς ἐπὶ θανάτῳ. κἀκεῖνος οὐκ ἀνδρῶς τὴν θεραπείαν προσίετο. ἔδοξε δή μοι καὶ σοφὸν τοῦτ' εἶναι, κἄπειτα δεῖξαι τοῖς ἐς τὸ φανερὸν, ἃ αἰς ἐκείνῳ καταλέλοιπα ἐμὰ πρῶτα, ὡς κἀκεῖνος ζηλώσοι, καὶ τὰ αὐτὰ προέξοι.

D HOc illud est quod vulgò dici consueuit, Hinnulus leonem. DAM. Quid isthuc est quod tecum stomachare Cnemon? CNE. Quid stomacher rogas? Equidem hęredem reliqui quendā præter animi sententiam, videlicet astu delusus miser, iis quos maximè mea cupiebā habere, præteritis. DAM Sed isthuc quînam euēnit? CNE. Hermolaum nobilem illum diuitē, quum orbus esset, iminente morte captabam, assidens atque inseruiens. Neque ille grauatim officium meum admittebat. At interim illud quoque mihi visum est scitum, cōsultumq;, vt testamentū proferrem ac publicarē, quo illum rerum mearum in solidum hæredem institueram, nimirum vt ille vicissim idem faceret meo prouocatus exemplo,

CNEMON. In hæreditatem.

DAM. At quid tandem ille? CNE. Quid ille ſuo in teſtamento ſcripſerit, id quidem ignoro: cæterùm ego repentè atque inſperatò è vita deceſſi, tecti ruina oppreſſus: & nunc Hermolaus mea poſſidet, lupi cuiuſpiam in morem ipſo hamo cum eſca pariter auulſo. DAM. Imò non eſcam modò cum hamo, quin etiam teq uoque piſcatorem ſimul abſtulit. Itaque technam iſtam in tuum ipſius caput ſtruxeras. CNE. Sic apparet, idque adeò deploro.

Α ΔΑ. τί οὖν δὴ ἐκεῖνος; ΚΝΗ. ὅ,τι μὲν οὖν αὐτὸς ἐνέγραψε τῇ ἑαυτοῦ διαθήκῃ, οὐκ οἶδα· ἐγὼ γοῦν ἄφνω ἀπέθανον, τῷ τέγους μοι ὑπιπεσόντος. καὶ νῦν Ερμόλαος ἔχει τὰμά, ὥσπερ τις λάβραξ, καὶ ὃ ἄλκιστον τῷ δελέατι συνεκαταπάσας. ΔΑ. ὑ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτόν σε τὸν ἁλιέα. ὥστε σόφισμα κατὰ σαυτοῦ συνετέθεικας. ΚΝΗ. ἔοικα. οἰμώζω δι' ἀγαθοῦ.

ΣΙΜΥΛΟΥ ΚΑΙ ΠΟΛΥΣΤΡΑΤΟΥ.

SIMYLI ET POLYSTRATI. Eodem interprete.

SIMYLVS. Plures vnius diuitiis hæreditatem ambientes deluſi.

VEniſti tandem & tu Polyſtrate ad nos, quum annos vixeris haud multo pauciores centum opinor. POLY. Nonaginta octo Simyle. SIM. Sed quinã triginta iſtos annos egiſti, quibus mihi fueras ſuperſtes? Nam ipſe perij te fermè ſeptuagenario. POLY. Quàm ſuauiſſimè profectò, etiamſi hoc mirum tibi videbitur. SIMY. Mirum verò, ſi quidem tibi primùm ſeni, deinde inualido, poſtremò etiam orbo quicquam poterat eſſe in vita ſuaue. POL. Principiò nihil erat quod nõ poſſem: præterea pueri formoſi complures aderãt, tum mulieres nitidiſſimæ, vnguenta, vinũ mirè fragrans, poſtremò mẽſę vel Siculis illis lautiores. SIM. Noua narras: nã ego te planè ſordidum ac parciſſimum eſſe ſciebã. POL. Atqui, vir præclare, ex alienis arcis opes mihi ſubſcatebãt. Tum diluculo protinus quamplurimi mortales ad fores meas ventitabãt, ſimulq; ex omni rerum genere, quę terrarum vbiuis pulcherrimę reperiũtur, munera deportabãtur. SIM. Num me defuncto regnũ geſſiſti? POL. Minimè: verùm amantes habebam innumeros. SIM. Non poſsũ non ridere. túne amantes, tãtus natu quum eſſes, vixq; tibi dẽtes ſupereſſent quatuor? POL. Habebã per Iouem equidem optimates ciuitatis: quumq; eſſem tum ſenex, tum caluus, ſicuti vides, præterea lippiens etiã, ac ſenio cæcutiens, poſtremò naribus muccoſis, tamẽ cupidiſſimè mihi inſeruiebãt, adeò vt is felix videretur, quẽcunque vel aſpexiſsẽ modò. SIM. Nũ tu quoq; quemadmodum Phaon ille, Venerem aliquã è Chio tranſuexiſti, vt ob id optanti tibi illa dederit rurſum ad iuuentam redire, ac denuo formoſum atque amabilem fieri?

Β ΗΚες ποτὲ ὦ Πολύστρατε καὶ σὺ πρὸς ἡμᾶς, ἔτη οἶμαι ὀλίγῳ πολὺ ἀποδέοντα τῶν ἑκατὸν βεβιωκώς. ΠΟΛ. οκτὼ δεῖ τῶν ἐνενήκοντα ὦ Σίμυλε. ΣΙ. πῶς δὲ τὰ μετ' ἐμὲ ταῦτ' ἐβίως τελέοντα; ἐγὼ γὰρ ἀμφὶ τὰ ἑβδομήκοντά σου ὄντος, ἀπέθανον. ΠΟΛΥ. ἡδέως, εἰ καί σοι παράδοξον τοῦτο δόξει. ΣΙ. παράδοξον· εἰ γέρων τε, καὶ ἀσθενὴς, ἄπαιδός τε παντάπασι, πῶς ἐδύνω τοῖς τοῦ βίου ἐδωδίμοις. ΠΟΛΥ. ὃ μὲν πρῶτον, ἄπαντα ἐδωδίμου, ἔπειτα καὶ παῖδες ὡραῖοι πάνυ πολλοὶ, καὶ γυναῖκες ἀβρό-

C ταται, καὶ μύρα, καὶ οἶνος αἰθομένας, ὃ τράπεζαι γοῦν ταῖς ἐν Σικελίᾳ. ΣΙΜ. καινὰ ταῦτα· ἐγὼ γάρ σε πάνυ φαῦλον ἠπιστάμην. ΠΟΛ. ἀλλ' ἐπιέρρει μοι ὦ γλυκαῖε πρὸς ἀλλοτρίων πλαγάδος· καὶ ἔωθεν μοι δύο ὅτι μάλιστα πολλοὶ μὴ δὲ, πανταχόθεν μοι δῶρα παρεγίνετο ἀπάντων τῶν γῆς κάλλιστα. ΣΙ. ἐτυράννησας ὦ Πολύστρατε μετ' ἐμέ; ΠΟΛΥ. οὐκ· ἀλλ' ἐρασταὶ εἶχον μυρίοι. ΣΙ. ἐγέλασα. ἐραστὰς σὺ τηλικοῦτος ὤν, ὀδόντας τέτταρας ἔχων;

D ΠΟΛΥ. νὴ Δία τοὺς ἀρίστους γε τῶν ἐν τῇ πόλει. καὶ γέροντά με, καὶ φαλακρὸν ὡς ὁρᾷς ὄντα, καὶ λημῶντα παρῆσαν, καὶ κορυζῶντα, ἡδέως θεραπεύοντες, καὶ μακάριος ἦν αὐτῶν, εἴ τινα αὖ καὶ μόνον παρεβλεψα. ΣΙΜ. μῶν καὶ σύ τινα, ὥσπερ ὁ Φάων, τὴν Ἀφροδίτην ἐκ Χίου διαπορθμεύσας, εἶτά σοι δι' ἀγαθὴν τύχην ἔδωκε νέον εἶναι, καὶ καλὸν ἐξ ὑπάρχης, ἐξ ἀξιέρασον;

ΠΟΛ. οὐκ. ἀλλὰ τοιοῦτος ὢν, οἷος πόθητος ἦν. ΣΙ. αἰνίγματα λέγῃς. ΠΟΛ. καὶ μὴν σαφὴς γε ὁ ἔρως οὗτος πολὺς ὤν, ὁ περὶ τοὺς ἀτέκνους καὶ πλουσίους γέροντας. ΣΙ. νῦν μανθάνω σου τὸ κάλλος ὦ θαυμάσιε, ὅτι παρὰ τῆς χρυσῆς Ἀφροδίτης ἦν. ΠΟΛ. ἀπαρ ὦ Σίμωλε, οὐκ ὀλίγα τῶν ἐραστῶν ἀπολέλαυκα, μονονουχὶ προσκυνούμενος ὑπ' αὐτῶν· καὶ ἐνθρυπτόμην δὲ πολλάκις, καὶ ἀπέκλεον αὐτῶν τινας ἐνίοτε. οἱ δὲ, ἠμιλλῶντο, καὶ ἀλλήλοις ὑπεβάλλοντο ἐπὶ τῇ περὶ ἐμὲ φιλοτιμίᾳ. ΣΙ. τέλος δ' οὖν, πῶς ἐβουλεύσω περὶ τῶν κτημάτων; ΠΟΛ. ἐς ὃ φανερὸν μὲν ἕκαστον αὐτῶν κληρονόμον ἀπολιπεῖν ἔφασκον· ἐν δ' ὑπιστευέ τε, καὶ κολακευτικώτερον προσιόντα ἐαυτόν· ἄλλας δὲ ταῖς ἀληθείαις διαθήκας ἐκείνας ἔχων, κατέλιπον, οἷμαι ἅπασι φράσας. ΣΙ. τίνα δ' αἱ τελευταῖαι τὸν κληρονόμον ἔχουσι; ἢ που τινα τῶν ἀπὸ τοῦ γήρους; ΠΟΛ. οὐ μὰ Δί', ἀλλὰ νεώνητόν τινα τῶν μειρακίων τῶν ὡραίων Φρύγα. ΣΙ. ἀμφὶ πόσα ἔτη ὦ Πολύστρατε; ΠΟΛΥ. σχεδὸν ἀμφὶ τὰ εἴκοσι. ΣΙ. ἤδη μανθάνω ἅπερ σοι ἐκεῖνος ἐχαρίζετο. ΠΟ. πολὺ ἀλλὰ πολὺ ἐκείνων ἀξιώτερος κληρονομεῖν, εἰ καὶ βάρβαρος ἦν, καὶ ὄλεθρος· ὃν ἤδη καὶ αὐτοὶ οἱ ἄριστοι θεραπεύουσιν. ἐκεῖνος γοῦν ἐκληρονόμησέ μου· καὶ νῦν ἐν τοῖς εὐπατρίδαις ἀριθμεῖται, καὶ πεξυρημένος μὲν ὁ γήφων, καὶ βαρβαρίζων· Κόδρου δὲ εὐγενέστερος, καὶ Νιρέως κομψότερος, καὶ Ὀδυσσέως συνετώτερος λεγόμενος εἶ). ΣΙ. ἴθι μοι μέλε, καὶ στρατήγησάτω τῆς Ἑλλάδος, εἰ δοκεῖ. ἐκεῖνοι δ', μὴ κληρονομείτωσαν μόνον.

A POL. Haudquaquam: quin magis quum talis essem, qualem dixi, tamen supra modum adamabar. SIM. Ænigmata narras. POL. Atqui notissimus est hic amor, quum vulgo sit frequens, nempe erga senes orbos diuites. SIM. Nunc tua forma vnde tibi profecta fuerit, intelligo, vir egregie, nimirum ab aurea illa Venere. POL. Veruntamen non parum multas commoditates ab amantibus tuli, Simyle, propemodum etiam adoratus ab illis. Porrò sæpius etiam quasi procax illis illudebam, excludens interdum nonnullos B eorum: interim illi inter sese decertabãt, & in ambiendis primis apud me partibus alium alius anteire nitebatur. SIM. Sed age, de facultatibus tuis quid tandem statueras? POL. Palàm quidem affirmabã, me vnumquenq; illorum relicturum hæredem: idq; illi quum crederẽt futurum, certatim se quisquẽ obsequentiorem atque adulantiorem præbebat. Cæterùm alteras illas veras tabulas, quas apud me seruaueram, reliqui, in quibus omnes illos plorare iussi. SIM. At postremæ illæ tabulæ quem pronunciabant hæredem? C num è cognatis quempiam? POL. Non, per Iouem: imò nouitium quendam ex formosis illis adolescẽtulis, natione Phrygem. SIM. Quot annos natum Polystrate? POL. Viginti fermè. SIM. Iam intelligo quibus obsequiis ille te demeruerit. POL. Attamen multo illis dignior qui scriberetur hæres, etiam si barbarus erat ac perditus, quem iam ipsi etiam optimates colunt captantq;. Is igitur mihi extitit hęres, iamq; inter patritios numeratur, subraso mento, barbaroq; cultu ac lingua: quin eum Codro generosiorem, Nireo formosiorem, Vlysse prudentiorem esse prædicant. SIM. Non laboro, vel totius Græciæ sit imperator, si libet, modò ne illi potiantur hæreditate.

ΧΑΡΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

CHARONTIS ET MERCVRII. Martino Bolero interpr.

Interlocutores, Charon, Mercurius, Mortui, Menippus, Chatmoleus, Lampichus, Damasias, Philosophus, Rhetor.

ΑΚούσατε ὡς ἔχῃ ὑμῖν τὰ πράγματα. μικρὸν μὲν ἡμῖν ὡς ὁρᾶτε, τὸ σκαφίδιον, καὶ τοσοῦτον ὄν ἐστι, καὶ διαῤῥῇ τὰ πολλά· καὶ ὦ πρᾶτη ὅτι δάτερα, οἰχήσεται παρεπαίρον· ὑμεῖς δὲ, τοσοῦτοι ἅμα ἥκετε, πολλὰ ὑποφερόμενοι ἕκαστος. D AVdite quo loco sint res vestræ. Equidem parua est nobis, quemadmodũ videtis, & carriosa nauicula, & quæ vndique perfluit: quòd si in alteram partem se inclinarit, planè submersa peribit: atque vestrûm tam multi simul confluunt, & singuli plurimas sarcinas adferunt. CHARON.

Quòd si cum his nauiculam conscenderitis, vereor ne postea vos facti pœniteat, maximè verò eos qui nandi sunt imperiti. MORT. Quid igitur faciendum erit, vt sine periculo nauigemus? CH. Ego vobis dicam: nudos vos ingredi oportet, atque ista omnia quæ superflua sunt, in littore relinquere. Nam sic etiam vix capiet vos nauicula. Tibi verò Mercuri deinceps curæ erit, neminem ex illis recipere, nisi nudus sit, & suppellectilem abiecerit. Itaque ad ipsas scalas te statuas, ipsósque cognoscito, & suscipito, nudósque ingredi cogito. MERC. Rectè dicis, atque sic faciemus. Quis est ille primus? MEN. Ego Menippus sum. Ecce autem peram & baculum in paludem abieci: verùm rectè feci, qui pallium non acceperim. MERC. Ingredere ô Menippe vir optime, primúmque apud gubernatorem nauis, locum accipe, in ipsa summitate, quò omnes possis intueri. Verùm quis ille formosus est? CHA. Charmoleus sum Megarensis ille amator, cuius osculum vnum duobus talentis constitit. MERC. Exue igitur istam pulchritudinem, & labia vnà cum osculis, istam etiam densam comam, & genarum ruborem, adeóque totam cutem. Bene se res habet, expeditus es, ingredere nunc. Quis verò ille est purpuratus & diademate præcinctus, grauitatem quandam præ se ferens? Quis es tu? LAMP. Lampichus sum Geloorũ tyrannus. MER. Quid igitur cum tot sarcinis venisti? LAMP. Anne nudum aduentare conueniebat tyrannũ? MER. Nequaquam tyrannum, sed mortuum: itaque depone ista. LAMP. Ecce abieci diuitias. MERC. Sed superbiam ô Lampiche & fastum etiam abiice. nã ista si in nauiculam coincidant, vehementer grauabunt eam. LAMP. Igitur sine vt diadema habeam saltem & stragulum. MER. Nequaquam, imò & hæc relinquito. LAMP. Sit ita. quid præterea vis? Nam omnia, vt vides, abieci. MERC. Crudelitatẽ etiam, & amentiam, & violentiam, & iracundiam, atque his similia depone. LAM. Ecce nudus sum. MER. Ingredere nunc. Tu verò pinguis admodum & carnosus quis es? DAM. Damasias ego sum athleta. MER. Certè videris ille esse. scio enim te sæpe in palæstris à me visum. DAMA. Ita est ô Mercuri: verùm accipe me, nudum existentem.

Οὐχ Ἡρακλῆς οὗτός ἐστιν; ὑμνοίην B ἄλλος μὰ τὸν Ἡρακλέα. ὁ τόξον, ὁ ῥόπαλον, ἡ λεοντῆ, ὁ μέγεθος, ὅλος Ἡρακλῆς ἐστιν. εἶτα τέθνηκε Διὸς υἱὸς ὤν; εἶτά μοι ὦ καλλίνικε, νεκρὸς εἶ; ἐγὼ γάρ σοι ἔθυον ὑπὲρ γῆς ὡς θεῷ. ΗΡΑ. Ἐ ὀρθῶς ἔθυες. αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ Ἡρακλῆς ἐν θεοῖς τοῖς θεοῖς συνέσεσι, καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην. ἐγὼ δὲ εἴδωλόν εἰμι αὐτοῦ. ΔΙΟ. πῶς λέγεις εἴδωλον τοῦ θεοῦ; καὶ δύναταί τις ἐξ ἡμισείας μοῖρα θεὸς εἶναι, τεθνηκὼς δὲ τὸ ἥμισυ; ΗΡ. ναί. οὐ γὰρ ὅλος τέθνηκεν, ἀλλ' ἐγὼ ἡ εἰκὼν αὐτοῦ. ΔΙΟ. μανθάνω· αὐτομάτως ἄρα τῷ Πλούτωνι προέδωκεν αὑτὸν ἑαυτοῦ. καὶ σὺ νῦν αὐτοῦ ἐκείνου νεκρὸς εἶ. ΗΡΑ. τοιοῦτό τι. ΔΙΟ. πῶς οὖν ἀκριβὴς ὢν ὁ Αἰακὸς, οὐκ ἔγνω σε μὴ ὄντα ὅλον, ἀλλὰ προεδέξατο ἡμιτελῆ τὸν Ἡρακλέα παρόντα; ΗΡ. ὅτι ἐφύκειν ἀκριβῶς. ΔΙΟ. ἀληθῆ λέγεις. ἀκριβῶς γὰρ, ὥστε αὐτὸς ὅλος εἶ. ὁρᾷ γὰρ ὦ C μὴ τὸ ἐναντίον ὄντα· σὺ μὲν εἶ ὁ Ἡρακλῆς, ὃς ἔλαβε τὴν εἴδωλον γαμέτην Ἥβην παρὰ τοῖς θεοῖς. ΗΡ. θερμὸς εἶ, καὶ λάλος. καὶ εἰ μὴ παύσῃ σκώπτων ἐς ἐμὲ, εἴσῃ αὐτίκα οὐ θεοῦ εἴδωλόν εἰμι.

NVnquid Hercules hic est? Haud quisquam mehercule alius. arcus, clava, pellis leonina, magnitudo ipsa, totus denique Hercules est. Igitur è vita decessit, qui Iouis erat filius? Die quæso ô victorioſe, mortuus ne es? Ego enim quum terræ superessem, tibi haud secus quàm deo sacrificaui. HERC. Rectè quippe sacrificasti. Hercules enim ipse in cœlo vnà cum diis immortalibus consistit, Hebēn apud se habēs, cruribus formosissimam. Ego verò qui te alloquor, sua sum vmbra. DIOG. Quidnam dicis amabò? vmbra ipsius dei? fieri enim potest, altera eundem ex parte deum esse; altera, vita decessisse? HERC. Vtiquē. Ille enim nequaquam mortuus est, sed ego duntaxat imago ipsius sum. DIOGEN. Intelligo rem. Te virum pro viro Plutoni pro se dedit, & tu nunc pro illo mortuus es. HERC. Sic res se habet. DIO. Quo pacto igitur callidissimus cùm sit Æacus, te nequaquam illum esse non nouit, sed admisit tanquam suppositititium Herculem? HER. Quoniam ille ipse esse videor. DIO. Vera autumas: nam ita persimilis es, vt si ille ipse sis. Caueas igitur ne contrà fiat: vt tu quidē Hercules existas, imago verò apud deos immortales Hebēn in vxorē duxerit. HE. Audax nimiùm es atq; loquax: & nisi à scōmatibus quę in me iacis, abstinueris, senties quamprimū qualis dei imago sim.

DIOGENES. *Videtur diminutas Herculis.*

Arcus enim nudus atque paratus. DIOGEN. Cur autem de cætero te timeam, quum ſemel mortuus ſis? Sed per tuum Herculem dic quæſo, dum ille viuebat, erás ne vnà cum ipſo, & tunc imago exiſtens: aut vnus quidem eratis in vita: poſteaquam autem è vita deceſſiſtis, ſeparati: ille quidem ad deos immortales auolauit, tu verò vmbra, vt dignum videtur, ad inferos aduenisti? HERC. Etſi fas equidem foret nequaquam reſpondere viro ſophiſticè percunctanti; attamen aures quoque ad hoc porrigas. Quicquid enim Amphitryonis in Hercule erat, idipſum morte affectum eſt, quod nempe ego ſum (vt dixi) totum: quod autem ex Ioue erat, cum diis immortalibus conuerſatur. DIOG. Perſpicuè nunc intelligo. autumas enim eadem vice Alcmenam duos peperiſſe Hercules: vnum quidem ex Amphitryone, alterum verò ex ſummo Ioue: ex quo factum eſt, vt gemini vnius matris vtero lateretis. HERC. Nequaquam ô inſane. idem profectò ipſi eramus ambo. DIOG. Neq; adhuc ad intelligendum id facile eſt, duos Hercules in vnum eſſe compoſitos, niſi quis diceret vos tanquam Hippocentaurum in vnum fuiſſe copulatos: hominem videlicet & deum. HERC. An non & homines eodem pacto ex duobus componi tibi videntur, animo videlicet & corpore? Vnde quid prohibet animum quidem ipſum ex ſummo Ioue natum adeſſe cœlo, me verò mortalem ad inferos veniſſe? DIOG. Vtique eleganter hæc diſſeruiſſes, ô optime Amphitryoniade, ſi corpus hac tempeſtate eſſes: ſed incorporea es imago: itaque periculum eſt, te triplicem iam feciſſe Herculem. HERC. Quonam modo triplicem? DIOG. Hoc quidem modo: nam ſi vnus in cœlo exiſtit, tu verò apud nos imago, corpus autem in Oeta iam in puluerem verſum, hæc tria iam ſunt. animaduertas igitur velim, quem tertium corpori eſſe intelligas patrem. HERC. Audax es, atque ſophiſta: ſed quod nomen tibi eſt? DIOG. Diogenis Sinopei imago: ipſe autem, per Iouem, minimè cum diis immortalibus, ſed cum mortuorum optimis conuerſor, Homerum atque huiuſcemodi fabulas deridens.

A ὃ μὲν τόξον γυμνὸν, καὶ παρεσκευασμένον. ΔΙΟ. ἐγὼ δὲ, τί δῶ ἔτι φοβοίμην σε, ἅπαξ τεθνεώς; ἀπὰρ εἰπέ μοι πρὸς τῆς σοῦ Ἡρακλέους, ὁπότε ζῶντος ἔζη, σωτῆς αὐτῷ, καὶ τότε εἴδωλον ὤν; ἢ εἷς μὲν ἦτε τὸν βίον ἐπειδὴ ἀπεθάνετε, διῃρεθέντες, ὁ μὲν, ὡς θεοὺς ἀπέστειλατο, σὺ δὲ ὁ εἴδωλον, ὡσπερ εἰκὸς ἦν, εἰς ᾅδου πάρει; ΗΡΑ. ἐχρῆν μὲν μηδ' ἀποκείνασθαι πρὸς ἀνδρα ὑπόπτως ἐρεσχελοῦντα· ὅμως δ' οὖν καὶ τοῦτ' ἀκουσον· ὁπόσον μὲν Ἀμφιτρύωνος ἦν τοῦ Ἡρακλέους, τοῦτο τέθνηκε, καὶ εἰμὶ ἐγὼ σκῆνος
B πᾶν· ὃ δὲ ἦν τοῦ Διὸς, ἐν οὐρανῷ συνέστι τοῖς θεοῖς. ΔΙΟ. σαφῶς νῦν μανθάνω. δύο γὰρ φῆς ἔτεκεν ἡ Ἀλκμήνη τὸν αὐτὸν Ἡρακλέα, τὸν μὲν, ὑπ' Ἀμφιτρύωνι, τὸν δὲ, ὑπὸ τοῦ Διός· ὥστε ἐλελήθητε δίδυμοι ὄντες ὁμομήτριοι. ΗΡΑ. οὐκ ὦ μάταιε· ὁ γὰρ αὐτὸς ἀμφω ἦμεν. ΔΙΟ. οὐκ ἔστι μαθεῖν τοῦτο ῥᾴδιον, σωθέντες δύ' ὄντας Ἡρακλέας, ἐκτὸς εἰ μὴ ὥσπερ ἱπποκένταυρός τις ἦτε, εἰς ἓν συμπεφυκότες, ἀνθρωπος, καὶ θεός. ΗΡΑ. οὐ γὰρ καὶ πάντες οὕτω σοι δοκοῦσι συγκεῖσθαι ἐκ δυοῖν, ψυχῆς, καὶ σώματος; ὥστε τί δὴ κωλύει, τὸν μὲν ψυχὴν ἐν οὐρανῷ εἶναι, ὥσπερ ἐν Διὸς, τὸν δὲ θνητὸν ἐμὲ, τοῖς νεκροῖς; ΔΙΟ. ἀλλ' ὦ βέλτιστε Ἀμφιτρυωνιάδη, κομψῶς αὖ ταῦτ' ἔλεγες, εἰ σῶμα ἦθα. νῦν δὲ ἀσώματον εἴδωλον εἶ· ὥστε κινδυνεύεις τριπλοῦν ἤδη ποιῆσαι τὸν Ἡρακλέα. ΗΡΑ. πῶς τριπλοῦν; ΔΙΟ. ὧδέπως. εἰ γὰρ ὁ μὲν ἐν οὐρανῷ, ὁ δὲ παρ' ἡμῖν σὺ τὸ εἴδωλον, τὸ δὲ σῶμα ἐν Οἴτῃ κόνις ἤδη γεγόμενον, τρία δὴ ταῦτα γίνεται. καὶ σκόπει ὅν τινα δὴ πατέρα τρίτον ὑπονοήσεις τῷ σώματι. ΗΡ. θρασύς τις εἶ, καὶ σοφιστής. τίς δὲ καὶ ὢν τυγχάνεις; ΔΙΟ. Διογένους τοῦ Σινωπέως εἴδωλον. αὐτὸς δὲ, οὐ μὰ Δία μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν, ἀλλὰ τοῖς βελτίστοις νεκρῶν συνέμι, Ὁμήρου, καὶ τῆς τοσαύτης ψευδολογίας καταγελῶν.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΤΑΝΤΑΛΟΥ.

MENIPPI ET TANTALI. Erasmo Roterod. interprete.

Τί κλάῃς ὦ Τάνταλε; ἢ τί σεαυτὸν ὀδύρῃ, ὅτι τῇ λίμνῃ ἐγγύς; ΤΑΝ. ὅτι ὦ Μένιππε, ἀπόλωλα ὑπὸ τῆς δίψους. ΜΕΝ. οὕτως ἀργὸς εἶ, ὡς μὴ ὀπτικύψας πιεῖν, ἢ καὶ νὴ Δί' ἀρυσάμενος χείλῃ τῇ χειρί; ΤΑΝ. οὐδὲν ὄφελος εἰ ὀπτικύψαιμι. φεύγει γὰρ τὸ ὕδωρ ἐπειδὰν προσίωσι αἴσθηταί με· ἐὰν δέ ποτε καὶ ἀρύσωμαι, καὶ προσενέγκω τῷ στόματι, πρὶν φθάσαι βρέξαι ἄκρον τὸ χεῖλος· καὶ ἅμα τῶν δακτύλων διαῤῥυὲν, οὐκ οἶδ' ὅπως αὖθις ἀπολείπει ξηρὰν τὴν χεῖρά μου. ΜΕΝ. τερατῶδές τι πάσχεις ὦ Τάνταλε. ἀτὰρ εἰπέ μοι, τί γὰρ καὶ δεῖ τοῦ πιεῖν, ἅ γε σῶμα ἔχεις. ἀλλ' ὅλως μὲν τὸ Λυδίας που τεθάφθαι; ὅταν δὲ καὶ πεινῇς καὶ διψῇν ἐδύνατο. σὺ δὲ ἡ ψυχὴ, πῶς αὖ ἔτι διψήσεις, ἢ πίνοις; ΤΑΝ. τοῦτ' αὐτό ἐστι κόλασις ὅδε, τὸ διψῇν μου τὴν ψυχὴν ὡς σῶμα οὖσαν. ΜΕΝ. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὕστερον πιστεύσομεν, ἐπεὶ φῇς τοῦ διψῆν κολάζεσθαι. τί δ' οὖν σοι τὸ δεινὸν ἔσται; ἢ δέδοικας μὴ ἐνδεὴς τοῦ ποτοῦ ἀποθάνῃς; οὐχ ὁρᾷς γὰρ ἄλλον μετὰ τοῦτον ᾅδου, ἢ θάνατον ἑτοῖμον εἰς ἕτερον τόπον. ΤΑΝ. ὀρθῶς μὲν λέγεις. καὶ τοῦτο δ' οὖν μέρος τῆς καταδίκης, τὸ ἐπιθυμεῖν πιεῖν, μηδὲν δεόμενον. ΜΕΝ. ληρεῖς ὦ Τάνταλε, καὶ ὡς ἀληθῶς ποτοῦ δεῖσθαι δοκεῖς, ἀκρήτου γε ἑλλεβόρου νὴ Δία, ὃς πολὺ ἐναντίον ἐστὶ τοῖς ὑπὸ τῶν λυττώντων κυνῶν δεδηγμένοις πέπονθας, ἅ τὸ ὕδωρ, ἀλλὰ τὴν δίψαν πεφοβημένος. ΤΑΝ. οὐδὲ τὸν ἑλλέβορον ὦ Μένιππε αἱρήσομαι πιεῖν, μόνον μοι μόνον. ΜΕΝ. θαῤῥεῖς ὦ Τάνταλε, ὡς ὅτε σὺ, ὅτε ἄλλος πίεται τῶν νεκρῶν. ἀδύνατον γάρ· κἂν οἱ πάντες ὥσπερ σὺ οὐκ καταδίκης διψῶσι, τοῦ ὕδατος αὐτοῖς οὐ προσιόντος.

QVid ciulas ô Tantale, aut quid tuam deploras fortunam, stagno imminens? TAN. Quoniam siti enecor Menippe. MEN. Vsque adeo piger es atque iners, vti non vel pronus incumbens bibere noris, vel cauâ volâ hauriens? TANT. Nihil profecero si procumbam: refugit enim aqua simul atque me propius admoueri senserit. quod si quando hausero, oríque conet applicare, priùs effluit, quàm summa rigem labia: atque inter digitos effluens aqua, haud scio quomodo rursus manum meam aridam relinquit. MEN. Prodigiosum quiddam de te narras Tantale. verùm dic mihi, isthuc ipsum quorsum opus est, bibere, quum corpore careas? nam illud quod esurire poterat, aut sitire, in Lydia sepultum est: cæterùm tu quum sis animus, quînam posthac aut sitire queas, aut bibere? TAN. Atqui hoc ipsum supplicij genus est, vt anima perinde quasi corpus sit, ita sitiat. MENIP. Age, hoc ita habere credamus, quandoquidem affirmas te siti puniri: at quid hinc acerbi tibi poterit accidere? Num metuis ne potus inopia moriare? At equidem haud video alteros inferos, si quis Chos relinquat, neque locum alium in quem morte demigret quispiam. TAN. Rectè tu quidem dicis: verùm hoc ipsum supplicij genus est, sitire, quum nihil sit opus. MEN. Desipis Tantale, & vti verum tibi fatear, non alio potu videris egere, quàm veratro mero: nam diuersum quiddam pateris iis quos canes rabiosi momorderint, vt qui non aquam quemadmodum illi, sed sitim horreas. TAN. Ne veratrum quidem recusarim bibere Menippe, si liceat modò. MEN. Bono es animo Tantale, certum habens nunquam fore vt vel tu vel reliquorum Manium quispiam bibat: nec enim fieri potest: quanquam non omnibus quemadmodum tibi, pœna adiudicata est, vt sitiant aqua illos non expectante.

MENIPPVS. Tantalus à labris sitiens fugientia captat Flumina.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

MENIPPI ET MERCVRII Erasmo Roterod. interpr.

MENIPPVS. Fœmaborum fragilis.

AT vbinam fœminæ illi sunt, ac formosæ, Mercuri? ducito me docetóque, vtpote récèns huc profectum hospitem. MERC. Haud mihi licet per otium Menippe: quin tu isthuc ipso è loco dextrorsum oculos deflecte. Illic & Hyacinthus est, & Narcissus ille, & Nireus, & Achilles, & Tyro, & Helena, & Leda: breuiter quicquid est veterum formarum. MEN. Equidem præter ossa nihil video, caluariásque carnibus renudatas, inter quæ omnia nihil sit omnino discriminis. MER. Atqui hæc sunt quæ poetæ cuncti mirantur ac celebrant, ossa scilicet quæ tu videtis contẽnere. MEN. At Helenam saltem mihi commonstra: nam ipse quidem haud queam dignoscere. MER. Hæc videlicet caluaria, Helena est. MEN. Et huius scilicet ossis gratia mille naues ex vniuersa Græcia acto delectu sunt impletæ, tantáque tum Græcorum tum Barbarorum multitudo conflixit, tot vrbes sunt euersæ? MER. Cæterùm Menippe non vidisti mulierem hanc viuam: quod si fecisses, forsan diceres tu quoque vitio dandum non esse,

Pro tali muliere diu tolerare labores.

Alioqui si quis flores etiã arefactos marcidósque contempletur, posteaquã coloris decus abiecerint, deformes nimirum videantur: at iidem donec florent, colorẽque obtinent, sunt speciosissimi. MEN. Proinde illud iam demiror Mercuri, si Græci non intellexerunt sese pro re vsqueadeo momentanea, quæq; tam facilè emarcesceret, elaborare. MERC. Haud mihi vacat tecum philosophari: quare delecto loco vbicunque velis, prosterne temet ac recumbe: mihi iam aliæ sunt traducendæ vmbræ.

Πόθεν δὲ οἱ καλοί εἰσιν, ἢ αἱ καλαί, ὦ Ἑρμῆ; ξενάγησόν με νέηλυν ὄντα. ΕΡ. ἀ σχολὴ μὰ ὦ Μένιππε. πάλιν κατ' ὀκφνω αὐτὸ ἀποβλέψον, ὡς ὅπῃ τὰ δεξιά, ἔνθα Υάκινθός τε ἐστι, καὶ ὁ Ναρκισσος, καὶ Νιρεὺς, καὶ Ἀχιλλεὺς, καὶ Τυρὼ, καὶ Ἑλένη, καὶ Λήδα, καὶ ὅλως, τὰ ἀρχαῖα κάλλη πάντα. ΜΕ. ὀστᾶ μόνον ὁρῶ, καὶ κρανία, ψιλὰ σαρκῶν γυμνά, ὅμοια τὰ πολλά. ΕΡ. ἡ μιλὼ ὀκφνά ἐστιν, ἃ πάντες οἱ ποιηταὶ θαυμάζουσι τὰ ὀστᾶ, ὧν σὺ ἔοικας καταφρονεῖν. ΜΕ. ὄμφακα τὴν Ἑλένην μοι δεῖξον· ἀ γὰρ οὐ διαγνοίην ἐγώγε. ΕΡ. τουτὶ δ' κρανίον ἡ Ἑλένη ἐστίν. ΜΕ. εἶτα αἱ χίλιαι νῆες διὰ τοῦτο ἐπληρώθησαν ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος, καὶ ἔστησαν ἔπεσον Ἕλληνές τε καὶ βάρβαροι, καὶ τοσαῦται πόλεις ἀνάστατοι γεγόνασιν; ΕΡ. ἀλλ' οὐκ εἶδες ὦ Μένιππε ζωσάν τὴν γυναῖκα. ἔφης γὰρ οὐ σὺ ἀνεμέσητον εἶ) Τοιῆδ' ἀμφὶ γυναικὶ, πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν. ἐπεὶ ἢ τὰ αὐτὰ ἦν ξηρὰ ὀστᾶ· εἰ τις βλέποι ἀποβεβληκότα τὴν βαφὴν, ἄμορφα δηλονότι αὐτῷ δόξει. ὅτε μὲν τοι ἀνθεῖ, καὶ ἔχει τὴν χροιὰν, κάλλιστά ἐστιν. ΜΕ. οὐκοῦν τοῦτο ὦ Ἑρμῆ θαυμάζω, εἰ μὴ συνίεσαν οἱ Ἀχαιοὶ ὡς ἐπὶ τοσούτοις οὕτως ὀλιγοχρονίοις, καὶ ῥᾳδίως ἀπολουμένοις πονοῦντες. ΕΡΜ. ἀ σχολή μοι ὦ Μένιππε συμφιλοσοφεῖν σοι· ὥστε ὁπόταν ἐξάμβους τόπον, ἔνθα αὖ ἐθέλῃς, κεῖσο καταβαλὼν σεαυτόν. ἐγὼ δὲ, ἄλλους νεκροὺς ἤδη μεταλαβόσομαι.

ΑΙΑΚΟΥ, ΠΡΩΤΕΣΙΛΑΟΥ, ΜΕΝΕΛΑΟΥ ΚΑΙ ΠΑΡΙΔΟΣ.

ÆACI, PROTESILAI, MENELAI, AC PARIDIS. Iac. Mic. int.

ÆACVS. Protesilaus primus Græcorum interfectus

QVamobrem Protesilaë in Helenã irruens, strangulas illam? PRO. Quia huius causa, Æace, imperfecta quidem domo relicta, & vidua vxore quam nuper duxi, reddita, mortuus sum. ÆA. Accusa igitur Menelaum, qui vos omnes pro tali cõiunge recuperanda cõtra Troiam duxit.

Τί ἄρχεις ὦ Πρωτεσίλαε τὴν Ἑλένην τοιγαροῦν; ΠΡ. ὅτι διὰ ταύτην ὦ Αἰακὲ ἀπέθανον, ἡμιτελῆ μὲν τὸν δόμον καταλιπὼν, χήραν τε τὴν νεόγαμον γυναῖκα. ΑΙ. αἰτιῶ τοίνυν τὸν Μενέλαον, ὅστις ὑμᾶς ἅπαντας τοιαύτης γυναικὸς ὅπῃ Τροίαν ἤγαγεν.

ΠΡΩ. οὔ λέγῃς· σκῆνόν μοι αἰτιατέον.
ΜΕΝ. οὐκ ἐμέ γ' ὦ βέλτιστε, ἀλλὰ δικαιότερον τὸν Πάριν, ὃς ἐμοῦ τῷ ξένου τὴν γυναῖκα παρὰ πόλιν τὰ δίκαια ὠχετο ἁρπάσας. οὗτος γὰρ οὐχ ἑνὸς οὐ μόνου, ἀλλ' ἑνὸς πάντων Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων ἄξιος ἔδοξεν εἶναι, τοσούτοις θανάτου αἴτιος γεγονυίας. ΠΡ. ἄμεινον οὕτω. σὲ τοιγαροῦν ὦ δύσπαι, οὐκ ἀφήσω ποτὲ ἀπὸ τῶν χειρῶν. ΠΑ. ἄδικα ποιῶν ὦ Πρωτεσίλαε· καὶ ταῦτα, ὁμότεχνον ὄντα σοι. ἐρωτικὸς γὰρ καὶ αὐτὸς εἰμι, καὶ τῷ αὐτῷ θεῷ κατέχομαι. οἶδα δὲ ὡς ἀκούσιόν τι ὄφλει, καὶ τις ἡμᾶς δαίμων ἄγει ἔνθα αὖ ἐθέλῃ. καὶ ἀδύνατόν ἐστιν αὐτὸν ἀντιτάξεσθαι αὐτῷ. ΠΡ. οὔ λέγῃς. εἰ δὲ οὕτω μοι τὸν ἔρωτα τοῦτον λαβεῖν δυνατὸν ἦν. ΑΙ. ἐγώ σοι καὶ τοῦτ' ἐκείνου ἀποκεινοῦμαι τὰ δίκαια. φησὶ γὰρ αὐτὸς μόνῳ τῷ ἐρᾶν τῆς Παιελίδι ἴσως γεγονέναι αἴτιος, τῷ θανάτου δὲ σοι, οὐδένα ἄλλον ὦ Πρωτεσίλαε, ἢ σεαυτόν· ὃς σκιρθόμυθος τῆς νεογάμου γυναικὸς, ἐπεὶ προσεφέρεσθε τῇ Τρῳάδι, ὥσπερ φιλοκινδύνως καὶ ἀπονενοημένως προεπήδησας τῶν ἄλλων, δόξης ἐρασθείς, δι' ἣν προῆψο τοῦ πλοῦ ἀποβάσει ἀπέθανες. ΠΡ. σκοπῶ καὶ ἐγὼ ἐμαυτῷ σοι ὦ Αἰακὲ ἀποκρινοῦμαι δικαιότερα. ὁ γὰρ ἐγὼ τούτων αἴτιος, ἀλλ' ἡ Μοῖρα, καὶ ὃ ἐξ ἀρχῆς ὥστως ἐπεκεκλώσατο. ΑΙ. ὀρθῶς. τί οὖν τούτους αἰτιᾷ;

ΑΜΕΝ. Nequaquam me, ſed multo iuſtius Paridem, qui hoſpiti mihi vxorem contra omne ius eripuit. Hic enim non modò abs te, verùm ab omnibus tum Græcis tum Barbaris meritò ſtrangulari debebat, vt qui tam multis mortis cauſſa extiterit. PROT. Melius hoc. Proinde malè nominate Pari, numquam te dimittam è manibus. PARIS. Iniuriam adeonum facis Proteſilaë, idque eo magis, quòd eandem tecum artē exerceo. Nam & amori etiam deditus ipſe ſum, & ab eodem deo quaſi vinctus teneor. Noſti autem quòd quædam ſunt quæ inuitis nobis geruntur, & neſcio quis deus nos ducit quocunque ipſi placet, atque impoſſibile eſt illi repugnare. PROT. Rectè dicis. Vtinam igitur Cupidinem ipſum hîc comprehendere mihi liceat. AEAC. At ego etiam pro Cupidine tibi reſpondebo quæ iuſta videntur. Sic enim ille dicet, ſeſe quidē Paridi fuiſſe fortaſſis cauſam amandi, ſed mortis cauſam tibi fuiſſe neminem alium quàm teipſum, Proteſilaë, qui clā vxore nuper ducta, poſtquam appropinquabatis Troadi, ita omni contempto periculo, & velut deſperatus ante reliquos omnes in littus exiliiſti, gloriæ nimirum cupidus, propter quam & primus in egreſſu nauium occiſus fuiſti. PROT. Proinde & ego pro me ipſo tibi Æace reſpōdebo multo iuſtiora quàm tu. Neque enim ego mihi horum cauſa fui, ſed Fatum, & quòd iam inde ab initio ita prædeſtinatum fuerat. ÆAC. Probè. quid ergo iſtos accuſas?

A deo inuiti agimur.

Fatum.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΑΙΑΚΟΥ.

MENIPPI ET ÆACI. Iac. Micyllo interprete.

ΠΡὸς τὸν Πλούτωνος ὦ Αἰακὲ, ἐξήγησαί μοι τὰ ἐν ᾅδου πάντα. ΑΙ. ῥᾴδιον ὦ Μένιππε ἅπαντα. ὅσα μὲν τοι κεφαλαιώδη, μάνθανε· ὑπὸ μὲν, ὅτι Κέρβερός ἐστιν. οἶδα καὶ τὸν πορθμέα τοῦτον, ὃς σε διεπέρασε· καὶ τὸν λίμνην, καὶ τὸν Πυριφλεγέθοντα ἤδη ἑώρακας ἐσιόν. ΜΕΝ. οἶδα ταῦτα, καὶ σὲ, ὅτι πυλωρεῖς· καὶ τὸν βασιλέα εἶδον, καὶ τὰς Ἐρινῦς· τοὺς δ' ἀνθρώπους μοι τοὺς πάλαι δεῖξον, καὶ μάλιστα τοὺς ὀνομαστοὺς αὐτῶν. ΑΙ. οὗτος μὲν, Ἀγαμέμνων, οὗτος δ' Ἀχιλλεύς,

PEr Plutonem, ô Æace, expone mihi quæſo hîc quæ apud inferos ſunt omnia. ÆAC. Haud facilè, Menippe, omnia: verùm quæ ſummatim & veluti per capita indicari poſſunt, hæc accipe. Hic quidem quòd Cerberus ſit, noſti. deinde & portitorem hunc noſti, qui te traiecit: præterea & lacum, & Pyriphlegethontem iam vidiſti cùm ingreſſus es. MEN. Noui hæc, & præterea te quoque, quòd hîc in veſtibulo ſedes, atque aditum obſeruas. Etiam regem ipſum vidi, & Furias. Homines verò priſcos quæſo oſtende, & maximè eos qui inter cæteros nobiliores fuere. ÆAC. Hic quidem Agamēnon eſt, ille autem Achilles:

MENIPPVS.

rursum hic Idomeneus: qui propius assidet post hunc, Vlysses; deinceps Aiax, & Diomedes, & cæteri Græcorum præstantissimi. M E N. Papæ Homere! vt ibi Rhapsodiarum tuarum capita humi proiecta iacent, ignobilia atque obscura, cinis ac puluis omnia; & nugæ meræ, denique (verè vt abs te dictum est) capita infirma & caduca. Sed hic, Æace, quisnam est? Æ A C. Cyrus est: ille autem Crœsus, & iuxta ipsum Sardanapalus. Vltra hos autem Midas; & deinceps ille Xerxes. M E N. Et te, ô sceleste, tota exhorruit Græcia, iungentem pontibus Hellespontum; & per ipsos montes nauibus traiicere affectantem? Qualis verò & ipse Crœsus est? Cæterùm Sardanapalo quæso huic Æace permitte vt demulceam caput, inflicto colapho. Æ A C. Nequaquam. cõminueres enim ipsi caluariam, muliebris ac fragilis adeò cùm sit. M E N. At certè tamen amplexabor illum, vtpote semiuirum ac mulierosum planè. Æ A C. Visne tibi ostendam & doctos illos? M E N. Per Iouem etiam. Æ A C. Primus en hic tibi Pythagoras est. M E N. Salue Euphorbe, siue Apollo, siue denique quodcunque voles. P Y T. Ita sanè, & tu vtique Menippe. M E N. Quid? an non ampliùs aureum istud femur habes? P Y T H. Non: sed age cedo si quid manducabile tibi habet pera ista. M E N. Fabas habet: quare nihil hîc est quod tu manducare queas. P Y T H. Da modò. Nam hîc apud manes alia dogmata atque instituta didici: nẽpe quòd nihil hîc inter sese similes sunt fabę & patrantium testiculi. Æ A C. Porrò hic Solon est, filius Execestidis, præterea ille Thales, & iuxta ipsos Pittacus, & cæteri illi. septem autem omnes sunt, vt vides. M E N. Lęti hi sunt Æace soli atque alacres præter cæteros. Sed hic oppletus cinere, tãquam subcinericius panis aliquis, hic crebris pustulis quasi sufferuefactus, quisnam est? Æ A C. Empedocles, Menippe, semicoctus ab Ætna monte huc profectus. M E N. O æripes optime, quid obsecro acciderat tibi eur teipsum in cratêres Ætnæ iniiceres? E M P. Insania quædam, Menippe. M E N. Non, per Iouem, sed inanis quædam gloriæ affectatio, & fastus, & multa demẽtia, hæc te conflagrare fecerũt vnà cum ipsis crepidis, cũ dignus minimè esses. Veruntamen nihil tibi cõmentum istud profuit. deprehensus enim es & ipse mortuus. Cęterùm Socrates ille, Æace, vbi locorum tãdem est?

Homerus pater fabularum.

ἀμφηνὰ κάρηνα, capita sine robore: clausula frequens apud Homerum.

Pythagoras.

Empedocles.

Alludit ad id quòd Empedocles dicitur arcis crepidis vsus fuisse mosst apud Diogenẽ.

A σοῦ δὲ Ἰδομενεὺς πλησίον, ἔπειτα Ὀδυσσεύς· εἶτα Αἴας, ϵ̓ Διομήδης, καὶ οἱ ἄλλοι τῶν Ἑλλήνων. ΜΕ. βαβαὶ Ὅμηρε, οἷά σοι τῶν ῥαψῳδιῶν τὰ κεφάλαια χαμαὶ ἔρριπται, ἄγνωστα, καὶ ἄμορφα, κόνις πᾶσα, καὶ λῆρος πολύς· ἀμβλυωπὰ ὡς ἀληθῶς κεφάλαια. σοῦ δὲ ὦ Αἰακέ, τίς ὅδε; ΑΙ. Κῦρός ἐστιν. σοῦ δὲ Κροῖσος, καὶ πρὸ αὐτοῦ, Σαρδαναπαλος· ὁ δὴ ἔπειτα τούτους, Μίδας· ὀκνηρὸς δὲ, Ξέρξης. ΜΕ. εἶτα σὲ ὦ κάθαρμα ἡ Ἑλλὰς ἔφριττε ζευγνύοντα μὴ τὸν Ἑλλήσποντον, ἀφ' ὑμῶν δὲ τῶν ὀρῶν πλοῦν ὑπτιοῦντα; B οἷος δὲ καὶ ὁ Κροῖσός ἐστι; τὸν Σαρδαναπαλον δὲ ὦ Αἰακέ, παπάξαι μοι τῇ χειρὶ ἐπίτρεψον. ΑΙ. μηδαμῶς· ἀφαιρούμενος γὰρ αὐτοῦ τὸ κρανίον γύναιον ἂν. ΜΕ. ὀκνῶ, ἀλλὰ παρασκευάζομαί γε πάντως ἀνδρογύνῳ ὄντι. ΑΙ. βούλει σοὶ ὑποδείξω καὶ τοὺς σοφούς; ΜΕ. νὴ Δία γε. ΑΙ. παρ' ὧτος οὗτός σοι ὁ Πυθαγόρας ἐστί; ΜΕ. χαῖρε ὦ Εὔφορβε, ἢ Ἀπολλον, ἢ ὅ, τι δὴ ἐθέλεις. ΠΥ. νὴ, καὶ σύ γε ὦ Μένιππε. ΜΕΝ. ὀκ ἐπὶ χρυσοῦς ὁ μηρός ἐστί σοι; ΠΥΘ. οὐ γάρ. C ἀλλὰ φέρε ἴδω εἴ τι σοι ἐδώδιμον ἡ πήρα ἔχει. ΜΕΝ. κυάμους ὦ γαθέ· ὥστε οὐ τοῦτό σοι ἐδώδιμον. ΠΥΘ. δὸς μόνον· ἄλλα γὰρ νεκροῖς δόγματα. ἔμαθον γὰρ, ὡς οὐδὲν ἴσον κύαμοι, καὶ κεφαλαὶ τοκήων ἐνθάδε. ΑΙ. σοῦ δὲ, Σόλων ὁ Ἐξηκεστίδου, καὶ Θαλῆς ὀκνηρὸς· καὶ πρὸ αὐτοῦ, Πιττακὸς καὶ οἱ ἄλλοι. ἑπτὰ δὲ πάντες εἰσὶν ὡς ὁρᾷς. ΜΕΝ. ἄλυποι οὗτοι ὦ Αἰακὲ μόνοι καὶ φαιδροὶ τῶν ἄλλων. ὁ δὲ κατάδηλος πλέως, ὥσπερ ἐξηρυφίας ἄρτος, ὁ ταῖς φλυκταίναις ὅλος ἐξιωμένος, D τίς ἐστιν; ΑΙ. Ἐμπεδοκλῆς ὦ Μένιππε, ἡμίεφθος ἀπὸ τῆς Αἴτνης παρών. ΜΕΝ. ὦ χαλκόπου βέλτιστε, τί παθὼν σαυτὸν ἐς τοὺς κρατῆρας ἐνέβαλες; ΕΜ. μελαγχολία τις ὦ Μένιππε. ΜΕΝ. ὦ μὰ Δία, ἀλλὰ κενοδοξία, καὶ τῦφος, καὶ πολλὴ κόρυζα· ταῦτά σε ἀπὸν ἐφλόγωσεν αὐταῖς κρηπῖσιν οὐκ ἄξιον ὄντα. πλεῖν ἀλλ' ὀκνῶ σε ὃ σόφισμα ὤνησεν. ἐφωράθης γὰρ τεθνεώς. ὁ Σωκράτης δὲ ὦ Αἰακὲ, ποῦ ποτε ἀρά ἐστιν;

ΑΙ. μὴ Νέστορος καὶ Παλαμήδους ἀκού-
σῃ ληρῆ τὰ πολλά. ΜΕΝ. ὅμως ἐβουλόμην ἰδεῖν αὐτὸν, εἴπου ἐνθάδε ἐστίν. ΑΙ. ἐρᾷς τὸν Φάλακρον; ΜΕΝ. ἅπαντες φαλακροί εἰσιν· ὥστε πολλῶν ἂν εἴη τοῦτο τὸ γνώρισμα. ΑΙ. τὸν σιμὸν λέγω. ΜΕΝ. καὶ τοῦθ' ὅμοιον· σιμοὶ γὰρ ἅπαντες. ΣΩ. ἐμὲ ζητεῖς ὦ Μένιππε; ΜΕΝ. καὶ μάλα ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. τί τὰ ἐν Ἀθήναις; ΜΕ. πολλοὶ τῶν νέων φιλοσοφεῖν λέγονσι. καὶ τὰ γε ἱμάτια αὐτὰ, καὶ τὰ βαδίσματα εἰ θαύσαιτό τις, ἀκριβεῖ φιλόσοφοι, μάλα πολλοί. τὰ δ' ἄλλα ἐώρακας οἶμαι, οἷος ἦκε παρ' ἡμᾶς Αἰσίππους, καὶ Πλάτων αὐτός· ὁ μὲν, ἀποπτέον μύρου· ὁ δὲ, πεῖσαι τὸν Σικελίας τυράννους θεραπεύειν σκληρόν. ΣΩ. τοῦτ' ἐμοῦ δὲ τί φρονοῦσιν; ΜΕΝ. εὐδαίμονα ὦ Σώκρατες αὐτὸν εἶναι τοῦτο· πολλοὶ οὖν σε θαυμάσιον οἴονται ἄνδρα γεγονέναι, καὶ πολλὰ ἐπιστάμενον ταῦτα (δεῖ γὰρ οἶμαι τἀληθῆ λέγειν) σοῦ μηδὲν εἰδότα. ΣΩ. καὶ αὐτὸς ἔφασκον ταῦτα πρὸς ἐκείνους· οἱ δὲ, εἰρωνείαν οἴονται εἶναι τὸ πρᾶγμα εἶναι. ΜΕ. τίνες δὲ οὗτοί εἰσιν οἱ περὶ σέ; ΣΩ. Χαρμίδης, ὦ Μένιππε, καὶ Φαῖδρος, καὶ ὁ τοῦ Κλεινίου. ΜΕΝ. εὖγε ὦ Σώκρατες, ὅτι καὶ ταῦτα μέτει τὴν σαυτοῦ τέχνην, καὶ οὐκ ὀλιγωρεῖς τῶν καλῶν. ΣΩ. τί γὰρ ἂν ἄλλο ἥδιον ποιοίμην; ἀλλὰ πλησίον ἡμῶν κατάκεισο, εἰ δοκεῖ. ΜΕΝ. μὰ Δί', ὅτι τὸν Κροῖσον γὰρ καὶ Σαρδανάπαλον ἀπειμι, πλησίον οἰκήσων αὐτῶν. ἔοικα γοῦν οὐκ ὀλίγα γελάσεσθαι, οἰμωζόντων ἀκούων. ΑΙ. κἀγὼ ἤδη ἄπειμι, μὴ καί τις ἡμᾶς νεκρῶν λάθῃ ἀφυγών. τὰ πολλὰ δ' ἐπαύριον ὄψῃ ὦ Μένιππε. ΜΕΝ. ἀπιθι· καὶ ταυτὶ γὰρ ἱκανὰ ὦ Αἰακέ.

A ÆAC. Cum Neſtore ac Palamede ille plerunque nugatur. MEN. Cuperem tamen videre ipſum, ſicubi locorum hîc foret. ÆAC. Vidésne caluum illum? MEN. At omnes hîc calui ſunt: quare omniũ æquè notatio hæc fuerit. ÆAC. Simum iſtum dico. MEN. Etiam hoc ſimile omnium eſt: nam & ſimi omnes sũt. SOCR. Méne quęris Menippe? MEN. Teipſum Socrates. SOCR. Quo pacto res Athenis ſe habent? MEN. Multi iuniorum philoſophari ſe profitentur: ac habitum certè ipſum & inceſſum ſi quis aſpiciat, meri philoſophi videntur, admodũ multi. Cæterùm autem vidiſti opinor qualis & Ariſtippus huc ad te venerit, & Plato ipſe, alter quidem olens vnguenta, alter autem in Sicilia tyrannis adulari doctus. SOC. At de me quid ſentiũt? MEN. Beatus, Socrates, quiſpiã es, quod ad huiuſmodi res vtique pertinet. Omnes itaque te admirabilem fuiſſe virum exiſtimant, atque omnia cognouiſſe hæc (decet enim opinor verum hîc dicere) cùm nihil ſcires. SOC. Et ipſe dicebam hæc ad illos, ſed illi tum ſimulationem quandam eam rem eſſe putabant. MEN. Sed quinam iſti ſunt circa te? SOC. Charmides, Menippe, & Phædrus, & Cliniæ filius ille MEN. Euge Socrates, quoniam & hîc artem tuam exerces, neque formoſos iſtos negligis. SOC. Quid enim aliud quod quidem ſuauius ſit, agerem? Sed huc propius nobiſcum recumbe, ſi videtur. MENI. Non, per Iouem: ad Cręſum enim & Sardanapalum redeo, prope illos habitaturus. Videor quippe mihi non pauca habiturus ibi eſſe quæ rideam, quando plorantes illos audiam. ÆAC. Et ego quoque iam abeo, ne quis mortuorum clam nobis ſubducat ſeſe. Pleraque autem alia videbis Menippe, quando iterum conueniemus. MEN. Abeas licet: nam & hæc Æace vidiſſe ſufficit.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΚΕΡΒΕΡΟΥ.

MENIPPI ET CERBERI. Eraſmo Roterod. interprete.

Ὦ Κέρβερε, συγγενὴς γὰρ εἰμί σοι, κύων κἀγὼ αὐτὸς ὤν, εἰπέ μοι πρὸς τὸν Στυγὸς οἷος ἦν ὁ Σωκράτης ὁπότε κατῆλθε πρὸς ὑμᾶς. εἰκὸς δέ σε θεὸν ὄντα, μὴ ὑλακτεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνθρωπικῶς φθέγγεσθαι ὁπόταν ἐθέλοις.

D HEus Cerbere, quãdoquidẽ mihi tecum cognatio quędã intercedit, quũ & ipſe ſim canis, dic mihi per Stygiã paludem, quomodo ſeſe habebat Socrates quum huc accederet? Verisimile eſt autẽ te deus quũ ſis, nõ latrare modò verumetiã humano more loqui, ſi quando velis.

MENIPPVS. Fortitudinem Socratis falſam fuiſſe.

CER. Quum procul adhuc abesset, Menippe, visus est constanti atque interrito adire vultu, perinde quasi mortem nihil omnino formidaret, tanquam hoc ipsum vellet iis qui procul à specus ingressu stabant, ostendere: verùm simulatque despexit in hiatum, viditq; profundum atque atrum antri recessum, simulq; ego cunctantẽ etiam illum aconito mordens, pede correptum detraherem, infantium ritu eiulabat, suosq; deplorabat liberos, nihilq; non faciebat, in omnem speciem sese conuertens. MEN. Num igitur fucatè sapiens erat ille, neque verè mortẽ contemnebat? CER. Haud verè: cæterùm vbi vidit id esse necesse, audaciam quandam præ se ferèbat, quasi verò volẽs id esset passurus, quod alioqui volẽti nolenti tamen omnino fuerat ferendum, videlicet quò spectatoribus esset miraculo. Equidem illud in totum de viris istiusmodi verè possim dicere: Ad fauces vsq; specus intrepidi sunt ac fortes: porrò intus quum sunt, nihil mollius neque fractius. MEN. Cæterùm ego quonã animo tibi visus sum subiisse specum? CER. Vnus mortalium Menippe sic mihi visus es subire, vt tuo dignum erat genere: & prior te Diogenes: propterea quòd neutriquam adacti subieritis, aut intrusi: verùm tum vltronei, tum ridentes, atque omnibus plorare renunciantes.

A ΚΕΡ. πόρρωθεν μὲν ὦ Μένιππε πᾶσιν ἐδόκει ἀτρέπτῳ ὄψει τὸ πρόσωπον προσιέναι, καὶ οὐ πάνυ δεδιέναι τὸν θάνατον δοκῶν· καὶ τοῦτ' ἐμφανῆ τοῖς ἔξω τοῦ στομίου ἑστῶσιν ἐθέλων. ἐπεὶ δὲ κατέκυψεν εἴσω τοῦ χάσματος, καὶ εἶδε τὸν ζόφον, καὶ ἅμα ἐπιμέλοντα αὐτὸν δακεῖν τοῦ κυνείου, κατέσασα τοῦ ποδὸς, ὥστε καὶ βρέφη ἐκλώκα, καὶ τὰ ἑαυτοῦ παιδία ὠδύρετο, καὶ πάντοθεν ἐλύετο. ΜΕΝ. οὐκοῦν σοφιστὴς ὁ ἀνὴρ ἦν, καὶ οὐκ ἀληθῶς κατεφρόνει τοῦ θανάτου; ΚΕΡ. οὐκοῦν· ἀλλ' ἐπεὶ ἀναγκαῖον αὐτὸ ἑώρα, κατεθρασύνετο, ὡς δῆθεν οὐκ ἄκων πεισόμενος, ὁ πάντως ἔδει παθεῖν, ὡς θαυμάσονται οἱ θεαταί. καὶ ὅλως, ὡς ἐπὶ πάντων γε τῶν τοιούτων εἰπεῖν δύ' ἔχοιμι, ἕως τοῦ στομίου πλημμελεῖ, καὶ ἀνδρεῖοι· ταχὺ δ' ἔνδοθεν, ἔλεγχος ἀκριβής. ΜΕΝ. ἐγὼ δέ πως σοι κατελπλυθέναι ἐδόξα; ΚΕΡ. μόνος ὦ Μένιππε ἀξίως τοῦ γένους, καὶ Διογένης πρό σοῦ· ὅτι μὴ ἀναγκαζόμενοι εἰσήλθετε, μηδ' ὠδύμενοι, ἀλλ' ἑκουσίοι γελῶντες, οἰμώζειν προεξειλάμενοι ἅπασιν.

B

C

XAPΩNOΣ, MENIΠΠOY KAI EPMOY.

CHARONTIS, MENIPPI, ET MERCVRII.

Erasmo Roterodamo interprete.

CHARON. REdde naulum sceleste. MEN. Vociferare, si quidem isthuc tibi voluptati est Charon. CHA. Redde inquam quod pro traiectione debes. MENIP. Haudquaquam auferre queas ab eo qui non habeat. CHA. An est quispiam qui ne obolum quidẽ habeat? MEN. Sit ne alius quispiam præterea, equidem ignoro: ipse certè non habeo. CHAR. Atqui præfocabo te per Ditem impurissime, ni reddas. MEN. At ego ilisso baculo tibi comminuam caput. CHA. Num ergo te tam longo traiectu gratis transuexero? MEN. Mercurius meo nomine tibi reddat, vt qui me tibi tradiderit. MER. Bellè mecum agatur per Iouem, si quidem futurum est vt etiam defunctorum nomine persoluam. CHA. Haud omittã te.

De naulo Charonti reddendo litigant.

D Ἀπόδος ὦ κατάρατε τὰ πορθμία. ΜΕ. βόα, εἰ τοῦτό σοι ἥδιον ὦ Χάρων. ΧΑ. ἀπόδος φημὶ, μὴδ' ὧν σε διεπορθμευσάμην. ΜΕΝ. οὐκ ἂν λάβοις παρ' ἐμοῦ τὸ μὴ ἔχοντος. ΧΑΡ. ἔστι δέ τις ὁβολὸν μὴ ἔχων; ΜΕΝ. εἰ μὴ καὶ ἄλλος τις, οὐκ οἶδα· ἐγὼ δὲ, οὐκ ἔχω. ΧΑ. καὶ μὴν ἄγξω σε νὴ τὸν Πλούτωνα ὦ μιαρὲ, ἐὰν μὴ ἀποδῷς. ΜΕΝ. κἀγὼ τῷ ξύλῳ σου παταξας ἀφανίσω σὸν κρανίον. ΧΑΡ. μάτην οὖν ἔσῃ πεπλευκὼς τοσοῦτον πλοῦν; ΜΕΝΙΠ. ὁ Ἑρμῆς σοὶ ἐμοῦ σοι ἀποδότω, ὃς με παρέδωκέ σοι. ΕΡ. νὴ Δία ὀναίμην, εἰ μέλλω γε καὶ ὑποφεκτίνειν τῶν νεκρῶν. ΧΑΡΩΝ. οὐκ ἀποστήσομαί σου.

MEN.

ΜΕΝ. Τοίνυν γε ἕνεκα νεωλκήσας ὃ πορθμεῖον, ὦ βέλτιστε· πλοῦν ἀλλ' ὅ,γε μὴ ἔχω; πῶς ἂν λάβοις; ΧΑ. σὺ δ' οὐκ ἤδεις ὡς χρήζων δέον; ΜΕΝ. ἤδειν μὲν, οὐκ εἶχον δέ. τί οὖν; ἐχρῆν σοὶ τοῦτο μὴ ἀποθανεῖν; ΧΑ. μόνος οὖν ἀνιήσῃς πεποιηκέναι; ΜΕΝ. ὦ πεποίηκα ὦ βέλτιστε. καὶ γὰρ ἐώπλησα, καὶ τῆς κώπης ἐπελαβόμην, καὶ ὠκ ἔκλαιον μόνος τῶν ἄλλων ἁπάντων. ΧΑ. οὐδὲν τοῦτο πρὸς τὰ παρθμία· τὸν ὀβολὸν ἀποδοῦναί σε δεῖ· ὦ γὰρ ἡμῖς ἄλλως ἐνεῦθεν. ΜΕ. ὠκ οὖν ἀπάγαγέ με αὖθις εἰς τὸν βίον. ΧΑ. χαίρειν λέγεις, ἵνα καὶ πληγὰς ὑπὲρ τούτου οὗδὲ ὦ Αἰακοῦ πρόσλαβω. ΜΕ. μὴ σκόλλε οὖν. ΧΑ. δεῖξον τί ἐν τῇ πήρᾳ ἔχεις. ΜΕ. θέρμους εἰ θέλεις, καὶ τῆς Ἑκάτης ὃ δεῖπνον. ΧΑ. πόθεν τοῦτον ἡμῖν ὦ Ἑρμῆ τὸν κύνα ἦγαγες; οἷα δὲ καὶ ἐλάλει οὗδὲ τὸν πλοῦν, πάντ' ὀπίσω ἀποβλέπων καταγέλων, καὶ ὑποσκώπτων, καὶ μόνος ἄδων, οἰμωζόντων ἐκείνων. ΕΡ. ἀγνοεῖς ὦ Χάρων ὁποῖον ἄνδρα διεπόρθμευσας; ἐλεύθερον ἀκριβῶς, καὶ δένος ἄπαξ μέλει. οὗτός ἐστιν ὁ Μένιππος. ΧΑ. καὶ μὲν δὴ σε λάβω ποτέ. ΜΕ. σὺ λάβοις; ὦ βέλτιστε· δὶς ὃ οὐκ ἂν λάβοις.

A MEN. Quin igitur vel huius gratia perge, vt facis, nauim trahere: quanquam quod non habeo, quînam auferas? CH. At tu nesciebas quid tibi fuerit apportandum? MEN. Sciebam quidem, verùm non erat. Quid igitur? num ea gratia erat mihi semper in vita manendum? CH. Solus ergo gloriaberis te gratis fuisse transuectum? MEN. Haud gratis ô præclare: siquidem & sentinam exhausi, & remum arripui, & vectorum omnium vnus non eiulaui. CH. Ista nihil ad naulum. obolum reddas oportet. neq; enim B fas est secus fieri. MEN. Proinde tu me rursum in vitam reuehe. CH. Bellè dicis, nimirum vt verbera etiam ab Æaco mihi lucrifaciam. MEN. Ergo molestus ne sis. CHAR. Ostende quid habeas in pera. MEN. Lupinum si velis, & Hecatæ cœnam. CH. Vnde nobis hûc canem adduxisti Mercuri? tum qualia garriebat inter nauigandum, vectores omnes irridens, ac dicteriis incessens, vnúsque cantillans illis plorantibus? MER. An ignoras Charon quem virũ transuexeris? planè liberum, cuiq; nihil omnino curæ sit. Hic est Menippus. CH. Atqui si vnquam posthac te recepero. MEN. Si receperis? ô præclare: ne possis quidem iterum recipere.

ΠΛΟΥΤΩΝΟΣ ΚΑΙ ΠΡΩΤΕΣΙΛΑΟΥ.

PLVTONIS ET PROTESILAI. Iac. Micyllo interprete.

Ω δέσποτα, καὶ βασιλεῦ, καὶ ἡμέτερε Ζεῦ, καὶ σὺ Δήμητρος θύγατερ, μὴ ὑπερείδητε δέησιν ἐρωτικὴν. ΠΛ. σὺ δ' τίνος δεῆ παρ' ἡμῶν; ἢ τίς ὢν τυγχάνεις; ΠΡ. εἰμὶ μὲν Πρωτεσίλαος ὁ Ἰφίκλου, Φυλάκιος, συστρατιώτης τῶν Ἀχαιῶν, καὶ πρῶτος ἀποθανὼν τῶν ἐπ' Ἰλίῳ. δέομαι δ' ἀφεθεὶς πρὸς ὀλίγον, ἀναβιῶναι πάλιν. ΠΛ. τοῦτον μὲν τὸν ἔρωτα ὦ Πρωτεσίλαε, πάντες νεκροὶ ἐρῶσι· πλὴν οὐδεὶς αὐτῶν τυγχάνει. ΠΡ. ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ζωῆν Ἀιδωνεῖ ἐρῶ ἔγωγε, τῆς γυναικὸς ὑπ, ἣν νεόγαμον ἔτι ἐν τῷ θαλάμῳ καταλιπὼν, ὡχόμην ἀποπλέων· εἶτα ὁ κακοδαίμων ἐν τῇ ἀποβάσει ἀπέθανον ὑπὸ τοῦ Ἕκτορος. ὁ δὴ ἔρως τῆς γυναικὸς, ὑπ μετεῖσι ἀποκναίει με ὦ δέσποτα. καὶ βούλομαι κἂν ὡρὸς ὀλίγον ὀφθεὶς αὐτῇ, καταβῆναι πάλιν. ΠΛ. οὐκ ἔπιες ὦ Πρωτεσίλαε τοῦ Λήθης ὕδωρ;

D O Domine, ô rex, ô noster Iupiter, & tu Cereris filia, ne despicite preces amatorias. PLV. Tu verò quid precaris à nobis; aut quis deniq; es? PRO. Equidem Protesilaus sum, filius Iphicli, patria Phylacensis, qui cum reliquis Græcis in expeditione ad Troiam profectus, ac primus omnium contra Ilium pugnando occisus sum. Precor autem vt dimissus hinc, modicũ temporis in vitã redire denuo permittar. PLV. Hûc amorem, Protesilaë, omnes mortui amãt: sed nullus tamen ipsorum potitur eo. PRO. At non vitam ô Pluto tantopere amo, verùm equidem vxorem, quã nuper ductam, domi reliqui, atq; in bellum nauigãdo profectus sũ: deinde infelix in egressu nauiũ ab Hectore occisus sũ. Amor itaq; iste vxoris nõ mediocriter me ô Domine, enecat: voloq; si vel paululũ ab ipsa cõspectus fuero, rursum huc descendere. PLVT. Nõ bibisti, Protesilaë, aquam Lethæam?

PROTESILAVS.

PROT. Bibi equidem, sed hæc res prævaluit pondere. PLVT. Igitur expecta: adveniet enim & illa quandoque, neque hunc opus quicquam erit iterum ascendere te. PROT. Sed moram hanc ferre nequeo. Amasti autem tu quoque aliquando, ac nosti qualis res amor sit. PLV. Et quid adeò iuuabit te vnum diem reuiuiscere, deinde autem paulo pòst eadē hæc lugere? PROT. Spero me etiam illam adducturum esse, vt huc ad vos sequatur me: quare pro vno mortuo paulo pòst duos recipies. PLVT. Haud fas est ista fieri; neque etiam simile vnquam factum est. PROT. At ego in memoriam tibi reuocabo, Pluto. Nam Orpheo ob ipsam hanc causam Eurydicen vxorē reddidistis, & cognatā meam Alcestin emisistis, Herculi gratificantes. PLVT. Optaris autem cum ista nuda atque deformi caluaria, formosæ illi sponsæ tuæ in conspectum venire? Quo pacto autem illa etiam aspiciat te, quæ ne dignoscere quidem amplius te poterit. Terrebitur enim sat scio, atque aufugiet, túque frustra tātum iter exantlaueris. PROSERPINA. Proinde mi vir, tu isti quoque rei medicinam aliquam adhibe, ac Mercurium iube, vt postquam ad lucem peruenerit Protesilaus, contactum virga, mox in adolescentem formosum conuertat illum, qualis videlicet antea fuit cùm ex sponsæ thalamo prodiret. PLV. Quoniam, Proserpina, & tibi hoc videtur, age perductum hunc iterum ad superos, Mercuri, sponsum facito. Tu verò memineris non amplius quàm vnum diem tibi permissum esse.

Α ΠΡΩ. καὶ μάλα ὦ δέσποτα· ὃ δὲ πρᾶγμα ἰσχυρότερον ἦν. ΠΛΟΥ. σκοπῶ πρόσθεν· ἀφίξεται γὰρ ἐκείνη ποτέ, καὶ οὐδέν σε ὠφελήσει δεῦρο. ΠΡΩ. ἀλλ' ὑφέρω τὴν ἀμφοτέρων ὦ Πλούτων· ἠράσθης γὰρ καὶ αὐτὸς ἤδη, καὶ οἶσθα οἷ ὃ ἔρως ἐστίν. ΠΛ. Εἶτα τί σε ὀνήσει μίαν ἡμέραν ἀναβιῶναι, μετ' ὀλίγον τὰ αὐτὰ ὀδυρόμενον; ΠΡΩ. οἶμαι πείσειν κἀκείνην ἀκολουθεῖν πρὸς ὑμᾶς· ὥστε ἀντὶ ἑνὸς, δύο νεκροὺς λήψῃ μετ' ὀλίγον. ΠΛΟΥ. οὐ θέμις γένεσθαι ταῦτα, οὐδὲ ἐγένετο πώποτε. ΠΡΩ. ἀναμνήσω σε Β ὦ Πλούτων· Ορφεῖ γὰρ δι' αὐτὴν ταύτην τὴν αἰτίαν τὴν Εὐρυδίκην παρέδοτε, καὶ τὴν ὁμογλῶτ μου Αλκηστιν παρεπέμψατε Ηρακλεῖ χαριζόμενοι. ΠΛΟΥ. θελητὸς δὲ οὕτω κεφαλὴν γυμνὸν ὢν, καὶ ἄμορφον, τῇ καλῇ σου ἐκείνῃ νύμφῃ φανεῖσθαι; πῶς δὲ κἀκείνη παρόψεταί σε, οὐδὲ ὀφθαλμοὺς δυναμένη; φοβήσεται γὰρ, ἢν οἶδα, καὶ φεύξεται σε· καὶ μάτην ἔσῃ τοσαύτην ὁδὸν ἀνεληλυθώς. ΠΕΡ. σκοπῶ ὦ ἄνερ, σὺ καὶ τοῦτ' ἴασαι, καὶ τὸν Ερμῆν κέλευσον, ἐπειδὰν ἐν τῷ φωτὶ ἤδη ὁ C Πρωτεσίλαος ᾖ, καθικόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ, νεανίαν αὖθις καλὸν ἀποφῆναι αὐτὸν, οἷος ἦν ἐκ τοῦ πρόσθ. ΠΛΟΥ. ἐπεὶ Περσεφόνῃ σοι δοκεῖ, ἀναγαγὼν τοῦτον αὖθις, ποιῆσον νυμφίον. σὺ δὲ μέμνησο, μίαν μόνην ἡμέραν.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΜΑΥΣΩΛΟΥ.

DIOGENIS ET MAVSOLI. Erasmo Roterod. interpr.

DIOGENES. Contentio de sepultura, alterius quidē magnificentissima, alterius negligentissima.

OHe tu Car, quare tandem insolens es, tibique places, ac dignum te credis qui vnus nobis omnibus anteponare? MAVSOL. Primùm regni nomine ô tu Sinopensis, quippe qui Cariæ imperauerim vniuersæ, præterea Lydiæ quoque gentibus aliquot: tum autem & insulas nōnullas subegerim: Miletum vsque peruenerim, pleriſq; Ioniæ partibus vastatis. Ad hæc formosus eram ac procerus, ac bellicis in rebus prævalidus. Postremò, quod est omnium maximum, in Halicarnasso monumentum erectum habeo singulari magnitudine, quantum videlicet defunctorum alius nemo possidet,

D Ω Καρ, ὅτι τίνι μέγα φρονῇς, καὶ πάντων ἡμῶν προτιμᾶσθαι ἀξιοῖς; ΜΑ. καὶ ὅτι τὴν βασιλείαν μὲν ὦ Σινωπεῦ, ὃς ἐβασίλευσα Καρίας μὲν ἁπάσης, ἦρξα δὲ καὶ Λυδῶν ἐνίων, καὶ νήσους δέ τινας ὑπηγαγόμην, καὶ ἄχρι Μιλήτου ἐπέβην, τὰ πολλὰ τῆς Ιωνίας καταστρεφόμενος. ἐγὼ καλὸς ἦν καὶ μέγας, καὶ ἐν πολέμοις καρτερός· ὃ δὲ μέγιστον, ὅτι ἐν Αλικαρνασσῷ μνῆμα παμμεγέθες ἔχω ὑπερείμενον, ἡλίκον οὐκ ἄλλος νεκρὸς,

ἀλλ' οὐδὲ ὅτως ἐς κάλλος ἐξησκημένον, ἵππων, καὶ ἀνδρῶν, ἐς ὃ ἀκριβέστατον εἰκασμένων λίθου τοῦ καλλίστου· οἷον οὐδὲ νεὼν βύρηις αὐ ῥᾳδίως. ὑ δοκῶ σοι δικαίως ὅτι τούτοις μέγα φρονῆν; ΔΙΟ. ὅτι τῇ βασιλείᾳ φῆς, καὶ τῷ κάλλει, καὶ τῷ βαρεῖ τοῦ τάφου; ΜΑΥ. νὴ Δί' ὅτι τούτοις. ΔΙΟ. ἀλλ' ὦ καλὲ Μαύσωλε, οὔτε ἡ ἰσχὺς ἔτι σοι ἐκείνη, οὔτε ἡ μορφὴ πρέσειν. εἰ γοῦν τινα ἐλοίμεθα δικαστὴν βύμορφίας πέρι, οὐκ ἔχω εἰπεῖν τίνος ἕνεκα δεῖ σὸν κρανίον παραμιμνήσκειν αὐτῷ ἐμοῦ· φαλακρὰ γὰρ ἄμφω, καὶ γυμνά· καὶ τοὺς ὀδόντας ὁμοίως παραφαίνομεν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφηρήμεθα, καὶ τὰς ῥῖνας ἀποστομώμεθα. ὁ δὲ τάφος, καὶ οἱ πολυτελεῖς σκῆνοι λίθοι, Ἁλικαρνασσεῦσι μὲν ἴσως εἶεν ὀπαδείκνυσθαι, καὶ φιλοτιμεῖσθαι παρὰ τοῖς ξένοις, ὡς δή τι μέγα οἰκοδόμημα αὐτοῖς ὄντι. σὺ δὲ ὦ βέλτιστε, ὐχ ὁρῶ ὅ, τι ἀπολαύεις αὐτοῦ, πλὴν εἰ μὴ τοῦτο φῂς, ὅτι μᾶλλον ἡμῶν ἀνθρώπων ὑπὸ τηλικούτοις λίθοις πιεζόμενος. ΜΑΥ. αὐόνητα οὖν μοι σκῆνα πρόκειται· καὶ ἰσότιμος ἔσῃ Μαύσωλος, καὶ Διογένης; ΔΙΟ. οὐκ ἰσότιμος ὦ γενναιότατε· οὐ γάρ. Μαύσωλος μὲν γὰρ οἰμώξεται, μεμνημένος τῶν ὑπὸ γῆς, ὧν οἷς ἐδαμένην ἄρετο· Διογένης δὲ καταγελάσεται αὐτοῦ. καὶ τάφον ὁ μὲν, ὃν Ἁλικαρνασσῷ ἑρῇ ἑαυτῷ ὑπὸ Ἀρτεμισίας τῆς γυναικὸς, καὶ ἀδελφῆς, κατεσκευασμένον. ὁ Διογένης δὲ, τοῦ μὲν σώματος, εἰ καί τινα τάφον ἔχῃ, οὐκ οἶδεν· οὐδὲ γὰρ ἔμελεν αὐτῷ πώποτε. λόγον δὲ τοῖς ἀρίστοις παρ' αὐτοῦ καταλέλοιπεν, ἀνδρὸς βίον βεβιωκὼς ὑψηλότερον, ὦ Κᾶρες ὑδραποδωδέστατε, τοῦ σοῦ μνήματος, καὶ ὃν βεβαιοτέρῳ χωρίῳ κατεσκευασμένον.

A neque pari etiam pulchritudine conditum, viris scilicet atque equis pulcherrimo è saxo ad viuam formam absolutissimo artificio expressis, adeò vt vel phanũ aliquod simile haud facilè quis inueniat. Num iniuria tibi videor has ob res mihi placere atque efferri? DIOG. Num ob imperium ais, ob formam, atq; ob sepulchri molem? MAV. Per Iouem ob hæc inquam. DIOG. Atqui ô formose Mausole, neque vires iam illæ, neque forma tibi iam adest, adeo vt si quem arbitrum de formę præcellentia delegerimus, haudquaquam dicere potis sit quãobrem tua caluaria meæ sit anteferenda: B siquidem vtraque pariter tum calua, tum nuda: vtrique dẽtes pariter ostendimus: pariter oculis orbati sumus: pariter naribus simis ac sursum hiantibus deformati. Cæterùm sepulchrum ac saxa illa pretiosa Halicarnasseis forsitan iactare licebit, & hospitibus gloriæ causa ostentare, tanquam qui magnificam quandam apud se structuram habeant: verùm quid hinc commoditatis ad te redeat, vir egregie, nequaquam video, nisi forsan illud commodum vocas, quòd plus oneris atque C nos sustines, sub tã ingentibus saxis pressus ac laborans. MAV. Itáne nihil illa mihi conducunt omnia? planéque pares erunt Mausolus ac Diogenes? DIOG. Imò haud pares, inquam, vir clarissime: nam Mausolus discruciabitur quoties earum rerum in mentem veniet, quibus in vita florere consueuit: at Diogenes eum ridebit. Atque ille quidem de suo illo monumento quod est in Halicarnasso, memorabit, ab vxore Artemisia atque sorore parato: cõtrà Diogenes ne id quidem suo de corpore nouit, nunquid habeat sepulchrum. Neque enim illi res ea D curæ est, verùm apud viros excellentissimos sui memoriam famámque reliquit, vt qui vitam peregerit viro dignam, tuo monumento, Carum abiectissime, celsiorem, ac tutiore in loco substructam.

ΝΙΡΕΩΣ, ΘΕΡΣΙΤΟΥ ΚΑΙ ΜΕΝΙΠΠΟΥ.

NIREI, THERSITÆ, ET MENIPPI. Erasmo Roter. interpr.

Ἰδοὺ δὴ Μένιππος ὑτοσὶ δικαστής, πότερος βύμορφώτερός ἐστιν. εἰπὲ ὦ Μένιππε, οὐ καλλίων σοι δοκῶ; ΜΕΝ. τίνες δὲ καὶ ἐστὲ πρότερον οἵμοι; χρὴ γὰρ τοῦτο εἰδέναι.

ECce deniq; vel Menippus hic iudex erit vter nostrũ sit formosior. Dic Menippe, an nõ tibi videor forma præstãtior? MEN. Imò quinam sitis, priùs arbitror indicandũ: nã hoc opinor scito est opus. *NIREVS. Contentio de pulchritudine, qua apud inferos nulla est.*

NIR. Nireus ac Therſites. MEN. Vter Nireus, vter Therſites? nondum enim vel hoc ſatis liquet. THER. Iam vnum hoc vinco, quòd tibi ſum ſimilis, neque tantopere me præcellis, quantopere te cæcus ille Homerus extulit, vnum omnium formoſiſſimum appellans: quin ego faſtigiato vertice, rariſq; & impexis capillis ille, nihilo te inferior viſus ſum arbitro. Iam verò tempus eſt vti pronunties Menippe, vtrum altero formoſiorem exiſtimes. NIR. Mirum ni me, Aglaia Charopéque prognatum,

qui vir pulcherrimus vnus
Omnibus è Graiis Priameia ad Pergama veni.

MEN. Atqui non item ſub terram opinor pulcherrimus veniſti, quippe qui reliquis quidem oſſibus aliis appareas aſſimilis: portò caluaria hoc vno inſigni à Therſitæ caluaria dignoſci poſſit, quod tua delicata eſt ac mollicula: quandoquidem iſthuc habes effœminatum, ac neutiquam viro decorum. NIR. Attamen Homerum percontare, qua ſpecie tum fuerim, quum inter Græcorũ copias militarem. MEN. Tu quidem ſomnia mihi narras: at ego ea ſpecto quæ video, quæque tibi adſunt in præſentia: cæterùm iſta norunt qui id temporis viuebant. NIR. Quid igitur tandem? an non ego formoſior Menippe? MEN. Neque tu, neque quiſquam alius formoſus hoc loco: ſiquidẽ apud inferos æqualitas eſt, pareſq; ſunt omnes. THER. Mihi quidem vel hoc ſat eſt.

Apud inferos æqualitas eſt.

NI. Νιρέ, ϗ Θερσίτης. ΜΕ. πότερος ὁ Νιρέ, ϗ πότερος οὖν ὁ Θερσίτης; οὐδέπω γὰρ τοῦτο δῆλον. ΘΕΡ. ἓν μὲν ἤδη τοῦτ' ἔχω, ὅτι ὅμοιός εἰμί σοι, ϗ οὐδὲν τηλικοῦτον διαφέρῃς, ἠλίκον σε Ὅμηρος ἐκφυλος ὁ τυφλὸς ἐπήνεσεν, ἀπρεπῶν βδμορφώτατον τοῦ σχεδιπόν· ἐμὲ δὲ ὁ φοξὸς ἐγὼ, ϗ ψεδνός, οὐδὲν χείρων ἐφαίνω τῷ δικαστῇ. ὥρα δέ σοι ὦ Μένιππε ὃν τινα ϗ βδμορφώτερον ἡγῇ. NI. ἐμέ γε τὸν Αἰγλαίας, ϗ Χαρόπος, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ἐκ τοῦ Ἰλιον ἦλθον. ΜΕ. ἀλλ' οὐχὶ ϗ ἐκ τοῦ χθὼν ὡς οἴμαι κάλλιστος ἦλθες, ἀλλὰ τὰ μὲν ὀστᾶ ὅμοια, ὃ δ' ϗ σαφέστατον, ταύτη μόνον ἄρα διαφέροιτο ἀπὸ τοῦ Θερσίτου κρανίᾳ, ὅτι δὴ ἁβρότερον ὃ σόν. ἁλαπαδνὸν γὰρ αὖτε, ϗ οὐκ ἀνδρῶδες ἔχεις. NI. ἀλλὰ μὴν ἔγωγ' Ὅμηρον ὁπόσος ἐστὶν ὁπότε συνεστράτευον τοῖς Ἀχαιοῖς. ΜΕ. ὀνείρατα μοι λέγεις, ἐγὼ δὲ ἃ βλέπω, ϗ νῦν ἔχεις· σκιαὶ δὲ, οἱ τότε ἦσαν. NI. ὑπολαμβάνω ἐγὼ σκαιότερός εἰμι ὦ Μένιππε; ΜΕ. οὔτε σὺ ὅτε ἄλλος βδμορφος. ἰσοτιμία γὰρ ἐν ᾅδου, ϗ ὅμοιοι ἅπαντες. ΘΕΡ. ἐμοὶ μὲν ϗ τοῦτο ἱκανόν.

MENIΠΠΟΥ ΚΑΙ ΧΕΙΡΩΝΟΣ.

MENIPPI, ET CHIRONIS. Eodem interprete.

MENIPPVS. Præſentibus acquieſcendum.

EQuidem inaudiui Chiron, te, deus quum eſſes, tamen optaſſe mortem. CHI. Vera nimirum ſunt iſta quæ audiſti Menippe; planeq; mortuus ſum ſicuti vides, quũ mihi licuerit immortalem eſſe. MEN. At quænam te mortis cupido tenebat, rei videlicet quam vulgus hominum horreat? CHI. Dicam apud te, virũ neutiquam ſtultum atq; imperitum. Iam mihi deſierat eſſe iucundũ, immortalitate frui. MEN. Quid? an iniucundũ erat te viuere, lucemq; tueri? CHIR. Erat inquã Menippe: nã quod iucundũ vocãt, id ego neutiquã ſimplex, ſed variũ quiddã eſſe arbitror. Verùm quum ego ſemper viuerem, atq; iiſdem perpetuò rebus vterer, ſole, luce, cibo, tum horæ eædem recurrerent, reliqua itẽ omnia quęcũque contingũt in vita, reciproco quodam orbe redirent, atque aliis alia per vices ſuccederent: ſatietas videlicet eorum me cepit.

ΗΚουσα ὦ Χείρων, ὡς θεὸς ὢν ἐπεθύμησας ἀποθανεῖν. ΧΕΙ. ἀληθῆ ταῦτ' ἤκουσας ὦ Μένιππε· ϗ πέφυκα ὡς ὁρᾷς, ἀθάνατος εἶναι δυνάμενος. ΜΕ. τίς δέ σε ἔρως τοῦ θανάτου ἔσχεν, ἀνθρώπου τοῖς πολλοῖς φρήματος; ΧΕΙ. ἐρῶ σοι θεὸς γὰρ οὐκ ἀσύνετον ὄντα. οὐκ ἦν ἔτι ἡδὺ ἀπολαύειν τῆς ἀθανασίας. ΜΕ. οὐχ ἡδὺ ἦν, ζῶντα ὁρᾶν τὸ φῶς; ΧΕΙ. οὐκ ὦ Μένιππε. τὸ γὰρ ἡδὺ, ἔγωγε ποικίλον τι ϗ οὐχ ἁπλοῦν ἡγοῦμαι εἶναι· ἐγὼ δὲ ζῶν ἀεὶ, ϗ ἀπολαύων τοῦ ὁμοίου, ἡλίου, φωτὸς, ϑέρους· αἱ ὧραι δὲ αἱ αὐταὶ, ϗ τὰ γιγνόμενα ἅπαντα ἐξῆς ἕκαστον, ὥσπερ ἀκολουθοῦντα ἀλλήλοις ἀλλήλοις ἐπεπλήσθην ἤδη αὐτῶν.

οὐ γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ ἀεὶ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μεταχεῖν ὅλως, ὃ περπνὸν λῶ. MEN. Οὐ λέγεις ὦ Χείρων· τὰ ἐν ᾅδου δὲ πῶς φέρῃς, ἀφ' ὧν προσελήλυθας αὐτὰ ἥκεις; XEI. Οὐκ ἀηδῶς ὦ Μένιππε. ἡ γὰρ ἰσοτιμία, πολὺ δημοτικὴν, καὶ ὃ πρᾶγμα σοδὲν ἔχει ὃ διαφορᾶν ἐν φωτὶ εἶναι, ἢ ἐν σκότῳ. ἄλλως τε, οὐδὲ δίψην ὥσπερ ἄνω, ὅτε πεινῆν δεῖ, ἀλλ' ἀνεπιδεεῖς τούτων ἀπάντων ἐσμέν. MEN. Ὅρα ὦ Χείρων μὴ προεπίσθης σαυτῷ, καὶ ἐς ὃ αὐτό σοι ὁ λόγος προέρχῃ. XEI. πῶς τοῦτο φῄς; MEN. ὅτι εἰ τῷ ἐν τῷ βίῳ ὃ ὅμοιον ἀεὶ καὶ ταὐτὸν ἐγγίνεταί σοι προσχρὲς, καὶ ἐνταῦθα ὅμοια ὄντα, προσπεφῦκε ὁμοίως ἂν γίγνοιτο, καὶ δεινός μεταβολίου γε ζητεῖν τινα, καὶ ἐντεῦθεν ἐς ἄλλον βίον, ὅσπερ οἶμαι ἀδιάφορον. XEI. τί οὖν ἂν πάθοι τις ὦ Μένιππε; MEN. Ὅσπερ οἶμαι καὶ φασὶ, σωφρονοῦντα ὄντα, ἀρέσκεσθαι καὶ ἀγαπᾶν τοῖς παροῦσι, καὶ μηδὲν αὐτῶν ἀφόρητον οἴεσθαι.

A Neq; enim in eo voluptas est sita, si perpetuò fruaris iisdem, sed omnino in permutando posita est. MEN. Probè loqueris Chiron: cæterùm hæc quæ apud inferos agitur vita, quinam tibi procedit, postea quam ad hanc tanquam ad potiorem te cõtulisti? CHIR. Haud insuauiter Menippe: siquidem æqualitas ipsa quiddam habet admodum populare. Nihil autem interest, vtrùm in luce quis agat, an in tenebris: præterea neque sitiendum est nobis quemadmodum apud superos, neque esuriendum, sed eiusmodi rerum omnium egentia vacamus. MEN. Vide Chiron ne temetipse inuoluas, néve eodem tibi recidat oratio. CHIR. Quamobrem istuc ais? MEN. Nempe si illud tibi fastidio fuit, quòd in vita semper iisdem similibusq; rebus vtendum erat: quum hîc itidem similia sint omnia, eundem ad modum parient fastidium, ac de integro tibi quærenda erit vitæ commutatio, atque hinc quopiam aliam in vitam demigrandum: id quod arbitror fieri non posse. CHIR. Quid igitur faciendum Menippe? MEN. Illud nimirum, vti, sapiens quum sis, quemadmodum opinor, & vulgò prædicant, præsentibus rebus sis contentus, boniq; consulas quod adest, neque quicquam in his esse putes, quod ferri non queat.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ, ΑΝΤΙΣΘΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΚΡΑΤΗΤΟΣ.

DIOGENIS, ANTISTHENIS, ET CRATETIS. Iac. Mic. interp.

ΑΝτισθένες, καὶ Κράτης, σχολὴν ἄγομεν· ὥστε τί οὐκ ἀπιμεν βάδην τῆς καθόδου προπατήσοντες, ὁψόμενοι τοὺς κατιόντας οἵοί τινές εἰσι, καὶ τί ἕκαστος αὐτῶν ποιῇ; ANT. Ἀπίωμεν ὦ Διόγνες. καὶ γὰρ ἂν τὸ θέαμα ἡδὺ γένοιτο, τοὺς μὲν δακρύοντας αὐτῶν ἰδεῖν, τοὺς δὲ ἱκετεύοντας ἀφεθῆναι· ἐνίους δὲ, μόλις κατιόντας, καὶ ὑπὸ πολλοῦ τοῦ Ἑρμοῦ, ὥσπερ ἀντιβαίνοντας, καὶ ὑποπίπτοντας ἀντερείδοντας, οὐδὲν δέον. KPA. ἐγὼ γοῦν καὶ διηγήσομαι ὑμῖν ἃ εἶδον ὁπότε κατῆλθον κἀγὼ τὴν ὁδόν. ΔΙΟ. διήγησαι ὦ Κράτης. ἔοικας γάρ τινα παιγνιώδη ἐρεῖν. KPA. καὶ ἄλλοι μὲν πολλοὶ συγκατέβαινον ἡμῖν. ἐν αὐτοῖς δ' ὀπτίμοι, Ἰσμηνόδωρός τε ὁ πλούσιος ὁ ἡμέτερος, καὶ Ἀρσάκης ὁ Μηδίας ὕπαρχος, καὶ Ὀρσίτης ὁ Ἀρμένιος. ὁ μὲν οὖν Ἰσμηνόδωρος, ἐπεφόνευτο γὰρ ὑπὸ λῃστῶν περὶ τὸν Κιθαιρῶνα, ἐς Ἐλευσῖνα,

C OCium nunc agimus, Antisthenes, & Cratu Crates: quare cur non, obsecro, imus deambulatum rectà ad ingressum & fauces Orei; vt ibi spectemus eos qui descendũt, quinam sint, & quid quisque eorum agat? ANT. Eamus Diogenes. Etenim spectaculum hoc iucundum fuerit, videre alios quidem ipsorum lacrymari, alios autem vt dimittantur supplicare: quosdam autem ægrè descendere, & quanquam ceruicem vrgente ac impellente Mercurio, reluctari tamen, & resupinos obniti, nulla necessitate aut D cõmodo suo. CRA. Ego verò etiã exponam vobis quæ ipse vidi in via quando huc descendebã. DIOG. Exponas licet, Crates: videris enim quædã omnino risu digna dicturus esse. CRA. Cùm alij multi nobiscum descendebãt, tũ verò inter ipsos maximè nobiles, Isimenodorus ille diues ex nostris, & Arsaces Medorũ præfectus, & Armenius Orœtes. Ismenodorus igitur (occisus enim fuerat à latronibus circa Cithęronem, quando Eleusinẽ,

DIOGE-NES.

vt arbitror, proficiscebatur) & gemebat, & vulnus in manibus præ se ferebat, liberos suos paruos, quos reliquerat, identidem vocãdo, sibiq; ipsi ob audaciam succensendo, qui cùm Cithęronem transisset, ac loca illa circa Eleutheras deserta ac bellis vastata peragrasset, non ampliùs quàm duos seruos secum adduxisset, idque etiam cùm phialas quinque aureas & cymbia quatuor secum haberet. Arsaces autem (senior enim iam erat, & per Iouem, pro Barbarico illo ritu, facie non adeò inhonesta aut contemnenda) grauiter ferebat atque indignabatur quòd pedibus incederet, volebatq; sibi equum suum adduci. Nam & equus vnà cum eo mortuus fuerat, vna plaga ambobus trãsfossis à Thracensi quodam scutato, in eo prælio quod cum rege Cappadocum ad Araxem fluuium commissum fuerat. Nã Arsaces quidem infesto cursu in hostem ferebatur, longè, vt quidem ipse narrabat, ante alios euectus: Thrax autẽ expectato illo subsistens, ac scutum præ se tenens, venientem Arsacis hastam excutiendo diuertit: ipse autem submissa paulumper sarissa sua, & equum & insidentem illum transuerberat. ANT. Sed quo pacto fieri potuit, Crates, vt vno ictu ambos trãsuerberaret? CRA. Facillimè, Antisthenes: nam ille quidem cursu ferebatur, contum quendam viginticubitalem prætentum habẽs: Thrax autem vbi pelta obiecta plagam excussisset, & iam cuspis ipsum præteruecta esset, in genu procũbens excipit sarissa venientis impetum, ac equum sub pectus vulnerat: quo mox præ furore ac vehemẽtia cursus seipsum transadigente, eadem hasta etiam Arsaces per inguina vtrinq; ad nates vsq; penetrãte transfoditur. Intelligis nimirũ quo pacto acciderit, cũ non viri sed equi magis hoc opus fuerit. Veruntamẽ indignabatur ille, quòd nõ ampliore honore quàm cęteri habebatur, volebatq; eques huc descẽdere. Orœtes autẽ, priuatus quispiã erat, atque admodũ debilis pedibus, quippe qui neq; stare humi, nedum incedere vllo modo poterat. Accidit autem hoc prorsum Medis omnibus, vt postquã ab equis descẽderint, veluti qui super spinas ingrediũtur, sũmis pedum digitis vix atque ægrè incedãt. Quamobrem cũ per se ipsum humi deiectus iaceret, neq; vllo prorsũ pacto resurgere vellet, bonus ille Mercurius sublatũ in se hominẽ ad cymbã vsq; portauit: ego verò sequẽs ridebã.

A οἶμαι, βαδίζων, ἔτεινέ τε, καὶ ὁ πνεύμων ὑπὸ τῶν χειρῶν εἶχε· καὶ τὰ παιδία τὰ νεογνὰ, ἃ κατελελοίπει, ὠλόλυζε, καὶ ἑαυτὸν ἐπεμέμφετο τῆς τόλμης· ὃς Κιθαιρῶνα διαβαλλων, καὶ τὰ περὶ τὰς Ἐλευθερὰς χωρία πρωέρημα ὄντα ὑπὸ τοῦ πολέμου, δηδούων, δύο μόνους οἰκέτας ἐπήγετο. καὶ ταῦτα, φιάλας πέντε χρυσᾶς, καὶ κυμβία τέτταρα μόνα ἐαυτῷ ἔχων. ὁ δὲ Ἀρσάκης, γηραιὸς γὰρ ἦδη, καὶ νὴ Δί' οὐκ ἀσεμνος τὴν ὄψιν ἐς τὸ βαρβαρικὸν, ἤλγει, καὶ ἠγανάκτει πεζὸς βαδίζων, καὶ ἠξίου τὸν ἵππον
B αὐτῷ παρασκευάζεσθαι. καὶ γὰρ ὁ ἵππος αὐτῷ συνεπεθνήκει, μιᾷ πληγῇ ἀμφοτέροις δηλητρίψαντος ὑπὸ Θρᾳκός τινος πελταστοῦ, ἐν τῇ ὑπὲρ τοῦ Ἀράξη πρὸς τὸν Καππαδόκων συμπλοκῇ. ὁ μὲν γὰρ Ἀρσάκης ἐπήλαυνεν, ὡς διηγεῖτο, πολὺ τῶν ἄλλων προπεξορμήσας. ὑποστὰς δὲ ὁ Θρᾴξ, τῇ πέλτῃ μὲν ὑπεδύσατο, ἀπεστρέψατο τὸν Ἀρσάκου κοντόν· ἐπεὶ δὲ ὑποθεὶς τῷ σαγιασθῇ, αὐτόν τε διαπείρᾳ, καὶ τὸν ἵππον. ANT. πῶς οἷόν τε ὦ Κράτης, μιᾷ πληγῇ τοῦτο
& aliquantisper quidem eò cultu permittit vti: verùm vbi iam pompæ tempus præteriit, apparatum quisque restituens, & cum corpore simul exutus amictu, qualis antè fuit, efficitur, nihilo à vicino differens. Quidam tamen ob insciti am, quum suos fortuna cultus exigit, egrè ferunt atque indignantur, tanquam propriis quibusdam bonis priuati, ac non potiùs alienis, quibus paulisper vtebantur, exuti. Quin in scena quoque vidisse te plerunque puto histriones istos tragicos, qui (vt fabulæ ratio poscit) modò Creontes, modò Priami fiunt, aut Agamemnones: idémque (si fors retulerit) paulò antè tam grauiter Cecropis aut Erechthei formam imitatus, paulò pòst seruus poëta iubente progreditur. At quum fabulæ iam finis affuerit, quisque auratas illas vestes exutus, personam deponens, & ab altis illis crepidis descendens, pauper atque humilis obambulat, haud ampliùs Agamemnon ille Atreo prognatus, aut Creon Menœcei filius, sed Polus filius Chariclei Sunien sis, aut Satyrus filius Theogitonis Marathonius. Sic se mortalium res habent, quemadmodum mihi tum spectanti videbatur. PHIL. Dic mihi Menippe, isti qui magnificos altósque tumulos habent super terram, & columnas, imagines, titulos, nihilóne sunt apud inferos plebeis quibuslibet vmbris honoratiores? MEN. Nugaris tu quidem: nam si vidisses Mausolum, (Carem illum dico, pyramide celebrem) sat scio, nunquam ridere desisses: ita in antrum quoddam abstrusum despectim abiectus est, in reliqua mortuorum turba delitescens. Hoc tantum commodi mihi videtur ex monumento referre, quòd imposito tanto pondere laborat magis & premitur. Nam quum Æacus, ô amice, locum cuique metitur, (dat autem cui plurimum, haud ampliùs pedem:) necesse est eò iacere contentum, seséque ad loci modum cõtrahere. At vehementiùs multo risisses opinor, si reges hosce nostros satrapásq; vidisses apud eos mendicantes, aut salsamenta vendentes,

Vanam esse gloriã, quam in hac vita maximi plerique appetunt.

A καὶ μέχρι μόνου τινὸς εἶναι χρῆσθαι τῷ σχήματι· ἐπειδὴ δ' ὁ τῆς πομπῆς καιρὸς παρέλθῃ, τίνι καὶ πάλιν ἕκαστος ἀποδοὺς τὸν σκευὴν, καὶ ἀποδυσάμενος ὃ σχῆμα μετὰ τοῦ σώματος, ὥσπερ ἦν τὸ πρὶν, γίγνεται, μηδὲν τοῦ πλησίον διαφέρων. ἔνιοι δ' ὑπ' ἀγνωμοσύνης, ἐπειδὴ ἀπαιτῇ τὸν κόσμον θεῖσα ἡ Τύχη, ἄχθονται γε, καὶ ἀγανακτοῦσιν, ὡσπερ οἰκείων τινῶν στερισκόμενοι, καὶ οὐχ ἃ τοῖς ὀλίγον ἐχρήσαντο, ἀποδιδόντες. οἶμαι δὲ καὶ τὸν ὅτι τῆς σκηνῆς πολλάκις ἑωρακέναι, τοὺς τραγικοὺς ὑποκρι-

B τὰς τούτοις τοῖς χρείας τῶν δραμάτων, ἄρτι μὲν, Κρέοντας, ἐνίοτε δὲ, Πριάμους γιγνομένους, ἢ Ἀγαμέμνονας· καὶ ὁ αὐτὸς, εἰ τύχοι μικρὸν ἔμπροσθεν μάλα σεμνῶς, ὁ τοῦ Κέκροπος ἢ Ἐρεχθέως σχῆμα μιμησάμενος, μετ' ὀλίγον οἰκέτης παρῆλθεν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ κεκελευσμένος. ἤδη δὲ πέρας ἔχοντος τοῦ δράματος, ἀποδυσάμενος ἕκαστος αὐτῶν τὸν χρυσόπαστον σκευὴν ἐλήπτα, καὶ ὁ μὲν προσωπεῖον ἀποθέμενος, καὶ καταβὰς ἀπὸ τῶν ἐμβατῶν, πένης, καὶ ταπεινὸς περιέρχεται, οὐκ

C ἔτ' Ἀγαμέμνων ὁ Ἀτρέως, οὐδὲ Κρέων ὁ Μενοικέως, ἀλλὰ Πῶλος Χαρικλέους Συνιεὺς ὀνομαζόμενος, ἢ Σάτυρος ὁ Θεογείτονος Μαραθώνιος. τοιαῦτα καὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματά ἐστιν, ὡς τότε μοι ὁρῶντι ἔδοξεν. ΦΙΛΩ. Εἰπέ μοι ὦ Μένιππε, οἱ δὲ τοῖς πολυτελεῖς τύμβοις ὑψηλοῖς τάφοις ἔχοντες ὑπὲρ γῆς, καὶ στήλας, καὶ εἰκόνας, καὶ ἐπιγράμματα, οὐδὲν τιμιώτεροι πρὸς αὐτοῖς εἰσι τῶν ἰδιωτῶν νε-

D κρῶν; ΜΕΝΙΠΠΟΣ. ληρεῖς ὦ οὗτε. εἰ γὰρ ἐθέλοιμι τὸν Μαυσωλὸν αὐτὸν (λέγω δὲ τὸν Κᾶρα, τὸν ἀπὸ τῆς πάρου πεποίημαι) ἂν οἶδα ὅτι οὐκ ἂν ἐπαύσω γελῶν· οὕτω ταπεινῶς ἔρριπται ἐν τῷ λαυθάνων ἐν τῷ λοιπῷ ὄχλῳ τῶν νεκρῶν· ἐμοὶ δοκεῖν, ὅσους ἀπολαύων τῆς μνήματος; πρὸς ὅσον ἐβαρύνετο τηλικοῦτον ἄχθος ὑπικείμενος. ἐπειδὴ γὰρ, ὦ ἑταῖρε, ὁ Αἰακὸς ἀπομετρήσῃ ἑκάστῳ τὸν τόπον (δίδωσι δὲ ὃ μέγιστον οὐ πλέον ποδὸς) ἀνάγκη ἀγαπῶντα κατακεῖσθαι, πρὸς ὃ μέτρον σεσεσαλμένον. πολλῷ δ' ἂν οἶμαι μᾶλλον ἐγέλας, εἰ ἐθέλοιμι τοὺς πρὸ ἡμῶν βασιλέας καὶ σατράπας πωλοχεύοντας πρὸ αὐτῶν, καὶ ἤτοι ταριχοπωλοῦντας ὑπ' ἀπορίας,

ἢ τὰ πρῶτα διδάσκοντας γράμματα· καὶ ὑπὸ τῆς τυχόντος ὑβριζομένους, καὶ κατὰ κόρρης παιομένους, ὥσπερ τῶν ἀνδραπόδων τὰ ἀπημότατα. Φίλιππον γοῦν τὸν Μακεδόνα ἐγὼ θεασάμενος, οὐδὲ κρατεῖν ἐμαυτοῦ δυνατὸς ἦν· ἐδείκθη δέ μοι ἐν γωνιδίῳ τινὶ μισθοῦ ἀκούμενος τὰ σανδάλια τῶν ἐμπόρων. πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους ἦν ἰδεῖν ἐν ταῖς πεζόδοις μεταμπωλοῦντας, Ξέρξους λέγω, καὶ Δαρείους, καὶ Πολυκράτεις. ΦΙΛ. ἄπορα διηγῇ τὰ περὶ τῶν βασιλέων καὶ μικροῦ δεῖν, ἄπιστα. τί δὲ ὁ Σωκράτης ἐποίησε, καὶ Διογένης, καὶ εἴ τις ἄλλος τῶν σοφῶν; ΜΕ. ὁ μὲν Σωκράτης, καὶ ἐκεῖ περιέρχεται διελέγχων ἀπάντας. συνῆσαν δ' αὐτῷ Παλαμήδης, καὶ Ὀδυσσεύς, καὶ Νέστωρ, καὶ εἴ τις ἄλλος λάλος νεκρός. ἔτι μὴν οἰδοῦνται ἐπεφυσημένοι αὐτῷ, καὶ διαῤῥήγνυται ἐκ τῆς φαρμακοποσίας τὰ σκέλη. ὁ δὲ βέλτιστος Διογένης παροικεῖ μὲν Σαρδαναπάλῳ τῷ Ἀσσυρίῳ, καὶ Μίδᾳ τῷ Φρυγὶ, καὶ ἄλλοις τισὶ τῶν πολυτελῶν. ἀκούων δὲ οἰμωζόντων αὐτῶν, καὶ τὴν παλαιὰν τύχην ἀναμεμνημένων, γελᾷ τε καὶ τέρπεται. καὶ τὰ πολλὰ ὑπτίως κατακείμενος, ἀδὴν μάλα τερατώδη καὶ ἀπηνῆ τῇ φωνῇ, τὰς οἰμωγὰς αὐτῶν ὑπικαλύπτων, ὥστε αἰδεῖσθαι τοὺς ἄνδρας, καὶ διαπορεῖσθαι μετοικεῖν, ἀφέροντας τὸν Διογένη. ΦΙΛ. ταυτὶ μὲν ἱκανῶς. τὸ δὲ ψήφισμα ἦν, ὅπερ ἐν ἀρχῇ ἔλεγες κατὰ τῶν πλουσίων; ΜΕ. εὖγε ὑπέμνησας· καὶ γὰρ οἶδ' ὅπως περὶ τούτου λέγειν προῃρημένος, πάμπολυ ἀπεπλανήθην τοῦ λόγου. διαφερόντως γάρ μοι πρὸ αὐλῆς, περιῤῥεόντων τὰ πανταχῆς ἐκκλησίαν περὶ τῶν κοινῇ συμφερόντων. ἰδὼν οὖν πολλοὺς συνιόντας, ἀναμίξας ἐμαυτὸν τοῖς νεκροῖς, ὑπῆλθον εἷς καὶ αὐτὸς ἦν τῶν ἐκκλησιαζόντων, διαχειροτονηθεὶς μὲν οὐδὲν ἄλλο. τελευταῖον δ' ὅ περὶ τῶν πλουσίων. ἐπεὶ γὰρ αὐτῶν κατηγόρησε πολλὰ, καὶ δεινὰ, βίᾳ, καὶ ἀλαζονείᾳ, καὶ ὑπερηφανίᾳ, καὶ ἀδικίᾳ, τέλος ἀναστὰς τις τῶν δημαγωγῶν, εἰσήνεγκε ψήφισμα τοιοῦτον

ΨΗΦΙΣΜΑ. Ἐπειδὴ πολλὰ καὶ παράνομα οἱ πλούσιοι δρῶσι παρὰ τὸν βίον, ἁρπάζοντες, καὶ βιαζόμενοι, καὶ πανταχόθεν τὰ πενήτων καταφερόντες, δέδοκται τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ, ἐπειδὴ ἀποθάνωσι, τὰ μὲν σώματα αὐτῶν κολάζεσθαι, καθάπερ καὶ τὰ τῶν ἄλλων πονηρῶν·

A aut primas ipsas literas vrgente inopia profitentes, & quemadmodum contumeliis à quouis afficiantur, atque in faciem cædantur, perinde atque vilissima mancipia. Itaque Philippum Macedonem conspicatus, continere me certè non potui: ostensus est mihi in angulo quodam detritos calceos mercede resarciens. Quin alios præterea multos erat videre mendicantes in triuiis, Xerxes videlicet, Darios, ac Polycrates. PHIL. Admiranda narras ista de regibus, penéque incredibilia. Socrates autem quid facit ac Diogenes, & si quis est sapientum alius? MEN. Socrates profectò etiam ibi obuersatur, omnésque redarguit: versantur autem cum illo Palamedes, Vlysses, & Nestor, & quisquis est alius inter defunctos garrulus. Inflantur autem illi etiamnum atque intumescunt exhausto veneno crura. At optimus Diogenes Sardanapalo vicinus Assyrio, Midæque Phrygio, atque aliis item pluribus ex istorum sumptuosorum numero, manet, quos quum eiulantes audit, veteris fortunę magnitudinem recogitantes, & ridet & delectatur, ac supinus cubans vt plurimùm cantat, asperam nimis atque iniucundam voce illorum eiulatus obscurans, adeò vt id ægrè ferentes, nec Diogenem ferre valentes, de mutanda sede deliberent. PHIL. De his iam satis quidem: cæterùm quodnam illud decretum est quod initio dixeras aduersus diuites esse sancitum? MEN. Bene admones: nescio enim quo pacto quum de hac re dicere proposuissem, ab instituto sermone procul aberraui. Dum igitur ibi versabar, magistratus concionem aduocauerunt, his videlicet de rebus quæ in commune conducerent. Conspiciens ergo multos concurrere, me quoque cum illis simul immiscens, vnus de numero eorum qui in concione aderant, efficior. Agitata sunt igitur & alia multa, postremò verò de diuitibus negotium: in quos posteaquam plurima fuissent obiecta, violentia, superbia, fastus, iniuriæ: assurgens tandem ex populo primâs quidam, huiusmodi decretum legit:

Philippus calceorum refector.

Decretum contra diuites sanctum.

Quoniam, inquit, multa diuites perpetrant in vita, rapiētes, ac vim inferentes, inopesq; omni modo despectui habētes: Curiæ populoq; visum est, vt quū functi vita fuerint, corpora quidem eorū pœnas cum aliis sceleratorum corporibus luant:

animæ verò ſurſum remiſſæ in vitam, in aſinos demigrent, donec in tali rerum ſtatu quinquies ac vicies decem annorum millia tranſegerint, aſini ſemper ex aſinis renati, onera ferentes, atque à pauperibus agitati: dein vt liceat illis ex vita excedere. Hanc ſententiam dixit Caluarius, patre Aridello, patria Manicenſis, tribu Stygiana. Hac igitur lege recitata, approbauerunt principes, ſciuit plebs, adfremuit Proſerpina, allatrauit Cerberus: ſic enim rata quæ inferi ſtatuunt, authenticáque fiunt. Quæ igitur in concione agebantur, erant huiuſmodi. Tum ego ſtatim, cuius gratia veneram, Tireſiam adeo, atque illi re vti erat ordine narrata, ſupplicaui vt mihi diceret, Quodnam optimum vitæ genus putaret. Hic verò ſubridens (eſt autem ſeniculus quiſpiam cæcus, pallidus, voce gracili) O fili, inquit, cauſam tuæ perplexitatis ſcio à ſapientibus iſtis profectam, haudquaquã idem inuicem iiſdẽ de rebus ſentientibus: verùm haud fas eſt id tibi proloqui: ſiquidem quòd Rhadamanthus interdixit. Nequaquam, inquã, ô patercule: ſed dic amabò, neq; me contemnas, qui in vita te etiam ipſo cæcior oberro. Abducens ergo me, procul ab aliis auferens, ad aures mihi inclinans, Optima eſt, inquit, idiotarum priuatorúmque vita, ac prudentiſſima: quamobrem ab hac vaniſſima ſublimium conſideratione deſiſtens, mitte principia ſemper ac fines inquirere, & vafros hoſce ſyllogiſmos deſpuens, atque id genus omnia nugas æſtimans, hoc ſolum in tota vita perſequere, vt præſentibus bene compoſitis, minimè curioſus, nulla re ſolicitus, quamplurimum potes hilaris vitam ridénſque traducas. Hæc quum dixiſſet, rurſus in Aſphodelorum pratum ſeſe corripuit. Ego igitur (nam & tũc veſper erat) age, inquã, ô Mithrobarzane, quid cunctamur, ac non hinc rurſus abimus in vitam? Ad hæc ille, Confide, inquit, ô Menippe, breuem quippe facilémque tibi monſtrabo ſemitam: & me protinus abducens in regionem quandam magis priore tenebricoſam, manu procul oſtendens ſubobſcurum tenuéque ac velvt per rimam influens lumen: Illud, inquit, Trophonij templum eſt, atque illac ad inferos è Bœotia deſcenditur:

Summa & ſcopus totius argumenti.

Ταὶ δὲ ψυχαί, ἀναπεμφθεῖσαι αὖθις ἐς τὸν βίον, καταλύεσθαι ἐς τοὺς ὄνους, ἀγέμας δὴ ὁπὸ τῷ τοιούτῳ ἀφαγάγωσι μυριάδας ἐτῶν πέντε καὶ εἴκοσιν, ὄνοι ἐξ ὄνων γιγνόμενοι, & ἀλφοφορεῶντες, καὶ ὑπὸ τῶν πενήτων ἐλαυνόμενοι· τοιούτεῦθεν δὲ λοιπὸν, ἐξεῖναι αὐτοῖς ἀποθανεῖν. Εἶπε τὴν γνώμην Κραναίων Σκελετίωνος Νεκυσιάς, Φυλῆς Αλιβαντιάδος. Τούτου ἀναγνωσθέντος τὸ ψηφίσματος, ἐπεψήφισαν μὲν οἱ ἄρχαι. ἐπεχειροτόνησε δὲ ὁ πλῆθος, καὶ ἀνεβεμυήσατο ἡ Βεμὼ, καὶ ὑλάκτησεν ὁ Κέρβερος· οὕτω γὰρ ἐτέλη γίγνεται, καὶ κύρια τὰ ἀνεγνωσμένα. Ταῦτα μὲν δή σοι τὰ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. ἐγὼ δὲ, ὅτε ἀφίγμην ἕνεκα, τοῦ Τειρεσίου προσελθών, ἱκέτευον αὐτὸν, τὰ πρῶτα δεηθεὶς μου, εἰπεῖν πρός με, Ποῖόν τινα ἡγεῖται τὸν ἄριστον βίον. ὁ δὲ, γελάσας (ἔστι δὲ τυφλόν τι γεροντίον, καὶ ὠχρὸν, καὶ λεπτόφωνον) Ὦ τέκνον, φησὶ, τὴν μὲν αἰτίαν οἶδά σου τῆς ἀπορίας, ὅτι παρὰ τῶν σοφῶν ἐλήλυθε, ἃ τὰ αὐτὰ γιγνώσκοντα ἑαυτοῖς· ἀτὰρ ἃ ἥκεις λέγων πρός σε. ἀπείρηται γὰρ ὑπὸ τῆς Ραδαμάνθυος. μηδαμῶς, ἔφην, ὦ πατέρων, ἀλλ' εἰπὲ, καὶ μὴ περίδῃς με σοῦ τυφλώτερον περιόντα ἐν τοῦ βίου. ὁ δὲ δή με ἀπαγαγών, & πολὺ τῶν ἄλλων ἀποσπάσας, ἠρέμα προσκύψας πρὸς ὃ οἱ, φησὶν, Ὁ τῶν ἰδιωτῶν, ἄριστος βίος, καὶ σωφρονέστερος· ὡς τῆς ἀφροσύνης παυσάμενος τῆς μετεωρολογεῖν, καὶ τέλη καὶ ἀρχὰς ὑπερσκοπεῖν, καὶ καταπύσας τῶν σοφῶν τούτων συλλογισμῶν, καὶ τὰ ἐναντία λῆρον ἡγησάμενος, τοῦτο μόνον ἐξ ἀπόπτου θεάσῃ, ὅπως ὁ παρὼν ἡμῖν βίος, παιδαριώδης γελοῖα τὰ πολλὰ, καὶ πρὸς μηδὲν ἐσπουδακώς. ὡς εἰπὼν, πάλιν ὦρτο κατ' Ασφοδελὸν λειμῶνα. ἐγὼ δὲ, καὶ γὰρ ἤδη ὀψὲ ἦν, ἄγε δὴ ὦ Μιθροβαρζάνη, φημὶ, τί μελλόμεν, καὶ οὐκ ἀπιμεν αὖθις ἐς τὸν βίον; ὁ δὲ, πρὸς ταῦτα, θαῤῥῶν φησὶν ὦ Μένιππε, ῥᾳστώνην γάρ σοι καὶ ἀπραγμοσύνην ὑποδείξω ἀπαράν, καὶ δὴ ἀπαγαγών με πρός τι χωρίον τῆς ἄλλου ζοφερώτερον, δείξας τῇ χειρὶ πόῤῥωθεν ἀμυδρόν τι καὶ λεπτὸν ὥσπερ αἰθρίας ἑσπέρου φῶς, Ἐκεῖνο ἔφη ἐστὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Τροφωνίου, κἀκεῖθεν καταπέμπονται οἱ ἀπὸ Βοιωτίας.

ταῦτ᾽ ἐῶν οὖν ἀνίθι, καὶ εὐθὺς ἔσῃ ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος. ἡδεῖς δὲ τοῖς εἰρημένοις ἐγὼ, καὶ τὸν μάγον ἀπαλλαγέντα, χαλεπῶς μάλα διὰ τοῦ στομίου ἐκπηδήσαντα, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἐν Λεβαδείᾳ γίγνομαι.

A hac ascendes, atque illico eris in Græcia. Ego igitur hoc sermone gauisus, salutato mago, difficilè admodum per angustas antri fauces subrepens, nescio quo pacto in Lebadiam perueni.

ΧΑΡΩΝ, Η ΕΠΙΣΚΟΠΟΥΝΤΕΣ.

CHARON, SIVE CONTEMPLANTES.

Petro Mosellano interprete.

ARGVMENTVM.

Eiusdem fermè argumenti est hic Dialogus cum superiore. Nam vt illic Menippus apud inferos videre atque audire supplicia & miseros exitus diuitum atque potentum fingitur: ita hîc Charon apud superos hominum dementiã contemplatur, stulta illorum consilia & actiones deridendo: quippe qui in his quæ incerta ac momentanea maximè sunt, puta robore corporis, potentia, diuitijs, fortuna, gloria, & id genus aliis, omnem spem atque fiduciam collocent: mortis verò, quæ omnium certissima, & mox consecutura est, nullam rationem habeant. Id quod ipse Charon in fine Dialogi apertis verbis indicat, & paulò suprà quoque, vbi homines stultitiæ suæ admonet, & ad meliorem mentem reuocat. Tractantur autem hæc primò per speciem, propositis exemplis Milonis, Cyri, Crœsi, Polycratis, & aliorum: mox & in genere, descriptis hominum & priuatorum & regum affectibus studijsq; postremò etiam confutata opinione quam multi de defunctorum honoribus habebant. & in summa non hominum modò res & corpora, verùm & ciuitates, & flumina, denique omnia morti subiecta esse ostenduntur: quam eo faciliorem cuique esse, quo mundanis istis rebus ac opibus minùs impeditus aut captus fuerit. Prior pars Dialogi etiam φαμαικὴ est, dum Mercurius iam exoratus à Charonte, montes alios aliis imponit, & locum vnde prospectus in omnes terras pateat, extruit.

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΧΑΡΩΝΟΣ.

MERCVRII, ET CHARONTIS.

ΤΙ γελᾷς ὦ Χάρων; ἢ τί ὃ Β πορθμεῖον ἀπολιπὼν, δεῦρο ἀνελήλυθας ἐς τὴν παροῦσαν ἡμέραν, ἃ πολὺ εἰωθὼς διατρίβειν τοῖς ἄνω πράγμασιν; ΧΑ. ἐπεθύμησα ὦ Ἑρμῆ, ἰδεῖν ὁποῖά ἐστι τὰ ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἃ πράττουσιν οἱ ἄνθρωποι ἐν αὐτῷ· ἢ τίνων ἕνεκα θύμιοι, πάντες οἰμώζοντες κατιόντες πρὸς ἡμᾶς. οὐδεὶς γὰρ αὐτῶν ἀδακρυτὶ διέπλευσεν. αἰτησάμενος οὖν παρὰ τοῦ ἄδου καὶ αὐτὸς, ὡς καὶ ὁ Θέσσαλος ἐκεῖνος νεανίσκος, μίαν ἡμέραν λιπόνεως γενέσθαι, ἀνελήλυθα ἐς τὸ φῶς· καί μοι δοκῶ ἐς δέον ἐπιτετυχηκέναι σοί. ξεναγήσω γὰρ οὖν οἶδ᾽ ὅτι με ξυμπεριενοοῦντα, καὶ δείξεις ἕκαστα, ὡς ἂν εἰδὼς ἀπόπτα.

QVID rides ô Charon? aut cur deserto nauigio in hanc lucem ascendisti, non admodum assuetus superûm rebus interesse? CHAR. Cupido me cepit ô Mercuri videndi & quænam in vita gerantur negotia, & quibus studiis homines teneantur: tum etiam quibus bonis exuti plorent omnes vbi ad nos descenderint. Neque enim ex ipsis quisquam citra lacrymas traiecit. C Quare exemplo illius Thessali adolescẽtis cõmeatu à Dite impetrato, vt vnum saltem diẽ à naue abesse liceret, in lucem ascẽdi: ac mihi videor in ipso planè tempore in te incidisse. Nam peregrinus cũ sim, sat scio te nõ grauari quin obambulando me ducas, singulaq; demonstres, vt qui vniuersa iam habeas comperta. MERCVRIVS.

MER C. Non est otium, ô portitor. Nam abeo iam nunc, negotium quoddam quod ad mortalium statum pertinet, ab Ioue summo datum, expediturus. Ille autem ad iracundiam propensior est, vt planè verear ne cunctantē me vel totum vestræ sortis esse permittat, caligini videlicet addictum: vel quemadmodum nuper Vulcanum, ita & me, correpto pede, è summo deiiciat cœlo: nimirum quò & ipse pocillatoris munere fungens, claudicando risus moueam. CHA. Despicies ergo me temere & indecorè in terra oberrantē, præsertim amicus, & nauigationis socius, tū & nostræ reipublicæ ex parte legatus? Atquí cōueniret, ô Maiæ proles, illorū te etiānum meminisse, quòd te vel sentinā exhaurire, vel remum agitare ne vnquā quidē iusserim: quin tu interim quanquam adeò robustus es humeris, in nauigii dorso porrectus stertis, aut si quā fortè ex Vmbris loquacem offenderis, cum hac inter nauigandum perpetuò cōfabularis: ego verò quantumuis senex, remigium agens duplex, solus remigo. At te per patrem obsecro, ô charissime Mercuriole, ne me deseras, sed vt nouo aliquo conspecto redeam, indica quænam in vita geruntur. Quòd si tu me neglexeris, nihil planè ab ipsis cæcis differre videbor. Vt enim illi lubrico gressū per caliginem titubant, ita rursus ego ad lucem tibi hallucinabor. Quin tu hanc mihi das gratiam, ô Cyllenie, perpetuò memori futuro? MER. Hæc profectò res verberum mihi causa existet, adeò vt iam hinc cōmonstrationis huius mercedē non sine tuberibus nobis fore prospiciam: obsequēdum tamen. Quid enim facias vbi amicorum quispiam impellat? Principiò ergo vt omnia singulatim & examussim conspicias, frustra laboras, ô portitor, nam hoc multorum annorum fuerit negotium: deinde & ipsi mihi verendum, ne interim tanquā trans fugam Iupiter me abdicet: tibi verò quominus mortis munia peragere posses, fuerit impedimento: neque non Ditis imperio detraxerit, cùm videlicet longo adeò tempore vmbras adueheres nullas. Postremò & Æacus, qui portorio colligendo præfectus est, stomachabitur, vt qui tanto tempore ne obolum quidem lucrifecerit. Verùm qua via ipsa rerum capita videre possis; iam consilium nobis erit captandū. CHA. Ipse ô Mercuri, quod optimum factu fuerit, videris: ego verò peregrinus cùm sim in terra, quid rerum

A ΕΡ. ὁ σχολή μοι ὦ πορθμεῦ. ἀσχολοῦμαί γάρ τι ἀγαθὸν ἀνθρώπινον τῶν ἄνω Διὶ τῶν ἀνθρωπίνων. ὁ δέ, ὀξύθυμός τέ ἐστι, καὶ δέδοικα μὴ βεβαδιωκὼς ἅπαντά με, ὅλον ὑμέτερον ἐάσῃ εἶναι, τῶν δαιδὸς ὢν ζόφῳ· ἢ ὥσπερ τὸν Ἥφαιστον πρώην ἐποίησε, ῥίψῃ κἀμὲ τετραγὼς τῆς ποδὸς ἀπὸ τῆς θεσπεσίας ἕνεκα, ὡς γοῦν σκάζων, γέλωτα παρέχοιμι καὶ αὐτὸς οἰνοχοῶν. ΧΑ. πρεπόντως οὖν με ἄλλως πλανώμενον ἐπὶ γῆς, καὶ ταῦτα, ἑταῖρος, καὶ ξύμπλους, καὶ σύμπροξος ὤν. καὶ μὴν καλῶς εἶχεν ὦ παῖ Μαίας ἐκείνων σοι μεμνῆσθαι, ὅτι μηδέποτέ σε ἢ αὐτλεῖν ἐκέλευσα, ἢ πρεσβύτερον εἶναι. ἀλλὰ σὺ μὲν ῥέγκεις ὅτι τῶν καταῤῥωμάτων ἐκτεταμένος, ὥμοις οὕτω καρτεροῖς ἔχων· ἢ εἴ τινα ἄλλον νεκρὸν ὄψει, ἐκείνῳ πρόσεστιν ὅλον τὸν πλοῦν ἀφαλέγειν. ἐγὼ δὲ πρεσβύτης ὤν, τὸν δικωπίαν ἕλκων ἐρέτης μόνος. ἀλλὰ πρὸς τῶν παίδων ὦ φίλτατον Ἑρμῆν, μὴ καταλίπῃς με· πρόνοησαι δὲ τὰ ἐν τῷ βίῳ ἄπωθεν, ὡς τί καὶ ἰδὼν ἐπανέλθοιμι, ὡς ἴσως με σὺ ἀφῇς, σοῦ ἐστὶν τῶν τυφλῶν ἡγήσω. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνοι σφάλλονται ἡλιαθαίνοντες ἐν τῷ σκότῳ, οὕτω δὴ κἀγώ σοι πάλιν ἀμβλυώπω πρὸς τὸ φῶς. ἀλλὰ δός ὦ Κυλλήνιέ μοι ἐς ἀεὶ μεμνησομένῳ τοῦ χάριν. ΕΡΜ. Τουτὶ τὸ πρᾶγμα, πληγῶν αἴτιον καταστήσεταί μοι. ἐρᾷ γοῦν ἤδη τὸν μισθὸν τῆς πρεσβείας οὐκ ἀκίνδυνον πᾶσιν ἡμῖν ἐσόμενον· ἐπουργητέον δὲ ὅμως. τί γὰρ ἂν καὶ πάθῃ τις, ὁπότε φίλος τις ὢν βιάζοιτο; πρῶτα μὲν οὖν σε ἰδὼν καθ' ἕκαστον ἀκριβῶς ἀμείνω ὄντα ὦ πορθμεῦ· πολλῶν γὰρ αὖ ἐτῶν ἡ ἀλατεία ἦν. εἶτα ἐμὲ μὲν κηρύττεσθαι δεήσει, καθάπερ ἀποδραίτην ἐκ τοῦ Διός· σὲ δὲ κωλύσει τὰ τοῦ θανάτου ἔργα, καὶ τὸν Πλούτωνος ἀρχὴν ζημιοῖ, μὴ νεκραγωγήσαντα πολλοὺς τῶν χρόνου. καὶ ὁ τελώνης Αἰακὸς ἀγανακτήσει, μηδ' ὀβολὸν ἐμπολῶν. ὡς δὲ τὰ κεφάλαια τῶν γιγνομένων ἴδῃς, τότ' ἤδη σκεπτέον. ΧΑΡ. αὐτὸς, ὦ Ἑρμῆ, ὁπόσος τὸ βέλτιστον· ἐγὼ δὲ, οὐδὲν οἶδα τῶν ἐπὶ γῆς,

ξένος

ξένος ὤν. ΕΡ. ὃ μὴ ὅλον ὦ Χάρων, ὑψηλοῦ τινος ἡμῖν ἕδρᾳ χωρίου, ὡς ἀπ' ἐκείνου πάντ' ἴδοις· σὺ δὲ, εἰ μὴ ἐς τὸν οὐρανὸν ἀφελθεῖν δυνατὸν ἦν, οὐκ ἂν ἐκάμνομεν. οὐ γὰρ ἂν ἀφειδῶς ἀπόντα καθεώρας. ἐπεὶ δὲ ἡ θέμις εἰδώλοις ἀεὶ ξυνόντα ὑπιβατεύειν τῷ βασιλείων τοῦ Διός, ὥρα ἡμῖν ὑψηλόν τι ὄρος κατασκοπεῖν. ΧΑ. οἶσθα ὦ Ἑρμῆ ἃ δεῖ εἴωθα λέγειν ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς, ἐπειδὰν πλέωμεν; ὁπόταν γὰρ ὁ πνεύμων καταιγίσῃ, πλαγίᾳ τῇ ὀθόνῃ ἐμπέσῃ, καὶ ὁ κῦμα ὑψηλὸν ἄρθῃ, τότε ὑμεῖς μὲν ὑπ' ἀγνοίας κελεύετε τὴν ὀθόνιον σείλαι, ἢ ἐνδοῦναι ὀλίγον τοῦ ποδὸς, ἢ στρέφεσθαι τῷ πνεύματι· ἐγὼ δὲ, τὴν ἡσυχίαν ἄγειν κατακελεύομαι ὑμῖν· αὐτὸς γὰρ εἰδέναι τὰ βέλτιω. κοὐκοῦν καὶ σὺ πρᾶττε, ὁπόσα καλῶς ἔχειν νομίζῃς, κυβερνήτης γε ὤν. ἐγὼ δὲ ὥσπερ ὑπιβάταις νόμος, σιωπῇ καθεδοῦμαι, πάντα πειθόμενος κελεύοντί σοι. ΕΡ. ὀρθῶς λέγεις, αὐτὸς γὰρ εἴσομαι τί ποιητέον, καὶ ξυρήσω τὴν ἰχνηλάτην σκοπήν. ἆρ' οὖν ὁ Καύκασος ὑπιτήδειος, ἢ ὁ Παρνασσὸς ὑψηλότερος, ἢ ἀμφοῖν ὁ Ὄλυμπος ἐκφανεῖ; καίτοι τί φαῦλόν τι αἰεμυήσθαι ἐς τὸν Ὄλυμπον ἀπιδών. συγκαμεῖν δέ τι καὶ ὑπουργῆσαι χρὴ σὲ δή. ΧΑ. πρόσταττε· ὑπουργήσω γὰρ ὅσα δυνατά. ΕΡ. Ὅμηρος ὁ ποιητὴς φησι, τοὺς Ἀλωέως υἱέας, δύο καὶ αὐτοὺς ὄντας, ἐπὶ παῖδας, ἐθελῆσαί ποτε τὴν Ὄσσαν ἐκ βάθρων αἰακαπάσαντας, ὑπιθεῖναι τῷ Ὀλύμπῳ, εἶτα ὃ Πήλιον ἐπ' αὐτῇ, ἰχνηλατοῦντε τοῦτο κλίμακα ἔχειν οἰομένοις καὶ πρόσβασιν ὑπὸ τὸν οὐρανόν. ἐκείνω μὲν οὖν τὼ μειρακίω ἀπαθάλω γὰρ ἦστον, δίκας ἐπισάντε. νὼ δὲ, (οὐ γὰρ ὑπὲ κακῷ τῶν θεῶν τοῦτα βουλεύομεν) τί οὐχὶ οἰκοδομησόμεθα καὶ αὐτοὶ κοὐ τὰ αὐτὰ, ὑπικυλινδοῦντες ἐπάλληλα τὰ ὄρη, ὡς ἔχοιμεν ἀφ' ὑψηλοτέρου ἀκριβεστέραν τὴν σκοπήν; ΧΑΡ. καὶ δυνησόμεθα ὦ Ἑρμῆ δύ' ὄντες ἀναθέσθαι, ἀριθμοῦ ὄντος Πήλιον ἢ τὴν Ὄσσαν; ΕΡ. ὅρα τί σοι οὐκ αὖ ὦ Χάρων; ἢ ἀξιοῖς ἡμᾶς ἀβλητεστέρους εἶναι τῶν βρεφυλλίων ἐκείνων; καὶ ταῦτα, θεοὺς ὑπάρχοντας; ΧΑ. ἴσκε· ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα δοκεῖ μοι ἀπίθανόν τινα τὴν μεγαλουργίαν ἔχειν.

A hîc agatur, neſcio. MERC. Breuiter, ô Charon, editiore aliquo loco opus erit, vt inde cuncta queas proſpicere. Cęterùm ſi in cœlum ſubuolare tibi foret facultas, non laboraremus. Cùm autem te, cui ſemper cum mortuorum ſimulachris commercium fuit, Iouis regiã calcare minimè liceat, iam tempus fuerit excelſum aliquem montem diſquirere. CH. Noſti, ô Mercuri, quæ ad vos inter nauigandum dicere conſueuerim: ſi quidem vbi procelloſus ventorum flatus obliquo velo incubuerit, vt in ſublime tollantur fluctus: ibi vos, quæ eſt veſtra imperitia, iubetis vel velum trahere, vel pedem pauliſper accommodare, vel etiam B ipſius venti curſum ſectari: at ego quietem vos agere iubeo: ipſum enim me, quod optimum ſit, non ignorare. Quin ergo & tu quidem hæc imitaris, & in præſentia quum ſis gubernator, quæ tibi conuenire viſa fuerint, facito: ego verò, vt eſt vectorum conditio, tacitus ſedebo, per omnia tibi iubenti obſecundans. MER. Rectè admones ô Charon, ipſe enim quid facto opus ſit, ſciero, ac ſpeculam nobis idoneam inuenero. Num ergo Caucaſus idoneus, aut hoc altior Parnaſſus, aut vtroque eminentior Olympus ille? Atqui in Olympum mihi intuenti non contemnendi cuiuſdam conſilij in mentem venit: verùm ad hanc rem C tuo & labore & obſequio pariter erit opus. CH. Tuum ergo fuerit imperare ô Mercuri: equidẽ pro mea virili in omnibus parere conabor. MER. Homerus poëta dicit, Aloëi filios, cùm & ipſi duo eſſent, ad hæc pueri, ſtatuiſſe olim vnà cum radicibus Oſſam euulſum Olympo ſuperimponere, deinde & huic Pelion, quòd arbitrarentur hoc pacto ſufficientem ſe gradum & aſcenſum in cœlum habituros. Verùm hi adoleſcentuli cùm impij eſſent, audaciæ ſuæ pœnas dederunt. D Nos autem qui hæc in deorum iniuriam minimè molimur, cur nõ & ipſi eandem viam ædificamus, montem monti agglomerando, quò videlicet exactiorem & commodiorem habeamus proſpectum? CH. Et duobus nobis ô Mercuri, vires ſuffecerint ad loco mouendum vel Pelion, vel etiã Oſſam? M. Quid ni ô Charon? an tu nos abiectiores magiſque imbecillos infantulis illis iudicas? maximè quum ſimus dij? CH. Nequaquam: ſed res ipſa incredibilem quãdam magnifici oſtentationem operis continere videtur.

MER. Non iniuria: rusticus enim es, & in elegantia poëtica minimè versatus. At egregius Homerus duobus statim versibus accessum nobis parauit in cœlũ, adeò facilè cõgestis montibus. Porrò demiror hęc tibi prodigiosa videri, quũ tamen Atlanta non ignores, qui vel solus cœlum ipsũ fert, vniuersos nos sustinens. Sed & de fratre meo Hercule fortè audisti, quomodo ipsi illi Atlãti in officiũ successerit, ipseq; se oneri tantisper dũ ille interquiesceret, supposuerit? CH. Audio sanè huiusmodi: an autẽ vera sint, tu & poëtæ videritis. M. Verissima, ô Charon: alioqui qua gratia viri illi sapiẽtes ementirentur? Itaque quod felix faustumq; sit, primùm Ossam eruamus, quemadmodũ carmen præscribit, & ipse architectus Homerus: At super Ossam Pelion arboribus dẽsum. Vides quàm citra negotium pariter & quàm poëticè effecerimus? Age, hac mole cõscensa dispiciã num aut hæc faciant satis, aut plura superstruere oporteat. Papæ! quid hoc? Hęremus adhuc in ipsa cœli radice. Etenim ab oriẽte sole vix Ionia & Lydia cõspiciuntur: ab occidente verò non amplius Italia ac Sicilia. Porrò à Septentrione, ea solũ quæ Istro adiacẽt, apparent. Illinc autẽ Creta, neq; hęc admodum apertè. Quare sicuti videtur, & Oetam transponere oportet: postremò omnibus superimponẽdus Parnassus. CH. Sic faciamus. At hoc solùm vide, ne plus æquo attenuãdo opus, ipsum tenuius fragiliúsque reddamus, ita vt tandem vnà cum ipsa mole deturbati, Homericam illam ædificandi rationem nimis amaram experiamur, nimirum caluariis ex casu perfractis. M. Bono animo es ô Charon; res omnis in vado erit, tu Oetam trãspone, adoluetur & Parnassus. En iterum cõscendã. Bene habet, cuncta iam cõspicio: & tu nunc ascẽde. CH. Manum mihi porrige ô Mercuri. neque enim paruã ac humilẽ molem me facis ascendere. M. Si singula cõtueri gestis, ô Charõ, discrimini te cõmittas oportet. Non enim ita cõparatum est, vt simul & extra periculũ sis constitutus, & tamen, quę cupis, liceat spectare. Postremò hac mea dextra niteré, ac pedetẽtim scandendo, ne in lubrico pedem figas, caue. Nunc omni ex parte res bene se habet, quũ & tu superaris. Iam verò quoniam bicipiti vertice prominet hic Parnassus, vterque altero occupato cõsidamus. Tu autem nũc oculis in orbem mihi ductis, intuere vniuersa.

A ΕΡ. εἰχότως· ἰδιώτης γὰρ εἶ ὦ Χαρών, καὶ ἥκιστα ποιητικός. ὁ δὲ γλυκὺς Ὅμηρος, ἀπὸ δυοῖν στίχοιν αὐτίκα ἡμῖν ἁμβατὸν ἐποίησε τὸν οὐρανόν, οὕτω ῥᾳδίως συνωθήσας τὰ ὄρη. καὶ θαυμάζω εἴ σοι ταῦτα τερατώδη φαίνεται, τὸν Ἄτλαντα δηλαδὴ εἰδότι, ὃς τὸν πόλον αὐτὸν εἰς ὢν, φέρει, μετέχων ἡμᾶς ἀπονους. ἀκούεις δὲ ἴσως καὶ τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ πέρι, τοῦ Ἡρακλέους, ὡς δεξιὸς ἐγένετό ποτε αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν Ἄτλαντα, καὶ ἀναπαύσας τινὰς ὀλίγον τοῦ ἄχθους, ὑποθεὶς ἑαυτὸν τῷ φορτίῳ; ΧΑ. ἀκούω καὶ ταῦτα. εἰ δὲ ἀληθῆ ἐστί, σὺ μὲν ὦ Ἑρμῆ, καὶ οἱ ποιηταὶ εἰδῆτε. ΕΡ. ἀληθέστατα ὦ Χαρών. ἢ τίνος γὰρ ἕνεκα σοφοὶ ἄνδρες ἐψεύδοντο αὖ; ὥστε ἀναμοχλεύωμεν τὸν Οσσαν τοῦτον, ὡς τοῦ ἡμῖν ὑφηγεῖται ὁ ἔπος, καὶ ὁ ἀρχιτέκτων Ὅμηρος, Αὐτὰρ ἐπ' Οσσῃ Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ὁρᾷς, ὅπως ῥᾳδίως ἅμα καὶ ποιητικῶς ἐξεργασόμεθα; φέρε οὖν ἀναβὰς ἴδω, εἰ καὶ ταῦτα ἱκανά, ἢ ἐποικοδομεῖν ἔτι δεήσῃ. παπαῖ. κάτω ἔτι ἐσμὲν ἐν τῇ ὑποπτείᾳ τοῦ οὐρανοῦ. ἀπὸ μὲν γὰρ τῆς ἑῴας, μόλις Ἰωνία καὶ Λυδία φαίνεται· ἀπὸ δὲ τῆς ἑσπέρας, οὐ πλέον Ἰταλίας καὶ Σικελίας· ἀπὸ δὲ τῶν ἀρκτῴων, τὰ ὑπὲρ τὰδε τοῦ Ἴστρου μόνα· κἀκεῖθεν, ἡ Κρήτη οὐ πάνυ σαφῶς. μεταχωρητέα ἡμῖν ὦ πορθμεῦ καὶ ἡ Οἴτη ὡς ἔοικεν· εἶτα ὁ Παρνασσὸς ὑπὲρ πᾶσιν. ΧΑ. ὕστω ποιῶμεν. ὅρα μόνον μὴ λεπτότερον ἐξεργασώμεθα τὸ ἔργον, ἀπομηκύνοντες πέρα τοῦ πιθανοῦ· εἶτα συγκαταρριφθέντες αὐτῷ, πικρὸς ὁ Ὁμήρου οἰκοδομητικῆς πειρατὴς ὤμην ξυντεθεῖσθαι τῶν κρημνίων. ΕΡ. θαῤῥεῖ. ἀσφαλῶς γὰρ ἕξεις ἀπόνως· μεταπήδησον τὸν Οἴτην ὑπερκυλινδείσθω καὶ ὁ Παρνασσός. ἰδού, ἐπιθήσω μου τῆς· δὸς ἔχειν· πόνηρα ὁρῶ. ἀναβαίνε ἤδη καὶ σύ. ΧΑ. ὄρεξον ὦ Ἑρμῆ τὴν χεῖρα. οὐ γὰρ ὑπὸ μικρὰν με ταύτην τὴν μηχανὴν ἀναβιβάζῃς. ΕΡ. εἶέν καὶ ἰδεῖν ἐθέλεις ὦ Χάρων ἀπόνως, οὐκ ἔνι δὲ ἄμφω, καὶ ἀσφαλῆ καὶ φιλοθεάμονα εἶναι· ἀλλ' ἔχου μου τῆς δεξιᾶς, καὶ φείδου μὴ χεῖρα τοῦ ὀλισθηροῦ πατεῖν· οὕτω γὰρ ἀνελήλυθας καὶ σύ. καὶ ἐπεὶ δικόρυμβος ὁ Παρνασσός ἐστι, μίαν ἑκάτερος ἄκραν ὑπολαβόμενοι, καθεζώμεθα. σὺ δέ μοι ἤδη ἐν κύκλῳ περιβλέπων, ὑπόσκοπει ἅπαντα.

ΧΑΡ. ὁρῶ γῆν πολλὴν, καὶ λίμνην πε-
ρὶ μεγάλην περιῤῥέουσαν, καὶ ὄρη, καὶ πο-
ταμοὺς, τὸν Κωκυτὸν καὶ Πυριφλεγέθοντος
μείζονας· καὶ ἀνθρώπους πάνυ σμικροὺς,
καὶ τινας φωλεοὺς αὐτῶν. ΕΡ. πόλεις σκή-
ναί εἰσιν, οὓς φωλεοὺς σὺ νομίζεις. ΧΑ.
οἶσθα ὦ Ερμῆ ὡς σοῦ ἡμῖν πέπεμπται;
ἀλλὰ μάτην τὸν Παρνασσὸν αὐτῇ Κασ-
ταλίᾳ, καὶ τὴν Ὀίτην, καὶ τἆλλα ὄρη με-
τεκινήσαμεν. ΕΡ. ὅ,τι τί; ΧΑ. σοῦ ἐν-
τεῦθεν ἀκριβὲς ἔγωγε ἀπὸ τῆς ὑψηλοῦ ὁρᾶν ἐβου-
λόμην δὲ ἅ πόλεις καὶ ὄρη αὐτὰ μόνον ὥσ-
περ ἐν γραφαῖς ὁρᾶν, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώ- B
πους αὐτοὺς, καὶ ἃ πράττουσι, καὶ οἷα λέ-
γουσι. ὥσπερ ὅτε με τοιοῦτον ἐντυχὼν εἶ-
δες γελῶντα, καὶ ἤρου με ὅ,τι γελοῖον. ἀκού-
σας γάρ τινος, ἅδην ἐς ἐσπέραν. ΕΡ.
τί δὲ τοῦτ' ἦν; ΧΑ. ὅτι δεῖπνον οἴμην κλη-
θεὶς ὑπό τινος τῶν φίλων, ἐς τὴν ὑστεραίαν
μέλιττα ἤξω, ἔφην· καὶ μεταξὺ λέγοντος, ἀπὸ
τοῦ τέγους κεράμιδι βληθεῖσα, οὐκ οἶδ'
ὅπου κυήσαντες, ἀπέκτεινεν αὐτόν. ἐγέλα-
σα οὖν, οὐκ ἐπιτελέσαντος τὴν ὑπόσχε-
σιν. ἔοικα δὲ καὶ νῦν ὑποκαθήσεσθαι, ὡς
μᾶλλον βλέποιμι, καὶ ἀκούοιμι. ΕΡ. ἔχ'
ἀτρέμας, καὶ τοῦτο γάρ ἐγώ ἰάσομαί σοι, καὶ
ὀξυδερκέστατον ἐν βραχεῖ ἀποφανῶ, πρὸς
Ομήρου τινὰ καὶ θεὸς τοῦτο ἐπῳδὴν λα-
βών. καὶ πείσθητί μοι τὰ ἔπη, μέμνησο μη-
κέτι ἀμβλυώττειν, ἀλλὰ σαφῶς πάντα ὁρᾶν.
ΧΑ. λέγε μόνον. ΕΡ.

Ἀχλὺν δ' οἱ περὶ πᾶσαν ὀφθαλμῶν ἔλον, ἣ
πρὶν ἔπῆεν,
Ὄφρ' εὖ γιγνώσκῃς ἠμὲν θεὸν, ἠδὲ καὶ ἄνδρα.

ΧΑ. τί ὅστιν; ΕΡ. ἤδη ὁρᾷς; ΧΑ. σοφ- D
φυῶς γε. τυφλὸς ὁ Λυγκεὺς σκηνῆς, ὡς πρὸς
ἐμέ. ὥστε σὺ δὴ ὅτι τοῦτῳ προδίδασκέ με,
καὶ ἀποκείνῃ ἐρωτῶντι. ἀλλὰ βούλῃ καὶ τὸν
Ομηρον ἐγὼ ἐρωμαί σε, ὡς μάθῃς ὅσῃ αὐ-
τὸν ἀμελῇ ὄντα με τῷ Ομήρου; ΕΡ. καὶ
πόθεν σὺ ἔχῃς τι τῶν ἐκείνου εἰδέναι, ναύτης
ἀεὶ καὶ πρόσκωπος ὤν; ΧΑ. ὁρᾷς, ὀνειδι-
στὸν τοῦτο ἐς τὴν τέχνην. ἐγὼ δὲ ὁπότε δια-
πορθμεύων αὐτὸν ἀποθανόντα, πολλὰ ραψῳ-
δοῦντος ἀκούσας, οἷον ἔτι μέμνημαι. καὶ-
περ χθιζὸν ἡμᾶς ὁ μικρὸς τότε κατέλαβεν.

CHA. Terram video amplam, ac paludem quandã ingentem, quæ vndiq; terrã circumfluit: tum montes ac fluuios & Cocyto & Phlegethonte ampliores. Ad hæc, homines admodũ exiles, pariter & horum nidulos quoſdam. MER. Vrbes illæ ſunt, quos tu nidos arbitraris. CHA. Vides quàm nihil nobis tanto labore ſit effectum? quin fruſtra ſede mouimus Parnaſſum vnà cũ Caſtalio, tum & Octam, cæteroſq; mõteis omneis. ME. Quid ita? CH. Equidẽ è ſublimi exactè deſpicio nihil: deſiderium autem erat non vrbes ſolùm, neq; montes ipſos tanquã in tabula depictos intueri, verùm & homines ipſos, tũ quę faciant, quæq; loquantur, exaudire, haud ſecus ac priùs cùm tu obuius mihi factus ridentem conſpiceres, ac quidnam riderem, percunctareris. Nam cùm ridiculũ quiddam audirẽ, mirum in modum delectabar. MER. Quodnam hoc erat? CH. Cùm quidam ab amicorum quopiam ad cœnã, opinor, vocatus eſſet, in poſterum, inquit, diem veniam maximè. Atque interim dum hæc diceret, tegula quædã neſcio quo deturbãte à tecto in caput huic irruens, ipſum necauit. Riſi ergo hominem; vt qui promiſſa minimè C præſtaret. Sed & nunc quo magis audiã, magiſque videam, deſcendendum mihi cenſeo. MER. Quietus es: nam & huic malo remedium inuenero, atque incantatione quadã ab Homero accepta, videndi aciem acutiſſimam tibi vel breui reddidero. Ac poſteaquam carmina ipſa pronunciaro, memor ſis non ampliùs hallucinari, verùm apertè cuncta contueri. CHA. Dic ſolùm. MERC.

Dimoui nubem, viſum quæ texerat antè,
Vt tandẽ agnoſcas qui ſint, hominéſve, deíve.

CHA. Quid eſt? MERC. An non iam vides? CHAR. Maximè: cæcus ſanè Lynceus ille, ſi mecum componatur. Itaque deinceps hoc primùm me velim doceas, mihique percunctanti reſpondeas. Sed heus tu, vin' & ipſum me Homericis verſibus tecum agere, quò videlicet intelligas, neque ipſum me ab Homeri elegantia abhorrere? MERC. Vnde tu quæſo illius aliquid ſcire poſſes, nauta cùm ſis, & cum remis rem habeas? CHAR. Vides? opprobria ſunt hæc in artem. At ego cùm illum vita iam functum traiicerem, multa ex ordine canentem audiui, quorum nonnulla adhuc in memoria hærent. Porro tempeſtas nõ mediocris tum nobis incubuit.

Breuis hypotypoſis terræ.

Etenim posteaquam cantilenam quandam nauigantibus non admodum prosperam neque salutarem fuisset auspicatus, carminum vi impulsus Neptunus, & nubes conuocauit, atque tridente velvt vnco quodam hamo iniecto, cùm fluctuum procellas excitauit, tum aliis multis turbis vniuersum miscebat mare, adeò vt parum abfuerit quin tempestas quæ vnà cum densa caligine imminebat, nauem nobis subuertisset. Tum ergo & ille nauseabundus bonã carminum partem Scyllæ & Charybdi euomuit: sed & Cyclopi. MER. Non ergo difficile fuit ex tanto vomitu paucula aliqua reseruare. CHA. At dic mihi, [*cuíusque,*

Crassus ille quis est, vir magnus conspi-
Vertice sublimi, atque humeris latissimus
amplis?

MER. Milo Crotoniata hìc est athleta. Applaudunt autem ei Græci, quòd taurum sublatum solus per mediũ ferat stadium. CH. At quanto iustiori causa ô Mercuri ipsum me laudibus veherẽt, qui paulò pòst ipsum tibi Milonem quantus est, correptum in nauiculam imponam? nempe vbi à morte inuictissimo aduersario lucta superatus ad nos venerit, quando nec ipse planè intelliget qua cruris implicandi ratione sit deiectus: tũ profectò nobis plorabit, recordatus & harum coronarum, & huius applausus. Nunc autẽ quia propterea quòd taurum gestarit, est admirationi, grãdia sapit, ac mirificè sibi placet. Quid ergo de ipso arbitrabimur? Num quòd mortem etiam aliquãdo sibi imminere speret? MER. Quid? ille mortis recordaretur in tanto flore? CH. Missum hũc face ô Mercuri, risũ nobis haud ita multo pòst exhibiturum, quando videlicet nobiscũ nauigãs, ne culicem quidem ampliùs, nedum taurũ ferre poterit. Sed illud tu mihi dicas velim, quis alius ille vir grauis, ac seueritate quadã verendus, nec tamen Græcus, quantũ ex peregrino habitu cõiici potest? MER. Cyrus, ô Charon, Cambysis filius, qui imperium quod olim Medi obtinebant, ad Persas trãstulit, atq; idẽ Assyrios nuper deuicit, & Babylonẽ expugnauit: ad hoc exercitũ in Lydiã traducere iam parat, hoc iam in animo destinans, vt Crœso superato imperiũ habeat in omneis. CH. At Crœsus vbi tandẽ ille? M. Illorsũ oculos deflecte in magnã illam arcem, quæ triplici muro est septa: Sardeis illæ. An non Crœsum ipsum vides in aureo sedẽtem solio,

A ἐπεὶ γὰρ ἤρξατο ἀᾴδειν ὁ πρὼν ἄῃσίν τινα ἡδὺν τοῖς πλέουσιν, ὡς ὁ Ποσειδῶν σωπήσας τὰς νεφέλας, καὶ ἐπάραξε τὸν πόντον, ὥσπερ τορμίῳ τινὰ ἐμβαλὼν τὴν τρίαιναν, καὶ πάσας τὰς θυέλλας ὠρόθυνε, καὶ ἄλλα πολλὰ κυκῶν τὴν θάλασσαν ἅπασαν ἐποίει τῶν ἐπῶν, χάμωσεν ἄφνω καὶ γνόφος ἐμπεσών, ὀλίγου δεῖν ὠθιέπρεψεν ἡμῖν τὴν ναῦν. ὅτε δὴ καὶ ναυτιάσας ὁκρίος, ἀπήμεσε τῶν ῥαψῳδιῶν τὰς πολλὰς αὐτῇ Σκύλλῃ, καὶ Χαρύβδῃ, καὶ Κύκλωπι. ΕΡ. ὁ χαλεπὸν οἷον ἰὼ ὦ ἐκ τοσούτου ἐμέτου ὀλίγα γοῦν ἀφυλάκτησεν. ΧΑΡ. εἰπὲ γάρ μοι

B Τίς γὰρ ὅδ' ὅστις πάχιστος ἀνὴρ, ἠΐς τε, μέγας τε, Ἐξοχος ἀνθρώπων κεφαλὴν καὶ ὠμοὺς εὐρέας ὤμους;

ΕΡ. Μίλων οὗτος ὁ ἐκ Κρότωνος ἀθλητής. ὑπερεκροτοῦσι δ' αὐτῷ οἱ Ἕλληνες, ὅτι τὸν ταῦρον ἀραμένος φέρει δρόμῳ τὸν σταδίου μέσου. ΧΑ. καὶ πόσῳ δικαιότερον ἂν ἐμὲ ὦ Ἑρμῆ ἐπῃνοῦεν, ὃς αὐτὸν σοι τὸν Μίλωνα μετ' ὀλίγον ξυλλαβὼν, ἐμβήσομαι ἐς ὃ σκαφίδιον, ὁπότ' ἂν ἥκῃ πρὸς ἡμᾶς ὑπὸ τοῦ ἀμαχωτάτου τῶν ἀπαγωνιστῶν καταπαλαισθεὶς τῷ

C θανάτῳ, μηδὲ ξυνεὶς ὅπως αὐτὸν ὑποσκελίσῃ; καίτοι οἰμώξεται ἡμῖν δηλαδή, μεμνημένος τῶν στεφάνων τούτων, καὶ τοῦ κήρυκος. νῷ δὲ μέγα φρονῶ, θαυμαζόμενος ὅτι τῇ τοῦ ταύρου φορᾷ. τί οὖν οἰηθῶμεν, ἆρα ἐλπίζειν αὐτὸν καὶ τεθνήξεσθαί ποτε; ΕΡ. πόθεν ὄκριος θανάτου νῷ μνημονεύσειεν αὖ ἐν ἀκμῇ τοσαύτῃ; ΧΑ. ἔα τοῦτον ὄκνει εἰς μακρὰν γέλωτα ἡμῖν παρέξοντα, ὁπότ' αὖ πλέῃ· μηδὲ ἐμπίδα. ὄχ ὅπως ταῦρον ἐπὶ ἄρασθαι δυνάμενος. σὺ δέ μοι ὄκριε εἰπέ,

D πῆς τ' ἀρ' ὅδ' ἄλλος ὁ σεμνὸς ἀνήρ; ὄχ Ἕλλην ὡς ἔοικεν ἀπὸ γοῦν τῆς στολῆς. ΕΡ. Κῦρος ὦ Χάρων ὁ Καμβύσου, ὃς τὴν ἀρχὴν πρὸς Μήδων ἐχόντων, νῦν Περσῶν ἤδη ἐποίησεν εἶ). καὶ Ἀσσυρίων ἐναλιγκίως οὗτος ὄκριτος ἐκράτησε, καὶ Βαβυλῶνα πρὸς ἐκτήσατο· ᾧ νῦν ἐλαύνοντι ὅτι Λυδίαν ἔοικεν, ὡς καθελὼν τὸν Κροῖσον, ἄρχοι ἁπάντων. ΧΑ. ὁ Κροῖσος δ' ποῦ ποτε χάκρος ὄστιν; ΕΡ. ὄκριε ἀπόβλεψον ἐς τὴν μεγάλην ἀκρόπολιν, τὴν δὲ τειπλοῦν τεῖχος· Σάρδεις ὄκριαι. καὶ τὸν Κροῖσον αὐτὸν ὁρᾷς ἤδη ὑπὸ κλίνης χρυσῆς καθήμενον,

Σόλωνι τῷ Ἀθηναίῳ διαλεγόμενον; βούλῃ ἀκούσωμεν αὐτῶν ὅ,τι καὶ λέγουσι; ΧΑ. πάνυ μὲν οὖν. ΚΡ. ὦ ξένε Ἀθηναῖε, εἶδες γάρ μου τὸν πλοῦτον, καὶ τοὺς θησαυροὺς, καὶ ὅσος ἄσημος χρυσός ἐστιν ἡμῖν, καὶ τὸ ἄλλο πολυτέλειαν, εἰπέ μοι τίνα ἡγῇ τῶν πάντων ἀνθρώπων εὐδαιμονέστατον εἶναι; ΧΑ. τί ἆρα ὁ Σόλων ἐρεῖ; ΕΡ. θαρρῶν· οὐδὲν ἀγνοεῖς ὦ Χάρων. ΣΟ. ὦ Κροῖσε, ὀλίγοι μέν οἱ εὐδαίμονες. ἐγὼ δὲ ὧν οἶδα, Κλέοβιν καὶ Βίτωνα ἡγοῦμαι εὐδαιμονεστάτους γενέσθαι, τοὺς τῆς ἱερείας παῖδας. ΧΑ. τῆς Ἀργόθεν φησὶν οὗτος, τοὺς ἅμα τῷ ὀχήματι ἀποθανόντας, ἐπεὶ τὴν μητέρα ἐπόδυτοι ὄντες, εἴλκυσαν ἐπὶ τῆς ἀπήνης ἄχρι τοῦ ἱεροῦ. ΚΡ. ἔστω· ἐχέτωσαν τὰ πρῶτα ἐκεῖνοι τῆς εὐδαιμονίας· ὁ δεύτερος δὲ, τίς ἂν εἴη; ΣΟ. Τέλλος ὁ Ἀθηναῖος, ὃς δὴ τε ἐβίω, καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ τῆς πατρίδος. ΚΡ. ἐγὼ δὲ κἀθαρμα, ὅ σοι δοκῶ εὐδαίμων εἶναι; ΣΟ. οὐδέπω οἶδα Κροῖσε, ἢν μὴ προῇς τὸ τέλος ἀφίκῃ τοῦ βίου. Ὁ γὰρ θάνατος, ἀκριβὴς ἐλεγχος τῶν πλούτων, καὶ τὸ ἄχρι τοῦ τέρματος εὐδαιμόνως διαβιῶναι. ΧΑ. καλλίστα ὦ Σόλων, ὅτι ἡμῶν οὐκ ἀπιλέλησαι, ἀλλὰ τὸ πορθμεῖον αὐτὸ ἀξιοῖς γνῶναι τὴν τῶν πλούτων κρίσιν. ἀλλὰ τίνας ἐκείνους ὁ Κροῖσος ἐκπέμπει, ἢ τί καὶ ὅτι τῶν ὠμῶν φέρουσι; ΕΡ. πλίνθους τὰ Πυθίῳ χρυσᾶς ἀναθήσοι, μισθὸν τῶν χρησμῶν, ὑφ' ὧν ἢ ἀπολῆται μεγὰν ὕσερον. φιλόμαντις δὲ ἀνὴρ ἐκπόπως. ΧΑ. ἐκεῖνο γάρ ἐστιν ὁ χρυσὸς ὁ λαμπρὸν, ὁ ἀποσίλβον ὑπωχρον μετ' ἐρυθήματος· νεῦ γὰρ πρῶτον εἶδον, ἀκούων ἀεί. ΕΡ. ἐκεῖνο ὦ Χάρων τὸ ἀοίδιμον ὄνομα, καὶ πεμαχητόν. ΧΑ. καὶ μὴν οὐκ ἐρᾷ ὅ,τι ἀγαθὸν αὐτῷ πρόσεστιν, εἰ μὴ ἄρα τοῦτο μόνον, ὅτι βαρύνονται οἱ φέροντες αὐτό. ΕΡ. ὃ γὰρ οἶδα ὅσοι πόλεμοι διὰ τοῦτο, καὶ ἐπιβουλαὶ, καὶ λῃστεῖα, καὶ ἐπορκίαι, καὶ φόνοι, καὶ δεσμὰ, καὶ πλοῦς μακρὸς, καὶ ἐμπορίαι, καὶ δουλεῖαι; ΧΑ. διὰ τοῦτο ὦ Ἑρμῆ, τὸ μὴ πολὺ τοῦ χαλκοῦ διαφέρον; οἶδα γὰρ τὸν χαλκὸν, ὀβολὸν ὡς οἶδα πρὸς τῶν καταπλεόντων ἑκάστου λαμβάνον.

ac cum Solone illo Athenienſe diſſerentem? Vis auſcultemus qua de re verba faciant? CHA. Volo ô Mercuri. CR. O hoſpes Athenienſis, quia iam diuitias noſtras vidiſti, theſauros ſcilicet, & quantum nobis auri ſit rudis, tum & aliam ſupellectilem pretioſam: dic mihi, quemnam omnium hominum feliciſſimum arbitraris? CHA. Quid tandem dicet Solon? MER. Otioſo es animo, nihil, ô Charon, vel ingeneroſum, vel contemnendum. SOL. Felices quidem admodum pauci: verùm ex his quos ego noui, Cleobin & Bitonem ſacerdotis filios arbitror feliciſſimos extitiſſe. CHA. Argiuæ ſacerdotis hic dicit: qui nuper poſtquam matrem vehiculo inſidentem ad ſacrarium vſque, ipſi iugum ſubeuntes, adduxiſſent, è viuis ſtatim exceſſerunt. CROE. Eſto, habeant illi felicitatis primas: at quis tenebit ſecundas? SOL. Tellus Athenienſis, qui præterquam quòd bene vixit, mortem etiam pro patria obire non recuſauit. CROE. Ego verò, ô ſcelus, non tibi videor felix eſſe? SOL. Nondum ô Crœſe ſtatui, quòd necdum ad vitæ metam peueneris: rectiſſimus enim eius rei index ac certiſſimus mors ipſa exiſtit, & vita ad finem vſque feliciter perducta. CHA. Optimè facis ô Solon, quòd noſtri non es oblitus, quoniam cymbam ipſam his de rebus iudicare cenſes. Sed quinam illi quos Crœſus emittit, aut quid humeris geſtant? MER. Aureos Pythio lateres dicat, oraculi eius mercedem, cuius beneficio paulò pòſt peribit. Eſt enim vir ille plus æquo vatibus deditus, adeo vt omnino ex ipſis pendeat. CHA. Et illud eſt aurum ſplendidum ſcilicet, quódque ſubpallidum refulget rubore? nunc enim, quum antè iam ſæpe de eo audierim, ipſum primùm video. MER. Hoc celebre illud eſt nomen, cuius gratia tantopere pugnatur. CHA. Atqui non video quonam pretio commendetur: niſi hoc fortè ad rem pertinet, quòd qui ferunt, eo grauantur. MER. Non enim noſti quot huius gratia bella, quot inſidiæ, quot latrocinia, quot periuria, quot cædes, quot vincula, quámque longinqua nauigatio, quot mercaturæ, quot ſeruitutes? CHAR. Propter hócne ô Mercuri, quòd parum ipſi æri præſtat? Nam æs noui, vt qui à ſingulis vectoribus (quod & tu ipſe non ignoras) obolum cum delectu accipiam.

Cleobis & Biton.

Tellus Athenienſis.

MER. Est ita vt dicis ô Charon: verùm æs, quia magna est eius copia, non est in pretio: aurum verò, & huius quidem parum, hi qui terræ venas scrutantur, ex immenso profundo effodiunt: attamen ex terra prouenit, quemadmodum & plumbum, & reliqua metalla. CHA. Insignem quandam hominum stultitiam narras, qui tanto amore prosequuntur rem tum pallidam, tum etiam grauem. MER. At Solon ille aurum minimè mirari videtur, vt & planè vides. Nam cùm Crœsum ipsum, tum verò maximè hominis barbari iactantiam deridet, adeò, vt videatur etiam mihi hac ipsa de re Crœsum velle percunctari. quamobrem auscultemus. SOL. Dic mihi, ô Crœse, putásne laterum horũ indigere Apollinem?

Alius locus de donariis diis consecratis.

CROE. Per Iouem nullũ enim ipsi est donarium Delphis suspensum tam magnificum. SOL. Arbitraris ergo te deum beatum reddere, si inter alia multa tuo beneficio & aureos lateres possideat? CROE. Quid ni? SOL. Magnam mihi paupertatem in cœlo narras, ô Crœse, si deos, cũ fortè desiderẽt, aurum ex Lydia aduehere oportebit. CROE. Vbi enim alibi auri prouenirent tantũ, quantũ apud nos? SOL. Rursus illud mihi dicito: ferrũ in Lydia nascitur? CROE. Non temere. SOL. Potioris ergo rei indigi estis. CROE. Quînam? ferrũ præstãtius auro?

Aurúm ne præstãtius, an ferrũ.

SOL. Si citra stomachum respõdere velis, facilè quidẽ intellexeris. CROE. Interroga tu modò ô Solon. SOL. Vtri præstãtiores, an qui seruant ac defendũt, an qui seruantur & defenduntur? CROE. Qui seruant profectò. SOL. Quid ergo? Si (quemadmodũ quidã narrãt futurum) Lydos Cyrus adortus fuerit, aureósne gladios militi tuo facies, an ferro tũ erit opus? CR. Ferro sanè, ferro. S. Et si huius copiã non apparaueris, futurum vt egregiũ illud aurũ captiuum ad Persas abeat. CR. Bona verba, ô homo. SOL. Dij meliora velint, quã vt hæc hoc modò fiant. verùm tu hac via videris ferrũ auro nobilius fateri. CR. Ferreos ergo lateres Deo me consecrare iubes, aurum autem reuocare? SOL. Neq; ferro ille indiguerit: sed siue æs siue aurũ dicaris, aliis sanè futuram prædam ac possessionẽ suspenderis, & id quidem aut Phocensibus, aut Bœotiis, aut Delphis ipsis, aut etiam prædoni alicui tyrãno: deus autem aurifices tuos planè nihil moratur. CR. Semper tu quidẽ diuitias mihi inuides & oppugnas.

ΕΡ. ναί· ἀλλ' ὁ χαλκὸς πολὺ πολύς· ὥστε ὑ πολλοῦ ἀποδιδόμενος ὀλίγου ἐστίν· τοῦτον ὀλίγον ἐκ πολλοῦ τοῦ βάθους οἱ μεταλλεύοντες, ἀφορύτοιστι πολλῷ ἀλλ' ἐκ τῆς γῆς καὶ σοῦ ὡσαύτως ὁ μόλιβδος, καὶ πάλλα. ΧΑ. δεινήν τινα λέγεις τὴν ἀνθρώπων τινὰ ἀβελτηρίαν, οἳ τοσοῦτον ἔρωτα ἐρῶσιν ὠχροῦ καὶ βαρέος κτήματος. ΕΡ. ἀλλ' ὁ Σόλων γε ἐκεῖνος ὦ Χάρων ἐρᾷν αὐτοῦ φαίνεται, ὡς ὁρᾷς. καταγελᾷ γὰρ τοῦ Κροίσου, καὶ τῆς μεγαλαυχίας τοῦ βαρβάρου· καί μοι δοκεῖν ἔρεταί τι βούλεται αὐτῶν. ἐπακούσωμεν οὖν. ΣΟ. εἰπέ μοι ὦ Κροῖσε· οἴει γάρ τι δεῖσθαι τῶν πλούτων τούτων τὸν Πύθιον; ΚΡ. νὴ Δί'· ὃ γὰρ ὄζυν αὐτῷ ἐν Δελφοῖς ἀνάθημα οὐδὲν τοιοῦτον. ΣΟ. οὐκοῦν μακάριον οἴει τὸν θεὸν ἀποφαίνειν, εἰ κτήσαιτο ἐν τοῖς ἄλλοις καὶ πλίνθους χρυσᾶς; ΚΡ. πῶς γὰρ οὔ; ΣΟ. πολλὴν μοι λέγεις ὦ Κροῖσε πενίαν ἐν τῷ οὐρανῷ, εἰ ἐκ Λυδίας μεταπέμπεσθαι ὁ χρυσίον δεήσει αὐτοῖς, ἐὰν ὁπότε ἐπιθυμήσωσι. ΚΡ. ποῦ γὰρ τοσοῦτος ἂν γένοιτο χρυσὸς, ὅσος παρ' ἡμῖν; ΣΟ. εἰπέ μοι, σίδηρος δὲ φύεται ἐν Λυδίᾳ; ΚΡ. ὑ πάνυ τι. ΣΟ. τῷ βελτίονος ἄρα ἐνδεής ἐστε. ΚΡ. πῶς; ἀμείνων ὁ σίδηρος χρυσίου; ΣΟ. ἐὰν ἀποχρίνῃ μηδὲν ἀγανακτῶν, μάθοις ἄν. ΚΡ. ἐρώτα ὦ Σόλων. ΣΟ. πότερον ἀμείνους οἱ σώζοντες τινάς, ἢ οἱ σωζόμενοι ὑπ' αὐτῶν; ΚΡΟΙ. οἱ σώζοντες δηλαδή. ΣΟ. ἆρ' οὖν ἐὰν Κῦρος, ὡς λογοποιοῦσί τινες, ὁπλίτῃ Λυδοῖς, χρυσᾶς μαχαίρας σὺ ποιήσῃ τῷ στρατῷ, ἢ ὁ σίδηρος ἀναγκαῖος τότε; ΚΡ. ὁ σίδηρος δηλαδή. ΣΟ. καὶ εἴγε μὴ τοῦτον παρασκευάσαιο, οἴχοιτο ἂν σοι ὁ χρυσὸς εἰς Πέρσας αἰχμάλωτος. ΚΡ. βύφημει ὦ ἄνθρωπε. ΣΟ. μὴ γένοιτο μὲν οὖν ὅτῳ ταῦτα· φαίνῃ δ' οὖν ἀμείνω τὸν σίδηρον ὁμολογῶν. ΚΡ. ὑκοιῶ ἐς τὸν θεὸν κελεύεις σιδηρᾶς πλίνθους ἀναπέμπειν με, τὸν δὲ χρυσὸν ὀπίσω αὖθις ἀνακαλεῖν; ΣΟ. οὐδὲ σιδήρου σκῆπτός τε δέσεται· ἀλλ' ἐὰν τε χαλκὸν, ἐὰν τε χρυσὸν αἰτῇς, ἄλλοις μέν ποτε κτῆμα καὶ ἔρμαιον ἔσῃ ἀναπεφηκώς, Φωκεῦσιν, ἢ Βοιωτοῖς ἢ Δελφοῖς αὐτοῖς, ἢ τινι τυράννῳ ληστῇ· τῷ δὲ θεῷ ὀλίγου μέλει τῶν σῶν χρυσοποιῶν. ΚΡ. ἀεί σύ μου τῷ πλούτῳ πολεμεῖς καὶ φθονεῖς.

ΕΡ. Ὦ φέρφ ὁ Λύδος, ὦ Χαρών, πλὴν παῤ-
ρησίας, καὶ πλὴν ἀληθείας τῶν λόγων, ἀλλὰ
ξένον αὐτῷ δοκεῖ τὸ πρᾶγμα, πένης ἀν-
θρωπος ὢν καὶ ἀσημότατος, τὰ δὲ παρόντα με-
τρίως ἐλευθέρως λέγων. μεμνήσεται δ' οὐ μι-
κρὸν ὕστερον τοῦ Σόλωνος, ὅταν αὐτὸν δέῃ ἀνέρ-
πειν, ὅτι πλὴν πυρὰν ἐπὶ τοῦ Κύρου ἀνα-
βῆναι. ἤκουσα γὰρ τῆς Κλωθοῦς τοῦτο ἀνα-
γινωσκούσης τὰ ἑκάστῳ ὑπικεκλωσμένα· ἐν
οἷς καὶ ταῦτ' ἐγέγραπτο, Κροῖσον μὲν ἁλῶ-
ναι ὑπὸ Κύρου, Κῦρον δὲ αὐτὸν, ὑπ' ἐκ-
νοῦ τῆς Μασσαγέτιδος ἀποθανεῖν. ὁρᾷς πλὴν
Σκυθίδα, πλὴν ὅτι τοῦ ἵππου τοῦ λευκοῦ ὄζε-
λαυνούσην; ΧΑ. νὴ Δία. ΕΡ. Τόμυρις
ἐκείνη ἐστί. ἣ πλὴν κεφαλὴν γε ἀποτε-
μοῦσα τοῦ Κύρου αὐτῇ, εἰς ἀσκὸν ἐμβύσῃ πλή-
ρη αἵματος. ὁρᾷς δὲ καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν νεανί-
σκον; Καμβύσης ἐκεῖνός ἐστιν. οὗτος βασιλεύ-
σας μὲν τὸν πατέρα· καὶ μυρία σφαλεὶς ἔν τε
Λιβύῃ, καὶ Αἰθιοπίᾳ, ὃ τελευταῖον μανεὶς,
ἀποθανεῖται, ἀποκτείνας τὸν Ἆπιν. ΧΑ. ὦ
πολλοῦ γέλωτος. Ἀλλὰ πῶς τίς αὐ αὐτοῖς προ-
βλέψειεν ὄντως ὑπερφρονοῦσας τῶν ἄλλων;
ἢ τίς ἂν πιστεύσειεν ὡς μετ' ὀλίγον οὗτος μὲν αἰ-
χμάλωτος ἔσται, οὗτος δὲ, πλὴν κεφαλὴν ἔξω
τοῦ ἀσκοῦ αἵματος; ἐκεῖνος δὲ τίς ἐστιν ὦ Ερ-
μῆ, ὁ πλὴν πορφυρᾶν ἐφεστρίδα ἐμπεπορπη-
μένος, ὁ δὲ διάδημα, ᾧ τὸν δακτύλιον ὁ μά-
γειρος ἀναδίδωσι, τὸν ἰχθῦν ἀπατεμών Νή-
σῳ τινὶ ἀμφιρύτῃ βασιλεὺς ἢ τίς ἐστιν εἰ;
ΕΡ. Οὐκ οἶδ' ὦ Χαρών. Ἀλλὰ Πολυ-
κράτην ὁρᾷς τὸν Σαμίων τύραννον, πολυ-
δαίμονα οἰόμενον εἶ; ἀπὰρ καὶ οὗτος αὐτὸς,
ὑπὸ τοῦ πρεσβυτοῦ οἰκέτου Μαιανδρίου προ-
δοθεὶς Ὀροίτῃ τῷ σατράπῃ, ἀνασκολοπι-
σθήσεται, ἄθλιος ἐκπεσὼν τῆς εὐδαιμονίας ἐν
ἀκαρεῖ τοῦ χρόνου. καὶ ταῦτα γὰρ τῆς Κλωθοῦς
ἤκουσα. ΧΑΡ. Οὐκοῦν ὦ Κλωθοῖ, ψιλι-
κῶς καὶ αὐτοὺς ὦ βέλτιστε, καὶ τὰς κεφαλὰς
ἀπότεμνε, καὶ ἀνασκολόπιζε, ὡς εἰδῶσιν αὐ-
θρωποι ὄντες. ὑπὸ τοσούτῳ δὲ ἐπαιρέσθων,
ὡς ἂν ἀφ' ὑψηλοτέρου ἀλγεινότερον καταπε-
σούμενοι. ἐγὼ δὲ γελάσομαι τότε γνωρίσας
αὐτῶν ἕκαστον γυμνὸν ἐν τῷ σκαφιδίῳ, μήτε πορφυρίδα, μήτε πάχος, ἢ
κίνδυνον χρυσοῦν κομίζοντας. ΕΡΜΗΣ. Ὦ

MER. Non fert delicatus hic Lydus, ô Charon, verborum & libertatem, & veritatem: quin ei peregrina quædam res & noua videtur, hominem obscuro loco natum, ac pauperem, ea quæ vrgeant, intrepidè dicere. Atqui haud ita multò pòst Solonis recordabitur, nimirum quando eum à Cyro captum, in constructum rogum oportebit conscendere. Nam quę cuique, Parcarum fuso sint decreta, ipsam Clotho nuper legentem audiui, in quibus & hæc erant scripta: Crœsum quidem à Cyro captiuum duci, ipsum autem Cyrum à Massagetide illa necari. Viden' Scythicam illam fœminam candido vehentem equo? CHARON. Per Iouem. MER. Tomyris est, quæ sua ipsius manu Cyri caput detruncatum, in vtrem cruore refertum intrudet. Sed & filium Cyri vides adolescentem? Cambyses ille est. Is patre defuncto in imperium succedet. Ac vbi mille modis errarit & in Lydia, & in Æthiopia, tandem insania correptus, occiso à se Api, migrabit è vita. CH. O risum inexhaustum! Sed numquis vel aspicere sustineat ipsos, adeò sibi præ cæteris placentes? aut etiam cui credibile videri poterit, illum scilicet paulò pòst fore captiuum, hunc autem caput in vtre sanguine pleno habiturum? At quinam is est ô Mercuri, cui pallam purpuream fibula nectit, quem corona adornat, cuique coccus piscis vẽtre dissecto annulum exhibet? in gente mari septa regis se nomine iactat? MER. Bellè ô Charon, quod interim occinis: cæterùm Polycratem Samiorum tyrannum vides, qui ipse se modis omnibus felicem putat: verùm & hic tãdem ab assistente famulo Mæandrio Oroetæ satrapæ proditus, in crucẽ suffigetur. Miser sanè, qui vel temporis momẽto ex vniuersa felicitate exciderit. Nam & hæc nuper ex Clotho audiui. CHA. Præclarè ô Clotho. ita & ipsos in crucem suffige, & eorum capita generosè detrunca, quò se homines tandem agnoscant: sed & tuo beneficio in sublime adeò ferantur, nimirum vt postea quanto altiori ruina, tanto grauiori dolore decidant. Porro quod ad me attinet, quemcunque horum nudum in nauigio agnouero, eum maximè ridebo, quando neque purpuram, neque regium capitis tegmen, denique neque solium secum adferat aureum. MERC. Et

horum quidem fortuna sic se habebit. Sed & vastam quandam multitudinem vides, atque ex hac alios nauiganteis, alios bella gerenteis, alios in foro litiganteis, alios terram aratro proscindenteis, alios fœneranteis, postremò alios mendicanteis? C H A. Turbam quandam video variam, ac promiscuam, & vitam perturbationum plenam. Ad hæc ciuitates conspicio apum examinibus similes, in quibus proprium quemdam peculiarémque singuli habent aculeum, quo sibi vicinos pungunt. Quidam autem ex ipsis velut crabrones agúntque ferúntque imbecilliorem, ac viribus inferiorẽ. At agmen illud quod ex improuiso ipsos circumvolitat, quinam sunt? M E R C. Spes, ô Charon, & metus, & amentia, tum voluptas, auaritia, ira, odium, atque id genus alia. Ex his autem ignorantia infimæ turbæ est permista. Atque in eadem cum ipsis republ. degit ira, odiũ, æmulatio: tum & imperitia, hæsitantia, auaritia. Porrò metus & spes ipsos superuolitantes, ille quidem horrorem incutit, aliquando verò tantùm trepidare facit: hæ autem supra caput in altum vergentes, vbi quispiam apprehendere conetur, in sublime volantes aufugiunt, illis inhiantibus relictis: quod ipsum & Tantalum apud inferos ab aqua pati vides. Quòd si aciem intenderis, conspicies in alto & pareas ipsas ex penso singulis adnere tenuia quædam fila, quibus vniuersum mortalium genus subnixum dependet. Viden' quasi quosdam araneorum nexus ab ipsis fusis in singulis demissos? C H A. Equidem filum vt plurimùm admodum tenue ac fragile cuique è sublimi innexum video, hoc quidem illi, illud verò alij. M E R. Rectè vides ô portitor. Nam ab ipso fato imminet interitus, illi ab hoc, huic autẽ ab alio. Atque hunc hæredẽ fore eius, cuiuscunque filum fragilius fuerit: rursus autem illum huius: tale enim quiddam cõnexio illa portendit. Vides ergo cunctos à tenui filo suspensos. Atque hic quidem ex ipsis in altum subtractus, sublimis est: verùm paulò pòst vbi ponderi tanto sustinendo non ampliùs par fuerit, filo diruptо decidens, ingentem excitabit strepitum. Alius autem, qui paululum tantùm à terra fuerit subductus, tametsi cadat, citra tamen strepitum iacebit, adeò vt ruinam vix ipsi exaudiant vicini. C H A. Nimis quàm ridicula sunt hæc ô Mercuri.

ΑΓΟ. χάριέν λέγῃς, εἰ πρότερον κιθαρῳδὸν γιγνόμενον, κἄπα εἶ) σοφὸν χρή. ΠΥΘ. εἶτ' ὀπὶ τουτέοισιν, ἀριθμέῳ. ΑΓΟ. οἶδα κἀγὼ ἀριθμεῖν. ΠΥ. πῶς ἀριθμέῳς; ΑΓ. ἕν, δύο, τρία, τέτταρα. ΠΥ. ὁρᾷς, ἃ σὺ δοκέῳς τέτταρα, ταῦτα δέκα εἰσὶ, καὶ τρίγωνον ἀτελὲς, καὶ ἡμέτερον ὅρκιον; ΑΓΟ. ἦ μὰ τὸν μέγιστον τοίνυν ὅρκον τὰ τέτταρα, ἦ ποτε ἑτέρῳς λόγῳς ἤκουσα, οὐδὲ μᾶλλον ἱερούς. ΠΥΘ. μὴ ὦ ξένε, εἴσεαι γῆς τε πέρι, καὶ ἠέρος, καὶ ὕδατος, καὶ πυρὸς, ὅπῃς αὐτέοισιν ἡ φορὴ· καὶ ὁκοῖα ἐόντα μορφοῦται, καὶ ὅκως κινέονται. ΑΓΟ. μορφοῦται γὰρ ἔχει τὸ πῦρ, ἢ ἀὴρ, ἢ ὕδωρ; ΠΥ. καὶ μάλα ἐμφανέα. ἦ γὰρ οἷά τε ἀμορφίῃ καὶ ἀγνωσίῃ κινέεσθαι. καὶ ὀπὶ τουτέοισι δὲ, γνώσεαι τὸν θεὸν ἀριθμὸν ἐόντα, καὶ ἁρμονίαν. ΑΓΟ. θαυμάσια λέγῃς. ΠΥ. πρὸς δὲ τοῖσδεσι τοῖσιν εἰρημένοισι, καὶ σεωυτὸν ἕνα δοκέοντα, καὶ ἄλλον ὀρεόμενον, καὶ ἄλλον ἐόντα εἴσεαι. ΑΓΟ. τί φῄς; ἄλλος εἰμὶ, καὶ οὐχ οὗτος, ὥσπερ νῦν πρὸς σὲ διαλέγομαι; ΠΥ. νῦν μὲν οὗτος, πάλαι δὲ ἐν ἄλλῳ σώματι καὶ ἐν ἄλλῳ ὀνόματι ἐφαντάζετο· χρόνῳ δ' αὖτις, ἐς ἄλλο μεταβήσεαι. ΑΓΟ. τοῦτο φῄς, ἀθάνατον ἔσεσθαί με, ἀλλαττόμενον ἐς μορφὰς πλείονας; ἀλλὰ πάνδε μὲν ἱκανῶς· τὰ δ' ἀμφὶ διαίτῃ, ὁποῖός τις εἶ; ΠΥ. ψυχίον μὲν οὐδὲν ἔν γε σιτέομαι· τὰ δ' ἄλλα, πλὴν κυάμων. ΑΓΟ. τίνος εἵνεκα μυσάττῃ τοὺς κυάμους; ΠΥ. οὐκ ἀλλ' ἱεροί εἰσι, καὶ θαυμαστὴ αὐτῶν ἡ φύσις. πρῶτον μὲν γὰρ ὅ πού γονή εἰσι· καὶ ἢν ἀποδύσῃς κύαμον ἔτι χλωρὸν ἐόντα, ὁμοίην τοῖσιν ἀνδρείοισι μορίοισιν ἐμφερέα πάντα φανεῖται. ἐψηθέντα δὲ, ἢν ἐπαφῇς ἐς τὴν Σελήνην νυκὶ μεμετρημένῃσιν, αἷμα ποιήσεις. ὃ δὴ μεῖζον, Ἀθηναίοισι νόμος, κυάμοισι τὰς ἀρχὰς αἱρέεσθαι. ΑΓΟ. καλῶς πάντα ἔφης, καὶ ἱερογραφικῶς. ἀλλ' ἀπόδυθι, καὶ γυμνόν σε ἰδεῖν βούλομαι. ὦ Ἡράκλεις, χρυσοῦς αὖτ' ὁ μηρὸς ἔστι. θεὸς, ἢ βροτός τις εἶ) φαίνεται· ὥστε ὠνήσομαι πάντως αὐτόν. πόσου τοῦτον ἀποκηρύττεις; ΕΡ. δέκα μνῶν. ΑΓΟ. ἔχω, τοσούτου λαβών. ΖΕΥΣ. γράφε τῷ ὠνησαμένῳ τοὔνομα, καὶ ὅθεν ἐστίν. ΕΡ. Ἰταλιώτης ὦ Ζεῦ δοκεῖ τις εἶ), τῶν ἀμφὶ Κρότωνα, καὶ Τάραντα,

A MERCA. Rem sanè gratam narras, si priùs quàm sapiens fiam, citharœdum me esse oportet. PYTH. Post hæc numerãdi artem addisces. MERCAT. Nũc etiam numerare scio. PYTH. Quomodo numeras? MERCAT. Vnum, duo, tria, quatuor. PYTH. Vides decem esse ea, quæ tibi videntur quatuor, & perfectum trigonum, nostrúmque iusiurandum? MERCAT. Per maximum igitur iuramentum quatuor, nunquam neque diuiniores neque sanctiores sermones audiui. PYTH. Post hæc verò hospes, de terra, aëre, déque aqua & igne scies cuiusmodi sit illis impetus, quam habeant formam, & quomodo moueantur. MERCAT. Formámne habent ignis, aër, & aqua? PYTH. Certè minimè obscuram: neque enim sine specie & forma moueri possent. Præterea ipsum etiam Deum numerum esse & harmoniam cognosces. MERCAT. Mira narras. PYTHAG. Ad hæc te ipsum quoque vnum videri scies, neque pro eo qui es, conspici. MERCAT. Quid narras? alius sum, & non is qui nunc tecum colloquor? PYTH. Nunc quidem ille es, quondam verò in alio corpore & alio sub nomine videbaris, & temporis progressu rursum aliud corpus indues. MERCAT. Itáne dicis? Immortalem me fore subinde alias atque alias formas induendo? Verùm de his satis. Iam quod ad rationem victus attinet, qualia es? PYTH. Nullum quidem animal edo, reliqua verò omnia, præter fabas. MERCA. Quamobrem odisti fabas? PYTH. Nullo quidem odio illas prosequor: verùm quia sacræ sunt, & mirabilem quandam naturam obtinent, ab illis abstineo. Primùm quidem planè genitales sunt: & si fabam adhuc viridem exuas, videbis eam omnino virilibus mẽbris similem naturam habere: elixam autem si deponas, certis noctibus, sanguinẽ feceris: & quod maius est, Athenienſium lex est fabis magistratus eligere. MERCA. Præclarè & religiosè omnia dicis: verùm exue te vestibus: nam nudum te videre cupio. O Hercules, aureum illi femur est. deus aliquis & non mortalis esse videtur: itaque omnino illũ emã. Quanti illũ æstimas? MERCV. Decem drachmis. MERCA. Habeo tãti acceptum. IVP. Scribe nomẽ emptoris, & vnde sit. MERCV. Ex ea parte Italiæ esse videtur, quæ circa Crotonem & Tarentum,

atque eius loci Græciam, sita est. Atqui non vnus tantùm, sed propè trecẽti communiter ipsum emerunt. IVP. Abducãt, alium adducamus. MERCV. Vis squalidum illum ex Ponto? IVPI. Omnino quidem. MERCV. Heus tu peram dependentem habens ex humeris, accede, & totum hunc consessum circumeas. Vitam vẽdo planè virilem, vitam optimam, & generosam, vitam liberam: quis emet? MERCAT. Quomodo inquis præco? an liberum tu vendes hominem? MERCV. Maximè. MERCAT. An non times ne te accuset tanquam plagiarium, aut in Areopago litem intendat? MERCV. Non est illi curæ quòd venditur: omnino enim se liberum esse putat. MERCA. Quis autem illius tam sordidi & miserè affecti vsus esse potest? nisi fossorem fortè aut lixã ex ipso facere aliquis velit. MERCV. Non hoc tantùm, imò si ipsum quoque custodem domus constitueris, multo fidelior erit quàm vlli canes: siquidem & ille canis appellatur. MERCA. Cuias autem est? aut quam artem profitetur? MERCV. Ipsum interroga: istud enim præstiterit. MERCA. Timeo vultum ipsius, seuerũ admodum, & tristem, & ne me accedentẽ allatret, aut per Iouẽ mordeat. Nonne vides quomodo lignum sustulerit, & contractis superciliis minaciter frementi & irato similis appareat? MERCA. Ne time: cicur enim est. MERCA. Primùm quidẽ ô bone dic, vnde es? DIO. Vnde vis. MERCA. Quomodo dicis? DIO. Mundi ciuẽ vides. MERCA. Quem verò imitaris? DIO. Herculẽ. MERCA. Cur igitur & leoninam non induis? nam baculo illum quidem refers. DIOG. Hoc quidem palliolum leoninæ pellis vice mihi est: pugno autẽ non secus atque ille aduersus voluptates: ídque nemine imperãte, sed mea sponte facio: sic enim vitã meam repurgare cõstitui. MERCA. Euge quàm præclarum institutum! verùm quid maximè te scire dicamus, aut qualem artem nouisti? DIO. Homines liberos facio, prẽterea medeor illorũ affectibus. In sũma, veritatis & audaciæ in loquẽdo, propheta esse volo. MERCA. Age ô propheta, si te emam, qua re me exercebis? DIO. Primùm cùm accepero, exutum deliciis, palliolo amictum, in egestatem concludam: postea ad labores compellam: tum humi dormire, aquam bibere, atque iis rebus quæ casu offeruntur, vesci faciam.

A καὶ τῷ ταύτῃ Ἑλλάδα. καίτοι οὐκ εἷς, ἀλλὰ τριακόσιοι ἀργύριον ἐώνηνται κ' κοινόν, αὐτόν. ΖΕ. ἀπαγέτωσαν· ἄλλον ἀπάγωμεν. ΕΡ. βάλε τὸν αὐχμῶντα ἐκεῖνον, τὸν Ποντικόν; ΖΕ. πάνυ μὲν οὖν. ΕΡ. σοὶ, ὦ τῷ πέραν ἀξιοπιστικὸς, ὁ ἀξιωμίας, ἐλθὲ, καὶ περίβλητι τὸν κύκλῳ σου συνέδριον. βίον ἀνδρικὸν πωλῶ, βίον ἄριστον, καὶ γνησίου βίον ἐλευθέρου· τίς ὠνήσεται; ΑΓΟ. ὁ κῆρυξ πῶς ἔφης; πωλεῖς τὸν ἐλεύθερον; ΕΡ. ἔγωγε. ΑΓΟ. εἶτα δ' δέδοικας μὴ σοι δικάσηται ἀνδραποδισμοῦ, ἢ κατηγορήσηταί σε ἐς Ἄρειον πάγον; B ΕΡ. σχολὴν αὐτῷ μέλει τῆς πράσεως· οἴεται γὰρ εἶναι πάντα πάντων ἐλεύθερος. ΑΓΟ. τί δ' ἂν τις αὐτῷ χρήσαιτο, ῥυπῶντι, καὶ ὅτῳ κακοδαιμόνως διακειμένῳ; πλὴν εἰ μὴ σκαπανέα γε καὶ ὑδροφόρον αὐτὸν ἀποδεκτέον. ΕΡ. οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἷός γε φυλάξειν αὐτὸν ὑπισχνοῦμαι, πολὺ πιστότερος χρήσει τῶν κυνῶν. ἀμέλει, κύων αὐτὸς ἐγὼ ὀνομάζομαι. ΑΓΟ. ποδαπὸς δέ ἐστι, καὶ τίνα τρόπον ἀσκήσειν ἐπαγγέλλεται; ΕΡ. αὐτὸν ἐροῦ· κάλλιστον γὰρ οὕτως ποιεῖν. ΑΓΟ. δέδοικα ὁ σκυθρωπὸν αὖ, καὶ κατηφές, μή με C ὑλακτήσῃ προσελθόντα, ἢ καὶ νὴ Δία δάκῃ τι. οὐχ ὁρᾷς ὡς διῆρκε τὸ ξύλον, καὶ συνέσπακε τὰς ὀφρῦς, καὶ ἀπειλητικόν τι καὶ χολώδες ὑποβλέπει; ΕΡ. μὴ δείδιθι· πῶλος γάρ ἐστι. ΑΓΟ. ὁ ποῖον, ὦ βέλτιστε, ποδαπός εἶ; ΔΙΟ. πάνυ δαπός. ΑΓΟ. πῶς λέγεις; ΔΙΟ. τῇ κόσμῳ πολίτῃ ὁρᾷς. ΑΓ. ζηλοῖς δέ τινα; ΔΙΟ. τὸν Ἡρακλέα. ΑΓ. τί οὖν οὐχὶ καὶ λεοντῆν ἀμπέχῃ; ὁ μὲν γὰρ ξύλον ἔοικας αὐτῷ. ΔΙΟ. ζητεῖ μοι λεοντῆ τὸ πρόσωπον. στρατεύομαι γὰρ ὥσπερ ἐκεῖνος ὅπλοις τὰς ἡδονὰς, καὶ κέλευστος, οὐδὲ ἑκούσιος, ἐκκαθαίρω τὸν βίον προαιρούμενος. ΑΓ. ἆρα τῆς προαιρέσεως. δῆλα τί μάλιστα εἰδέναι σε θέλω; ἢ τίνα τὴν τέχνην ἔχεις; ΔΙΟ. ἐλευθεριωτής εἰμι τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἰατρὸς τῶν παθῶν. ὃ δ' ὅλον, ἀληθείας καὶ παῤῥησίας προφήτης εἶναι βούλομαι. ΑΓ. ἄγε ὦ προφῆτα, ἵν' ὁρίσωμαί σε, τίνα με τὸν τρόπον διακονήσῃ; Δ. ἐρώτων μὲ ποδαπὸν εἶναι, καὶ ἀποδύσας τὴν τρυφὴν, καὶ ἀπορίᾳ συγκαθαρκλείσας, πρῶτόν μοι ἐπιτάξω. μετὰ δὲ, πονῆσαι καὶ κάμψαι κατανάγκασω, χαμαὶ καθεύδοντα, καὶ ὕδωρ πίνοντα, καὶ ὧν ἔτυχε σιτιζόμενον.

τὰ χρήματα, ἰὼ ἔχῃς, ἐμοὶ πειθόμενος, A Quòd si pecuniam habes, hanc meo cõsi-
εἰς τὴν θάλατταν φέρων ἐμβαλῇς: γάμος σ' lio in mare abiicies. Neque tibi vxor, li-
ἀμελήσῃς, καὶ παίδων, καὶ πατρίδος· καὶ beri, aut patria, curæ esse debebunt: quin
πρῶτα σοι λῆρος ἔσται· καὶ τὴν πατρῴαν οἰ- ista omnia tanquam deliramenta existi-
κίαν ἀπολιπὼν, ἢ πάφιον οἰκήσῃς, ἢ πυργίον mare oportet, & relicta patria domo, spe-
ἔρημον, ἢ καὶ πίθον. ἢ πήρα δέ σοι θέρμων ἔσται cum, aut desertam turriculã, aut dolium
μεστὴ, καὶ ὀπισθογράφων βιβλίων. καὶ οὕτως inhabitabis: peram præterea lupulo & li-
ἔχων, εὐδαιμονέστερος εἶ φήσῃς τῷ μεγά- bris opisthographis refertam habebis.
λου βασιλέως. ἰὼ μαστιγῖ δέ τις, ἢ τρέβλοι, Hoc modo instructus, vel magno aliquo
τούτων σοδὲν αἰσθήσῃ πήσῃ. ΑΓΟ. πῶς rege felicior eris. Quòd si vapulabis, aut
τοῦτο φὴς ὃ μὴ ἀλγεῖν μαστιγούμενον; ὑ γὰρ ab aliquo torquebere, nihil horum mole-
χελώνης, ἢ κεφάλου ὃ δέρμα περιβέβλη- stum esse putabis. MERCA. Quid nar-
μαι. ΔΙΟ. ὃ Εὐριπίδου ἐκεῖνο ζηλώσῃς, B ras? num cæsus non dolebo? neque enim
μικρὸν σαλλάξας. ΑΓ. ὃ ποῖον. ΔΙΟ. testudinis aut carabi cutem circumfero.
Η φρὴν σοι δήπουθεν, ἡ δὲ γλῶττα ἔσται ἀνώδυ- DIOG. Illud Euripidis imitari te opor-
νος. ἃ δὲ μάλιστα δεῖ παρεῖναι, ταῦτά tet, paucis tantùm immutatis verbis.
ἐστιν· ἀναιδῆ χρὴ εἶναι, καὶ θρασὺν, καὶ λοι- MERCAT. Quale hoc est? DIOG.
δορεῖσθαι πᾶσιν ἐξῆς, καὶ βασιλεῦσι, κἢ ἰδιώ- *Dolente mente, lingua sit dolens nihil.*
ταις. οὕτω γὰρ ἀποβλέψονταί σε, καὶ ἀν- Hæc verò ante omnia tibi adesse neces-
δρῶν ἐστοχήσονται, βαρβαρος δὲ ἡ φωνὴ se est: Impudentem te esse oportet, & au-
ἔσται, καὶ ἀπηχὲς ὃ φθέγμα, καὶ ἀτεχνῶς dacem, & omnibus sine delectu tam re-
ὅμοιον κυνί· καὶ παρόσωπον δὲ σύντεταμμένον, gibus quàm priuatis male dicere: ita enim
καὶ βάδισμα, τοιούτῳ παρέπον. C fiet vt omnes in te oculos coniiciant, téque fortem esse existiment. Barbara quoque vox, & absonus sonitus tibi sit, quiq; canino planè similis existat. Vultus sit intentus, tum ingressus sit qui talem vultũ deceat. In summa, belluini & agrestes planè sint tibi mores, pudor autem & mansuetudo & modestia procul absint. Ruborem quoque omnem de facie abstergas: loca autem quęque celeberrima, & in quibus maxima est hominum frequentia, accedito, & in his ipsis solus sine vllo cõmercio esse velis, neque amicum neque hospitem accedendo: his enim rebus hoc regnum soluetur. In conspectu verò omnium ea facias, quæ ne priuatim quisquam alius facere auderet: & in re venerea exercenda, ea quæ sunt maximè ridiçula, eligito. Postremò, si tibi videtur, crudum aliquem Polypum vel Sepiam deuorando morere. Hęc est illa felicitas, quam tibi procuramus. MERCA. Apage, scelesta enim & inhumana sunt ista quæ narras. DIOG. Sed heus tu, nemo non ista facillimè assequi potest. Neque enim ad gloriam consequendam opus erit eruditione, orationibus, atque his nugis: verùm compendiaria ad illam via est. Etiamsi ex vulgo aliquis fueris idiota, coriarius videlicet, aut salsamentarius, aut faber, aut numularius, tamen nihil vetat quominus te mirentur, si modò insigniter impudẽs & audax fueris, atque omnibus egregiè conuitiari didiceris. MERCA. Ad has artes tui minimè indigeo.

ὅλως, θηριώδη τὰ πρῶτα, καὶ ἄγελα. αἰ-
δῶς δὲ, καὶ ὀπτείκεια, καὶ μετριότης ἀπέ-
στω. καὶ ὃ ἐρυθριᾶν ἀποξύσον τῷ προσώπου
πρωτέλως. δίωκε δὲ τὰ πολυανθρωπότατα
τῶν χωρίων. καὶ ἐν αὐτοῖς τούτοις μόνος, καὶ
ἀκοινώνητος εἶ θέλε, μὴ φίλον, μὴ ξένον
παρισέλθοις· καταλύσεις γὰρ τὰ πιαστα
τῆς ἀρχῆς. ἐν ὄψῳ δὲ πρώτων, ἃ μηδὶ
ἰδία ποιήσειεν ἄν τις, θαρρῶν ποίει· καὶ τῶν
ἀφροδισίων αἰσχρὰ τὰ γελοιώτατα· καὶ τέ-
λος, ἰὼ σοι δοκῇ, πολύποδα ὠμὸν, ἢ σπι-
πίαν φαγὼν, ἀπόθανε. ταῦτά σοι τὴν εὐ- D
δαιμονίαν παρασκευάζομεν. ΑΓΟ. ἄπαγε.
μιαρὰ γὰρ, καὶ οὐκ ἀνθρώπινα λέγεις.
ΔΙΟ. ἀλλὰ ῥᾴστά γε, ὦ σοῦ, καὶ πᾶσιν εὐ-
χερῆ μετελθεῖν. οὐ γάρ σοι δεήσει παιδείας,
καὶ λόγων, καὶ λήρων, ἀλλ' ὀπίτομος αὕ-
τη σοι πρὸς δόξαν ἡ ὁδός. καὶ ἰδιώτης γὰρ
ἂν ἦς, ἢ ῥιπαρογράφος, ἢ ταριχοπώλης, ἢ
τέκτων, ἢ τραπεζίτης, σοδὲν σε κωλύσῃ
θαυμάσιον εἶναι, ἰὼ μόνον ἡ ἀναίδεια, καὶ ὃ
θράσος πᾶρῇ, κἢ λοιδορεῖσθαι καλῶς ἐκ-
μάθῃς. ΑΓ. πρὸς ταῦτα μὲν ὑ δέομαί σου.

Nauta verò, aut hortulanus fortaſſe per occaſionem fieri poſſes, præſertim ſi te ille ad maximum duobus obolis vendere velit. MERCVR. Recipe eum: etenim libenter liberamur ab illo, qui clamoribus ſic nos obtundit, prorſúſque omnes iniuria & cõtumeliis afficit. IVP. Alium accerſe, Cyrenęum illum purpura amictum, & coronatum. MERCV. Agite, animum aduortite omnes. Res ſumptuoſa eſt, quæque diuitibus indiget. Vita eſt hæc iucunda, vita ter beata. Quis cupit delicias? quis emet molliſſimum? MERCA. Accede tu, & die quid noris: emam enim te ſi vtilis fueris. MERCV. Ne obturba, ô bone, neque interroga ipſum: ebrius enim eſt, itaque non poterit tibi reſpõdere, lingua, vt vides, titubans. MERCA. Quis mentis cõpos emat tam corruptum & immodeſtum mancipium, quódque tot vnguenta olet? quàm verò greſſu lubrico; & ratione carẽte incedit! Sed vtique Mercuri dic quibus artibus præditus ſit, aut quæ tractare ſoleat. MERCV. In ſumma, cõuiuator eſt, & compotor egregius: quin ad exercendas impudicas & laſciuas ſaltationes vnà cum tibicina admodũ idoneus eſſet amatori cuidã & perdito hero. Quod ad alia attinet, parandorum bellariorũ gnarus eſt, & in adornandis eduliis exercitatiſſimus. Breuiter, voluptatis artifex eſt: inſtitutus enim eſt Athenis, atq; Siciliæ tyrãnis ſeruiuit, apud quos in magno pretio fuit. Summa verò propoſiti ſui ſeu doctrinæ eſt, omnia contẽnere, & omnibus rebus vti, vndiq; voluptatem cõquirere. MERCA. Tẽpus eſt vt alium emptorẽ, nẽpe diuitẽ, & multas habentẽ pecunias, quæras: ego enim minimè idoneus ſum, qui tã hilarem vitam emã. MERC. Ille ô Iupiter, quantũ apparet, inemptus nobis manebit. IVP. Traducito, atque aliũ adduc, vel potiùs duos iſtos, quorum alter, Abderites ſcilicet, ridet: alter verò, Epheſius, plorat: ſimul enim vẽdi volũt. MERCV. Deſcendite in mediũ. Optimas vitas vendo, omniũ ſapientiſſimos proclamo. MERCA. O Iupiter, quãta diſſimilitudo! alter enim non deſinit ridere, alter autem aliquẽ lugere videtur: omnino enim plorat. Heus tu, quid hoc ſibi vult, cur rides? DEMO. Interrogas? quia mihi omnia quæ vos facitis, ridicula videntur, adeoq; vos ipſi etiã. MERCA. Quid narras? nos omnes tu derides? atq; omnia noſtra opera nihili facis? DEM. Sic ſanè eſt.

Cyrenaici.

Democritici.

A ναύτης δ' αὖ, ἴσως ἢ κηπωρὸς ὁ χαμαῖ τένων· καὶ ταῦτα, ἰῶ ἐλέλη σε ἀποδόσθαι ὅτου δὴ μέγιστον δυ' ὀβολῶν. ΕΡ. ἔχε λαβών· ἡμᾶς γὰρ ἄσμενοι ἀπαλλαξόμεθα, ἐνοχλοῦντος αὐτοῦ, καὶ βοῶντος, καὶ ἀπωθοῦντας ἁπαξαπλῶς ὑβρίζοντος καὶ ἀγοροῦντος κακῶς. ΖΕ. ἄλλον καλῶ τὸν Κυρηναῖον, τὸν ἐν τῇ πορφυρίδι, τὸν ἐστεφανωμένον. ΕΡ. ἄγε δὴ πρόσεχε πᾶς. πολυτελὲς τὸ χρῆμα, καὶ πλουσίων δεόμενον. βίος σοὶ ἡδύς, βίος τερπικέραυνος. τίς ὀπτᾶσθαι πυφῆς; τίς ὠνήσεται τὸν ἀβρόπατον; ΑΓ. ἐλθὲ σύ, καὶ λέγε ἄνδρ' εἰδὼς τυγχάνῃς. ὠνήσομαί γάρ σε, ἰῶ ὠ-
B φέλιμος ἦς. ΕΡ. μὴ ἐνόχλει αὐτὸν ὦ βέλτιστε, μηδ' ἀνάκρινε· μεθύει γάρ. ὥστε οὐκ ἂν ἀποκρίναιτό σοι, τὴν γλῶτταν ὡς ὁρᾷς ἐμπλαθέντων. ΑΓ. ἦ τίς ἂν δῦ φέροιεν, πρίαμαι διεφθαρμένον οὕτω καὶ ἀκόλαστον ὑδροπότην; ὅταν ὑπὸ μύρων· ὡς ὑπὸ σφηκῶν βαλλόμενος ἦ πεφόρηται. ἀλλὰ καὶ σὺ ὦ Ἑρμῆ, λέγε ὁπόσα πέπρακεν αὐτῷ, καὶ ἃ μεπιὼν τυγχάνει.
ΕΡ. ὃ μὲν ὅλον, συμβιῶναι δεξιός, καὶ συμπιεῖν ἱκανός, καὶ κωμάσαι μετ' αὐληρίδος ὀπισθόδους ἐρῶντι καὶ ἀσώτῳ δεσπότῃ. πάλαι ὑπεμνήσθην
C ὑπὸ σοῦ, ὡς ὀψοποιὸς ἐμπειρότατος. καὶ ὅλως σοφιστὴς ἡδυπαθείας ἐπαγόμενος μὲ οὗτος Ἀθήνησιν. ἐδουλεύσατο δὲ ὡς πρὸς Σικελίαν τοῖς τυράννοις, ὡς σφόδρα ἠδοκίμει πρ' αὐτοῖς· ὃ δ' κεφάλαιον τῆς προαιρέσεως, ἀπόντων καταφρονῆσαι, πᾶσι χρῆσθαι, πανταχόθεν ἐρανίζεσθαι τὸ ἡδονῇ. ΑΓΟ. ὥρα σοι ἄλλον προσβλέπειν τῶν πλουσίων τούτων, ὡς πολυχρήμων, ἐγὼ δὲ, οὐκ ὀπτήσιος ἱλαρὸν ὠνήσασθαι βίον. ΕΡ. ἀπρακτος ἔοικεν ὦ Ζεῦ σοὶ ἡμῖν μενεῖν. ΖΕ. μεταίτησον· ἄλλον πρόαγε· μᾶλλον δὲ τὼ δύο τούτω, τὸν γελῶντα, τὸν
D Ἀβδηρίτην, καὶ τὸν κλαίοντα, τὸν ἐξ Ἐφέσου. ἅμα γὰρ αὐτὼ πεπρᾶσθαι βούλεσθον. ΕΡ. καταβάντον ἐς τὸ μέσον. τῷ ἀρίστῳ βίῳ πωλῶ· τῷ σοφωτάτῳ πάντων ἀποκηρύττομαι. ΑΓ. ὦ Ζεῦ τῆς ἀναισθησίας. ὁ μὲν, ὡς ἀπολείπει γελῶν· ὁ δὲ, ἵνα ἔοικε πενθῇ· δακρύει γὰρ τοπαρέχρημα. τί ταῦτ', ὦ οὗτος, τί γλᾷς; ΔΗ. ἐρωτᾷς; ὅτι μοι γελοῖα πάντα δοκεῖ τὰ πράγματα ὑμέων, καὶ αὐτοὶ ὑμεῖς. ΑΓ. πῶς λέγεις; καταγελᾷς ἡμῶν ἀπάντων, καὶ πρ' οὐδὲν τίθεσαι τὰ ἡμέτερα πράγματα; Δ. ὧδε ἔχει.

ἀσυνδάτον

ταυδαῖον γὰρ ἐν αὐτέοισιν οὐδέν. κενὰ δὲ A nam in illis nihil est præclarum, aut stu-
τὰ πάντα, καὶ ἀτόμων φορὴ, καὶ ἀπειρίη. dio dignum. inania enim sunt omnia, &
ΑΓΟ. οὐμῶνοιω, ἀλλά σὺ κενὸς ὡς ἀλη- atomorum cumulus, & infinitum quip-
θῶς καὶ ἄπειρος· ὦ τῆς ὕβρεως, ὃ πάντη γε- piam. MERCAT. Nequaquam, imò
λῶν; σὺ δὲ τί κλαίεις ὦ βέλτιστε; πολὺ γὰρ tu vanus es reuera, & experientia cares.
οἶμαι κάλλιον σοὶ τοῦτο ἔσεσθαι. ΗΡΑ. O contumeliam, nondum desinis ridere?
λέγομαι γὰρ ὦ ξένε τὰ ἀνθρώπινα πρήγ- Tu verò ô bone quid ploras? multo enim
ματα οἰκτρά, καὶ δακρυώδεα, καὶ οὐδὲν melius erit, vt existimo, tecum quàm cum
αὐτέων ὅ,τι μὴ ἐπικήδειον· τῷ δὴ οἰκτείρω Democrito loqui. HERA. O hospes, *Heraclitici.*
τε σφέας καὶ ὀδύρομαι. καὶ τὰ μὲν παρεόντα ego omnes humanas res calamitosas &
δοκέω μεγάλα, τὰ δὲ ὑστέρῳ χρόνῳ ἐσόμενα, deflendas esse existimo, atque in illis ni-
πάμπολυ αἰνιγρά. λέγω δὲ τὰς ἐκπυρώσιας hil non esse fato obnoxium: ideoque mi-
καὶ τὸν τοῦ ὅλου συμφορῶν. ταῦτ' ὀδύρομαι B seret me ipsarum, & deploro eas. Neque
καὶ ὅτι ἔμπεδον οὐδὲν, ἀλλάκως εἰς κυκεῶ- magnifacio præsentia, futura verò puto
να πάντα συμφλέονται, καὶ ὅτι τοὔτο τέρ- planè ærumnosa fore, conflagrationes
ψις, ἀτερψίη· γνῶσις, ἀγνωσίη· μέγα, μι- dico, & totius mundi calamitatem. Ista
κρόν· ἄνω κάτω φερόμενα, καὶ ἀμειβόμενα ἐν τῇ τοῦ αἰῶνος παιδιῇ. ΑΓΟ. τί sunt quæ ego deploro, quódque nihil so-
γὰρ ὁ αἰὼν ὅστι; ΗΡΑ. παῖς παίζων, πεσ- lidum est, sed quodãmodo omnia in cy- *Potio est ex multis composita.*
σεύων, διαφερόμενος. ΑΓΟ. τί δαὶ οἱ ἄν- ceonem conuoluuntur, tum quòd ea-
θρωποι; ΗΡΑ. θεοὶ θνητοί. ΑΓ. τί δαὶ dem res delectat & offendit, éstque co-
οἱ θεοί; ΗΡΑ. ἄνθρωποι ἀθάνατοι. ΑΓ. gnitio, ignorantia: magnum, paruum: at-
αἰνίγματα λέγῃς ὦ οὗτε, ἢ γρῖφους συντι- que sursum deorsúmque feruntur omnia;
θεῖς; ἀτεχνῶς γὰρ ὥσπερ ὁ Λοξίας, οὐδὲν C & per vices mutantur in ludo huius sæcu-
ἀποσαφῇς. ΗΡΑ. οὐδὲν γάρ μοι μέλει li. MERCA. Quid est seculum? HE-
ὑμέων. ΑΓΟ. τοιγαροῦν οὐδὲ ὠνήσεταί σε RA. Puer ludens, ludens talis, contẽ-
οὐδεὶς. ΗΡΑ. ἐγὼ δὲ κέλομαι πᾶσιν dens. MERCA. Quid verò homines *Seculum.*
ἥδιστον οἰμώζειν, τοῖσιν ὠνεομένοισι, καὶ τοῖ- sunt? HERA. Dij mortales. MERCA.
σιν οὐκ ὠνεομένοισι. ΑΓΟ. τουτὶ δὲ κα- Quid verò dij? HERA. Homines im-
κὸν οὐ πόρρω μελαγχολίας ἐστίν, οὐδ' ἕτε- mortales. MERCAT. Heus, tu ænigmata loqueris, an griphos componis?
ρον ἔγωγε αὐτῷ ὠνήσομαι. ΕΡ. ἀποφα- planè enim tanquam Apollo, nihil expli-
κτοι καὶ οὗτοι μηνύσουσιν. ΖΕΥΣ. ἄλλον cas. HERA. Nihil vos curo. MER-
ἀποκήρυττε. ΕΡ. βούλει τὸν Ἀθηναῖον σκυ- CAT. Igitur neque quisquam mentis
φεον, τὸν γραμμάτων; ΖΕΥΣ. πάνυ μὲν οὖν. compos te empturus est. HERACL.
ΕΡ. δεῦρ' ἐλθὲ σύ. βίον ἀγαθὸν, καὶ σεμνοτὸν D Ego verò à pueris iubeo plorare omnes,
ἀποκηρύττομεν. τίς ὠνῆται τὸν ἱερώτατον; tam eos qui me emunt, quàm qui non
ΑΓΟ. εἰπέ μοι, τί μάλιστα εἰδὼς τυγχά- emunt. MERCA. Hoc certè malum pa-
νεις; ΣΩΚ. παιδεραστὴς εἰμὶ, καὶ σοφὸς rum differt ab insania: neutrum horum
τὰ ἐρωτικά. ΑΓΟ. πῶς οὖν ἐγώ σοι πρίω- emam. MERCV. Et illi quoq; apud nos
μαί σε; παιδαγωγοῦ γὰρ ἐδέομαι, τῷ παι- manebunt, cùm nõ sint vendibiles. IVP.
δὶ καλῷ ὄντι μοι. ΣΩΚ. τίς δ' ἂν ἐπιτη- Alium accerse. MERCV. Vísne Athe-
δειότερος ἐμοῦ γένοιτο σωφρονεῖν καλῶς; ὃς γὲ niẽsem illum facundum? IVP. Maximè: *Academici.*
καὶ τῶν σωμάτων ἐραστής εἰμι, τὸν ψυχὴν δὲ MERCV. Heus tu, huc veni. Vitã bo-
ἡγοῦμαι καλόν. ἀμέλει κἂν ἰδὼν τοῦτον nam & prudentem proclamamus: quis
ἱμάτιον μοι καταχέωνται, ἀκούσῃ αὐτῶν emet sanctissimum hominem? MER-
λεγόντων μηδὲν ἐμοῦ δεινὸν παθεῖν. CAT. Dic mihi, quam potissimùm no-
sti artem? SOCR. Pæderastes sum, & in rebus quæ ad amorem spectant prudens.
MERCAT. Quanti igitur emam te? nam pædagogo indigeo: est enim mihi puer egregius. SOC. Quis magis idoneus me esse queat, qui cũ formoso puero versetur? Neque enim corporum amator sum: animam enim formosam esse existimo: & quanquam sub eodẽ palliolo mecum recumbant, audies illos, vel ipsis testibus, nihil graue à me perpeti.

MERCA. Incredibilia ſunt quæ dicis, pæderaſtes cùm ſis, tamen nulla de re te eſſe ſolicitum, quàm de anima, præſertim cùm copia fiat vt ſub eadẽ veſte iaceatis. SOC. Atqui per canem & per platanum iuro rem ſic habere. MERCA. Hercle, quanta abſurditas deorum. SOC. Quid ais? An non videtur tibi canis eſſe deus? Nonne vides quantus ſit in Ægypto Anubis, atque ille in cœlo Sirius, necnon apud Inferos Cerberus? MERCA. Rectè dicis: ego verò peccaui. Verùm quale habes genus vitæ? SOC. Mihi ipſi ciuitatẽ quandam extruo, peregrina autem vtor politia, meáſque præſcribo leges. MERCAT. Vnum aliquod ex tuis dogmatibus audire cupio. SOC. Audi ergo maximum quidem illud, in quo mea de vxoribus ſententia comprehenſa eſt: Videtur mihi nullam debere cuiuſquam eſſe propriã, verùm vnãquamq; paſſim debere accedere ad eum qui eam appetat. MERCA. Quid ais? Nũ abrogãdas eſſe leges de adulterio? SO. Per Iouẽ non illas ſolùm, verùm omnes reliquas nugas ea de re cõſtituras. MERC. Quid verò tibi de pueris iã maturis videtur? SO. Et illi quidem optimatibus, qui aliquid præclari geſſerunt, præmium erunt, vt eos ament ſcilicet. MERCA. Papę! quanta libertas! quę ſapientia! Verùm quæ eſt tuæ doctrinæ ſumma? SO. Ideæ, & eorũ quæ exiſtunt, paradigmata. Quæcunq; enim vides, terrã ipsã, quæque ſuper terrã ſunt, cœlum, mare, horũ omniũ imagines obſcuræ exiſtũt extra totius vniuerſitatẽ. MERCA. Vbi autem exiſtunt? SO. Nuſquã. Nam ſi alicubi eſſent, nõ eſſent. MERCA. Non video iſta quæ tu dicis paradigmata. SO. Meritò: cęcus eſt enim tibi animę oculus: ego verò omnium video imagines, & te latẽtem, & me alium: in ſumma duplicia video omnia. MERCA. Ergo emendus es, ſapiens cùm ſis, & acutè cernas. Age ſcire volo quid tu à me exigas pro ipſo. MERCV. Da duotalẽta. MERCA. Emi ita vt dixiſti, pecuniã verò in poſterũ numerabo. MERCV. Quod igitur tibi nomẽ eſt? MERCA. Diõ Syracuſius. MERCV. Age, quod felix fauſtumq; ſit, recipe eum. Te iam voco Epicure. Quis emet hunc? Eſt enim illius riſoris diſcipulus, necnon illius qui ebrius eſt: quos haud multò antè proclamauimus. vnius autem cuiuſdã rei cognitione illos vincit: multo magis enim impius eſt quã illi. Quod verò ad cætera attinet, ſuauis & gulę amãs eſt,

Epicurei.

A ΑΓ. ἄπιστα λέγῃς, ὃ παιδεραστὴν ὄντα, μὴ φροντίδα τῆς ψυχῆς τι πολυπραγμονεῖν· καὶ ταῦτα, ἐπ' ὄψεσιν, ἐν τῷ αὐτῷ ἱματίῳ κατακειμένων. ΣΩ. καὶ μὰ τὸν κύνα γέ σοι τὸν κύνα, καὶ τὸν πλάτανον ὅτῳ ταῦτ' ἔχλν. ΑΓ. Ἡράκλῃς τῆς ἀπιστίας τῶν θεῶν. ΣΩ. τί σὺ λέγῃς; ὁ δοκεῖ σοι ὁ κύων εἶναι θεός; οὐχ ὁρᾷς τὸν Ἄνουβιν ἐν Αἰγύπτῳ ὅσος· καὶ τὸν ἐν οὐρανῷ Σείριον, ἔτ' ἐν τοῖς κάτω Κέρβερον; ΑΓΟ. οὐ λέγῃς, ἐγὼ γὰρ διημάρτηκα. ἀλλά τινα βίοις τὸν ἕτερον; ΣΩ. οἰκῶ μὲν ἐμαυτῷ τινα πόλιν ἀναπλάσας, χρῶμαι δὲ πολιτείᾳ ξένῃ, καὶ νόμοις νομίζω οἷς ἐμοί. ΑΓ. ἐν ἐβουλόμην ἀκοῦσαι τῶν δογμάτων. ΣΩ. ἄκουε δὴ τὸ μέγιστον, ὃ περὶ τῶν γυναικῶν μοι δοκεῖ· δοκεῖ μηδεμίαν αὐτῶν, μηδενὸς εἶναι μᾶλλον, πάντι δὲ μετεῖναι τῷ βουλομένῳ τοῦ γάμου. ΑΓΟ. τί τοῦτο φῄς; ἀνῃρῆσθαι τοὺς περὶ μοιχείας νόμους; ΣΩ. νὴ Δία, καὶ ἁπλῶς γε πᾶσαν τὴν περὶ τὰ τοιαῦτα μικρολογίαν. ΑΓΟ. τί δ' ἡ περὶ τῶν ὡρῶν παίδων σοι δοκεῖ; ΣΩ. καὶ ὅτι ἔσονται τοῖς ἀρίστοις ἄθλον φιλῆσαι, λαμπρόν τι καὶ νεανικὸν ἐργασαμένοις. ΑΓ. βαβαὶ τῆς φιλοδωρείας· τῆς δὲ σοφίας, τί σοι τὸ κεφάλαιον; ΣΩ. αἱ ἰδέαι, καὶ τὰ τῶν ὄντων παραδείγματα. ὁπόσα γὰρ δὴ ὁρᾷς, τὴν γῆν, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς, τὸν οὐρανόν, τὴν θάλατταν, ἀπόπτων τούτων εἰκόνες ἀφανεῖς ἑστᾶσιν ἔξω τοῦ ὅλων. ΑΓ. ποῦ δὲ ἑστᾶσιν; ΣΩ. οὐδαμοῦ. εἰ γάρ που εἶεν, οὐκ ἂν εἶεν. ΑΓ. οὐκ ὁρῶ ταῦτα, ἃ σὺ λέγῃς τὰ παραδείγματα. ΣΩ. εἰκότως. τυφλὸς γὰρ εἶ τῆς ψυχῆς τὸν ὀφθαλμόν· ἐγὼ δέ, πάντων ὁρῶ εἰκόνας, καὶ σὲ ἀφανῆ, κἀμὲ ἄλλον. καὶ ὅλως, διπλᾶ πάντα. ΑΓΟ. τοιγαροῦν ὠνητέος εἶ, σοφὸς, καὶ ὀξυδερκὴς τὰ ὦν. φέρ' ἴδω τί καὶ παρέξεις με χωρὶς αὐτοῦ σύ. ΕΡ. δὸς δύο τάλαντα. ΑΓΟ. ὠνησάμην ὅσα φῄς. ταργύριον μοὶ τι ἐς αὖθις καταβαλῶ. ΕΡ. τί οὖν σοι τοὔνομα; ΑΓ. Δίων Συρακούσιος. ΕΡ. ἄγε λαβὼν ἀγαθῇ τύχῃ. τὸν Ἐπικούρου σὲ ἤδη καλῶ. τίς ὠνήσεται τοῦτον; ἔστι μὲν τοῦ γελωτοποιοῦ ἐκείνου μαθητὴς, καὶ τοῦ μεθύοντος, οὓς μικρῷ πρόσθεν ἀπεκηρύττομεν. ἔν δὲ πλέον οἶδεν αὐτῶν, παρέσον ἀσεβέστερος τυγχάνῃ. τἆλλα, ἡδὺς, καὶ λιχνεία φίλος.

ΑΓΟ. πῆς ἡ τιμή; ΕΡ. δύο μνᾶ. ΑΓ. λάμβανε· ὃ δ᾽ἄνα ἦ ὅπως ἴδω, πῆσι χαίρῃ τῶν ἐδεσμῶν; ΕΡ. τὰ γλυκέα σιτεῖται, καὶ μυττώδη, καὶ μάλιστα τὰς ἰσχάδας. ΑΓΟ. καλὲπὸν μοὶ σοδὲν· ὡνήσομαι γὰρ αὐτῷ παλάθας τῶν κρειττόνων. ΖΕ. ἄλλον κάλει, τὸν σὺ χρῶ κουφίας ἐκφέρον, τὸν σκυθρωπὸν, τὸν ἀπὸ τῆς στοᾶς. ΕΡ. ὦ λέγεις· ἐοίκασι δ᾽ οὗτω πολύ τι πλῆθος αὐτὸν παρεμμένειν τῶν περὶ τιμὴ ἀγορᾶν ἀπαντηκότων· αὐτὸν τὴν ἀρετὴν πωλῶ, τὸν βίον τὸν τελεώτατον. τῆς πρᾶτα μόνος εἰδέναι θέλει; ΑΓΟ. πῶς τοῦτο φῆς; ΕΡ. ὅτι μόνος σοφὸς, μόνος καλὸς, μόνος δίκαιος, ἀνδρεῖος, βασιλεύς, ῥήτωρ, πλούσιος, νομοθέτης, καὶ πάλλα, ὁπόσα ὄστιν. ΑΓ. σὺ οἶμαι ὦ γαθὲ, καὶ μάγειρος μόνος; καὶ νὴ Δία γε σκυτοδέψης, καὶ τέκτων, καὶ τὰ τοιαῦτα. ΕΡ. ἔοικεν. ΑΓΟ. ἐλθὲ ὦ γαθὲ, καὶ λέγε πρὸς τὸν ὠνητὴν ἐμὲ ποῖός τις εἶ, καὶ πρῶτον εἰ σὺ ἄχθη πεπρασκόμενος καὶ δοῦλος ὤν; ΧΡ. ὐδαμῶς. ὐ γὰρ ἐφ᾽ ἡμῖν ταῦτά ὄστιν. ὅσα δ᾽ σὺκ ἐφ᾽ ἡμῖν, ἀδιάφορα εἶ συμβέβηκεν. ΑΓ. ὐ μανθάνω ἃ λέγεις. ΧΡ. τί φῆς; ὐ μανθάνεις ὅτι τῶν ὄντων τὰ μὲν ὄστι πρηγμένα, τὰ δ᾽ ἔμπαλιν ἀπρηγμένα; ΑΓΟ. σὺδὲ νῦν μανθάνω. ΧΡ. εἰκότως. ὐ γὰρ εἰ συνήθης τοῖς ἡμετέροις ὀνόμασιν, ὐδὲ καταληπτικὴν φαντασίαν ἔχεις· ὁ δὲ σπουδαῖος ὁ τῆς λογικῆς θεωρίας ἐκμαθὼν, ὐ μόνον ταῦτ᾽ οἶδεν, ἀλλὰ καὶ σύμβαμα, καὶ παρασύμβαμα, ὁποῖόν τε καὶ ὁπόσον ἀλλήλων διαφέρει. ΑΓΟ. πρὸς τῆς Φιλοσοφίας, μὴ φθονήσῃς καὶν τοῦτο εἰπεῖν ὅ, τι σύμβαμα, καὶ τί παρασύμβαμα. καὶ γὰρ σὲ οἶδ᾽ ὅπως ἐπλήξω ἔσω τῦ ῥυθμοῦ τῶν ὀνομάτων. ΧΡ. ἀλλ᾽ σὺδεὶς φθόνος. καὶν γάρ τις χωλὸς ὢν, αὐτῷ ἐκείνῳ τῷ χωλῷ ποδὶ πρὸς παλαίστας λίθῳ, πταῖσμα ἐξ ἀφανοῦς λάβῃ, ὁ βιοδότης εἶχε μοὶ δή που σύμβαμα τὴν χωλείαν, τὸ πταῖσμα δὲ, παρασύμβαμα προσέλαβεν. ΑΓΟ. ὦ τῆς ἀξυνοίας· τί δ᾽ ἄλλο μάλιστα φῆς εἰδέναι; ΧΡ. τῶν λόγων πλεκτάνας, αἷς συμποδίζω τοὺς προσομιλοῦντας, καὶ ἀποφράττω, καὶ σιωπᾶν ποιῶ, φιμὸν ἀτεχνῶς αὐτοῖς προσπηδεῖς. ὄνομα δὲ τῇ δυνάμει ταύτῃ, ὁ ἀοίδιμος συλλογισμός. ΑΓ. Ηρακλῆς, ἄμαχόν τινα, καὶ βίαιον λέγεις.

MERCA. Quo pretio venditur? MERCV. Duabus minis. MERCAT. Accipe: verùm vt hoc quoque sciam, quibus delectatur eduliis? MERCV. Dulcia edit & mellita, maximè verò ficus. MERCAT. Bene se res habet: emam enim illi totas massas carycarum. IVP. Alium accerse, illum corpore hirsuto, vultu seuero, ex Stoa. MERCV. Rectè dicis: videtur enim magna ipsum multitudo quæ ad forum accurrit, expectare. Ipsam virtutem vendo, vitam perfectissimã. Quis cupit omnia scire solus? MERCA. Quid tu dicis? MERCV. Quia solus ille sapiẽs est, solus bonus, solus iustus, fortis, rex, rhetor, diues, legislator, & quęcunque alia sunt his similia. MERCA. Num, ô bone, & coquus solus est, & per Iouem, coriarius, & faber, & his similia? MERCV. Sic videtur. MERCA. Accede ô bone, & dic mihi tuo emptori, qualisnam sis: ante omnia autem, num tibi doleat quòd venderis & seruis. CHRYS. Nequaquam. neque enim in nobis hæc sunt: quæcũque verò in nobis non sunt, ista indifferentia esse solent. MERCAT. Non intelligo quid dicas. CHRYS. Quid ais? non intelligis quòd horum quædam sunt prælata, quędam verò rursus non prælata. MERCA. Ne nunc quidem intelligo. CHRYS. Meritò quidem: neque enim assuetus es nostris nominibus, neque imaginationem habes quæ facilè apprehendat: verùm studiosus Dialecticæ contemplationis, non hæc tantùm nouit, verumetiam qualiter & quantum accidens & præteraccidens inter se differant. MERCAT. Per Philosophiam, quæso, ne inuideas explicare quidnam accidens sit, & præteraccidens: nescio enim quomodo perculsus sim præ numero vocum istarum. CHRYS. Citra inuidiam dixero. Si quis claudus existat, illisóque pede quo claudicat, ad lapidem, ex inopinato vulnus acceperit, is certè accidẽs habet claudicationem, vulnus autem præter accidens accepit. MERCAT. O argutiam! præterea verò quidnam scire te potissimùm profiteris? CHRYS. Retia sermonum, quibus capio & obstringo, denique tacere cogo, eos qui cõtra me disputant, planè frenũ quoddam illis imponens: isti verò tantæ orationis vi nomen est Syllogismus celeberrimus. MERCAT. Hercle fortem quendam & inexpugnabilem syllogismũm refers.

Stoici.

προηγμένα & ἀπροηγμένα Cicero pro ducta & præcipua vertit. vide, de finibus bonorum.

Syllogismus.

CHRY. Vide ergo, éſtne tibi puer? MERCAT. Quidni? CHRY. Quid ſi hunc ad flumen fortè ambulantem crocodilus rapiat, poſtea verò ſe redditurum polliceatur hac lege, vt illi verum dicas quidnam de puero reddendo apud ſe decreuerit: quid tu dicis ipſum in animo conſtituiſſe? MERCAT. Quæſtionem rogas ad quam difficile admodum eſt reſpondere: dubito enim vtrum dicere debeam quò puerum recipiam. Sed per Iouem quæſo te, reſponde tu, & puerum mihi ſerua incolumem, ne præuortat, ipſumque deuoret. CHR. Bono es animo: etenim & alia quædam docebo te, quæ plus admirationis habent. MERCA. Quænam ſunt iſta? CHR. Iſtum inquam colligentem ſermones, tum quoque illum dominantem, præterea illam quæ ſupra omnes eſt, Electram, tandem opertum illum ſermonem. MERCAT. Quis ille opertus ſermo, aut quæ illa tandem Electra eſt, de quibus dicis? CHR. Electrã illam dico Agamemnonis valde celebrẽ, quæ quidem eandem rem ſimul norat, & non norat. Aſtãte enim illi Oreſte adhuc incognito, nouit quidem Oreſtem ſuum eſſe fratrem: quòd verò ille Oreſtes eſt, ignorat. Rurſus verò opertum illum adeóque omnino mirabilem audies ſermonem. Reſponde mihi: noſtin' tuũ patrem? MERCA. Maximè. CHR. Quid igitur, ſi prope te ſtatuerem aliquẽ coopertum, atque interrogarem, Noſtin' hunc? quid diceres? MERCA. Scilicet me non noſſe dicerem. CHR. Sed ille ipſe pater erat tuus. Itaque ſi iſtum non noſti, palàm eſt te patrem tuum non nouiſſe. MERCA. Nequaquã: verùm ego detracto velo num verum ſit explorabo. Sed quiſnam tuæ ſapientiæ finis eſt? aut quid tandem facturus es, ſi ad virtutis ſummum perueneris? CHR. In his quæ in natura prima ſunt, verſabor. Dico autem diuitias, ſanitatem, & his ſimilia. Primùm autem oportet multos labores impendere. libris enim exiguis literis deſcriptis incumbere oportet, & interpretationes congerere, & ſolœciſmis & abſurdis vocibus impleri. In ſumma, nequaquam decet ſapientẽ fieri priùs quàm ter ex ordine helleborũ bibas. MERCA. Egregia ſunt iſta tua, & forti viro digna: Verùm auarũ & fœneratorem eſſe (iſta enim tibi ineſſe video) num illa dicemus eſſe viri qui helleborum biberit, & iam ad virtutem idoneus ſit?

A ΧΡΥ. σκόπει γοιῶ· ἔστι σοι παιδίον; ΑΓ. τί μήν; ΧΡΥ. τοῦτο οὖν πως κροκόδιλος ἁρπάσῃ, πλησίον ποταμοῦ πλαζόμενον βίρων, κατά σοι ἀποδώσειν ὑπισχνῆται αὐτό, οὖν εἴπῃς βαλήδες ὅ, τι δέδοκται περὶ τῆς ἀποδόσεως τοῦ βρέφους, τί φήσεις αὐτὸν ἐγνωκέναι; ΑΓΟ. δυσαπόκριτον ἐρωτᾷς. ἀπορῶ γὰρ ὁπότερον εἰπὼν ἀπολέσοιμι. ἀλλὰ σὺ πρὸς Διὸς ἀποκρινάμενος, σῶσόν μοι τὸ παιδίον, μὴ καὶ φθάσῃ αὐτὸ καταπιών. ΧΡΥ. θαῤῥεῖ. καὶ ἄλλα γάρ σε διδάξομαι θαυμασιώτερα. ΑΓ. τὰ ποῖα; ΧΡΥ. τὰ θρυλούμενα, καὶ τὸν κυριεύοντα, καὶ ὅτι πᾶσι τοῦ Ηλέκτραν, καὶ τὸν ἐγκεκαλυμμένον. ΑΓΟ. τίνα τοῦτον τὸν ἐγκεκαλυμμένον, ἢ τίνα τοῦ Ηλέκτραν λέγεις; ΧΡΥ. Ηλέκτραν μὲν ἐκείνου τοῦ πάνυ, τοῦ Αγαμέμνονος, ἣ τὰ αὐτὰ οἶδέ τε ἅμα, καὶ οὐκ οἶδε. πρεσβῦτερος γὰρ αὐτῆς τοῦ Ορέστου ἔτι ἀγνῶτος, οἶδε μὲν Ορέστην, ὅτι ἀδελφὸς αὐτῆς· ὅτι δὲ οὗτός Ορέστης, ἀγνοεῖ. τὸν δ' αὖ ἐγκεκαλυμμένον, καὶ πάνυ θαυμαστὸν ἀκούσῃ λόγον· ἀποκείναι γάρ μοι, τὸν πατέρα οἶσθα τὸν σαυτοῦ; ΑΓΟ. ναί. ΧΡΥ. τί οὖν; οὖν σοι προβαλοῦσα τινὰ ἐγκεκαλυμμένον, ἔρωμαι, τοῦτον οἶσθα, τί φήσεις; ΑΓ. δηλαδὴ ἀγνοεῖν. ΧΡΥ. ἀλλὰ μὲν αὐτὸς οὗτός οὖν ὁ πατὴρ ὁ σός. ὥστε εἰ τοῦτον ἀγνοεῖς, δῆλος εἶ τὸν πατέρα τὸν σὸν ἀγνοῶν. ΑΓΟ. οὐμνοῶ· ἀλλ' ἀποκαλύψας αὐτὸν εἰσομαι τὸ ἀληθές. ὅμως δ' οὖν τί σοι τῆς σοφίας τὸ τέλος, ἢ τί προέξεις ποιῶν ἐπὶ τὸ ἀκρότατον τῆς ἀρετῆς ἀφικόμενος; ΧΡ. περὶ τὰ πρῶτα τῇ φύσιν καταγλυήσομαι. λέγω δὲ πλοῦτον, ὑγείαν, καὶ τὰ τοιαῦτα. προτέρων δὲ ἀνάγκη πολλὰ πονῆσαι, λεπτολογράφοις βιβλίοις προσκαθήσονται τὸν ὄμμα, καὶ σχόλια συναγείρονται, καὶ σολοικισμοῖς ἐμπιπλάμενον, καὶ ἀτόπων ῥημάτων. καὶ τὸ κεφάλαιον, ἀθέμις γλυέσθαι σοφὸν, οὖν μὴ πρὸς ἑφεξῆς τοῦ ἑλλεβόρου πίῃς. ΑΓΟ. γλυναῖά σου ταῦτα, καὶ δλιῶς ἀνδρικά. ὃ δ' γύφωνα εἶ), ἢ τοκογλύφον (ἢ γὰρ τάδε ὁρῶ σοι προσόντα) τί φῶμεν, ἀνδρὸς ἤδη πεπωκότος τὸν ἑλλέβορον, καὶ τελείου πρὸς ἀρετήν;

B

C

D

ΧΡΥ. ναί. μόνῳ οὖν τῷ δημοσίῳ πρέπει δὴ τὴν σοφὴν. ἐπεὶ γὰρ ἴδιόν αὐτὴν συλλογίζεσθαι, τὸ δημοσίῳ ὄν, καὶ λογίζεσθαι τοῖς τόκοις, πλησίον ἔοικεν τῷ συλλογίζεσθαι, μόνῳ δὴ εἶναι τῷ ἀπευδαίμονος καθάπερ σκῆπτρον, καὶ τοῦτο. καὶ σὺ μόνον γε ἁπλῶς ὥσπερ οἱ ἄλλοι τοῖς τόκοις, ἀλλὰ καὶ τούτων ἑτέροις τόκοις λαμβάνῃν. ἢ γὰρ ἀγνοεῖς ὅτι τῶν τόκων οἱ μὲν εἰσι πρῶτοι τινές, οἱ δὲ δεύτεροι, καθάπερ αὐτῶν ἐκείνων ἀπόγονοι. ὁρᾷς ὃ δῆτα καὶ τὸν συλλογισμὸν ὁποιά φησιν, εἰ τὸν πρῶτον τόκον λήψεται, καὶ τὸν δεύτερον. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν πρῶτον λήψεται, ἄρα καὶ τὸν δεύτερον. ΑΓ. σκοπῶ καὶ μισθῶν πέρι τὰ αὐτὰ φρόνιμον, ὃς σὺ λαμβάνεις ὅτι τῇ σοφίᾳ πρὸς τοὺς νέους, καὶ δῆλον ὅτι μόνος ὁ εὐδαίμων μισθὸν ὅτι τῇ ἀρετῇ λήψεται; ΧΡΥ. μανθάνεις. ἐγὼ γὰρ τοῦτο εἵνεκα λαμβάνω, τοῦ δὲ διδόντος αὐτοῦ χάριν. ἐπεὶ γάρ ἐστιν ὁ μὲν τις ἐκχύτης, ὁ δὲ, προσεκτικός, ἐμαυτὸν μὲν ἀσκῶ εἶναι προσεκτικόν, τὸν δὲ μαθητὴν, ἐκχυτῆν. ΑΓΟ. καὶ μὲν δὴ ἀνάπαλιν ἔφης, τὸν νέον μὲν εἶναι προσεκτικὸν, σὲ δὲ τὸν μόνον πλούσιον, ἐκχύτην. ΧΡ. σκώπτεις ὦ οὗτος· ἀλλ' ὅρα μήτε ἀποξύσω σε ἀναπόδεικτῳ συλλογισμῷ. ΑΓΟ. καὶ τί δεινὸν ἀπὸ τοῦ σκήπτρου; ΧΡΥ. ἀπορία, καὶ σιωπὴ, καὶ διαφθορὰ τοῦ διανοεῖσθαι. ὃ δὲ μέγιστον, ἐὰν ἐθέλω πάνυ σε ἀποδείξω λίθον. ΑΓΟ. πῶς λίθον; ἦ γὰρ Περσεὺς ὦ βέλτιστε εἶναί μοι δοκεῖς. ΧΡΥ. ὧδέπως. ὁ λίθος σῶμα ἐστί; ΑΓ. ναί. ΧΡΥ. τί δὲ, ὃ ζῷον, ἦ σῶμα; ΑΓΟ. ναί. ΧΡΥ. σὺ δὲ, ζῷον; ΑΓ. ἔοικα γοῦν. ΧΡΥ. λίθος ἄρα εἶ, σῶμα ὤν. ΑΓΟ. μηδαμῶς. ἀλλ' ἀνάλυσόν με πρὸς τοῦ Διὸς, καὶ ὅς ἐστιν ἀρχῆς ποίησον αὖθις ἄνθρωπον. ΧΡΥ. ἦ χαλεπὸν, ἀλλ' ἔμπαλιν ἴσθι αὖθις ἄνθρωπος. εἰπέ γάρ μοι, πρῶτον σῶμα, ζῷον; ΑΓΟ. ἦ. ΧΡΥ. τί δ', λίθος, ζῷον; ΑΓΟ. ἦ. ΧΡ. σὺ δὲ σῶμα εἶ; ΑΓ. ναί. ΧΡ. σῶμα δ' ὤν, ζῷον εἶ; ΑΓ. ναί. ΧΡ. ἦκ' ἄρα λίθος εἶ ζῶόν τε ὤν. ΑΓΟ. ὥστε ἐποίησας, ὡς ἤδη μου τὰ σκέλη καθάπερ ἡ Νιόβης ἀπεψύχετο, καὶ πάγια ἐκ· ἀνὰ ὠνήσομαί σε. πόσου σοῦ αὐτοῦ καταβαλῶ;

A CHR. Certè: solum enim sapientem fœnus exercere decet. Quandoquidem enim illius propriũ est syllogismis concludere: vsuras autẽ colligere, & fœnus conputare, atque syllogismis concludere parum differre videntur: quemadmodũ hoc soli studioso competit, ita quoque illud: nec decet illum fœnus simpliciter quemadmodum alij solent, accipere, verùm etiam alterius quoque fœnoris fœnus. Nisi fortè ignoras, fœnus aliud esse primum, aliud secundum, velut quandã illius progeniem. Vides autem & syllogismum quẽdam vulgò iactari. Si primum fœnus acceperit, accipiat etiam secundum. Ve- B rùm accepit primum, igitur & secundum accipiet. MERCA. Num ergo & de mercede quam tu à iuuenibus quos instituis, capere soles, similia dicenda sunt, quippe cùm manifestum sit solos studiosos meredem à virtute accepturos esse? CHR. Discis: certè non mea causa accipio, verùm illius gratia qui dat. Nam cùm alius sit effusor, alius verò comprehensor: me quidem ipsum cõprehensor vt sim præparo; discipulum verò, vt fiat effusor. MERCA. Atqui contrarium dicis, iuuenem esse comprehensorẽ, te verò C qui solus diues es, effusorem. CHRYS. Heus tu, scommate me perstringis: sed vide tu ne te petam syllogismo ineuitabili. MERCAT. Quid verò mali ex hoc telo accidet? CHRYS. Dubitatio & silentium, praterea mentis & intellectus subuersio: & quod omnium est maximum, si voluero, in lapidem te conuertam. MERCA. Quomodo lapidem feceris? neque enim Perseus, ô bone, mihi esse videris. CHRYS. Hoc modo: Lapis est corpus. MERCAT. Certè. CHR. Quid verò? Nonne & animal corpus est? D MERCAT. Imò maximè. CHR. Tu verò animal es. MERCA. Sic videtur. CHR. Lapis igitur es, cùm corpus sis. MERCAT. Nequaquam: sed per Iouem solue me, & de nouo hominem me fac. CHRYS. Non est difficile factu: igitur rursus sis homo: dic verò mihi, Nonne omne corpus animal est? MERCAT. Non. CHR. An verò lapis animal est? MERCA. Non. CHRYS. Tu verò corpúsne es? MERCAT. Maximè. CHRY. Corpus autem cùm sis, animálne es? MERCAT. Euge effeciſti, vt iam mea crura non aliter atque Niobes refrigerata & saxea facta sint: verùm coëmam te. Quantum pro ipso numerabo?

MERCV. Duodecim minas. MERCA. Accipe. M. Solúsne ipsũ emisti? MERCA. Non per Iouem, verùm illi omnes quos vides. MERCV. Certè multi sũt, & fortes habentes humeros, & digni sermone colligãte. IVP. Quid moraris? aliũ aduoca. MERCV. Peripateticũ accerso, te inquã honestum & diuitem. Age, te quidem aptissimum qui vendaris, quippe qui omnia solus noris. MERCA. Qualisnam ille est? MERCV. Modestus, æquus, vita bene cõposita: &, quod maximũ est, duplex existit. MERCA. Quomodo dicis? MERCV. Alius quidem foris apparet, quàm intus esse videtur. Itaque si ipsum emes, memento vt hunc internũ, illũ verò externũ appelles. MERCA. Quid verò potissimũ nouit? MERCV. Nouit triplicia esse bona: animæ scilicet, corporis, & rerũ externarũ. MERCA. Humana sapit. quãti verò venditur? MERCV. Viginti minis. MERCAT. Pluris certè. MERCV. Nequaquã equidem: & ipse pecuniã habere videtur. Itaque non est quòd in illo emendo possis esse celerior quàm deceat: præterea non ita multo pòst discES ab eo quandiu viuat culex, & quàm profundè Sol radios immittat in mare: denique qualem animã habeant ostrea. MERCA. O Hercules quanta argutia! MERCV. Quid si audias alia multa his acutiora? de semine videlicet & generatione, déque embryonis formatione in vtero, & quomodo homo risibilis sit, asinus verò animal quod neq; ridere neq; ædificare neq; nauigare possit? MERCA. Planè admirãda sunt ea quæ narras, & valde vtilia dogmata. Itaque emam ipsũ viginti minis. MERCV. Quis adhuc reliquus est? Scepticus ille. Heus tu Pyrrhia accede, illico proclamãdus es: iam enim multi abeũt & diffluunt, atque in paucis erit venditio. Veruntamen quis emet illum? MERCA. Ego. Sed primùm dic mihi, quid nosti? PHILOSOPHVS. Nihil. MERCAT. Quid ita? PHIL. Quia omnino nihil mihi videtur existere. MERCA. Igitur neque nos aliqui sumus. PHIL. Nec hoc quidem scio. MERCA. Neque tu aliquis existis. PHIL. Hoc ego multo magis ignoro. MERCA. O ignorantiã! verùm quid sibi volunt hæ stateræ? PH. Sermones in illis trutinor, & ad æqualitatem redigo: postquã autem illos planè similes, & æquale pondus habere cognouero, tũc ignoro quis horũ verior sit.

Id est, digni qui colligãt manipulos, aut opus ĩmagrius faciant: allusione facta ad significationem propriam τῦ σκείζειν.

Peripatetici.

Scepticus.

ΑΕΡ. μνᾶς δώδεκα. ΑΓ. λάμβανε. ΕΡ. μόνος δ' αὐτὸν ἐώνησαι; ΑΓ. μὰ Δί', ἀλλ' ὅτι πρώτιστος ὃς ὁρᾷς. ΕΡ. πολλοί γε, καὶ ζυὶ ὦμους καρτεροὶ, καὶ τῦ θρείζοντος λόγου ἄξιοι. ΖΕ. μὴ δῆτα ἐμβάτευε· ἄλλον κάλει. ΕΡ. Περιπατητικόν σε φημί, τὸν καλὸν, τὸν πλούσιον. ἄγε δὴ, ὠνήσασθε τὸν σωφρονέστατον, τὸν πρῶτα ὅλως ὀβριζάμενον. ΑΓΟ. ποῖος δέ τις ὅστις; ΕΡ. μέτριος, ὀβριφὴς, ἁρμόδιος τῷ βίῳ, ὃ δὲ μέγιστον, διπλῦς. ΑΓ. πῶς λέγεις; ΕΡ. ἄλλος μὲν ὁ ἔκτοθεν φαινόμενος, ἄλλος δὲ ὁ ἔνδοθεν εἶναι δοκεῖ· ὥστε τὸν ὠρίᾳ αὐτὸν, μεμνῆσο, τὸν μὲν, ἐσωτερικὸν, τὸν δὲ, ἐξωτερικὸν καλῶν. ΑΓΟ. τί δὲ γιγνώσκει μάλιστα; ΕΡ. τρία ταῖς τὰ ἀγαθὰ, ἐν ψυχῇ, ἐν σώματι, ἐν τοῖς ἐκτός. ΑΓΟ. αἰδεσίμου φρενός. πόσου δέ ἐστιν; ΕΡ. εἴκοσι μνῶν. ΑΓ. πολὺ λέγεις. ΕΡ. ἀκῦε ὦ μακάριε· ἐγὼ αὐτὸς ἔχω τι ἀργύριον δοκεῖ. ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις ὠνούμενος· ἔτι δὲ εἰσὶ αὐτίκα μάλα πρὸ αὐτῦ πόσον μὲν ὁ χρόνῳ βιοῖ τὸν χρόνον, ἐφ' ὅσον δὲ βάθος ἡ θάλασσα ἐπὶ τὸ ἥλιον καταλάμπεται, καὶ ὁποῖά τις ἐστὶν ἡ ψυχὴ τῶν ὀστρέων. ΑΓΟ. Ηρακλῆς, τῆς ἀκριβολογίας. ΕΡ. τί δὲ, εἰ ἀκήκοοις ἄλλα πολλὰ τούτων ὀξυδερκέστερα, γονῆς τε πέρι καὶ γενέσεως, καὶ τῆς ἐν ταῖς μήτραις τῶν ἐμβρύων πλασικῆς; καὶ ὡς ἄνθρωπος μὲν γελαστικὸν, ὄνος δὲ ἀγελαστικὸν, οὐδὲ τεκταινόμενον, οὐδὲ πλωϊζόμενον; ΑΓ. πολύστομα φῆς, καὶ ὀνησιφόρα τὰ μαθήματα· ὥστε ὠνεῖσθαι αὐτὸν εἰκοσιν. ΕΡ. εἶεν. τίς λοιπὸς ἡμῖν καταλέλειπται; ὁ Σκεπτικὸς οὗτος. σὺ ὁ Πυρρία προσιθι, καὶ ἀποκηρύττου τὰχος. ἤδη μὲν ὑποῤῥέουσιν οἱ πολλοὶ, καὶ ἐν ὀλίγοις ἡ πρᾶσις ἔσται. ὅμως δὲ, τίς καὶ τοῦτον ὠνεῖται; ΑΓΟ. ἐγωγε. ἀλλ' ὅμως πρόσθεν εἰπέ μοι, σὺ τί ὠφέλησαι; ΦΙ. οὐδέν. ΑΓ. πῶς τοῦτ' ἔφησθα; ΦΙ. ὅτι οὐδὲν ὅλως εἶναί μοι δοκεῖ. ΑΓΟ. οὐδὲ ἡμεῖς ἄρα ἐσμέν τινες; ΦΙΛ. οὐδὲ τοῦτο οἶδα. ΑΓΟ. οὐδ' ὅτι σὺ τις ὢν τυγχάνεις; ΦΙΛ. πολὺ μᾶλλον ἔτι τοῦτ' ἀγνοῶ. ΑΓ. ὦ τῆς ἀποριας. τί δαί σοι τὰ σάθμια βούλεται; ΦΙ. ζυγοστατῶ σὺν αὐτοῖς τοῖς λόγοις, καὶ πρὸς ὃ ἴσον ἀπευθύνω. καὶ ἐπειδὰν ἀκριβῶς ὁμοίους τε καὶ ἰσοβαρεῖς ἴδω, τότε δὴ ἀγνοῶ τὸ ἡμίσεσθον.

ΑΓΟ. τῶν ἄλλων δὲ, τί μάλιστα τοῖς ἐμμελῶς; ΦΙ. τὰ πόντε, πλὴν δραπέτην μεταδιώκειν. ΑΓΟ. τί δαὶ τοῦτό σοι ἀδύνατον; ΦΙ. ὅτι ὦ γαθὲ, ὐ καταλαμβάνω. ΑΓΟ. εἰκότως. βραδὺς γὰρ, καὶ νωθὴς τὴν εἰδοκεῖς. ἀλλά τί σοι τὸ τέλος τῆς ὑπισάσεως; ΦΙ. ἡ ἀμαθία, καὶ τὸ μήτε ἀκούειν μήτε ὁρᾶν. ΑΓΟ. σὺ κωφὸς ἅμα, καὶ τυφλὸς εἶ λέγεις. ΦΙ. καὶ ἀκεραίως γε τοιοῦτος, καὶ ἀναίσθητος. καὶ ὅλως, τῶν σκώληκος οὐδὲν διαφέρων. ΑΓΟ. ὠνητέος εἶ ἀρ' ὑμῖν. πόσου τοῦτον ἄξιον λέγειν φαίης; ΕΡ. μνᾶς Ἀττικῆς. ΑΓΟ. λάμβανε. τί φῄς ὦ οὗτος, ἐωριάμην σε; ΦΙ. ἄδηλον. ΑΓΟ. μηδαμῶς. ἐώνημαι γὰρ, καὶ παρεῖναι κατέβαλον. ΦΙ. ἐπέχω τοῦτο τοῦτου, ὐ διασκεψόμενος. ΑΓΟ. ἀλλὰ μοὶ ἀκολούθει μοι, καθάπερ τοὺς ἐμοὺς οἰκέτας. ΦΙ. τίς οἶδεν εἰ ἀληθῆ ταῦτα φῄς; ΑΓΟ. ὁ κῆρυξ, ὐ ἡ μνᾶ, καὶ οἱ παρόντες. ΦΙ. πάρεσι γὰρ ἡμῖν τινες; ΑΓΟ. ἀλλ' ἔγωγέ σε ἤδη ἐμβαλῶν ἐς τὸν μύλωνα, πείσω εἶ δεσπότης τὴν χεῖρω λόγον. ΦΙ. ἐπέχω τοῦτο τοῦτου. ΑΓ. μὰ Δί', ἀλλ' ἤδη γε ἀπερῶ μίαν. ΕΡ. σὺ μὲν παῦσαι διαπτεινῶν, ὐ ἀκολούθει τῷ πριαμένῳ· ὑμᾶς δὲ ἐς αὔριον παρακαλοῦμεν. ἀποκηρύξειν γὰρ τοὺς ἰδιώτας, καὶ βαναύσους, ὐ ἀγοραίους βίους μέλλομεν.

AMERCA. In aliis autem rebus quid potissimùm facere soles? PHIL. Omnia facio, præterquã quòd fugitiuos nõ persequor. MERCA. Quid? Anne hoc tibi impossibile est? PHILO. Quia ô bone non comprehendo. MERCA. Iure. tardus enim & piger esse videris. Verùm quis tuæ sapientię finis est? PHIL. Ignorantia, & nihil neque audire, neque videre. MERCA. Num ergo & surdus simul & cæcus es? PHIL. Imò sensu etiã & iudicio careo: breuiter nihil à verme differo. MERCA. Propterea emẽdus es. B Quanti illum æstimas? MERCV. Attica mina. MERCA. Accipe. Heus tu quid ais? ego te emi. PHIL. Non est certum. MERCA. Nequaquam: emi enim, & pecuniam numeraui. PHIL. De eo nunc cogito, atque istud considero. MERCA. Atqui sequere me, quemadmodum seruum decet. PHIL. Quis nouit num vera sint quæ dicis? MERCA. Præco, & Attica mina, & illi qui adfuerũt. PHIL. An ali qui etiam nobiscum sunt? MERCA. At ego te iam coniiciens in pistrinum, persuadebo tibi secundùm peiorẽ C causam, me tuum esse herum. PHIL. Ea de re nunc mecum delibero. MERCA. Sed per Iouem iam pronuntiaui, & sententiam tuli. MERCV. Tu quidem desine te huic opponere, atque sequere eum, quandoquidem te emit. Vos autem cras aduocabimus, proclamaturi idiotas & fabriles atque viles vitas.

Alludit ad λόγος καὶ κρίσεις quos vocant.

ΑΛΙΕΥΣ, Η ΑΝΑΒΙΟΥΝΤΕΣ.

PISCATOR, SEV REVIVISCENTES.

Bilibaldo Birckheimero interprete.

ARGVMENTVM.

Hic Dialogus quasi quædam apologia superioris est, quantum ad Luciani personam attinet. Exponit enim ille causam hîc, cur toties in philosophos inuehatur: nempe quòd plerique simulato nomine pro veris falsos se gerant, quæstumq; magis quàm virtutem sectentur. Series argumenti ita se habet. Finguntur Philosophi illi vetustiores, Pythagoras, Socrates, Plato, Aristoteles, Chrysippus, Diogenes, atque alij, ad vlciscendum Lucianum, cùm propter alia conuicia, tum quòd proximo Dialogo venales eos proposuerat, idq; etiam viliſsimo pretio, ab inferis redire, ac reuiuiscere, commeatu in vnum diem impetrato. Qui cùm illum saxis persecuti, in fugam conuersum cepissent, occidere primùm statuerunt. Ille verò prouocando ad ipsam Philosophiam, eóque obtento vt causam sibi dicere liceret, postquam à Diogene, vtpote Cynico, & ceteris liberiore, communi omnium nomine accusatus esset, tanquam qui contumelioſisſimè omnes Philosophiæ cultores, viros de tota virtute & rebus mortalium optimè meritos, proscidisset, ita sese defendit, vt diceret se minimè negare obiecta, sed consilio & ratione adductum, & hæc & plura etiam his feciſse: non quidem in veros philoso-

phos, ſed in eos qui nomine tantùm illo ſeſe iactarent, cùm interim non modò Philoſophiam veram ignorarent, ſed planè diuerſa etiam à præceptis & regulis illius factitarent. Proinde ſe non modò ſupplicio nullo dignum eſſe, ſed contrà etiam præmijs tanquam veræ Philoſophiæ amatorem atque aſſertorem donari debere. Hoc iudicio peracto, cùm ille non ſolùm ab accuſatione liberatus, verumetiam in ſocietatem eorum à quibus antè accuſabatur, aſcitus fuiſſet, à Philoſophia deinceps & falſi illi philoſophiæ ſimulatores citantur, vt ſuæ profeſſionis cauſſam redderent. Qui cùm iudicium hoc omnes fermè declinaſſent, mittitur Lucianus vnà cum Elencho, vt illos inquirant, ac bonos quidem honoribus afficiant, malos autem adempto habitu ſtigmate inurant. ſed priùs quàm id fieret, Lucianus ſeu Parrhiſiades (ita enim ſeſe apud Philoſophiam appellat) puta quò iam re ipſa comprobaret, quod verbis antea dixerat, accepto hamo, eoq; auro, carycis & placentis abſcondito, quaſi piſcator aliquis, allectos & attractos ſimulatores iſtos capit, capios autem de communi reliquorum conſenſu de ſaxo præcipites mittit. Habet autem Dialogus hic duos titulos, quorum alter ab ijs quæ à principio geruntur, nomen accepit, alter ab exitu ſeu cataſtrophe ſumptus eſt: ſimillimus q;, quod ad argumentum & eius tractationem attinet, alicui veteris Comœdiæ fabula eſt.

SOCRATES. I Niice iniice lapides crebros execrandum in hũc: proiice glebas, adiice teſtas, percute fuſtibus calumniatorem: videſis effugiat: & tu Plato iacta, & tu Chryſippe, tu quoque: agite, omnes pariter in illum obarmemur,

Pera vt reddat opem peræ, baculuſq; bacillo.

Siquidem communis eſt hoſtis, nec quiſpiam è nobis exiſtit quem non iniuria affecerit. Tu verò ô Diogenes, ſi vnquam aliàs, præcipuè nunc baculo vtere: non deſinas: dignas conuitiator pœnas luat. Quid hoc rei eſt? nunquid, Ariſtippe, defeſſi eſtis? atqui minimè oportebat:

Eſte cati, atque acris nemo nunc immemor ire.

Ariſtoteles accelera, quin propius accede. Bene habet, capta eſt fera: deprehenſúsne es ſcelerate? Porrò confeſtim intelliges quoſnam viros maledictis tuis laceſſieris. Verùm qualénam fatum ipſum manebit: ſiquidem varium quoddam mortis excogitabimus genus, crudelitate cuius omnes exatiari valeamus: etenim æquum eſt ſepties eum ſingulis nobis morte pœnas expendere. PLATO. Mihi quidem per Iouem, erutis oculis, abſciſſáque lingua, cruci ſuffigendus videtur, priùs tamen flagris cæſus. Tibi verò Empedocles quid? EMPEDOCL. In Ætnæ cratêras præcipitandus, vt meliores conuitiis inceſſendos haud eſſe addiſcat. PLAT. Quinimo optimum eſſet, ſi Penthei vel Orphei inſtar inter petras dilaniatus inueniretur, ita vt particulam vnuſquiſque digrediens ſecum auferre poſſet. LVCIANVS. Minimè: verũ mihi parcatis obſecro. SOCR. Arctiùs adſtringe. Ampliùs non dimittêtis: num quid Homerus dicat, vides:

A B Αλλε, βάλλε τὸν κατάρατον τοῖς ἀφθόνοις λίθοις· βάλλε τῶν χώλων· τροχοπέδαλλε καὶ τῶν ὀστράκων· παῖε τοῖς ξύλοις τὸν ἀλιτήριον· ὅρα μὴ ἀλαφύγῃ. καὶ σύ ὦ Πλάτων, βάλλε. καὶ σὺ ὦ Χρύσιππε, καὶ σύ. πάντες ἅμα ξωαστίσωμεν ἐπ' αὐτὸν,

Ὡς πήρη πήρηφιν ἀρήγῃ, βάκτρα τε βάκτρῃσι.

κοινὸς γὰρ πολέμιος, ὃς οὐκ ἔστιν ὅν τινα ἡμῶν οὐ κακῶσαι. σὺ δὲ ὦ Διόγενες, εἴ ποτε ἄλλοτε, χρῶ τῷ ξύλῳ, μηδὲ αὐτῆς ἀνῆσθαι τὴν ἀξίαν, βλάσφημος ὤν. τί τοῦτο; κεκμήκατε ὦ Ἀείσιππε; καὶ μὴν οὐκ ἐχρῆν.

Ἐξὲ σοφοί, μνήσασθε ὁ θυέλης ἐργῆς.

Ἀείσοτελες ὅπισσόυδα σον ἔπι θάλασσον. καλῶς ἔχει· ἐάλωκε τὸ θηρίον, εἰλήφαμέν σε ὦ μιαρέ. εἶτα γοῦν αὐτίκα ὅς τινας ὄντας ἡμᾶς, ἐκακηγόρεις. τῷ δ' ὄντι δέ τις αὐτὸν κ' μετέλθοι; ποικίλον γάρ τινα ὑπονοοῦμεν θάνατον κατ' αὐτοῦ, πᾶσιν ἡμῖν ἀξιαρκέσαι δυνάμενον· καθ' ἕκαστον ἑπτάκις γοῦν δίκης ἐστὶν ἡμῖν ἀπολωλεκέναι. ΠΛ. ἐμοὶ μὲν, αἰσχροπλοκίᾳ δοκεῖ αὐτὸν, νὴ Δία, μασιγωθέντα τε πρότερον. C τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκεκόφθω, τ' γλῶτταν αὐτοῦ ὑπὸ πολὺ πρότερον ἀποτετμήσθω. σοὶ δ' ἢ Ἐμπεδόκλεις, δοκεῖ; ΕΜ. ἐς τοὺς κρατῆρας ἐμπεσεῖν αὐτόν, ὡς μάθοι μὴ λοιδορεῖσθαι τοῖς κρείττοσι. ΠΛ. κ' μὲν ἄριστον ἦν καθαρόν τινα Πενθέα, ἢ Ὀρφέα, λαχισὸν ὑπὸ πέτραισιν βυρέως μόρον, ἵνα αὖ κ' ὃ μέρος αὐτοῦ ἕκαστος ἔχων, ἀπαλλάττοιτο. ΛΟΥ. μηδαμῶς· ἀλλὰ πρὸς ἱκετῶν φείσασθέ μου. ΣΩ. ἆρα γε οὐκ ἀφεθήσῃ ἐπιόρας ὃ δὴ κ' τ' Ὅμηρον ἀλέγει, ὡς

Οὐκ ἔστι λέοντι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά;

ΛΟΥ. καὶ μὲν καθ' Ὁμήρου ὑμᾶς καὶ αὐτὸς ἱκετεύσω. αἰδέσεσθε γὰρ ἴσως τὰ ἔπη, καὶ οὐ παρόψεσθε ῥαψῳδήσαντά με·

Ζωγρεῖτ' ἐμὲ κακὸν ἄνδρα, καὶ ἄξια δέχθε ἄποινα,

Χαλκόν τε, χρυσόν τε, τὰ δὴ φιλέουσι σοφοί περ.

ΠΛ. Ἀλλ' οὐδὲ ἡμεῖς ἀπορήσομεν πρὸς σὲ Ὁμηρικῆς ἀπιλογίας. ἄκουε δή,

Μή δή μοι φύξιν τε καὶ ἀγκλυτὸν ἐλπέο θυμῷ,

Χρυσὸν περ λέξας, ἐπεὶ ἴκεο χεῖρας ἐς ἡμᾶς.

ΛΟΥ. οἴμοι τῶν κακῶν. ὁ μὲν Ὁμηρος ἡμῖν ἀπρόσκλητος, ἡ μεγίστη ἐλπίς. ὅτι τὸν Εὐριπίδην δή μοι καταφυκτέον· τάχα γὰρ αὖ σώσει με·

Μὴ κτεῖνε τὸν ἱκέτην· οὐ γὰρ θέμις κτανεῖν.

ΠΛ. τί δὲ οὐχὶ καὶ ἐκεῖνα Εὐριπίδου ἐστίν,

Οὐ δίκαια πάσχειν δίκαια τοὺς εἰργασμένους;

ΛΟΥ. νῦν οὖν ἕνεκα ῥήματος κτενεῖτέ με;

ΠΛ. νὴ Δία. φησὶ γοῦν σοφὸς αὐτός,

Ἀχαλίνων στομάτων, ἀνόμου τ' ἀφρασίας,

Τὸ τέλος δυσχέρεια.

tibi percenſere. Iampridem enim mihi videor animaduertiſſe, te de capeſſenda hac vitę ratione cogitare. Nã olim quum his de rebus ſermo incidiſſet: mox ex his qui præſentes erãt, quiſpiã mercenarium hoc vitæ genus laudare cœpit: fortunatiſſimos eos affirmans, quibus contigiſſet horum vti familiaritate, qui apud Romanos eſſent optimates: tum conuiuiis adeſſe opiparis, idque immunes: præterea ſplendidis in ædibus diuerſari: tum peregrinari omnigena cum commoditate, voluptatéque, alba interim in rheda (ſi fortè libeat) reſupinatos. Inſuper ob hanc amicitiam, óbque commoditates quibus afficiuntur, etiam mercedem capere: id verò non mediocre videri. Iſtis enim haud dubiè citra ſementem ac culturam (quod aiunt) cuncta prouenire. Hæc igitur atque id genus alia quum audires, animaduerti quemadmodum ad ea inhiaueris, quámque auidè ad eſcã os apertum porrexeris. Proinde ne quid mihi certè in poſterum poſſis imputare, neque expoſtulare queas, quòd quum te conſpiceremus tantum vnà cum eſca deglutientem hamum, non reuocaremus, neque priuſquam in guttur demergeretur, reuulſerimus, neque præmonuerimus, verùm poſteaquam ceſſaſſemus, donec eo iam adacto atque infixo, trahi iam ac vi duci cõſpiceremus, tum quum nihil opis afferri poſſit, fruſtra adeſſe nos atque illacrymari: hęc inquam ne quando poſſis dicere: (quæ ſi dicantur, meritò profectò dicantur, neque à nobis refelli poſſent quominus peccaſſe videremur, vt qui priùs iſta non indicaſſemus) audi nunc ordine omnia. Ac rete quidem ipſum cuiuſmodi ſit, quámq; nullum habeat exitum: non intus mediis in ſinibus inuolutus, ſed foris tutò atque per otium antè contemplator, vnci æris aculeum, reflexam hami aciem, ac tridentis cuſpides manu tentans, malæque admotas experiens. Quòd niſi vehementer acuta, niſi ſic illigantia, vt effugiendi nulla ſit facultas, niſi dira vulnera factura videantur, acriter trahentia, & inexplicabiliter retinentia: nos quidem inter formidoloſos, atque ob id etiã pauperes famelicóſque adſcribito: ipſe verò ſumpta fiducia, venatum iſtũ, ſi videtur, aggreditor, Lari in morem totam eſcam hiatu deglutiẽs. Atque in vniuerſum quidem forſitan tua cauſa omnis hic ſermo dicetur: quanquam non ſolùm de vobis philoſophis,

aut his quicunque vitæ inſtitutum ſibi delegerunt cum virtutis ſtudio coniunctius, verumetiam de grammaticis, rhetoricis, muſicis, breuiter de omnibus qui in doctrinæ profeſſione verſari, quæſtũque facere propoſuerũt. Cæterùm quum omnia ſint inter iſtos communia, eadémque prorſus accidant omnibus, palàm eſt philoſophorum conditionem non eſſe à reliquis eximiã, imò hoc illis turpiùs iſta contingere, quum ſint eum aliis communia, ſi ij qui conducunt, non aliis præmiis eos quàm reliquos dignos iudicent, nihilóque magis quàm cęteros in honore habeant. Sed quicquid erit, quod narrationis ſeries aperiet, eius culpã potiſſimùm in ipſos conferre par eſt qui eiuſmodi faciunt: deinde in eos qui talia ſuſtinent. Ego verò culpari nõ debeo, niſi fortè veritas & libertas in commemorãdo reprehenſionem mereatur. Ac reliquum quidem hominum vulgus, puta palæſtricos quoſpiam, aut adulatores imperitos, ſordidóque animo, ac ſuopte ingenio humiles & abiectos homines, ne operæpretiũ quidem fuerit ab eiuſmodi conuictu dehortari, quippe nequaquam obtemperaturos: neque rurſum æquum ſit illis vitio vertere quòd non relinquãt ſuos conductores, etiam plurimis ab illis cõtumeliis affecti: ſunt enim ad eam vitæ rationem accõmodati factíque, neque ea videlicet indigni. Præterea ne habeant quidem aliud quippiam ad quod ſeſe cõuertant, & in quo ſeſe exerceant, adeo vt ſi quis eam vitã illis adimat, ignaui illico, conſiliiq; inopes, deſidioſi atq; inutiles reddantur. Quamobrẽ nec ipſi rem aliquã indignam patiantur, nec illi cõtumelioſe facere videantur, ſi (quod aiunt) in matellam imminxerint. Etenim ad eas ipſas cõtumelias iam inde initio præparati, conferunt ſeſe in familiam, atq; hęc ſola illis ars ſuppetit, ferre & perpeti quicquid acciderit. Cæterùm eruditorũ nomine, de quibus inſtituerã loqui, meritò indignandũ, enitendumq; vt quàm maximè fieri poteſt, eos inde reuocatos, in libertatẽ vindicemus. Videor autem rectè facturus, ſi quibus de cauſſis ſe quidã ad hoc vitæ genus conferũt, eas cauſſas excuſſero, parumq; idoneas atque efficaces eſſe demõſtrauero. Siquidem eo pacto omnis illis præripietur excuſatio, ſummúſque ille titulus, quo ſuã ſponteam ſeruitutem ſolẽt obtexere. Iam igitur plerique paupertatẽ & rerum neceſſariarũ inopiam proponunt, atq; eam vmbram ſatis idoneam exiſtimãt,

A ἢ ὁπόσοι ἀσυδιαφορότερον τὸν προαίρεσιν προείλοντο ἐπὶ τῆς βίου, ἀλλὰ καὶ πρὸς γραμματικῶν, καὶ ῥητόρων, καὶ μουσικῶν, καὶ ὅλων τῶν ὅσα παιδείας σοφίαν καὶ μαθοφορᾶν ἀξιουμένων. κοινῶν δὲ ὡς ὑπάρχοντων, καὶ ὁμοίων τῶν ξυμβαινόντων ἅπασι, δῆλον ὡς οὐκ ἐξαίρετα μόνῳ, αἰσχίω δὲ τὰ αὐτὰ ὄντα γίγνεται τοῖς φιλοσόφοσιν, εἰ τῶν ὁμοίων τοῖς ἄλλοις ἀξιοῦντο, καὶ μηδὲν αὐτοῖς σεμνότερον οἱ μισθοδόται ἄγοιεν. ὅ, τι δὴ οὖν ὁ λόγος αὐτὸς ὑπιὼν ἐξελεύσεται, τούτου τὸν αἰτίαν μάλιστα μὲν οἱ ποιοῦντες αὐτοὶ, ἔπειτα δὲ οἱ ὑπομένοντες αὐτά, δίκαιοι ἔχειν· ἐγὼ δὲ ἀναίτιος, εἰ μὴ ἀληθείας καὶ παῤῥησίας ὑπὲρ μέμψεως τί ἐστι. τοὺς μὲν τῶν ἄλλου πλήθους, οἷς γυμνάσας τινὰς, ἢ κόλακας ἰδιώτας, καὶ μικροὺς τὰς γνώμας, καὶ ταπεινοὺς αὐτόθεν ἀνδρώπους, ὥστε ἀποτρέπειν ἄξιον τῶν τοιούτων συνουσιῶν, οὐδὲ γὰρ ἂν πεισθεῖεν· ὥστε μὲν αἰτιᾶσθαι καλῶς ἔχει, μὴ ἀπολιπομένους τῶν μαθητῶν, εἰ καὶ πόνου πολλὰ ὑπομένοιντο ὑπ' αὐτῶν· ὑποτίθηθοι γὰρ, καὶ οὐκ ἀπάξιοι τῆς τοιαύτης ἀγωγῆς. ἄλλως τε οὐδὲ χρῆν ἄν τι ἄλλο, πρὸς ὅ, τι χρὴ ἀποκλίναντας αὐτοῖς, πρόσεχον αὐτοῖς ἐνεργοί· ἀλλ' ἴσως τις αὐτῶν ἀφέλη τοῦτο, ἄτεχνοι αὐτίκα, καὶ ἀργοὶ, καὶ πρόθυμοί εἰσιν. οὐδὲν οὖν ὅτ' αὐτοῖς δεινὸν πάσχοιεν ἄν, ὅτ' ἐκόντες ὑπομένοιεν δουλεύειν, ἐς τὸν ἀμίδα φασὶν ἐνουροῦντες· ὑπὸ γάρ τοι τὸν ὑβριν τοῦτον ἐξ ἀρχῆς προέρχονται ἐς τὰς οἰκίας· καὶ ἡ τέχνη φέρει καὶ ἀνέχεσθαι τὰ γινόμενα. πρὸς δὲ ὧν πρόσθεν τῶν πεπαιδευμένων, ἄξιον ἀγανακτεῖν, καὶ πειρᾶσθαι ὡς ἔνι μάλιστα μεγάλην αὐτοῖς, καὶ πρὸς ἐλευθερίαν ἀφαιρεῖσθαι· δοκῶ δέ μοι καλῶς ἂν ποιῆσαι, εἰ τὰς αἰτίας, ἀφ' ὧν ὑπὸ τὸν τοιοῦτον βίον ἀφικνοῦνταί τινες, προεξετάσας, δείξαιμι, οὐ πάνυ βιαίους, οὐδ' ἀναγκαίας. οὕτω γὰρ ἂν αὐτοῖς ἡ ἀπολογία προσαιρεῖτο, καὶ ἡ πρόφασις εὐπρόσωπος τῆς ἐθελοδουλείας. οἱ μὲν δὴ πολλοὶ, τὸν πενίαν, καὶ τὸν τῶν ἀναγκαίων χρείαν προθέμενοι, ἱκανὸν τοῦτο προκάλυμμα οἴονται,

προσβεβλῆσθαι τῆς πρὸς τὸν βίον τῶν αὐ- A τομολίας· καὶ ἀποχρῶν αὐτοῖς νομίζοισιν εἰ λέγοιεν, ὡς ξυγγνώμης ἄξιον ποιοῦσι, τὸ χαλεπώτατον τῶν ἐν τῷ βίῳ, τὴν πενίαν δια-φυγεῖν ζητοῦντες· εἶπα ὁ Θέογνις προχθές, καὶ πολύ,

Πᾶς γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδμημένος,

καὶ ὅσα ἄλλα δείγματα ὑπὸ τῆς πενίας οἱ ἀθυμέστατοι τῶν ποιητῶν ἐξενηνόχασιν. ἐγὼ δ' εἰ μὲν ἑώρων αὐτοῖς φυγήν τινα ὡς ἀληθῶς τῆς πενίας βεβιωκόσιν ἐκ τῶν τοιούτων ξυνουσιῶν, οὐκ ἂν ὑπὲρ τῆς ἄγαν ἐλευθερίας ἐμπροσθεμένοις πρὸς αὐτοὺς· ἐπεὶ B δὲ (ὡς ὁ καλός που ῥήτωρ ἔφη) τοῖς τῶν νοσούντων σιτίοις ἐοικότα λαμβάνουσι, τίς ἔτι μηχανὴ μὴ οὐχὶ καὶ πρὸς τοῦτο κακῶς βεβουλεῦσθαι δοκεῖν αὐτοῖς, ἀεὶ μενούσης ὁμοίας αὐτοῖς τῆς ὑποθέσεως τοῦ βίου; πενία γὰρ εἰς ἀεί, καὶ τὸ λαμβάνειν αἰσχρόν, καὶ ἀπόλετον οὐδέν, οὐδὲ προϊὸν ἐς φυλακήν, ἀλλὰ τὸ δοθέν, κἂν δοθῇ, κἂν ἀθρόως ληφθῇ, πρὸς ἀκεσιβοΐς, καὶ τῆς χρείας εὐθέως καταναλίσκεται. καλῶς δὲ εἶχε, μὴ τοιαύτας τινὰς ἀφορμὰς ὀπίσω, αἳ τὴν πενίαν C τηρήσουσι, παραβοηθήσουσαν μόνον αὐτῇ, ἀλλ' αἳ τέλεον ἐξαιρήσουσι· καὶ ὑπὲρ γε τοῦ τοιούτου, καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντου ἴσως ῥιπτεῖν ἐδεῖ, ὦ Θέογνι, καὶ πετρέων, ὡς φῄς, κατ' ἠλιβάτων. εἰ δέ τις ἀεὶ πένης, καὶ ἀνδρὸς, καὶ ὑπόμαθος ὤν, οἴεται πενίαν αὐτῷ τούτῳ ἀφαιρεθήσεσθαι, οὐκ οἶδα πῶς ὁ τοιοῦτος οὐκ ἂν δόξειεν ἑαυτὸν ἐξαπατᾶν. ἄλλοι δὲ πενίαν μὲν αὐτοῖς οὐκ ἂν φοβηθῆναι, οὐδὲ καταπλαγῆναι φασιν, εἰ ἐδύναντο τοῖς D ἄλλοις ὁμοίως πονοῦντες, οὐκ ἐπείγειν τὰ ἀλφιτα, νῦν δὲ (πεπονηκέναι γὰρ αὐτοῖς τὰ σώματα, ἢ ὑπὸ γήρως, ἢ ὑπὸ νόσων) δεῖ τινι δὲ φασὶν οὐσῶν τινι μισθοφορᾶς, ἀπηντηκέναι. φέρ' οὖν ἴδωμεν εἰ ἀληθῆ λέγουσι, καὶ εἰ ὄντως ἐκ τοῦ ῥᾴστου παρεσκεύασται αὐτοῖς τὰ διδόμενα, μὴ πολλά, μηδὲ πλείω τῶν ἄλλων πονοῦσιν. δίκη γὰρ ἂν ἐοικότα εἴη τοιοῦτά γε, μὴ πονοῦντα, μηδὲ καμόντα, ἑτοίμων ἀργυρίων λαβεῖν.

qua ſuum factum prætexant, quòd vltrò ad eam vitam acceſſerint: ac ſibi ſufficere credunt, quùm aiunt ſe quiddam ignoſcendum facere, qui id quod eſt in vita moleſtiſſimum, nempe paupertatem, ſtudeant effugere. Poſtea in promptu Thieognis, atque illud plurimum in ore:

Nam quemcunque virum paupertas enecat:

& ſi qua alia terricula abiectiſſimi quique poëtæ de paupertate prodiderunt. Equidem ſi viderem ex huiuſmodi conuictu paupertatis effugium aliquod verè contingere, non admodum anxiè cum eis de vehementer amplectenda libertate diſceptarem. At poſteaquam eiuſmodi quædam accipiunt, cuiuſmodi ſunt ægrotantium alimenta (quemadmodum egregius ille dixit orator) quî queant effugere quò minùs in hoc ipſum parum rectè ſibi conſuluiſſe videantur, nimirum ſemper illis manente eodem vitæ illius argumento? Semper enim manet paupertas, ſemper accipiendi neceſſitas: nihil quod ſeponatur, nihil ſupereſt quod reſeruetur: verùm quicquid datum fuerit, vt detur, vt vniuerſum etiam capiatur, prorſus omne inſumitur, ita tamen, vt ne quidem in vſus ſufficiat. Rectius autem futurum fuerat, ſi nequaquam cauſſas eiuſmodi comminiſcerentur, quę paupertatem ſeruant alúntque, atque eatenus duntaxat opitulantur, verùm quæ illam tandem aliquando tollant. Ac forſitan tibi hoc volebas Theogni, quùm diceres eam in altum mare, ac præruptis de ſcopulis præcipitem dari oportere. Quòd ſi quis ſemper pauper, ſemper egens, cùm ſemper mercede conductus mereat, hoc ipſo ſeſe arbitretur aufugiſſe paupertatem: non video quî fieri poſſit quominus hic ipſe ſeſe fallere videatur. Rurſum alij negant ſeſe paupertatem formidaturos, ſi modò reliquorum hominum in morem poſſint ſuo labore ſuáque induſtria ſibi victum ſuppeditare: at nunc ſibi fractas eſſe corporis vires, ſeu ſenio, ſeu morbis: eóque ad eam vitam mercenariam, facilem videlicet atque commodam confugere. Age igitur, inſpiciamus num vera prædicent, & num ea quæ dantur, ex facili illis ſuppetant, ac non multo, neque adeo maiore labore conſtent, quàm vulgo ſuus victus. Nam id quidem etiam votis expetendum, vti citra laborem, citra ſudorem, nullo negotio paratum argentum accipias,

Verùm quàm hæc absint à vero, istud profectò vt dignum est, ne dici quidem satis potest: tantum laborum, tantum sudorum in eiusmodi conuictibus exhauriendum, vt hîc ne valetudo quidem ad id par sit, quippe quum quotidie sexcenta non desint negotia quæ corpus conficiant, adq; extremam vsque defectionem delassent. Verùm hæc suo loco dicemus, quum etiam reliquas illorum incommoditates commemorabimus. In præsentia sat erit ostẽdere, qui se aiunt hac de caussa in seruitutem addicere sese, ne istos quidem vera dicere. Supereſt iam vt eam causſam referamus: quæ quidem vt est verissima, ita ab illis minimè profertur: nempe ipsos voluptatis gratia, & amplis illis spebus incitatos, vltro inuadere familias diuitum, auri argentíque vim & copiam admiratos: præterea quòd felices sibi videantur ob conuiuia, & reliquas eius vitæ delicias: sperantes futurum vti mox nemine vetante affatim aurum bibant. Hæc nimirum sunt quæ illos adducunt, atque ex liberis seruos constituunt, nõ rerum necessariarum vsus, quem prętexebant: sed rerum non necessariarum cupiditas, atque ingentium illarum & amplarum opum admiratio. Enimuero quemadmodum miseros istos atque infelices amantes, callidi quidam & veteratores amasij receptant, & fastidienter ducunt, lactántque videlicet, quò iugiter amantes ambiant ipsos, atque inseruiant: cæterùm ex amoris fructu ne summo quidem osculo impertiunt. Intelligunt enim copia facta dissoluendum amorem: id igitur ne fiat, præcauent, diligentérque sui copiam subtrahũt. Alioqui spe semper retinent amantem, metuentes ne desperatio minuat cupiditatis ardorem, amantémque ab se alienet. Proinde semper arrident, pollicentúrque, semper facturi sunt, sempérque gratificaturi: sempérque ingentium sumptuum rationem habituri: donec imprudentes ambo senuerint, atque vtrique iã prętierierit ętas, huic ad amandum, illi ad dandum: atque ita omni vita nihil illis peractum est vltra spem merã. Atqui voluptatis cupiditate nihil nõ ferre, id quidem forsitan non vsqueadeo vitio vertendum: quin magis venia danda, si quis voluptate capiatur, & hanc vndequaque consectetur, quò possit ea potiri: quamquam turpe forsan ac seruile, si quis ea gratia semet in ius tradat alienum:

A τὸ δὲ ὅτι ἡ ῥᾳθῡμίαι κατ' ἀξίαν, ἀδῡνάτως τοῖς πόνοις καὶ κάμνουσιν ἐν ταῖς συνουσίαις, ὥστε πλείονος ἰατροῦ καὶ ὅτι τοῦτο μάλιστα τὴν ὑγείας δεῖσθαι, μυρίων ὄντων ὅσημέραι τὴν ὀπτεύοντων τὸ σῶμα, καὶ τοὺς ἐσχάτως ἀπόγνωσιν καταπονούντων. λέξομεν δ' αὐτὰ ἐν τῷ προσήκοντι καιρῷ· ἐπειδὴ καὶ τὰς ἄλλας αὐτῶν δυσχερείας διεξίωμεν. Τὸ δὲ νῦν δεῖ, ἱκανὸν ἴσως ὑποδεῖξαι, ὡς ὑπ' οἰ δι' ταῦτα λέγοντες αὐτοὺς ἀποδίδοσθαι τὴν τροφὴν, ἀληθεύουσιν· αὐτὸ λοιπὸν δὴ καὶ ἀληθέσαιον μὴν, ἥνπερ ἐγὼ τοὺς αὐτῶν λεγόμενον, ἡδονῆς
B ἕνεκα καὶ τῶν πολλῶν καὶ ἀλογίστων ἐλπίδων, ἐπιπηδᾶν αὐτοῖς εἰς τὰς οἰκίας, καταπλαγέντας μὲν τὸ πλῆθος τοῦ χρυσοῦ, καὶ τὴν ἀργυρίαν, θαυμάσαντας δ' ὅτι τοῖς δείπνοις, καὶ τῇ ἄλλῃ τρυφῇ· ἐλπίσαντας δ' ὅσον αὐτίκα χρυσὸν ὀδόντας ὀπτησομένους πίεσθαι τὴν χρῆσιν. Ταῦτα τοίνυν ἄγει αὐτοὺς, καὶ δούλους ἀντ' ἐλευθέρων ποιῆσαι, οὐχ ἡ τῶν ἀναγκαίων χρεία, ὡς ἔφασκον, ἀλλ' ἡ τῶν οὐκ ἀναγκαίων ὀπτηδυμία, καὶ ὁ τῶν πολλῶν καὶ πολυτελῶν ἐκείνων ζῆλος. πιθανῶς ὡς ἐοικε δυσέρωτας αὐτοὺς καὶ κακοδαίμονας ἐρασὰς ἔντεχνοί τινες, καὶ πρόσωπον ἐρῶντες δελεαζόντες, ἐπιχωριλῶς προσέπουσιν, ὅπως ἀεὶ ἐρασθήσονται αὐτῶν θεραπεύοντες, ἀπολαύσαι δ' τῶν παιδικῶν, ἀλλ' οὐδὲ μέχρι φιλήματος ἄκρου μεταδιδόντες· ἴσασι γὰρ ἐν τῷ τυχεῖν τὸν ὀφέλεσιν τὸ ἔρωτος ἀμυσομένων. Ταῦτα οὖν ἀποκλείσαι, καὶ ζηλοτύπως φυλάττουσι τὰ δ' ἄλλα, ἐπ' ἐλπίδος ἀεὶ τὸν ἔρασὴν ἔχοισι· δεδίασι γὰρ μὴ αὐτὸν ἡ ἀπόγνωσις ἀπαγάγῃ τῆς ἄγαν ὀπτηδυμίας, καὶ ἀνέρασος αὐτοῖς γένηται· προσμειδιῶσιν οὖν, καὶ ὑπισχνοῦνται, καὶ ἀεὶ ποιήσουσι, καὶ χαριοῦνται, καὶ ὀπτμελήσονται πολυτελῶν. εἶτ' ἔλαθον ἀμφω γηράσαντες, ἔξωροι γενόμενοι, καὶ οὐτ' τῶ ἐρᾶν, καὶ τῷ μεταδιδόναι. πέπρακται δ' οὖν αὐτοῖς οὐδὲν ἐν ἀπάντι τῷ βίῳ πλὴν τῆς ἐλπίδος. Τὸ γοῦν δὴ δι' ἡδονῆς ὀπτηδυμίαν ἀπάντα ὑπομένειν, οὐ πάνυ ἴσως ὑπαίτιον, ἀλλὰ συγνώμη, εἴ τις ἡδονῇ χαίρει, καὶ ταύτην δὲ ἀπάντων θεραπεύει, ὅπως μεθέξει αὐτῆς· καίτοι αἰσχρὸν ἴσως, καὶ ἀνδραποδῶδες, ἀποδόσθαι ἄλλῳ ἑαυτόν.

πολὺ

πολὺ γὰρ ἡδίων ἡ ἐκ τῆς ἐλευθερίας ἡδονή. A propterea quòd voluptas quæ ex libertate percipitur, multo suauior est, quàm ea quam ille libertatis iactura sectatur. Attamen hoc quoque aliquo pacto ignoscendum illis sit, si modò consequantur. Verumenimuero ob solam voluptatis spem multas perferre molestias, equidem & deridiculum arbitror, & stultum: maximè quum videant labores certos esse, manifestos, & ineuitabiles: porrò illud quod speratur, quod quidem nihil aliud tandem est quàm voluptas, ne tam longo quidem tempore contigisse: præterea autem nec verisimile videri vt contingat aliquādo, si quis B modò rem rectà reputet via. At Vlyssis quidē socij, dulci quadā gustata loto, reliqua negligebant, ac præsenti voluptato deliniti, honesta contemnebant, vt non prorsus cum ratione pugnarit in illis honestatis obliuio: nimirum animo voluptatis illius sensu occupato. Verùm si quis famelicus alij cuipiam loto sese ingurgitanti, neque quicquam inde impertienti, assistat, idque solam ob spem, quòd credat fore vt & ipsi aliquando degustandā lotum porrigat: assistat inquam ad hunc modum, recti atque honesti oblitus, dij boni quàm hoc ridiculum, C planéque verberibus quibusdam Homericis dignum! Ergo quæ istos ad diuitum conuictum adducunt, & quibus impulsi sese illis dedūt, ad quodcunque lubitum fuerit vtendos, hæc sunt, aut his fermè simillima. Nisi si quis & illos commemorandos esse iudicat, quos hæc vna res ad id commouet, quòd glorioſum arbitrantur cum illustribus atque opulentis viris habere consuetudinem. Sunt enim qui hoc quoque præclarum ac magnificum supráque plebem existiment. Nam ego quidem, quod ad me propriè attinet, recusarim vel cum Persarum rege conuiuere duntaxat, conuictórque videri, si D nullus ex eo conuictu fructus ad me redeat. Quum itaque causla eius vitæ suscipiendæ sic illis habeat, age iam consideremus apud nosmetipsos, primùm cuiusmodi sint illis perferenda priusquam admittantur, priusquam obtineant: deinde cuiusmodi in ipsa iam vita constituti patiantur: postremò quæ tandem catastrophe, quis fabulæ exitus illis contingat. Neque enim illud dicere possunt, hæc tametsi molesta sint, tamen assuescisci facilè, neque ad id multo opus esse labore: sat esse si velis modò: posteà reliqua omnia factu fore facilia. Imo necesse est vt primùm diu sursum ac deorsum curſites,

ὅμως δ' οὖν ἐχέτω τινὰ συγγνώμην αὐτοῖς, εἰ δι' ἐλπίδα μόνον πολλὰς ἀνδρίας ὑποδύεται, γελοῖον οἶμαι, καὶ ἀνόητον· καὶ ὁρῶντας, ὡς οἱ μὲν πόνοι σαφεῖς, καὶ προδηλοι, καὶ ἀναγκαῖοι. Τὸ δ' ἐλπιζόμενον σκιερὸν, ὅτι δὲ ποτὲ ἔσται τὸ ἡδύ, ὅτε ἐλεύσεταί πω τοσοῦτον χρόνον προσιὸν δὲ, οὐδὲ γενήσεσθαι ἔοικεν, εἴ τις ἐκ τῆς ἀληθείας λογίζοιτο. οἱ μὲν γε τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων, γλυκύν τινα τὸν λωτὸν ἐσθίοντες, ἠμέλουν τῶν ἄλλων· καὶ προσὸν τὸ παρὸν ἡδὺ, τῶν καλῶς ἐχόντων κατεφρόνουν· ὥστε ὑπὸ πονηρᾶς ἄλογος αὐτῶν ἡ λήθη τοῦ καλοῦ, προσὸν τὸ ἡδὺ σκιερὸν τῆς ψυχῆς διαπεπωκόσης. Τὸ δὲ λιμῷ ξυνόντα πρεσβύτα ἄλλῳ τῷ λωτῷ ἐμφορουμένῳ, μηδὲν μεταδιδόντι, ἀλλ' ἐλπίδος μόνης, τοῦ καὶ αὐτὸν ποτέ ποτε δεδόσθαι, τῶν καλῶς καὶ ὀρθῶς ἐχόντων ὑπολελησμένον, Ἡράκλεις, ὡς καταγέλαστον, καὶ πληγῶν τινων Ὁμηρείων ὡς ἀληθῶς δεόμενον. τὰ μὲν τοίνυν πρὸς τὰς ξυνουσίας αὐλοὺς ἄγοντα, καὶ ἀφ' ὧν αὐλοὺς φέροντες ὑπηρέτουσι τοῖς πλουσίοις χρῆσθαι πρὸς ὅ,τι αὐτοῖς ἐθέλουσι, ταῦτά ἐστιν, ἢ ὅτι ἐγγύτατα τούτων. πλὴν εἰ μὴ κἀκείνων τις μεμνῆσθαι ἀξιώσει, τῶν καὶ μόνῃ τῇ δόξῃ ἐπαιρομένων, τοῦ ξυσφυᾶν ὑπατείδας τε καὶ ὑπερφίους ἀνδράσιν. εἰσὶ γὰρ οἳ καὶ τοῦτο προσβλεπτὸν καὶ ὑπὲρ ἵππους νομίζουσιν, ὡς ἔγωγε πυνθάνομαι, καὶ δὴ βασιλέως τοῦ μεγάλου αὐτὸ μόνον σπουδῆναι, καὶ σπουδῶν ὀρθῶσαι, μηδὲν χρησὸν ἀπολαύων τῆς ξυνουσίας, δοξαίμην ἂν. τοιαύτης δὲ αὐλοῖς τῆς ὑποθέσεως οὔσης, φέρε ἤδη πρὸς ἡμᾶς αὐλοὺς ὑπισχνουμένους, οἷα μὲν πρὸς τοῦ εἰσδεχθῆναι καὶ τυχεῖν ὑποδύονται, οἷα δ' ἐν αὐτῷ ἤδη ὄντες, πάσχουσιν· ὑπὲρ πάντα δὲ, ἤ τις αὐλοῖς ἡ καταστροφὴ τοῦ δράματος γένηται· ὑπὲρ γὰρ δὴ σκιεροῦ γε εἰπεῖν ἐστιν, ὡς εἰ καὶ πονηρὰ ταῦτα, ἀλυπότερα γοῦν, καὶ ὑπὸ πολλοῦ δεινοῦ τοῦ πόνου, ἀλλὰ θελήσαι δεῖ μόνον. εἶτά σοι πέπρακται ὁ πρῶ ἀμφρώς. Ἀλλὰ πολλῆς μὲν τῆς ἀφροδρομῆς,

mane excitatus assiduè pro foribus obtuerseris, vt perdures quum protruderis, quum excluderis, quum improbus interdum atque importunus videris, cùm ianitori malè sytissanti, ac nomenclatori Libyco subiiceris, quámque nominis tui memoriam mercede redimere cogeris. Quin etiam vestitus tibi est apparandus supra tuæ rei facultatem, pro dignitate eius cuius conuictum ambis: deligendus color quo ille potissimùm gaudeat, vti ne discrepes, néve oculos illius offendas. Postremò vti gnauiter assectêre necesse est, vel antecedas potiùs, à famulis protrusus, ac veluti pompam quandam expleas: at ille interim cõplures iam dies ne aspicit quidem te. Quòd si quando res tibi felicissimè verterit, si te respexerit, si accersiuerit, dixeritque quicquid illud fuerit quod illi fortè in buccã venerit: tum denique, tum plurimus sudor, tum multa oculorum caligo, tum intẽpestiua trepidatio, tum sannæ eorũ qui adsunt, hæsitantiam tuam ac perplexitatem ridentium. Quo quidem non rarò accidit, vt quum oportuerit respondere quis fuerit rex Achiuorum, mille naues illis fuisse respondeas. Atque id, si qui sunt modesti, pudorem vocant: immodesti timiditatem nominant: improbi, inscitiã. Ita fit vt tu primã hanc diuitis comitatem, tibi periculosissimam expertus, ita discedas, vt tantã animi tui imbecillitatẽ ipse condemnes. Porrò vbi multas iã noctes insomnes duxeris, vbi plurimos dies cruentos egeris, haud quidem Helenæ gratia per Iouem, neque ob Priameia Pergama, verùm spe quinque obolorũ, contigerit autẽ & deus quispiã tragicus qui tibi sit auxilio: iam illud restat, vt exploreris excutiarisq; num literas noris. Atque ea quidẽ disceptatio non iniucunda est ipsi diuiti, quippe qui laudatur interim, ac felix esse prędicatur. Cæterùm tibi videtur de vita ipsa, déque omni fortuna tum certamen esse paratum: propterea quòd tibi venit in mentẽ, idque meritò, futurũ vt alius nemo sit admissurus, si priùs ab hoc reiectus ac repudiatus videare. Interim in varias curas distraharis oportet, dum inuides iis qui pariter ex æquo tecũ examinantur. Finge enim & alios esse qui eiusdem fortunę tibi sint competitores: te verò tibi videri cuncta parum absolutè respondisse, metuentem interim simul & sperãtem, ac miserè de illius vultu pendentem: qui si quid patum probet eorum quæ dixeris, peristi.

A σωεχοῖς δὲ τῆς θυρωυλίας, ἑωθεν τε ὀξανιστάμενον, προπεμπόμενον ὠθούμενον, καὶ ἀποκλειόμενον, καὶ αἰσχιστον σὺ ποτε, καὶ ὀχληρὸν δοκοῦντα τῷ θυρωρῷ κακῶς συνείζοντι, καὶ ὄνομα κλητοῦ Λιβυκῷ ταπεινόμενον, καὶ μισθὸν τελεώτατα τῆς μνήμης τῦ ὀνόματος. καὶ μὴν καὶ ἐσθῆτος ὑπὲρ τὴν ὑπαρχουσάν σοι δύναμιν ἐπιμελητέον, καὶ πρὸς ὃ τῦ θεραπευομένου ἀξιώματος, καὶ χρώματα αἱρετὰ, οἷς αὐ ἥδιστος ἥδηται, ὡς μὴ ἀπάδῃς, μηδὲ προσκρούσῃς βλεπόμενος· καὶ φιλοπόνως ἑπεσθαι, μᾶλλον δὲ ἡγεῖσθαι, ὑπὸ τῶν B οἰκετῶν προωθούμενον, καὶ ὥσπερ πίνα πομπὴν αἰσπλήρωτα. ὁ δὲ, οὐδὲ προσβλέπει πολλῶν ἐξῆς ἡμερῶν. ἐῶ δὲ ποτε καὶ τὰ ἄρτια προσέξῃς, καὶ ἴδῃ σε, καὶ προσκαλέσας εἴρηταί τι, ὧν αὐ τύχῃ, τότε δὴ τότε πολὺς μὲν ὁ ἱδρὼς, ἀλεγεὸς δὲ ὁ ἴλιγγος, καὶ ὕφυμος ἀκαιρος, καὶ γέλως τῶν παρόντων ὑπὲρ τῆ ἀποείᾳ. καὶ πολλάκις ἀποκεῖναθαι δέον τὶς ἐῶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἀχαιῶν, ὅτι χίλιαι νῆες ἦσαν, αὐτοῖς λέγῃς. τῦτο οἱ μὲν χρηστοὶ, αἰδῶ ἐκάλεσαν· οἱ δὲ βλιμεγεῖ, δειλίαν· οἱ δὲ C κακοήθεις, ἀπαιδευσίαν. σὺ δ' οὖν ὑπὲρ σφαλερώτατα πειρᾶθεὶς τῆς τῶν φίλων φρονήσεως, ἀπῆλθες κατακρινάσας σαυτὸν πολλῶν τῶν ἀπόντων. ἐπειδὴ δὲ πολλὰς μὲν ἀύπνους νύκτας ἰαύσῃς, ἥματα δ' ἀμετρόεντα ἀφαλάξῃς, ἦ, μὰ Δία, τῆς Ἑλένης ἕνεκα, οὐδὲ τῶν Πριάμου Περγάμων, ἀλλὰ τῶν ἐλπιζομένων πέντε ὀβολῶν, τύχης δὲ καὶ τραγικοῦ τινος θεοῦ σωιζόντος, ἐξέτασις τοιῶτε ὕστερον, εἰ οἶδα τὰ μαθήματα· καὶ τῷ μὲν πλουσίῳ ἡ ἀφανεστὴ οὐκ ἀνδὴς, ἐπαγωνιῶντι, καὶ δαιμονιζομένῳ· σοὶ δ', D ὁ τῶν τῆς ψυχῆς ἀγῶν, καὶ τῶν ἀπόντων τῦ βίῳ τότε προσκεῖσθαι δοκεῖ· τῶν προσέρχεται γὰρ εἰκότως ὃ μηδ' ὑπ' ἄλλῳ αὐ καταδεδῆσθαι, πρὸς τῦ πρότερον ἀποβληθέντα, καὶ δόξαντα εἶ) ἀδόκιμον· αἰσχύνη τοίνυν ἐς μυεῖα διαιρεθῆναι τότε, τοῖς μὴ αἰτεξεταζομένοις φθονῦντα (πᾶν γὰρ καὶ ἄλλως εἶ) τῶν αὐτῶν αἰτιποιουμένους) αὐτὸν δ' πάντα σὺδεὸς εἰρηνέναι νομίζοντα, φοβούμενον δ' καὶ ἐλπίζοντα, καὶ πρὸς ὃ ἐκεῖνα προσωπον ἀτενίζοντα. καὶ εἰ μὲν ἐκφαυλίζοι τι τ λεγομένων, ἀπολ-

λύμμον· εἰ δὲ μειδιῶν ἀκούῃ, γαληθότα καὶ A Sin arridens auſcultat, hilareſcis, & ſpe
ἔλπιν καθιζάμμον. εἰκὸς δὲ πολλοὺς εἶ) bona fultus conſiſtis. Porrò conſentaneum eſt, eſſe non paucos qui tibi aduerſentur, atque alios in tuum locum velint inducere. Horum vnuſquiſque clanculum velut ex inſidiis in te iaculatur. Iam verò illud conſidera, quale ſit, virum promiſſa barba, cana coma, examinari num quid bonæ rei didicerit: & aliis quidem didiciſſe videri, aliis ſecus. Superior interim vita, & omnis anteacta ætas tua curioſiùs diſquiritur. Quòd ſi quis aut ciuis, inuidia; aut vicinus leui quapiam de cauſa prouocatus te deferat, & adulterum dicat, vel pæderaſten: is protinus iuxta vetus illud prouerbium, ex Iouis tabulis teſtis. Porrò ſi pariter omnes bene de te prædicent: ſuſpecti, leues, ac largitione redempti videbuntur. Nam admodum omnia tibi conſtent oportet: nihil prorſus ſit, quod tibi queat obſiſtere: alioqui nunquam obtinueris. Age ſanè, hoc quoque contigit, ac bona quapiam fortuna cuncta tibi feliciter ceſſerunt, & probauit ipſe doctrinam tuam: & amicorum præcipui, quibúſque ille huiuſmodi in rebus plurimam habet fidem, non dehortantur. Ad hæc vult etiam vxor: non refragatur domus præfectus, neque item diſpenſator: nemo tuam inſimulauit vitam: dextra omnia & omni ex parte bene promittunt ſacra: Viciſti igitur ô fortunate, & coronatus es Olympia. quin Babylonem magis cepiſti, aut Sardium arcem occupaſti. habebis Copiæ cornu, & gallinaceum lac emulgebis. Iam ſanè par eſt, vt aliquando præmia capias, maxima videlicet, & quæ laboribus tantis reſpondeant, ne corona tua frondea duntaxat ſit, ſimul vt merces haudquaquam contemnenda præſtituatur, eáque commodè ad vſum citráque negotium perſoluatur, vtque reliquus item honos tibi præter miniſtrorũ vulgus ſuppeditetur. Cæterùm à laboribus illis, à luto, à curſitationibus, à vigiliis, in otium te recipias, vt id quod vulgo ſolent optare mortales, porrectis pedibus dormias, nihílque iam facias præter ea ſola quorum gratia primùm receptus es, & in quæ cõductus: ita enim conſentaneum fuerat Timocles: neque ingens malũ erat futurum, ſi quis ſubdita ceruice ferat iugũ, leue nimirũ, & portatu facile, quódque eſt omnium maximum, auro illitum. Atqui longè ſecus res habet, imò nihil horũ reperietur.

ἐλπὶν καθιζάμμον. εἰκὸς δὲ πολλοὺς εἶ) τοὺς ὑπαντία σοι φρονοῦντας, καὶ ἄλλους αὐτὶ σοῦ πιθανώτερους· ὧν ἕκαστος ὥσπερ ἐκ λόχου τὸ ἑξβύον, λέληθεν. εἶτ' ἐννόησον ὕδρα σὲ βαλεῖ πώγωνι καὶ πολιᾷ τῇ κόμῃ, ἐξεταζόμενον εἴ τι οἶδεν ὠφέλιμον, ἢ τοῖς μὲν δοκοῦντα εἰδέναι, τοῖς δὲ μὴ· μέσος δ' ἐν τούτῳ χρόνος, καὶ πολυπραγμονήσεται σε ἅπας ὁ παρεληλυθὼς βίος· κἂν μή τις ἢ πολίτης ὑπὸ φθόνου, ἢ γείτων ἔκ τινος διτελοῦς αἰτίας προσκεκρουκὼς, ἀναπεισθεὶς εἴπῃ μοιχὸν, ἢ παιδεραστῆ· τοῦτ' ἐκεῖνο, ἐκ τῶν B Διὸς ἄλλων ὁ μάρτυς· ἂν δὲ πάντες ἅμα ἐξῆς ἐπαινέσωσιν, ὑποπτοι, καὶ ἀμφίβολοι, καὶ δεδεκασμένοι. χρὴ τοίνυν πολλὰ δύτυχῆσαι, καὶ μηδὲν ὅλως ἐναντιωθῆναι. μόνως γὰρ δῶ ἅπαντα κρατήσας. εἶεν, καὶ δὴ δύτυχηταί σοι πάντα· ἐκ τύχης μείζονος· αὐτός τε γὰρ ἐπῄνεσε τοὺς λόγους, καὶ τῶν φίλων οἱ ἐντιμότατοι, καὶ οἷς μάλιστα πιστεύῃ τὰ τοιαῦτα, οὐκ ἀπέτρεψάν· ἔτι δὲ καὶ ἡ γυνὴ βούλεται, οὐκ ἀντιλέγει δὲ οὐδὲ ὁ ἐπίτροπος, οὔτε ὁ οἰκονόμος· οὐδέ τις ἐμέμψατό σου τὸν βίον, ἀλλὰ πάντα ἴλεω, καὶ πανταχόθεν αἴσια τὰ ἱερά· κεκράτηκας οὖν, ὦ μακάριε, καὶ ἔστεψαι τὰ Ὀλύμπια. μᾶλλον δὲ, Βαβυλῶνα εἵληφας, ἢ τὴν Σαρδέων ἀκρόπολιν καθῄρηκας, καὶ ἕξεις ὃ τῆς Ἀμαλθείας κέρας, καὶ ἀμέλξεις ὀρνίθων γάλα. δεῖ δή σοι ἀντὶ τῶν τοσούτων πόνων, μέγιστα ἡλίκα γένεσθαι παγαθὰ, ἵνα μὴ φύλλινος μόνον ὁ στέφανος ᾖ, καὶ τὸν τε μισθὸν ὀκ ἀκαταφρόνητον ὀφείλῃται, καὶ τοῦτον ἐν χειρῷ τῆς χρείας ἀπροφασίστως D ἀποδίδοσθαι, καὶ τὴν ἄλλην τιμὴν ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς ὑπαρχήν· πόνων δὲ ἐκείνων, καὶ πηλοῦ, καὶ δρόμων, καὶ ἀγρυπνιῶν, ἀναπεπαῦσθαι· καὶ τοῦτο δὴ ὃ τῆς θύχης, ἀποτείνασθαι τὼ πόδε καθεύδῃ, μόνα ἐκεῖνα ποιοῦντα, ὧν ἕνεκα τὴν ἀρχὴν προσῆλθες, καὶ ὧν ἐμνήσθης εἰ ἐχρῶ μὴ ὕπνος, ὦ Τιμόκλῆς, καὶ οὐδὲν ἂν ἰὼ μέγα κακὸν, ὑποκύψαντα φέρειν τὸν ζυγὸν, ἐλαφρόν τε καὶ εὔφορον, καὶ ὃ μέγιστον, ὑπόχρυσον ὄντα. ἀλλὰ πολλοῦ, μᾶλλον δὲ τοῦ πάντος δεῖ.

Siquidem in mediis ipsis id genus conuictibus sexcentæ res accidunt viro ingenuo neutiquam tolerandæ. Quæ quum audieris, ipse tecũ ordine reputato, num quisquam ea perpeti queat, cui quidem cum eruditione vel minimum commercij fuerit. Exordiar autem, si videtur, à primo conuiuio, vnde consentaneum est te consuetudinem illam auspicaturum. Primùm igitur adest tibi quispiam qui te iubeat ad conuiuium accedere, famulus non incomis: qui tibi priùs placandus, datis in manum, ne videaris inciuilis, vt minimùm, quinque drachmis. At ille accissans, séque quum maximè cupiat, cupere dissimulans: Apage, inquit: Egóne quicquam abs te? Addit & illa, Absit, dij prohibeant. Tandem flectitur atque obtemperat, ac discedit, te latè diducto rictu subsannans. Tu porrò nitida sumpta veste, mundissimóque cultus, lotus accedis, solicitus interim ne prior aliis aduenias: nam id inurbanum: quemadmodum postremum venire, graue. Proinde media inter vtrunque obseruata opportunitate ingrederis: téque sanè quàm honorificè excipiunt. Tum arrepta manu te quispiã iubet accumbere, paulo supra diuitem, inter duos fermè veteres amicos. At tu perinde atque in Iouis ædes veneris, nihil non admiraris, & ad omnia quæ gerũtur, suspensus inhias, propterea quòd noua tibi atque inuisa sint cuncta. Interim familia te spectat, omnésque qui præsentes sunt, quid agas obseruant. Neque verò ea res curæ non est ipsi diuiti, quippe qui famulis aliquot præmonitis negotiũ dederit vt oculis obseruent quemadmodum te geras in pueros, aut in vxorem, num subinde ex obliquo respectes. Ac reliqui quidem conuiuæ, simul atque te vident propter imperitiam ad ea quæ fiunt attonitum ac stupefactum, deridẽt clanculum, coniectantes te nunquam antea apud alium quempiam cœnasse, nouúmque tibi esse vt mãtile apponatur. Proinde, sicuti verisimile est, præ hæsitantia sudes oportet, ac neque cùm sitias, audeas potum poscere, ne vinosus videare: neque variis appositis opsoniis, & in ordinem quendam extructis, scire possis cui priùs aut posteriùs manum admoueas. Quare ad eum qui proximus accumbit, respectes necesse est, atque eundem imitatus, conuiuij rationem & ordinem discas. Alioqui anceps sedes, & varians, animóque penitus perturbato, & ad omnia quæ illic geruntur, obstupescẽs.

Insolentia conuiuiorum.

A μυρία γάρ ἐστιν ἀφόρητα ἐλευθέρῳ ἀνδρὶ ἐν αὐταῖς ἤδη ταῖς συνουσίαις γιγνόμενα. σκέψαι δ' αὐτὸς ἐξῆς ἀναγνούς, εἴ τις ἂν αὐτῷ ὑποφέρειν δυνατὸς εἴη, παιδεία κἂν ἐπ' ἐλάχιστον ὡμιληκώς. ἀρξομαι δ' ἀπὸ τοῦ πρώτου δείπνου, ὡς δοκῇ, ὃ σε εἰκὸς δεῖπνῶσαι τὰ πρωτέλεια τῆς μυήσεως ξενουσίας. οὗτος οὖν παρόντι σοι προσέρχεταί τις ἥκειν ἐπὶ δεῖπνον, οὐκ ἀνομίλητος οἰκέτης, ὃν χρὴ πρότερον ἵλεων ποιήσασθαι, προδιδόντα εἰς τὴν χεῖρα, ὡς μὴ ἀδέξιος εἶ) δοκεῖς, ὑπὲρ ἐλάχιστον, πέντε δραχμὰς· ὁ δ', ἀκκισάμενος, & ἄπαγε, φησὶ σοῦ δὲ ἐγώ; καὶ Ἡράκλες, μὴ γένοιτο ἐπειπών, τέλος ἐπείθη· & ἀπειμί σοι πλατὺ εἰσχανών· σὺ δ' ἐσθῆτα καθαρὰν προχρισάμενος, καὶ σεαυτὸν κοσμιώτατα σκευάσας, λουσάμενος ἥκεις, δεδιὼς μὴ πρὸ τῶν ἄλλων ἀφίκοιο. ἀπειρήκαλον γὰρ, ὡσπερ & τὸ ὑστεραῖον ἥκειν, φορτικόν. αὐτὸ οὖν τηρήσας τὸ μέσον τοῦ καιροῦ, εἰσελήλυθας· καί σε πόρρω ἐντίμως ἐδέξαντο· καὶ παρακλιθών τις, κατέκλινε μικρὸν ὑπὲρ τὸν πλουσίου, μετ' ὀλίγον τῶν παλαιῶν φίλων. σὺ δ' ὥσπερ τοῦ Διὸς τὸν οἶκον προσελθών, πόντα τεθαύμακας, καὶ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πραττομένων μετέωρος εἶ. ξένα γάρ σοι καὶ ἄγνωστα πάντα· καὶ ἅτε οἰκειότερα εἰς σὲ ἀποβλέπει, καὶ τῶν παρόντων ἕκαστος ὅ, τι ποιήσῃς ὑπιτηρούσιν· ὁδ' αὐτῷ ἀμελὲς τοῦ πλουσίου τοῦτο, ἀλλὰ καὶ προσέτι σοὶ τῶν οἰκετῶν ὑπισχνεῖσθαι, ὅπως ἐς τοὺς παῖδας, ἢ ἐς τὴν γυναῖκα, εἰ πολλάκις ἐκ παρέργου ἀποβλέψῃς. οἱ μὲν γὰρ τῶν συνδείπνων ἀπόλυδοι ὁρῶντες ἐκπεπληγμένον, ἐς τὴν ἀπειρίαν τῶν ὁρωμένων ἀποσκώπτουσι, τερμήεσσαν ποιούμενοι γε μὴ πρὸ ἀμοῦ πρότερον σε δεδειπνηκέναι, καὶ ὃ καινὸν εἶναί σοι τὸ χρῆμα ἔσθειν πλεμύνον· ὥσπερ οὖν εἰκὸς, ἰδίᾳ τε ἀνάγκη ἐπ' ἀπορίας, καὶ μήτε δικαίως πιεῖν αἰτεῖν τολμᾷν, μὴ δόξῃς οἰνόφλυξ τις εἶ), μήτε τῶν ὄψων προκειμένων ποικίλων πρὸς ἕνα τάξιν ἐσκευασμένων, εἰδέναι ἐφ' ὅ, τι πρῶτον ἢ δεύτερον τὴν χεῖρα ἐνείσῃς. ὑποβλέπων οὖν ἐς τὸν πλησίον δεῖπνον, καὶ ἀκριβῶς ζηλῶν & μιμεῖσθαι τὸ δεῖπνον τὴν ἀκολουθίαν. τὰ δ' ἄλλα ποικίλος εἶ, καὶ θορύβου πλέως τὴν ψυχὴν, πρὸς ἕκαστα τῶν προσφερομένων ἐκπεπληγμένος.

καὶ ἄρτι μὲν θαυμαζοις τὸν πλούσιον τῆ A
χρυσοῦ, καὶ τῆς ἐλέφαντος, καὶ τῆς τοσαύτης
τρυφῆς· ἄρτι δὲ οἰκτείρεις σεαυτὸν, ὡς δὲ μη-
δὲν ὢν, εἶτα ζῆν ὑπολαμβάνεις. ἐνίοτε δὲ
καὶ ἐκεῖνο εἰσέρχεταί σε, ὡς ζηλωτόν τινα βιώση
τὸν βίον, ἅπασιν ἐκείνοις ἐντρυφήσων, & με-
θέξων αὐτῶν ἐξ ἰσοτιμίας. οἶσθα γὰρ εἰσαεὶ
Διονύσια ἑορτάσων, καὶ που καὶ μειρακία ὡ-
ραῖα ἁβροκομῶντα, καὶ ἠρέμα τερετισμει-
διῶντα, γλαφυρωτέρων ὑπογράψοντα τὴν
μέλλουσάν σοι ἁβροτελῆ. ὥστε συνεχῶς δ
Ομηρικὸν ἐκεῖνο φθέγξεσθαι,

Οὐ νέμεσις Τρῶας καὶ ἐυκνήμιδας B
Ἀχαιοὺς
πολλὰ πονεῖν καὶ ὑπομιμνέμεν ἔνθ' τῆς τοσ-
αύτης δαιμονίας. φιλοτησίαν δ' ὅτι τοῦ-
τῳ. καὶ σκύφον δ' μεγέθη τὸν αἰτήσας,
τερετίσαί σοι τῶν διδασκάλων, ἢ ὅ,τι δή
ποτε τερετισεῖ τῶν· σὺ δὲ λαβών, ὅ,τι μὲν
τί σε καὶ αὐτὸν ὑπαφεῖν ἔδει, ἠγνόησας
ὑπ' ἀπειρίας, καὶ ἀγροικίας δόξαν ὤ-
φλες. ὑπιφθονος δ' οὖν ἀπὸ τῆς τερετι-
σεως ἐκείνης πολλοῖς τῶν παλαιῶν φίλων
γεγένησαι, καὶ τερετέρων ὅτι τῇ καλα- C
χλίσῃ ἐλύπησας τινὰς αὐτῶν· ὅτι χθὲς μὲν
ἦκον, τερετυχρίσθης ἀνδρῶν πολυετῆ δου-
λείαν ἐωτηκότων. βύβλος οὖν ἢ τοιοῦτός τις
τερὶ σοῦ λόγος ἐν αὐλοῖς. τοῦτο ἡμῖν τερὸς
τοῖς ἄλλοις δηνοῖς ἐλείπετο, ἢ τῶν ἄρτι ἐσε-
. ληλυθότων ἐς τὴν οἰκίαν, δευτέρους εἶ).
& μόνοις τοῖς Ελλησι τούτοις διέωκται ἡ Ρω-
μαίων πόλις. καίτοι τί ὄφελος ἐφ' ὑτῳ τερτι-
μῶνται ἡμῶν; ἃ ῥήματα δύσχρηστα λέγοντες,
οἴονταί τι παμμέγεθες ὠφελεῖν; ἄλλος δὲ, ἃ
γὰ εἶδες ὅσα μὲν ἔπιεν, ὅπως ἢ τὰ τροφατε- D
θέντα συλλαβὼν κατέφαγεν; ἀπειρόκαλος
αὐθέφτος, & λιμοῦ πλέως· ἃ δ' ὅναρ λευκοῦ
ποτε ἄρτου ἐμφορηθεὶς, ὥστε γε Νομαδικοῦ, ἢ
Φασιανοῦ ὄρνιθος, ὧν μόλις τὰ ὀστᾶ ἡμῖν κα-
τελέλοιπε. τέτρτος ἄλλος, ὦ μάταιοι, φησὶ,
πέντε δ' ὅλων ἡμερῶν ὄψεσθε αὐτὸν, ἐν ταύ-
ταί που ἐν ἡμῖν τὰ ὅμοια ποτνιώμενον. νυν
μὲν γὰ ὡς τερ τὰ κνημὰ τῶν ὑποδημάτων ἐν
τιμῇ τινι καὶ ὀτιμελείᾳ ὄντ· ἐπειδὰν δὲ πα-
τηθῇ πολλάκις, καὶ ὑπὸ τοῦ πηλοῦ αἰσχλα-
νθῇ, ὑπὸ τῆ κλίνῃ ἀθλίως ἐρρίφεται· καὶ-

Atque interim quidem diuitis admiraris felicitatem, propter auri vim & eboris, tantáſque delicias: interim tuam ipſe deploras infelicitatem, qui quum nullius ſis rei, tamen viuere te credas. Nonnunquam & illud in mentem venit, fore vt admirandam & expetendam quandam viuas vitam, quippe qui ſis omnibus deliciis illis fruiturus, cunctorúmque ex æquo futurus particeps. Arbitraris enim te ſemper Bacchanalia feſta celebraturum. Quin & adoleſcentuli formoſi præminiſtrantes, ac ſilentio arridentes, ſuauius in poſterũ hoc vitæ genus pollicentur: vt Homericum illud nunquam deſinas in ore habere:

Haud vitio verti debet ſi Troïa pubes,
Armatiq; ſimul Danai, ſub Marte laborum
Pondera tanta ferant:

ob tãtam videlicet felicitatẽ. Accedunt ad hæc inuitatiunculæ ad bibendum: ac poſtulato per quam ingenti ſcypho quiſpiam præbibit tibi, præceptorem aut aliud quiddam denique te appellans. At tu recepto ſcypho quid viciſſim oporteat reſpõdere, propter eiuſmodi morum imperitiam ignoras, iámque ruſticanus & inelegans eſſe videris. Cęterùm ea propinatio multorum veterum amicorum inuidiam in te cõcitauit, è quibus nonnullos iamdudum tuus accubitus clanculum vrebat, quòd modò cùm aduèneris, iis anteponare, qui multorum annorũ ſeruitutẽ exhauſerint. Protinus itaq; talia quędam de te inter illos dicta feruntur: Illud ſcilicet malis noſtris deerat, vt etiam iis qui nuper in familiam cõmigrarunt, poſthabeamur. &, Solis Græculis patet vrbs Romana. &, Quid habent quamobrem nobis debeant anteponi? Num mirificã quandam vtilitatem adferre videntur, quum verbula quædam miſera dicunt? Rurſus alius hæc: An non vidiſti quantum biberit? quemadmodum cibos appoſitos auidè corripiens deuorarit? homo inelegans, ac fame enectus, qui ne per ſomnium quidem vnquam fuerit albo pane ſaturatus, multo minùs alite Numidica, aut Phaſiano, è quibus nobis vix oſſa reliqua fecit. Porrò tertius, Fatui, inquit, priuſquam quinque abeant dies, videbitis hunc nihilo pluris fieri quàm nos. Nam nunc quidem non ſecus atque calcei noui ſolent, in pretio eſt, & habetur charus: verùm vbi crebrò iam fuerit calcatus, lutóque deformatus, tum miſerè ſub lectică abiicietur, cimicibus, *Calcei noui.*

quemadmodum nos, oppletus. Atque inter illos talia permulta de te iactantur, ex quibus aliquot iam tum etiam ad calumniandũ insimulandumq; te incitantur. Omne igitur illud cõuiuium tui plenum, ac plerique de te sermones. Tu verò propter insolentiam atque insuetudinẽ plus quàm sat est, hauris vini tenuis & acris, eóque iamdudum aluo tibi cita discruciaris: verùm neq; decorum tibi ante alios è conuiuio discedere, neque rursum manere tutum. At producta interim in longum potatione, dum sermo alius ex alio nascitur, dum spectacula alia post alia proferuntur in conuiuium (nam vniuersum fortunæ suæ strepitum tibi cupit ostentare) non mediocriter discruciaris, cui non liceat neq; videre quæ geruntur, neque auscultare si quis voce citharáve canat egregiè dilectus adolescentulus. At laudas tamen inuitus: cæterùm animo illud optas, vt aut terræmotus repèns ortus ea cuncta discutiat, aut incendium aliquod renuntietur, quo simul conuiuium tandem aliquando dirimatur. Habes amice primum illud scilicet & suauissimũ cõuiuium, quod mihi quidem haudquaquam suauius sit cepis, candidóque sale, liberè quum velim ex his, & quãtum velim, edenti. Verùm vt ne tibi commemorem ructus acidos qui deinde sequuntur, vt ne nocturnos vomitus, mane vobiscum de mercede pacto transigendum, quantum, & qua anni parte te oporteat accipere. Ergo præsentibus duobus aut tribus amicis, accersito te, & considere iusso, sic loqui incipit: Facultates nostræ cuiusmodi sint, iam perspicere potuisti, quàm nullus in his fastus, sed citra ostentationem moderata ac popularia omnia, sed mediocria omnia ac plebeia. Sic autem animum inducas velim, vt existimes omnia nobis fore cõmunia. Nam ridiculum profectò, si quum charissimam possessionum mearum partem, puta meam ipsius vitam, aut per Iouem, liberorum etiam (si fòrs illi liberi fuerint erudiendi) tibi credam, non aliarum item rerum te mecum ex æquo dominum ac possessorem existimem. Cęterùm quando certi quippiam est præfiniendum, equidem video vitæ tuæ frugalitatem, & animum paucis contentum. Neque non intelligo haud mercedis adductum spe te in nostram veniisse familiam, verùm aliarum gratia rerum, puta nostræ in te beneuolentię causa, tum honoris qui tibi præter omnes continget: attamen præfiniendum est aliquid.

Pactio mercedis.

ρεων ὥσπερ ἡμεῖς ἀὐάπλεως· ὀκφνοι μὲν οὖν τοιαῦτα περὶ σοῦ πολλὰ τρέφουσι, καὶ πάνυ ἤδη καὶ τοὺς ὀφθαλμὰς τινες αὐτῶν παροξυβάζονται. Ὁ δ' οὖν συμπόσιον ὅλον ὀκφνο, σόν ἐστι, καὶ περὶ σοῦ οἱ πλῆστοι τῶν λόγων· σὺ δ' ὑπ' ἀληθείας πλέον τῦ ἡμιναίου ἐμπιὼν οἴνυ λεπτοῦ, καὶ δριμέος, πάλαι τῆς γαστρὸς ἐπειρύσης, πονήρως ἔχῃς· καὶ ὅτε προεξαναστῆναί σοι καλὸν, ὅτε μένειν ἀσφαλές. ἀποτεινομένυ τοίνυν τῦ πότυ, καὶ λόγων ὅπου λύσεις γιγνομένων, καὶ θεαμάτων ὅπου θεάμασι παιζόντων (ἅπαντα γὰρ ὑπιδείξασθαί σοι περὶ αὐτῦ βύλεται) κέλσιν ἁ μεχρὶ νῦν ὁρμήσῃς, μήτε ὁρᾶν τὰ γιγνόμενα, μητ' ἀκούων εἴ τις ᾄδοι, ἢ κιθαρίζοι, πρὸς ὑμνύμενος μειρακίσκος, ἀλλ' ἐπαινῇς μὲν ὑπ' ἀνάγκης, λύπῃ δὲ ἢ σῳζομένῳ συμπεσεῖν ὀκφνα πάντα, ἢ πυρκαϊάν τινα προσαγγελθῆναι, ἵνα ποτὲ καὶ διαλυθῇ τὸ συμπόσιον. τῦτο μὲν δή σοι τὸ προῆκον, ὦ ἑταῖρε, καὶ ἥδιστον ὀκφνο δεῖπνον, ὃν ἔμοιγε τῦ θύμου, καὶ τῶν λευκῶν ἀλῶν ἥδιον, ὀπτανίκα βούλομαι, καὶ ὁπόσον ἐλευθέρως ἐθελύμενον. ἵνα γοῦν σοι τὴν ὀξυρεξίαν τὴν ὑπὸ τύτοις πρῶτον, καὶ τὸν ὑπὸ τῇ νυκτὶ ἔμετον, ἐκδεκάσῃ περὶ τῦ μισθοῦ ξυμβῶμεν ὑμᾶς, ὁπόσον τε καὶ ὁπότε τῦ ἔτυς χρὴ λαμβάνειν. παρόντων οὖν δύο ἢ τριῶν φίλων, προσκαλέσας σε, καὶ καθίσαντας κελεύσας, ἄρχεται λέγειν· τὰ μὲν ἡμέτερα, ὁποιά ἐστιν, ἐώρακας ἤδη, καὶ ὡς τῦφος ὐδὲν αὐτοῖς ὐδὲ εἰς, ἀπηγορευμένα δὲ, καὶ περὶ πάντα, καὶ δημοτικά· χρὴ δέ σε οὕτως ἔχειν ὡς ἁπάντων ἡμῖν κοινῶν ἐσομένων. γελοῖον γὰρ εἰ ὃ κτησιώτατον, τὴν ψυχήν σοι τὴν ἐμαυτῦ, ἢ καὶ, νὴ Δία, τῶν παίδων (εἰ παῖδες εἶεν αὐτῷ παιδεύσεως δεόμενοι) ὑπιτρέπων, τῶν ἄλλων μὴ ὑπίσης ἡγοίμην δεσπότην. ἐπεὶ δὲ καὶ ὠφελεῖσθαί τι δεῖ, ὁρᾶν μὲν ὃ μέτριον καὶ αὐτάρκες τῦ σοῦ ζήτυ, κἀγὼ οἶμαι ὡς οὐχὶ μισθοῦ ἐλπίδι προσελήλυθας ἡμῖν τῇ οἰκίᾳ, τῶν δ' ἄλλων ἕνεκα, τῆς φιλίας τῆς πρὸς ἡμᾶς, καὶ τιμῆς, ἣν τοῖς πᾶσιν ἔξεστι· ὅμως δ' οὖν κἀγὼ ὠφελεῖσθαί τι.

οὐ δ' αὐτὸς ὅ,τι καὶ βάλῃ, λέγε, μεμνημένος, ὦ φίλτατε, κἀκείνων, ἃ σὺ ἑορταῖς ἐτησίοις εἰκὸς ἡμᾶς πρέξειν. ὃ γὰρ ἀμελήσομεν οὐδὲ τῶν ἄλλων, εἰ καὶ μὴ νῦν αὐτὰ συντιθέμεθα. πολλαὶ δέ, οἶδα, τῷ ἔτει αἱ τοιαῦται ἀφορμαί· καὶ πρὸς ἐκεῖνα τοίνυν ἀποβλέπων, μετριώτερον δηλονότι ὑπὲρ ἁλὸς ἡμῖν τὸν μισθὸν ἄλλως τε, καὶ πρέπον αὖ εἴη τοῖς πεπαιδευμένοις ὑμῖν χρείττοσιν εἶναι χρημάτων. ὁ μὲν ταῦτ' εἰπὼν, καὶ ὅλον σε διαφυσήσας ταῖς ἐλπίσι, πιθανὸν ἑαυτῷ πεποίηκε· σὺ δὲ, πάλαι τάλαντα, καὶ μυριάδας ὀνειροπολήσας, καὶ ἀγροὺς ὅλους, καὶ σωμοιρίας, σωμῆς μὲν ἠρέμα τῆς μικρολογίας, σαίνεις δὲ ὅμως τὴν ὑποφειδῆ, καὶ ὃ, Παῦτα ἡμῖν κοινὰ ἔσται, βέβαιον, καὶ ἀληθὲς ἔσεσθαι νομίζεις, σὺκ εἰδὼς ὅτι τὰ τοιαῦτα,

Χείλεα μὲν τ' ἐδίηνεν, ὑπερφίαλον δ' οὐκ ἐδίηνε.

τελευταῖον δ' ὑπ' αἰδοῦς αὐτὸς ἐπέτρεψας. ὁ δὲ, αὐτὸς μὲν, ὅ φησιν ἐρρῆν, τῶν φίλων δέ τινα τῶν παρόντων κελεύει, μέσον ἐλθόντα τὸ πρᾶγμα εἰπεῖν, ὁ μήτ' αὐτῷ γίγνοιτ' ἂν βαρὺ, καὶ τοῖς ἄλλα τούτων ἀναγκαιότερα δαπανῶντι, μήτε τῷ ληψομένῳ ὀλιγέλες. ὁ δὲ, ὠμογρών τις, οὐκ παίδων, κολακεία συντεθραμμένος, ὡς μὲν σὺκ εὐδαιμονέστερος εἶ, φησὶ, τῶν ἐν τῇ πόλει ἁπάντων, ὦ σοφὲ, σὺκ ἂν εἴποις, ᾧ γε τοῦτο πρῶτον ὑπῆρχεν, ὃ πολλοῖς πάνυ γλιχομένοις μόλις ἂν γένοιτο παρὰ τῆς Τύχης. λέγω δὲ, ὁμιλίας ἀξιωθῆναι, καὶ ἑστίας κοινωνῆσαι, καὶ ἐς τὸν πρώτιστον οἶκον τῶν ἐν τῇ Ρωμαίων ἀρχῇ καταδεχθῆναι. τοῦτο γὰρ ὑπὲρ τὰ Κροίσου τάλαντα, καὶ τὸν Μίδου πλοῦτον, εἰ σωφρονεῖν οἶδα. εἶδον δὲ πολλοὺς τῶν δοκίμων, ἐθελήσαντας ἂν εἰ καὶ πρόσθεν δοῦναί τινα δέοι, μόνης τῆς δόξης ἕνεκα, συνεῖναι τούτῳ, καὶ ὁρᾶσθαι πρὸ αὐτὸν ἐταίρους, καὶ φίλους εἶναι δοκοῦντας· ἐγὼ ἔχω ὅπως σε τῆς ἀποτυχίας μακαρίσω· ὃς δ' προσλήψῃ μισθὸν σὺκ τοιαύτης εὐδαιμονίας. ἀρκεῖν οὖν νομίζω, εἰ μὴ πάνυ ἄσωτος εἶ, τοσοῦτόν τι εἰπὼν ἐλάττων, καὶ μάλιστα πρὸς τὰς σὰς ἐκείνας ἐλπίδας· ἀγαπᾷν δ' ὅμως ἀναγκαῖον.

A Quin ipse magis quod videbitur statuito, habita ratione, vir amicissime, munerum etiam illorum quæ quotannis festis diebus à nobis accepturus videris. Neque enim vel ista nobis fuerint neglectui futura, etiam si nunc hæc pactione non complectamur. Scis autem complures per annum eiusmodi munerum occasiones incidere. Horum igitur habita ratione, moderatius nimirum præmium nobis præscribas. Præterea decet etiam vos homines eruditos pecuniam negligere. Hęc ille dicens, totúmque te varia spe labefactans, mitem sibi ac tractabilem reddidit. Tu porrò qui dudum talenta, ac multa
B nummûm millia somniaras, solidos agros, & familias, sentis quidem tacitus apud te hominis sordes ac parsimoniam: nihilominus blanditur tibi pollicitatio tamen, atque illud, Communia futura sunt omnia, ratum & verum fore arbitraris, ignarus, eiusmodi dicta,

Summis è labiis, non imo è corde profecta.

Tandem præ pudore ipse statuendi ius defers. Verùm ille facturum sese negat: cæterùm ex amicis præsentibus quempiã in eo negotio veluti medium intercedere iubet, qui salarij modum pronunciet,
C eum, qui neque ipsum grauet, vt cui plurimus tum alias in res magis his necessarias sumptus sit faciendus: neque rursus eo qui laturus est, sit omnino indignus. Atque is seniculus quispiã, diuitis æqualis, vnà cum illo à pueris adulando educatus, Eho tu, inquit, num inficias ire potes, quin vnus sis qui in hac vrbe viuunt omnium fortunatissimus, cui primum cõtigerit, quod pluribus miserè cupiẽtibus, vix à fortuna dari possit, nempe vt in huius hominis consuetudinem admittaris? vt communes penates habeas? vt in familiam inter Romanos primariam recipiaris? Id nimirum tum Crœsi talenta, tum
D Midæ diuitias superat, si modò modestus esse noris. Equidem nõ paucos noui magni nominis viros, qui cupiissent, etiam si quid vltro dandum fuisset, gloriæ duntaxat caussa cum isto viuere, & familiares apud hunc atque amici videri. Quapropter haud inuenio quibus modis tuã prędicem felicitatem, qui quidem ad hanc tam expetendam fortunam etiam præmio addito admitteris. Proinde mihi satis esse videtur, nisi planè es insolens, si tantum accipias: simulq; pronũciat sanè minimum quiddam, præsertim ad spes illas tuas: attamen boni cõsulas necesse est.

Neque enim iam possis effugere, quum intra retia tenearis. Frenum igitur recipis, mussitans, ac dissimulãs, ac initiò quidem non magnopere illi reluctans: facilé que sequeris, vt quòd non admodum te torqueat, neque stringat, donec illi tandem paulatim assueueris. Tum verò ij qui foris sunt mortales, hoc ipso nomine tuam fortunam admirantur, quòd te conspiciant intra cancellos versantem, ac nullo prohibente introëuntem, prorsus præclaris illis opibus deliciisque domesticum quendam ac familiarem esse factum. At ipse nondũ videre potes quam ob rem illi te felicem existimẽt, nisi quòd gaudes tamen, téque ipse fallis, semper futura meliora fore existimans. Cęterùm contra atque speraris euenit, & quemadmodum adagio dicitur, iuxta Mandrabuli morem negotium procedit, in singulos (vt ita dixerim) dies deteriùs ac retro relabens. Vnde paulatim velut in luce dubia, tum demum dispiciens intelligere incipis, aureas illas spes nihil aliud fuisse, quam ampullas quasdam inauratas; labores autem esse graues, feros, ineuitabiles, ac perpetuos. Sed quinam isti sint, forsitan me rogabis. Neque enim video, inquies, quid in hac consuetudine sit adeò molestum, neque intelligo ista quæ commemoras grauia atque intoleranda. Audi igitur vir egregie, non molestiam modò negotij perpendens, verùm fœditatem, humilitatem, prorsúsque seruilitatem vel præcipuè interim considerans. Principiò memineris ex eo tempore te iam neque liberum neque ingenuum posse videri. Noueris enim te hæc omnia, genus, libertatem, progenitores ante limen relinquere, quum in huiusmodi seruitutem temetipsum addicens in ædes ingrederis. Siquidem libertas tibi comes ire recusarit, ad vitam tam indignam, tam humilem, te conferenti. Seruus itaque (tametsi nomine ipso grauiter offenderis) seruus inquam, velis nolis, futurus es: neque vnius seruus, verùm complurium, operámque seruilem præstare cogêris obstipo capite, à diluculo in vesperam vsque, idque mercede vili atque indigna. Adde quòd ne placebis quidem admodum, neque domino satisfacies, neque ab illo magnifies, vt qui non à puero fueris ad seruitium institutus, sed serò didiceris, atque ætate multùm aliena cœperis ad id erudiri. Excruciat autem te pristinæ libertatis me-

Seruitus consequens conditione acceptam.

A ὁ γὰρ ὁρᾷ σὲ νῦν φυγεῖν ἔτι σοι δυνατὸν ὄντα ἐν ἀρκύων γυμνάσῳ. δέχῃ τοίνυν τὸν χαλινόν, μύσας· καὶ τὰ πρῶτα βιάσῃ ὀλίγος εἶ πρὸς αὐτὸν, ὁ πρῶν προϊστῶντα, ὁδ' ὀξέως νυστάζοντα; μέχρις αὖ λάθῃς τέλεον αὐτῷ συνηθὴς γενόμενος. οἱ μὲν δὴ ἔξω αὖ θνητοί, ὃ μὴ τῦτο ζηλῶσί σε, ὁρῶντες σὲ τῆς κιγκλίδος ἀφατείοντα, καὶ ἀκωλύτως εἰσιόντα, καὶ τῶν πρῶν τινὰ ἔνδον γεγυμνασμένον. σὺ δ' αὐτὸς οὐδέπω ὁρᾷς, ὃ τινος ἕνεκα δαίμων αὐτοῖς εἰς δόξης. πλὴν ἀλλὰ χαίρῃς γε, καὶ σαυτὸν ὄλβια πάντας, καὶ ἀεὶ τὰ μέλλοντα βελτίω γενήσεσθαι νομί-

B ζῃς· ὁ δ' ἔμπαλιν ἢ σὺ ἤλπισας, γίνεται. καὶ ὡς ἡ παροιμία φησὶν, Ἐπὶ Μανδραβούλου χωρεῖ τὸ πρᾶγμα, καθ' ἑκάστην ὡς εἰπεῖν τὴν ἡμέραν ἀποσμικρυνόμενον, καὶ εἰς τοὐπίσω ἀναποδίζον. ἐρέμνα οὖν, ὡσπερ ἐν ἀμυδρῷ τῷ φωτὶ τότε πρῶτον διαβλέπων, ἀρχὴ καταγνοῖ, ὡς αἱ μὲν χρυσαῖ σκιναὶ ἐλπίδες, οὐδὲν ἄλλ' ἢ φυσαί τινες ἦσαν ὑπόχρυσοι· βαρεῖς δέ, καὶ ἀληθεῖς, καὶ ἀποδεκτικοί, καὶ συνεχεῖς οἱ

C πόνοι. τίνες δ' ἂν ἴσως ἔροιτο με· ὁρῶ γὰρ οὐδὲν, τί ὀλίγον ἐν ταῖς τοιαύταις ξυνουσίαις ὄντι, ὁ δ' ὀλίγον ὠνοῦ ἄτινα ἔφησθα τὰ καμάτους καὶ ἀφόρητα. σκόπει ὅτῳ ἔχουσιν, ὦ γυναῖε, μὴ εἰ κάματός ἐστιν ἐν τῷ πράγματι μόνον ἐξεταζων, ἀλλὰ καὶ τὸ αἰσχρὸν, καὶ ταπεινὸν, καὶ συνόλως δουλοπρεπὲς, σὺ ἐν πρώτοις τῆς ἀκροάσεως πάλιν. καὶ πρῶτόν γε μέμνησο μηκέτι ἐλεύθερον ὃ ἀπ' ἐκείνης, μηδ' ὑπατείδιον σαυτὸν οἴεσθαι. πρῶτα γὰρ ταῦτα ὁ γάμος, πρῶ ἐλευθερείαν, τοὺς προγόνους ἔξω τῆς ὁδοῦ καταλείπων, ἴσθι, ἐπειδὴ ὑπὸ τοιαύτην σαυτὸν λατρείαν ἀπεμπολήσας εἰσίης. ὁ γὰρ ἐθελήσῃ σοι ἡ Ἐλευθερία ξυνελθεῖν, ἐφ' ὅτῳ ἀγορὴ πράγματα καὶ ταπεινὰ εἰσιόντι. δοῦλος οὖν, εἰ καὶ πρῶν ἀρθείης τῷ ὀνόματι, καὶ οὐχ ἑνός, ἀλλὰ πολλῶν δοῦλος ἀναγκαίως ἔσῃ, καὶ μαστεύσῃς κάτω νενευκὼς ἑωθεν ἐς ἑσπέραν, ἀσχολίᾳ ὑπὸ μισθῷ· καὶ ἅτε δὴ μὴ ἐκ παίδων τῇ δουλείᾳ ξυντραφεὶς, ὀψιμαθήσας δὲ, καὶ πόρρω που τῆς ἡλικίας παιδοδρόμους πρὸς αὐτῆς, ὁ πρῶν ἀνδρόκμους ἔσῃ, οὐδὲ πολλοῦ ἄξιος τῷ δεσπότῃ. ἀμφθείρει γάρ σε ἡ μνήμη τῆς ἐλευθερείας

ἐπωιδοῦσα· καὶ ἀποσκιρτᾷν σὲ ποιῇς, καὶ δι' αὐτὸ σὺ τῇ δουλείᾳ πονήρως ἀπαλλάττειν· πλὴν εἰ μὴ ἀποχρῶ σοι πρὸς ἐλευθερίαν νομίζεις, ὃ μὴ Πυρρίᾳ μηδὲ Ζωπυρίωνος υἱὸν εἶ), μηδ' ὥσπερ τις Βιθυνὸς ὑπὸ μεγαλοφώνῳ τῷ κήρυκι ἀπημπολῆσθαι. ἀλλ' ὁπότερον, ὦ βέλτιστε, τῆς νεμεσήσεως ἀπεισάσης, ἀναμιχθεὶς τῷ Πυρρίᾳ καὶ τῷ Ζωπυρίωνι, προσεπείπῃς πρὸ χειρὸς ὁμοίως τοῖς αὐτῶν οἰκέταις, καὶ λαβὼν σκῆπτρον ὅ, τι δήποτε ἐστὶν ὃ διδόμενον, τοῦτο ἡ πρᾶσίς ἐστι· κήρυκος γὰρ οὐκ ἔδει ἐπ' ἀνδρὶ ἑαυτὸν ἀποκηρύξαντι, καὶ μακρῷ χρόνῳ μνηστευσαμένῳ ἑαυτῷ τὸν δεσπότην. εἶτ', ὦ κάθαρμα (φαίην δ' ἂν καὶ μάλιστα πρὸς τὸν φιλόσοφον φάσκοντα) εἴ μήν σε τις ἢ πλέοντα καταπτήσας συλλαβών, ἢ λῃστὴς ἀπεδίδοτο· ὤκτειρες ἂν σεαυτόν, ὡς πρὸς τὴν ἀξίαν δυστυχοῦντα· ἢ εἴ τις σου συλλαβόμενος, ἦγε δοῦλον εἶναι λέγων, ἐβόας ἂν τοὺς νόμους, καὶ δίκας ἐποίεις, καὶ ἠγανάκτεις, καὶ, ὦ γῆ, καὶ θεοί, μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἐκεκράγεις ἂν σεαυτόν· ὀλίγων ἕνεκα ὀβολῶν, ἐν τούτῳ τῆς ἡλικίας, ὅτε καὶ εἰ φύσει δοῦλος ἦσθα, καιρὸς ἦν πρὸς ἐλευθερίαν ἤδη ὁρᾶν, αὐτῇ ἀρετῇ καὶ σοφίᾳ φέρων ἀπημπόληκας; σοὶ δὲ τοὺς πολλοὺς ἐκείνους λόγους ἀδεσθείς, οὓς ὁ καλὸς Πλάτων, ἢ ὁ Χρύσιππος, ἢ Ἀριστοτέλης διεξελήλυθασι, τὸ μὲν ἐλεύθερον ἐπαινοῦντες, τὸ δουλοπρεπὲς δὲ ψεγαλλοντες; καὶ οὐκ αἰσχύνῃ κόλαξιν ἀνδράσιν, καὶ ἀγενέσιν, καὶ βωμολόχοις συντεθεσπισμένος, καὶ ἐν τοσούτῳ πλήθει Ρωμαϊκῷ μόνος ξενίζων τῷ τείβωνι, καὶ πονήρως τὴν Ρωμαίων φωνὴν βαρβαρίζων, εἶτα δυσπνόων δεῖπνα θορυβώδη, καὶ πολυανθρώπους, συγκλύδων τινῶν, καὶ τῶν πλείστων μοχθηρῶν; καὶ ἐν αὐτοῖς ἐπαινεῖς φορτικῶς, καὶ πίνεις πέρα τοῦ μετρίως ἔχοντος· ἑωθέν τε ὑπὸ κώδωνι ἐξαναστάς, ἀποσφάλμασι τοῦ ὕπνου ὃ ἥδιστον, συμπεφυρμένοις ἄνω, καὶ κάτω, ἐπὶ τὸν χθιζὸν πηλὸν ἔχων ὅπῃ τοῖν σκελοῖν; ὅτου ἀπορεῖα μή σε θέρμων ἔχει, ἢ τῶν ἀλείων λαχάνων, ἐπέλιπον δὲ καὶ αἱ χρῶσαι ῥέουσαι τοῦ ψυχροῦ ὕδατος, ὡς ὅπῃ ταῦτά σε ἐπ' ἀμηχανίας ἐλθεῖν; ἀλλὰ δῆλον ὡς οὐχ ὕδατος, οὐδὲ θέρμων, ἀλλὰ πεμμάτων, καὶ ὄψων,

moria animo recurſans, facítque vt interdum teſilire conêre, reluctériſque, atque ob id ipſum fit vt ſeruitus tibi moleſtior accidat. Niſi fortè illud tibi ad libertatem ſufficere putas, quòd non fueris Pyrrhia aut Zopyrione patre prognatus: aut quòd non ſic vti Bithynicum aliquod mancipium vociferante præcone diuendaris. Atqui tum vir egregie, cùm inſtante nouilunio Pyrrhiis & Zopyrionibus immixtus, manum itidem vt alij ſeruuli protendis, capíſque quodcunque illud tandem eſt quod datur, hæc videlicet eſt auctio. Nam præcone nihil opus erat homini qui ipſus ſui fuerit præco, quíque ipſe vltro ſibi multo tempore dominum ambierit. Age iam ô ſceleſte (cur enim nón dicam, preſertim in eum qui ſe philoſophum eſſe dicat?) ſi quis te pirata inter nauigandum captum, aut ſi quis prædo in ſeruitutem tradidiſſet, teipſum deplorares, tanquam indignam fortunæ iniuriam patientem: aut ſi quis manu iniecta te duceret, in ſeruitutem aſſerẽs, leges inclamares, omnia faceres, acerbè ferres, &, ô terra, ô dij, magno clamore vociferareris: nunc verò quum ipſe te ob paucos obolos id ætatis in qua etiam ſi ſeruus natus eſſes, tamen tempeſtiuum fuiſſet iam ad libertatem aſpirare, cum ipſa virtute ac ſapientia vltro addictum vendideris, nihil illa reueritus, quæ permulta ab egregio Platone, Chryſippo, Ariſtotele, diſſeruntur, quum libertatẽ laudant, ſeruitutem damnant: an non te pudet, quum inter homines aſſentatores & emptitios ac ſcurras verſans, ex æquo cum illis æſtimaris! quum in tanta Romanorum turba ſolus peregrino in pallio verſaris, quúmque Romanam linguam perperam ac barbarè ſonas: præterea quum agitas conuiuia tumultuoſa, magna hominum turba conferta, quorum plerique collectitij quidam ſunt & improbi? atque inter hos laudas odioſe, bibíſque præter modum: deinde mane ad tintinabulum expergefactus, diſcuſſa ab oculis dulciſſima ſomni parte, vnà ſurſum ac deorſum circuncurſas, heſterno luto etiamdum tibiis adhærente? Vſqueadeó ne te lupini aut holerum agreſtium tenuit penuria? Vſqueadeo tibi defuerunt fontes frigida manantes aqua, vt per deſperationem ad iſta deuenires? Haud puto: quin potiùs palàm eſt, te non frigidæ aquæ, neque lupini, ſed bellariorum atque obſoniorum,

vinique odorati cupiditate captum eò veniſſe: quæ dum lupi piſcis in morem auidiùs appetis, tuo merito euênit vt hamus tibi fauces transfixerit. Itaque præſtò ſunt huius intemperantiæ gulæque auctoramenta. Ac perinde atque ſimia à trunco reuinctus collo, reliquis quidem omnibus riſui es: at ipſe tibi deliciis affluere videris, cui contigerit affatim expleri carycis. Cæterùm libertas, ingenuitas, vnà cum ipſis gentilibus ac tribulibus, hæc nimirum euanida cuncta: atque iſtarum rerum ne memoria quidem vlla: quanquam hoc quoque ferendum, ſi vita iſta cum hac turpitudine duntaxat eſſet coniuncta, quòd è libero ſeruum videri facit: non labores etiam accederent, cum illa ſeruorum colluuie communes. Sed vide num quæ tibi imperantur, leuiora ſint his quæ Dromoni aut Tibio mandantur. Nam doctrinæ quidem (cuius rei cupiditate ſimularat te in familiam ſuã accerſiſſe ſeſe) perquam exigua illi cura eſt. Quid enim (vt dici ſolet) commercii aſino cum lyra? An non vides videlicet quàm miſerè macerentur immodico deſiderio vel Homericæ ſapientiæ, vel Demoſthenicæ grauitatis ac vehementiæ, vel Platonicæ ſublimitatis? Quorum mehercle ex animis ſi quis aurum, argentum, atque harum rerum curas tollat, nihil fuerit reliquum præter faſtum, mollitiem, laſciuiam, luxum, ferocitatem, imperitiam. Atque ad iſta nihil prorſum opus te. Verùm quoniam tibi barba ingens propendet à mento, quoniámque vultu ipſo graue quiddam & venerandum præ te fers, tum quia pallio Græcanico decenter amictus es, norúntque iam omnes te grammaticum eſſe, ſeu rhetorẽ, ſeu philoſophum: pulchrum ille ſibi putat, vt & eiuſmodi quiſpiam, anteambulonum ſuorum pompæ permixtus eſſe videatur. Futurum enim hac re, vt Græcanicarum diſciplinarum ſtudioſus, reliquæque omnis doctrinæ neque negligens neque rudis eſſe putetur. Vnde fit vt in periculum vir egregie venias, ne non tam ob admirandas illas artes, quàm magis ob barbam palliúmque conductus eſſe videare: proinde vt perpetuus apud illum conſpiciaris oportet, neque abſis vnquam, verùm vt diluculo relictis ſtratis in famulitio temet exhibeas conſpiciendum, neque locum in acie deſeras. Porrò ille iniecta nonnunquam tibi manu, quicquid fortè in mentem inciderit, de hoc

A καὶ οἶνε αἰθομίε ὀπιθυμῶ, ἐάλως, καθάπερ ὁ λάβραξ, αὐτὸν μάλα δικαίως τὸν ὀρεγόμενον τούτων λαμὸν ἀφαπρεῖς. τοῦδε πόδας συγχρουῶ τῆς λιχνείας ταύτης ταπίλεγε. καὶ ὥσπερ οἱ πίθηκοι, κλοιῷ δεθεὶς τὸν τράχηλον, ἄλλοις μὲν γέλωτα παρέχεις· σαυτῷ δὲ δοκεῖς τρυφᾶν, ὅτι ἔστι σοι τῶν ἰσχάδων ἀφθόνως ἐντρυγεῖν· ἡ δὲ Ἐλευθερία, καὶ ὁ εὐγλὼς, αὐλῶς φυλέτας τε φέρτορσι, φεῦδα πάντα, καὶ σοὶ δὲ μνήμη τις αὐτῶν. καὶ ἀγαπητὸν, εἰ μόνον ὁ αἰσχρὸν προσιὼν τῷ προσώπατι, δοῦλον αὐτ' ἐλευ-

B θέρου δοκεῖν, οἱ δὲ πόνοι μὴ κοινοὶ τοῖς πάνυ τούτοις οἰκέταις· ἀλλ' ὅρα εἰ μετειωτερά σοι προστέτακται τῷ Δρόμωνι καὶ Τιβίῳ προστεταγμένων. ὧν μὲν γὰρ ἕνεκα τῶν μαθημάτων ὀπιθυμεῖν φήσας προείληφέ σε, ὀλίγον αὐτῷ μέλει. τί γὰρ κοινὸν φασι λύρᾳ καὶ ὄνῳ; πάνυ γοῦν ἂχ θεᾷς; ἐκπεπλήκασι τῷ πάθει τῆς Ὁμήρου σοφίας, ἢ τῆς Δημοσθένους δεινότητος, ἢ τῆς Πλάτωνος μεγαλοφροσύνης, ὧν ἐμοῦ τις ἐκ τῆς

C ψυχῆς ἀφέλῃ τὸ χρυσίον, καὶ τὸ ἀργύριον, καὶ τὰς περὶ τούτων φροντίδας· τὸ καταλειπόμενόν ἐστι τῦφος καὶ μαλακία, καὶ ἁβροπάθεια, καὶ ἀσέλγεια, καὶ ὕβρις, καὶ ἀπαιδευσία. δεῖπαι δή σου ἐπ' ἐκεῖνα μὲν οὐδαμῶς. ἐπεὶ δὲ πώγωνα ἔχεις βαθύν, καὶ σεμνός τις εἶ τὸ πρόσωπον, καὶ ἱμάτιον Ἑλληνικὸν δικαίως περιβέβλησαι, καὶ πάντες ἴσασί σε γραμματικὸν, ἢ ῥήτορα, ἢ φιλόσοφον, καλὸν αὐτῷ δοκεῖ διαμεμίχθαι καὶ τοιοῦτόν τινα τοῖς προϊοῦσι, καὶ προπομπεύουσιν αὐτῷ. δό-

D ξεις γὰρ ἐκ τούτου καὶ φιλομαθὴς τῶν Ἑλληνικῶν μαθημάτων, καὶ ὅλως, περὶ παιδείαν φιλόκαλος· ὥστε κινδυνεύεις, ὦ γύναι, αὐτὴ τῶν θαυμαστῶν λόγων, τὸν πώγωνα καὶ τὸν τρίβωνα μεμισθωκέναι. χρὴ οὖν σε ἀεὶ σοὶ αὐτῷ ὁρᾶσθαι, καὶ μηδέποτε ἀπολείπεσθαι· ἀλλ' ἑωθεν ἐξαναστάντα, παρέχειν σεαυτὸν ὀφθησόμενον ἐν τῇ θεραπείᾳ, καὶ μὴ λιπεῖν τὸ τάξιν· ὁπὲ βάλλων ἐνίοτέ σοι τὸ χεῖρα, ὅ, τι αὐ τύχοι, λα-

ρᾷ, τοῖς ἐντυγχάνουσιν ὑπαδηκνύμενος, ὡς A tecum nugatur, obuiis oſtentans quàm
ὑδὶ ὁδῷ βαδίζων, ἀμελὴς ὢν τῶν μουσῶν, ne per viam quidem ingrediens, incu-
ἀλλ' εἰς καλὸν τινὰ ἐν τῷ περιπάτῳ ἀφα- rius ſit literarum, quin vt illud ipſum
πῆται σχολῆς. σὺ δ' ἄθλιος, τὰ μὲν πα- etiam otium quod inter inambulandum
ραδραμών, τὰ δὲ, βαδίζων αἰεὶ πολλὰ & datur, in re quapiam honeſta collocet.
κάτω τα (τοιαύτη γὰρ, ὡς οἶσθα, ἡ Πό- At tu miſer interim, nunc curſim, nunc
λις) περιελθών, ἱδρωκὼς τε, καὶ πνευστιᾷς. gradatim, nunc ſcanſim plerunque, nunc
κἀκεῖνον ἔνδον τινὰ τῶν φίλων, πρὸς ὃν ἦλθε, deſcenſim (nam ſcis huiuſmodi eſſe vr-
ἀφαλεσόμενος, μετ' ὀπτου καθίζῃς ἔχων, ὀρ- bem) obambulans, tum ſudas tum ſpiri-
θὸς ἐκ' ἀποδείας ἀναγινώσκῃς τὸ βιβλίον tum anhelus trahis. Deinde illo intus
περιχειμένος· ἐπειδὴ δὲ ἄσιτόν τε καὶ cum amico quopiam, ad quem acceſſit,
ἄποτον ἡ νὺξ καταλάβῃ, λουσάμενος πονη- confabulante, quum tibi interim locus
ρῶς ἀφεὶ, πρὶ αὐτό που κρεδὸν ὁ μεσονύ- B deſit vbi vel aſſidere queas, librum vi-
κτιον ἥκεις ὅτι ὁ δεῖπνον, οὐκ ἔτ' ὁμοίως ἔν- delicet ſtans in manum ſumis, quóque
τιμος, οὐδὲ πρόθυμος τοῖς παροῦσιν. ἀλλ' fallas tædium, legis. Pòſt vbi ieiunum
ἰών τις ἄλλος ἐπεισέλθῃ νεανίσκος, ἐς τὸ te ſitientémque nox occupauit, in-
πίσω σύ· καὶ ὥσπερ ἐς τὴν ἀτιμοτάτην γω- commodè lotus, intempeſtiuè, puta
νίαν ἐξωθεῖς, κατάκεισαι μόνος, μόνον nocte fermè concubia, ad cœnam ac-
τῶν προσφερομένων τὰ ὀστᾶ, εἰ ἀφίκοιτο μέ- cedis, haud perinde deinceps in pre-
χρι σοῦ, καθάπερ οἱ κύνες περιοδίων, ἢ ὃ tio habitus, neque conſpiciendus his
σκληρὸν τῆς μαλάχης φύλλον, ᾧ τἆλ- qui adſunt. Verùm ſi quis aduenerit re-
λα συμφλοῦσιν, εἰ ὑπορροφηθείη ὑπὸ τῶν centior, tu poſt tergum reiiceris. Itaque
παρακαθημένων, ἅσμενος ὑπὸ λιμοῦ in angulum aliquem abiectiſſimum re-
προσπόμενος. ὑ μὲν ὑδὶ ἡ ἄλλη ὕβρις ἀ- C truſus, accumbis, teſtis duntaxat ac ſpe-
πεστιν, ἀλλ' ὅτε ὠὸν ἔχῃς μόνος, ὑ γὰ αἰσ- ctator eorum quæ apponuntur, canum
χῦνον ὅτι καὶ σὲ τῶν αὐτῶν ἀεὶ τοῖς ξένοις καὶ ritu oſſa circumrodens, ſi fors ad te
ἀγνώστοις αὐτὶ ποιῆσθαι· ἀγνωμοσύνη γὰρ σὴ perueniat, vel aridum maluæ folium,
τοῦτό γε· ὅτε ἡ ὄρνις ὁμοία τοῖς ἄλλοις, ἀλ- quo reliqua inuoluunt, ſi faſtidiatur ab
λὰ τῷ μὲν πλουσίῳ, παχεῖα καὶ μιμελὴς, iis qui ſupra te accumbunt, præ fame li-
σοὶ δὲ, νεοττὸς ἡμίτομος, ἢ φάτνα τις ὑπόσ- benter arrupturus. Audi iam & aliud Quotidia-
κληρος, ὕβρις δύσκρις, καὶ ἀτιμία· πολ- contumeliæ genus. Quid quòd ne o- nus victus.
λάκις δὲ ἰὼν ὑπολίποι ἄλλῳ τινὸς, ἀφνιδίως. uum quidem ſoli tibi apponitur? Ne-
ὑπὸ παρόντες Θράμβος ὁ ἀφάνους τὰ σοὶ que enim conuenit, vt tu ſemper ea-
προσκείμενα φέρων, ἐκείνῳ προστέθει- dem requiras, quæ hoſpitibus atque i-
κεν, ὑποτονθορύσας· σὺ γὰρ ἡμέτερος εἶ. D gnotis miniſtrantur, quandoquidem
τεμνομένῳ μὲν γὰρ ἐν τῷ μέσῳ ἢ συὸς hæc tua ſit inſcitia atque inurbanitas.
ὑποταγρίᾳ, ἢ ἐλάφῳ, χρὴ σὲ πάντως ἢ Neque auis eiuſmodi tibi apponitur,
τὸν Ἀφαρέμονα ἵλεων ἔχειν, ἢ τινὰ Περμη- qualis aliis, verùm diuiti illi pinguis &
σέως μοῖραν φέρεσθαι, ὀστᾶ κακαλυμμένα succulenta, tibi pullus dimidiatus, aut
τῇ μιμελῇ. ὃ γὰ τῷ μὲν ὑπὲρ σὲ τὴν λοπάδα palumbus aliquis aridus atque inſipidus,
πρέσασθαι, ἔστ' ἂν ἀπαρρύσῃ ἐμφορούμενος, σὲ δ' ὥσπερ ταχέως προσδραμεῖν, τίνι non auis videlicet, ſed manifeſta contu-
φορητὸν ἐλευθέρῳ ἀνδρὶ, κἂν ὁπόσην αἰ ἔλαφοι melia, ludibriúmque. Neque verò ra-
τὴν χολὴν ἔχοντι; καίτοι οὐδέπω σκῆνος ἔφιν, rò fit, vt ſi quando deſit alibi, mini-
ſter repentè te inſpectante ſubmouens
ea quæ tibi erant appoſita, aliis appo-
nat, illud tibi ad aurem immurmurans,
Tu profectò noſter es. Quòd ſi quando
interim diſſecetur vel porca fœta, vel
ceruus: aut ſtructorem tibi modis o-
mnibus propitium habeas oportet: aut
certè Promethei partem feres: nempe
oſſa adipe circumtecta. Nam quòd ei
qui ſupra te accumbit, patina ſinitur ad-
ſtare quoad ſatiatus repudiet, te contrà
tam celeriter prætercurrat, quis tandem
iſthuc ferat, qui modò ſit ingenuus, cuiq;
tantum inſit bilis, quantum vel ceruis adeſt? Atque illud equidem nondum dixi,

quòd reliquis ſuauiſſimum ac vetuſtiſſimum vinum bibentibus, tu ſolus malum quoddam & pingue bibis. Proinde illud ſemper curas, vt auro argentóve bibas, ne colore prodente palàm fiat te vſque adeo contemptum neglectúmque eſſe conuiuam: quanquam bene tecum ageretur, ſi vel illud ipſum ad ſatietatem vſque bibere liceret. At nunc vbi crebriùs popoſceris, miniſter audiſſe diſſimulat. Adde iam multas interim & alias eſſe res quæ te diſcrucient: imò nihil eſſe fermè, quod non ſit acerbum, maximè quum tibi cinædus aliquis antefertur: quin pluris te fit is qui ſaltandi docet artem, qui iocos Ionicos contexit, Alexandrinus quiſpiam homunculus. Nam quî tibi ſperes tu vt in accubitu æqueris iis qui voluptates & amatoria ſubminiſtrant? qui literulas in pectore geſtant? Proinde in obſcuro quopiam conuiuij latibulo tectus, prę-que pudore abſtruſus, ſuſpiras, vti coniectādum eſt, eóque ipſum deploras, ac fortunam ineuſas tuam, quæ tibi ne pauxillulum quidē lepôris ac venuſtātis aſperſerit. Ac prorſus ita videris affectus, vt optes poëta fieri, vt amatorias conſcribas cantiones: aut ſi id non contigit, vel eam aſſequi facultatem, vt poſſis ab aliis conditas dignè canere. Vides enim quibus in rebus ſitum eſt vt quis efferatur, plurimíque fiat. Quin & illud ferre queas, vt magi quoque aut arioli perſonam (ſi neceſſe ſit) induas, ex horum genere, qui amplas hæreditates, qui imperia, qui cumulatas opes pollicentur: quandoquidē hos quoque vides non mediocriter à diuitibus amari, plurimique fieri: cóque vel vnum quodlibet horum fieri percupias, vti ne prorſus reiiculus atque inutilis appareas. Atqui ne ad iſta quidem docilis es, infelix: proinde ſubmittas te oportet, muſſitéſque ac tacitus feras, clàm apud te plorans, ac neglectui habitus. Etenim ſi te famulus aliquis ſuſurro deferat, qui ſolus omnium non laudaris puerum herę ſaltantem, aut cithara canētem, iſta ſcilicet ex re nō leue diſcrimen impendet. Quapropter terreſtris in morem ranæ ſitiens vociferetis neceſſe eſt, id operam dans, vt in laudantium numero inſignis ac prę-cipuus appareas. Quin ſæpicule ſilentibus reliquis tibi ficta quædam laus proferenda, quæque multam ſapiat aſſentationem. Iam verò magnopere ridiculum eſt, cū eſurias interim ſitiáſque, vnguentis collíni, ac vertice geſtare coronam.

Contemptus & reiectio poſt cinædos & ſaltatores.

Adulatio ridiculorum.

A ὅτι τῶν ἄλλων ἥδιόν τε καὶ παλαιότατον οἶνον πινόντων, μόνος σὺ πονηρόν τινα καὶ παχὺ πίνεις· θερμαθὲν ἀεὶ, ἐν ἀργύρῳ ἢ χρυσῷ πίνῃ, ὡς μὴ ἐλεγχθείης ἀπὸ τῶν χρωμάτων, ὅτως ἄτιμος ὢν ξυμπότης· καὶ εἴθε γε καὶ ἐκεῖνα ἐς κόρον ἐλῶ πίνῃ· νῦν δὲ πολλάκις αἰτήσαντος, ὁ παῖς ὕδωρ αἴροντι ἔοικεν. αἰσχρὰ δή σε πολλὰ, καὶ ἀθεῆ, καὶ ἀεδῆ πάσχειν, καὶ μάλιστα ὅταν σε προθυμουμένη κιναιδός τις, ἢ ὀρχηστοδιδάσκαλος, ἢ Ἰωνικὰ ξυνείρων, Ἀλεξανδρεωτικὸς ἀνθρωπίσκος.

B Τοῖς μὲν γὰρ τὰ ἐρωτικὰ ταῦτα διαγινωσκομένοις, καὶ γραμματίδια· ἐπὶ τοῦ κόλπου διακομίζουσι; πόθεν σύ γε ἰσότιμος καταχείμενος; τοιγαροῦν ἐν μυχῷ τῆς συμποσίου, καὶ ἐπ' αἰδοῦς καταδεδυκὼς, ζέεις ὡς ὁ εἰκὼς, καὶ σεαυτὸν οἰκτείρῃς, καὶ αἰτιᾶσθαι τὸν τύχην, ὅτι ὀλίγα σοι τῶν χαρίτων ὑπεκκαίσασα. ἡδέως γε δή μοι δοκῇς ἂν ποιητὴς γενέσθαι τῶν ἐρωτικῶν ἀσμάτων, ἢ καὶ ἄλλο ποιήσοντος, διδάσκεσθαι ἀξίως. ὁρᾷς γὰρ οἷ ὁ πρόσημᾶσθαι καὶ διδάσκειν ἔστιν. ἐπιζητεῖς δ' αὖ, εἰ καὶ

C μάγον, ἢ μάντιν ἐπικτᾶσθαι δέοι, τῶν κληρώσεις πολυταλάντους, καὶ ἀρχὰς, καὶ ἀθρόους τοῖς πλούτοις ἐπιγινομένων. καὶ γὰρ αὖ καὶ τούτους ὁρᾷς δὴ φερομένους ἐπὶ ταῖς φιλίαις, καὶ πολλῶν ἀξιουμένους· κἂν ἓν τι γοῦν τούτων ἡδέως ἂν γένοιο, ὡς μὴ ἀπόβλητος καὶ πρόσπτος εἶναι, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς ταῦτα ὁ κακοδαίμων πιθανὸς εἶ. τοιγαροῦν ἀνάγκη μεῖναι, καὶ σιωπῇ ἀνέχεσθαι, ἐπαινοῦντα, καὶ ἀμελούμενον. ἐῶ μὲν γὰρ κατεῖπῃ σοῦ τις φθονερὸς οἰκέτης, ὡς

D μόνος οὐκ ἐπῄνεσας τὸν τῆς δεσποίνης παῖδα τὸν ὀρχούμενον, ἢ χαλεπώτερον, κίνδυνος ἂν μικρὸς ἐκ τῶν πρόσθεν. χρὴ οὖν χρυσοῦν βατράχου δίκην διψῶντα, κεκραγέναι, ὡς ὑπέροχος ἔσῃ ἐν τοῖς ἐπαινοῦσι, καὶ κορυφαῖος, ὑπερμελούμενον. πολλάκις δὲ καὶ τῶν ἄλλων σιωπησάντων, αὐτὸν ἐπειπεῖν ἐσκεμμένον τινὰ ἔπαινον, πολλῷ τῷ χαλκείαν ἐμφανιοῦντα. ὃ μὲν γὰρ λιμῶν ξυνόντα, καὶ, νὴ Δία, γε διψῶντα, μύρου χρίεσθαι, καὶ στεφανοῦσθαι τὴν κεφαλὴν, ἡρέμα καὶ γελοῖον.

ἔοικας

ἔοικας γὰρ τότε σήλην ἐώλῳ τινὸς νεκροῦ ἀ- A
γοντος σαγίσματα. καὶ γὰρ ἐκείνῳ καθαχέαντες μύρον, καὶ τὸν στέφανον ὀπιθέντες, αὐτοὶ πίνουσι, καὶ βιβρώσκονται τὰ παρεσκευασμένα. ἰὼ μοὶ γὰρ καὶ ζηλότυπός τις ἦ, καὶ παῖδες εὔμορφοι ὦσιν, ἢ νέα γυνὴ, καὶ σὺ μὴ πόρρω Ἀφροδίτης καὶ Χαρίτων ἦς, οὐκ ἂν εἰρωνὴν τὸ πρᾶγμα, δοκῶ· ὁ κίνδυνος οὐκ ἀφεκτέος. ὥσπερ γὰρ καὶ ὀφθαλμοὶ βασιλέως πολλοί, ἃ μόνον τὰληθῆ ὁρῶντες, ἀλλ' ἀεί τι καὶ προσεπιμέδιμνοι ὡς μὴ νυστάζειν δοκοῦσιν. δεῖ οὖν ὥσπερ ἐν τοῖς Περσικοῖς δεί- B
πνοις κάτω νεύοντα κατακεῖσθαι, δεδοικότα μή τις εὐνοῦχός σε ἴδῃ προσβλέψαντα μιᾷ τῶν παλλακίδων, ἐπεὶ ἄλλος γε εὐνοῦχος ἐντεταμένον πάλαι τὸ τόξον ἔχων, ἂν μὴ θέμις ὁρῶντα, βαλεῖ σε τῷ οἴστῷ μεταξὺ πίνοντος, πρὶν γνάθον. εἶτ' ἀπελθὼν τῷ δεί- πνου, μικρόν τι κατέδαρθες. ἔπειτ' ἐξ ὠδῆν ἀλεκτρυόνων ἀνεγήγερμαι, ὦ δείλαιος ἐγὼ φῄς, καὶ ἄθλιος, οἵας τὰς πάλαι βεβιωκὰς ἀπολιπών, καὶ ἑταίρους, καὶ βίον ἀπράγμονα, καὶ ὕπνον μεθύσμιον τῇ ἐπιθυμίᾳ, C
καὶ πρωϊπάτους ἐλευθερίους, εἰς οἷ βαράθρου φέρων ἐμαυτὸν ἐνέστηκα. τίνος ἕνεκα, ὦ θεοί, ἢ τίς ὁ λαμπρὸς μισθὸς ἐκεῖνος ὅστις ἐστίν; οὐ γὰρ καὶ ἄλλως μοι πλείω τούτων ἐκπορίζειν δυνατὸν ἦν, καὶ προσῆν τὸ ἐλεύθερον, ᾧ τὸ πρῶτα ἐπ' ἐξουσίας. νῦν δὲ τὸ τῆς λύρας, λέων χρόκῃ δεδεὶς ἄνω καὶ κάτω περισύρομαι, τὸ πρώτων οἴκτιστον, δοκῶ δοκιμεῖν εἰ- D
δὼς, οὐδὲ κεκρεμασμένος εἰς δυσάλυτος. ἰδιώτης γὰρ ἐγώ γε τῶν τοιούτων, καὶ ἄτεχνος, καὶ μάλιστα προβαλλόμενος ἀνθρώποις, τέχνῃ τὸ πρᾶγμα πεποιημένοις. ὡς δὲ καὶ ἀχάριτός εἰμι, καὶ ἧκιστα συμποτικὸς, οὐδ' ὅσον γέλωτα ποιῆσαι δυνάμενος. σιωπῶ δὲ ὡς καὶ σκυθρωπὸς καὶ πολλάκις βλεπόμενος, καὶ μάλιστ' ὅταν ἡδέων αὐτὸς αὐτοῦ εἰς θέλῃ. σκυθρωπὸς γάρ μοι δοκῶ. καὶ ὅλως, οὐκ ἔχω ὅπως ἁρμόσομαι πρὸς αὐτόν. ἰὼ μοὶ γὰρ ὅτι τοῦ σεμνοῦ φυλάττω ἐμαυτὸν, ἀηδὴς ἔδοξα, καὶ μονονουχὶ φοβητέος.

Siquidem id temporis non dissimilis vidêre sepulchrali columnæ vetusti cuiuspiam cadaueris, quæ gestare solet ea quæ Manibus inferuntur. Nam huic infuso vnguento, impositáque corona, ipsi & bibunt & edunt apparatas epulas. Porrò *Pericula & metus.* si etiam zelotypus quispiã fuerit, sintque illi vel pueri formosi, vel vxor puella, neque tu prorsus à Venere Gratiísque fueris alienus: profectò non satis tuta res, neque periculum negligendum, propterea quòd regis plures sunt oculi, qui quidem non vera solùm vident, sed semper veris aliquid addunt ad cumulũ, ne conniuere videantur. Quas ob res vultu demisso tibi est accumbendum, quemadmodum in Persicis conuiuiis fieri mos est, verito, ne quis eunuchus sentiat te in concubinam aliquam coniicientem oculos: móxque alter eunuchus, cui iamdudum arcus in manu tensus est, quia videris quæ videre nephas, inter bibendum malam iaculo transfigat. Iam peracto cõuiuio, vbi paululum dormieris, ad galli cantũ expergefactus, O me miserum, inquis, ô infortu- *Pœnitentia.* natum! Cuiusmodi quondam conuictus, quos amicos reliqui! tum vitam tranquillam, & otij plenam: somnum quem meapte cupiditate metiri soleo: deambulationes liberas: atque ex his in quale barathrum memet præcipitem dedi? &, deum immortalem, cuius tandem rei gratia? Aut quódnam istud magnificum præmium? At ne fieri quidem potuit, vt mihi vnquam aliàs plures commoditates suppeterent, quàm tum suppetebant. Tum autem accedebat libertas, atque omnia pro meopte arbitrio faciendi facultas. Nunc porrò iuxta id quod prouerbio iactatum est, Leo chordula vinctus sursum ac deorsum circumferor. Quódque omnium est miserrimum, maximéque deplorandum, neque efficere possum vt placeam, neque gratiam emereri queo: propterea quòd harum rerum sum imperitus ac rudis, maximè cõpositus collatúsque cum his qui hæc velut artem profitẽtur. Proinde iniucundus sum, ac neutiquam aptus cõuiuiis, quippe qui ne risum quidem concitare norim. Quin etiam sentio me non rarò molestum esse & importunum quum adsum, maximè quum ipse seipso festiuior esse conatur: nam illi tetricus videor. In summa, nullá inuenio viam, qua me illi accommodem. Etenim si meam ipsius auctoritatẽ ac seueritatem tueri pergo, iniucundus videor, ac propemodum horrẽdus ac refugiendus.

Contrà si risero, vultúmque quàm possum maximè ad hilaritatem composuero, fastidit illico ille, & auersatur. Ac prorsus tale quiddam mihi videtur, quale sit si quis in persona tragica Comœdiã agere tentet. Postremò quam tandem aliam vitam mihi viuam demens, posteaquam hanc præsentem alteri vixerim? Dum hæc tecũ loqueris, iam sonuit tintinnabulum, iámque ad eadem tibi redeundum est, obambulandum, standum, sed ceromate inunctis antè femoribus poplitibúsque, si modò velis par esse certamini, præmióque tollendo idoneus. Deinde conuiuium idem & eadem apparatum hora. Iámque adeò diuersa viuendi ratio, superiorique contraria, tum insomnia, sudor, defatigatio, paulatim quasi suffossis cuniculis inducunt vel tabem, vel pulmonis exulcerationem, vel intestini tormina, vel egregiam illam podagram. Reluctaris tamen sedulò: ac frequenter, quum valetudo poscat vti lecto decumbas, ne hoc quidem licet; eò quòd assimulari morbus, quò munia officiáque iusta defugias, existimatur. Hinc præter omneis perpetuò palles, sempérque iamiam morituro vidêre similis. Et hactenus quidem de his quæ domi ferenda sunt. Quòd si quando fuerit peregrinandum: vt ne interim referam alia incommoda, sæpe fit vt pluuio cœlo, vbi postremus veneris (nam is locus tibi sorte contigit) vehiculum opperiaris, donec nullo iam reliquo loco vbi diuerseris, proximè coquum, aut heræ comptorem te reclinant, ne stipulis quidem affatim substratis. Neq; verò tibi referre grauabor, quod mihi Thesmopolis iste Stoicus narrauit sibi accidisse, rem profectò nimis quam ridiculam, quæ tamẽ eadem possit & alii cuiuis accidere. Conuiuebat enim cum opulenta quadã ac delicata muliere ex illustribus istis & vrbanis. Eam, quum aliquando peregre proficisceretur (nam id primum aiebat sibi maximopere deridiculum accidisse) in curru sibi viro nimirum philosopho adiunxisse cinædum quempiam picatis cruribus, derasa barba: quem illa honoris (vt coniicio) gratia secum ducebat. Quin nomen quoque cinædi commemorabat: aiebat enim Chelidonium vocari. Iam primùm illud cuiusmodi fuerit, vide, iuxta virum seuerum tetricúmque, tum senem, canóque mento (scis autem quàm profundã ac venerabilem barbã habuerit Thesmopolis)

A ἐῶ δὲ μειδιάσω, καὶ ῥυθμίσω τὸ πρόσωπον εἰς τὸ ἥδιον, κατεφρόησεν αὐτοῦ, καὶ διέσυρε, καὶ τὸ πρᾶγμα ὅμοιόν μοι δοκεῖ, ὥσπερ αὖ εἴ τις κωμῳδίαν ὑποκείναιτο, τραγικὴν πρόσωπεῖον εἰκείμενος. τὸ δ' ὅλον, τίνα ἄλλον ὁ μάταιος ἐμαυτὸν βιώσομαι βίον, τὸν παρόντα τοῦτον ἄλλῳ βεβιωκώς. ἔτι σου ταῦτα διαλογιζομένου, ὁ κώδων ἤχησε, καὶ χρὴ τῶν ὁμοίων ἔχεσθαι, καὶ πρόσινοστεῖν, καὶ ἑσπέραν, ὑπαλείψαντά γε πρότερον τοὺς βραχίονας, καὶ τὰς ἰγνύας, εἰ θέλεις διαρκέσαι πρὸς τὸν ἆθλον. εἶτα B δεῖπνον ὅμοιον, καὶ ἐς τὴν αὐτὴν ὥραν παρεσκευασμένον. καὶ σοι τὰ τῆς διαίτης, πρὸς τὸν πάλαι βίον αὐτίστροφα· καὶ ἡ ἀγρυπνία δὲ, καὶ ὁ ἱδρὼς, καὶ ὁ κάματος, ἠρέμα ἤδη ὑπορύττοισιν, ἢ φθόλῳ, ἢ πρεσπυθμενίαν, ἢ κώλου ἄλγημα, ἢ τὴν καλὴν ποδάγραν αἰσπλάττοντες. αὐτάρκης δὲ ὅμως, ἢ πολλάκις καθακεῖσθαι δέον, οὐδὲ τοῦτο συγχωρηται. σκῆψις γὰρ ἡ νόσος, καὶ φυγὴ τῶν καθηκόντων ἔδοξεν. ὥστε δὲ ἀπόντων ὠχρὸς ἀεὶ, καὶ ὅσον οὐδέπω τεθνηξόμενῳ ἐοικὼς ἢ C τὰ μὲν ἐν τῇ πόλει, ταῦτα. ἰέναι δέ που ἢ ἀποδημῆσαι δέοι, τὰ μὲν ἄλλα ἐῶ. ὕοντος δὲ πολλάκις, ὕσαντος ἐλθὼν (τοιοῦτο γάρ σοι ἀπεκλήρωται) ἐς ὄχημα, ἔστ' ἂν ὀκνῇ ἔτ' ὕσης καταγωγῆς, τῷ μαγείρῳ σε ἢ τῷ τῆς δεσποίνης κομμωτῇ συμπαραβύσσουσιν, οὐδὲ τὴν φρυγανίων δαψιλῶς ὑποβαλόντες. οὐκ ὀκνῶ δέ σοι καὶ διηγήσασθαι ὅ μοι Θεσμόπολις οὗτος ὁ Στωϊκὸς διηγήσατο, ξυμβαὰν αὐτῷ πάνυ γελοῖον, καὶ, νὴ Δί', οὐκ ἀνέλπιστον, ὡς ἂν ἐς ἄλλῳ ταὐτὸν συμβαίη. D σεωσῆν μὲν γὰρ πλουσίᾳ τινὶ ἐς γυναικὶ τῶν ὀπιφανῶν ἐν τῇ πόλει. δεῖσθαι δὲ καὶ ἀποδημῆσαί ποτε, τὸ μὲν πρῶτον, ἐκεῖνο παθεῖν ἔφη γελοιότατον, συγκαθίζεσθαι πρὸς αὐτῷ τῷ δεδόσθαι φιλοσόφῳ ὄντι, κινάβδην τινὰ τῶν πεπιτωμένων τὰ σκέλη, καὶ τὸν πώγωνα πρεσξυρημένων. ἀφ' ἡμῆς δὲ αὐτὸν ἐκείνη ὡς ὃ εἰκὸς ἦγε, ἐς τωὠμα δὲ τὴν κιναίδου ἀπεμνημόνευε. Χελιδόνιον γὰρ καλεῖσθαι. τοῦτο τοίνυν πρῶτον ἠλίκον, σκυθρωπῷ καὶ γέροντι αὐθρὶ καὶ πολιῷ ὃ γένειον (οἶσθα γὰρ ὡς καθὺν πώγωνα ἐς σεμνὸν ὁ Θεσμόπολις εἶχε)

καθῆσθαι καθήμενον, καὶ A assidere nihili hominẽ & effœminatum, picturatis oculis, lubrico vultu, fracta ceruice, nõ Chelidonem, per Iouem, id est, hirundinem, sed vulturem magis, reuulsis barbæ plumis. Quòd ni magnoperè illum fuisset deprecatus ne faceret, futurum fuisse vt flammeum etiam in capite gestans assideret. Præterea autem perpetuo hoc itinere molestias innumerabiles pertulisse sese, illo cantillante garrientéque, demum (nisi idem hominem coërcuisset) in rheda etiã saltante. Addebat secundo loco tale quiddam sibi fuisse mãdatum: Accersito illi mulier, Thesmopoli, inquit, ita tibi dij bene faciant, B magnum quoddam officium abs te requiram, quod caue recuses, neque expectes vt quicquam te sim rogatura studiosiùs. Atque hoc (vt est credibile) omnia se facturum pollicito, hoc, inquit, te rogo, quandoquidem video te virum probum, diligentem & amantem, caniculam quam nosti Myrrhinam in vehiculum recipe, eámque mihi serua, curans ne quid illi desit. Nam misera grauida est, atque adeò propemodum iam propinqua partui. At isti sceleśti & immorigeri ministri, non dicam huius, sed ne mei quidem ipsius magnopere rationem C habent in peregrinationibus. Quare ne te putes mihi mediocre beneficium facturum, si charissimam mihi iucundissimámque caniculam seruaris. Recepit Thesmopolis, quum illa tantopere rogaret, ac propemodum etiam fleret. Porrò spectaculum erat supra modum ridiculum, Canicula è pallio prominens prospectánsque paulò infra barbam, ac subinde immeiens (tametsi hæc quidem Thesmopolis reticuit) ac gracili voce latrans (huiusmodi enim catellæ iam in deliciis sunt) neque non philosophi mentum oblingens, maximè si quid pridiani iuris inhæreret. Porrò Cinædus assessor D ille, quum non insulse super conuiuium dicteria quædam iecisset in eos qui aderant, ac denique & ad Thesmopolim vsque dicacitas peruenisset: De Thesmopolide, inquit, vnum hoc possum dicere, eum è Stoico Cynicum iam nobis esse factum: equidem audiui caniculam etiam peperisse in Thesmopolidis pallio. Huiusmodi deliciis illudunt, vel (vt veriùs dicam) huiusmodi contumeliis ac ludibriis tractant eos qui cum ipsis viuunt paulatim eos cicures ac mansuetos ad ferendas contumelias reddentes.

Præterea autem & Carcharorum oratorem noui; qui iussus super cœnam declamabat, neutiquam ineruditè, per Iouem, imò grauiter & absolutissimè, ac laudabatur interim ab illis bibentibus, quum non ad aquæ modum, sed ad vini amphoram oraret. Atque eam molestiam ob ducentas drachmas perpeti ferebatur. Verùm hæc quidem fortassis vtcunque toleranda. Porro si diues ipse aut poëticus fuerit, aut historicus, qui sua ipsius scripta in conuiuio recitare gaudeat: tum verò maximè futurum est vt diserucieris ac dirumparis, nempe quum admirari, quum assentari, quum nouos quosdam laudandi modos comminisci necesse habes. Sunt autem qui & formæ nomine studeant admirandi videri. Eos nunc Adonidas, nunc Hyacinthos appelles necesse est, etiam si illis naris nonnunquam cubitali hiet specu. Quod ni laudaris, protinus in lapidicinas Dionysiacas asportaberis, tanquam qui illi tum inuideas, tum insidieris, maléque velis. Ad hæc & sapientes & rhetores sint necesse est. Quòd si etiam rusticè quippiam dixerint, tum verò iuxta illud quod dici solitum est, Atticæ atque Hymetti plenã orationem videri volũt, atque in legem abire, vt deinceps ita loquantur homines. Quanquam quæ viri faciunt, ferri forsitan queant: at verò mulieres (nam mulieribus etiam illud studio est, vt doctos aliquot in suo conuictu conductitios habeant, quíque sese mercede affectentur) quandoquidem hoc quoque ad reliquum cultum elegantiámque pertinere putant, si dicantur eruditæ, si philosophæ, si carmina componere Sapphicis haud multo inferiora: ob hæc sanè hæ quoque conductitios Rhetores, Grammaticos, Philosophos circumferunt. Hos autem audire solent (id quod ipsum est ridiculum) tum temporis, quum vel comuntur, aut capillos in orbem religant, vel in conuiuio. Nam aliàs nõ suppetit illis otium. Porrò sæpenumero fit, vt interim dum philosophus quippiam disserit, interueniens ancilla literulas ab adultero porrigat: ac præclari illi de pudicitia sermones intermittũtur, opperientes donec illa rescripserit adultero, atque ita redeat ad auditionem. Porrò si quando post multum temporis instantibus Saturnalibus, aut Panatheneis, misera quæpiam vmbella tibi mittatur,

Adulatio dominorum doctos se videri volentium.

A οἶδα δ' ἐγὼ καὶ ῥήτορα τῶν Καρχήδων ὅτι
τὰ δείπνῳ κελευσθέντα, μελετήσαντα, μὰ
τὸν Δί', οὐκ ἀπαγδοῦντως, ἀλλὰ πάνυ το-
ρῶς, καὶ ξυνεκροτημένως· ἐπῄνεῖτο γοῦν
μεταξὺ πινόντων, ὡς τοῖς ὕδωρ μεμετρη-
μένον, ἀλλὰ τοῖς οἴνῳ ἀμφορέα λέγων. καὶ
τοῦτο ἐπὶ τοσοῖσδε ὁ τόλμημα ὅτι δραχ-
σίαις δραχμαῖς ἐλέγετο. ταῦτα μὲν οὖν ἴσως
μέτρια. ἢν δὲ ποιητικὸς αὐτὸς, ἢ συγγραφι-
κὸς ὁ πλούσιος ᾖ, τοῦτό ὁ δεῖπνον τὰ αὐτῷ
ῥαψῳδῶν, τότε καὶ μάλιστα ἁμαρτάνεσθαι
χρή, ἐπαινοῦντα καὶ κηλεύοντα, καὶ ὅ-
πως ἐπαίνων καινοτέρους ὑπονοοῦντα. εἰσὶ δ'
οἳ καὶ ὅτι κάλλιστ' ἄν θαυμάζεσθαι ἐθέλουσι. καὶ
δεῖ Ἀδώνιδας αὐτοῖς, καὶ Ὑακίνθους ἀκούειν,
πήχεως ἑκάστοτε τὼ ῥῖνα ἔχοντας. σὺ δ' οὖν
ἐὰν μὴ ἐπαινῇς, ἐς τὰς λιθοτομίας τὰς Διο-
νυσίου εὐθὺς ἀφίξῃ, ὡς καὶ φθονεῖν, καὶ ὑπο-
βουλεύειν αὐτῷ. χρὴ δὲ καὶ σοφοὺς καὶ ῥήτο-
ρας εἶναι αὐτοῖς· κἂν εἴ τι σολοικίσαντες τύ-
χωσιν, αὐτὸ τὸ τῆς Ἀττικῆς καὶ τοῦ Ὑμηττοῦ
μεστοὺς δοκεῖν τοῖς λόγοις, καὶ νόμον εἶναι τὸ
λοιπὸν οὕτω λέγειν. καίτοι φορητὰ ἴσως τὰ
B τῶν ἀνδρῶν. αἱ δὲ οὖν γυναῖκες (καὶ γὰρ
καὶ τόδε ἐστὶ τῶν γυναικῶν σπουδάζε-
σθαι, τὸ εἶναί τινας αὐταῖς πεπαιδευμένας,
μισθοῦ ἐσοτελεῖς ξυνόντας, καὶ τοῦ φο-
ρείου πρεπομένας) ἐν γὰρ τι καὶ τοῦτο τῶν
ἄλλων καλλωπισμάτων αὐταῖς δοκεῖ, ἢν
λέγηται, ὡς πεπαιδευμέναι τέ εἰσι, καὶ φι-
λόσοφοι, καὶ ποιοῦσιν ἄσματα ἀπὸ πολὺ τῆς
Σαπφοῦς ἀποδέοντα. καὶ μὴν δὴ ταῦτα,
μισθωτοὺς καὶ αὗται περιάγονται ῥήτορας,
καὶ γραμματικοὺς, καὶ Φιλοσόφους· ἀκροῶνται
C δ' αὐτῶν πηνίκα (γελοῖον γὰρ καὶ τοῦτο)
ἤτοι μεταξὺ κοσμουμέναι, καὶ τὰς κόμας πε-
ιπλεκόμεναι, ἢ παρὰ δεῖπνον· ἄλλοτε
γὰρ οὐκ ἄγουσι σχολήν. πολλάκις δὲ καὶ με-
ταξὺ τοῦ φιλοσόφου τι διεξιόντος, ἡ ἀδε-
σποτος ἐλθοῦσα, ὥρεξε παρά τι μικρὸν γραμ-
μάτιον· οἱ δὲ περὶ σωφροσύνης σκληροὶ λό-
γοι, ἐσῶσι περιμένοντες ἔστ' ἂν ἐκείνη ἀπο-
γράψασα τὰ μικρὰ, ἐπανατράμῃ πρὸς
τὴν ἀκρόασιν. ἐπειδὰν δὲ ποτὲ μετ-
ὰ τὰ χρόνα Κρονίων ἢ Παναθηναίων ὑπο-
στάντων, πέμπηταί τι σοι ἐφεστρίδιον ἄθλιον,

ἢ χιτώνιον ἐσθῆτος ἄθλιον, οὕτω δεῖται μάλιστα πολλῷ δεῖ καὶ μεγάλῳ μισθοῦ τοῦ πομπεῖ. καὶ ὁ μὲν πρῶτος, ὃν ὑμῖν ἐπισκεψόμεθα ἐν ὑστέροις, ἀκούσας τῆς διατάξεως, προσδεξάμενος, καὶ προσμείνας, ἀπῆλθεν, μισθὸν οὐκ ὀλίγον τῆς ἀγγελίας προσλαβών. ἔωθεν δὲ τεσσαρεσκαίδεκα ἥκοντες ἕκαστος ὡς πολλὰ εἶπε, καὶ ὡς ὑπεμίμνησε, καὶ ὡς ὑπεθετο, καὶ ὡς ὑπερεπεὶς, ὃ κάλλιστον ἐπελέξατο διέξιών· ἀπῆσαν οὐκ ἀπαλλάττοντες λαβόντες, ἐπὶ καὶ βρενθυόμενοι, ὅτι μὴ πλείω ἔδωκας. ὁ μὲν γὰρ μισθὸς αὐτῷ, τῷ δύο ὀβολοῖς, καὶ πέντε ἀσσαρίοις· καὶ βαρεῖ αὐτῷ σοὶ, καὶ ὀχληρὸς δοκεῖς. ἵνα δὲ οὖν λάβῃς, κολακευτέος μὲν αὐτὸς, καὶ ἱκετευτέος· θεραπευτέος δὲ καὶ ὁ οἰκονόμος. οὗτος μὲν καὶ ἄλλος θεραπείας τύπος. οὐκ ἀμελητέος δὲ ἦδη ὁ ξύμβουλος καὶ φίλος. καὶ ὃ ληφθὲν, ἤδη προσοφείλετο ἰματιοκαπήλῳ, ἢ ἰατρῷ, ἢ σκυτοτόμῳ τινί· ἄφες οὖν σοι τὰ δῶρα, καὶ ἀνόητα, πολὺς δὲ ὁ φθόνος· καί που καὶ δυσβουλή τις ἡμέρα ἐπεξαίσεται πρὸς αὖθις ἤδη τοὺς σοὺς λόγους ἡδέως ἐνδεχόμενον. ὁρᾷς γὰρ ἤδη σε μὲν ὑπὸ τῶν συνεχῶν πόνων ἀπειρηκότα, καὶ πρὸς τὴν θεραπείαν σκάζοντα, καὶ ἀπηυδηκότα, τὴν ποδάγραν δὲ ἐπαναισθόμενον. ὅλως γὰρ ὅσῳ τῶν ἐν σοὶ ἀνθοῦντι ἐπιμώτατον, ἐν σοὶ ἀπόλωλεν, καὶ ὃ ἐγκαρπότατον τῆς ἡλικίας, καὶ ὃ ἀκμαιότατον τοῦ σώματος ἐπιτρίψας, ἢ ῥάκος σε πολυχρόνιον ἐργασάμενος, ἤδη περιόλεπτει, σὲ μὲν οἷ τῆς κώπης ἀπορρίψῃ φέρων, ἄλλον δὲ ὅπως τῶν διωκομένων τοὺς πόνους καρτερεῖν προσλήψεται. καὶ ἤπου μειράκιον αὐτῷ ὅπι ἐπείρασας τότε, ἢ τῆς γυναικὸς ἄβρον τι πρόσωπον ἢ τὴν ἀφροφιλέρως, ἢ ἄλλό τι τοιοῦτον ὑπικλησθεὶς, νύκτωρ ἐγκεκαλυμμένος, ὅτι πάχιλον ὠθεὶς, ἐξελήλυθας ἔρημος ἀπόντων, καὶ ἄπορος, τὴν βελτίω ποδάγραν αὖπω χήρᾳ προσλαβών. καὶ ἃ μὲν τέως ἤδεις, ἀπομαθὼν σὺ τοσούτῳ χρόνῳ· ὑλακτοῦ δὲ μείζω τὴν γαστέρα ἐργασάμενος, ἀπλήρωτόν τι, καὶ ἀποδίτητον κακόν. καὶ γὰρ ὁ λαιμὸς ἀπαιτεῖ σὺν τῷ ἔθει· καὶ ἀπομωθάνων αὐτὸ, ἀγανακτεῖ.

aut tunicula semiputris ac detrita, tum denique plurima missitetur oportet. Atque aliquis qui statim subauscultarit herum id facere destinantem, præcurrit, ac primus rei index, abiénsque, non exiguũ pretium aufert, qui renuntiarit. At marie plus trédecim te adeunt idem apportantes nuntij: quorum quisque commemorat quàm multa dixerit, quemadmodum submonuerit, quemadmodum adhortãs commodiora subiecerit. Omnes itaque donati præmio discedunt, at non sine murmure tamen, qui non plura dederis. Porro salarium ipsum, sex fermè obolorum: idque si tu postules, grauis atque importunus haberis. Proinde quòd illud aliquando auferas, primùm ipsi hero adularis suppléxque fias necesse est: deinde captandus & dispensatoris fauor: nam hoc quoque quoddam est seruitutis genus. Neque verò negligẽdus is quem in consilium adhibet, neque item amicus. Deinde quod acceperis, iamdudum debebatur vel vestiario, vel medico, vel cerdoni cuipiam Vnde fit vt sera atque intempestiua, eóque inutilia præmia tibi accedant: cæterùm inuidia ingens: iámque etiam calumniæ quædam paulatim struuntur in te, apud hominem qui iam non inuitis auribus accipiat si quid aduersum te dicatur: quippe qui perspiciat te laboribus assiduis iam detritum, & ad obeunda munia famulatus claudicantem, atque obaudientem, ac podagra subinde grauari. Proinde postea quam id quod erat in te florentissimum, decerpsit, æuique partem maximè frugiferam, ac præcipuum corporis vigorem detriuit, iámque te lacetum panniculum reddiderit, tum modis omnibus circunspicit in quod sterquilinium te portatum abiiciat, atque alium perferendis laboribus idoneum, in tuum substituat locum. Ibi insimulatus vel quòd pusionem illius tentaris, vel quod homo senex vxoris ancillam virginem vitiaris, vel alio quouis impositio crimine, noctu obuolutus ac præceps datus extruderis, discedísque desertus ab omnibus, atque omnium inops rerum, optimam podagram vnà cum senecta comitem ducens: cùm interim quæ quondam sciueris, tanto temporis spatio dedidiceris, tum vētrem culeo reddideris ampliorem, tibíque pataueris inexplebile quoddam & implacabile malum. Etenim gula, ea quibus assueuit, flagitat: quæ cùm negantur, indignatur.

Compensatio munerum.

Difficultas exigendæ mercedis.

Exitus ab missio ignominiosa.

Adde quòd præterea nemo te posthac recepturus est in familiam, vtpote cuius iam præterierit ætas, quíque similis euasoris equis senio affectis, quorum ne pellis quidem perinde vt aliorum animantium est vsui. Quin ex hoc ipso quòd eiectus es, calumnia quàm potest proximè ad verisimilitudinem conficta, facit vt aut adulter, aut veneficus, aut aliud quippiam tale videaris. (Nam accusatori vel tacenti fides habetur:) tu verò Græculus, moribus leuibus, & ad omne facinus facilis. siquidem huiusmodi nos omnes esse ducunt, idque iure optimo. Videor enim mihi causam aduertisse quamobrē eiusmodi de nobis obtineāt opinionem. Nam plerique qui in familias accedunt, propterea quòd alioqui nihil bonæ rei didicerunt, diuinationē ac maleficia profitentur, conciliationem amorum, abductiones in hostes: atque id quum faciunt, doctos sese affirmant, palliis amicti, barbísque neutiquam cōtemnendis onusti. His rebus fit, vt non iniuria eandem de reliquis omnibus habeant opinionem, quando eos quos præcipuos esse iudicāt, videant tales: maximè verò posteaquam animaduerterint quàm sint in conuiuiis reliquóque conuictu adulantes, quàm ad lucrum humiles ac seruiles. Deinde eiectos cosdē iam oderunt: neque id iniuria: ac modis omnibus adnitūtur, vt eos funditus perdant, si quo modo possint. Verentur enim, ne cūcta illa vitæ suæ ministeria in vulgus efferant, quippe qui nihil non exactè norint, quíque illos nudos cōspexerint. Ea res igitur illos malè angit. Omnes enim similes sunt pulcherrimis istis libris, quorum aurei quidem vmbilici, purpurea foris pellis: cæterū intus aut Thyestes est liberos in conuiuio comedens, aut Oedipus matris maritus, aut Tereus cum duabus pariter sororibus rē habens. Eiusmodi sunt & illi, splendidi cōspicuíque: porro intus sub purpura varias occulunt tragœdias. Quorum vnumquemque si euolueris, explicuérísque, fabulam nō mediocriter longā reperies Euripidis cuiuspiam, aut Sophoclis. Contrà foris nihil nisi purpura splendida, aureique vmbilici. Harum itaque rerum sibi conscij oderūt illos, atque insidias parant si quis penitus ab illis defecerit, qui eos probè cognitos depingat, qualésque sint euulget. Iam verò libet mihi Cebetis illius exemplo & imaginē quandam huius vitæ tibi depingere, vt eam contēplatus,

A καί σε οὐκ ἂν τις ἄλλος δέξαιτο ἔξωρον ἤδη γεγονότα, καὶ τοῖς γεγηρακόσιν ἵπποις ἐοικότα, ὧν οὐδὲ τὸ δέρμα ὁμοίως χρήσιμον· ἄλλως τε, καὶ ἡ ἐκ τῆς ἀπωθήσεως δυσβουλία τοὺς τὸ μεῖζον εἰκαζομένην, μοιχόν, ἢ φαρμακέα σε, ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο δοκεῖν ποιεῖ. ὁ μὲν γὰρ κατήγορος, καὶ σιωπῶν ἀξιόπιστος· σὺ δ' Ἕλλην, καὶ ῥᾴδιος τὸν ἕτερον, καὶ τοὺς πάσην ἀδικίαν εὐκόλως· τοιούτους γὰρ ἀπώσας ἡμᾶς εἰκὸς οἴονται· καὶ μάλα εἰκότως· δοκῶ γάρ μοι καὶ τῆς τοιαύτης δόξης αὐτοῖς, διὰ ἔχοιεν περὶ ἡμῶν, κατηνεννοηκέναι τὴν αἰτίαν. πολλοὶ γὰρ οἱ ἐς B τὰς οἰκίας προσελθόντες, ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ἄλλο χρήσιμον εἰδέναι, μαντείας καὶ φαρμακείας ὑπισχνοῦνται, καὶ ἀγείρας ὑπὸ τοῖς ἐρωτικοῖς, καὶ ἀπαγωγὰς τοῖς ἐχθροῖς. καὶ ταῦτα πεπαιδεῦσθαι λέγοντες, καὶ τείβωνας ἀμπεχόμενοι, καὶ πώγωνας οὐκ ἀκαταφρονήτους καθειμένοι. εἰκότως οὖν τὴν ὁμοίαν περὶ πάντων ὑπόνοιαν ἔχουσιν, ὧν ἀρίστους ὁρῶντο, τοιούτους ὁρῶντες, καὶ μάλιστα ὑπατηρουμένους αὐτοῖς τοῖς δείπνοις, καὶ τῇ ἄλλῃ ξυνουσίᾳ κολακείαν, καὶ τοῦ κέρδους δουλοπρέπειαν. C ἀποστάμενοι δ', αὐτοῖς μισοῦσι, καὶ μάλα εἰκότως, καὶ ἐξ ἀπόρου ζητοῦσιν ὅπως αὐτοὺς ἀπολέσωσιν, ἵν' ἀνύσωνται. λογίζονται γὰρ ὡς ἐξαγορεύσουσιν αὐτοῖς τὰ πολλὰ σκῆνα τῆς φύσεως ἀπόῤῥητα, ὡς ἀπόρρητα εἰδότες ἀκριβῶς, καὶ γυμνοὺς αὐτοὺς ἐπιπεφυκότες. τοῦτο τοίνυν ἀποπνίγει αὐτούς· ἅπαντες γὰρ ἀκριβῶς ὅμοιοί εἰσι τοῖς καλλίστοις τούτοις βιβλίοις, ὧν χρυσοῦν μὲν οἱ ὀμφαλοί, πορφυρᾶ δ' ἐκτοσθεν ἡ διφθέρα· τὰ δ' ἔνδον, ἢ Θυέστης ὅστις τοὺς τέκνων ἐσθίων, ἢ Οἰδίπους τῆς μητρὸς ξυών, ἢ Τηρεὺς D δύο ἀδελφὰς ἅμα ὑπὸν. τοιοῦτοι δὲ αὐτοί εἰσι, λαμπροί, δὲ περίβλεπτοι, ἔνδον δ' ὑπὸ τῇ πορφύρᾳ, πολλὴν τὴν τραγῳδίαν σκεπόντες. ἕκαστον γοῦν αὐτοῖν διὰ δεξιώσης, δράμα ἢ μικρὸν βιβλίδιον Εὐριπίδου τινός, ἢ Σοφοκλέους. τὰ δ' ἔξω, πορφυρᾶ βαφῆς, δὲ χρυσᾶς ὁ ὀμφαλός· ταῦτ' οὖν ξυνεπισάμενοι αὐτοῖς, μισοῦσι, καὶ ὑποβουλεύουσιν, εἴ τις ἀποστὰς ἀκριβῶς, κατηνεννοηκὼς αὐτοῖς ἐκτραγῳδήσῃ, καὶ πολὺς ἐρεῖ. βούλομαι δ' ὑμῖν ἐγώγε ὥσπερ ὁ Κέβης σκῆνος, εἰκόνα τινὰ τοῦ τοιούτου σου βίου γράψαι, ὅπως ἐς αὐτὸν ἀποβλέπων,

εἰδῆς εἴ σοι πρίτητέον ἐστὶν ἐς αὐτλύ. ἡδέως μὲν οὖν Ἀπελλοῦ τινος, ἢ Παῤῥασίου, ἢ Αετίωνος, ἢ καὶ Εὐφρανόρους ἂν ἐδεήθην ὅπως τὸν γραφεῖον. ἐπεὶ δὲ ἄπορον νῦν δύρσῃ τινὰ θῆται γνώριμον, καὶ ἀκριβῆ τὸν τέχνην, φιλεῖν ὡς οἷόν τέ σοι ὑπιδείξω τὸν εἰκόνα. καὶ δὴ γεγράφθω τοιοῦτος μὲν ὑψηλός, καὶ ὑπίζυγος, καὶ μὴ κάτω ὅπου τῆς ἐδάφους, ἀλλ' ἄνω τῆς γῆς, ὅπου λόφου κείμενα, καὶ ἡ ἄνοδος ὑπόπολυ, καὶ ἀνώντης, καὶ ὄλισθον ἔχουσα, ὡς πολλάκις ἤδη τοῖς τοῦ ἄκρου ἔσεσθαι ἐλπίσαντας, σκῆψαι χιλιοθῶναι, ἁμαρτόντος τοῦ ποδός· ἔνδον δὲ, ὁ Πλοῦτος αὐτὸς καθήσθω, χρυσοῦς ὅλος, ὡς δοκεῖ, πάντυ εὔμορφος, καὶ ἐώρακος, ὁ δὴ ἐρασὴς μόγις ἀνελθών, καὶ πλησιάσας τῇ θύρᾳ, τεθηπέτω, ἀφορῶν ἐς ὃ χρυσίον. ὑποδεχέσθω δὲ αὐτὸν ἡ Ἐλπὶς, εὐπροσώπος ἅμα αὐτὴ, καὶ ποικίλα ἀμπεχομένη ἐσαγέτω, σφόδρα σκῆπτι πληγμένον τῇ εἰσόδῳ· ἑωυτεῦθεν δὲ, ἡ μὲν Ἐλπὶς ἀεὶ προηγείσθω. ἀφεδέξαντο δὴ αὐτὸν ἄλλαι γυναῖκες, Ἀπάτη, καὶ Δυλεία, παραδοτωσθω τῷ Πόνῳ. ὁ δὲ, πολλὰ τὸν ἄθλιον καταγυμνάσας, τελευτῶν, ἐξαπατήσαθω αὐτὸν τῷ Γήρᾳ ἤδη ὑποκυφοῦντα, καὶ τεταραγμένον τὴν χρόαν· ὑσάτη δὲ ἡ Υβρις ὑπιλαβομένη, συρέτω πρὸς τὴν ἀπόγνωσιν· ἡ δὲ Ἐλπὶς, ὃ ἀπὸ τούτου, ἀφανὴς ἀποπταάθω, ἢ μηκέτι καθ' ὃς εἰσῆλθε τοὺς χρυσοῦς θυρεῶνας, ἐκ τινος δὲ ἀποστρόφου καὶ λελησθείας ἐξόδου ἐξωθείσθω, γυμνὸς, προγάστωρ, ὠχρὸς, ῥέων, τῇ ἑτέρᾳ μὲν, τὴν Αἰδῶ σκέπων, τῇ δεξιᾷ δ' αὐτὸς ἑαυτὸν ἄγχων· ἀπαντάτω δὲ ἀξιόντι ἡ Μετάνοια δακρύουσα ἐς ὀδὸν ὄφελος, καὶ τὸν ἄθλιον ἐπαπολλύουσα. τοῦτο μὲν ἔγωγε τέλος τῆς γραφῆς· σὺ δ' οὖν, ὦ ἄριστε Τιμόκλεις αὐτὸς ἤδη ἀκριβῶς ὑπισκοπῶν ἕκαστα, σκόπησον εἴ σοι καλῶς ἔχει, προσελθόντα εἰς τὸν εἰκόνα καὶ θύρας τὰς χρυσᾶς, ἐκείνων τῶν ἐμπαλὶν ἀγρίως ὤσας σκηπτεῖν. ὅ, τι δὲ ἂν προαιρῇ, μέμνησο τοῦ σοφοῦ λέγοντος, Ὡς θεὸς ἀναίτιος, αἰτία ἡ ἑλομένου.

A scire queas num ex vsu tuo sit eam adire. Equidem magnopere cupiam vel Apellem quempiam, vel Parrhasium, vel Aëtionem, vel Euphranorem ad hanc depingendam tabulam adhibere. Verùm quoniam fieri potis non est, vt aliquem artificem tam egregium atque absolutum nanciscamur, in præsentia tenuem quandam pro mea virili imaginem adumbrabo. Ergo pingatur vestibulum sublime atque inauratum, neque id humi situm in solo, verùm procul à terra in edito collis fastigio: præterea inaccessum fermè & abruptum, lubricóque aditu, ita vt plerunque qui se iam ad summum vs-

B que verticem penetrasse sperant, lapso pede præcipitati ceruicem frangant. Intus autem Opulentia sedeat, tota (sicuti videtur) aurea, maiorem in modum formosa, atque amabilis. Porrò Amator vbi vix tandem conscendit, iámque ad fores accessit, obstupescat, oculis in aurum defixis: deinde Spes, quæ & ipsa specioso vultu est, ac versicoloribus amicta, manu prehẽsa introducat, mirè iam ipso ingressu attonitum. Atque ab eo quidem tempore Spes vsque illum antecedat, ducátque: tum aliæ mulieres illum excipientes, puta Fallacia, Seruitúsque, tra-

C dant Labori. At is miserum penitus defatigatum tandem Senectæ tradat iam morbidum, coloréque commutato. Postremò Contumelia arreptum illum ad Desperationem pertrahat: & hoc quidem tempore Spes aupians euanescat. Tum ille non per aureum illud atrium, per quod ingressus fuerat, sed per posticum quoddam & occultum exitum extrudatur nudus, ventricosus, pallidus, senex, læua quidem pudorem occultans, dextra verò seipsum strangulans. Occurrat autem exeunti Pœnitudo frustra lacrymans, & miserum bis

D etiam conficiens. Atque hic quidem esto picturæ finis. Cæterùm tu Timocles optime, ipse diligenter considératis singulis expende, numè re tua sit vt in hanc imaginem per aureas illas fores ingressus, per illas longè dissimiles tam turpiter excutiaris. Quicquid autem feceris, memineris sapientis illius qui dixit, Deum in culpa non esse, verùm qui sua sponte delegerit.

Deus, malorum causa non est.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΠΙ ΜΙΣΘΩ ΣΥΝΟΝΤΩΝ.

APOLOGIA PRO IIS QVI MERCEDE CONDVCTI SERVIVNT.

Petro Mosellano interprete.

ARGVMENTVM.

Hæc apologia est non in genere omnium eorum qui mercede conducti seruiunt, sed libri seu orationis superioris propriè, & auctoris ipsius Luciani. Nam postscriptum illud editum, senior iam in aulam atque familiam Cæsaris sese contulerat, & conditionem procuratoris (vt videtur) principis in Ægypto acceperat, vt infrà ex ipsa quoque oratione patet. Hoc igitur factum suum, quia cum superiore scripto prorsus pugnare videtur, defendit, primùm à diuisione seu diuersitate conditionum, quòd longè alia res sit principi operam suam locare, quàm apud diuitem aliquem priuatum seruire. Deinde quòd non omnes mercenarios miseros dixerit, sed solùm eos qui prætextu doctrinæ & literarum seruiant: se verò alio pacto mercedem accipere, quàm illos, nempe cùm præter salarium ingens, etiam in magna existimatione viuat, publicisq; rebus procurandis præstitutus, tam certâ quoque spem totius alicuius prouinciæ, aut regni aliquando administrandi, propositam habet. Denique quòd cùm nemo quicquam ferè gratis faciat, & tamen bonum virum conueniat certo alicui operi intentum esse, neque ignauiter feriari, neque ipse adhucdum eò perfectionis venerit, vt omnē mercedem aut honorem prorsus cõtemnere queat. Atque huic defensioni præmittit Sabini (eius ad quē scribit) accusationem per prosopopœiam, qua seipsum fingit ab illo grauiter accusari, vt qui suprà quidem de seruitute apud diuites, optimè atque vtilissimè scripserit: nunc autem contrà, quasi mutata sententia, idem vitæ genus ingressus sit, perinde quasi aliud lingua sonare voluerit, aliud animo senserit: exaggerata hac vitæ scriptorumq; diuersitate ac repugnantia, multis variisq; tum similibus, tum exemplis. Exorditur autem per præoccupationem à simulatione admirationis, quam & ipsam à circunstantijs ætatis & caussæ amplificat.

IAmdudum apud me ipse cogito, præclare Sabine, quæ tibi nostrum de iis qui mercede conducti seruiunt, libellum legenti verisimile est in mentem veniisse, quæque credibile est te dixisse. Nam quòd in eo legendo risum nõ tenueris, mihi vel in primis constat. Sed quæ inter legendum ad singula à te subinde sint obiecta, ea nunc nostris à te iam lectis conor accommodare. Quare si nõ frustra diuinãdi artem didici, audire mihi videor te sic tecum submurmurantem: Ecquis hic tandem est, qui cùm hæc ipse scripserit, & graui adeò accusatione aulicam vitam incessat, postea tamen omnium oblitus, velut testula, quod aiunt, transmutata, sua sponte in seruitutem manifestariam adeò & illustrem se ipse coniecit? Quot Midę, quot Crœsi, quot Pactoli vel toti hunc hominem à sententia diducere adeò potuerunt, vt dulcissimam illam libertatem, in qua iam inde à pueris est enutritus, repudiet? & tametsi iam non procul ab ipso abest Æaco,

ΠΑλαι σκοπῶ πρὸς ἐμαυτὸν, ὦ καλὲ Σαβῖνε, ἅ τινά σοι εἰκὸς ἐπελθῶν ἰὼν εἰπεῖν ἀναγνόντι ἡμῶν τὸ περὶ τῶν ὅτι μισθῷ συόντων βιβλίον. ὅτι μὲν γὰρ οὐκ ἀγελαστὶ διεξῇεις αὐτὸ, καὶ πάνυ μοι πρόδηλον. ἃ δὲ μεταξὺ καὶ ὅτι πᾶσιν ἐπῆν οὓς σὺ ἐλέγετο, ταῦτα νῦν ἐφαρμόττειν ζητῶ τοῖς ἀνεγνωσμένοις. εἰ τοίνυν μὴ κακῶς ἐγὼ μαντικὴν, δοκῶ μοι ἀκοῦσαί σε λέγοντος, εἶτα τίς αὐτὸς ταῦτα γεγραφὼς, καὶ κατηγορίαν ὕστω δῆλον ὡς τοῦ τοιούτου βίου διεξελθών, ἔπειτα πάντων ἐπιλαθόμενος, ὀψράκου, φησὶ, μεταπεσόντος, ἑκὼν ἑαυτὸν φέρων ἐς δουλείαν ὕστω περιφανῆ καὶ περιβλεπτον ἐνῆκε; πόσοι Μίδαι, καὶ Κροῖσοι, καὶ Πακτωλοὶ ὅλοι μετέπεισάν αὐτὸν ἀφεῖναι μὲν τὴν ἐκ παίδων φίλην καὶ σωτῆρα Ἐλευθερίαν, πρὸς αὐτῷ δ' ἤδη τῷ Αἰακῷ γηρό-

μῦον, καὶ μονονυχὶ τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῷ A
πορθμείῳ ἔχοντα, προσέχειν ἑαυτὸν ἕλκεσθαι,
καὶ φέρεσθαι, καθάπερ ὑπὸ κλοιῷ τινι χρυ-
σῷ τὸν αὐχένα δεθέντα, οἷά ἐστι τῶν τρυφών-
των πλουσίων τὰ σφιγγία, καὶ τὰ κουράλια.
πολλὴ γοῦν ἡ διαφωνία τοῦ νῦν βίου πρὸς
τὸ σύγγραμμα, καὶ τὸ ἄνω τοῦ πολεμοῦ χω-
ρῆν, καὶ ἀνεσπάφθαι τὰ πράγματα, καὶ παλινῳ-
δεῖν πρὸς τὸ χεῖρον, τοῦτ' αὐτὸ εἴη, οὐχ ὑπὲρ
Ἑλένης, μὰ Δί', οὐδ' ὑπὲρ τῶν ἐπ' Ἰλίῳ
γνωμῶν, ἀλλ' ἔργῳ ἀναιρεπομένων τῶν
λόγων καλῶς πρότερον εἰρῆσθαι δοκούν-
των. Ταῦτα μὲν πρὸς ἑαυτὸν, ὡς τὸ εἰκὸς, B
λέλεκταί σοι· ἐπάξεις δὲ ἴσως κἀπὶ τοῖς αὐτὸν
ἐμὲ ξυμβουλεύσοντα τοιαύτην, οὐκ ἀχθεσθῆναι,
ἀλλὰ φιλικῶς, καὶ οἷόν σοι χρηστῷ καὶ φι-
λοσόφῳ ἀνδρὶ πρέπουσαν. ὡς μὲν οὖν κατ'
ἀξίαν ὑποδύεσθαι τὸ σὸν πρόσωπον ὑπο-
χρίνωμαι, δεῖ σὺ ἡμῖν ἔχειν, καὶ τῷ λογίῳ θύ-
σομεν. εἰ δὲ μή, ἀλλὰ σὺ προθήσεις τὰ σὰ
δέοντα. ὥστε τοίνυν μεταβυάσαντάς ἡμᾶς
τῶν σκηνῶν, ἐμὲ μὲν σιωπᾶν, καὶ ἀνέχε-
σθαι τεμνόμενον, καὶ καιόμενον, εἰ δέοι, ὅπῃ
σωτηρία, σὲ δὲ ὑπιπτάσθαι τῶν φαρμάκων, C
καὶ τῷ σμίλῃ ἅμα προσέχειν ἔχοντα, καὶ
τὸ καυτήριον ἀφιππεύειν. καὶ δὴ προσλαβόν
τῶν ῥητόρων, σὺ ταῦτα πρὸς μέ ὁ Σαβῖνος
ἤδη λέγῃς, πάλαι μὲν, ὦ Φιλότης, ὡς εἰ-
κὸς, εὐδοκίμηταί σοι τοῦτο τὸ σύγγραμμα, καὶ
ἐν πολλῷ πλήθει ἀνέγνω, ὡς οἱ τότε ἀνε-
σάμενοι διηγοῦντο, καὶ ἰδίᾳ προσῆν τοῖς πε-
παιδευμένοις, ὁπόσοι ὁμιλεῖν αὐτῷ, ἢ ἀκού-
σεσθαι ἔχειν ἠξίωσαν. ἥτε γὰρ τῶν λόγων πα-
σκευὴ, ἡ μεμπτὴ, καὶ ἡ ἱστορία πολλὴ, καὶ
ἐμπειρία τῶν πραγμάτων, καὶ ὅτι ἕκασα
σαφῶς ἐλέγετο· καὶ ὃ μέγιστον, ὅτι χρήσιμα D
πᾶσιν ἦν, καὶ μάλιστα τοῖς πεπαιδευμένοις,
ὡς μὴ δι' ἀγνοίας σφᾶς αὐτοὺς εἰς δου-
λείαν ἀπάγειεν. ἐπεὶ δέ σοι μετέδοξε βελ-
τίω ταῦτ' εἶναι, καὶ τὸν μὲν Ἐλευθερίαν μα-
κρὰ χαίρειν ἐᾶν, ζηλῶσαι ἃ ὁ ἀγανέσατον
ἐκεῖνο ἰαμβεῖον,

imò tantumnon alterum pedem in Charontis cymba habet, tamen præbeat ſeſe alieno arbitrio huc atque illuc diſtrahendum, perinde ac ſi collario quopiam aureo foret innexus, non aliter quàm à diuitum illorum ac delicatorum collo amuleta illa & corallia dependent? Longè ergo latéque hoc vitæ genus in quo nunc es, à ſcriptis diſſidet tuis: iámque hoc ſanè videri poſſet, quod prouerbio dicũt, flumina ſurſum incedere, omniúmque rerum ordinem inuerti, atque cuncta in deterius recãtari, idque non Helenæ placandæ gratia per Iouem, neque eorum quæ apud Ilium geſtà ſunt, nomine, ſed quòd verba quæ antè probè dici ſunt viſa, nunc ipſo auctoris opere ſubuertantur. Hæc ſanè te veriſimile eſt tecum dixiſſe. Nec pigebit forſan te & ad meipſum eius generis conſilium adferre, idque nõ intempeſtiuum, neque importunum, ſed amicum, & quale tibi viro cũ bono tum erudito congruat. Itaque ſi tuam perſonã, quam induere iam paro, feliciter geſſero, optimè quidem nobiſcũ actum putabo, atque in hoc eloquentiæ præſidi Mercurio ſacrificabo. Si verò quod ſequor, parum aſſequor, tuæ partes erũt, quæ mihi deſunt, explere. Iam ergo fuerit tempus, vt quaſi ſcena trãsformata, & actoribus permutatis, ipſe quidẽ vocem teneam, méque tibi ſalutis gratia ſecandum, &, ſi & hoc neceſſe fuerit, vrendum præbeam: tu verò medicinas adornes, ſimúlque acum vnà cum vſtorio habeas in promptu. Nunc igitur tu ô præclare Sabine, dicendi vice à me accepta, ſic mecũ agis: Olim quidem, ô amice, hic tuus libellus nõ immeritò erat in pretio, & quemadmodum qui tum audiuerunt, nobis narrarunt, cùm vulgo ceu magnũ quiddam oſtentabatur, tũ præcipuè eruditorum manus occupabat, quotquot eiuſmodi rerum ſtudioſi literas tractare operæpretium ducunt. Neque id admodũ eſt mirum, quandoquidem præterquam quòd ipſe dictionis tuę color culpa caret, & narratio planè eſt varia, miráque eſt rerum experientia: maximã quoque habet gratiam, quòd omnia à te non ſcitè ſolùm, ſed & dilucidè recenſentur. Super omnia verò eſt, quòd quæ ſcripſiſti, vtilia ſunt cùm omnibus, tum maximè eruditis, videlicet ne per rerum inſcitiam in ſeruitutem poſthac ſeſe coniiciant. At cùm iam ſententia planè in diuerſum mutata, aulicam hanc viuendi rationem præſtare ſtatueris, & libertati longum valere dixeris, tum iambicum illud ſeruile nimis & generoſo animo indignum, ſumpſeris imitatione exprimendum,

Vbi est lucrum, natura adacta seruies: videndum tibi erit, ne quispiam te id libelli legentem fortè auscultet: imò summa ope curandum, ne cuiquam ex iis qui præsentem vitæ tuæ statum norunt, tua scripta legenda exhibeas. Ad hæc feceris operæ pretium, si à Mercurio illo inferorum legato, votis impetres, quò is omniũ aures qui antè de hoc libello quippiam audiuerunt, obliuionis fonte aspergat. Alioqui simile quiddã tibi accidet, quod iuxta fabulam illam Corinthiam Bellerophonti. Vt enim ille literas in suã perniciem tulit, ita tu librum aduersum te ipse scripsisti. Quod ad me attinet, qua defensionis facie saltem æqua aduersum accusatores vti possis, non video, præsertim si actionem suam nonnihil ioeis & ridiculis eondiant: nimirum vt scripta tua, atque item libertatem, quam præ se ferunt, laudent: te verò scriptorem seruiẽtem videant, & sponte tua collum iugo subdentem. Itaque non iniuria agerent, si libellum ipsum vel alteri, generosiori scilicet, assererent, te verò interim velut graculum alienis exultare plumis: vel si tuus esset, similẽ quidem tuam esse causam dicerent Salæthi illius iudicio, qui cùm contra adulteros legem durissimam Crotoniatis tulisset, & per hoc multis admirationi esset, paulo pòst cum fratris sui vxore in adulterio fuit deprehensus. Quare non ineptè quispiam te Salæthũ illum diceret, nisi quòd illius factum non paulo est tolerabilius, qui quod fecit (vt & ipse dum causam diceret, fatebatur) amore captus fecit: & voluntarius, nihil reluctãs, in ignem animo magno insiliit: tametsi Crotoniatæ hominis miserebantur: &, si luberet, exulãdi facultatem permittebant. At tuum negotium multis partibus est absurdius, qui vitæ quidem eiusmodi seruilem conditionem accuratè etiam libris editis es persecutus, & grauiter incusas si quis in diuitis alicuius famulitium incidat, séque ipse velut vinculis astringi sustineat, interim nihil non molestum cùm faciens, tum patiens: attamen ipse in extremo senectutis gradu, & certè longè vltra limen illud Homericũ progressus, ingenerosum adeo & abiectum seruitutis genus elegisti, atque ob id tantumnon seriò triumphas. Ergo qui tibi malè volunt, quanto magis insignis ac conspicuus appares, tanto te aiunt magis omnium risui obnoxium: vita nimirum tua tantùm scriptis ipsis reclamante. Et quid attinet nouam accusandi rationem aduersum te quærere, post celebrem illam & admirandam Tragœdiam, quæ dicit:

A Ὅπου δὲ κέρδος, κἂν παρὰ φύσιν δουλευτέον. ὅρα ὅπως μηδεὶς ἐπακούσηται σου αἰσχυνόντος αὐτό· ἀλλὰ μηδ' ἄλλῳ τῶν παρόντα σοι βίον ὁρώντων, ἐπελθεῖν τὰ γεγραμμένα· δύσχυδι δ' Ἑρμῆ τὰ ἀθάνατα, καὶ τῶν ἀκηκοότων πρότερον, πολλῷ λήθην καταχεάσαι. ἢ δόξῃς τῆς τῶ Κορινθίῳ μύθου ἑαυτόν τι πεπονθέναι, καὶ σαυτῷ ὁ Βελλεροφόντης γεγράφως τὸ βιβλίον. μὰ γὰ τὸν Δί', οὐχ ὁρῶ τίνι ἀπολογήσῃ, εἴ τις σὺ θυρεοπρόσωπος σοι γένοιτο πρὸς τοὺς κατηγορεῖν· καὶ μάλιστα, ἢν σοὶ γέλωτι αὐτὸ ποιῶσιν, ἐπαινοῦντες μὲν τὰ γεγραμμένα, καὶ τὴν σὺν αὐτοῖς ἐλευθερείαν, αὐτὸν δὲ τὸν συγγραφέα δουλεύοντα ὁρῶντες, καὶ ἑκόντα ὑποπτήσσοντα τὸν αὐχένα τῷ ζυγῷ. οὐκ ἀπεικότα γοῦν ἂν λέγοιεν, εἰ λέγοιεν, ἢ τοι ἄλλης γε γυναικὸς ἀνδρὸς ἦν τὸ βιβλίον· καὶ σὲ τὸν κηδεστὴν, ἀλλοτρίοις πόθεσι ἀγάλλεσθαι· ἢ εἴπερ σόν ἐστιν, ὁμοιόν σε τῷ Σαλαίθῳ ποιῶν· ὃς πικρότατον καὶ μοιχῶν τοῖς Κροτωνιάταις νόμον θεὶς, καὶ θαυμαζόμενος ἐπ' αὐτῷ, μικρὸν αὐτὸς ἐάλω, μοιχεύων τὴν ἀδελφοῦ τοῦ γυναῖκα. πρεπόντως γοῦν καὶ σὲ τὸν Σάλαιθον ἄκρατον φαίη τις ἄν. μᾶλλον δὲ πολὺ μετριώτερος ἄκρατος, ἐρωτι μὲν ἁλοὺς ὡς ἔφασκεν ἀπολογούμενος, ἑκὼν δὲ μάλα θύμψυχος ἐς τὸ πῦρ ἀλλόμενος, καίτοι ἐλεουμένων αὐτὸν ἤδη Κροτωνιατῶν, καὶ ἐφιέντων φυγεῖν εἰ βούλοιτο. τὸ δὲ σὸν, ὦ πολλῷ μικρῷ ἀποπώτερον, ἀκεκοωῶτος μὲν ἐν τοῖς λόγοις τοῦ τοιούτου βίου δουλοπρεπείαν, καὶ κατηγορουμένου εἴ τις εἰς πλουσίου τινὸς ἐμπεσὼν, ἑαυτὸν καθείρξας, ἀνέχοιτο, μυρίων τὰ δυσχερῆ πάσχων, καὶ ποιῶν· ἐν γήρᾳ δ' ὑπάτῳ, καὶ σχεδὸν ἤδη ἐπὶ τῶν ᾅδου, ὕστατος ἀθλητὴς λατρείαν ἐπιδημηκώς, καὶ μονονουχὶ καὶ ἐμπομπεύοντος αὐτῆ. ὅσῳ γοῦν φασὶν ὀψιμώτερος εἶ δοκεῖς, τοσούτῳ καταγελαστότερος δοκεῖ εἶ, αὐτοφωνοῦντος τὸ νῦν βίον τοῦ βιβλίου. καίτοι τί δεῖ κενεῶν ὑπὲρ σε κατηγορίαν ζητεῖν, μὴ τὴν θαυμασιὴν τραγῳδίαν λέγουσαν·

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός; Οὐκ ἀπορήσουσι δὲ οἱ κατηγοροῦντες καὶ ἄλλων τοιούτων δηλαδὴ παραδειγμάτων ὅτι σέ. Ἀλλ' οἱ μὲν, τοῖς τραγικοῖς ὑποκρίταις εἰκάσουσιν. οἱ ὅτε μὲν τῆς σκηνῆς, Ἀγαμέμνων ἕκαστος αὐτῶν, ἢ Κρέων, ἢ αὐτὸς Ἡρακλῆς εἰσιν· ἔξω δὲ, Πῶλος ἢ Ἀριστόδημος, ἀποδεδυμένοι τὰ προσωπεῖα, γίγνονται ὑποῤῥαθοι τραγῳδοῦντες, σκηπτόμενοι, καὶ συρόμενοι· ἐνίοτε δὲ, μαστιγούμενοί τινες αὐτῶν, ὡς ἀπὸ τοῦ θεάτρου δοκῇ. ἄλλοι δὲ, ὃ τῆς πιθήκου πεπονθέναι σε φήσουσιν, ὃν Κλεοπάτρα τῇ πάνυ, φασὶ γενέσθαι. ἐκεῖνον γὰρ διδαχθέντα τέως μὲν ὀρχεῖσθαι πάνυ κοσμίως, καὶ ἐμμελῶς, καὶ ὅτι πολὺ θαυμάζεσθαι μέλλοντα ἐν τοῦ σήματι, καὶ ὃ πρέπον φυλάττοντα, καὶ τοῖς ᾄδουσι καὶ αὐλοῦσι συνεπιμέλειαν γενέσθαι· ἐπεὶ δὲ εἶδεν ἰσχάδας, οἶμαι, ἢ ἀμύγδαλον πόῤῥω κειμένην, μακρὰ χαίρειν φήσαντα τοῖς αὐλοῖς, καὶ ῥυθμοῖς, καὶ ὀρχήμασι, συναρπάσαντα καταγῶναι, ἀποῤῥῖψαντα, μᾶλλον δὲ συντείναντα ὃ πρόσωπον. καὶ σὺ τοίνυν, φαῖεν ἄν, οὐχ ὑποκριτὴς, ἀλλὰ ποιητὴς τοῦ καλλίστου, καὶ νομοθέτης γενόμενος, ὑπὸ ταύτησι τῆς ἰσχάδος τοῦ φανείσης, ἠλέγχθης πιθήκους ὤν, καὶ ἀπ' ἄκρου χείλους Φιλοσόφων, καὶ ἕτερα μὲν ψεύδων σὺν φρενὶ, ἄλλα δὲ λέγων, ὡς εἰκότως ἄν τινα ὅτι σὲ εἰπεῖν, ὅτι ἃ λέγεις καὶ ἐφ' οἷς ἐπαινεῖσθαι ἀξιοῖς, χείλεα μὲν σου ἐδίηνεν, ὑπερῴου δ' αὐχμῶσαν καταλέλοιπε. Διγλωροῦ τοῦ ποδὸς δίκην ἔπεσας, προπετὴς μὲν θρασυνάμενος τοῖς δυσέρωσι χεῖρας, μικρὸν δὲ μονονουχὶ ὑπὸ κήρυξιν ὀμόσασάμενος τὴν ἐλευθερίαν. ᾗ ἐῴκει ἡ Ἀδράστα τότε κατόπιν ἑστῶσά σοι δυσχερανουμένῳ, ἐφ' οἷς κατηγόρεις τῶν ἄλλων, καταγελᾶν, ὡς αὐτὴ εἰδυῖα τὴν μέλλουσάν σοι ἐς τὰ ὅμοια μεταβολὴν, καὶ ὅτι οὐκ εἰς τὸν κόλπον τοῦτον ὑποῤῥύσας πρότερον, ἀξίους κατηγορεῖν τῶν ἀφ' ἑαυτοῦ ποικίλας τινὰς τύχας, τοιαῦτα πράττειν ὑπομενόντων. εἰ γοῦν ὑποδοίη τις τοῦ λόγου τὸν Αἰσχίνου μὲν τὴν κατὰ τοῦ Τιμάρχου κατηγορίαν αὐτὸν ἀλῶναι,

A *Sapientem eum odi, qui ſibi ipſe non ſapit?* Tametſi & alia multa quibus te adoriantur, accuſatoribus tuis ſuppetunt. Nempe alii ſimilem te facient Tragicis actoribus, quorum quiſque in ſcena quidem eſt vel Agamemnon, vel Creon, vel etiã Hercules ipſe: foris autem depoſitis perſonis fiunt Polus aut Ariſtodemus, ſcilicet ad agendas fabulas mercede conducti: qui, vt viſum fuerit ſpectatori, iam eiiciuntur, iam exibilantur, interim aliqui & flagris cæduntur. Porrò alii idem tibi contigiſſe dicent quod ſimiæ, quam magna illa & celebris Ægypti Regina Cleopatra habuiſſe dicitur. Ea enim
B ſaltationum genera probè edocta, cùm aliquandiu compoſitè modulatéque non ſine magna ſpectantium admiratione ſaltantis habitum exhibuiſſet, ac decorum ſeruaſſet, iámque Hymenæum voce ac cithara canentibus reſpondiſſet: poſtea quàm carycás ne an nucem neſcio, procul iacentem conſpexiſſet, perſona abiecta, imò præ feſtinatione diſcerpta, modulis & ſaltationibus longum valere iuſſit, nucem verò correptam arrodere cœpit. Non aliter & tu non hiſtrio quiſpiam, ſed ipſe pulcherrimarum
C rerum auctor, & velut legumlator, oſtenſo alterius vitæ ſplendore quaſi nuce quadam, te ipſe ſimiam eſſe prodidiſti, vt qui ſummis tantùm labiis ſis philoſophus, quíque nihil quidem veritus inferorum portas, alia quidem mente occultes, alia verò lingua depromas: vt non immeritò quis de te diceret, quæ ſcribas, quibúſque te vendites, ea labra quidem tua rigaſſe, palatum autem interius aridum reliquiſſe. Quamobrem ſtatim ante pedes quoque vltricem pœnam ſenſiſti, qui cùm antè audacia procaci humanarum rerum neceſſitatibus inſultaris, ipſe tamen haud ita
D multo pòſt libertatem velut ſub præconibus abiuraris. Atqui apparet Adraſteam iam tum tibi à tergo aſſiſtentem, ea quibus tu partim te ipſe venditabas, partim alios incuſabas, egregiè riſiſſe: quippe quæ, dea cùm ſit, non ignorarit futurum vt & ipſe mutata ſententia in ſimile vitæ genus tranſires. Tum quòd non priùs in tuum ipſius ſinum inſpueris, quàm eos accuſares, qui ob varias fortunæ viciſſitudines eiuſmodi facere ſuſtinent. Iam ſi quis verbi gratia Æſchinem poſt grauem illam orationem qua Timarchum accuſauit,

flingat ipſum in idem incidiſſe ſcelus, ac per hoc in ſimile crimen vocatum: quantus quæſo hinc ſpectantium riſus fuerat futurus, quòd Timarchum quidem eius peccati gratia, ad quod hominem ætas tulit, grauiter inceſſuit, ipſe verò iam ſenex eadem in ſe commiſit? Denique ſimilis videris illi Pharmacopolæ, qui cùm remedium contra tuſſim venditaret, & qui eo vterentur, eos ſtatim eo malo liberari polliceretur: miſer tamen ipſe eius morbi vehementia interim concuti cernebatur. Hæc atque id genus alia quiſpiam accuſando tibi obiiceret, præſertim in hac materia adeò copioſa, quæque mille anſas aduerſario præbeat. Cæterùm nunc apud me ipſe cogito, quam viam expurgandi mei apud te inuenire queam. Num ergo optimum fuerit, vt me ad malum hoc mea voluntate coactum confitear, dorſum verberaturo aduertam, improbitatem non negem, ſed ad communem illam excuſandi rationem confugiam, nimirum fortunæ fatique ineuitabilem neceſſitatem meo facto prætexens? Atque interim ab obiurgantibus veniam deprecer, ob id, ſpero, noſtræ cauſæ æquioribus, quòd non ignorent quàm nihil ſit in noſtra ipſorum manu, quódque potentioris alicuius numinis, Fortunæ ſcilicet aut Fati, arbitrio, vel contra noſtram voluntatem impellimur, adeò vt crimen nullum in nos hæreat, quantumuis aliquid vel dicamus vel faciamus. Aut hæc via nimis eſt vulgaris, vt ne tu quidem (quanquam amiciſſimus) huiuſmodi excuſationis obtentu me ſinas elabi, etiamſi patronum habeam Homerum, eiúſque carmina hæc decantem:

Fortuna ac fatum.

Fatorum nexus, fugiſſe haud dixero quenquam.

Tum illud:

Filum Parca dedit naſcenti matris ab aluo.

Itaque ſi hac ratione tanquam parum proba neque fide digna poſthabita, illud dicerē, neque pecuniæ cauſa, neque ſpe aliqua alia ineſcatum me, præſentem ſeruitutē ferre, ſed ipſius principis prudentiam, fortitudinem & magnanimitatem admiratum, rebus eius intereſſe voluiſſe: hîc vereor ne ad prioris criminis inuidiā, adulationis quoq; nota accedat, videárque, quod aiunt, clauum clauo pellere, & crimē minus maiori velle obſcurare, quatinus adulatio malorū omnium maximè eſt ſeruile, & ob hoc peſſimum cenſetur.

καὶ Φοινικίδων τὰ ὁμοια πάσχοντα, πόσον ἂν οἶμαι γέλωτα τῶν ὁρώντων ἐκίνησαν; εἰ Τίμαρχον μὲν ἔδυνεν ὅτι τοῖς καθ' ὥραν ἡμαρτημένοις, αὐτὸς δὲ ἤδη, τοιαῦτα εἰς ἑαυτὸν προὐμόμει; ὃ δ' ὅλον, ἐκείνῳ τῷ φαρμακοπώλῃ ἔοικας, ὃς ἀποκηρύττειν βηχὸς φάρμακον, καὶ αὐτίκα παύσῃ τοὺς πάντας ἐπιχωμένους, αὐτὸς μέγιστον ἀπόλλυσι βηχὸς ἐφαίνετο. ταῦτα μὲν, καὶ τοιαῦτα πολλὰ ἕτερα εἴποι τις ἄν, οἷος σὺ κατηγορῶν, ἐν ὅτῳ ἀμφιλαφῆ τὴν ἐπιδοσιν, καὶ μυρίας τὰς ἀφορμὰς πρέχοιμι. ἐγὼ δὲ ἤδη σκοπῶ ἐμαυτῷ τινα καὶ πάντως ἔσεσθαι τὴν ἀπολογίαν. ἆρά μοι κρεῖττον ἐθελοκακήσωμεν, καὶ τὰ κατὰ δίκην ὑπομένωμεν, καὶ ἀδικεῖν ὀκνήσωμεν, ὅτι τῷ κοινῷ ἐκείνῳ ἀπολογίᾳ καταφυγεῖν; λέγω δὲ τὴν τύχην, καὶ μοῖραν, καὶ εἱμαρμένην, καὶ ἀναγκαῖον εἶναι συγγνώμην ἔχειν μοι τοὺς ἐπιπλήττοντας, εἰδότας ὡς οὐδενὸς ἡμεῖς κύριοι, ἀλλ' ὑπό τινος κρείττονος, μᾶλλον δ' ἑνὸς τῶν ἀφροντίστων ἀγόμεθα, οὐκ ἐκόντες, ἀλλ' ἀναίτιοι πάντα πάσιν ὄντες, ἃ ἂν λέγωμεν, ἢ ποιῶμεν, ἢ τοῦτο μὲν κωμῳδῇ ἰδιωτικὸν, καὶ οὐδὲ αὐτοῦ με, ὦ Φιλότης, ἀμάρτιον τοιαύτην ἀπολογίαν προφέρεσθαι, καὶ σωτῆρα τὸν Ὅμηρον προβαλλόμενον, καὶ τὰ ἐκείνου ἔπη ῥαψῳδοῦντα,

Μοῖραν δ' οὔ τινά φημι πεφυγμένον ἀνδρὸς ἀμύμονος εἶναι.

καὶ ὅ,

Γνωμάων ἐπένησε λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

Εἰ δὲ τοῦτον ἀφεὶς τὸν λόγον, ὡς οὐ πάνυ ἀξιόπιστον, ἐκεῖνο λέγοιμι, μήτε ὑπὸ χρημάτων, μήτε ὑπ' ἄλλης τινὸς ἐλπίδος τοιαύτης δελεασθεὶς, ὑπομένω τὴν παροῦσαν σωτηρίαν, ἀλλὰ τὴν σωτῆρα, καὶ ἀνδρίαν καὶ μεγαλόνοιαν τοῦ ἀνδρὸς θαυμάσας, ἐθελήσας κοινωνῆσαι πρὸς ἔξεως τῆς τοιαύτης, δέδοικα μὴ πρὸς τῇ ὑπαρχούσῃ κατηγορίᾳ κακίας αἰτίαν προσλάβω, κἂν βούλωμαι ἥλιον, φασὶν, ἐκκρούειν τὸν ἥλιον, καὶ μείζονί γε τὸν σμικρότερον ὅσῳ κολακεία τῶν ἄλλων ἀπρεπῶν κακῶν, ὃ δουλοπρεπέστατον εἶναι, καὶ τούτῳ χεῖριστον νενόμισται.

τί οὖν

τί οὖν ἄλλο, εἰ μήτε ταῦτα, μήτε ἐκεῖνα λέγειν δοκεῖ, λοιπόν ἐστιν, ἢ ὁμολογεῖν μηδὲν ὑγιὲς εἰπεῖν ἔχειν; μία μοι ἴσως σκέψις ἄλυσις ἔτι ἀβέβαιος, ὑφ' ἣν βαλόντες τὸν γέροντα, καὶ τὸν νόσον· καὶ μετὰ τούτων, τὸν πενίαν, πρῶτα ποιεῖν καὶ πάλιν ἀναπείθουσιν, ὡς ἐκφύγοι τις αὐτήν. καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ, ὃν ἀκμὴν ἴσως καὶ τὸν τῶν Εὐριπίδου Μήδειαν προκαλέσαι προσελθόντα εἰπεῖν ὑπὲρ ἐμοῦ ἐκεῖνα τὰ ἰαμβεῖα, μικρὸν αὐτὰ προῳδήσασαν.

Καὶ μανθάνω μέν, οἷα δρᾶν μέλλω κακά.

Πενία δὲ χρείαν τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

Ὃ μὲν γὰρ τῶν Θεόγνιδος κἂν ἐγὼ μὴ λέγω, τίς οὐκ οἶδεν οὐκ ἀπαξιοῦντος, καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντον σφᾶς αὐτὸς ῥίπτειν, καὶ χρημάτων γε ἠλιβάτων, εἴ μέλλοι τις οὕτως ἀποδράσεσθαι τὸν πενίαν; ταῦτα μὲν εἰ δοκεῖ, ἃ τις ἂν ὡς ἐν τοιούτῳ ἀπολογήσασθαι ἔχοι, ἐμοὶ πολὺ θαρρεστέον ἐκάστην αὐτῶν. οὐ δέ μοι θαρρεῖ, ὦ ἑταῖρε, ὡς οὐδενὶ τούτων ἐμοῦ χρησομένου. μὴ γὰρ τοσοῦτος ποτε λιμὸς καταλάβοι τὸ Ἄργος, ὡς τὸν κοίλην Ἀραβίαν ἀπείρων ὀπιζεῖν. οὐδ' ἡμεῖς οὕτω πένητες βιόμεν ἀπολογίας, ὡς ὑπ' ἀπορίας τὰ τοιαῦτα χρηστήρια πρὸς τὸν κατηγορίαν ζητεῖν. ἀλλά μοι σκέψαι σύνεσιν, ὡς πάμπολυ τὰ τοιαῦτα διαφέρει, ἐς οἰκίαν τινὸς πλουσίου ὑπομισθὸν προελθόντα, δουλεύειν, καὶ διέχεσθαι ὅσα μοι φησὶ τὸ βιβλίον, ἢ δημοσίᾳ πραγματά τι τῶν κοινῶν, καὶ ἐς δυνάμιν πολιτευόμενον, ὅτι τούτῳ παρὰ βασιλέως μισθοφορεῖν. διελθὼν δὴ, καὶ ἰδίᾳ καταβαλὼν ἑκάτερον, σκόπει. σύμπας γὰρ ὁ τῶν μουσικῶν δὴ τόνος, ὃς διὰ πασῶν, ὁ γράμμα. καὶ τοσοῦτον ἐοικότας ἀλλήλοις τοὺς βίους, ὅσον μόλιβδος ἀργύρῳ, χαλκὸς χρυσῷ, καὶ ἀνεμώνη ῥόδῳ, καὶ ἀνθρώπῳ πίθηκος. μισθὸς μὲν γὰρ δὴ κἀκεῖ, κἀνταῦθα, καὶ ὁ ὑπ' ἄλλῳ πατεῖσθαι. ὁ δὲ τρόπος, παμπόλλων ἔχει τὸν διαφωνίαν. σκέψαι μὲν γὰρ δουλεία ἁβρὴ, καὶ οὐ πολὺ τῶν ἀργυρωνήτων καὶ οἰκοτρίβων διαφέρουσιν οἱ ὑπὸ τῷ τοιούτῳ τρεφόμενοι.

A Quid ergo si neque hæc neque illa vidétur dicenda, nobis reſtat, niſi vt ingenuè fateamur, nihil nobis eſſe ſyncerum ac ſanum, quo deinceps vitium noſtrum palliemus? Vna forſan anchora ad hoc nobis ſupereſt, quam in aquam nondum demiſimus, videlicet ſenectutem noſtrã ac morbum in miſerationem vocare; paritérque paupertatem cauſari, quæ vt euitari queat, hominem nihil non tum facere tum pati perſuadet. Quo loco non intempeſtiuum fuerit Medeam illam quæ eſt apud Euripidem, in auxilium aduocare, quæ huc progreſſa, Iambica illa non nihil huc detorta, pro me tibi occinat:

B *Haud neſcio quam ſint mala hæc quæ nunc*
Sed mẽtis imperio reclamat pauperies. (*paroe*

Nam illud Theognidis quis ignorat, tametſi nullus citem, non vitio dari, ſi quis ſe ipſe vel in profundum mare demergat, vel è rupe præcipitet; modò paupertatis onus hoc pacto excutiat? Hæc ferè ſunt quæ quis in eiuſmodi cauſa pro ſe dicere poſſet, etiamſi nihil eorum admodum decoram gerat perſonam. Tu verò ô amice, quantum ad me attinet, bono animo es, quandoquidem in mea defenſione id genus auxiliis nullis ſum vſurus. Neque C enim, ſpero, tanta fames vnquam vrgere poterit Argiuos, vt de caua Arabia ſerenda cogitent: neque ipſi nos iuſta adeo excuſatione deſtituemur vnquam, vt ſi quando accuſemur, eiuſmodi latebras quærere cogamur. Quin illud mihi conſiderã, quàm magno hæc inter ſeſe diſcrimine diſtent, videlicet in prædiuitis alicuius familiam adſcriptum, ſeruire ſeruitutem, eáque omnia perferre, quæ libellus ille meus recenſet; & publicè rem populi tractantem, ac pro virili rempub. adminiſtrantem, hoc nomine ab Imperatore ſalarium accipere. Age contẽplare D hæc, & vtrunque per ſe ac ſeorſim perpende: reperies certè res ipſas, iuxta illud Muſicorum prouerbium, δὶς διὰ πασῶν, hoc eſt, longiſſimo interuallo inter ſe diſſidere: tum duas has vitæ rationes tantum inter ſe conuenire, quantum eſt affinitatis plumbo cum argento, æri cum auro, anemonæ cum roſa, homini cum ſimia. Siquidem vt illic, ita & hîc merces accipitur, & accidit vtrobique vt alteri ſit parendum. Cæterùm in ipſa negotij ratione ingens eſt diſſonãtia: quandoquidem illic ſeruitus eſt manifeſta, & qui illorum conditionem accipiunt, emptitiis illis & manuariis ſeruis nõ admodum præſtant.

At qui remp. tractant, & in vſum ciuitatis nationúmque totarum ſtrenuam operam collocant, nullo iure, ob ſolam mercedem, in calumniam vocari poterunt, ínque crimen cum illis commune trahi. Alioqui fieri non poterit, quin hac ratione & præfecturæ omnes exauctorentur, vt neque tot ac tantarum gentium præſides, neque ciuitatum rectores, neque ordinum militarium ductores, imò nec ipſi totius exercitus imperatores rectè facere videantur, quando horum omnium laboribus propoſita ſunt præmia. Cæterùm vnius mercedis nomine non oportet opinor vel bona omnia euertere, vel mercedem accipientibus, æqualem conditionis gradum tribuere. Denique mercenarios miſeræ vitæ obnoxios illic dicebam, non omnes, ſed qui doctrinæ prætextu in diuitum famulitio ſeruiunt, eos tanquam ærumnoſos miſerabar. At noſtrum negotium, ô amice, modis omnibus eſt diuerſum. Quanquam enim quæ ad domeſticam vitam pertinent, nobis cum illis ſunt communia, publicè tamen ſummi imperij participes ſumus, eiúſque adminiſtrandi prouinciam cum rege partimur. Ipſe ego, ſi diligenter expendas, Ægyptiaci regni portionem non minimam ſub manibus habeo, dum nunc pœnas ſtatuo, nunc iuſta tributa impero, nũc dictorum factorúmque omnium rationaria conſcribo, nunc litigantium acta certa lege perpendo. Ad hæc principis ipſius decreta ad certiſſima ſimul & rectiſſima quęque ſumma fide perduco, eadémque diligẽter adſeruata, ſubditis trado, reipub. cura in omne æuum conſeruanda. Deinde proponitur merces non vulgaris, ſed à principe: nec ea exigua, ſed talentis numerata. Poſt hæc, modò recta via res procedat, ſupereſt ſpes, neque hæc contemnenda videlicet, vt prouinciæ alicui quaſi iam emeritus præficiaris, aut Regium aliquod negotium tibi demandetur. Iam verò geſtit animus in hac loquendi libertate paulò magis progredi, & crimen ab accuſatoribus ſupra modum exaggeratum, itidem copioſiùs refellere. Equidem apertè pronuntio, neminem quicquam facere gratis, ne ſi vel maximarum rerum adminiſtratores obieceris: quando nec ipſe princeps mercedis eſt expers. Non hîc dico tributa, nec vectigalia, quæ per ſingulos annos à ſubditis penduntur: verùm principi maxima fuerit merces, ſi à laudatis laudetur, ſi nomen eius ab omnibus celebretur,

Principis maxima merces.

A οἱ δ' τὰ κοινὰ διέπειν ἐληλυθότες, ἔθνεσιν ὅλοις σφᾶς αὐτοὺς χρησίμους παρέχοντες, οὐκ ἂν εἰκότως οὐκ μόνον τῶν μισθοῦ διαβάλοιντο, ἐς ὁμοιότητα καὶ κοινωνίαν τῆς κατηγορίας καθέλκοιντο. ἐπεὶ οὐκ ἂν φαίνοι τις ἁπάσας αἱρῶν τὰς τοιαύτας πρεσβείας· ἢ ὅτε οἱ τοιαῦτα ἔθνη ὑπερφρονοῦντες, ἢ οἱ τὰς πόλεις ἁρμόττοντες, ἢ οἱ τὰς φάλαγγας, ἢ γραμμοπέδα ὅλα ἐγχειρίζοιμοι, ὀρθῶς ποιήσουσιν, ἐπεὶ καὶ μισθὸς αὐτῶν τῷ ἔργῳ πρόσεστιν. ἀλλ' οὐκ ἀφ' ἑνὸς οἴμαι χρὴ ἀναπετάσαι τὰ πάντα, οὐδ' ἰσοτιμίαν τῶν μισθοφορούντων καθιστάναι. ὃ δ' ὅλον, ὦ τοὺς μισθαρνοῦντας ἀπλῶς ἐγὼ φαύλῳ βίῳ συνεῖναι ἔφασκον, ἀλλὰ τοὺς ὑπὸ ταῖς οἰκίαις ὑπὸ πρόφασι παιδεύσεως δουλεύοντας ᾠκτειρον. νυνὶ δ', ὦ ἑταῖρε, τὸ ἡμέτερον πρᾶγμα, πάντως ἁπασῶν ἑτερόιόν ἐστιν, εἴ γε τὰ μὲν οἰκοι, ἴσοτιμα ἡμῖν· δημοσίᾳ δ', τῆς μεγίστης ἀρχῆς κοινωνοῦμεν, καὶ ὃ μέρος συνδιαπράττομεν. ἔγωγ' ἂν εἰ σκέψαιο, δόξαιμ' ἂν σοι καὶ ὁ σμικρότατον τῆς Αἰγυπτίας ταύτης ἀρχῆς ἔχειν χεῖρας ταῖς δίκαις εἰσάγειν, καὶ τάξιν αὐτῶν τὴν προσήκουσαν ἐπιτιθέναι, καὶ τῶν προπομένων καὶ λεγομένων ἀπάντων ὑπομνήματα γράφειν, καὶ τὰς τε ῥητορείας τῶν δικαιολογουμένων ῥυθμίζειν, καὶ τὰς τῶν ἀρχόντων γνώμας πρὸς ὃ σαφέστατον ἅμα καὶ ἀκριβέστατον συνὼ πίστει τῇ μεγίστῃ διαφυλάττειν· καὶ πάλιν διδόναι δημοσίᾳ πρὸς τὸν ἀεὶ χρόνον ἀποκεισομένας. καὶ ὁ μισθὸς οὐκ ἰδιωτικὸς, ἀλλὰ παρὰ τοῦ βασιλέως· καὶ σμικρὸς οὐδὲ οὗτος, ἀλλὰ πολυτάλαντος. καὶ τὰ μὲν ταῦτα δή, καὶ φάσκοι ἐλπίδες, εἰ τὰ εἰκότα γίγνοιτο, ἀλλ' ἔθνος ὑπερπαπῆναι, ἢ πόλεις ἄλλας πρεσβείας βασιλικάς. ἐθέλω γοῦν οὐκ πρεσβευτοῦ χρησάμενος τῇ παῤῥησίᾳ, καὶ ὁμόσε χωρήσας τῷ ὑπερφερομένῳ ἐγκλήματι, καθ' ὑπερβολὴν ἀπολογήσασθαι. καὶ δή φημί σοι μηδένα μηδὲν ἁμαρτεῖν ποιῶν. οὐδὲ δὴ τοὺς τὰ μέγιστα πρεσβεύοντας εἶπης, ὅπου μηδὲ βασιλεὺς αὐτὸς ἁμαρτὼν ἔστιν. καὶ φόρους λέγω, οὐδὲ δασμούς, ὁπόσοι παρὰ τῶν ἀρχομένων ἐπέτειοι φοιτῶσιν· ἀλλ' ἔστι βασιλεῖ μισθὸς μέγιστος, ἔπαινοι, καὶ ἡ παρὰ πᾶσιν εὐκλεία,

καὶ ὃ ὅτι ταῖς εὐεργεσίαις προσκυνεῖσθαι. εἰκόνες δὲ, καὶ νεὼ, καὶ τεμένη, ὁπόσα παρὰ τῶν ἀρχομένων ἔχουσι, μισθοὶ καὶ οὗτοί εἰσιν ὑπὲρ τῶν φροντίδων, καὶ προνοίας, ἣν ἀνέφερον παρασκοποῦντες ἀεὶ τὰ κοινὰ, καὶ βελτίω ποιοῦντες. ὡς δὴ μικρὰ μεγάλοις εἰκάζειν ἐθέλης, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς τοῦ σοροῦ κορυφῆς, ἐφ' ἕκαστον τούτων, ἀφ' ὧν σύγκειται καταβαίνειν, ὄψει ὅτι μεγέθει καὶ σμικρότητι διαφέλλα πολλὰ τῶν ἀκροπάτων. τἆλλα, μισθοφόροι ὁμοίως ἅπαντες. εἰ μὲν οὖν τὸν ἐτεθείκειν τὸν νόμον, μηδένα μηδὲν παρέχειν, ἔνοχος ἂν εἰκότως ἐδόκουν τῇ παρανομίᾳ· εἰ δὲ τοῦτο μὲν ἁπαξαπλοῦ τοῦ βιβλίου λέλεκται μοι, χρὴ δ' τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα συνεργεῖν εἰ δέ τι καὶ ἄλλο ἐς δέον αὐτῷ δοκῶ, ἢ φίλοις συμπονῶν πρὸς τὰ βέλτιστα, κἂν τῷ μέσῳ ὑπαίθριος πεῖραν αὐτοῦ διδοὺς, ὅπως ἔχει πίστεως, καὶ ἀσυδοσύνης, καὶ εὐνοίας πρὸς τὰ ἐγχειρισμένα, ὡς μὴ ὁ Ὁμηρικὸν ἄχθος εἴη; πρὸς δὲ τοὔλον, μεμνῆσθαι χρὴ τοὺς ὀνειδίζοντας, ὅτι μὲ σοφῶν ὄντι μοι, εἰ δή τις καὶ ἄλλος ὑπὸ σοφοῦ, ὀνειδίζοιτο, ἀλλὰ τῷ ἐκ τοῦ πολλοῦ δήμου, λόγοις μὲν ἀσκήσαντι, καὶ τὰ μέτρια ἐπαιρομένῳ ἐπ' αὐτοῖς, πρὸς δὲ τὸν ἄκρον ἐκεῖνον τῶν χορυφαίων ἀφετὸν, ὃ πολὺ λειπόμενος. καὶ, μὰ Δί', ὦδε ὅτι τούτῳ αἰδεῖσθαί μοι ἄξιον, ὅτι μηδὲ ἄλλῳ ἐγὼ οὐκ ἐντετύχηκα, τὸν τοῦ σοφοῦ ὑποφήσειν ἀποπληρώσοντι. οὐ μέντοι καὶ θαυμάσαιμ' ἂν ὀνειδιοῦντός μου τῷ νῦν βίῳ, εἴγε ὀνειδιοῖ, οὐ πρὸς πολλοῦ ἤδη ὅτε ῥητορικὴ δημοσίᾳ μεγίστας μισθοφορὰς ἐφελκόμενον, ὁπότε χρὴ ἦλθον τὴν ἑσπερίαν Ὠκεανοῦ καὶ τὸν Κελτικὸν ἅμα ὀψὲ συνέτυχες ἡμῖν, τοῖς μεγαλομίσθοις τῶν σοφιστῶν συναριθμουμένοις. ταῦτά σοι, ὦ ἑταῖρε, καίτοι ἐν μυρίαις ταῖς ἀσχολίαις ὢν, ὅμως ἀπελογησάμην, οὐκ ἐν πρέποντι θέλων τὸν λυκιστὴν παρὰ σοῦ καὶ πληρῆ μοι ἐνεγκεῖν. ἐπεὶ πρὸς γε τοὺς ἄλλους κἂν στόμα πάντες κατηγορῶσιν, ἱκανὸν ἂν εἴη μοι ὃ, τὸ Φροντὶς Ἱπποκλείδῃ.

si beneficiorum nomine numinis vice adoretur. Porrò imagines, templa & aræ, & quæcunque eius generis à subditis suis habent, mercedis loco sunt & ipsa, nimirum pro curis, próque solicitudine qua commune ciuium bonum procurant, cunctáque in melius prouehunt. Et, vt magnis parua componam, si mihi iam inde ab ipsius velut acerui cacumine sūpto, per singula quibus compositus assurgit, descendas, videbis sanè nos non nisi magnitudine & paruitate à summis differre: cætera mercenarij simul omnes sumus. Itaque si hanc tulissem legem, neminem quicquam facere debere, non iniuria iniquitatis reus essem. Sin hoc in nullo libelli nostri angulo à me est dictum, & bonum virum operi alicui intentum esse decet, quî possit operam suam collocare quis rectiùs, quàm vt ad optima quæque promoueat amicos, ac in medio omnium lucéque de se det periculum; quanta fide, quáve diligentia, qua postremò animi benuolentia, negotia commissa queat expedire? ne videlicet locum habeat illud Homericum:

Telluris inutile pondus.

Atqui meos obiurgatores meminisse oportet, quòd cùm me reprehendunt, haud quaquam sibi res est cum sapiente quopiam (si modò est aliquis hoc dignus nomine) sed eo qui sit vnus è media plebe, ex literarum exercitatione, mediocrem nominis celebritatem nactus: attamen qui ad supremam illam virtutem, quò non nisi summatibus datur aditus, non admodum sit institutus. Quanquam ne hoc quidem nomine grauiùs dolere debeo per Iouem, cùm in nullum vnquam inciderim, qui omnes sapientiæ quam profitebatur, numeros expleret. Tu verò, quòd hanc viuendi rationem nobis vitio vertis, non possum non mirari, qui iã olim eidem crimini obnoxium non obiurgaris, cùm non sine ingenti mercede dicendi facultatem publicè agendis causis locarem. Quo tempore tu peragrata simul Gallia, ad occidentalis Oceani spectaculum profectus, forte fortuna in nos incidisti, cùm inter quæstuosos Rhetores & nobis erat locus. Hæc sunt, mi amice, quæ obiicieti tibi, quamquam mille negotiis districtus, vtcunque respondi: nimirum vt videas quàm non in postremis habeam, si tuo suffragio candido plenóque nostra causa probetur. Nam quod ad alios pertinet, etiamsi simul omnes accusent, mihi tamen suffecerit illud: Haud curat Hippoclides.

Bonus vir vbi maximè operæ suam collo cet.

Lucianus causas ali quandiu egit.

ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΕΝ ΤΗ ΠΡΟΣΑΓΟΡΕΥΣΕΙ ΠΤΑΙΣΜΑΤΟΣ.

PRO EO QVOD INTER SALVTANDVM, VERBO LAPSVS FVERAT.

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

Respondet hac apologia, pro errato quod inter salutandum ipsi exciderat, cùm mane & in prima salutatione, quo tempore, χαῖρε, hoc est, aue, seu, salue, dicendum fuerat, ipse, ὑγιαίνε, hoc est, vale, dixisset.

Orationis status est iuridicialis assumptitius. Fatetur enim & ipse peccasse se, quia ordinem inuerterit, & quod postremum dici conueniebat, à principio vsurparit: sed tamen culpam hanc mitigat atque eleuat, primùm vsu ac potestate ipsorum verborum ostendens, τὸ χαίρειν, non in principijs tantùm à veteribus, sed etiam fine atque discessu vsurpatum fuisse: ὑγιαίνειν autem vtroque loco frequenter à multis, à quibusdam etiam in principio semper positum fuisse: deinde & efficaciorem atque auspicatiorem vim ac significationem habere: idq; probat multis & poëtarum & aliorum testimonijs, adductis item historiarum exemplis, vbi vel eodem errore ὑγιαίνειν pro χαίρειν positum fuisset, vel aliàs vsurpatum, commodum aliquod vtentibus attulisset. Post hæc ordinis inuersioni opponit euentum erroris, quòd tale verbum pro alio dixerit, cuius vis seu potestas, hoc est, valere seu sanum esse, cuiuis tempori, non matutino tantùm, conueniat: & quòd hæc salutatio cæteris potior atque efficacior sit. Denique & principes hoc idem primum atque præcipuum suis mandant, vt salutis seu valetudinis curam gerant: & priuati quoque in re salutando saluos esse iubent. Hinc & causam erroris siue euentus huius in deum aliquem transfert. Animi autem consternationem, quæ causam errori dederit, à consueto & obiecto seu casu defendit. Deinde & voluntatem principis pro se interpretatur ficta conformatione, idque argumento à consequentibus & exemplo ducto. Ad finem, ficta alia ac noua obiectione, orationem in votum seu precationem desinit.

Exordium à loco communi sumitur.

Verbum χαίρειν vbique saluere exposuimus, propter commodum versionis: quanquam non ignorem, à Martiale atque alijs frequentiùs per Auere reddi, quando salutantis est. Nam alioqui & gaudere significat, interdum & valere, vt infrà, cùm discedentium mutuò est: vt & τὸ ὑγιαίνειν, quod nos vbique valere vertimus, & saluum siue sanum esse interim significat: ad quas significationes infrà in Græcis testimoniis quæ ad hoc citantur, crebræ alluſiones fiunt, præsertim cùm à principio ponitur.

DIFFICILE sanè est, homo A cùm sis, alicuius Dei impulsionem ac vim euitare. Multo autem difficilius, defensionem inuenire errati eius, quo quis præter rationem, & ceu numine quodam impellente lapsus est: quod vtrũque mihi nũc accidit, qui cùm ad te venissem, quò te ex more primo mane salutarem, deberémque cõsueta ista voce vti, ac te saluere iubere: ego aureus ille, nescio quo pacto oblitus valere te iussi, verbo & ipso non malo aut ominoso, sed intempestiuo tamẽ, vt quod vesperi, non auroræ conueniat.

ΑΛΕΠΟΝ μὲν, ὦ Θεόφιλον ὄντα, δαίμονός τινος ἐπήρειαν ἀφυγεῖν. πολὺ δὲ χαλεπώτερον ἀπολογίαν εὑρεῖν τοῦ λόγου καὶ δαιμονίου τοῦ πταίσματος. ἀτὰρ ἀμφότερα νῦν ἐμοὶ συμβέβηκεν, ὃς ἀφικόμενος πρὸς σέ, ὡς προσεῖπον τὸ ἑωθινόν, δέον τὴν συνήθη ταύτην φωνὴν ἀφεῖναι, καὶ χαίρειν κελεύειν, ἐγὼ δ' ὁ χρυσοῦς ὑπολαθόμενος, ὑγιαίνειν σε ἠξίουν, ὕφημον μὲν καὶ τοῦτο, σὺν οὐ χαιρῷ δέ, ὡς ἂν τὴν ἑω-

ἐγὼ μὲν οὖν ὅπῃ ζοῦτῳ δύθυς ἰδιώντε, καὶ ἠρυθρίων, καὶ πάντοθεν ἐμαυτὸν ἀπορίας· οἱ παρόντες δὲ, οἱ μὲν παρέπαιόν, ὡς ἔοικε· οἱ δὲ, ληρεῖν ὑφ' ἡλικίας· οἱ δὲ, θέσεως κεφαλῆς ἀναμέσον ἔτι ὤοντό με εἶναι, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα σὺ ὑπεφθῶς ἐμοὶ ἐδόκεις ὃ γεγονὸς ἄχθος ἀνδρὸς ἄχρῳ τῷ μειδιάματι ὑπεσημήνω. ἔδοξεν οὖν μοι καλῶς ἔχειν παραμυθίαν τινὰ ἐμαυτῷ συλλέξαι, ὡς μὴ πάνυ ἀνιώμενον ὅτι τῷ παίσματι, μηδ' ἀφόρητον ἡγούμενον, εἰ παρεσβύτης ἀνὴρ τοσοῦτον ἀπεσφάλην τοῦ καλῶς ἔχοντος, ὑπὸ τοσούτων μαρτύρων. ἀπολογίας μὲν γὰρ οὐδὲν ἔδει, οἶμαι, ἐπὶ γλώττῃ, εἰς ὕστερον βύφημον βύχλιν ὀλισθούσης. ἀρχόμενος μὲν οὖν τῆς γραφῆς, πάνυ ἀπόρως εἰστεύξεσθαι ὤμην τῷ παραβλήματι· παιόντι δὲ πολλὰ παραφαίνεται τὰ λεκτέα. ἃ μὲν πρότερον ἐρῶ αὐτὰ, ἵνα μὴ περὶ τοῦ χαίρειν αὐτοῦ, καὶ τοῦ εὖ πράττειν, καὶ τοῦ ὑγιαίνειν, παρείπω τὰ εἰκότα. ὃ μὲν δὴ χαίρειν ἀρχαία μὲν ἡ παρασυρθυσις· ἃ μὲν ἑωθινὴ μόνον, καὶ ἐπὶ τὸ πρότερον ἐντεῦξιν, ἀλλὰ καὶ παρόντων μὲν ἰδόντες ἀλλήλους, ἔλεγον αὐτὸ, ὡς ὅ,

Χαῖρ', ὦ διωάστα τῆς δε γῆς Τιρινθίας.

καὶ μετ' ὀλίγον ἐς λόγους ἤδη παρεγινίους τρεπόμενοι, ὡς ὅ,

Χαῖρ' Ἀχιλεῦ, δαιτὸς μὲν εἴσης οὐκ ὀπιδεύεις,

Ὀδυσσεὺς ὁπότε τὸν ἐπεσταλμένον παρεσβείαν αὐτῷ ἐρρητόρευε· καὶ ἤδη ἀπιόντες πρὸς ἀλλήλων, ὡς ὅ,

Χαίρετ', ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

Ἴδιος δὲ χαιρὸς οὐδεὶς ἀπενενέμητο τῇ παρησίᾳ, οὐδὲ ὡς νῦν μόνος ὁ ἑωθινός, ὅπου γε καὶ ὅτι τῶν ἀπαισίων καὶ ἀπευκτοτάτων ὁμῶς ἐχρῶντο αὐτῇ· ὡς ὁ τοῦ Εὐριπίδου Πολυνείκης ἤδη τελευτῶν τὸν βίον, καὶ,

Χαίρετ', ἤδη γάρ με παραβάλλει σκότος.

A Ipse igitur confestim sudaui atque erubui, variéque meipsum gessi, cùm quid agerem, non haberem. At cæteri qui tum aderant, alij quidem lapsum me esse lingua, ita vt consentaneum erat, alij præ ætate delirare, alij verò ex hesterna crapula repletum atque ebrium adhuc esse existimabant: tametsi tu ipse animo maximè æquo accipiebas id quod tum acciderat, ne risu quidem modico notando linguæ erratum. Visus igitur mihi sum, operæ quoddam pretium facturus esse, si consolationem aliquam mihi ipsi componerem, ne nimis ægrè ob lapsum hunc animo afficerer, néve intolerabile putarem, B si senex aliquis præsentibus tot testibus nõnihil ab eo quod decorum fuerat, aberrando deflexissem. Nam quantum quidem ad ipsam linguam attinet, defensione aliqua opus puto non erat, præsertim quãdo in tam bonam & auspicatam precationem errando prolapsa fuerit. Incipienti itaque mihi, ab initio statim videbar in difficilem quæstionem incursurus esse: at verò vbi iam progressus aliquantulum fuissem, offerebant se multa quæ commodè dici posse videbantur. Quæ tamen non antea dicam, quàm de ipso verbo Saluere, de verbo Bene agere, & C de verbo Valere, quæ consentaneum atque æquum erit, exposuero. Verbum igitur χαίρειν (quod saluere nos dicimus) antiqua vox est, & in salutationibus iam olim vsurpata, veruntamen non mane tantùm, neque in primo solùm cõgressu, sed etiam cùm qui antea se mutuò nunquam viderant, alius in alium incideret, salutatione hac vti solebant, quale illud est: *Salue ô soli rex istius Tirynthy.* Deinde & à cœna, cùm iam ad mutuas confabulationes ventum esset, vt apud Homerum:

χαίρειν, & eius vsus.

Salue Pelide, nil cœna æqualis eges nunc.

D quo tum Vlysses vsus est, quando in legatione missus, oratorio modo mandata illi exponebat. Præterea & cùm à se mutuò iam discedere vellent, eadem vtebantur, quale est illud:

Saluete, atque deum me agnoscite morte carentem.

Sic & apud Virg. Salue æternum mihi maxime Palla,

Certum autem tempus nullum præfinitum fuit salutationi huic, neque vt nunc, matutino solùm tempore vsurpabatur, quandoquidem & in infaustis & abominabilibus rebus eadem aliquando vsi quidam reperiuntur: vt apud Euripidem Polynices iam moriturus, *Saluete* (inquit) *nam totus tenebris iam tegor.*

Neque etiam amicorum inter se nota tantùm siue indicium erat, sed & ad eos quibus infensi erant, adhibebatur, cùm significare vellent, nihil rei sibi mutuò cum illis posthac fore: nam hoc, cùm μακρὰν χαίρειν, hoc est, longum saluere, dicunt, intelligũt, nempe nullam ampliùs curam alterius alteri futuram esse. Primus autem hoc verbo vsus fertur Philippides, is qui vno eodémque die narratur ex Marathone cursu itinere peracto Athenas victoriam annuntiasse, & ad magistratus, quo loco consederant, atque anxij de euentu pugnæ cogitabant, dixisse; Saluete, vincimus: eóque dicto statim concidisse mortuus, peracto iam nuncio, vnà cum ipso illo verbo expirans. In epistolæ autem initio Cleon ille Athenien sium tribunus, cùm ex Sphacteria scriberet, primus omnium hoc verbum præposuit, gratulari videlicet illis volens ob victoriam eo loco partam, & quod Spartanos captos in potestatem redegisset. Ac prorsus certè post illum Nicias dux cùm ex Sicilia scriberet, antiquam epistolarum formam retinuit, statim ab ipsis rebus exordiendo. Quin & admirabilis ille Plato, vir fide dignus, ac legislator huiusce modi rerum, verbum hoc saluere, planè valere iubet, atque omnino improbat veluti malum ac prauum, & quod nihil seriũ aut dignum præ se ferat: contrà autem τὸ εὖ πράττειν, hoc est, bene agendi, verbum, pro eo introducit, tanquam cõmune tam corporis quàm animi bene rectéque affecti symbolum siue indicium: ac missis ad Dionysium literis, reprehendit ipsum, quòd cùm ad Apollinem versus quosdam composuisset, deum ipsum saluere iussisset, quippe quod hoc ipso Pythio indignum foret, & non modò diis, verumetiam ne hominibus quidem paulo dexterioribus decorum. Diuinus certè quidem Pythagoras ille, tametsi ipse nihil proprium suorum scriptorũ nobis reliquere post se voluerit, quãtum tamen ex Oecello Lucano, & Archyta, & cæteris ipsius discipulis coniecturam facere licet, nec verbũ bene agere, ab initio literis suis præmisit; sed ab ὑγιαίνειν, quod est valere seu sanum esse, exordiri iubebat. Cuncti itaque illi qui professionem atque doctrinam ipsius secuti fuêre; quoties missis inter se mutuò literis graue aut seriũm aliquid scriberent, valere siue sanos esse sese, statim ab exordio iubebant, tanquam & hoc ipsum verbum tam animæ quàm corpori accommodatum maximè foret, summatímque comprehenderet vniuersa hominis bona. Præterea & triplex ipsorum triangulus ille, qui alternatim inter se iunctus, quinquelinearem figuram constituit,

Virgil. Et Regum forme vale, vale inquit Iola.

Quanquã hic τὸ χαίρειν, non nihil & ad gaudendi significationem alludit, vt & in sequenti exemplo.

Τὸ εὖ πράττειν.

Et hic ad gaudendi significationem Plato alludit: vide epistol.

ὑγιαίνειν.

A καὶ ὁ μόνον φιλοφροσύνης αὐτοῖς ἕνεκα τοῦτο σύμβολον, ἀλλὰ καὶ ἀπειθείας, καὶ τοῦ μηκέτι χρήσεσθαι ἀλλήλοις. ὁ γοῦν μακρὰν χαίρειν φράσας, ὃ μηκέτι φροντίδ' ἄλλοι. πρῶτος δ' αὐτὸ Φιλιππίδης ὁ ἡμεροδρομήσας λέγεται ἀπὸ Μαραθῶνος ἀγγέλλων τὴν νίκην, εἰπεῖν πρὸς τοὺς ἄρχοντας καθημένους καὶ πεφροντικότας ὑπὲρ τοῦ τέλους τῆς μάχης, χαίρετε, νικῶμεν. ἅτε τοῦτο εἰπὼν συναποθανὼν τῇ ἀγγελίᾳ, καὶ τῷ χαίρειν συνεκπνεύσας. ὁ δὲ Κλέων ὁ Ἀθηναίων δημαγωγὸς, ἀπὸ Σφακτηρίας πρῶτον χαίρειν πρῶτος ἔγραψεν, εὐαγγελιζόμενος τὴν νίκην τὴν ἐκεῖθεν, καὶ τὴν τῶν Σπαρτιατῶν ἅλωσιν. καὶ ὅλως γε, μετ' ἐκεῖνον ὁ Νικίας ἀπὸ Σικελίας ἐπιστέλλων, ἐν τῷ ἀρχαίῳ τῶν ἐπιστολῶν διέμεινεν, ἀπ' αὐτῶν ἀρξάμενος τῶν πραγμάτων. ἀλλ' ὁ θαυμασὸς Πλάτων, ἀνὴρ ἀξιόπιστος νομοθέτης τῶν τοιούτων, τὸ μὲν χαίρειν κελεύει καὶ πάνυ ἀποδοκιμάζειν ὡς μοχθηρὸν ὄν, καὶ οὐδὲν σπουδαῖον ἐμφαῖνον. τὸ δὲ εὖ πράττειν αὐτὸ αὐτὸ εἰσάγει, ὡς κοινὸν σώματός τε καὶ ψυχῆς B καὶ ἁρμονίας σύμβολον. καὶ ἐπιστέλλων γε τῷ Διονυσίῳ, αἰτιᾶται αὐτὸν, ὅτι ποιήσας εἰς τὸν Ἀπόλλω, χαίρειν τὸν θεὸν προσεῖπεν, ὡς ἀνάξιον τοῦ Πυθίου, καὶ οὐχ ὅπως θεοῖς, ἀλλ' οὐδ' ἀνθρώποις δεξιοῖς πρέπον. ὁ μὲν γε θειότατος Πυθαγόρας, εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον κατέλιπεν τῶν αὐτοῦ ἠξίωσεν, ὅσον Οἰκέλλῳ τῷ Λευκανῷ, καὶ Ἀρχύτᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμιλητὰς αὐτοῦ τεκμήρεσθαι, οὔτε τὸ εὖ πράττειν προγράφειν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνειν ἄρχεσθαι σκέλλειν. ἅπαντες γοῦν οἱ ἀπ' αὐτοῦ ἀλλήλοις ἐπιστέλλοντες, ὁπότε σπουδαῖόν τι γράφοιεν, ὑγιαίνειν ἐκέλευον ἐν ἀρχῇ προσκελεύοντο, ὡς C αὐτὸ ψυχῇ τε καὶ σώματι ἁρμοδιώτατον, καὶ συνόλως ἅπαντα περιειληφὸς τἀνθρώπου ἀγαθά. καὶ τόγε τριπλοῦν αὐτοῖς τρίγωνον, ὃ ἀλλήλων, ὃ πεντάγραμμον,

ᾧ συμβόλῳ πρὸς τοὺς ὁμοδόξους ἐχρῶντο, A quo symbolo ac veluti nota quadam iidem ad eos qui eiusdem professionis erant, eãdémque doctrinam sectabantur, vti solebant, valetudo siue salus ab ipsis appellatur. Et in summa, ipsum quidem valere, putabant esse: verùm neque bene agere, neque saluere, omnino idem quod valere. Sunt autem & qui quaternionem, maximum ipsorum iusiurandum, aut perfectissimum ipsis numerum perficere dicant: alij verò etiam salutis seu valetudinis principium vocarunt, inter quos & Philolaus est. Et quid attinet vetustiores commemorare, quando & Epicurus, qui alioqui τὸ χαίρειν, hoc est, gaudendi verbo, admodum gaudebat, B voluptatémque cæteris rebus omnibus anteponebat, in epistolis quas de rebus paulo grauioribus scribebat (sunt autem earum perquam paucæ, & non nisi ad præcipuos amicorum datę) statim à principio valere iubebat? Frequens autem & in Tragœdia & Comœdia, vereri illa quidem, reperias idem hoc verbum à principio fermè positum: nam illud,

Et huc fortasis pertinet quod in carmine illo Pythagoræ aureo legitur, καὶ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν παγὰν ἀενάου φύσεως, &c.

Vale, & multum mihi salue:

doctè prudentérque valendi verbum, auere, siue saluere, illi præpositum habet. C Alexis autem,

O here, vale (inquit) *vt tardè admodum aduenis!* Et Achæus:

Venio peracta re grauis: at tu mihi vale.

Quo loco ὑγίαινε ponitur, vt apud Latinos, Salue sis.

Philemon quoque:

Primũ (inquit) *valere cupio, dein agere bene:*
Saluere tertiò: vltimò, debere nil.

Hoc est χαίρειν, quod & gaudere significat.

Nam qui conuiuiale illud carmen composuit, cuius & Plato meminit, an non & ille ait, *Equidem hoc iudico primum,*

Valere, dein pulchrũ videri, Post esse diteſcere.

Verbi autem saluere siue auere, omnino ne meminit quidem. Et vt notissimum quoque illud, & quod omnibus in ore est, tibi dicam,

Supercũm antiquissima diua Salus,
Tecum mihi liceat Viuere quod supereſt.

Quare si antiquissima salus seu valetudo est, meritò etiam ipsius opus, hoc est, valere, saluúmque ac sanum esse, reliquis omnibus anteponendum est. Infinita autem & alia exempla tum ex poëtis tum ex historicis & philosophis commemorare tibi possim, vbi idem hoc verbum valere, antepositum reliquis atque prælatum reperitur. Quæ tamen omnia in præsentia omittam, ne mihi scriptum hoc in loquacitatem quandam ineptam ac puerilem adeò prolabatur, videárque ipse clauo alio alium trudere velle.

Pauca verò veteris hiſtoriæ, quantum adhuc memoria teneo, quantúmque ad hanc præſentem cauſam pertinere propriè videtur, non incommodùm huc adſcribi poſſe exiſtimaui. Nam cùm Alexander Magnus pugnam illam ad Iſſum initurus eſſet, quemadmodùm Eumenes Sardianus in epiſtola ad Antipatrum refert, mane in tabernaculum eius ingreſſus Hephæſtio, ſiue tum ita oblitus ſui fuerat, ſiue cõſternatus, quemadmodum & ego, ſiue etiam numine aliquo impellente, idem tum quod ego dixi, ὑγίαινε βασιλεῦ, hoc eſt, Vale rex: tempus iam eſt in aciem educi exercitum. Conturbatis autem cæteris qui tum aderant, ob inopinatam ac nouam ſalutandi formam. ac ipſo Hephæſtione propemodum præ metu emoriente, Alexander reſpõdens, Recipio, inquit, omen: nam nos ſaluos atque integros è pugna reuerſuros eſſe, hoc verbum mihi nunc pollicetur. Antiochus autem cognomento Soter, quando cum Gallis conſerturus prælium eſſet, per quietem vidit adſtare ſibi Alexandrum, & iubere vt teſſeram hanc ante pugnam militibus daret, ὑγιαίνειν videlicet: ac ſub hac teſſera ſeu nota militari præclaram illam victoriam mox conſecutus eſt. Præterea & Ptolemæus Lagi miſſis ad Seleucum literis planè ordinẽ inuertit, à principio quidem epiſtolę valere illum iubẽs, pro eo autem vbi alij vale ſcribũt, in fine τὸ χαίρειν, hoc eſt, auere, ſubſcribẽs, quemadmodum Dionyſodorus tradit, is qui epiſtolàs illius collegit. Non iniquum autẽ fuerit & Pyrrhi Epirotæ illius mẽtionem facere, qui poſt Magnũ Alexandrum ſecundas in re militari tenuit, variáſq; fortunæ mutationes ac vices pertulit. Hic igitur cùm deos precãdo, ſacrificãdo, donariáque conſecrãdo quotidie veneraretur, nunquam tamẽ vel victoriam ab illis, vel regni alicuius ampliorẽ maieſtatem, vel gloriam, vel diuitiarum abundãtiam poſtulauit, ſed vnum hoc ὑγιαίνειν, hoc eſt, valere ac ſanum eſſe, precari ſolebat: vt qui putaret, quandiu hoc vno frueretur, & cætera facillimè euentura ſibi eſſe. Ac rectiſſimè, opinor, ſentiebat, illud nimirum ſecum reputans, quòd cæterorum bonorum omnium nullus fructus foret, quandiu vnum τὸ ὑγιαίνειν, hoc eſt, ſanitas iſta corporis atque animi ſola abeſſet. Sed iam ſatis de eo, quo quicque horum verborum tempore propriè dici ſolitum fuerit, à nobis expoſitum eſt. Fortaſſis autem dixerit quiſpiam, Tu verò

A ὀλίγα δὲ σοι τῆς ἀρχαίας ἱστορίας, ὁπόσα μέμνημαι οἰκεῖα τοῦ παρόντι συγγράφαι, καλῶς ἔχειν ὑπέλαβον. ὅτι Ἀλέξανδρος τὼ ὀι Ἰατῷ μάχλω ἀγωνίσασθαι ἔμελλεν, ὡς Εὐμένης ὁ Σαρδιανὸς ἐν τῇ πρὸς Ἀντίπατρον ἐπιστολῇ λέγει, ἑῴθεν εἰσελθὼν εἰς τὼ σκηνὼ αὐτοῦ ὁ Ἡφαιστίων, εἴτ' ὀπλαθόμενος, εἴτ' ἐκπεφοβημένος ὥσπερ ἐγὼ, εἴτε καὶ θεοῦ τινος τῦτο κατορθώσαντος, τωὐτὸν ἐμοὶ ἔφη, Ὑγίαινε βασιλεῦ, καιρὸς ἤδη τὼ δαπέδα σαλπίσαι. τῶν ἐκφοβέντων δὲ τὼν παρόντων πρὸς τὸ ὥρθιον τῆς προσαγορεύσεως, καὶ τὸν Ἡφαιστίωνος ὀλίγου δεῖν ὑπ' αἰδοῦς ἐκθανόντος, Ἀλέξανδρος, δέχομαι, εἶπε, τὼ χλιδόνα· τὸ γὰρ σώους ἐπανήξειν ἀπὸ τῆς μάχης, ἤδη μοι ὑπισχνεῖται. Ἀντίοχος δὲ ὁ Σωτὴρ, ὅτε τοῖς Γαλάταις συνάπτειν ἔμελλεν, ἔδοξεν ὄναρ ὑπισάντα οἱ τὸν Ἀλέξανδρον, κελεύειν συνθημα τοῖς μάχης ὑποδοῦναι τῇ φρατρίᾳ τὸ ὑγιαίνειν. καὶ ὑπὸ τύτῳ συνθήματι τὼ θαυμασίω ἐκείνω νίκω ἐνίκησε. καὶ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, Σελεύκῳ ὑπιστέλλων, σαφῶς ἀνέστρεψε τὼ τάξιν, ὡ ἀρχῇ μὲν τῆς ὑπιστολῆς ὑγιαίνειν αὐτὸν προσειπών, ὡς τέλει δὲ, αὐτὶ τῦ ἐρρῶσθαι, ὑπογράψας τὸ χαίρειν, ὡς Διονυσόδωρος ὁ τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ συναγαγών, φησιν. ἄξιον δὲ καὶ Πύρρου τοῦ Ἠπειρώτου μνησθῆναι, ἀνδρὸς μετ' Ἀλέξανδρον τὰ δεύτερα ἐν στρατηγίαις ἐνεγκαμένου, καὶ μυρίας ἕξεις τὰς τύχης ἐνεγκόντος. τοῦτ' οὖν ἀεὶ θεοῖς εὐχόμενος, καὶ θύων, καὶ ἀναθήσεις, οὐδὲ ποτὲ ἢ νίκω, ἢ βασιλείας ἀξίωμα μεῖζον, ἢ εὐκλειαν, ἢ πλούτου ὑπερβολὼ, ἤτησε παρ' αὐτῶν, ἀλλ' ἓν τῦτο ἤνχετο, ὑγιαίνειν. ὡς ἔστ' ἂν τῦτ' ἔχῃ, ῥᾳδίως αὐτῷ τὼν ἄλλων ἀπολαυσόμενον. καὶ ἀληθὲς οἶμαι, ἐφρόνει, λογιζόμενος ὅτι οὐδὲν ὄφελος τῶν ἀνθρώπων ἀγαθῶν, ἔστ' ἂν τὸ ὑγιαίνειν μόνον ἀπῇ. ἀλλὰ νυὶ ἐκάστου καιρὸς ἴδιος ὑφ' ἡμῶν ἀποδέδεικται, τάχα δ' εἴποι τις. σὺ δὲ τῦ-

τὴν σκαλλάξας, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο ἔφη- A immutato ordine illo, etiamsi nihil aliud
σθα, ὅμως τῷ δικαίῳ λόγῳ οὐκ ἂν ἔξω dixisses, tamen iure optimo accusandus
εἶης τοῦ ἡμαρτηκέναι, ὥσπερ ἂν εἴ τις τοῖς ac reprehendendus fores, perinde ac si
τῇ κνήμῃ τὸ κράνος, ἢ τοῖς τῇ κεφαλῇ τὰς quis galeam tibiæ, aut rursum ocreas ca-
κνημίδας ὑποδήσαιτο· ἀλλ', ὦ βέλτιστε, piti alligatas imponat. Verùm, ô optime,
φαίην ἂν κἀγὼ πρὸς αὐτὸν, εἰκότως ἂν (responderem & ego illi) meritò sanè
ταῦτ' ἔλεγες, εἴ τις ὅλως χρηστὸς ἦν ὑγείας hæc diceres, si quod in vniuersum tem-
μὴ δεόμενος. νῦν δὲ καὶ ἕωθεν, καὶ μεσού- pus foret, quod sanitate siue salute opus
σης ἡμέρας, καὶ νύκτωρ, ἀεὶ τὸ ὑγιαίνειν non haberet. Nunc autem & mane, &
ἀναγκαῖον· καὶ μάλιστα τοῖς ἄρχουσι, καὶ meridie, & noctu quoque salute ac sani-
πολλὰ πράττουσιν ὑμῖν, ὅσῳ καὶ πρὸς tate semper opus est, & maximè princi-
πολλὰ δεῖσθαι τοῦ σώματος. ἔπι δὲ, ὁ μὲν, pibus vobis, qui multis occupati negotiis
χαῖρε, εἰπών, μόνον θύφημα τὴν ἀρχὴν ἐχρή- B estis, eóque ad plura corpore integro ac
σατο, καὶ ἔστιν θύχὶ τὸ πρᾶγμα· ὁ δ' ὑγιαί- sano necesse habetis. Præterea autem il-
νειν προσκελεύσμενος, καὶ χρήσιμόν τι δρᾷ, le qui χαῖρε, hoc est, aue, seu, gaude, dicit,
καὶ ὑπομιμνήσκει τοῦ πρὸς τὸ ὑγιαίνειν auspicato tantùm principio vtitur, ipsa-
συντελοῦντων· καὶ οὐ σιωπᾷ μόνον, que res non aliud quàm precatio siue o-
ἀλλὰ καὶ προσγέλλει. τί δ' ἔχει κἀν τῇ ptatio quædam est: at qui valere iubet,
τοῦ ἀπολλῶ βιβλίῳ, ὃ ἀεὶ καὶ παρὰ βα- ille & vtile quiddam facit, & omnium
σιλέως λαμβάνετε, τοῦτο πρῶτον ὑμῖν ὅτι eorum admonet simul, quæ ad sanitatem
προσγέλασμα, τῆς ὑγείας τῆς ὑμετέρας siue salutem aliquid conferunt: neque so-
αὐτοῖς ἐπιμελεῖσθαι; καὶ μάλα εἰκότως. lùm comprecatur, verùm etiam denun-
οὐδὲν γὰρ ἂν εἴη ὄφελος ὑμῖν πρὸς τἆλ- tiat atque imperat. Quid autem? an non
λα, μὴ οὕτω διακειμένοις. ἀλλὰ καὶ ὑ- C & in libello mandatorũ seu negotiorum,
μεῖς αὖθι, εἴ τι κἀγὼ τῆς Ῥωμαίων φω- quod semper & à rege quoque accipitis,
νῆς ἐπαΐω, τοὺς προσαγορεύοντας ἀντιδε- hoc primum esse solet quod vobis præ-
ξιούμενοι, τῷ τῆς ὑγείας ὀνόματι πολλά- cipitur, quò sanitatis atque salutis vestrę
κις ἀμείβεσθε. καὶ ταῦτα πάντα εἶπον, οὐχ curam habeatis? Ac meritò sanè. Neque
ὡς ἐκ προνοίας ἀφελὼν μοὶ τὸ χαίρειν, enim vlla vestri vtilitas ad res cæteras
ὑποπεσοῦσα δ' αὐτὸ αὐτῷ εἰπεῖν τὸ ὑγιαί- obeundas foret, nisi integri ac salui
νειν, ἀλλ' ὡς τοῦτο μοὶ ἄχων παθών. ἢ γε- esse tis. Sed & ipsi vos (si modò Roma-
λοῖος αὖ μοὶ ξενίζων, καὶ τοῖς χρηστοῖς τὴν num sermonem ego quoque nonnihil
προσαγορεύσεων σκαλάπτων. χάριν δὲ ὁ- intelligo) cùm salutantes vicissim ver-
μολογῶ τοῖς θεοῖς, ὅτι μοι τὸ σφάλμα ἐς bis accipitis, salutis nomine plerunque
ἄλλο μακρῷ αἰσιώτερον προετράπη, καὶ D respondere illis soletis. Atque hæc o-
εἰς τὸ ἄμεινον προὐλιάθην. καὶ πάλα τῆς mnia dixi, non quòd de industria omis-
Ὑγείας, ἢ Ἀσκληπιοῦ αὖτε ὑπονοία τοῦτ' so verbo χαίρειν, pro eo τὸ ὑγιαίνειν dicere
ἐπροφάσθη, δι' ἐμοῦ σοι τὸ ὑγιαίνειν προ- studio quodam affectarim, sed quia hoc
γγουμένου. ἐπεὶ ἔγωγε, πῶς ἂν αὐτὸ ἔπα- ipsum inuito mihi accidit. Aut quo-
θον ἄνευ θεοῦ, μηδέπω πρότερον ἐν τῷ modo enim non ridiculus forem, si & aliena lingua loquerer, & tempora sa-
μακρῷ βίῳ τοιοῦτος ὤμοιον; εἰ δὲ δεῖ καὶ lutationum immutarem? Gratiam au-
δυθεσπίλῳ τινὰ ὑπὲρ τοῦ γεγονότος ἀπο- tem & Diis ago, quòd mihi erratum
λογίαν εἰπεῖν, οὐδὲν ξένον εἰ πολὺ ἐσπουδα- hoc in aliud longè auspicatius verbum
κὼς ὑπὲρ τοῖς παροῦσιν ὑπὸ σοῦ γνωρίζεσθαι, conuersum fuit, atque ipse in melius,
errando prolapsus sum. Et quid si hoc
Salutis aut etiam Æsculapij ipsius pro-
uidentia quadam factum est, qui tibi me
per salutem ac sanitatem promittere ita
voluerit? Nam quo pacto ipse equidem,
nisi à Deo aliquo impulsus, quicquam
eiusmodi committerem, qui antea per
omnem ætatem nullo simili pacto tur-
batus atque animo perculsus fuerim?
Quòd si verò & humanam quandam de-
fensionem pro eo quod accidit, afferre conuenit: nihil nouum aut peregrinũ hoc est,
si cùm admodum in eo elaborauerim, vt ex optimo atque potissimo tibi notus fierem,

Lucianus sermonu Latini nõ imperitus. Intelligit, quòd cùm saluere alĩ quem Latini iubent, illi contrà saluum esse, quod ipsum ὑγιαίνειν significat, iubent.

deinde ex nimia cupiditate ac festinantia in diuersum animi consternatione quadam incido? Iam & à recta cogitatione atque animi conceptu facilè etiam deturbauerit aliquem, militum multitudo atque frequētia, quorum alij quidem aduersos protrudunt & impellūt, alij autem ordinem salutantium impediunt & disturbant. Tu verò, sat scio, quantumuis alij dementiam, aut insciti am, aut etiam delirationem quandam, factum hoc interpretantur, pro verecundiæ & simplicitatis quodam symbolo atque indicio ipse accepisti: animique nihil forense aut vafrum, nihil artis aut calliditatis habentis signum esse existimasti: quando certè nimia in his rebus audacitas, non multum à temeritate atque impudentia distat. At ipse quidem optarim, vt ne vnquam contingat mihi in hūc modum errare: quòd si verò aliquando contingat, vt id in faustam & auspicatam comprecationem aliquam semper euadat. Temporibus igitur primi Augusti etiam tale quiddam accidisse dicitur. Nam cùm ipse forte quadam iudicio cuidam præfedisset, ac causa rectè atque legitimè iudicata, hominem quendam iniustè calumnioséque delatum, à maximo quodam crimine absoluisset, ille gratiam agere volens, alta voce proclamauit, Gratiam tibi, inquiens, Imperator habeo, quòd malè atque iniustè iudicasti. Ibi cùm cæteri qui circa Augustum erant, grauiter indignarentur, hominémque discerpere ac lacerare vellent: Desistite, inquit ille, ab indignatione. Neque enim linguam ipsius, sed animum examinare atque inspicere æquum est. Ita tum ille. At tu, siue animum inspicere & contemplari voles, beneuolum reperies: siue linguam, neque ipsa inauspicatum aut ominosum aliquiddixit. Cæterùm videor hoc loci iam constitutus, non immeritò & aliud quiddam vereri debere, videlicet ne qui me putent ex composito erasse hoc pacto, quò hanc apologiæ scribendæ causam haberem. Atque vtinam quidem, ô optime Æsculapi, eiusmodi hæc appareat oratio, vt non apologiæ speciem, sed ostentationis alicuius captatam occasionem præ se ferat.

A ἐκ τῆς ἄγαν ὀπιθυμίας εἰς τοιοῦτον δέος παραχθεὶς, ἐκέπεσον; τάχα δ' ἄν τινα καὶ πλήξαι τῶν κατ' ὀρθὸν λογισμὸν, ὑπὸ τῶν πολλῶν, ὧν οἱ μὲν, προωθοῦντες, οἱ δὲ, ἐν τῇ τάξει τῆς προσαγορεύσεως μὴ μένοντες. σὺ δ' ἴσως οἶδ' ὅτι κἂν οἱ ἄλλοι εἰς ἀνοίαν, ἢ ἀπαιδευσίαν, ἢ τοιαύτην τινὰ διαφέρωσι δυσφημίαν, αἰδοῦς αὐτὸ σύμβολον, καὶ ἀφελείας ἐποιήσω, ὑπὸ ψυχῆς μηδὲν ἀληθοῦς καὶ ἔντεχνον ἐρεύσης· ὡς τό γε πρῶτον θαρραλέον ἐν τοῖς τοιούτοις, καὶ πόρρω θρασύτητος καὶ ἀναισχυντίας ἐστί. καὶ ἐμοί γε εἴη μηδὲν μᾶλλον τοιοῦτον σφάλλεσθαι, εἰ δὲ συμβαίη, πρὸς εὐφημίαν αὐτὸ τρέπεσθαι. ὅτι γοῦν τῷ πρώτου Σεβαστοῦ, καὶ τοιόνδε τι λέγεται γενέσθαι. ὁ μὲν ἔτυχε δίκην τινὰ δικάσας ὀρθῶς, καὶ ἀπολύσας ἔγκλήματος τοῦ μεγίστου ἀδίκως συκοφαντούμενον· ὁ δὲ, χάριν ὁμολογῶν, μεγάλῃ τῇ φωνῇ, χάριν οἶδά σοι, ἔφη, ὦ αὐτοκράτωρ, ὅτι κακῶς καὶ ἀδίκως ἐδίκασας. καὶ τῶν περὶ Σεβαστὸν ἀγανακτησάντων, καὶ διαπαίσασθαι τὸν ἄνθρωπον ἐθελόντων, Παύσασθε χαλεπαίνοντες, ἔφης ἔφη· ἃ γὰρ τιμῶ γλῶττάν αὐτοῦ, ἀλλὰ τὴν γνώμην ἐξετάζειν ἄξιον. ἔπαινος μὲν, ὅτω. σὺ δ' εἴτε τὴν γνώμην σκέψαιο, πολὺ εὔνουν εὑρήσεις· εἴτε τὴν γλῶτταν, εὔφημος καὶ αὐτή. ἔοικα δ' ἐγὼ ἤδη γεγόμφος, εἰκότως ἄλλό τι φοβηθήσεσθαι, μή τινι δόξω ἐξεπίτηδες ἡμῶν τετυχέναι, ὡς τὴν ἀπολογίαν ταύτην συγγράψαιμι. καὶ εἴη γε, ὦ φίλτατε Ἀσκληπιέ, τοιοῦτον φανῆναι τὸν λόγον, ὡς μὴ ἀπολογίαν ἀλλ' ὀπιδείξεως ἀφορμὴν εἶναι δοκεῖν.

ΕΡΜΟΤΙΜΟΣ, Η ΠΕΡΙ ΑΙΡΕΣΕΩΝ.

HERMOTIMVS, SIVE DE SECTIS.

Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

Hic dialogus didacticus est. Disputat autem de sectis philosophorum, quænam optima sit, & ad felicitatem, quam omnes promittunt, certissimè ducat. Et quia impossibile apparet, ex tam multis, tamq; diuersa sentientibus, quid optimum atque verissimum sit, eligere: tandem concluditur, satius esse non philosophari, quàm frustra ætatem ac operam in eo quod assequi nequeas, consumere. Series dialogi ita se habet. Occasio & exordium ab incessu & habitu Hermotimi Stoicæ philosophiæ sectatoris sumitur: qui quoniam viginti iam annos perpetuos, philosophos audierat, neque tamen adhuc mediam ad virtutem viam superauerat, disputationi occasionem & materiam subministrat. Prima igitur quæstio tractatur, quanto omnino tempore opus sit ad virtutem & felicitatem consequendam, Luciano longitudinem illius vt nimiam accusante, Hermotimo autē contrà præmia & mercedem tanti laboris opponente. Atque hoc disputationis proœmio, & quasi quadam sylua præmissa, mox ad principalem quæstionem venitur: puta quænam philosophorum secta certissima atque optima sit, & quomodo eadem deprehendi debeat. Ibi Hermotimus Stoicam præferens, eiusq; rei rationes quasdam non satis idoneas adhibens, à Luciano deridetur magis quàm confutatur. Idem autem mox totam hanc disputationem quasi de integro orditur. Ac primò quidē Virtutis icone quadam proposita, ostendit, cùm multi adeo sint qui viam ad illam polliceantur, in tam diuersa turba, tamq; graui causa, optimum & certissimum ducem quærendum atque eligendū esse. Quem cùm alter, ex Stoicis sumendum esse rursum diceret, eiusq; rei argumentum etiam hic non satis idoneum afferret, Lucianus, per prosopopœiam reliquorum philosophorum, seipsos immeritò causa indicta damnari, ac Stoicis istis recentioribus præponi querentium, apologiam subiungit, Hermotimumq; reprehendit, qui quos nunquam cognorit ac legerit, temere adeò damnet. Et hunc locum ita concludit, vt dicat, quoniam in incerto sit quænam philosophandi via alijs præferri debeat, omnes æquè relinquendas esse. Hinc varijs similitudinibus vtrinque res agitur, Hermotimo defendente Stoicam viam, & contendente apud vnum aliquem deprehensa veritate, non esse opus alios vltrà consulere: contrà autem opponente Luciano, sed apud vnum aliquem nondum inuentam ac deprehensam illam esse, & ob id pariter omnes perscrutandos & cognoscendos esse. Quo obtento, iam & de tempore agitur, quo ad cognoscendos omnes opus sit: quod tam longum præfinitur, vt impossibile videatur vel partem illorum etiam per omnem ætatem ab vno aliquo euolui atque cognosci posse. Rursum igitur quod suprà concluditur, quoniam impossibile sit omnes euoluere, & tamen idem necessarium, si veram viam ad virtutem deprehendere velis, satius esse in totum ab illis abstinere. Et hinc quoque ad similitudines deueniunt, Hermotimo contra hanc longitudinem temporis contendente, non esse necesse vt omnium omnia scripta euoluantur, sed ex parte cognosci ac iudicari totum posse: Luciano autem contrà negante, nisi si totum idem vniforme sit, & antea aliquando, quale sit, visum ac cognitum fuerit. Nam philosophiam ipsam non vnius generis esse, sed de multis ac diuersis rebus tractare. Post hæc idem alijs quoque argumentis ostendit difficultatem eligendi & iudicandi tum de ipsis vijs, tum de ducibus & præceptoribus. Deinde vt maximè de via & duce constet, inanem tamen ac vanam spem propositam esse: & hæc multis similitudinibus passim amplificantur. Postremò per fictionem concesso eo, vt Stoicorum optima via sit, testimonio ipsius Hermotimi comprobat, neminem adhuc illorum inuentum fuisse, qui, quod promitteret alijs, ipse præstitisset. Denique & mores & vitam illorum cum officio & affectu virtutis pugnare: quod & exemplo cuiusdam Stoici præceptoris confirmat. Concludit igitur philosophandum hoc pacto non esse: id quod mox Hermotimus facit, ex pœnitentia, priore vita atque habitu reiectis.

LVCIANVS.

Σον, ὦ Ερμότιμε, τὰ βιβλία ἐς τὴν τῶν βαδίσματος ἀσουδὴν τετμήκαμεν, ὡδὲ τὸν διδάσκαλον ἐπιγράψω ἔοικας. σινοίδας γοῦν τι μεταξὺ τῶν ἐγκάτων, καὶ τὰ χείλη διεσάλευες ἡρέμα ὑποτονθορύζων, καὶ τὴν χεῖρα ὧδε κἀκεῖσε μετέφερες, ὥσπερ τινὰ ῥῆσιν ὅτι σαυτῷ διαπτέμενος.

VAntum cùm ex codice, tum properandi studio coniecturam facere licet, Hermotime, ad præceptorem gradum maturanti similis esse videris. Volutas verò sedula agitatione inter progrediendum aliquid in animo, cùm ipsa labia commouere soleas sensim & tacitè submurmurando. Quinetiam ipsam manum iam in hanc iam in alteram partem transfers, quasi orationem aliquam apud te digeras.

Quæſtionem autem, aut alioqui ex obliquis illis captiunculis quiddam cõponis, aut etiam diſceptationẽ ſophiſticam cõminiſceris, ita vt neque per viam incedẽs otium agere ſuſtineas, verùm ſemper in negotio feruens & ſedulus, nunquam nõ quidpiam ſeriæ rei conficis, adeò vt itineris quoque laborem ad diſciplinarum exercitium referre ſoleas. HER. Sanè per Iouem Luciane, tale quiddã eſt quod dicis. Cõmodùm enim heſternæ diſputationis cõuerſationem, quęque ille ad nos diſſeruerat, ſingula recogitãdo inter eundum in memoriam reuocabam. Æquum verò eſſe opinor, ne quod tẽpus vacuum laboris temere & negligenter prætereamus, præſertim cùm nobis obſcurum nõ ſit, veriſſimum eſſe quod medicus dixit Hippocrates, nimirum hãc vitam anguſtis circunſcriptã eſſe terminis, ipſam verò artem infinitæ prolixitatis. Sed enim hoc ipſum ille de arte Medica protulit, quæ quidẽ res multo minore labore perdiſcitur: cæterùm philoſophia multo tẽpore haud ita comprehenſu facilis eſt, niſi quis ſumma vigilantia inconniuenter & perpetuò oculos habuerit in eam coniectos. Atqui neque de paruis rebus aut ludicris in periculum venimus. Aut enim oportet miſeram & ærumnoſam in promiſcua priuatorum multitudine ætatem agere, aut philoſophiæ ſtudiis excultum, vitã felicem degere. LVC. Enimuero ipſa præmia quæ dixiſti, ô Hermotime, admirationis plena ſunt, & quãtiuis pretij exiſtimanda. Porro opinor illa ipſa fermè te contigiſſe, neque ita procul à te eſſe ſepoſita, ſi quo modo fas eſt coniecturam facere ex temporis lõgitudine, quod in philoſophiæ ſtudiis perdiſcendis contriuiſti. Inſuper etiam ex labore, quem mihi non mediocrem iam olim impendiſſe viſus es. Quippe, ſi rectè commemini, hic fermè annus eſt vigeſimus ex quo te nihil aliud rei facere conſpexi, quàm præceptores frequentantem, & quamplurimum libris prono & obſtipo capite intentum, ad hæc diſſertationum philoſophicarum commentarios deſcribẽtem, ſemper diutinis curis & cogitationibus pallidum, & exucco corpore prorſus aridum, adeò vt ſomni quoque parciſſimus mihi viſus ſis. ea tua eſt in ſtudiis vrgendis frequentia & ſedulitas. Hæc itaque cùm mecum memoria repeterem, breui fore ſpeto, vt exoptatam felicitatem apprehẽdas: atque adeò, niſi nobis ignaris impoſueris, iamdudum cum illa conuerſatus es. HER. Vndénam hanc animo ſpem concipis ô Luciane, qui ad viam prolato iam primùm capite proſpicere incipio? Ipſa porrò virtus, ſi quid Heſiodo credimus, valde procul ſita eſt, ad quam pertingendam vt via eſt longa, ita non minùs ardua & aſpera, non parum ſudoris & laboris viatoribus exhibens.

A ἐρώτημα δὲ, ἢ τί τῶν Ἀχιλλέων στωμυλεῖς, ἢ σκέμμα σοφιστικὸν ἀναφερόμενος, ὡς μηδὲ ὁδῷ βαδίζων σχολὴν ἄγεις, ἀλλ' ἐνεργὸς εἶ, ἀεί τι ἀσυδαῖον περαίνων, ἢ ὁ τοῦ ὁδοῦ σοι γένοιτ' ἐν τοῖς μαθήμασι. ΕΡ. νὴ Δί', ὦ Λυκῖνε, ὁποῖόν τι. τὸν γὰρ ἐμαυτοῦ στωμυλίαν, ἢ ἃ εἶπε πρὸς ἡμᾶς, ἀνεπεμπαζόμην, ὅπως ἂν τῇ μνήμῃ ἔκαστα. χρὴ δὲ μηδένα καιρὸν, οἶμαι, παρίεναι, εἰδότας ὡς ὁ χρόνος τῷ Κρόνου ἰαμβεῖον εἴρηκεν, ὡς ἄρα Βραχὺς μὲν ὁ βίος, μακρὴ δὲ ἡ τέχνη. καίτοι ἐκεῖνος ἰατρικῆς πέρι ταῦτ' ἔλεγεν, ὑμᾶς δὲ τοῦ

B πράγματος· Φιλοσοφία δὲ ἡ μακρὰ τῷ γέροντι ἀνέφικτος, ἵν' μὴ πόνου τις ἐγκηδόρους ἀτενὲς ἀεὶ καὶ γοργὸν ἀποβλέπῃ ἐς αὐτήν· ἐν ὀλίγῳ δὲ κινδυνεύομεν ἢ περὶ μικρῶν, ἢ ἄθλιον τὴν ἐν τοῖς πολλοῖς τῶν ἰδιωτῶν συρφετὸν ἀποδρᾶναι, ἢ βιαίως ἀναγκασθῆναι φιλοσοφήσαντα. ΛΥ. Καὶ μὴν ἆθλα ὦ Ἑρμότιμε, θαυμάσια, ἤλίκα εἴρηκας. οἶμαι γε μὴν ἤδη πόρρω σε εἶναι αὐτῶν, εἴ γε χρὴ εἰκάζειν τοῦ τε χρόνου ὁπόσον φιλοσοφεῖς, ἐκ τοῦ πρὸ τοῦ πόνου οἷον μοι δοκεῖ μέτριον οὐκ πολλοῦ ἤδη ἐλλεῖπον δοκεῖς. εἰ

C γάρ τι μέμνημαι, σχεδὸν εἴκοσιν ἔτη ταῦτά ἐστιν, ἀφ' ὧν σε οὐδὲν ἄλλο ποιοῦντα ἑώρακα, ἢ πρὸς τοὺς διδασκάλους φοιτῶντα, καὶ ὡς τὸ πολὺ ἐς βιβλίον ὑπικεκυφότα, ἐκ τῶν μνήματα τῶν συγγραφέων ἀποχαράττοντα, ὡς χρὸν ἀεὶ τὸν φερομένων, καὶ τὸ σῶμα κατεσκληκότα. δοκεῖς δέ μοι ἀλλ' οὐδὲ ὁπόταν ποτὲ λούεσθαι σαυτὸν, οὕτως ὅλως ἐν τοῖς πράγμασι. ταῦτ' οὖν σκοπουμένῳ μοι, φαίνῃ οὐκ ἐς μακρὰν ὑπολήψεσθαι τῆς δυσμενείας, εἴ τε μὴ λέληθας ἡμᾶς ἐκ πάλαι αὐ-

D τῇ σιωπῶν. ΕΡ. πόθεν ὦ Λυκῖνε, ὡς νῦν ἀρχόμενῳ προσκόπτειν ἐς τὴν ὁδὸν, ἡλί Ἀρετῆ πόλυ πόρρω κεῖται τοῦ Ἡσιόδου οἰκεῖ, καὶ ἔστιν ὁ οἶμος ἐπ' αὐτὴν μακρός τε καὶ ὄρθιος, καὶ τραχὺς, ἱδρῶτα οὐκ ὀλίγον ἔχων τοῖς ὁδοιπόροις;

ΛΥ. οὐχ

ΛΥ. ἀχ ἱκανὰ οὔω ἵδρωταί σοι ὦ Ερμότιμε, Ⓒ ὁδοιπορηται; ΕΡ. ἀ, φημί. οὐδὲν γὰρ ἐκωλύε με πανυδαίμονα εἶναι, ὁπότ' ἐπ' ἄκρῳ γενόμενον. ὃ γὰρ νῦν, ἀρχόμεθα ἐπὶ ὦ Λυκῖνε. ΛΥΚ. ἀλλὰ τὰ γε ἀρχὰ ὁ αὐτὸς οὗτος Ησίοδος ἥμισυ τοῦ παντὸς ἔφη εἶναι), ὥστε κὴ μέσην τὰ ὁδὸν εἶναί σε ἤδη λέγοντες, οὐκ ἀμάρτοιμεν. ΕΡΜ. οὐδ' ἐπὶ τοῦτο οὐδὲ τοῦτο πάμπολυ γὰρ ἂν ἡμῖν λοιποῦ. ΛΥ. ἀλλὰ πῶς γάρ σε φαίμεν τῆς ὁδοῦ τυγχάνειν ὄντα; ΕΡ. ἐν τῇ καταφορείᾳ κάτω ἔτι, ὦ Λυκῖνε, ἀρτίπους βαίνειν διαζόμενον, ὀλισθηρὰ δὲ, καὶ τραχεῖα, καὶ δεῖ χειρὸς ὀρέγοντος. ΛΥ. οὐκοῦν ὁ διδάσκαλος σοι τοῦτο ἱκανὸς ποιῆσαι, ἀνύσαντα ἐκ τοῦ ἄκρου καθάπερ ὁ τοῦ Ομήρου Ζεὺς, χρυσῆν τινα σειρὰν καθιεὶς, ταῖς αὐτοῦ λόγοις, ὑφ' ὧν σε αἰσθάνομαι δηλαδὴ, καὶ ἀνακουφίζειν ποτὲ αὐτόν τε Ⓒ τὰ ἀρετὰ αὐτὸς ποτὲ πολλοῦ αἰσθόμενος. ΕΡ. αὐτὸ ἔφηθα, ὦ Λυκῖνε, ὃ γιγνόμενον. ὅσῳ γοῦν ἐπ' ἐκείνῳ πάλαι ἀνεπαύσαμεν αὐτῷ, καὶ σιωπῶν ἀνέχεις· ὃ δ' ἐμὸν, ἔτι ὀκνῶ. ΛΥ. ἀλλὰ θαῤῥεῖν χρὴ, καὶ θυμὸν ἔχειν ἀγαθὸν, ἐς ὃ τέλος τὰ ὁδοῦ ὁρώντα, Ⓒ τὰ ἄνω εὐδαιμονίαν, καὶ μάλιστα ἐκείνου συμποθοῦντος. πάνυ δηλά τινα σοι ἐλπίδα ἐπιφαίνει, ὡς δή ποτε ἀναβησόμενος; ἐς νέωτα εἶπας ἔοικεν ὅτι ἄκρον ἔσεσθαί σε, οἷς μετὰ τὰ μυστήρια τὰ ἄλλα, ἢ Παναθήναια; ΕΡ. ὀλίγον φῄς, ὦ Λυκῖνε. ΛΥ. ἀλλ' ἐς τὴν ἑξῆς Ολυμπιάδα. ΕΡ. καὶ τοῦτο ὀλίγον ὡς ποτὲ ἀρετῆς ἄσκησιν, καὶ εὐδαιμονίας κτῆσιν. ΛΥ. μετὰ δύο μὲν δὴ Ολυμπιάδας πάντως. ἢ πολλοῦ γ' ἂν ὑμᾶς ῥᾳθυμίαν κατάγνοίη τις, εἰ μηδὲ ὅσον τοσούτῳ χρόνῳ διώσεσθε, ὅσον τις ἀπὸ Ηρακλείων στηλῶν εἰς Ινδοὺς ἀπελθεῖν, εἶτ' ἐπανελθεῖν ῥᾴδιον, εἰ Ⓒ μὴ διὰ, μηδ' ἀεὶ βαδίζοι τις, ἀλλ' ὅτε ἔξω μέσου ἑστῶσι ποτὲ πλανώμενος. καίτοι πόσῳ τινὶ ἐλάᾳ ὑψηλοτέραν καὶ λιπαροτέραν φαῦλον εἶναι τὴν ἄκραν, ἐφ' ἧς ὑμῖν ἡ ἀρετὴ οἰκεῖ, τῆς Ἀόρνου ἐκείνης,

A LVC. Ergo nondum satis tibi sudatum est, neque satis confectum itineris? HERM. Mihi quidem non videtur: nihil enim præpedimento mihi esse viderem, quominus per omnia felix essem, si vnquam mihi concessum fuisset in summo fastigio consistere: nunc verò Luciane tantùm adhuc incipio. LVC. Atqui principium ille ipse Hesiodus dimidium totius esse dixit. Itaque si iuxta medium te ingressum esse dixerimus, fortasse nō multum à vero aberrabimus. HER. Nullo modo ne hoc quidem dixeris, quantumuis multum nobis confectum sit. LVC. Proinde vbi tandem in B itinere te constitutum esse rectè dixerimus? HER. In ipso montis radice consistentem, ô Luciane, modò porrò ire conantem. Est verò omnino via lubrica & aspera, ac planè eo opus est, qui manu protensa ascendentem subleuet. LVC. Nunquid igitur præceptor tuus ad hoc tibi satis idoneus est, quemadmodum Iupiter Homericus, catenam quandam auream, ex summo demittens, suas ipsius orationes opinor, quibus te videlicet subductum, cùm ad se, tum ad Virtutem subleuare queat, præsertim cùm ipse multo C antè ascenderit? HER. Hoc ipsum profectò Luciane quod dixisti, à præceptore sedulò factum est. Etenim quantum ad illius operam attinet, iam olim subductus sum, & cum illis conuersationem habui: quantum verò ad me attinet, nondum ascendi. LVC. Atqui bonum animum habere oportet, optima spe mente concepta, ad itineris finem & felicitatem in summo propositam conspicientem, maximè verò illo animosis inclamationibus cohortante & inclamante. Veruntamen valde scire velim, quænam spes ab illo tibi ostensa sit superato iam cacumi- D ne: an mox futurum coniectandum sit, te in summo fore post mysteria, aut omnino post Panathenæa? HERMOTI. Perexiguum est quod dicis, Luciane. LVCIAN. An post quinquennium iam subsequens? HERM. Et hoc quidem modicum est cùm ad virtutem exercendam, tum ad felicitatis possessionem consequendam. LVCIAN. Proinde ad summum post decennium: nisi extremè pigri & lenti haberi velitis, cùm neque tanto tempore ad virtutis fastigium ascendere queatis, quanto vnus aliquis ter à columnis Herculeis ad Indos vsque haud difficulter ire atque redire possit, si non rectà aut citra intermissionem perpetua profectione iter faceret, verùm apud populos iacentes in medio pauliſper commoratus oberraret. Et quonam modo tandem credibile est, petram supra quam vobis Virtus habitare creditur, altiorē decliuioremque esse illa Aorna Indica,

quæ paucis in diebus ab Alexandro ſumma vi euerſa eſt funditus? HERM. Diſſimile prorſus eſt quod adfers ô Luciane: neque enim eadem res eſt quam tu confingis, quæ tam in exiguo temporis ſpatio confici aut capi queat, non ſi infiniti Alexandri ad vnum omnes ſuas vires coniunxerint: quoniam multi qui conſcendere moliebantur, fuerunt: iam verò non parum multi valde forti aſcendunt animo, & proficiunt partim quidem non nimiùm, partim verò altiùs. Cæterùm vbi medium itineris iam attigerint, multis perplexi difficultatibus, protinus omnia faſtidiunt, & reuertuntur grauiter anhelantes, multóque ſudore perfluentes, itineris laboribus abſterriti. Quicunque autem omnibus gnauiter ſuperatis incommodis & diſcriminibus, in finem vſque animosè perdurauerint, illi tandem ad faſtigium vſque conſcendunt, & ex illo felices facti, vitam quandam admirandam per reliquam ætatem exigunt, alios quidem mortalium non ſecus atque formicas è ſublimi contemplantes. LVC. Papæ ô Hermotime! quantulos homunciones nos eſſe oſtendis, qui neque Pygmæis quidem ipſis nos conferre dignaris, ſed in totum humi repentes, in cauernis tertæ degere confingis? Non iniuria alta & quæ ſurſum ſunt, ſapis. Nos verò infimæ plebeculæ extrema fex, & quotquot per humum repentes ſumus, poſt deos etiam vos ſupplicibus votis deueneramur in alto conſtitutos, animúmque properandi addentes conſcendentibus. HERMOTIMVS. Vtinam ſaltem aſcendendi facultas vnquam nobis daretur! verùm multum adhuc viæ conficiendæ ſupereſt. LVCIAN. At tu nondum expoſuiſti quanto temporis ſpatio opus ſit vt in complexu virtutis interquieſcas. HERM. Neque ipſe admodum hoc ipſum exactè calleo ô Luciane: opinor tamen non minùs viginti annis peropus eſſe, quibus exactis omnino me in ſummo faſtigio futurum eſſe confido. LVCIAN. O Hercules, perlongum eſt quod dicis. HER. Siquidem de maximis rebus nobis labor eſt propoſitus. LVCIA. Fortaſſe illud verum eſſe non valde negauerim. Quòd autem viginti annos adhuc victurus ſis, quonam modo præceptor tuus certum te reddidit, nedum ſapiens exiſtens, verùm etiam fatidico ſpiritu præditus, aut vnus ex illis qui Chaldaica diſciplina ſunt imbuti? Aiunt itaque & hæc ſciri poſſe: neque enim veriſimile eſt, adeóque iniquum eſſet,

A ἰὼ ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν Ἀλέξανδρος κτ̣ χεάτος εἶλεν; ΕΡΜ. οὐδὲν ὅμοιον, ὦ Λυκῖνε, οὐδ' ἔστι τὸ πεᾶγμα τοιοῦτον, οἷ σὺ εἰκάζεις, ὡς ὀλίγῳ χεόνῳ κατεργασθῆναι, ἢ ἁλῶναι, οὐδ' ἂν μύριοι Ἀλέξανδροι πᾶσι βάλωσιν, ἐπεὶ πολλοὶ μὲν οἱ αἰωροῦντες ἤσθμηνῶν δὲ ὠὐέρχονται μὴν οὐκ ὀλίγοι μάλα ἐρρωμένως, καὶ πεοσέρχονται ὅτι ποσόν, οἱ μὲν, ὅτι πόῤῥω ὀλίγου, οἱ δὲ, ὅτι πλέον. ἐπειδὰν δὲ κτ̣ μέσην τὴν ὁδὸν γένωνται, πολλοῖς τοῖς ἀπόροις καὶ δυσχερέσιν συντυγχάνοντες, ἀποδυσπετοῦσί τε, καὶ ἀναστρέφονται,
B ἀσθμαίνοντες, καὶ ἱδρῶτι ῥεόμενοι, οὐ φέροντες τὸν κάματον. ὅσοι δ' ἂν εἰς τέλος ἀφικαρτερήσωσιν, οὗτοι πεὸς τὸ ἄκρον ἀφικνοῦνται, καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου, εὐδαιμονέσι θαυμάσιόν τινα βίον τὸν λοιπὸν βιοῦντες, οἷ, μύρμηκας ἀπὸ τοῦ ὕψους ὑποσκοποῦντές τινας τοὺς ἄλλους. ΛΥΚΙΝ. παπαῖ, ὦ Ἑρμότιμε, ἡλίκους ἡμᾶς ἀποφαίνεις. οὐδὲ κτ̣ τοὺς Πυγμαίους ἐκείνους, ἀλλὰ χαμαὶ πανταπάσιν ἐν χεῷ τῆς γῆς. εἰκότως. ὑψηλὰ γὰρ ἤδη φρονῆς, καὶ ἀνωθεν· ἡμεῖς δὲ ὁ συρ-
C φετὸς, καὶ ὅσοι χαμαὶ ἐρχόμενοι ἐσμὲν, μετὰ τοὺς θεοὺς καὶ ὑμᾶς πεοσευξόμεθα ὑπερνεφέλους γενομένους, καὶ αἰωρουμένους οἱ πάλαι ἀπεύδετε. ΕΡΜΟΤ. εἰ γὰρ γένοιτο καὶ ἀνελθεῖν, ὦ Λυκῖνε. ἀλλὰ πάμπολυ τὸ λοιπόν. ΛΥΚΙΝ. ὅμως οὐκ ἔφθασα ὀπόσον, ὡς χρόνῳ πεοσαλφῶν. ΕΡΜΟΤ. οὐδ' αὐτὸς γὰρ οἶδα, ὦ Λυκῖνε, πάνυ ἀκριβές. εἰκάζω μέντοι οὐ πλείω τῶν εἴκοσιν ἐτῶν ἔσεσθαι, μὲθ' ἃ πάντως που καὶ ὅτι τᾷ ἄκρᾳ
D ἐσόμεθα. ΛΥΚΙΝ. Ἡράκλες, πολὺ λέγεις. ΕΡΜΟΤΙΜΟΣ. καὶ γὰρ πεὶ μεγίστων ὦ Λυκῖνε οἱ πόνοι. ΛΥΚΙΝΟΣ. τοιγὰρ μέντοι ἴσως ἀληθές. τοσοῦτ' δὲ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν, ὅτι βιώσῃ τοσαῦτα, πότερον ὁ διδάσκαλός σου καθυπέσχετο, οὐ μόνον σοφὸς, ἀλλὰ καὶ μαντικὸς ὤν, ἢ χρησμολόγος τις, ἢ ὅσοι τᾶς Χαλδαίων μεθόδοις ἐπίστανται; Φασὶ γοῦν εἰδέναι τὰ τοιαῦτα. οὐ γὰρ δή σέ γε εἰκὸς, ὅτι τᾷ ἀδήλῳ,

εἰ βιώσῃ μέλλει ποθὸς τὴν ἀρετὴν, ποσού-
τους πόνους ἀνέχεσθαι, καὶ παλαιπωρῆν νύ-
κτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, οὐκ εἰδότα εἴ σε πλη-
σίον ἤδη τῆ ἄκρᾳ γιγόμενον, ὃ χρεὼν ὄπι-
σθεν, καθαιρήσῃ λαβόμενον τῆς ποδὸς, ὀξὺ
ἀτελοῦς τῆς ἐλπίδος. ΕΡ. ἄπαγε. δύσφη-
μα γὰρ ταῦτα, ὦ Λυκῖνε. ἀλλ' εἴη βιῶναι, ὡς
μίαν γοῦν ἡμέραν εὐδαιμονήσω, σοφὸς γιγό-
μενος. ΛΥ. καὶ ἱκανή σοι αὕτη τῶν τοσούτων
καμάτων ἡ μία ἡμέρα; ΕΡΜ. ἐμοὶ μὲν οὐκ
ἀκαιρότατον ὁπόσον ἱκανόν. ΛΥ. τὰ δὲ δὴ αὖθις
ὅτι εὐδαίμονα, καὶ τοιαῦτα, ὡς πόρρω χρὴ
ὑπομεῖναι δι' αὐτά, πόθεν ἔχεις εἰδέναι; ἢ γὰρ
δὴ αὐτός πω ἀνελήλυθας. ΕΡΜ. ἀλλὰ τῷ
διδασκάλῳ πιστεύω λέγοντι· ὁ δὲ πόρρω οἶ-
δεν, ἅτε ἀκρότατος ἤδη ὤν. ΛΥ. ἔλεγε δὲ
ποθὲν θεῶν, ποῖα τὰ περὶ αὐτῶν, ἢ τινα τὴν
εὐδαιμονίαν εἶναι τὴν ἐκεῖ· ἢ που τινὰ πλοῦ-
τον, καὶ δόξαν, καὶ ἡδονὰς αὐτοσχεδιάστους; ΕΡ.
εὐφήμει, ὦ ἑταῖρε. οὐδὲν γάρ ὅτι ταῦτα, πρὸς
τὸν γε τῇ ἀρετῇ βίον. ΛΥ. ἀλλὰ τίνα φησὶ
ταγαθὰ, εἰ μὴ ταῦτα ἔξειν ποθὲν ὁ τέλος τῆς
ἀσκήσεως ἐληλυθώς; ΕΡ. σοφίαν, καὶ μεγα-
λοψυχίαν, καὶ τὸ καλὸν αὐτὸ, καὶ τὸ δίκαιον, καὶ
τὸ πόρρω ὑπῆρθαι βεβαίως πεπεισμένον,
ἢ ἕνεκα ἔχει. πλούτους δὲ, καὶ δόξας, καὶ ἡδο-
νὰς, καὶ ὅσα τοῦ σώματος, πόρρω ταῦτα κάτω
ἀφῆκε, καὶ ἀποδυσάμενος, διέρχεται, ὡς-
περ φασὶ τὸν Ἡρακλέα ἐν τῇ Οἴτῃ καθα-
ναῦσαντα, θεὸν γενέσθαι. καὶ γὰρ ἐκεῖνος
ἀποβαλὼν ὁπόσον αὐθρώπειον εἶχε παρὰ
τῆς μητρὸς, καὶ καθαρὸν τε, καὶ ἀκήρατον
φέρων τὸ θεῖον, ἀνέπλασε ἐς τοὺς θεοὺς διυκρι-
νηθὲν ἐκεῖ τὸ πυρός. καὶ ἔτι δὴ ἐκεῖ φιλοσο-
φίας, ὥσπερ ἐκεῖνος πυρὸς, ἀπόρρητα ταῦτα
παρελθόντες, ἃ τοῖς ἄλλοις θαυμαστὰ εἶ-
δοχεῖ, ἐκ ὀρθῶς δοξάζουσιν, ἀνελθόντες ὅτι τὸ
ἄκρον, εὐδαιμονοῦσι, πλούτου, καὶ δόξης, καὶ ἡ-

A vt tu vitæ tuæ incertus, num vnquam in humanis agens virtutem amplexurus sis, tantos labores temere susciperes, tot perpessis diu noctúque difficultatibus, præcipuè verò cùm prorsus ignores num in propinquo summitatis te cõsistentem imminens Parca pede correptum, atque ab omni spe potiundæ virtutis deiectum, deorsum detractura sit. HER. Apage ista, quippe nefas & irreligiosum est talia loqui ô Luciane. Atqui abundè sat est si vnicam tantùm diecuculam sapiens factus, felicitate illa perfruar. LVC. Ergo pro tantis exantlatis laboribus vnius dieculæ spatium tibi satis esse videtur? HER. Mihi equidem B breuissimum etiam tempusculum satis est. LVC. Cæterùm illam supernè contingendam felicitatem, cuiusmodinam sit, cuius gratia dignum existimas nihil non perferendum esse, vndénam habes perspectam & cognitam? neque enim ipse vnquam in virtutis vsque cacumen ascendisti. HERM. At ego præceptori differenti fidem habere soleo, cui hæc ad vnguem explorata esse dubium non est, cùm præ omnibus sit in summo virtutis fastigio excelsissimus. C LVC. Dic verò per Deos, qualiánam illic esse, aut cuiusmodi tandem felicitatem gnauiter ascendentes manere affirmabat? Nunquid confertas diuitias? an dignitatem & gloriam? aut voluptates quaspiam non æstimandas? HERMOTIMVS. Bona verba ô amice: neque enim hæc quicquam faciunt ad vitam virtuti vacantem. LVCIAN. Quæ igitur sunt illa bona, si ne hæc quidem hi qui ad exercitij finem deuenerunt, habituri sunt? HERM. Sapientiam, animi magnitudinem, ipsiúsque honesti & iusti pretium, præterea autem omnium rerum exactam & absolutam cognitionem, certò & constanter persuasum nihil sapientem desideraturum. Porrò diuitias, dignitates, voluptates, & cætera quęcunque sunt corporis, hæc inquam in vniuersum infrà relinquit: quibus exutis & abiectis, omni euicta difficultate in summitatem emergit, non secus atque Herculem in Oeta monte combustum, ad Deos migrasse tradunt, & ipsum deum factum. Etenim ille cùm à se abiecisset quicquid à matre humani atque mortalis cõtractum acceperat, seruata pura & incorrupta diuinitate, probè priùs extructę pyræ incendio purgatus, in cœlum subuolasse creditur. Ad hunc modum illi quoque philosophię opera & adminiculo tanquam igni quodam perpurgati, omnibus illis recisis, & à se amputatis, quę vulgi animis digna pretio & admiratione videntur, parum recto & sano vtentis iudicio, conscenso cacumine felicem & beatam degunt vitam, diuitiarum, dignitatum & vo-

luptatum ne memores quidem ampliùs è ſublimi deridentes eos potiùs à quibus hæc alicuius momenti eſſe ducuntur. LVC. Ita ſanè per Herculem Oetęum Hermotime, eſt quędam animi excellentia, magnitudóque & felicitas, quę penes ipſos eſt. Cæterùm hoc mihi quæſo ediſſere, an nunquam è faſtigio illo Virtutis, vbi velint, regrediantur poſtliminio, rebus quas à tergo reliquerunt, vſuri? An omnino neceſſarium eſt ſemel delatos in verticem, ibidem perpetuam vitam agere, cum ipſa virtute ſuauiter conuerſantes, medio vngue oſtenſis diuitiis, honoribus & voluptatibus? HER. Non ſolum hoc illis liberum eſſe ſcias ô Luciane, ſed quencunque virtute conſummatum conſpexeris, eundem neque iracundiæ, neque timori, neque vllis concupiſcentiis turpiter deditum eſſe aut ſeruire putato. Non, ſi rebus inſigniter dubiis iactetur, aut triſtitia affectus fuerit, vllum animo dolorem concipit. LVC. Sedenim ſi fas foret me nihil reueritum veritatem proloqui: verùm ſatius eſſe opinor, optabiliora & iucundiora afferre in medium, neque religioſum eſſe accuratiore indagine ea perquirere quæ fiunt à ſapientibus. HER. Nequaquam: imò quicquid habes, audacter dicito. LVC. Vide mi amice, quã omnibus modis ad dicendũ pigrè & cunctanter affectus ſim. HER. Atqui nihil eſt ô generoſe, quod apud me ſolũ dicere reformides. LVC. Enimuero alia omnia quæ dixiſti, Hermotime, haud difficulter perſuaſus, ita ſe habere credidi, nimirum ſapientes eſſe philoſophos, & magno animo præditos, neque non æqui ſeruantes. Et mehercule non mediocrem tua oratione perſenſi dulcedinem. At vbi eoſdem affirmabas & diuitiarum contemptores, atqueetiam dignitatis & voluptatum negligentes eſſe, neque moueri iracundia, neque triſtitia conturbari: non potui (ſoli enim ſumus) non vehemẽter addubitare, cùm in mentem ea mihi venirent, quæ non multo antè videbam fieri. Atque enim ſi placet, producam quendam, & ſi hoc nõ parum tibi eſſe videtur, etiam nullo edito nomine. HER. Nunquam facias, verùm nominatim perſtringe eundem, quicunque tandem fuerit. LVC. Ille ipſe præceptor tuus, vir cùm aliàs quidem venerandus, tum ætate penè confecta. HER. Quid igitur ſe indignum admiſit ſceleris? LVC. Hoſpitem illum Heracleotem, qui multo iam tempore in iiſdem philoſophiæ ſtudiis diſcipulus eius fuit, flauicomum & contentioſũ illum nouiſti? HER. Noui quem dicis: Dioni, ni fallor, illi nomen eſt.

A δοκῶν ἀλλ' οὐδὲ μεμνημένοι ἔτι, καταγελῶντες δὲ τῶν οἰομένων ταῦτ' εἶ). ΛΥ. νὴ τὸν Ηρακλέα, ὦ Ερμότιμε, τὸν ἐν Οἴτῃ, ἀόρατα καὶ διδάγματα λέγῃς τοῦτ' αὐτῶν, πλὴν ἀλλὰ τό γε μοι εἰπέ, καὶ κατέρχονταί ποτε ἐκ τῆς ἄκρας, ἵν' ἐθελήσωσι χρησόμενοι τοῖς κάτω, ἢ καταλελοίπασιν; ἢ ἀνάγκη ἅπαξ ἀνελθόντας αὖθις μένειν, καὶ στρωτῆναι τῇ ἀρετῇ, πλούτου τε καὶ δόξης καὶ ἡδονῶν καταγελῶντας; ΕΡΜ. οὐ μόνον τοῦτο, ὦ Λυκῖνε· ἀλλ' ὃς ἂν ἀπελεαθῇ τοσοῦτος ἀρετῆς, οὔτε ὀργῇ, οὔτε
B τε φόβῳ, οὔτ' ἐπιθυμίας ὁ τοιοῦτος ἂν δουλεύῃ· οὐδ' ἂν λυποῖτο, οὐδὲ ὅλως πάθος ἐπὶ τοιοῦτον πάθοι ἄν. ΛΥΚΙΝ. τί μοι εἶπέ με δεῖ, μηδὲν ὀκνήσαντα, εἰπεῖν παλῃδὲς, ἀλλ' ἀφημεῖν χρὴ οἷμαι, μηδ' ὅσιον εἶ) ἀξετάζειν τὰ τοῦ σοφοῦ γιγνόμενα. ΕΡΜΟΤΙΜ. μηδαμῶς, ἀλλ' εἰπὲ ὅ,τι καὶ λέγῃς. ΛΥΚΙΝΟΣ. ὅσα, ὦ ἑταῖρε, ὡς ἔγωγε, καὶ πάνυ ὀκνῶ. ΕΡΜΟΤ. ἀλλὰ μὴ ὄκνει, ὦ γλυκύτατε, τοσοῦτο μόνον ἐμὲ λέγων. ΛΥ-
C ΚΙΝΟΣ. τὰ μὲν τοίνυν ἄλλα, ὦ Ερμότιμε, διηγουμένῳ σοι πρεπόμην, καὶ ὑπέρφρον οὕτως ἔχειν, σοφούς τε γίγνεσθαι αὐτούς, καὶ ἀνδρείους, καὶ δικαίους, καὶ πάλλα· καὶ πῶς ἀκολουθοίμην τοῖς λόγοις. ὁπότε δὲ καὶ πλούτων ἔφασκε καταφρονεῖν σφᾶς, καὶ δόξης, καὶ ἡδονῶν, καὶ μήτε ὀργίζεσθαι, μήτε λυπεῖσθαι, πόθεν ἐγὼ ταῦτα (μόνος γὰρ ἐσμὲν) ἐπέστευον, ἀναμνησθεὶς ἃ πρότερον εἶδον ποιοῦντα. βούλει φῶ τινα; ἢ ἰκανὸν καὶ δοῦναι τῷ ὀνόματος; ΕΡ. μηδαμῶς, ἀλλὰ καὶ τοῦτο εἰπέ,
D ὅστις ἐστί. ΛΥ. διδάσκαλος αὐτοῖς τοῦτ' ὁ σὸς, ἀνὴρ ταῦτ' ἄλλα αἰδοῦς ἄξιος, καὶ γέρων ἤδη ἐς τὸ ὕστατον. ΕΡ. τί οὖν δὴ ἐποίει; ΛΥΚΙΝ. τὸν ξένον οἶσθα τὸν Ηρακλεωτῶν, ὃς ἐκ πολλοῦ συνεφιλοσόφει αὐτῷ, μαθητὴς ὤν, τὸν ξανθὸν, τὸν ἐριστικόν; ΕΡΜ. οἶδα ὃν λέγῃς· Δίωνα αὐτῷ τοὔνομα.

ΛΥ. σκῆνον αὐτὸν, ἐπεὶ τὸν μισθὸν, οἷμαι, μὴ ἀπεδίδου τῷ χαλκῷ, ἀπήγαγε πρὸ τοῦ τὸν ἄρχοντα ἔναγχος, πρόδηλος γε αὐτῷ δοὺς τὸν τράχηλον, καὶ ἔβοα, καὶ ὠρύετο, καὶ εἰ μὴ τῶν συνήθων τινὲς ἐν μέσῳ γενόμενοι, ἀφεῖλον τὸν νεανίσκον ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ, οὐ ἴσθι, πρεσβύτης ὢν, ἀπέπραξε ἂν αὐτοῦ τὸ ῥῖνα ὁ ἥρως, ὅπως ἠγανάκτει. ΕΡΜ. πονηρὸς γὰρ ἀεὶ σκῆνος, καὶ ἀγνώμων, ὦ Λυκῖνε, πρὸς τὰς ἀποδόσεις· ἐπεὶ τοὺς γε ἄλλους, οἷς δανείζῃ, πολλοὺς ὄντας, οὐδέν τοιοῦτό πω ἐδυστύχησεν· ἀποδίδασι γὰρ αὐτῷ τῷ χαλκῷ τοὺς τόκους. ΛΥ. τί δὲ, ἂν μὴ ἀποδιδῶσιν, ὦ μακάριε, μέλῃ τι αὐτῷ, καθαρεύοντι ἤδη ὑπὸ φιλοσοφίας, καὶ μηκέτι τῶν ἐν τῇ Οἴτῃ καταλελειμμένων δεομένῳ; ΕΡΜ. οἴει γὰρ ὅτι ἑαυτοῦ χάριν σκῆνος πρὸς τοιαῦτα ἐκπονήσασθαι; ἀλλ' ἔστιν αὐτῷ παιδία νεογνὰ, ὧν κήδεται, μὴ ἐν ἀπορίᾳ καταβιώσωσι. ΛΥ. δέον, ὦ Ἑρμότιμε, ἀναγαγεῖν κἀκεῖνα ὅτι τοῦ ἀρετοῦ, ὡς συνωφελημένοιεν αὐτῷ, πλούτου καταφρονοῦντα. ΕΡΜ. ὃ χολήμοι, ὦ Λυκῖνε, περὶ τούτων διαλέγεσθαί σοι. παύσω γὰρ ἤδη ἀκροάσασθαι αὐτοῦ, μὴ καὶ λάθω τελέως ἀπολειφθείς. ΛΥ. θαῤῥεῖ, ὦ γαθέ. ὀλίγον γὰρ σχεδία ἐπήλεται· ὥστε ἐγὼ ἀφίημί σοι ὅσον ἔτι λοιπὸν τῆς ὁδοῦ. ΕΡ. πῶς λέγεις; ΛΥ. ὅτι σὺ τῷ παρόντι οὐκ αὖ ἴδοις αὐτὸν, εἴγε χρὴ πιστεύειν τῷ προγράμματι· πινάκιον γάρ τι σκρέμαται ἐπὶ τῇ πυλῶνος, μεγάλοις γράμμασι λέγον, τήμερον ὑ συμφιλοσοφεῖν. ἐλέγετο δὲ πρὸ Εὐκράτει, τῷ πάνυ, διαπνήσας χθὲς, γενέθλια θυσάσῃς ἑστιῶντι, πολλά τε συμφιλοσοφήσας ἐν τῷ συμποσίῳ, καὶ πρὸς Εὐθύδημον τὸν ἐκ τῆς Περιπάτου παροξυνθῆναί τι, καὶ ἀμφισβητῆσαι αὐτῷ, περὶ ὧν σκῆνοι εἰώθασιν αὐτοπλέκειν τοῖς ἀπὸ τῆς Στοᾶς. ὑπό τε αὖ τῆς κραυγῆς, πονήρως τὴν κεφαλὴν διατεθῆναι, ἕως ἱδρῶσαι μάλα πολλὰ ἐς μέσας νύκτας, ἀποκαθείσης, ὡς φασι, τῆς συνουσίας.

A LVC. Illum ipsum dico: proinde cùm fortasse non reddidisset illi mercedem in tempore, ad prætorem paulò antè rapuit miserum, pallio eius collo iniecto vociferans & excandescens admodum: & nisi è familiaribus quidam è manibus furiosi adolescentem eripuissent, qui forte fortuna ei rei interfuerant, periculum erat ne nares misero mordicus auulsisset senex: adeò impotenter debacchabatur incensus iracundia. HER. Semper quidem & alias durus & implacabilis esse consueuit, si quis non in tempore pactam mercedem, Luciane, numeret: nunquam tamen aduersus illos non paucos, quibus B vsuræ pendendæ gratia mutuò dedit vtendam pecuniam, quicquam tale designauit: siquidem ad præscriptum tempus præsentaria pecunia semper reddunt fœnora. LVCIA. Quid? sũtne ô beate, qui illi pendant fœnora? An dum etiam illi à philosophia diligentissimè perpurgato, earum rerum faciendarum cura est, quibus in Oeta relictis nihil opus habet? HER. Equidem hæc sui gratia, vt tu fortasse falso suspicaris, nõ facit, sed sunt illi infantes pueri, quorum, ne olim pressi inopia grauiter egeant, curam habere cogitur. LVC. Atqui conueniebat ô Hermotime, vt & illos ad Virtutem subduceret, quò communi cum illo felicitate posthabitis diuitiis vnà fruerentur. HER. Non est mihi sanè hisce de rebus tecum disputandi otium Luciane: accelero enim vt ipsum iam audiam, ne per omnem ætatem in obscuro mihi delitescendum sit. LVC. Bono animo esto ô bone: quippe hodie à philosophicis commentationibus vacatio promulgata est. Itaque quod reliquum est itineris, tecũ vnà conficiam. HER. Quomodo dicis? LVC. In præsentia quidem ipsius tibi non dabitur videndi aut audiendi copia, si qua fides inscriptioni habenda est. Siquidem tabella quępiam prę foribus suspensa, literis maiusculis, in hunc loquebatur modum: Hodie philosophicis dissertationibus nõ vacabimus. Porrò tuum præceptorem apud Eucratem filię suę natalitia celebrantem hesterna nocte cœnitasse dicebant: multa præterea in sympo-sio super rebus philosophicis commentatum esse: ad hęc aduersus Euthydemum Peripateticum nonnihil exasperatum esse, susceptа cum eo ipso his de rebus contentione, pro quibus nunquamnon cum Stoicis digladiari solent Peripatetici. Prę nimia verò vociferatione, etiam capitis dolorem, & vehementem quidem contraxisse, & in multam vsque noctem sudasse, producta in longum disputatione.

Quin etiam iusto largiùs, vt arbitror, A poculis semet inuitauerat, cùm hi qui aderant, frequentiùs, vt par est, præbibentes, eũdem philotesiis prouocassent. Insuper in ipsa cœna immodestiori crapula quàm seni conuenerat, semetipsum onerauit, adeo vt domum reuersus multa cuomere cogeretur. Solas verò carnium portiunculas, quas puero à tergo assistenti in conuiuio adseruandas dederat, numeratas recepit, ne quem intromitteret, magnopere interminans. Hæc itaque è Mida famulo eius audiui, discipulis quibusdam commemorante, qui & ipsi, cùm illorum essent non pauci, domum regressi sunt. HER. Vter verò illorum Luciane, obtinuit victoriam, præceptor meus, an Euthydemus? Nunquid etiam tale quippiam Midam commemorantem inaudisti? LVC. Initiò quidem, Hermotime, aiebat illos penè per omnia fuisse pares, ipsum verò finem victoriæ tandem penes vos fuisse, ita vt senex longè fuerit in pugna superior: Euthydemum porrò incruentum haud quaquam abisse, nempe qui permagnum in capite inflictum vulnus haberet. Cùm enim immodicè esset arrogans & contentiosus, nec persuaderi vellet, neque seni se præ- C beret facilè redarguendum atque conuincendum, præceptor tuus ille vir optimus, eidem iuxtà accumbenti, inusitata magnitudine & pondere scyphum Nestoreum, quem fortè tenebat in manibus fortiter incutiendo in caput illisit: atque hac quidem ratione victoriæ palmam superato aduersario obtinuit. HER. Macte animo præceptor: atqui haud sanè alio modo æquum erat agere cum his qui recusant cedere melioribus. LVC. Probabilia quidem admodum sunt quæ dicis, Hermotime. Quorsum enim attinebat vt Euthydemus hominem senem exasperaret, alienum ab iracundia, animóque longè præstantiorem, scyphum insuper tam grandem & grauem tenentem in manibus? Sedenim otium iam agimus: quid obstat quominus mihi tuo familiari exponis, quónam modo sub initium philosophari inceperis, vt & ipse, si fieri possit, communem vobiscum professionem suscipiam, nunc primùm facto ad eandem exordio? Neque enim temere me excludetis à communi itinere, hominem familiarem. HER. Si modò hæc res tibi cordi esset Luciane, breui videbis quantum excellas omnes cæteros. Pueros, sat scio, opinaberis omnes alios præ te, tantùm ingenio & intelligentia præpollebis. LVCIAN. Mihi verò abundè satis esset, si post viginti annos iam exactos talis euaderem, qualis tu nunces.

Iliad. xi. vide Nestorei pocu li descriptionem.

ἅμα δὲ καὶ ἐπεπώκει, οἶμαι, πλέον τοῦ ἰκανοῦ, τῶν παρόντων ὡς εἰκὸς φιλοτησίας προπινόντων, καὶ ἐδεδειπνήκει πλέον, ἢ χρῆν γέροντα· ὥστε ἀναστρέψας, ἠμεσέ τε ὡς ἔφασκον πολλά, καὶ μόνον ἀριθμῷ παραλαβὼν τὰ κρέα, ὁπόσα τῷ παιδὶ κατόπιν ἑστῶτι παραδεδώκει, καὶ σημήνας μύθους ὀπισθελεῖς, τὸ ἀπ' ἐκείνου καθεύδει, μηδένα εἰσδέχεσθαι παραγείλας. Ταῦτα δὲ Μίδου ἤκουσα τοῦ οἰκέτου αὐτοῦ διηγουμένου ποτὲ τῶν μαθητῶν, οἳ καὶ αὐτοὶ ἀνέστρεφον μάλα πολλοί. EPM. ἐκράτησε δὲ πότερος, ὦ Λυκῖνε, ὁ διδάσκαλος, ἢ ὁ Εὐθύδημος; εἴ τι καὶ τοιοῦτον ἤκουσεν ὁ Μίδας; ΛΥ. Τὰ μὲν πρῶτα φασὶν, ὦ Ερμότιμε, ἀγχώμαλα σφίσι γενέσθαι· ὃ δ' οὖν τέλος τῆς νίκης, καθ' ὑμᾶς ἐλθόντας, καὶ παρὰ πολὺ ὁ πρεσβύτης ἐκράτησε. τὸν γοῦν Εὐθύδημον, ὡσὶ αἰσχυντηλίᾳ φασὶν ἀπελθεῖν, ἀλλὰ τραῦμα παμμεγέθες ἔχοντα ἐν τῇ κεφαλῇ. ἐπεὶ γὰρ ἀλαζὼν ἦν, καὶ ἐλεγχινός, καὶ πείθεσθαι οὐκ ἤθελεν, οὐδὲ πρεῖττε ῥᾴδιον αὐτὸν ἐλέγχεσθαι, ὁ διδάσκαλός σου ὁ βέλτιστος, ὃν εἶχε σκύφον Νεστόρειον μέγα καταφέρων αὐτοῦ, πλησίον κατακειμένου, καὶ οὕτως ἐκράτησεν. EPM. Οὐκ. ὁ γὰρ ἄλλως ἐχρῆν τοῖς μὴ ἐθέλουσιν εἴκειν τοῖς κρείττοσι. ΛΥ. Ταυτὶ μὲν, ὦ Ερμότιμε, πάνυ ὕλογα. ἢ τί γὰρ παθὼν Εὐθύδημος, ἀνδρα γέροντα πρώην, ἀόργητον, καὶ θυμοῦ κρείττονα, σκύφον ὅτου βαρυτάτου ἐν τῇ χειρὶ ἔχοντα; ἀλλὰ, σχολὴ γὰρ ἀγαθὸν, τί οὐ διηγῇ μοι ἑταίρῳ ὄντι, ὃν ἔξεστιν ὁρμήσης τὸ πρῶτον φιλοσοφεῖν, ὡς καὶ αὐτὸς εἰ δυνατὸν, ὁπισταδιοδρομεῖν ὑμῖν, ὃ ἀπὸ τοῦ δεξαμενὸς; οὐ γὰρ ἀποκλείσετέ με ὁδηλαδὴ φίλοι ὄντες. EP. Εἰ γὰρ ἐθελήσεις, ὦ Λυκῖνε, ὀλίγα ἐν βραχεῖ ὅσον διαίσεις τῶν ἄλλων, παῖδας δὲ ἴσθι οἴεσθαι ἅπαντας ὡς πρὸς σὲ, τοσοῦτον ἐνδιαφερήσεις αὐτός. ΛΥ. ἱκανὸν εἰ μὴ εἴχοσιν ἔτη γεγονὼς τοιοῦτος, οἷος σὺ νῦν.

ΕΡ. ἀμέλει καὶ αὐτὸς ἐγώ σε γεγονὼς, ἠρξάμην φιλοσοφεῖν τεσσαρακοντούτης σχεδόν, ὁπόσα, οἶμαι, σὺ νῦν γέγονας. ΛΥ. Οἶσθα γάρ, ὦ Ἑρμότιμε. ὥστε τοίνυν ἄγε, λαβών, καί με, δίκαιον γάρ· καὶ πρότερόν τέ μοι τοῦτο εἰπὲ, δίδοτε ἀντιλέγειν τοῖς μανθάνουσιν, ἵνα τι μὴ ὀρθῶς λέγεσθαι δόξῃ ἀνδρῶν; ἢ οὐκ ἐφίετε τοῦτο τοῖς νεωτέροις; ΕΡ. ὦ πόνηρε σύ· ἵνα τι δῆλον, ἐρώτα μεταξύ, καὶ ἀντίλεγε· ῥᾷον γάρ ὅτου μάθῃς. ΛΥ. Φέρε, νὴ τὸν Ἑρμῆν, ὦ Ἑρμότιμε, αὐτόν, ὃ ἐπόνουμος ὢν τυγχάνεις. ἀπάρ εἰπέ μοι, μία τις ὁδός ἐστιν ἡ ὁποὶ φιλοσοφίας ἄγουσα, ἡ τῶν Στωϊκῶν μόνῃ; ἢ ἀληθῆ ἐγὼ ἤκουον, ὡς καὶ ἄλλοι πολλοί τινές εἰσι; ΕΡΜ. μάλα πολλοὶ Περιπατητικοὶ, καὶ Ἐπικούρειοι, καὶ οἱ τὸν Πλάτωνα ὀνομαζόμενοι. καὶ αὖ Διογένους ἄλλοι τινές, καὶ Ἀντισθένους ζηλωταὶ, καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ Πυθαγόρου, καὶ ἔτι πλείους. ΛΥ. ἀληθῆ ταῦτα, πολλοὶ γάρ εἰσι. πότερον δὴ, ὦ Ἑρμότιμε, τὰ αὐτὰ ἅπαντες λέγουσιν, ἢ διάφορα; ΕΡ. καὶ πόνυ διάφορα. ΛΥ. Τὸ δέ γε ἀληθὲς, οἶμαι, πόνυ τοῦ ἐν ἐμοὶ αὐτῷ, ἀλλ' ὅ πόνυ διάφορά γε ὄντα. ΕΡ. πόνυ μοὐδαμῶς. ΛΥ. ἴθι δή, ὦ φιλότης, ἀπόκριναί μοι τοῦ, ποτε πιστεύσας ὅ τι τάχιστον σὺ, ὁπότε ἦλθες φιλοσοφήσων, πολλῶν σοι θυρῶν ἀναπεπταμένων, πρὸς σὺ τὰς ἄλλας, εἰς τὴν τῶν Στωϊκῶν ἦκες, καὶ δι' ἐκείνης ἐξιὼν ὅτι τὴν ἀρετὴν εἰσιέναι, ὡς δὴ μόνης ἀληθοῦς οὔσης, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ὁποδεικνυούσης, τῶν δ' ἄλλων εἰς τυφλὰ καὶ ἀνέξοδα φερουσῶν; τίνι ταῦτ' ἐτεκμήρω τότε; καὶ μή μοι τὸν νῦν δὲ τοῦτον σεαυτὸν σύνοδα, τὸν εἴτε ἠμίσοφον, εἴτε σοφὸν ἤδη τὰ βελτίω κείνῃ γοῦν τοὺς πολλοὺς ἡμᾶς διωδάκρυον· ἀλλ' ὅτως ἀπόκριναι, ὁποῖός τότε ἦσθα ἰδιώτης, καὶ τὸν νῦν ἐμέ. ΕΡ. ὑσχύνομαι ὅ, τί σοι τοῦτο βούλεται, ὦ Λυκῖνε. ΛΥ. Ἀλλὰ μὴν ὑπόνυ ἀσκόλον ἠρόμην. πολλῶν γὰρ ὄντων φιλοσόφων, οἷς, Πλάτωνος, καὶ Ἀριστοτέλους, καὶ Ἀντισθένους, καὶ τῶν ὑμετέρων προγόνων, τοῦ Χρυσίππου, καὶ Ζήνωνος,

A HER. Profectò & ego ipse cùm in tua essem ætate, tunc primùm ad philosophiam animum appuli, iam fermè annos quadraginta natus, à quibus te non multum abesse arbitror. LVCIAN. Rem ipsam putasti Hermotime: tot enim annos iam habeo. Quare si eam iam comprehensam tenes, age & me adducito: haud enim iniusta postulo. Et primum quidem hoc mihi responde, ést-ne philosophiæ candidatis relicta & concessa contradicendi libertas, si quid parum rectè dictum illis videbitur, aut non hęc libera est natu iunioribus? HER. Haud admodum: tibi tamen si quid volueris, B interea & quærendi & contradicendi facultatem liberam facio: ita enim faciliùs perdisces singula. LVC. Euge sanè per Mercurium, ô Hermotime, dic mihi: ést-ne vnica via ad philosophiam adducens, videlicet Stoicorum vestrorum? Nisi enim falsa audierim, etiam alios complures esse certum est. HERMO. Et valde quidem multi sunt, videlicet Peripatetici, & Epicurei, & qui Platonis titulo philosophiam profitétur. Sunt item complures quoque Diogenis & Antisthenis assecle, tum etiam ipsius Pythagoræ imitatores, & aliis quoque longè numerosiores. LVC. Vera sunt hæc: C omnino enim illorum magnus est numerus. Vtrum autem Hermotime eadem omnes vno ore dicant, an diuersa? HER. Diuersissima. LVC. Prorsum tamen vnum alicubi esse verum, in quo consentiant omnes, credibile est: ita vt non omnia pugnent quæ ab illis pro vero affirmantur. HER. Admodum. LVC. Proinde age ô amice, hoc mihi expedi, cuinam fidem habuisti tu sub initium, quando ibas philosophiæ operam daturus, cùm multas videres ianuas tibi apertas & patētes, omnibus aliis progrediendo deuitatis, in Stoicorum potissimùm D diuertens, tanquam hæc sola vera fuerit, ac illa quæ compendiosam ad virtutem viam ingredientibus exhiberet, aliis omnibus in obliqua & deuia ducentibus? Quibúsnam argumentis aut coniecturis hæc tum potuisti deprehēdere? Ac mihi non eum qui nunc es, in animo concipe, siue semisapientem, siue absolutæ sapientiæ Hermotimum, qui nunc prę multis millibus optima discernere & iudicare possit: sed ita respondeo ac quispiam homo idiota, qualem tunc agebas, aut ego nunc possim. HER. Quid sibi hæc tua verba velint Luciane, haud intelligo. LVC. Atqui non admodum obliquum est quod percontabar, cùm multi sint philosophiæ principes, videlicet Plato, Aristoteles, Antisthenes, prętereà maiores nostri, Chrysippus & Zenō;

Quænam philosophandi via potissima sit, & quæ certissimè ad virtutem & felicitatem ducat.

aliíque cõplures, quotquot tandem ſunt, cuinam inquam credidiſti, poſthabitis & omiſſis aliis, vt ea ex omnibus deſumens, quæ quidẽ à te ſelecta ſunt, ſuſtineas iuxta illa philoſophiæ ſtudiis incumbere? Nunquid etiam te, vt Chærephontem, Apollo Delphicus ad Stoicorum placita delegauit, vbi prædixiſſet oraculo illos ex omnibus longè eſſe optimos? Siquidem illi mos erat, alium ad aliam philoſophiæ rationem & formam cohortandi, quippe cui probè perſpectũ erat, vt opinor, quæ cuique potiſſimùm congrueret. HER. Nihil tale eſt ô Luciane, neque de his vnquam deum conſului. LVC. Quid? an indignã æſtimabas hanc rem diuina conſultatione? aut ipſe ſufficiens tibi videbare, qui quod optimum erat & præſtantiſſimum, per teipſum poſſes eligere, non conſulto Deo monitore? HERM. Ita mihi quidem videbar. LVC. Quin igitur & nos iſthuc ipſum doces, quónam modo ſtatim ab initio queamus noſcere quæ optima ſit & veriſſima philoſophandi ratio, & quam quiſpiam prætermiſſis aliis rectiſſimè eligeret? HER. Ego haud quaquam iſthuc dicere grauabor. Cùm multos viderem ad eandem certatim viam affectantes, facilè æſtimabam Stoicam philoſophandi rationem cæteris eſſe præſtantiorem. LVCIAN. Quorum igitur numeroſior erat turba, Epicureorum, an Platonicorum, an Peripateticorum? Proinde illos numeraſti veluti inferendis colligendiſque ſuffragiis vſu venire ſolet. HER. Atqui non numerauí, ſed coniecturis deprehendi. LVC. Vt quid igitur me tantopere cupientem non doces, ſed vana ſpe lactas ac decipis, affirmans de tantis rebus coniectura & multitudine fretum iudicaſſe? HER. Non ſolùm hoc quidem ô Luciane, ſed omnes quoque cæteros mortales ſæpenumero affirmantes audiui, Epicureos quidem eſſe corruptos deliciis, voluptatúmque extremè amantes: Peripateticos autem ad rem attentiores, parandis cumulandiſque diuitiis inſeruire, & quoſdam ex illis immodicè contentioſos: Porrò Platonicos, arrogantes, & nimio faſtu turgidos, gloriæque cupientiſſimos. Cæterùm de Stoicis multorum ſemper idem fuit teſtimonium, videlicet quòd viriles eſſent, maſculo animo prędíti, & nihil illos fugeret, & quòd eam viam ingreſſus, ſolus rex, ſolus diues, ſolus ſapiens, breuiter in vniuerſum nihil non eſſet. LVC. Videlicet iſta tibi de illis dixerunt alij. Neque enim veriſimile eſt, hæc illis de ſeipſis prędicantibus, ſuáque ſuperbè collaudantibus te credidiſſe. HER. Non, verùm hęc ab aliis prędicata audiui.

A καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι εἰσὶ, τῷ σὺ πιστεύσας; τοὺς μὲν ἄλλους εἴας, ἐξ ἁπάντων δὲ προελόμενος, ἃ σοὶ προήρησαι, ἀξιοῖς καὶ σοῦ τὰ φιλοσοφεῖν; ἆρα καὶ σὲ ὥσπερ τὸν Χαιρεφῶντα ὁ Πύθιος ἐξέπεμψεν ὅτι τὰ Στωϊκῶν, ἀρίστους ἐξ ἁπάντων προφητῶν; ἔθος γὰρ αὐτῷ ἄλλον ἐπ' ἄλλο εἶδος φιλοσοφίας προτρέπειν, τῷ ἁρμόττοντι οἶμαι ἑκάστῳ εἰδότι. EP. Ἀλλ' οὐδὲν τοιοῦτον, ὦ Λυκῖνε. οὐδὲ ἠρόμην πώποτε τοῦτον τὸν θεόν. LY. πότερον οὐκ ἄξιον θείας συμβουλίας ἡγούμενος αὐτό, ἢ ἱκανὸς ὢν αὐτὸς εἰς ἐλέσθαι ὃ βέλτιον καὶ σαυτόν, οὐδὲ τοῦ θεοῦ; EP. ὠμην γάρ. LY. σχολῇ καὶ ἡμᾶς δὴ διδάσκοις τοῦτο πρῶτον, ὅπως ἀφγνωστέον ἡμῖν οὕτως ἐν ἀρχῇ, τίς ἡ ἀρίστη φιλοσοφία ἐστὶ, καὶ ἡ ἀληθεύουσα, καὶ ἵν' ἀπ' αὐτῆς ἕλοιτο, πρὶν εἰς τὰς ἄλλας; EPM. ἐγώ σοι φράσω. ἑώρων τοὺς πλείστους ἐπ' αὐτὴν ὁρμῶντας, ὥστε εἰκάζον ἀμείνω εἶναι αὐτήν. LY. πόσῳ δοκεῖ πλείους τῶν Ἐπικουρείων, ἢ Πλατωνικῶν, ἢ Περιπατητικῶν; λέγε μοι σαφῶς, καθάπερ ἐν ταῖς ψηφοφορίαις. EPM. Ἀλλ' οὐκ ἠρίθμησα ἔγωγε· εἰκάζον δέ. LY. ὡς οὐκ ἐθέλεις διδάξαι με, ἀλλ' ὄζα πατᾷς· ὡς περὶ τῶν τοιούτων εἰκασμῷ φῂς καὶ πλήθει κρῖναι, ἀποχρωμένους λέγειν πρός με παλαιόν. EP. ἀ μόνον τοῦτο, ὦ Λυκῖνε, ἀλλὰ καὶ ἤκουον ἀπάντων λεγόντων, ὡς οἱ μὲν Ἐπικούρειοι, γλυκύθυμοι, καὶ φιλήδονοί εἰσιν· οἱ Περιπατητικοὶ δὲ, καὶ φιλόπλουτοι, καὶ ἐριστικοί τινες· οἱ Πλατωνικοὶ δὲ, τετύφωνται, καὶ φιλόδοξοί εἰσι· περὶ δὲ τῶν Στωϊκῶν, πολλοὶ ἔφασκον ὅτι ἀνδρώδεις, καὶ πάντα γιγνώσκουσι· καὶ ὅτι ὁ ταύτην ἰὼν τὴν ὁδὸν, μόνος βασιλεὺς, μόνος πλούσιος, μόνος σοφὸς, καὶ σχεδόλως ἅπαντα. LYK. ἔλεγον δὲ ταῦτα πρὸς σὲ ἄλλοι δηλαδὴ περὶ αὐτῶν. οὐ γὰρ δὴ ἐκείνοις αὐτὰ οὕτως ὑπέστρωσας ἐπαινοῦσι τὰ αὑτῶν. EPM. οὐδαμῶς, ἀλλ' οἱ ἄλλοι ἔλεγον.

B

C

D

ΛΥ. οἱ μὲν δὴ αὐτίδοξοι οὐκ ἔλεγον, ὡς ὁ εἰκός· ὅτοι δ' ἦσαν οἱ τὰ ἄλλα φιλοσοφοῦντες. ΕΡΜΟ. ὁ γὰρ. ΛΥΚ. οἱ δ' ἄρα ἰδιῶται ταῦτα ἔλεγον. ΕΡΜΟ. καὶ μάλα. ΛΥΚ. ὁρᾷς ὅπως αὖθις ἐξαπατᾷς με, καὶ ὃ λέγεις παληδές, ἀλλ' οἷά Μαργίτῃ ἀφελέσθαί τινι, ὡς πιστεύσαι ὅτι Ερμότιμος, αἰνὴρ σπουδαῖος, ἔτη τότε γεγονὼς τεσσαράκοντα περὶ φιλοσοφίας, καὶ φιλοσόφων ἀνδρῶν, τοῖς ἰδιώταις ὅτις ἦν, καὶ τὰ νῦν ἐκείνων λεγόμενα, ἐποιεῖτο πρὸ αἱρέσιν καὶ τῶν χρηστόνων ἀξιῶν. ὃ γὰ πιστεύσαιμί σοι τοιαῦτα λέγοντι. ΕΡΜ. ἀλλ' οἶδα, ὦ Λυκῖνε, καὶ οὐ τοῖς ἄλλοις μόνον ὅτις ἦν, ἀλλὰ καὶ ἐμαυτῷ. ἑώρων γὰρ αὐτοὺς κοσμίως βαδίζοντας, ἀναβεβλημένους ὑσταλῶς, φθεγγίζοντας ἀεὶ, ἀρρένωπους, οὐ μετὰ κουφότητος τοὺς πλείστους, σοβεῖν ἀδοκοῦντας, καὶ μὴ πρὸς τὸ ἀμβλύφορον ὑποφερομένους, ὡς ἔκπληκτον εἶναι καὶ κυνικὴν ἀτεχνῶς, ἀλλ' ὅτι τῷ μέσου καταστήματος, ὃ δὴ ἄριστον ἅπαντες εἶναι φασίν. ΛΥΚ. ἆρ' οὖν κἀκεῖνα εἶδες τοιοῦτος αὐτούς, ἃ μικρῷ πρόσθεν ἔλεγον αὐτὸς ἐωρακέναι τὸν σὸν διδάσκαλον ὦ Ερμότιμε πρᾶττοντα; οἷ, δωμαίζοντας, καὶ ἀπαγορεύοντας πικρῶς, καὶ φιλονείκως πρὸς ἐρίζοντας ἐν ταῖς ξυνουσίαις, καὶ πάλλα ὅσα ὑπεδείκνυτο; ἢ τούτων ὀλίγον σοι μέλει, ἄχρις οὗ δύσκολος ἡ διαβολὴ, καὶ ὁ πώγων βαθὺς, καὶ ἐν χρῷ ἡ κουρά; καὶ πρὸς ὃ λοιπὸν ἄρα ἔχομεν τοιοῦτον κανόνα, καὶ στάθμιον ἀκριβῆ τῶν τοιούτων, ὡς Ερμότιμός φησι, καὶ χρὴ ἀπὸ σχημάτων, καὶ βαδισμάτων καὶ κουρᾶς διαγινώσκειν τοὺς ἀρίστους. ὃς δ' ἂν μὴ ἔχῃ ταῦτα, μηδὲ σκυθρωπὸς ᾖ, καὶ φθονιστικὸς ὁ πρόσωπον, ἀποδοκιμαστέος, καὶ ἀποβλητέος. ἀλλ' ὅρα μὴ καὶ ταῦτα, ὦ Ερμότιμε, παίζεις πρὸς με, πειρώμενος, εἰ ἐξαπατώμενος σιωπῶ. ΕΡ. διατί τοῦτ' ἔφησθα; ΛΥ. ὅτι, ὦ γαθὲ,

A LVC. Facilè tamen coniicio hęc diuerſæ ſectæ & opinionis affirmaſſe neminẽ. Quare an illi quos tu te audiuiſſe prædicas, è numero philoſophantium fuerint, neſcio. HERM. Ne ij quidem. LVC. Proinde homines idiotas hęc dixiſſe credibile eſt. HER. Et valde quidem. LVC. Vidẽ obſecro vt iterum me deceptum ab omni ſpe deiicere ſoleas: neque verũ ſermonem exponis, ſed exiſtimas te cum Margita quopiam inſulſo & ſtupido verba facere, vt planè perſuaſum haberem, Hermotimum virum ſingulari prędituin cùm ingenio tum induſtria, annos nunc natum quadraginta, hominibus tamen i- B diotis, de ſapiẽtię ſtudio, déque viris philoſophiæ candidatis credidiſſe, illorũque inductum teſtimonio & prædicatione, rectiore via philoſophãtium electionem feciſſe: neque enim iſta tibi prædicãti facilè crediderim. HER. At ne hoc quidẽ te fugiat Luciane, me nõ ſolùm credidiſſe aliis, verùm mihi quoque ipſi. Etenim conſpiciebam illos honeſtè & ornatè incedentes, ſplendidè & decenter amictos, nunquam non certis commentationibus cogitabundo animo intentos, aſpectu tetricos & terribiles, demiſſa barba, & lon- C ga coma venerandos, nihil molle aut parum virile, aut citra delectum aliquid admittentes, quod quidem aliis ſtuporẽ induceret, aut planè videretur impudẽs & Cynicũ, ſed in media & regia via conſtitutos, quæ quidem ab omnibus affirmabatur eſſe optima. LVC. Nunquid igitur & hæc illa quæ paulo antè præceptorem facientem me vidiſſe teſtabar, ipſos deſignantes vidiſti? videlicet fœnori & vſurę ſeruientes, amarulenter & contentiosè mercedem à diſcipulis exigentes, in conuiuiis aut colloquiis immodeſtè & pertinaciter digladiantes, aliáque quęcunque D indecorè plerunque peccare conſueuerant? Aut fortaſſe harum rerum nullã curam habendam eſſe exiſtimas, modò veſtitus ſit probè mundus, & nitidè compoſitus, & barba profunda, prolixáque in capite cęſaries? Quare in poſterum, vt video, hîc nobis certus erit canon & regula rectè philoſophantes exactè cognoſcendi, quem videlicet proponit Hermotimus: oportétq; omnino ex habitu mundiore, grauioréque inceſſu, & capillo prolixiore, optimorum cognitionem ſumere. Itaque cui hæc deeſſe viderimus, neque ille tetricus fuerit, aut perpetuis intentus cogitationibus obambulauerit, reprobandus, & nihili æſtimandus eſt. Sed vide Hermotime, ne & hæc illudendi gratia ad me dixeris, periculum faciendo num deceptum me eſſe ſentiam. HER. Quorſum iſtud dicis? LVC. Quòd hæc, ô bone,

rectiùs ſtatuarum ſit cognitio atque indagatio, quam tu ab habitu ſumendam eſſe dixiſti. Omnino enim illæ habitu ferè ſunt elegantiore, & amictu ornatiore, quas aut Phidias quiſpiam, aut Alcamenes, aut Myron ad pulcherrimum abſolutæ formæ archetypum expreſſerit. Quòd ſi etiam maximè inde coniectura capienda eſt in illis dignoſcendis, quid ille aget, qui viſu captus, philoſophiæ perdiſcendæ deſiderio tenetur? Quî enim fieri poſſet, vt in habendo delectu non tota via aberret, cùm neque habitus neque inceſſus perſpiciendi facultatem habeat? HER. Ego verò ô Luciane, non ad cęcos verba facio, neque illorum mihi quicquam curæ eſt. LVC. Atqui conueniebat, ô bone, vt tantarum rerum, adeóque omnibus neceſſariarum cognitu, communis quædam eſſet cognitio. Sed enim quando ita tibi videtur, à Philoſophiæ commercio cæci excluſi maneant, poſteaquam orbati ſunt oculis: tametſi cum primis operæpretium mihi videbatur, illos præ omnibus aliis Philoſophiæ ſtudio incumbere, ne acceptam amiſſi viſus calamitatem ferrent immoderatiùs. Cæterùm illi qui probè vident, etiamſi fuerint perſpicaciſſima oculorũ acie præditi, quónam pacto ea quæ in animo tecta ſunt, peruidere poſſunt ab illa externa veſtitus munditie? Niſi enim me fallat animus, tale quiddam eſt quod dicturus ſum, nimirum te parandæ & colligendæ ſapientiæ cupidine cum iſtiuſmodi viris conuerſari, vtque ea in dies aucta cumulatiùs euadas melior. HERMO. Et maximè quidem. LVC. Quî igitur tibi promptum fuit, atque adeò factu poſſibile, vt ab iis ipſis quas dixiſti cognitionibus philoſophantem aut ſecus perſpiceres? Neque enim iſta perinde ſolent propalam eſſe conſpicua, ſed ſunt abſtruſa valde, atque adeò in obſcuro repoſita, quæ multis vix orationibus & congreſſibus, poſtremùm verò operibus conſimilibus licet animaduertere. Qualia enim Momus in Vulcano reprehenderit, opinor aliquando inaudiuiſſe te: quòd ſi me fallit opinio, audi iam nunc: ſic enim habet fabula: nimirum, Mineruam, Neptunum, & Vulcanum contentionem inter ſe ſuſcepiſſe de artificij principatu & pręſtantia: atque ipſum quidem Neptunum tau rum effinxiſſe, Mineruam verò domum excogitaſſe: porrò Vulcanus hominem compoſuit, fabricauítque. Cæterùm vbi iam ad Momum ventum eſſet, quem certaminis arbitrum & expenſorem elegerant, & ille ſingulorum opera diligentiſſimè inſpexiſſet: in aliis quidem quæ reprehenderit, ſuperuacaneum fortaſſe foret referre:

A ἀνδριάντων τούτῳ ἐξέπασιν λέγῃς, τὴν ἀπὸ τῶν χημάτων. πολὺ γοῦν σχῆνοι δύχημονέστεροι, καὶ τὰς ἀναβολὰς κοσμιώτεροι, Φειδίου τινὸς, ἢ Ἀλκαμένους, ἢ Μύρωνος πρὸς τὸ κάλλιστον εἰκάσματος. εἰ δὲ δεῖ ὅτι μάλιστα χρὴ τεκμήρεσθαι τοῖς τοιούτοις, τί ἂν πάθοι τις, εἰ τυφλὸς ἂν ὀπτῆς ἐπιθυμοίη φιλοσοφίαν; τοῦ δὴ γοῦν τὸν τοιοῦτον ἀμείνω προαίρεσιν προσηκόντως, ὅτε χῆμα, ὅτε βάδισμα ἕξειν δυνάμενος; ΕΡΜΟ. Ἀλλ' ἔμοιγε οἱ τυφλοὶ ὁ λόγος, ὦ Λυκῖνε, οὐδέ μοι μέλει τῶν τοιούτων. ΛΥΚ. ἐχέτω μοὶ, ὦ χρηστὲ, καινόν τι δὲ γνώσισμα εἶναι τῶν οὕτω μεγάλων, καὶ ἅπασι χρησίμων. πλὴν εἰ δοκεῖ, οἱ μοὶ, ἔξω ἡμῖν φιλοσοφίας μεθέπωσθαι οἱ τυφλοὶ, ἐπεὶ οὐδὲ ὁρῶσι. καίτοι ἀναγκαῖον ἴσως τοῖς τοιούτοις μάλιστα φιλοσοφεῖν, ὡς μὴ πολὺ ἀχθοιντο ὅτι τῇ συμφορᾷ. οἱ δὲ δὴ βλέποντες, καὶν πολὺ ὀξυδερκεῖς ὦσι, ἢ ἂν δυνάμενοι σωιδεῖν τῶν τῆς ψυχῆς, ἀπό γε τῆς ἔξωθεν ταύτης προσβολῆς; ὃ δὲ βούλομαι εἰπεῖν, τοῖον δέ ἐστιν, οὐχ ὅτι τῆς γνώμης τῶν ἀνδρῶν ἔρωτι προσῆκεις αὐτοῖς, καὶ ἧξίους

B

C ἀμείνων γίγνεσθαι ἐς τὰ τῆς γνώμης. ΕΡ. καὶ μάλα. ΛΥ. πῶς οὖν οἷόν τε σοι ἦν, ἀφ' ὧν ἔφησθα σκείνων τῶν γνωσισμάτων ἕξειν, τὸν ὀρθῶς φιλοσοφοῦντα, ἢ μή; οὐ γὰρ φιλεῖ τὰ τοιαῦτα οὕτω ἀφαφαίνεσθαι, ἀλλ' ἔστιν ἀπόρρητα, καὶ σὺν ἀφανεῖ κείμενα, λόγοις καὶ συνουσίαις ἀναδεχνύμενα, καὶ ἔργοις τοῖς ὁμοίοις ὀφείλοντα. ὁ γοῦν Μῶμος, ἀκήκοας, οἶμαι, ἅ τινα ἠπάσατο τοῦ Ἡφαίστου· εἰ δὲ μή, ἀλλὰ νῦν ἄκουε. φησὶ γὰρ ὁ μῦθος ἐρίσαι Ἀθηνᾶν, καὶ Ποσειδῶνα, καὶ Ἥφαιστον δύτεχνίας περί· καὶ τὸν μὲν Ποσειδῶ, ταῦρόν τινα δημιουργῆσαι· τὴν Ἀθηνᾶν δὲ, οἰκίαν ἐπινοῆσαι· ὁ Ἥφαιστος δὲ, ἄνθρωπον ἅμα συνεστήσατο. καὶ ἐπεὶ ἐδόκει τὸν Μῶμον ἥκειν, ὃν ἅτε δικαιοῦν προείλοντο, θεασάμενος ἕκαστος ἐκάστου τὸ ἔργον, τὴν μὲν ἄλλων, ἅ τινα ἠπάσατο, παριτέον αὖ εἶπ λέγειν

D

At verò equi posteaquam semel à recta via auersi declinassent, elephãtorum impetum non sustinentes, sessores dorso excutiebant. Currus strepebant proscindẽtes per Iouem atque dissecantes acutis falcibus quoscunque ex amicis comprehendissent. Non pauci verò, vt in tali tumultu, electi prosternebantur. Hos elephanti insequebantur, pedibus proterentes atque conculcãtes, simul atque in altum proicientes proboscidibus, vnáque rapientes, ac dentibus correptos transuerberantes. Ad extremum illi summa ope annitentes Antiocho victoriam pepererunt. Cæterùm Galatæ alij quidem dimicando occiderunt, ingenti clade edita, alij autem viui capti in victoris potestatem peruenerunt, exceptis perquam paucis, quotquot præuenientes fuga in montes semet abdiderant. Porrò autem Macedones quicunque cum Antiocho in prælium descenderãt, Pæana canebãt, ac alius aliunde accurrentes regem coronabant victorem, & clamantes. At ille profusis, vt fertur, lacrymis, Pudore afficimur, inquit, ô milites, quibus salus in hisce vndecim stetit belluis, adeò vt nisi spectaculi nouitas hostium animos perculisset, quid nos erga illos fuissemus? In tropheum nihil aliud quàm elephantũ iussit sculpere. Itaque iam hora est considerãdi ne & mea perinde cẽseantur, vt Antiochi apparatus bellicus. Etenim omnia alia pugna digna ęstimanda non sunt. Quidã autem elephãtes, & peregrina terriculamenta spectantibus metũ & trepidationem incutientia, ac plena præstigij, ea ab omnibus laude extollũtur. Porrò quibus ego confidebã, ea non admodum in illorum sunt sermone. Sed quia mulier Centaurus depicta est, hoc solũ est quod mentis stuporem & admirationem inducit spectantibus, & , quemadmodum est, nouum & monstrosum illis esse videtur.

Cętera verò nequicquã à Zeuxide facta sunt. At non frustra: etenim vos cùm fingendi & pingendi artificij rudes non estis, singula arte magistra spectantes, expendite num solùm ista digna sint vt theatro spectanda commonstrentur.

μάτην ἄρα τῶν Ζεύξιδι πεποίηται. ἀλλ' οὐ μάτην· γραφικοὶ γὰρ ὑμεῖς, καὶ μὴ τέχνης ἕκαστα ὁρᾶτε, εἰ μόνον ἄξια τῷ θεάτρῳ δεικνύῃ.

ΑΡΜΟΝΙΔΗΣ.

HARMONIDES.

Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

Commendat se amico ex principibus cuidam suo, adductus, vt ipse fingit, exemplo Harmonidæ, qui cùm magistrum suum de paranda gloria & immortalitate consuluisset, monitus ab eodem fuerit, vt artem quam à se didicisset, non omnibus Græcis (nam id impossibile fore) sed optimatibus ac præstantissimis quibusque ostentaret: sic enim fore, vt cùm illi ipsi laudati fuerint, vbicunque ipsum laudarent, veram ex eo gloriam ac laudem consequeretur. Statuisse igitur se, eodem pacto & huic commendari se suáque debere, vt qui primùm ea præstantia, eóque iudicio sit, vt quod ipse suo calculo approbasset, deinde & cæterorum omnium probaretur, amplificando hanc personæ illius excellentiam per collationem: Deinde & ex eadem patria secum natus sit, vt vel eo nomine fauere ac patrocinari sibi debeat. Postremò & à scriptorum ratione facilitatem ac meritum causæ ostendit. Orditur statim ab expositione exempli, cuius occasione adductum ac motum sese fingit. Concludit autem orationem per comprecationem & votum, à Diis precando vt cœptam laudem suam crescere ac perpetuam esse velint. Titulus eadem ratione qua in superioribus inditus est.

HARMONIDES tibicen quodam tempore Timotheum magistrum suum interrogauit. Dic mihi, inquit, ô Timothee, quomodo mea arte possum euadere clarus & nobilis? Aut quid faciendum mihi existimas, ex quo in vniuersæ Græciæ cognitionem venturus sim? Nam alia quidem omni me studio & beneuolētia iam edocuisti, nempe exquisitum tibiæ & accōmodum vsum, mox lingulam tenui & modulanti spiritu insufflare, infrà autem digitos aptè adhibitos crebrò sustollere ac deprimere, deinde ad numeros ingredi, & modos facere concinnos, choróque congruos, postremò conseruare singulorum concentuum proprietates, quiddam in Phrygio attonitum, in Lydio turbulentum, grauitatem in Dorico, in Ionico suauitatem. Hæc inquam omnia te magistro didici. Atenim quæ maxima sunt, & quorum gratia tibiæ cognoscendæ desiderio laboraui, nondū video quomodo ab illo mihi parāda sit gloria, & apud multos celebris opinio, vtq; in multitudine cum existimatione aliqua clarus & cōspicuus obambulē, ac prætereuntium digito cōmonstrer. Tum sicubi propalā apparuero, statim omnium oculi in me conuertantur, ac me nominatim collaudantes, dicant:

ΑΡμονίδης ὁ αὐλητὴς, ἤρετο ποτὲ Τιμόθεον διδάσκαλον αὐτοῦ ὄντα, εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Τιμόθεε, πῶς ἂν ἐνδοξος γενοίμην ὅτι τῇ τέχνῃ; ἢ τί ποιοῦντα, εἴσονταί με οἱ Ἕλληνες ἅπαντες; τὰ μὲν γὰρ ἄλλα δι' ὧν ποιῶν, ἐδιδάξω με ἤδη ἁρμοσασθαι τὸν αὐλὸν ἐς ὃ ἀκριβές, καὶ ἐμπνεῦσαι τὴν γλωττίδα λεπτόν τι, καὶ ἐμμελές, καὶ ὑποβαλεῖν τοῖς δακτύλοις διαφόως ὑπὸ πυκνῇ τῇ ἄρσει, καὶ θέσει, καὶ βαίνειν ἐν ῥυθμῷ, καὶ σύμφωνα εἶναι τὰ μέλη πρὸς τὸν χορὸν, καὶ τῆς ἁρμονίας ἑκάστης διαφυλάττειν τὸ ἴδιον, τῆς Φρυγίου τὸ ἔμφρον, τῆς Λυδίου τὸ βακχικὸν, τῆς Δωρίου τὸ σεμνὸν, τῆς Ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόν. ταῦτα μὲν οὖν πάντα ἐκμεμάθηκα παρὰ σοῦ· τὰ μέγιστα δὲ καὶ ὧν ἕνεκα ἐπεθύμησα τῆς αὐλητικῆς, οὐχ ὁρῶ πῶς ἂν ἀπ' αὐτῆς μοι πρὸς γένοιτο ἡ δόξα, ἢ παρὰ τῶν πολλῶν, καὶ τὸ ὀπτίσημον εἶναι ἐν πλήθεσι, καὶ δείκνυσθαι τοῖς δακτύλοις· καί μοι δοκῶ φανεὶς, οὐδὲ ὀπτιφρέφεσθαι πρὸς εἰς ἐμὲ, καὶ λέγειν τοὔνομα.

ΟΥΤΟΣ

ΟΥΤΟΣ ΕΚΕΙΝΟΣ Αρμονίδης ἐστίν, ὁ ἄριστος αὐλητής· ὥσπερ ὅτε σὺ, ὦ Τιμόθεε, τὸ πρῶτον ἐλθὼν οἴκοθεν ἐκ Βοιωτίας, ἐνικήσας τῇ Πανδιονίδι, καὶ νικήσας ἐν τῷ Αἴαντι τῷ ἐμμανεῖ, τὸ ὀνόμασμόν σοι ποιησάμενος ὁ μέλος, οὐδεὶς ἦν ὃς ἠγνόει τὸ σὸν ὄνομα, Τιμόθεον ἐκ Θηβῶν· ἀλλ' ἔνθα αὖ καὶ νῦν φανῇς, σπεύδουσιν ὅπῃ σὲ πρῶτοι, ὥσπερ ὅπῃ τὴν γλαῦκα τὰ ὄρνεα· τοιοῦτ' ἔστι δι' ἄφνω αὐξάμενον αὐλητὴν γενέσθαι, ἐγὼ δ' ὧν πεπόνηκα τὸν πόνον τὸν πολύν, ἐπεὶ τό γε αὐλεῖν αὐτό, αὐθις τὸ ἔνδοξον εἶναι δι' αὐτό, οὐκ ἂν δεξαίμην, ἀγνώστῳ μοι τοσοῦτον γενόμενον, εἰ δὲ Μαρσύας, ἢ Ὄλυμπος γένοιτο μέλλοιμι λαθήσεσθαι. οὐδὲν γὰρ ὄφελος ἀπορρήτου, φασί, καὶ ἀφανοῦς τῆς μουσικῆς. ἀλλὰ σύ, ἔφη, καὶ ταῦτα παίδευσόν με, ὅπως μοι χρηστέον καλῶς, καὶ τῇ τέχνῃ· καί σοι διπλῶ εἴσομαι τὼ χάριν, καὶ ὅτι τῇ αὐλήσει, καὶ ὃ μέγιστον, καὶ ὅτι τῇ δόξῃ αὐτῆς. ἀποκρίνεται οὖν αὐτῷ ὁ Τιμόθεος, ἀλλ', ὦ Ἁρμονίδη, ἐρᾷς μὲν, ἔφη, εὖ ἴσθι, σὸ μικροῦ πράγματος, ἐπαίνου, καὶ δόξης, καὶ ὀπίσω εἶναι, καὶ γιγνώσκεσθαι πρὸς τῶν πολλῶν· τοῦτο δέ, εἰ μὲν ὅτῳοῦν πως ἐς πλῆθος παρεῖναι ὀπισθοκνήμιος, ἐθέλοις προέρχεσθαι, μακρὸν αὖ μοι δοκεῖς, καὶ οὐδὲ ὅτῳοῦν ἀπόνητον εἰσόμενον σε· ποῦ γὰρ αὖ θύρεθείη ἢ θεάσεται, ἢ σάλπιγγ' ὅτου μέγα, ἐν ᾧ πᾶσιν αὐλήσεις τοῖς Ἕλλησιν; ὡς δὲ ποιήσας γνωσθήσῃ αὐτοῖς, καὶ ὅπῃ ὁ πέρας ἀφίξῃ τῆς ὁδοῦ, ἐγὼ καὶ τοῦθ' ὑποθήσομαί σοι· σὺ γὰρ αὖλει μοι καὶ πρὸς τὰ θέατρα ἐνίοτε· ἀπὸ ὀλίγων μελέτω σοι τῶν πολλῶν. ἡ δ' ὀπίσω καὶ ῥᾳδία ὅπῃ τιμῶ δόξαν ἄγουσα, ἥδε ἐστίν. εἰ γὰρ ὀπτιλεξάμενος τὸν ἐν τῇ Ἑλλάδι τοὺς ἀρίστους καὶ ὀλίγους αὐτῶν, ὅσοι κορυφαῖοι, καὶ ἀναμφιλόγως θαυμασοί, ἐπ' ἀμφότερα πιστοὶ, εἰ τούτοις (φημὶ) ὀπιδείξαιο τὰ αὐλήματα, καὶ ὅτοι ἐπαινέσονταί σε, ἅπασιν Ἕλλησι νόμιζε ἤδη γεγενῆσθαι γνώριμος ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, καὶ τὸ πρᾶγμα ὅρα πῶς συνλήψεται.

A HIC ILLE est Harmonides tibicen omniũ præstantissimus: quemadmodũ quo tempore & tu, ô Timothee, primùm ab ædibus patriis è Bœotia profectus, tibicinem agens Pandionidi, victoriã in Aiace furente reportabas, ac melodiam tuo cognomine nobilitaras, nemo fuit qui nomen tuum ignorasset, ac Thebanum illum Timotheum. Sed & nũc vbicunque saltem in publico apparueris, certatim ab omnibus ad te curritur, veluti ad Noctuã reliquæ auiculæ sturnatim & graculatim conuolitant. Et hæc sunt quorum nomine aulœdus fieri optauerim, tum quorum gratia tantum laborem strenuè exhausecitra famæ & existimationis accessionem haud valde concupiscerem, si in obscuro mihi delitescendum foret, tametsi hac arte ad amussim exornato, non si Marsyæ aut Olympo similis euasurus essem delitescens. Siquidem incelebris & occultæ, quod aiunt, musices nullus est respectus aut vtilitas. Atqui tu, inquit, & ista me doce, quo modo mihi me ipso rectè vtẽdum sit, tum etiam arte. Ac tibi duplici nomine habebo gratiam, cùm propter tibiæ peritiam qua me excoluisti, tum (quod maximum est) propter gloriam quam ex illa consecuturus sum. Ad hæc autem illi ita respondit Timotheus: Atqui, ô Harmonide, rei, inquit, non vulgaris aut mediocris amore & cupiditate ardes, id quod scire potes, nẽpe laudis & gloriæ, vtq; fama celebris sis, ac vulgo notus. Hanc autem quanquam tibi ad hunc modum in medium multitudinis progresso artem ostentando, consequi in animo est, multi ac longi laboris opus aggrederis, & tamen ne sic quidem vniuersi te cognoscent. Etenim vbi gentium aut theatrum aut stadium ita magnum inueniri potest, in quo omnes Græci tibia canentem te audiant? Vt autem aliquo pacto illis innotescas, ac tui voti desiderio tandem potiaris, & hoc ego tibi subiiciam: Vtere tu quidem arte tua & in theatris nonnunquam, parum tamen tibi curæ sit promiscua vulgi multitudo. Porro compendiaria & facillima ad parandam gloriam via hęc est, si collectis Græciæ optimatibus, & paucis illorum quicunque dignitate & auctoritate præcellunt cęteros, atque indubitanter viri magni sunt & admirandi, & aliorum omnium antesignani, quorum fides in vtraque fortuna spectata sit: iis, inquam, si artis tuæ egregium specimen exhibueris, illíque laudis suæ testimonio te cohonestauerint, omnibus Græcis in puncto temporis te longè latéque innotuisse putato, & passim inclaruisse. Et vide in quod compendium tantam rem tibi contraxerim.

Nam ſi ij qui omnibus noti ſunt, & quos nemo non admiratur, tibicinem præclarum & celebrem te eſſe cognoſcent, quorſum tibi vulgi iudicio aut opinione opus eſt, tantùm eos ſequentis, qui meliores ſunt rerum expenſores & iudices? Siquidem popularis iſta multitudo ferè ſemper quæ optima ſunt, ignorat, cùm maior illius pars manuarij ſint opifices. Cæterùm quemcunque illi laudibus illuſtrauerint, qui reliquos vitæ ſplendore & dignitate anteeunt, eundem nequaquam temere laudari planè perſuaſum habent. Itaque magnorum virorum inducti præconio, laudant & illi. Quippe in ipſis quoque certaminibus multi ſpectatores athletis nonnunquam clarè ſolent applaudere, non rarò etiam ſibilis illudere: penes tamen ſeptem, aut quinque, aut quotcunque tandem fuerint, iudicandi poteſtas repoſita eſt. His magiſtri ſui cõſiliis parum obſecutus eſt Harmonides. Etenim inter tibias, vt fertur, cùm primùm in muſices certamen deſcendiſſet, magna contentione inſufflãs, in ipſam tibiam inſpirãdo exhalauit animam, & incoronatus atque exanimis eadẽ ratione prima & vltima vice tibia canendi vſus in ſcena corruit, celebrante populo Dionyſia. At ſanè Timothei tam prudens oratio, non tibicinibus, neque ſolùm Harmonidæ mihi dicta eſſe videtur, verùm omnibus quicunque appetentes ſunt gloriæ, ingenij aut artis ſuæ ſpecimen publicè exhibẽtes, ac multitudinis laudẽ ſuppliciter ambientes. Quare, quo tempore & ipſe non diſſimilia de rebus meis agitabam ánimo, quærerémque quo pacto quamocyſſimè apud omnes inclareſcerem, prudentiſſimum Timothei conſilium ſecutus, conſiderabam quínam in Republ. omnium foret præſtantiſſimus, cuique plurimum fidei apud alios foret repoſitum, tum qui præ omnibus aliis eſſet acceptiſſimus. Proinde talis tu nobis apparere debebas iuſto omnium ſermone, veluti vniuerſæ virtutis caput & ſumma, ac talium rerum gnomon & recta regula. Porrò ſi mea tibi ſpectanda & excutienda offerrem, túque ea proſequutus eſſes laudibus, eſſent haud dubiè ita apparitura: egóque iam votis tantopere ſperatis potitus eſſem, in vno calculo omnes aſſecutus. Aut quem tibi in eligendo præferens, non iure optimo deliquiſſe in habendo delectu exiſtimarer? Itaque iuxta prouerbium, in vno viro iecimus aleam: ſed mehercle non aliter factum eſt, atque ſi omnibus vbique hominibus meam in dicendo facultatem oſtendiſſem. Quippe in confeſſo eſt, quòd & ſeparatim ſingulos, & collectim vniuerſos ipſe ſolus morum bonitate atque ingenij gloria exuperaris.

Εἰ γὰρ οἷς ἅπαντες ἴσασι, καὶ οἷς θαυμάζουσιν, ὅτι δὲ εἴσονταί σε αὐλητὴν ὠδόκιμον ὄντα, τί σοι δεῖ τῆς πολλῶν, οἵ γε πάντως ἀκολουθήσουσι τοῖς ἀμείνον κρίνασι δυναμένοις; ὁ γάρ τοι πολὺς οὗτος λεὼς, αὐλοῦ μὲν ἀγνοοῦσι τὰ βέλτιστα, ζαίουσι ὄντες οἱ πολλοὶ αὐτῶν. ὅν τινα δ' ἂν οἱ τοιοῦτοι ἐπαινέσωσι, πᾶσι θύουσι μὴ αὐλῶν ἐπαινεθέντα τοῦτον· ὥστε ἐπαινέσουσι καὶ αὐλοῦ. καὶ γὰρ οὖν καὶ ἐν τοῖς ἀγῶσιν, οἱ μὲν πολλοὶ θεαταὶ εἰσι κροτῆσαί ποτε, καὶ συρίσαι, κρίνουσι δὲ ἑπτὰ, ἢ πέντε, ἢ ὅσοι δή. ζοῦτα ὁ μὲν Ἁρμονίδης οὐκ ἔφθη ποιῆσαι. μεζὸν γὰρ αὐλῶν, φασιν, ὅτε τοῦτον ἠγωνίζετο, φιλοτιμότερον ἐμφυσῶν, ἐναπέπνευσε τῷ αὐλῷ, καὶ ἀστεφανώτος ἐν τῇ σκηνῇ ἀπέθανε, δ' αὐτὸ δὲ τοῦτον καὶ ὕστατον αὐλήσας ἐν Διονυσίοις. ὁ μὲντοι τοῦ Τιμοθέου λόγος, οὐκ αὐληταῖς, φησὶν Ἁρμονίδῃ μόνον εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ, ἀλλὰ πᾶσιν, ὅσοι δόξης ὀρέγονται, δημόσιόν τι ὑποδεικνύμενοι, τοῦ τοῦδε τῶν πολλῶν ἐπαίνου δεόμενοι. ἐγὼν' οὖν ὁπότε καὶ αὐτὸς ἐνενόουν τὰ ὅμοια τοῖς τῶν ἐμαυτοῦ, καὶ ἐζήτουν ὅπως ἂν τάχιστα γνωσθείην πᾶσι, τῷ Τιμοθέου λόγῳ ἐπόμενος, ἐσκοπούμην ὅς τις ἄριστος εἴη τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ ὅτῳ πιστεύοιεν οἱ ἄλλοι, καὶ ὃς αὐτὶ πάντων ἄρχοι ἂν. ὅπου δ' ἄρα σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὥσπερ τὸ κεφάλαιον ἀρετῆς ἁπάσης ὁ γνώμων, φασὶ, καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. εἰ δέ σοι δείξαιμι τἀμὰ, καὶ σὺ ἐπαινέσαις αὐτά (εἶη γὰρ ἄντως φανήσεσθαι) καὶ δὴ ὅτι πέρας ἥκειν με τῆς ἐλπίδος, ἐν μιᾷ ψήφῳ τοὺς ἁπάσας λαβόντα. ἢ τίνα γὰρ ἂν τοσοῦτον ἐλόμενος, ἀγνοῆσαί γ' ἂν εἰκότως νομισθείην; ὥστε λόγῳ μὲν ἐφ' ἑνὸς ἀφορίζομαι τὸν κύβον, ὃ δ' ἀληθὲς, ὡς ἔφην εἰ τοῖς ἀπάντων ἀφ' ὑποδεικνύμενος τοῖς λόγοις. δῆλον γὰρ ὡς καθ' ἕνα τε, καὶ σταὶ ἅμα πάντων συνηλεγμένων, μόνος αὐτὸς ἀμείνων αὐ ἦσθα.

οἱ μὲν γε τῶν Λακεδαιμονίων βασιλῆς, τῶν ἄλλων ἑκάστου μίαν ψῆφον φερόντων, σκῆπτρον μόνοι ἑκάτερος αὐτῶν, δύο φέρειν. σὺ δὲ, καὶ τῶν τῶν Ἐφόρων, καὶ τῶν τὸ γεραιτάτων πρεσβύτη, καὶ ὅλως ἀπάντων ἐν πολυψηφότατος ἐν παιδεία. σύ γε καὶ μάλιστα ὅσῳ τὴν λευκὴν ἀεὶ καὶ σώζουσαν φέρῃς, ὃ καὶ θαρρῆσαί με τῷ παρόντι ποιεῖ, ἀφ' οὗ γε ὁ μέγεθος τῶν ψηφισμάτων, καὶ πάνυ δικαίως δὴ φοβηθέντα. κἀκεῖνο δὲ, νὴ Δία, παρέσεται καὶ αὐτῷ θαρρεῖν ποιεῖ, ὃ μὴ πάντα πᾶσιν ἀλλότριον πάμπαν εἶναί σοι· ὃς πόλεώς τε ἐκείνης εἰμὶ, ὦ πολλάκις δὴ ἐπῄνησας, ὃ μὲν πρῶτον, ἰδίᾳ, ὃ δὲ δεύτερον, κοινῇ μετὰ πάντων τῶν ἄλλων· ὥστε ὦ που κἀγὼ ἐμοὶ εἰς ὃ χεῖρον ῥέπωσιν αἱ ψῆφοι ἐν τῷ λόγῳ, καὶ ἐλάττους ὦσιν αἱ ἀμείνους, σὺ τὴν τῆς Ἀθηνᾶς παρεστηκὼς, ἀνάπλεων ὃ ἐνδέον πάλιν σεαυτῷ, καὶ ἐπανόρθωμα οἰκεῖόν σοι δοκεῖτω· καὶ γὰρ οὐδὲ ἐκεῖνό μοι ἰκανόν, εἰ πολλοὶ ἐθαύμασάν με πρότερον, εἰ ἔνδοξος ἤδη ἐγὼ, εἰ ἐπαινοῦμαι παρὰ τῶν ἀκροατῶν οἱ λόγοι. πάντα ἐκεῖνα, ὥσπερ νέμια ὀνείρατά, φασι, καὶ ἐπῶν σκιαί. ὁ δ' ἀληθὴς, ἐν τῷ παρόντι δηλωθήσεται. οὗτος ἀκριβὴς ὅρος τῶν ἐμῶν, οὐδὲν ἀμφίδοξον ἔτι, οὐδ' ὡς αὖ πῃ ἐνδιαστῆναι, ἀλλ' ἢ ἄριστον τῇ παιδείᾳ δεήσῃ νομίζεσθαι, σοί γε δόξαν, ἢ πάντων. ὑφηνιεῖν δὲ χρὴ, παρὸν ὕστερον μέγαν ἀγῶνα παρατῶντα, δόξαιμι γὰρ, ὦ θεοὶ, λόγου ἄξιοι, καὶ βεβαιώσαιτε ἡμῖν τὸν παρὰ τῶν ἄλλων ἔπαινον, ὡς ὃ λοιπὸν θαρροῦντας, ἐς τοὺς πολλοὺς πρῆναι. πάντως γὰρ ἤδη σταδίῳ ἥττον φοβερὸν τῷ Ὀλυμπια τὰ μεγάλα νενικηκότι.

A Lacedęmoniorum reges alijs omnibus vnicum tantùm calculum ferentibus, ipsi soli præ cæteris duos ferre soliti sunt. Tu verò & Ephoros præterea, & senes, in sũma vniuersos calculorum multitudine in disciplinis excedis. Quinetiam in primis tu candidum & saluti ferè semper suffragantem calculum addere consueuisti: quod non mediocrem in præsentia mihi addit animum, alioqui propter audacis facti magnitudinem iure optimo metuẽti. Sed & illud per Iouem non vulgariter me consolatur, quòd mea non prorsus à te sint aliena, qui & ex ea vrbe sum B oriundus, quam tu persæpe primùm quidem priuatis officiis, tandem etiam publicis iuuisti perbenignè & liberaliter. Itaque sicubi & nunc in peiorem mihi partem calculi vergerint in oratione, ac paucior erit meliorum & candidorũ numerus: tu adiecto Mineruæ suffragio, ex te ipse defectum suppleto, tuíque familiaris censorem & correctorem te egisse putato. Atqui ne hoc quidem contentus ero, si antehac multi me admirati sint, si iam per ora virûm clarus ego & celebris C volitem, si orationes meæ audientiũ laudibus respondeant. Omnia illa vẽtosa & euanida, vt est in prouerbio, sunt somnia & verborum vmbræ. Cęterùm ipsa veritas in præsens certissimis argumẽtis declarabitur. Ille exactus erit mearum lucubrationum finis & terminus, nec ampliùs ambiguitati locus relinquetur, ne tantùm quidem, quod vel vllius mẽtem aliquo dubio distrahat, sed aut optimum iuxta disciplinas æstimandum est, quod tibi apportet gloriam, aut omnium. Sed meliora proferenda, & magis ominatiora, ad tantum certamẽ eunti. Videamur verò, ô superi, hominum opinione & existimatione non indigni: ac eam quæ nobis ab alijs euentura est, laudem confirmate, vt in posterum fidenti animo ad ampliorem perueniamus. Quippe omne stadium minùs reformidandum est ei qui magna Olympia deuicerit.

ΣΚΥΘΗΣ, Η ΠΡΟΞΕΝΟΣ.

SCYTHA, SEV HOSPES.

Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

Laudat Macedonicos quosdam ciues, patronos, vt videtur, suos, vt à quibus maximè adiutus atque apud cæteros promotus fuerit. Facit autem hoc collatione quadam Anacharsidis Scythæ, & Solonis Athenienſis: ad quẽ cùm alter Athenas profectus, à Toxare populari ſuo adductus fuiſſet, & humaniter acceptus ab illo, breui toti ciuitati notus atque acceptus factus eſt. Eodẽ igitur pacto & ſe, cùm in Macedoniam veniſſet, ab omnibus vt ad illos de quibus encomium hoc inſtituit, diuerteret, iiſdémque ſeſe commendaret, admonitum fuiſſe ait. Vt enim apud Athenienſes aliquando Periclem, Ariſtotelem, & Solonem, quaſi cæterorum omnium inſtar fuiſſe; ita hos inter Macedonas reliquos excellere. Titulum ex eadem ratione, qua ſuperiores, hæc quoque oratio habet. Cætera plana ſunt.

ON fuit primus Anacharſis qui ex Scythia Athenas vſque peregre profectus eſt Græcanicæ diſciplinæ perdiſcendæ deſiderio: ſed ante illum & Toxaris, vir & multæ ſapientiæ, & elegantiæ ac rerum optimarum ſtudioſus admodum, ſed qui domi non erat de ſanguine regio, neque ex iis qui tiaras geſtare ſolent, verùm vnus è vulgo Scytharum & popularium, cuiuſmodi ſunt qui apud illos vocantur Octipedes, quo ſignificant aliquem duorum boum & vnius plauſtri eſſe dominũ. Hic ergo Toxaris haud iterũ poſtliminio ad Scythas regreſſus eſt, ſed Athenis manens diem ſuum obiit, ac non multo pòſt etiam heros eſſe viſus eſt: atque hunc peregrinum medicum Athenienſes non ſecus atque vnum colunt ex heroum numero. Hoc enim nomen cùm heros eſſe declaretur, poſſidere cœpit. Sedenim cauſſam cognominis, & quamobrem in heroum catalogum relatus ſit, vnúſque ex Æſculapianis viſus ſit, non alienum fortaſſe eſt percenſere, vt cognoſcatis. Non Scythis tantùm moris eſt immortalitate donare homines, & ad Zamolxim ablegare mortuos, ſed Athenienſibus quoque licitum eſt in Græcia Scythas Deos facere. Quo tempore ſæua peſtilentia populus Athenienſis infeſtabatur, videre viſa eſt Architelis viri Areopagitici vxor ſibi Scytham adſtitiſſe, dixiſſéque fore vt Athenienſes à peſtifero contagio liberarẽtur, ſi angiportus vino conſpergerent. Hoc cùm ſæpius fieret (neque enim Atheniẽſes mulierculæ verba aurdita dederũt neglectui) factum eſt vt non ampliùs peſtis in eos graſſaretur, ſiue vaporibus quibuſdam noxiis vini odore extinctis, ſiue aliud quiddam maioris efficaciæ norit heros Toxaris, quippe qui medicus exiſtens iſta Athenienſibus facienda ſuaſerit. Itaque curationis merces etiam nunc illi perſoluitur: nam niuei coloris equus ad eius monimentũ quotannis immolatur, quo loci monſtrauit Dimænete, illum accedentem, ea quæ de vino ſpargendo diximus, imperaſſe.

Peſtilentia ſedanda ratio.

Ὁ μὲν δὴ πρῶτος Ἀνάχαρσις ἀφικέτο ἐκ Σκυθίας Ἀθήνας, παιδείας ἐπιθυμίᾳ τῆς Ἑλληνικῆς, ἀλλὰ καὶ Τόξαρις ποτὲ αὐτὴν σοφὸς μέν, καὶ φιλόκαλος ἀνὴρ, καὶ ἐπιτηδευμάτων φιλομαθὴς τῶν ἀρίστων· οἴκοι δ' ὢν τοῦ βασιλείου γένους ὤν, οὐδὲ τῶν πιλοφορικῶν, ἀλλὰ Σκυθῶν τῶν πολλῶν, καὶ δημοτικῶν, οἷοί εἰσι παρ' αὐτοῖς οἱ ὀκτάποδες καλούμενοι· τοῦτο δὲ ἔστι, δύο βοῶν δεσπότην εἶναι, καὶ ἁμάξης μιᾶς. οὗτος ὁ Τόξαρις, ὑπὸ ἀπλήστου ἐπὶ ὀπίσω ἐς Σκύθας, ἀλλ' Ἀθήνησιν ἀπέθανε καὶ μετ' οὐ πολὺ καὶ ἥρως ἐδόξε, καὶ ἐντέμνουσιν αὐτῷ ξένῳ ἰατρῷ οἱ Ἀθηναῖοι· τοῦτο γὰρ τοὔνομα, ἥρως γενόμενος, ἐπικτήσατο. τὴν δ' αἰτίαν τῆς ἐπωνυμίας, καὶ αἰθ' ὅτου ἐς τοὺς ἥρωας καλέλεγη, καὶ τῆ Ἀσυλληπιαδῶν εἷς ἔδοξεν, ὑμῖν χρεὼν ἴσως διηγήσασθαι, ὡς μάθητε ὑμεῖς Σκύθαις μόνον ὑπάρχειον οὐκ ἀπαθανατίζειν, καὶ πέμπειν παρὰ τὸν Ζάμολξιν, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναίοις ἔξεστι θεοποιεῖν τοὺς Σκύθας ἐπὶ τῆ Ἑλλάδος. καὶ τὸν λοιμὸν τὸν μέγαν, ἔδοξεν ἡ Ἀρχιτέλους γυνὴ, Ἀρεοπαγίτου ἀνδρὸς, ὑπισχνεῖται οἱ τὸν Σκύθην κελεύσαι εἰπεῖν Ἀθηναίοις, ὅτι παύσουσι τὸν λοιμὸν ἐχόμενοι, ἢν τοῖς ξενικοῖς οἴνῳ πολλῷ ῥᾳδίως. τοῦτο συχνὰς γιγνόμενον, καὶ γὰρ ἠμέλησάν Ἀθηναῖοι ἀκούσαντες, ἔπαυσε μηκέτι λοιμώττειν αὐτούς· εἴτε ἀτμοῖς τινας πονηροὺς ὁ οἶνος σβέσας τῇ ὀδμῇ, εἴτε ἄλλό τι πλέον εἰδὼς ὁ ἥρως ὁ Τόξαρις, ἅτε ἰατρικὸς ὤν, σπουδάσθυσεν. ὁ δ' ὧν μισθὸς τῆς ἰάσεως ἔτι καὶ νῦν ἀποδίδοται αὐτῷ, λευκὸς ἵππος καλλιγένειος· ὅτι δὲ μνήματι ὄθεν ἔδοξεν ἡ Δημαινέτη, παρελθόντα αὐτὸν, ἐντέλλεσθαι ἐκφέρειν τὰ πρὸς τὸ οἶνου.

καὶ εὑρέθη κεῖθι ὁ Τόξαρις τεθαμμένος, τῇ τε A Et inuentus est eo loco Toxaris esse se-
ὑπογραφῇ γνωσθεὶς, εἰ καὶ μὴ πᾶσα ἐφαίνε- pultus, ipsa inscriptione cognitus, tametsi
το ἔτι· καὶ μάλιστα, ὅτι ὑπὲρ τῇ στήλῃ Σκύθης nõ integra appareat: in primis verò quòd
ἀνὴρ ἐγκεκόλαπτο, τῇ λαιᾷ μὲν, τόξον ἔχων super columnã vir ornatu Scythico scul-
ἐντεταμένον· τῇ δεξιᾷ δὲ, βιβλίον, ὡς ἐδό- ptus fuerat, læua arcum intensum, dextra
κει· ἔτι καὶ νῦν ἴδοις ἂν αὐτὸν ὑπὲρ ἥμισυ, καὶ verò, vt visus est, librum tenens. Etenim
τὸ τόξον ὅλον, καὶ τὸ βιβλίον. τὰ δὲ ἄλλα τῆς adhuc plus quàm dimidio corpore con-
στήλης, καὶ τὸ πρόσωπον, ὁ χρόνος ἤδη ἐλυ- spicitur, & arcus totus vnà cum codice:
μήνατο πού. ἔστι δὲ οὐ πολὺ ἀπὸ τοῦ Διπύλου, reliquas verò partes statuæ vnà cum frõ-
ἰοῦσι ἐκ δεξιᾶς εἰς Ἀκαδημίαν ἀπιόντων, οὐ te temporis lõginquitas iam deuastauit.
μέγα τὸ χῶμα, καὶ ἡ στήλη χαμαί, πλὴν Est autem non procul ab ædibus Dipyli,
ἀνέστηταί γε ἀεὶ, καὶ φασὶ πυρεταίνοντάς à læua in Academiam ingredientibus, tu-
τινας, ἤδη πεπαῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ, καὶ, μὰ B mulus non magnus, & statua humi sita,
τὸν Δί', οὐδὲν ἄπιστον, ὅς γε ὅλην ποτὲ ἰάσα- verùm subinde recentibus sertis redimi-
το τὴν πόλιν· ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἕνεκα ἐμνή- ta. Aiúntque nonnullos febre laborantes
σθην αὐτοῦ, ἔξεστι μὲν ἔτι ὁ Τόξαρις· ὁ Ἀνά- iam ab illo subleuatos esse: & per Iouem
χαρσις δὲ, ἄρτι καταπεπλευκὼς, ἀπὴλθε τὴν à vero non abhorret, quippe qui totam
Πυθαιῶς, οἷα δὴ ξένος, καὶ βάρβαρος, οὐ ciuitatem quondam peste grauatam li-
μετρίως τεταραγμένος ἐπὶ τῷ γνώμῳ, berauerit. Sed regrediamur ad id cuius
πάντα ἀγνοῶν, φοβούμενός τε τὰ πολλὰ, gratia illius mentionem fecimus. Adhuc
οὐκ ἔχων ὅ, τι χρήσαιτο ἑαυτῷ. καὶ γὰρ quidem in viuis erat Toxaris, Anachar-
σκώπτῃ καταγελώμενος ὑπὸ τῶν ὁρώντων sis autem cùm nuper soluisset è patria, ex
ὅτι τῇ σκευῇ, καὶ ὁμόγλωσσον οὐδένα ἤκουσε, Pyræo vn vrbem venit, veluti hospes &
καὶ ὅλως μετέμελεν αὐτῷ ἤδη τῆς ὁδοῦ, καὶ barbarus, non mediocriter animo per-
ἐδέδοκτο, ἰδόντα μόνον τὰς Ἀθήνας, ὅτι turbato, omnia ignorans, ad multa meti-
πόδα ἀψὺς ὀπίσω χωρῆσαι· καὶ πλοίῳ ὑπερ- culosus & trepidus, pendens animi quid
βάντα, πλεῖν αὖθις ὅτι Βοσπόρου, ὅθεν οὐ ageret. Siquidem non obscurè intellige-
πολλὴ ὁδὸς ἔμελλεν αὐτῷ ἔσεσθαι οἴκαδε ἐς bat à videntibus se haberi ludibrio pro-
Σκύθας. οὕτως ἔχοντι τῷ Ἀνάχαρσιδι, εὐ- pter habitus peregrini insolentiam, &
τυχήσει δαίμων τις ἀγαθὸς, ὡς ἀληθῶς, C eandem linguam sonare callentem inue-
ὁ Τόξαρις ἤδη ἐν τῷ Κεραμεικῷ. καὶ δὴ niebat néminem. In summa, iam illum
μὲν πρῶτον, ἡ σολὴ αὐτὸν ἐπεσπάσατο, πα- susceptæ professionis pœnitebat, consti-
τρίδιός τις οὖσα, εἶτα μέντοι οὐ χαλεπῶς tutum habentẽ in animo, visis tantùm A-
ἔμελλε καὶ αὐτὸν γνώσεσθαι τὸν Ἀνάχαρ- thenis actutum retrò abire in patriam,
σιν, ἅτε γνώριμος τῶν δοκιμωτάτων ὄντα, καὶ D conscensóque nauigio iterum soluere in
ἐν τοῖς πρώτοις Σκυθῶν. ὁ Ἀνάχαρσις δὲ, Bosporum, vnde non multum itineris il-
πόθεν ἂν ἔγνω ὁμοεθνῆ ὄντα, Ἑλλήνισε li conficiendum restabat in Scythiam.
ἐξαλλάττον, ὑποξυρημένον τὸ γένειον, ἄζωστον, ἀσίδηρον, ἤδη σωφρονοῦντα, αὐ- Ad hunc modum hæc secum reputanti
τῷ τῷ Ἀττικῷ ἕνα τῶν ἀστειοτάτων; οὕ- Anacharsidi dæmon quispiam bonus illi
τω μετεπεποίητο ὑπὸ τοῦ χρόνου. ἀλλὰ fit obuiam, vt reuera credendũ est, nem-
Τόξαρις Σκυθιστὶ προσφωνῶν αὐτὸν, Οὐ σὺ, pe Toxaris in Ceramico. Ad quod pri-
ἔφη, Ἀνάχαρσις ὢν τυγχάνεις, ὁ Δαυ- mùm illum pertraxit habitus, quem vide-
κέτου; ἐδάκρυσεν ὑφ' ἡδονῆς ὁ Ἀνάχαρσις, bat sibi esse patrium. Deinde haud diffi-
culter cogniturus erat & ipsũ Anachar-
sin, nẽpe ex illustri ortum genere, quíque
inter Scytharum primates non infimum
locum obtineret. Porrò autem Anachar-
sis vnde cognoscere potuisset popularem
sibi esse Toxarim, more Græcorum exor-
natum, mentum habentem detonsum,
incinctum, nullo ferro munitum, iam
multa facundia facetũ & lepidum, atque
ex ipsis Atticis vnum indigenam? Adeo
iam transformatus erat longinquitate
temporis. Verùm Toxaris Scythica lin-
gua affatus illum, Nonne tu, inquit, Ana-
charsis ille es Dauceto patre prognatus? Lacrymatus est præ gaudio Anacharsis,

propterea quòd eiusdem linguæ hominem inueniſſet, planéque callētem quis eſſet; aut quem apud Scythas dignitatis locum obtineret: & interrogauit: Tu verò vnde me noſti, ô hoſpes? Cui ille, Inde ego ſum, inquit, è vobis oriundus ex Scythia: nomen mihi eſt Toxari, non ex claris illis ducenti generis originem, vt per hoc tibi notus eſſe queam. Num, inquit ille, tu es Toxaris, de quo ego inaudiui, Toxarim quendam amore viſendæ Græcię, relictis domi vxore & infantibus filiis, Athenas eſſe profectum, & nunc ibi verſari, ínque magno eſſe pretio apud optimates? Ego, inquit, ille ipſe ſum, ſi qua etiam nūc apud vos de me fama ſuperſtes eſt. Proinde, inquit Anacharſis, ſcias me tuum factum eſſe diſcipulum, ac amoris tui æmulum, quo huc perductus es, ſcilicet vt viderem Græciā. Itaque huius negotiationis gratia peregre profectus, venio infinitis malis perfunctus apud gentes in medio ſitas. Et niſi tu mihi factus fuiſſes obuiam, iam decretum erat, priuſquam ſol occidiſſet, me retro ad nauem voluiſſe referre greſſum: vſque adeo conſternatus eram animo, peregrina & incognita omnia conſpiciens. Sed age per Acinacem & Zamolxim deos nobis penates, tu me aſſumptum ô Toxari, vt hoſpitem circunducito, ac mihi pulcherrima quæque quæ Athenis ſunt, commonſtrato: deinde, ſi qua etiam paſſim in reliqua ſunt Græcia admiranda & viſenda, cùm leges optimè conſtitutas, tū viros quoſque integerrimos, ad hęc mores & ludos publicos, & vitam illorum, & Rempub. quorum indagandorum gratia prior tu, exin ego poſt te tantum itineris exhauſimus. Et ne permittas vt his omnibus nondum viſis mihi retro pes mouendus ſit. Hoc equidem, inquit Toxaris, minimè amanter dixiſti, vix tactis pede liminibus, mox te rediturum poſtliminio. Atqui bonum habe animum: neque enim, vt tu tecum cogitas, abibis, neque te facilè dimiſſura eſt ciuitas. Neque verò adeo modica habet erga retinendos hoſpites demulcimenta aut illectamēta, verùm multo magis te ſuſceptū ita tractabit, vt neque vxoris amplius, neque liberorum, ſi quos interea nobis abſente ſuſcepiſti, admodum memor futurus ſis. Cæterùm vt quàm celerrimè vniuerſam Athenienſium vrbem viſam cognoſcas, aut potiùs omnem Græciam, & ea quæ apud Græcos maximè viſenda ſunt, ego tibi effectum reddam. Agit hîc vir multæ & admirandæ ſapientiæ, & quidem indigena, ſed qui diu multúmque ſuſceptis peregrinationibus & in Aſiam & in Ægyptum profectus ſit,

A ὅτι καὶ ὁμόφωνον εὑρήκει τινά, καὶ τίνων εἰδότα ὅστις ἰὼν ὁ Σκύθης, καὶ ἤρετο, σὺ δὲ πόθεν οἶδα ἡμᾶς, ὦ ξένε; καὶ αὐτὸς, ἔφη, ἐκ Σκυθῶν εἰμι πρὸς ὑμᾶς, Τόξαρις τοὔνομα, ὃ τῶν ὀπιφανῶν, ὥστε καὶ ἐγνῶσθαί σοι κατ' αὐτό. μῶν, ἔφη, ὁ Τόξαρις εἶ, περὶ οὗ ἐγὼ ἤκουσα ὡς τις Τόξαρις ἔρωτι τῆς Ἑλλάδος, ἁπλιπτῶν καὶ γυναῖκα καὶ Σκύθια, καὶ παιδία νεογνά, οἴχοιτο εἰς Ἀθήνας, καὶ νῦν ἐξεπίστῃ κεῖθι, τιμώμενος ὑπὸ τῶν ἀρίστων; ἐγὼ, ἔφη, ἐκεῖνός εἰμι, εἴ τις καὶ μικρὸς λόγος ἔτι περὶ ὑμῖν, οὕτω ἦν ἄρ' ὃς ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητήν σου B ἴσθι με γεγονυμένον, καὶ ζηλωτὴν τῆς ἔρωτος, ὃν ἠράσθης, ἰδεῖν τὴν Ἑλλάδα, καὶ καθ' ὅτι γε τὴν ἐμπορίαν ταύτην ἀποδημήσας, ἥκω σοι, μυρία παθὼν ἐν τοῖς μεταξὺ μέσοις ἔθνεσι. καὶ εἴγε μή σοι ἐπέτυχον, ἐγνωσμένη ἦν πρὶν ἥλιον δῦναι, ὀπίσω αὖθις ὅτι ναυῶν καπέναις, οὕτως ἐτεταράγμην, ξένα καὶ ἄγνωστα πάντα ὁρῶν· ἀλλὰ τοὺς Ἀκινάκου, καὶ Ζαμόλξιδος, τῶν πατρῴων ἡμῖν θεῶν, σύ με, ὦ Τόξαρι, ἀγαθῶν ξεναγησον, καὶ δεῖξον τὰ κάλλιστα τῶν Ἀθηνῶν, εἶτα καὶ τὰ ἐν τῇ ἄλλῃ C Ἑλλάδι, νόμων τε τοὺς ἀρίστους, καὶ ἀνδρῶν τοὺς βελτίστους, καὶ ἄστη, καὶ πανηγύρεις, καὶ βίον αὐτῶν, καὶ πολιτείαν, δι' ἃ δὴ σύ τε, καὶ ἐγὼ μετὰ σὲ, τοσαύτην ὁδὸν ἤκομεν, καὶ μὴ φείδῃ ἀθέατον αὐτῶν διαφέροντα. τοῦτο μὲν, ἔφη ὁ Τοξάρις, ἥκιστα ἐρωτικὸν εἴρηκας, ὅπου τοὺς θύρας αὐτοῖς ἐλθόντα, οἴχεσθαι ἀπιόντα· πολλοῦ ἀλλὰ θαρρεῖ· οὐ γὰρ αὖ, ὡς φῂς, ἀπέλθῃς, οὐδ' ἂν ἀφίῃ σε ῥᾳδίως ἡ πόλις, οὐχ οὕτως ὀλίγα τὰ θέλγητρα ἔχουσα τοῖς ξένοις, ἀλλὰ μάλα ὁπλισμένη σου, ὡς μήτε γυναικὸς ἔτι, μήτε παίδων, εἴ σοι ἤδη εἰσί, μεμνῆσθαι· ὡς δὴ πάγχυ πᾶσαν ἴδοις τὴν πόλιν τῶν Ἀθηνῶν, μᾶλλον δὲ τὴν Ἑλλάδα ὅλην, καὶ τὰ Ἑλλήνων καλὰ ἐγὼ ὑποθήσομαί σοι. Ἔστι σοφὸς ἀνὴρ οὗτος, ἐπιχώριος μέν, ἀποδημήσας δὲ μάλα πολλὰ ἔς τε Ἀσίαν, καὶ ἐς Αἴγυπτον,

καὶ τοῖς ἀρίστοις τῶν ἀνθρώπων συγγενόμενος, τὰ ἄλλα, ὦ τῶν πλουσίων, ἀλλὰ καὶ κομιδῇ πένης· ὅμως γέγονα ὅτου δημοτικῶς ἐσταλμένου· πλοῦ δέ γε τοῦ σοφίαν, καὶ τοῦ ἄλλην ἀρετοῦ, πόθου τιμῶσιν αὐτὸν, ὥστε καὶ νομοθέτην χρῶνται πρὸς τοὺς πολιτείαν, καὶ ἀξιοῦσι καὶ τὰ ἐκείνου παραγγέλματα βιοῦν. εἰ τοίνυν φίλον κτήσαιο, καὶ μάθοις οἷος ἀνήρ ἐστι, πᾶσαν νομίζει τοῦ Ἑλλάδα ἐν αὐτῷ ἕξειν, καὶ ὃ κεφάλαιον ἤδη αὖ εἰδέναι τῶν τῆδε ἀγαθῶν, ὡς οὐκ ἔστιν ὅ, τι ἂν μεῖζόν σοι καλὸν γένοιτο παθεῖν δυναίμην, ἢ συσχόντας ἐκείνῳ μὴ τοίνυν μέλλωμεν, ἔφη, ὦ Τόξαρι, ὁ Ἀνάχαρσις, ἀλλὰ μεταβαίνωμεν, ἅτε πρὸς αὐτὸν ἀπαρ οὐκ ἔτι δέλτα, μὴ δυσπρόσοδος, καὶ ἐν πρέπῃ γοῦν σε τὴν ἔντευξιν ἐμοῦ. θάρρει, ἦδ' ὅς, ἐκείνῳ τὰ μέγιστα χρήσεσθαί μοι δοκῶ, ἀφορμὴν παραλαβόντι τῆς ἐς ξένον αὖ δρᾶν εὐποιΐας· ἔπου μόνον, εἶσῃ γὰρ ὅσον περὶ τοὺς ξένους ἡ αἰδὼς, καὶ ἡ ἄλλη ὑπερβολή, καὶ χρηστότης. μᾶλλον δὲ καὶ δαίμονα σοῦ αὐτὸς ἡμῖν παρέξεται, ὁ ὑπὲρ εὐνοίας, ὁ λαλῶν ἑαυτῷ, καὶ ἅμα παρόντων τὸν Σόλωνα, τοῦτό σοι, ἔφη, δῶρον μέγιστον ἥκω ἄγων, ξένου ἀνδρα, φιλίας δεόμενον· Σκύθης δέ ἐστι τῶν πρὸ ἡμῶν ὑπερτείνων, καὶ ὅμως τάχει πρώτα ἀφεὶς, ἥκει συνεσόμενος ὑμῖν, καὶ τὰ κάλλιστα ὀφόμενος τῆς Ἑλλάδος, κἀγὼ ὑπεπεμψά τινα σαυτῷ ἐξοδεύσοντα αὐτὸν, ὅπως ῥᾷστα καὶ αὐτὸς μάθοι πρώτα, καὶ γνώριμος γένοιτο τοῖς ἀρίστοις· τοῦτο δὴ οὖν σοι παραγαγεῖν αὐτόν. εἰ τοίνυν ἐγὼ Σόλωνα οἶδα, οὕτω ποιήσῃς, καὶ προξενήσῃς αὐτῷ, καὶ πολίτην γνήσιον ἀποφανῇς τῆς Ἑλλάδος. καὶ ὅπερ σοι ἔφην μικρὸν ἔμπροσθεν, ὦ Ἀνάχαρσι, πρώτα ἐώρακας ἤδη, Σόλωνα ἰδών· τοῦτο, αἱ Ἀθῆναι, τοῦτο, ἡ Ἑλλάς, οὐκ ἔτι ξένος, σύμπρωτές σε ἴσασι, πρώτες σε φιλοῦσι· τηλικοῦτόν ἐστι ὃ κτᾶσθαι τὸν προσοῦντα τοῦτον ἀπρώτων ὑπολήψῃ τῶν ἐν Σκυθίᾳ, σεαυτῷ αὐτῷ, ἔχῃς τῆς ἀποδημίας καὶ ἄθλα, τοῦ ἔρωτος δὲ τέλος.

ac cum optimis quibusque mortalibus vitæ consuetudinem habuit: cætera homo non admodum diues, verùm infimæ penè fortunæ mendicus. Videbis senem adeo populariter exornatum: veruntamen cùm propter sapientiæ excellentiam, tum aliarum virtutum quibus præditus est, prestantiam, ab omnibus certatim colitur, adeo vt etiam pro legum auctore eo vtãtur in constituenda Republ. neque iuxta eius præcepta viuere dedignantur. Hunc si amicitia tibi iunctum possederis, ac planè cuiusmodi vir sit, perdidiceris, vniuersam Græciam in te habiturum haud dubitanter existima. Et quod caput est nosse, sic habe, ex omnibus bonis hîc repositis, non maiori me tibi gratificari posse aut officio aut obsequio, quàm si huic te quàm commendatissimum reddidero. Ne igitur cunctemur, ô Toxari, inquit Anacharsis, sed me assumens quantocyus ad illum ducito. Sed enim illud vereor, ne difficilis accessu sit, tuúmque erga me studium tanquã superuacaneum respuat. Bona verba, inquit ille: videor enim illi rem omnium gratissimam facturus, beneuolentiæ erga hospitem ostentandæ occasionem illi offerens. Tantùm verò me sequere, statimque qua sit erga hospites reuerentia, tum quàm à comitate non auersus, tum quæ alia eius bonitas, & ingenij amœnissimi suauitas, cognosces. Quin potiùs bona fortuna duce ille ipse nos accedit: nempe ille qui cogitabũdus secum loquitur: Et cum dicto Solonem allocutus, Venio, inquit, maximum tibi munus adducens, virum peregrinũ egentem amicitiæ. Est autem genere & natione Scytha, vnus apud nostrates ex nobilibus & summo loco natis Omnibus verò in patria relictis, huc venit nobiscum cõuersaturus, eáque quæ per Græciam sunt præstantissima, visurus. Porrò ego eius rei compendium illi inuentũ curaui, quo pacto facillimè simul & expeditissimè vniuersa perdisceret, & optimis quibusque innotesceret. Aliam verò ad hæc consequenda viam cõpendiosiorem non tenebam, quàm si hunc tibi adductũ familiarem fecissem. Itaque si Solonem ego planè pernoui, sic facies, ac illum in bonorũ notitiam & studium perduces, & germanum ciuem Græciæ esse ostendes. Et quòd tibi paulo antè dixi, Anacharsi, omnia iam viso Solone conspexisti. Hoc sunt Athenæ, hoc est ipsa Græcia. Neque amplius hospitem te esse puta. Omnes te nouerunt, omnes certatim amore te prosequuntur. Tantum tibi in hoc sene bonorum repositum esse ne dubites. Omnium in Scythia relictorũ te capiet obliuio, iuncta cũ illo conuersatione. Habes peregrinationis tuæ præmia, ac amoris finem tantopere desideratum.

Hic tibi Græca est regula, neque non Atticæ philosophię index certissimus. Quare hoc tibi persuade, eum esse multo felicissimum, quicunque cum Solone versatus fuerit, eóque amico vtitur. Perlongum esset referre, quantum cùm Solon sit delectatus muhere, tum quibus verbis responderit, ita vt in reliquum tempus dulcissimè simul & coniunctissimè conuixerint, alter quidem illorum, nempe Solon, docens & instituens rebus pulcherrimis, & amicum Anacharsin in omnium familiaritatem aggregans; Græcorúmque optimatibus adducens: tum per omnia diligentissimè curam agens quo pacto quàm iucundissimè in Græcia in pretio habitus præcelleret. Alter autem admirandam illius sapientiam attonito animo admiratus, ne altero quidem pede volens à senis latere discedebat. Itaque quemadmodum illi pollicitus fuerat Toxaris, ex vnico Solone in puncto temporis vniuersa cognouit, ac omnibus innotuit, & illius gratia à cunctis familiariter colebatur. Neque enim mediocri laude Anacharsis virtutes solebat extollere Solō: verùm hominibus & hoc moris erat, vt quemadmodum Soloni legislatori libenter dicto audientes erant, amore quoque & beneuolentia prosequebantur quoscunque ille aliquo pretio dignos esse existimabat, ac prorsus eosdem in reliquum viros optimos esse credebant. Solus verò ex Barbaris Anacharsis initiatus est, ac ciuitate donatus, si Theoxeno fides habenda est, qui præter cætera & hoc de illo literis ac memoriæ prodidit. Sed neque, vt opinor, retro ad Scythas Anacharsis abiit, nisi Solone mortuo. Vultis igitur fabulæ finem iam imponā, ne sine capite obambulet? proinde iam tempus est cognoscendi, ciues, cuius rei gratia mihi Anacharsis ex Scythia, & Toxaris in præsentia venerūt in Macedoniam, ad quos Solonem quoque adultæ ætatis hominem ab Athenis adduxi. Siquidem aio & me non dissimile quiddā cum Anacharside passum esse. Ac per Gratias vos obsecro, ne indignabūdo animo mihi vitio vertatis similitudinē, si viro regio memet ipse cōparauero. Barbarus enim ille fuit: cęterū nos Syros vlla in re Scythis deteriores non facilè dixeris. Atqui neque res meas cū regia magnificentia componere annitor similitudine nisi quātum ad ea quæ dix imus. Nā cùm primùm in vestram vrbem hospes immigrassem, ita tum animo obstupefactus sum visa eius & amplitudine & pulchritudine, ac incolarum multitudine, aliáque potentia & splendore omni cognito. Itaque multo tempore animo hęrebam attonitus ad hæc,

A ὅτος σοι ὁ Ἑλλωικὸς κανών, τοῦτο δεῖγμα τῆς φιλοσοφίας τῆς Ἀτικῆς. οὕτω τοίνυν γίγνωσκε, ὡς εὐδαιμονέσατος ὢν, ὃς συνέσῃ Σόλωνι, καὶ φίλῳ χρήσῃ αὐτῷ· μακρὸν αἰ εἰη διηγήσασθαι, ὅπως μὲ ἤσθη ὁ Σόλων τῷ δώρῳ, οἷα δὲ εἶπεν· ὡς δὲ ὃ λοιπὸν συνῆσθα, ὁ μὲν, παιδεύων καὶ διδάσκων τὰ κάλλιστα, ὁ Σόλων, καὶ φίλον ἅπασι ποιῶν τὸν Ἀνάχαρσιν, καὶ προσάγων τοῖς Ἑλλήνων καλοῖς, καὶ πάντα τρόπον ὅτι μελήσων, ὅπως ἥδιστα διαφερέψῃ σὺ τῇ Ἑλλάδι· ὁ δὲ, τερπόμενος τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, καὶ μηδὲ τὸν ἕτερον
B πόδα ἐκὼν εἶ ἀπολιπόμενος. ὡς γοῦν ὑπέσχετο αὐτῷ ὁ Τόξαρις ὀξέως ἑνὸς ἀνδρὸς τὸν Σόλωνος, ἅπαντα ἔγνω σὺν ἀκριβεῖ, καὶ πᾶσιν ἦν γνώριμος, καὶ ἐτιμᾶτο δι' ἐκεῖνον. οὐ γὰρ μικρὸν ἦν Σόλωνος ἐπαίνων, ἀλλ' οἱ αὐθρωποι ἐν τοῦτο, ὡς νομοθέτην ἐπειθοντο, ἐφίλουν ὡς ἐκεῖνος δοκιμάζοι. καὶ ὅτις θυον ἀρίστους ἄνδρας εἶ τὰ τελευταῖα. ἐμιμήθη μόνος βαρβάρων Ἀνάχαρσις, δημιοποίητος γνώμονος· εἰ χρὴ
Θεοξένῳ πιστεύειν καὶ τοῦτο ἱστορεῖν περὶ αὐτοῦ. καὶ οὐκ ἂν οὐδὲ ἀνέστρεψεν, οἶμαι, ἐς
C Σκύθας, εἰ μὴ Σόλων ἀπέθανε. βούλεσθε οὖν ἤδη ἐπάγω τῷ μύθῳ τὸ τέλος, ὡς μὴ ἀκέφαλος περιφοιτᾷ; ὥρα γοῦν εἰδέναι οὗ πινός μοι εἵνεκα, ὁ Ἀνάχαρσις οὐ Σκυθίας, καὶ Τόξαρις τοσοῦτος ἐς Μακεδονίαν ἥκετον, ἔτι δὲ Σόλωνα γέροντα ἄνδρα ἐπαγόμενοι Ἀθήνηθεν. φημὶ δὴ ὅμοιόν τι καὶ αὐτὸς παθεῖν ὦ Ἀνάχαρσι, καὶ, πρὸς Χαρίτων, μὴ νεμεσήσητέ μοι τῆς εἰκόνος, εἰ βασιλικῷ ἀνδρὶ ἐμαυτὸν εἰκασα. βάρβαρος μὲν γὰρ κἀκεῖνος, καὶ οὐδέν τι φαίης ἂν τοὺς Σύρους ἡμᾶς φαυλοτέρους εἶ τῶν Σκυθῶν. ἀτὰρ, οὐδὲ κατὰ βασιλικὸν εἰσποιῶ τἀμαυτὸν ἐς τὸν ὁμοιότητα, κατ' ὀκνον δέ· ὅτε γὰρ πρῶτον ἐπεδήμησα ὑμῶν τῇ πόλει,
D ἐξεπλάγην μὲν βίβλους ἰδὼν τὸ μέγεθος, καὶ τὸ κάλλος, καὶ τῶν ἐμπολιτευομένων τὸ πλῆθος, καὶ τὸν ἄλλην δυνάμιν, καὶ λαμπρότητα πάσην· ὥστε ὀλιγοπολὺ ἐτεθήπειν πρὸς ταῦτα,

ϗ οὐκ ἐξήρκεσεν τῷ θαύματι, οἷον ἢ ὁ νεα-
σώτης σκῆνος νεανίσκου ἐπεπόνθει πρὸς τὰ τοῦ
Μενελάου οἰκία. ϗ ἔλεγον ὅτου δέοντε δηλο-
σθαι τῇ γνώμῃ, ἰδὼν πόλιν ἀκμάζουσαν
ἀκμῇ τοσαύτῃ, καὶ τὸν ποιητὴν ἐκεῖνον,
Ἀνδράσιν ἀγαθοῖς πᾶσιν, οἷς θάλλει πόλις.
οὕτω δὴ ἔχων, ἐσκοπούμην ἤδη πρὸς τὴν
πραγμάτειαν. καὶ ὁ μὲν δέξαι τὴν λόγων ὑμῖν,
πάλαι ἐδέδοκτο. ὅσοι γὰρ ἄλλοις ἔδειξα,
σιωπῇ παραδοῦσας τηλικαύτῃ πόλιν; ἐζή-
τουν γὰρ (οὐδὲ ἀποκρύψομαι τἀληθές,) οἵ
τινες οἱ προὔχοντες εἶεν, καὶ οἷς αὖ τις προσ-
ελθών, ϗ συλλεγόμενος προστάξας, συν-
αγωνιστὰς χρῷτο πρὸς τὰ ὅλα. ἐνταῦθά
μοι ἦν εἷς, ὥσπερ τῷ Ἀναχάρσιδι καὶ οὗτος
βάρβαρος, ὁ Τόξαρις, ἀλλὰ πολλοὶ, μᾶλ-
λον δὲ πάντες, τὰ αὐτὰ, μόνον οὐκ αὐταῖς
συλλαβαῖς ἔλεγον, ὦ ξένε. πολλοὶ μὲν καὶ
ἄλλοι χρηστοὶ, καὶ δεξιοὶ αἰεὶ τὴν πόλιν, καὶ
οὐκ ἂν ἁλοίης τοιούτους ἄνδρας ἀγα-
θούς· δύο δὲ μάλιστα ἐστὸν ἡμῖν ἄνδρε ἀρί-
στω, μέν μοι, καὶ ἀξιώματι, πολὺ προὔ-
χοντες ἁπάντων, παιδείᾳ δὲ, καὶ λόγων
δυνάμει, τῇ Ἀττικῇ δεκάδι πάντας ἄλλους
ἂν. ἡ δὲ περὶ τὸν δήμου εὔνοια, πάνυ ἐρωτι-
κὴ πρὸς αὐτούς· καὶ τοῦτ' γίγνεται, ὅτι μὲν
ἄριστον ἡ τῇ πόλει· τὴν μὲν γὰρ χρηστότητα,
καὶ τὴν πρὸς τοὺς ξένους φιλανθρωπίαν, ϗ
τὸ σὺν μεγέθει τοσούτῳ διεπιφθονον, ϗ τὸ μετ'
εὐνοίας αἰδέσιμον, καὶ τὸ θαρραλέον, καὶ τὸ εὐ-
προσόδευτον, αὐτὸς ἂν ἄλλοις διηγήσαιο, πει-
σθεὶς μικρὸν ὕστερον. καὶ ὡς μᾶλλον θαυ-
μάσῃς, μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οἰκίας ἐστὸν, υἱὸς
καὶ πατὴρ, ὁ μὲν, εἴ τινα Σόλωνα, ἢ Περι-
κλέα, ἢ Ἀριστείδην ὑπονοῇς. ὁ δὲ υἱὸς, ὦ ἀφρὸς
μὲν αὐτίκα, ἀπάξεταί σε, οὕτω μέγας ὅσος, ϗ
καλὸς ἀρρενωπήν τινα τὴν εὐμορφίαν. εἰ δὲ
καὶ φθέγξαιτο μόνον, οἰχήσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤ-
των αἰωρήσας μέλισσος, ἔσαυτὸν Ἀφροδίτῃ
ὅτι τῇ γλυκυτάτῃ ὁ νεανίσκος ἔχει. ἢ τέ τοι πόλις
ἅπασα κεχηνότες, ἀκούουσιν ὁπότ' ἂν δη-
μηγορήσων προέλθοι· ὁποῖόν φασι τοὺς τότε
Ἀθηναίους, πρὸς τὸν τοῦ Κλεινίου παῖδα,

A nec poteram cuncta abundè satis admiratione prosequi: cuiusmodi quiddam & insularis ille iuuenis conspectis Menelai ædibus passus est. Neque verò alium ego obtinebam animum, intuitus vrbem tanto vigore vigentem, ac iuxta poëtam illum, omnibus bonis florentem, quibus ciuitas felix & beata solet affluere. Hoc iam affectus animo, deinceps de iis quæ agenda forèt, mecum deliberabam. Iam enim olim cõstitutum habebam, oratione vos & laudibus illustrare. Quibus enim aliis ostendi, silentio tam præclaram ciuitatem præteriens? Quippe quærebã (neque enim veritatem prudens celabo) si
B qui essent qui reliquos dignitate anteirent, & quos aggressus aliquis, ac historia de illis memoriæ prodita, adiutoribus vteretur ad omnia. Ibi verò mihi non vnus, quemadmodum Anacharsidi, & ille quidem barbarus Toxaris, sed plures, aut potiùs omnes eadem tantùm non iisdem syllabis respõdebant. Multi quidem & alij præclari & industrij viri, ô hospes, in hac vrbe habitant, nec temere alibi eiusmodi viros inuenies perinde bonos. Duo tamen cum primis sunt longè optimi & præstantissimi, generis splendore &
C dignitate omnibus longè superiores: cæterùm disciplinarum cognitione ac dicendi facultate Atticæ Musæ eos nõ absurdè comparaueris. Populi mirus erga illos fauor, & studium singulare existit. Et hoc quoque quod in ciuitate optimum & præstantissimum esse constat, illorum bonitatem & obuiam erga hospites humanitatem, nullãmque in tanta magnitudine inuidentiam, ac reuerentiam coniunctam cum beneuolentia, tum animi mansuetudinem & morum facilitatem quibusuis accedentibus expositam, ipse haud dubiè aliis verbis cele-
D brabis, paulo pòst harum rerum facto periculo. Atque vt mireris impensiùs, ex vna eadémque familia sunt pater & filius. Alter quidem non alius, quàm si Solonem, aut Periclem, aut Aristidem animo conceperis. Alter verò filius, te saltem conspectum actutum domum abducturus est. Adeò præstanti corpore vi-sendus est, & mascula quadam forma decorus & amabilis. Quòd si modò ore in vocem soluto loqui inceperit, ducet te reuinctum ab auribus: tantam dicendi venerem, & verborum suauitatem iuuenis in lingua sitam possidet. Quinetiam vniuersa ciuitas ad audiendum inhiat, quoties ad populum verba facturus progreditur: cuiusmodi aiunt Athenienſibus quondam accidisse in Clinię filio adamando,

præterquam quòd non multo pòst eos amoris summè pœnituerit, quo Alcibiadem complexi fuerant. Porrò hunc non ciuitas solùm arctissimè diligit, verumetiam reuerenter habere non dedignatur. In summa, vnicum hoc nobis populare bonum est hic vir, & ingens commoditas omnibus. Hic si te & eius pater susceperint, & tecum amicitiam & societatem fecerint, totam ciuitatem deuinctam habebis. Tãtùm autem ad illum manus extendenda est, nec ampliùs res tuæ erunt in ambiguo. Hęc per Iouem ab omnibus dicebantur, etsi iureiurando oratio mea mihi confirmãda sit. Ac mihi iam earum rerum facienti periculum, ne minimam quidem partem dicendo assecutus esse videor. Itaque neque desidiæ, neque moræ indulgendæ locus est, vt ait Poëta Ceius, verùm omnes rudentes pariter mouendi sunt, præterea nihil non dicendum & faciendum quo in amicitiam illorum insinuemur. Quod quidem si ex sententia consecuti fuerimus, tranquilla sunt omnia, & nauigatio non improspera, ac mare placidum, & portus in propinquo constitutus.

A πρὸς ὅσον τοῖς μὲν, οὐκ εἰς μακρὰν μετεμέλησε τῶν ἐρώτων, οὐ περιεθέσθην τῷ Ἀλκιβιάδου· τῶτον δὲ, ἡ πόλις οὐ φιλεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ αἰδεῖται ἤδη ἀξιοῖ, καὶ ὅλως, ἓν τῶτο ἡμῖν δημόσιον ἀγαθόν ἐστι, καὶ μέγα ὄφελος ἅπασι, αὐτὴρ σοί. εἰ δὴ αὐτός τε καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, δέξαιντό σε, καὶ φίλον ποιήσαιντο, πᾶσαν ἕξεις τὴν πόλιν, καὶ ὁπόσην χρὴ πρὸ χειρὸς τῶτο μόνον, καὶ οὐκ ἔτ' ὀκνηρὰ πρὸς σέ. ταῦτα μὴν Δί' ἀπόρρητος ἔλεγον, εἰ χρὴ καὶ ὅρκον ἐπάγειν τῷ λόγῳ· καί μοι ἤδη πειρωμένῳ, ὃ πολλοστὸν τῶν παρόντων εἰρηκέναι ἐδόξα. οὐχ ἕδρας τοίνυν, οὐδ' ἀμβολᾶς ἔργον, ὡς ὁ Κῷος φησὶν, ἀλλὰ χρὴ πρῶτα μὲν καλῶν κινῆσαι, πρῶτα δὲ παρεῖναι, καὶ λέγειν, ὡς φίλοι ἡμῖν γένοισθε μᾶλλον. τῶτο γὰρ τῶθ' ὑπάρξει, οὗ δεῖ πρῶτα, καὶ πλοῦς ἥσυχος, καὶ λελυμένην ἡ θάλασσα, καὶ ὁ λιμὴν πλησίον.

ΠΩΣ ΔΕΙ ΙΣΤΟΡΙΑΝ ΣΥΓΓΡΑΦΕΙΝ.

QVOMODO HISTORIA SCRIBENDA SIT.

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

Didascalicus liber est, continens præcepta ac regulas de historia scribenda. Diuiditur autem in duas partes. In priore exposito fine seu officio Historici, & confutatis iis qui duplicem Historiæ finem faciunt, vtile videlicet & delectabile: mox vitia recenset, quæ tum in verbis & compositione, tum in ipsis rebus vitanda sit: & hoc sub exemplis aliorum, quo quique modo aut genere peccarint, ostendendo. In posteriore autem parte primùm quæ afferre ad hanc rem, quæq; antea quasi domi suæ comparata habere debeat is qui ad scribendam historiam accedit, exponit. Deinde regulas primùm de rebus, deinde de expositione & phrasi verborum, postremò & de partibus operis tradit, etiam hìc exemplis aliorum præcepta sua confirmando. Orditur autem ab occasione, quam collatione Abderitici morbi amplificat.

ABderitis aiunt Lysimacho iam regnante morbum incidisse, optime Philo, huiuscemodi quendam: Febricitari principiò quidem cœpisse per vrbem vniuersos, primo statim die febri cõtinua ac valida grauiter correptos. Circa septimum autem diem aliis quidem multus è naribus profluens sanguis, aliis verò exortus sudor, etiam ipse immodicus, febrim dissoluit ac finiit. Cæterùm ridicula quadã perturbatione mentes illorũ idem hic morbus inuoluit.

C Ἀβδηρίταις, φασὶ, Λυσιμάχου ἤδη βασιλεύοντος, ἐμπεσεῖν τι νόσημα, ὦ καλὲ Φίλων, τοιοῦτο· πυρεταίνειν μὲν γὰρ τὰ πρόσωπα πάντας, ἀπὸ τῆς πρώτης εὐθὺς ἐρρωμένως, καὶ λιποθυμεῖν τῷ πυρετῷ· περὶ δὲ τὴν ἑβδόμην, τοῖς μὲν αἷμα πολὺ ἐκ ῥινῶν ῥυὲν, τοῖς δὲ, ἱδρὼς ὀπτηλότατος πολὺς καὶ ὅσος, ἔλυσε τὸν πυρετόν. ἐς γέλωτα δέ τι πάθος περιίστη τὰς γνώμας αὐτῶν·

ἅπαντες γὰρ ἐς τραγῳδίαν προκινοῦντο, καὶ ἰαμβεῖα ἐφθέγγοντο, καὶ μέγα ἐβόων, μάλιστα δὲ τῷ Εὐριπίδου Ἀνδρομέδᾳ ἐμανῴδουν, καὶ τὰ τοῦ Περσέως ῥήσιν ἐν μέλει διεξήεσαν· καὶ μεχρὶ τοῦ ἡ πόλις ὠχρῶν ἁπάντων καὶ λευκῶν, τῶν ἑβδομαίων ἐκείνων τραγῳδῶν,

Σύ σ' ὦ θεῶν τύραννε, καὶ θεῶν πάτερ, Ἔρως,

καὶ τἆλλα μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀναβοώντων, καὶ τοῦτο ὀψιπολύ, ἄχρι δὴ χιόνων, καὶ κρύους δὲ μέγα γιγνόμενον, ἔπαυσε λῆξαι αὐτούς. αἰτίαν δέ μοι δοκεῖ τοῦ τοιούτου παθεῖν, Ἀρχέλαος ὁ τραγῳδός, εὐδοκιμῶν ποτε, μεσούντος θέρους ἐν πολλῷ τῷ φλογμῷ τραγῳδήσας αὐτοῖς τῷ Ἀνδρομέδᾳ, ὡς πυρέξαι τε ἀπὸ τοῦ θεάτρου τοὺς πολλούς, καὶ ἀναστάντας ὕστερον ἐς τὴν τραγῳδίαν παραληθαργεῖν, ὀψιπολὺ ἐμφιλοχωρούσης τῆς Ἀνδρομέδας τῇ μνήμῃ αὐτῶν, καὶ τοῦ Περσέως ἐπ' αὐτῷ τῇ Μεδούσῃ, τῷ ἑκάστου γνώμῃ παρεπεπολιτεύσατο. ὡς οὖν ἔν, φασιν, ἐνὶ παθήματι, τὸ Ἀβδηριτικὸν ἐκεῖνο πάθος, καὶ νῦν τοῖς πολλοῖς τῶν πεπαιδευμένων παρεμπέπλευκεν· οὐκ ὥστε τραγῳδεῖν, ἔλαττον γὰρ ἂν τοῦτο πρέπαιον, ἀλλοτρίοις ἰαμβείοις, καὶ φαύλοις κατεχομένοι· ἀλλ' ἀφ' οὗ δὴ τὰ ἐν ποσὶ ταῦτα κεκίνηται, ὁ πόλεμος ὁ πρὸς τοὺς βαρβάρους, καὶ τὸ ἐν Ἀρμενίᾳ πρᾶγμα, καὶ αἱ συνεχεῖς νίκαι, οὐδεὶς ὅστις οὐχ ἱστορίαν συγγράφει· μᾶλλον δὲ Θουκυδίδαι, καὶ Ἡρόδοτοι, καὶ Ξενοφῶντες ἡμῖν ἅπαντες, καὶ ὡς ἔοικεν, ἀληθὲς ἄρ' ἦν ἐκεῖνο, ὅ, Πόλεμος ἁπάντων πατήρ· εἰ γε καὶ συγγραφέας τοσούτους ἀνέφυσεν, ἑνὶ μιᾷ τῇ πληγῇ. ταῦτα ἐννοῶ, ὦ Φιλότης, ὁρῶντα, καὶ ἀκούοντά με, τὸ τοῦ Σινωπέως ἐκεῖνο εἰσῆλθεν· ὁπότε γὰρ ὁ Φίλιππος ἐλέγετο ἤδη ἐπελαύνειν, οἱ Κορίνθιοι πάντες ἐπτοοῦντο, καὶ ἐν ἔργῳ ἦσαν· ὁ μὲν, ὅπλα ὀξυνόμενος, ὁ δὲ, λίθους φορῶν, ὁ δὲ, ἀναοικοδομῶν τὸ τεῖχος, ὁ δὲ, ἔπαλξιν ἀναστηλίζων, ὁ δὲ ἄλλος, ἄλλό τι τῶν χρησίμων ἀναπυργῶν. ὁ δὴ Διογένης ὁρῶν ταῦτα, ἐπεὶ μηδὲν εἶχεν ὅ, τι καὶ πράττοι (οὐδεὶς γὰρ αὐτῷ ἐς οὐδὲν ἐχρῆτο)

A Omnes enim quasi ad Tragœdias agendas impellebantur, & lábica personabãt, multúmque vociferabantur. Maximè autem Euripidis Andromedam canticis referebant, & Persei sermonem per vices recitabant. Plenáque adeo ciuitas erat pallidis & macilentis illis septimanis Tragœdis, notum illud,

At ô tyranne hominúmque diuorúmque, Amor,

& cætera quæ sequũtur, magna voce exclamantibus, & hoc in longum vsque, donec superueniente iam hyeme, frigus nimium obortum ab insania ac nugis istis cohiberet ipsos. Causſam verò eius rei vi-
B detur mihi præbuisse Archelaus Tragicus poëta, qui illis temporibus celebris erat, qui media æstate, multóque æstu, Andromedæ fabulam ipsis egerat, ita vt multi ex theatro redirent febricitantes, & mentibus euersi postea in eandẽ tragœdiam delaberentur, obversante illorũ memorię Andromeda, ac Perseo vnà cũ Medusa singulorum animis & cogitationibus obuolante. Vt igitur alterum cum altero comparetur, quemadmodum vulgo dicunt, Abderiticum illud malum etiam hoc tempore pleroſque doctorum
C inuasit: non vt ipsi quoque Tragœdias agant, nam in hoc minùs delirarent, alienis Iambicis, iísque haud malis occupati: sed ex quo obuia illa, & velut ante pedes exposita, semel moueri cœpêre, puta bellum istud aduersus Barbaros, & vulnus in Armenia acceptum, continuæque victoriæ illæ, nemo vnus iam est qui non historiam scribere velit: imò verò Thucydides, & Herodoti, & Xenophontes, cuncti nobis facti sunt: &, vt apparet, verum illud tandem fuit, quod dicit: Bellum, omnium pater est: quandoquidem & historiarum scriptoD res tam multos procreauit, idque vna hac plaga. Hæc igitur, ô amice, posteaquam viderem atque audirem, Sinopensis illius in mentem venit. Quando enim Philippus rex ferebatur cum exercitu iã aduentare, Corinthij omnes trepidi turbari cœperunt, & pro se quisque sedulò facere, alius quidem arma apparando, alius autem saxa comportando, alius muros ciuitatis reficiendo, alius propugnacula & turres suffulciendo, denique alius aliud aliquid quod ad rem pertineret, submini-
strando. Diogenes autem cùm hæc aspiceret, quoniam ipse nihil haberet quod ageret: (nemo enim ipsum ad vllum aliquod ministerium adhibebat)

& maximè quando rhetor iſte Afranius ad finem orationis lacrymans pariter cũ miſerabili ploratu, ſumptuoſarum cœnarum & propinationum illarum mentionem faciebat, deinde & Aiacis quendam colophonem imponebat. Nam gladio euaginato, generosè admodum, & vt Afranium decebat, aſpicientibus omnibus ſeipſum ad tumulum iugulauit, non indignus per Bellonam, qui multo antè mortuus fuiſſet, ſi talia rhetoricatus eſſet. Atque hoc dixit idem, aſpicientes omnes tum qui aderant admiratos fuiſſe, laudaſſéque Afranium ſupra modum. Ego verò etiam cætera illius damnabam, vt qui tantum non offarum & ollarum meminiſſet, & placentarum memoria illacrymaretur. Hoc tamen præter cætera reprehendi, quòd non ſcriptore ipſo & actore fabulæ huius ante ſe iugulato mortuus fuerat. Multos autem & alios conſimiles his commemorare tibi amice Philo poſſem: veruntamen paucis quibuſdam adhuc additis, ad alteram promiſſionis partem tranſibo, puta ad id conſilium, quo pacto rectiùs ac meliùs hiſtoriam ſcribere quiſpiam debeat. Sunt enim quidam, qui, quæ rerum geſtarum maximæ, & memoria digniſſimæ ſunt, prætermittant, aut quaſi in tranſcurſu tantùm attingãt: præ imperitia autem & ineptitudine, & ignorantia eorum quæ dicenda vel tacenda ſint, ea quæ minima ſunt, admodum prolixè & laboriosè immorando verbis exponunt, non aliter ac ſiquis Iouis Olympici vniuerſam pulchritudinem ac formam, quæ tanta ac talis eſt, non videat, nec laudet, neque etiam iis qui de ea neſciunt, quicquã narret, ſed ſubſellij rectitudinem & expolitionem, & crepidinis concinnitatem admiretur, & hæc admodum cum multa diligentia & cura exponat. Equidem audiui quendam, qui pugnam eam quæ ad Europum commiſſa fuit, ne totis quidem ſeptem verſibus prætercurrebat: viginti autem menſuras aut etiam ampliùs aquæ conſumpſerat in frigidam & nihil ad nos pertinentem narrationem, quo videlicet pacto Mauritanus quidã eques, Mauſacas nomine, præ ſiti errans per montes, deprehenderit Syros quoſdam agreſtes prandium apponentes, & quòd principio illi metuerint ipſum: deinde verò intellecto quòd ex amicis vnus eſſet, receperint ad ſe hominem, & cibum prębuerint. Nam & illorũ fortè quendam aliquando in Mauritaniam profectũ fuiſſe,

Præteritio neceſſariorum, & extra ſtatio non neceſſariorum.

ϗ μάλιϛα ὁπότε ὁ ῥήτωρ ὁ Ἀφράνιος, ὅπῃ τε λοιπὸν τοῦ λόγου δακρύων ἅμα σὺν οἰμωγῇ πεποιημένῃ, ἐμέμνητο τῶν πολυτελῶν ἐκείνων δείπνων, ϗ τῶν ποτῶν· εἶτα ἐπέθηκεν Αἰακοῦ τινα τελευτὴν κορωνίδα. ἀσπασάμενος γὰρ ὁ ξίφος εὐηνῶς πάνυ, ϗ ὡς Ἀφράνιον εἰκὸς ἦν, πάντων ὁρώντων, ἀπέσφαξεν ἑαυτὸν ὅπῃ ὦ πάντες, ὅτι ἀνάξιος ὢν, μὰ τὸν Ἐνυάλιον, τοῦ πολλοῦ ἂν ἀπέθανεν, εἰ τοιαῦτα ἐῤῥητόρευε. ϗ γὰρ ἔφη ἰδόντας τοὺς παρόντας ἀπορίας, θαυμάσαι, ϗ ὑπερεπαινέσαι τὸν Ἀφράνιον. ἐγὼ δὲ ϗ τἆλλα μοῦ αὐτοῦ κατεγίνωσκον, μινυνθάδιον ϗ ζωμοῦ ϗ λοπάδων μεμνημένου, ϗ ὅπως δακρύοντος τῇ τῶν πλακουντῶν μνήμῃ· τοῦτο μάλιϛα ἠπασάμην, ὅτι μὴ τὸν συγγραφέα, ϗ διδάσκαλον τῆς δράματος τοῦ ποτοσφάξας, ἀπέθανε. πολλοὺς δ' ϗ ἄλλους ὁμοίους τούτοις ἔχων σοι, ὦ ἑταῖρε, καταριθμήσασθαι, ὀλίγων ὅμως ὑπομνησθείς, ὅπῃ τῷ ἑτέραν ὑποθέσεων ἤδη μετελθόντι, τῷ συμβουλῷ, ὅπως ἂν ἄμεινον συγγράφοι τις. εἰσί γάρ τινες, οἱ τὰ μεγάλα μοῦ τῶν πεπραγμένων, ϗ ἀξιομνημόνευτα παραλείποισιν, ἢ παραθέουσιν, ὑπὸ δὲ ἰδιωτείας, ϗ ἀπειροκαλίας, ϗ ἀγνοίας τῶν λεκτέων, ἢ σιωπητέων, τὰ μικρότατα πάνυ λιπαρῶς ϗ φιλοπόνως ἑρμηνεύουσιν ἐμβραδύνοντες. ὥσπερ δ' ἂν εἴ τις τοῦ Διὸς τὸν Ὀλυμπίου τὸ μὲν ὅλον καλλος, ϗσοῦτον ϗ τοιοῦτον ὂν, μὴ βλέποι, μηδ' ἐπαινοῖ, μηδὲ τοῖς οὐκ εἰδόσιν ἐξηγεῖτο· τοῦ ὑποδίου δ', τό, τε βύθυερὲς ϗ τὸ λύξεσον θαυμάζοι, ϗ τῆς χρηπῖδος τὸ βύρυθμον, ϗ ταῦτα πάνυ μετὰ πολλῆς φροντίδος διεξιών. ἐγὼ δ' οὖν ἤκουσά τινος, τὴν μὲν ἐπ' Εὐρώπῃ μάχην οὐ κατὰ ὅλους ἑπτὰ ἔπεσι διαθρυλοῦντος, εἴκοσι δὲ μέτρα ἢ ἔτι πλείω ὕδατος ἀνηλωκότος εἰς ψυχρὰν ϗ οὐδὲν ἡμῖν προσήκουσαν διήγησιν· ὡς Μαῦρός τις ἱππεύς, Μαυσάκας τοὔνομα, ὑπὸ δίψους πλανώμενος ἀνὰ τὰ ὄρη, καταλάβοι Σύρους τινὰς τῶν ἀγρίων, ἄριστον παρατιθεμένους, ϗ ὅτι τὰ μὲν πρῶτα, ἐκεῖνοι φοβηθεῖεν αὐτὸν, εἶτα μέντοι μαθόντες ὡς τῶν φίλων εἴη, καταδέξαιντο, ϗ εἰσιάσαιντο. ϗ γάρ τινα τυχὸν αὐτῶν ἀποδεδημηκότα ϗ αὐτὸν ἐς τὴν Μαύρων,

ἀδελφοῦ

ἀδελφοῦ αὐτῷ ἐν τῇ γῇ στρατευομένου. μῦθοι A
δ' μετ' ταῦτα μακροὶ, καὶ διηγήσεις, ὡς θηρᾶσαι αὐτὸς ἐν τῇ Μαυρουσίᾳ, καὶ ὡς ἴδοι πολὺς ἐλέφαντας πολλοὺς ἐν τῷ αὐτῷ σπωνεμένους, καὶ ὡς ὑπὸ λέοντος ὀλίγου δεῖν καταβρωθείη, καὶ ἰχθῦς ἐξαίρετος ἐφάνη ἐν Καισαρείᾳ. καὶ ὀψωνήσας συλλαφόν, ἀφεὶς τὰς ἐν Εὐρώπῃ γιγνομένας σφαγὰς τοσαύτας, καὶ ἐπελθόντος, καὶ κοινὰς αἰχμὰς, καὶ φύλακας, καὶ ἀντιφύλακας, ἄχρι βαθείας ἑσπέρας ἐφάνη ὁρῶν Μαλχίωνα τὸν Σύρον ἐν Καισαρείᾳ, σκάρους παμμεγέθεις ἀξίους ὠνήσασθαι. εἰ δὲ μὴ νὺξ κατέλαβε, τάχα καὶ συνεδείπνει μετ' B
αὐτοῦ, ἤδη τῶν σκάρων ἐσκευασμένων. ἆρ' εἰ μὴ ἐνεχείρησε τὸ ὀψιμελὲς τῇ ἱστορίᾳ, μεγάλα ἂν ἡμεῖς ἠγνοηκότες ἦμεν, καὶ ἡ ζημία Ῥωμαίοις ἀφόρητος, εἰ Μαυσάκας ὁ Μαῦρος διψῶν, μὴ λαβὼν πιεῖν, ἀλλ' ἄδειπνος ἐπανῆλθεν ὀπίσω τὸ στρατόπεδον. καίτοι πόσα ἄλλα μακρῷ αἰσχίονα ἔχων ἐγὼ νῦν παρίημι; ὡς καὶ αὐλητρὶς ἦκεν ἐκ τῆς πλησίον κώμης αὐτοῖς, καὶ ὡς δῶρα ἀλλήλοις ἀπέδοσαν, ὁ Μαῦρος μὲν τῷ Μαλχίωνι λόγχην, ὁ δὲ C
τῷ Μαυσάκᾳ πόρπην, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα τῆς ἐν Εὐρώπῃ μάχης. αὐτὰ δὴ τὰ κεφάλαια. τοιγάρτοι εἰκότως ἄν τις εἴποι τοῖς τοιούτοις, ὃ μὲν ῥόδον αὐτὸ μὴ βλέπειν, τὰς ἀκανθας δὲ αὐτοῦ τὰς πρὸς τῇ ῥίζαν ἀκριβῶς ὑποσκοπεῖν· ἄλλος, ὦ Φίλων, μέλλει καὶ οὗτος γελοῖος, ὃς δὲ τὸν ἕτερον πόδα ἐκ Κορίνθου πώποτε προβεβηκὼς, οὐδ' ἄχρι Κεγχρεῶν ἀποδημήσας, ὅτι γε Συρίαν, ἢ Ἀρμενίαν ἰδὼν, ὧδε ἤρξατο· μέμνημαι γάρ· ὦτα ὀφθαλμῶν ἀπιστότερα. γράφω τοίνυν ἃ εἶδον, οὐκ ἃ ἤκουσα. καὶ ὅτως ἀκριβῶς ἅπαντα D
ἐωράκει, ὥστε τοὺς δράκοντας ἔφη τῶν Παρθυαίων (σημεῖον δὲ πλήθους τοῦτο αὐτοῖς, χιλίους γάρ, οἶμαι, ὁ δράκων ἀγαθὸς ζωοὺς δράκοντας) παμμεγέθεις εἶ) γινομένους ἐν τῇ Περσίδι, μικρὸν ὑπὲρ τὴν Ἰβηρίαν, τούτους δὲ, τέως μὲν ὅτι κοντῶν μεγάλων ἐκδεδεμένους, ὑψηλοὺς αἴρεσθαι, καὶ πόρρωθεν ἐπελαυνόντων, δέος ἐμποιεῖν, ἐν αὐτῷ δὲ τῷ ἔργῳ, ἐπειδὴ ὁμοῦ ἴοσι, λύσαντες αὐτοὺς, ἐπαφιᾶσι τοῖς πολεμίοις· ἀμέλει πολλοὺς τῶν ἡμετέρων ὅτω καταπολεμῆσαι· καὶ ἄλλους,

cùm ipſius frater in ea terra militaret. Poſt hęc fabulę longę & narrationes quo pacto ipſe in Maurusia venatus eſſet, & vt vidiſſet elephantos multos in eodem loco paſcentes, & quòd parũ abfuerit quin à leone deuoratus: fuiſſet deinde & quãtos piſces emerit Cæſareæ. Atque ita egregius iſte hiſtoricus relictis tot cędibus circa Europum factis, tot prælioru motibus, & fœderibus neceſſariis, & cuſtodiis aliis aliis oppoſitis, vſque in profundam veſperam ſubſtitit, aſpiciens Malchionẽ Syrum iſtum Cæſareæ ſcaros ingentes videlicet ementem. Et niſi nox occupaſſet ipſum, fortaſſis & ad cœnam cum illo veniſſet, ſcaris iſtis iam apparatis. Quæ niſi ille tam diligenter hiſtoriæ tradidiſſet, magnas nimirum reſignoraturi nos fuiſſemus: & damnum hoc Romanis intolerabile fuiſſet, ſi Mauſacas iſte ſitiens potum non inueniſſet, ſed incœnatus ad caſtra reuerſus eſſet. Atqui quàm multa alia longè magis neceſſaria volens ego nunc prætereo? quemadmodum & tibicina quædam venit ex propinquo vico ad eos, & vt dona mutuò inter ſe dederunt, Mauritanus videlicet ille Malchioni lanceam, hic autem contrà Mauſacæ fibulam: atque alia multa talia, quæ pugnæ illius ad Europum ipſa adeo capita & ſummaria ſunt. Proinde meritò dixerit quiſpiam tales ſcriptores roſam quidem ipſam non videre, ſpinas autem quæ iuxta radicem enaſcuntur, diligenter contemplari. Iam alius quidam, ô Philo, admodum & hic ridiculus, qui alterum pedem ne extra Corinthum quidem vnquam protulerat, neque ad Cenchreas vſque peregre profectus fuerat, nedum Syriam aut Armeniam conſpicatus, in hunc modum exorſus eſt: memini enim: Aures quàm oculi minùs fide digni ſunt. Proinde ſcribo quæ vidi, non quæ audiui: atque ita diligenter omnia viderat, vt diceret dracones Parthorum (ſignum autem hoc multitudinis ipſorum eſt, mille enim dracones viuos draco producit) ingentes eſſe, generaríque in Perſide paulo ſupra Iberiam. Hos autem antea quidem ex haſtis ſiue longuriis ſuſpenſos, illos in altum attollere, eóque terrorem iis qui à longè aduentarent, facere ſolere: in ipſo verò prælio, quando iam congreſſi ſunt, ſolutos illos in medios hoſtes immittere: nimirum multos noſtrorum hoc pacto deuoratos eſſe: alios autem,

implicantibus & compungentibus ipſos illis ſtrangulatos & confractos: adſtitiſſe autem ipſum, atque hæc vidiſſe, in tuto tamen, nempe ab arbore quadam excelſa ſpectando. Et rectè ſanè fecit, quòd propius ad feras iſtas non acceſſit: neque enim nos tam egregium ſcriptorem, & qui eminus ipſe præclara ac magna adeo in hoc bello effecerit, nunc haberemus: nã & pericula multa ſubiit, & vulneratus eſt circa ſuram, à Cranio videlicet iter faciens ad Lernam. Atque hæc Corinthiis audientibus recitabat, ſatis ſcientibus illis quidem quòd ne in pariete pictum quidem bellum vnquam vidiſſet. Sed nec arma ille quidem norat, neque machinas quales eſſent, neq; ordinũ aut acierum nomina: prorſus enim ſtudio habuit, πλαγίαν, hoc eſt, obliquã, vocare phalangem, ἐπὶ κέρως autem, hoc eſt, protentis cornibus, id quod exporrecta fronte educere dicitur. Alius autẽ ſuauiſſimus quidam cuncta à principio ad finem vſq; geſta, quæcunque in Armenia, quęcunq; in Syria, quęcũque in Meſopotamia, prętera ea quę ad Tigrim, quæq; in Medis acciderãt, ne totis quidẽ quingentis verſibus cõplexus ſcripto edidit, eóq; facto hiſtoriam compoſuiſſe videri volebat: inſcriptionem verò parum abfuit quin longiorem ipſo libro inſcripſerit, videlicet hoc modo: Antiochiani certaminis Apollinis ſacri victor (nam curſus certamine, quod Dolichum vocant, puer olim vicerat) eorum quæ in Armenia, in Meſopotamia, & in Medis à Romanis nunc geſta ſunt, hiſtorica narratio. Iam & quendam ego audiui, qui quæ futura eſſent, hiſtoriæ commendarat, & Vologeſi captiuitatem videlicet, & Oſroæ cædem, quemadmodum leoni obiiciendus eſſet, & poſtremò omnium etiam multoties illum deſideratum à nobis triumphum. Adeo omnino vatis in modum ſeſe gerens, properabat iam tum ad finem ſcribendi. Quin & ciuitatem idem iam in Meſopotamia cõdidit, magnitudine maximam, & pulchritudine pulcherrimam: adhuc tamen ſpeculatur & deliberat an eam Nicæam à victoria conueniat nominari, an verò Homonœam, an etiam Ireniam. Et ob hoc quidem adhuc in dubio pendet, & ſine nomine præclara illa ciuitas nobis eſt, nugis multis & faſtu hiſtorico referta. Quę verò in India poſthac agentur, etiam ea promiſit ſe iam nunc ſcripturum eſſe: præterea & deſcriptionem maris exterioris nauigantibus traditam.

ὡς ἐπειραθέντων αὐτῆς, ἀποπνιγῶσαι καὶ συγκλασθῆναι. τοῦτα δὲ ἐφεστὼς ὁρᾷν αὐτὸς, ἐν ἀσφαλεῖ μὲντοι ἀπὸ δένδρου ὑψηλοῦ ποιούμενος τὴν σκοπήν. καὶ δῆτα ἐποίησε, μὴ ὁμόσε χωρήσας τοῖς θηρίοις, ἐπεὶ οὐκ ἂν ἡμεῖς θαυμαστὸν ὅσον συγγραφέα νῦν εἴχομεν, καὶ ἀπὸ χειρὸς αὐτὸν μεγάλα ἂν λαμπρὰ ἐν τῷ πολέμῳ τούτῳ ἐργασάμενον. καὶ γὰρ ἐκινδύνευσε πολλὰ, καὶ ἐτρώθη περὶ σφυρὸν, ἀπὸ τοῦ κρανίου διαλιπὼν βαδίζων ἐπὶ τὴν Λέρναν. καὶ ταῦτα Κορινθίων ἀκουόντων ἀνεγίνωσκε, τῶν ἀκριβῶς εἰδότων ὅτι μηδὲ κατὰ τοίχου γεγραμμένον πόλεμον ἑωράκει, ἀλλ' οὐδὲ ὅπλα ἐκφανῆ γε ἤδη, οὐδὲ μηχανήματα οἷά ἐστιν, οὐδὲ τάξεων, ἢ καταλοχισμῶν ὀνόματα· πολὺ γὰρ ἐμέλεν αὐτῷ πλαγίαν μὲν τὴν φάλαγγα, ἐπὶ κέρως δὲ λέγειν τὸ ἐπὶ μετώπου ἄγειν. εἰς δέ τις βέλτιστος ἅπαντα ἐξ ἀρχῆς ἐς τέλος τὰ πεπραγμένα, ὅσα ἐν Ἀρμενίᾳ, ὅσα ἐν Συρίᾳ, ὅσα ἐν Μεσοποταμίᾳ, τὰ ἐπὶ τῷ Τίγρητι, τὰ ἐν Μηδίᾳ, πεντακοσίοις ἂν ὅλοις ἔπεσι παρελαβὼν, συνέγραψε, καὶ τοῦτο ποιήσας, ἰσοείδη συγγεγραφέναι φησί. τὴν μέντοι ἐπιγραφὴν ὀλίγου δεῖν μακροτέραν τῆς βιβλίου ἐπέγραψεν, Ἀντιοχιανοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερονίκου (δόλιχον γάρ που, οἶμαι, ἐν παισὶ νενικήκει) τὰ ἐν Ἀρμενίᾳ, καὶ Μεσοποταμίᾳ, καὶ ἐν Μηδίᾳ Ῥωμαίοις νῦν πραχθέντων ἀφήγησις. ἤδη δ' ἐγώ τινος καὶ τὰ μέλλοντα συγγραφησόμενα ἤκουσα, καὶ τὴν λῆψιν Οὐολογέσου, καὶ τὴν Ὀσρόου σφαγὴν, ὡς ἄρα βληθήσεται τῷ λέοντι, καὶ ὅτι πᾶσι, τὸ τριπόθητον ἡμῖν θέαμα. ὅτου πολὺ μαντικῶς ἅμα ἔχων, ἐσπεύδει ἤδη πρὸς τὸ τέλος τῆς γραφῆς. ἀλλὰ καὶ πόλιν ἤδη ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ ᾠκισε, μεγίστην τε μεγίστην, καὶ κάλλει καλλίστην· ἔτι μέντοι ὅπως σχοπεῖ, καὶ διαβουλεύεται, εἴτε Νίκαιαν αὐτὴν ἀπὸ τῆς νίκης χρὴ ὀνομάζεσθαι, εἴτε Ὁμόνοιαν, εἴτε Εἰρήνιαν· καὶ τοῦτο μὲν ἔτι ἄκριτον, καὶ ἀφώνυμος ἡμῖν ἡ καλὴ πόλις ἐκείνη, λήρων πολλῶν καὶ κορύζης συγγραφικῆς γέμουσα. τὰ δ' ἐν Ἰνδοῖς πραχθησόμενα, ὑπέσχετο ἤδη γράψειν, καὶ τὸν περίπλουν τῆς ἔξω θαλάσσης.

καὶ οὐκ ὑποσχέσεις ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ A Neque promiſſiones modò hæ ſunt, ſed
ὁ προοίμιον τῆς Ινδικῆς ἤδη συντέτακται, & proœmium Indicæ hiſtoriæ iam com-
καὶ ὁ τρίτον τάγμα· καὶ οἱ Κελτοὶ, καὶ Μαύ- poſitum eſt,& tertium tagma, ſeu tertius
ρων μέρος ὀλίγη σὺν Κασσίῳ πρῶτες οὗτοι liber. Ac Galli quidem, & Maurorũ pars
ἐπεραιώθησαν τὸν Ινδὸν ποταμόν. ὅ, τι δὲ quædam modica cum Caſſio, omnes iſti
προσάξουσιν, ἢ πῶς δέξονται τὴν τῶν ἐλε- iam Indum fluuiũ traiecerunt. Cæterùm
φάντων ἐπέλασιν, οὐκ εἰς μακρὰν ἡμῖν ὁ quid facturi ſint,aut quomodo excipient
θαυμαστὸς συγγραφεύς, ἀπὸ Μουζούεως, ἢ elephantorum incurſus, non multo pòſt
ἀπ' Οξυδρακῶν ἀπαγγελεῖ. τοιαῦτα πολλὰ egregius iſte ſcriptor à Muſuride aut ex
οὐκ ἀπαγγελίας λήρους, τὰ μὴ ἀξιόλογα Oxydracis ad nos ſcribet. Huiuſcemodi
ὄντα· ὁρῶντες, ὅτ' εἰ βλέποιεν, κατ' multa,præ inſcitia & imperitia nugãtur,
ἀξίαν εἰπεῖν διωάμενοι, ὑπονοοῦντες δὲ, & ea quæ viſu digniſſima ſunt,neque viden-
διὰ πλάτωνες ὅ, τι κεν ἐπ' ἀχειρίμῳ γλῶτ- B tes,neque etiam ſi videant, pro dignita-
τῃ, φασὶν, ἔλθῃ. καὶ ὑπὸ τῷ ἀριθμῷ τῶν te exponere ſcientes: excogitãtes autem
βιβλίων ἐπισεμνυόμενοι, καὶ μάλιστα ὑπὸ & effingentes quicquid temere in lin-
τὰς ὑπογραφάς· καὶ γὰρ αὖ καὶ αὖται, παι- guam, vt aiunt, venerit. Etiam numero
γέλοιοι· τὸ δεῖνος Παρθικῶν νικῶν, τοσάδε. librorum præterea ſuperbientes, & ma-
καὶ αὖ Παρθίδος, πρῶτον, δεύτερον, ὡς ximè inſcriptionibus. Nam rurſum & hæ
Αττίδος δηλονότι. ἄλλος ἀστειότερον πολύ· omnino ridiculæ ſunt: vt iſtius neſcio
ἀνέγνων γὰρ Δημητρίου Σαγαλασσέως cuius Parthicarum victoriarum libri tot,
Παρθονικικά· οὐδ' ὡς ἂν γέλωτι vel tot: & rurſum Parthidos primus, ſe-
ποιήσασθαι, καὶ ὑποσκάψαι τὰς ἰσοπλατείας οὕ- cundus,&c. vt Atthidos ſcilicet. Alius
τω καλὰς οὔσας, ἀλλὰ τῷ χρησίμου ἕνε- etiam vrbaniùs paulo. Nam legi Deme-
κεν, ὡς ὅστις δὴ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα φύ- C trij cuiuſdam Sagalaſenſis Parthonicica.
γῃ, πολὺ μέρος ἤδη ἐς ὀρθῶς συγγράφειν Non quòd pro riſu habeã, & illudam hi-
ὁδοῦ προσείληφε· μᾶλλον δὲ ὀλίγων ἔτι ſtoriis adeo præclaris, ſed vtilitatis cauſa
προσδεῖται, εἴγε ἀληθὲς ἐκφυὸ φησιν ἡ hæc commemoro, quòd quiſquis hæc at-
Δημοκρίτου, ὡς τῶν ἀμείνων ἡ γαστέρος ἄρ- que huiuſmodi alia euitarit, is bonã par-
σις, ὁ ἕτερον πόντως αὐτεισάγει. καὶ δὴ ὁ tem hiſtoriæ rectè ſcribendæ conſecutus
χωλὸς σοι φαίη τις ἂν ἀκριβῶς ἀπακριβάσθαι, iam ſit: imò pauca adeo illi etiam deſunt,
καὶ αἱ τε ἀκμαὶ, ὁπόσαι ἦσαν, & ſi modò verum illud eſt quod Dialectica
βάτοι, ἐκκεκομμέναι εἰσὶ, τὰ δὲ τῶν ἄλ- tradit,quòd eorum inter quæ mediũ nul-
λων ἐρείπια, ἤδη ἐκπεφόρηται· καὶ εἴπι τρα- lum eſt, altero eleuato, alterũ contrà de-
χὺ δὴ, καὶ τοῦτο λεῖόν ἐστιν. ὥστε οἰκοδομεῖν primitur. At verò area ipſa, dixerit quiſ-
τι δεῖ ἤδη, καὶ αὐτὸν ὡς δείξῃς, οὐκ αἰατέ- D piam,purgata probè iam eſt,ac ſpinarum
λεσται μόνον τὰ τῶν ἄλλων γυμνάδας ὤν, ἀλ- quicquid fuit,& rubi exciſi, reliquorum
λά τι καὶ αὐτὸς ὑπονοῆσαι δόξεις, καὶ ὁ σοφὸς autẽ ruinæ ac rudera iam exportata ſũt:
δή, ἀλλ' ὅμως ὁ Μῶμος μεμῆσασθαι δύναται. & ſi quid aſperũ antea fuit,id totum ſub-
Φημὶ τοίνυν τὸν ἄρισα ἰσοπλατείαν συγγρά- latum & complanatum eſt: quare tẽpus
φοντα, δύο μὲν ταῦτα κορυφαιότατα οἰκο- iam eſt vt ædificium aliquod ſuperſtruas
δομεῖν ἔχοντα, ἥκειν, σωφροσύνῃ τε πολιτικῇ, & etiam ipſe, quo oſtendas non modò alio-
δυνάμιν ἑρμηνευτικῇ· τὴν μὲν, ἀσφάλα- rum euertẽdis generoſum eſſe te, verùm
κτόν τι τῆς φύσεως δῶρον· ἡ δυνάμις δ', πολ- etiã per te ipſum excogitando atq; inue-
λῇ τῇ ἀσκήσει, & συνεχεῖ τοῦ πόνῳ, & ζήλῳ niendo tale aliquid præſtare poſſe, quod
τῶν ἀρχαίων προσγεγυμνάσθαι ἔστω. ταῦτα μὲν & dexteritatem quandã præ ſe ferat, & à
ἂν ἄτεχνα, καὶ οὐδὲν ἐμοῦ συμβούλου δεόμενα. nemine ne Momo quidẽ reprehendi ac
carpi queat. Aio igitur eum qui optimè
conſcribere hiſtoriã volet, duo hæc præ-
cipua domo ſecũ & de ſuo afferre debe-
re, Prudentiam quãdam ſiue intellectum
ciuilem,& poteſtatem dicendi. Quorum
alterum quidẽ nulla doctrina traditum,
naturæ donum quoddam eſt: dicendi au-
tẽ poteſtas, multa exercitatione, aſſiduó-
que labore,& imitatione veterum cõpa-
randa erit. Atque hęc quidem extra artẽ
ſunt, neque me conſultore opus habent.

Neque enim prudentem siue intelligentem & acutum reddere eum qui non natura talis fuerit, libellus hîc meus promittit: quoniam magni sanè æstimãdus, imò omnibus anteferendus foret, si transformare, & quasi nouo quodam ornatu induere huiusmodi ille posset, puta vel ex plumbo aurum reddere, vel ex stanno argentum, vel ex Conone Titormum, vel ex Leotrophide Milonem efficere. Verùm artis & consilij vtilitas ea est, non vt ea suppeditent quæ antè adsunt, sed vt illis rectè ac conuenienter vti doceant. Quo pacto nimirum & Iccus, & Herodizes, & Theon, & siquis alius artis palæstricæ magister atque exercitor fuerit, pollicerentur tibi Perdiccam hunc acceptum (si modò hic est ille qui nouercam amuait, & ex eo contabuit, & non potiùs Antiochus Seleuci filius, Stratonices illius amore captus) Olympionicẽ reddere, qui cum Theagene Thasio illo aut Polydamante Scotussæo, certamine congrederetur, nõ vt naturam & ingeniũ ad eam rem suppeditarent, sed vt materiam iam antè à natura datam, & ad hanc palęstræ exercitationẽ suscipiendam idoneam atque habilem, per artem multo meliorem redderent. Quamobrẽ absit & nobis hæc inuidia promissionis, vt artem aliquam rei adeò magnæ ac difficili nos inuenisse dicamus. Neque enim quemuis acceptũ reddere historicum nos velle dicimus, sed ei qui natura intellectu bono prædítus, & ad dicendum quãoptimè exercitatus fuerit, viam quandam ostẽdere rectam (si modò talis vlla apparet) qua vtendo, citiùs atque aptiùs ad finẽ & scopum vsque quò tendit, peruenire possit. Non enim neque illud dixeris, eum qui intelligentia prædítus fuerit, arte ac doctrina earũ rerum quas ignorat, opus nõ habere. Nam si absque doctrina & institutione cithara ludere posset, etiam tibia canere, ac cætera omnia sciret. Nunc autem, nisi doctus ab aliquo, nihil quicquam eorum manu facilè attingit: at demonstrante aliquo viam ac rationem, & discit facillimè, & rectè idẽ administrat per se ipsum. Proinde nobis quoque nũc talis discipulus tradatur, qui & ad intelligendas res, & ad dicendum non sit degener, sed acutũ tueatur, possitque rebus vti, si committantur illi: ac animum habeat militarem, sed tamen cum ciuilitate coniunctum: & experientiam, quam ducis militaris esse conuenit: denique, per Iouem, & in castris aliquando versatus sit,

Titormus Ætolus quidã fuit corpore procero, & robore incredibilis, qui & Milonem viribus superauit. vide Celsum libr. 2. c. 16 Leotrophides verò corpore tenui ac macilento fuit: vnde & prouerbiũ, Macilentior Leotrophide. huius & Suidas meminit.

ἀγαθὸ συνετερὸν καὶ ὀξὺν ἀποφαίνειν τὸν μὴ τοιοῦτον τῆς φύσεως διδόντος τοῦτο ἡμῖν τὸ βιβλίον· ἐπεὶ πολλοῦ γε, μᾶλλον δὲ τοῦ παντὸς ἐστὶν ἄξιον, εἰ μεταπλάσαι καὶ μετασκευάσαι τὰ τηλικαῦτα ἐδώδιμα, ἢ ὁκοῖον μολίβδου χρυσὸν ἀποφῆναι, ἢ ἄργυρον ἀπὸ καττιτέρου, ἢ ἀπὸ Κόνωνος, Τίτορμον, ἢ ἀπὸ Λεοτροφίδου, Μίλωνα ἐξεργάσασθαι. ἀλλά που ὁ τῆς τέχνης, καὶ ὁ τῆς συμβουλῆς χρήσιμον, οὐκ ἐς ποίησιν τῶν προσόντων, ἀλλ' ἐς χρῆσιν αὐτῶν τὴν προσηκούσαν· οἷόν τι ἀμέλει καὶ Ικκος, καὶ Ηρόδικος, καὶ Θέων, καὶ εἴ τις ἄλλος γυμναστὴς ὑπόσχοιντο ἄν σοι τοῦτον Περδίκκαν παραλαβόντες, εἰ δὴ τοῦτό ἐστιν ὁ τῆς μητρυιᾶς ἐρασθείς, καὶ ἀφ' ὧνπερ κατεσκληκώς, ἀλλὰ μὴ Αντίοχος ὁ τοῦ Σελεύκου Στρατονίκης ἐκείνης, ἀποφαίνειν Ολυμπιονίκην, καὶ Θεαγένει τῷ Θασίῳ, ἢ Πολυδάμαντι τῷ Σκοτουσσαίῳ ἀντιπαλον, ἀλλὰ τὴν δοθεῖσαν ὑπόθεσιν βύβλῳ παρὰ ὑποδοχὴν τῆς γυμναστικῆς παραπολὺ ἀμείνω ἀποφαίνειν μὴ τῆς τέχνης. ὥστε ἀπέχω καὶ ἡμῖν τὸ βιβλίον τοῦτο τῆς ὑποσχέσεως, εἰ τέχνην φαμὲν ἐφ' ὅτῳ μεγάλῳ καὶ ζηλετῷ τῷ πράγματι ἐφαρμόσειεν. ἐγὼ γὰρ οὐτινοῦν παραλαβόντες, ἀποφαίνειν συγγραφέα φαμὲν, ἀλλὰ τῇ φύσει σπουδαῖον, καὶ ἱκανὸν πρὸς λόγους ἠσκημένῳ ὑποδεῖξαι ὁδούς τινας ὀρθὰς, εἰ δὴ τοιαῦταί φαίνοντο), αἷς χρώμενος, θᾶττον μὲν καὶ εὐμαρέστερον τελέσειεν ἄγειν καὶ πρὸς τὸν σκοπόν. καίτοι ἐγὼ οὐ φαίην ἀπροσδεῆ τὸν σπουδαῖον εἶναι τῆς τέχνης, καὶ διδασκαλίας, ὧν ἀγνοῇ. ἐπεὶ κἂν ὁπωσοῦν μὴ μαθὼν, καὶ ἡυλῇ, καὶ πάλιν αὖ ἁπίσαν· νῦν δὲ μὴ μαθὼν, οὐκ ἄν τι αὐτῶν χρήσαιτο. ὑποδείξαντος δέ τινος, ῥᾷστά τε ἂν μάθοι, καὶ μεταχειρίσαιτο ἐφ' αὑτῷ. καὶ δοίην καὶ ἡμῖν τοιοῦτός τις ὁ μαθητὴς νῦν παραδεδόσθω, συνετέναι τε, καὶ εἰπεῖν οὐκ ἀγλώττως, ἀλλ' ὀξὺ δεδορκώς, οἷός τε χρῆσθαι ἂν, εἰ ὑπέραπειν, καὶ γνώμην στρατιωτικὴν, ἀλλὰ μετὰ τῆς πολιτικῆς, καὶ ἐμπειρίαν στρατηγικὴν ἔχειν, καὶ, νὴ Δία, καὶ ἐν στρατοπέδῳ χειμῶνός ποτε,

καὶ γυμναζομένους ἢ παρομένους γραπτῶς ἐωρακώς, καὶ ὅπλα εἰδώς, καὶ μηχανήματα ἔνια, καὶ τί ὅτι κέρως, καὶ τί ὅτι μετώπου, πῶς οἱ λόχοι, πῶς οἱ ἵππεῖς, καὶ πότερον, καὶ τί ὀξέλαυνε, ἢ εὐελαύνει· καὶ ὅλως, ὅ τῷ καθοικιδίων τις, ὁδ' οἷος πιστεύειν μόνον τοῖς ἀπαγγέλλουσι. μάλιστα δὲ καὶ πρὸ τῶν πάντων, ἐλεύθερος ἔστω τὴν γνώμην, καὶ μήτε φοβείσθω μηδένα, μηδὲ ἐλπιζέτω μηδέν· ἐπεὶ ὅμοιος ἔσται τοῖς φαύλοις δικασταῖς, οἷς χάριν, ἢ οἷς ἀπέχθειαν ἐπὶ μισθῷ δικάζουσιν. ἀλλὰ μὴ μελέτω αὐτῷ μήτε Φίλιππος σκεκομμένος τὸν ὀφθαλμὸν ὑπὸ Ἀστέρος τοῦ Ἀμφιπολίτου τοῦ τοξότου ἐν Ὀλύνθῳ, ἀλλὰ τοιοῦτος οἷος ὢν, δειχθήσεται· μήτε Ἀλέξανδρος αἰδεσθεὶς ὅτι τὴν Κλείτου σφαγὴν, ὡμῶς ἐν τῷ συμποσίῳ γενομένην, εἰ καφῶς αὐτὰγρόφοις· οὐδὲ Κλέων αὐτὸν φοβήσῃ, μέγα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ δυνάμενος, καὶ κατέχων τὸ βῆμα, ὡς μὴ εἰπεῖν ὅτι ὀλέθριος καὶ μανικὸς ἀνὴρ ἔστ' ἦν· οὐδὲ ἡ σύμπασα πόλις τῶν Ἀθηναίων, ἣν πάλιν ἐν Σικελίᾳ κακὰ ἰσορρῇ, καὶ τὸν Δημοσθένους λῆμον, καὶ τὸν Νικίου τελευτὴν, καὶ ὡς ἐδίψων, καὶ οἷς ὃ ὕδωρ ἔπινον, καὶ ὡς ἐφονεύοντο πίνοντες οἱ πολλοί· ἀνήσει γὰρ (ὅπερ δικαιότατον) ἐπ' ἐκείνοις τὴν αἰτίαν ἔχουσιν, αὐτὸς ἐξὸν τὴν αἰτίαν, ἐὰν τὰ δυστυχῶς ἢ ἀσόφως γεγραμμένα ὡς ἐπανόρθωσαι δυνῆται. ὁ γὰρ ποιητὴς οὐδείς, οὐδὲ μιμητὴς ἦν· ὥστε κἂν καταμωμαχῶν, τότε ὃν ἐκεῖνος ὁ καταδύων ἐστὶ, κἂν φεύγωσιν, ὃν ἐκεῖνος ὁ διώκων, ἐκτὸς εἰ μὴ βέλτιον δέον μή τι παρέλιπεν· ἐπεί τοι τε εἰ σιωπήσας αὐτὰ, ἢ πρὸς τοὐναντίον εἰπὼν ἐπανορθώσασθαι ἐδύνατο, ῥᾴδιον ἐν καλάμῳ λεπτῷ τὸν Θουκυδίδου ἀναβεβαμμένον ὃν ἐν τῇ Ἐπιπολαῖς παραλείψαι, καταδῦσαι τῇ Ἑρμοκράτους τριήρη, τὸν καλέμενον Γύλιππον βαπτίσαι μεταξὺ ἀποτειχίζοντα, καὶ ἀποφράττοντα τὰς ὁδοὺς καὶ τέλος, Συρακουσίους μὲν εἰς τὰς λιθοτομίας ἐμβαλεῖν, τοὺς δ' Ἀθηναίους παρὰ πλὴν Σικελίαν, καὶ Ἰταλίαν, μετὰ τῶν πρώτων τῆς Ἀλκιβιάδου ἐλπίδος.

& milites ipſos, ſeu cùm ad prælia exercentur, ſeu cùm re ipſa in aciem educuntur, conſpicatus ſit: præterea & arma norit, & machinas quaſdã, & quid ſit, deductis cornibus, & quid, exporrecta fronte inſtruere aciem: quomodo cohortes, & quomodo turmæ conſtituantur: vnde, & quid erũpere, & quid item circunducere equitem ſit, ſciat. Et in ſumma, neque eorum quiſpiam ſit, qui domi deſidentes nuſquam foras ipſi progrediuntur: neque facilè credat iis quę ſolùm ab aliis narrari audiet. Maximè autem & ante omnia libero animo ſit, vt neque metuat quenquam, neque ab vllo ſperet quicquam: quoniam ſimilis hoc pacto foret malis iudicibus, qui vel ad gratiam, vel ad odium accepta mercede ſententiã ferunt. Quin neque curet magnopere neque Philippũ oculo ab Aſtere Amphipolitano iſto ſagittario priuatum circa Olynthum, ſed talem qualis re ipſa eſt ſpectandum proponat: neque illi Alexander grauiter ſe excruciet ob Cliti cædem crudeliter in ipſo conuiuio perpetratã, ſi planè ac manifeſtè coloribus ſuis depingendus ſit: neque item Cleon illum perterrefaciat, eo quòd multum in concione potens ſit, & ſuggeſtum ſiue tribunal quaſi poſſeſſionẽ ſuam detineat, quò minus hominem exitioſum & inſanum hunc eſſe dicat! denique neque tota Atheniẽſium ciuitas abſterreat illum, ne non vbi de cladibus in Sicilia acceptis hiſtoriam compoſuerit, omnia iſta commemoret, quo pacto & Demoſthenes captus fuerit, & Nicias mortem obierit, quomodo exercitus ſiti laborarit, & qualem aquam biberint, & vt inter bibendũ plerique trucidati fuerint. Exiſtimabitur enim (id quod iuſtiſſimum eſt) ab iis qui ſana mente præditi ſunt, non ipſe in culpa eſſe, ſi ea quæ infeliciter aut ſtultè geſta ſunt, ita vt geſta ſunt, narrabit. Non enim ipſe talia fingit, ſed verbis tantùm indicat atque exponit. Quare etiam ſiue prælio nauali ſuperati fuerint, non ille tamen is eſt qui eos ſubmergit: ſiue in fugam cõuerſi fuerint, neque idem ille eſt qui eos perſequitur: niſi ſi cùm optãdum fuerat ne quid tale eueniret, ille hoc intermiſit: quandoquidem ſi tacendo hæc, aut in diuerſum narrãdo, corrigi aut emendari poſſent, facillimũ fuerat Thucydidi, vno ac tenui calamo inuertere quidem Epipolarum munitiones, ſubmergere autem Hermocratis triremem, & execrabilem iſtum Gylipum confodere interea dum vias obſtruit, & foſſis intercludit. Denique & Syracuſanos in lapidicinas coniicere, Athenienſibus verò copiam facere tum Siciliam tum Italiam cum prima illa Alcibiadis ſpe circumnauigandi.

Libertas hiſtorici.

De Epipolis, Hermocrate, & cæteris, Thucydides li 6. & 7.

Verùm enim, opinor, ea quæ semel facta sunt, neque Clotho reuoluet denuo, neque Atropos in diuersũ mutabit. Proinde historici opus vnum est, vt quæque perinde ac facta sunt, exponat. Hoc autẽ facere nõ poterit, donec vel Artaxerxem metuerit, medicus ipsius existens, vel sperat candyn purpureum, & torquem aureum, & equum ex Nisæis illis aliquem se acceperurum esse, mercedem videlicet laudum earum quas scriptis inseruisset. At neque Xenophon illud faciet, iustus scriptor, neque Thucydides: sed siue priuatim oderit quosdam, multo magis necessarium putabit esse id quod publicum est: veritatémque pluris faciet, quàm inimicitiam: siue etiam amauerit, tamen nõ parcet illi quisquis peccauerit. Vnum enim hoc, vt dixi, proprium historiæ est, ac soli immolandum veritati, ei qui ad historiam scribendam accedet, cætera verò omnia postponenda. Et in summa, vlna vna & mentura certa est, aspicere non ad præsentes auditores, sed ad eos qui in posterum in his scriptis legendis versabuntur. At si quis cõtinuò beneuolentiam & fauorem captat merito in parte adulatorum recensebitur, quos olim historia statim ab initio auersata est, non minùs quàm comendi artem Gymnasti-
ce. Alexandri igitur hoc quoque dictum refertur: Libenter, inquit, in vitam paulisper redirem ô Thnesicrates, post mortem, vt cognoscerem quo pacto hæc legerent homines, qui tum erunt. Nam si nunc ea laudant & amplectuntur, mirum non est: putant enim non paruo illectamento videlicet isto quisque sibi beneuolentiam apud me conciliaturos esse. Homero itaque, quãquam fabulosa plurima de Achille scripserit, nonnulli tamẽ eò adducuntur vt iam & fidem adhibeant, vnum hoc argumentũ ad demonstrationem veritatis magnum existimantes, quòd non de viuo illo scripsit. Non enim causſam aliquam vident cuius gratia mentiretur. Talis igitur mihi sit historicus ille, vt & metu careat, & nullis muneribus corrumpatur, & liber sit, & dicẽdi libertatem, ac veritatẽ amet, & quemadmodum Comicus ille ait, ficus ficus, ligonem ligonem nominet: non odio neque amicitiæ quicquam tribuens, non parcens aut misereſcens, aut erubescens, aut exorari se facilè patiens: æqualis iudex ac beneuolus omnibus, eò tamẽ vsq; dum ne alteri plus æquo aliquid tribuat:

Nisæi equi velocitate commendantur, à loco Persidis Nisæo vocati. Suidas.

Historicus qualis esse debet.

Alludit ad locum Platonis in Gorgia qui comœdi artem gymnastica opponit, inter adulatorias artes videlicet.

A δων. ἀλλ', οἶμαι, τὰ μὲν πεπραγμένα, οὐδὲ Κλωθὼ αὖ ἔτι ἀνακλώσειεν, οὐδ' Ἄτροπος μετατρέψει. τοῦ δὲ συγγραφέως ἔργον ἐστὶν, ὡς ἐπράχθη εἰπεῖν· τοῦτο δ' οὐκ ἄν ποιήσαιτο, ἀγχοῦ αὖ ἢ φοβηθεὶς Ἀρταξέρξου ἀκινάκην αὐτοῦ ὤν, ἢ ἐλπίζων χλανίδα πορφυρᾶν, καὶ στρεπτὸν χρυσοῦν, καὶ ἵππον τῶν Νισαίων λήψεσθαι μισθὸν τῷ ἐν τῇ γραφῇ ἐπαίνων. ἀλλ' ὁ μὲν Ξενοφῶν αὐτὸ ποιήσει, δίκαιος συγγραφεύς, οὐδὲ Θουκυδίδης· ἀλλὰ κἂν ἰδίᾳ μισῇ τινας, πολὺ αἰσχύντερον ἡγήσεται ὁ κοινὸν, καὶ τιμᾶν ἀληθῆ πλείονος ποιή-
B σεται τῆς ἔχθρας· κἂν φιλῇ, ὅμως οὐκ ἀφέξεται ἁμαρτάνοντος. ἓν γάρ, ὡς ἔφην, τοῦτο ἴδιον ἱστορίας, καὶ μόνῃ θυτέον τῇ ἀληθείᾳ, εἴ τις ἱστορίαν γράψων ἴοι, τῶν δ' ἄλλων ἁπάντων ἀμελητέον αὐτῇ. καὶ ὅλως, πῆχυς εἷς, καὶ μέτρον ἀκριβές, ἀποβλέπειν μὴ εἰς τοὺς νῦν ἀκούοντας, ἀλλ' εἰς τοὺς μετὰ τούτων συνεσομένους τοῖς συγγράμμασιν. εἰ δὲ ὅ τε ὀψωνητικὰ τις ἀναπείσει τὸν τὰ καλλιχυόντων μερίδος εἰκότως ἂν νομισθέν, ὃς πάλαι ἡ ἰσοτία ἐξ ἀρχῆς βίβλους ἀπέστραπται, ἐ
C μεῖον ἢ κωμῳδικὸν ἢ γυμναστικόν. Ἀλεξάνδρου γοῦν καὶ τοῦτο ἀπομνημονεύουσι, ὃς ἡδέως ἂν ἔφη παρὰ ὀλίγον αἰτεῖσθαι, ὡς Θρασύκλεα τε, ἀποθανὼν, ὡς μεγάλα ὄπτως τούτου οἱ ἄν θεοπροπεῖτο τότε διαγινώσκουσιν. εἰ δὲ νῦν αὐτὰ ἐπαινοῦσι, καὶ ἀσπάζονται, μὴ θαυμάσῃς· οἴονται γὰρ ἕκαστοι μικρᾷ τινι τῶν δελεατῶν τούτῳ αἰσθήσεσθαι ἕκαστος τινὰ πρὸς ἑαυτὸν εὐνοίαν. Ὁμήρῳ γοῦν, καί τοι παρὰ τὸ μυθῶδες τὰ πλεῖστα συγγεγραφότι περὶ τοῦ Ἀχιλλέως, ἤδη καὶ πι-
D στεύειν τινὲς ἐπῆλθον, μόνον τοῦτο εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἀληθείας μέγα τεκμήριον πιθόμενοι, ὅτι μὴ περὶ ζῶντος ἔγραφεν. οὐ γὰρ ἂν ἐσκόπει τί ἂν τινος ἕνεκα ἐψεύδετ' αὐτοῦ. τοιοῦτος οὖν μοι ὁ συγγραφεὺς ἔστω, ἄφοβος, ἀδέκαστος, ἐλεύθερος, παρρησίας καὶ ἀληθείας φίλος, ὡς ὁ Κωμικός φησι, τὰ σῦκα σῦκα, πλῆν σκάφην δὲ, σκάφην ὀνομάσων, οὐ μίσει, οὐδὲ φιλίᾳ νέμων, οὐδὲ φθόνῳ, ἢ ἐλεῶν, ἢ αἰσχυνόμενος, ἢ δυσωπούμενος· ἴσος δικαστὴς ἅπασιν, ἄχρι τοῦ μὴ ἑτέρῳ τι ἀπονέμειν πλέον τοῦ δέοντος·

ξένος ἐν τοῖς βιβλίοις, καὶ ἄπολις, αὐτόνομος, ἀβασίλευτος, καί τι τῷδε, ἢ τῷδε δοξάζων λογιζόμενος, ἀλλὰ τὰ πεπραγμένα λέγων. ὁ δ' οὖν Θουκυδίδης, ἃ μάλα τοῦτο εὖ νομοθέτησε, καὶ διέκρινεν ἀρετὴν, καὶ κακίαν συγγραφικὴν, ὁρῶν μάλιστα θαυμαζόμενον τὸν Ἡρόδοτον, ἄχρι τῶν Μούσας κληθῆναι αὐτοῦ τὰ βιβλία· κτήματα γὰρ φησι μᾶλλον ἐς ἀεὶ συγγραφὴν, ἢ πρὸς τὸ παρὸν ἀγώνισμα· καὶ μὴ τὸ μυθῶδες ἀσπάζεσθαι, ἀλλὰ τὸ ἀληθὲς τῶν πεπραγμένων ἀπολείπειν τοῖς ὕστερον· καὶ ὠφέλιμα τὸ χρήσιμον, καὶ ὁ τέλος αὖ τῆς δὴ φερομένην ὑπόθεσιν ἰσοτέλειας, ὡς εἴ ποτε καὶ αὖθις τὰ ὅμοια κατα- B λαβόντες, ἔχοιεν, φησὶ, πρὸς τὰ προγεγραμμένα ἀποβλέποντες, καὶ χρῆσθαι τοῖς ἐν πόλεσι. καὶ τὸν μὲν γνώμην τοιαύτην ἔχων ὁ συγγραφεὺς ἡκέτω μοι τὸν ὑφ' ἑαυτοῦ, καὶ τὸν ἑρμηνείας ἰσχὺν, τὸν μὲν σφοδρὰν ἐκείνην, καὶ κατὰ τοῦτον, καὶ αἰσχύλην τὴν ὀπτικὴν, καὶ τὸν ἄλλον τῆς ῥητορείας δεξιότητα, μὴ κεκμηκότα πεπραγμένον, ἀρχέσθω τῆς γραφῆς, ἀλλ' εἰρωνικώτερον ὀλιγακέφαλος. καὶ ὁ μὲν νῦν σύστοιχος ἔστω, καὶ πυκνὸς, ἡ λέξις δὲ, γραφὴς, καὶ πολιτικὴ, οἷα ὀπτε- C σημότατα δηλοῦν τὸ ὑποκείμενον. ὡς γὰρ τῇ γνώμῃ τοῦ συγγραφέως σκοπὸς ὑποτεθέμεθα, παῤῥησίαν, καὶ ἀλήθειαν, ὅτῳ δὲ καὶ τῇ φωνῇ αὐτοῦ, εἷς σκοπὸς ὁ πρῶτος, σαφῶς δηλῶσαι, καὶ φανότατα ἐμφανίσαι τὸ πρᾶγμα, μήτε ἀπορρήτοις, καὶ ἔξω πάσου οἰήμασι, μήτε τοῖς ἀγοραίοις τούτοις, καὶ καπηλικοῖς, ἀλλ' ὡς μὲν τοῖς πολλοῖς σεμνέσι, ἴσως δὲ πεπαιδευμένοις ἐπαινέσαι. καὶ μὴν καὶ σχήμασι κεκοσμῆσθαι αἰεπαθέσι, καὶ τὸ αἰεπιτήδευτον μάλιστα ἔχοισι· ἐπεὶ τοῖς καταπυκνώσεσι τὴν ζωμὸν D ἐοικότας ἀποφαίνει τοὺς λόγους. καὶ ἡ μὲν γνώμη κοινωνείτω, καὶ πρασκαθέσθω τι καὶ ποιητικῆς, πρόσον μεγαλήγορος, καὶ διηρμένη καὶ ἐκείνη, καὶ μάλιστ' ὁπόταν πάθη παράσχῃ, καὶ μάχας, καὶ ναυμαχίας, συμπλέκηται. δεῖσε γὰρ τότε ποιητικοῦ τινος αὔρημα ἐπουριάσοντος τὰ ἀκάτια, καὶ σεσοβήσοντος ὑψηλοῦ, καὶ ἐπ' ἄκρων τῶν κυμάτων τὸν ναῦν. ἡ λέξις δὲ ὅμως ὅπῃ γῆς βεβηκέτω, τῷ μὲν καλλῇ καὶ τῷ μεγέθει τῶν λεγομένων σεσεπαρμένη,

hoſpes in libris ac peregrinus: ſuis legibus viuens: nullius imperio ſubiectus: nõ quid huic aut illi placiturum ſit, ſecũ cogitans, ſed id quod actum eſt, exponens. Thucydides igitur bene admodum lege hoc conſtituit, & virtutes ac vitia hiſtoricorum inter ſe diſcreuit, qui cùm videret Herodotum in ſumma admiratione eſſe, adeò vt & Muſæ vocarentur ipſius libri, poſſeſſionem tamen ait ſe ſcribendo compoſiturum eſſe quæ in perpetuum duret, potiùs quàm quæ ad præſens certamen comparetur: neque ſe id quod fabuloſum ſit, amplexurũ, ſed veritatem rerum geſtarum relicturum poſteris eſſe: deinde & vtilitatẽ addit, & quem finem is qui rectè ſapit, hiſtoriæ ſtatuere debeat, vt ſi quando etiã rurſus ſimilia quædam incidant, inquiens, ad hæc deſcripta reſpicientes, rebus ciuitatis rectè vti poſſint. Ac animo quidem & ſententia tali præditus hiſtoricus ille mihi accedat: voce autem, & expoſitionis vi, vehemẽti illa quidem & aſpera, & circuitionibus continua, deinde & aggreſſionibus flexa & rotunda. Præterea & reliqua oratoriæ facultatis grauitate non ita valde inſtructus & acuminatus ſcripturam exordiatur, ſed ſedatior paulo & tranquillior ſit. Ac ſententiæ quidem inter ſe iunctæ ac ſociatæ & denſæ ſint: dictio autem plana & ciuilis, quàm ſignificantiſſimè manifeſtans id cui adhibetur. Nã vt mentis ſcriptoris ſcopum hunc proponimus, libertatem dicendi videlicet, & veritatem, ita & voci eius vnus hic ſcopus & primus propoſitus ſit, vt planè indicet, & quamlucidiſſimè rẽ ipſam declaret, verbis neque obſcuris, & extra communem viam poſitis, neque etiam vulgaribus iſtis & tabernariis, ſed ita vt & à peritis intelligantur, & ab eruditis laudentur. Iam verò & figuris & exornationibus vtatur minimè moleſtis, minimèque affectatis: quoniam perinde vt ius aliquod, orationem quoque rectè conditam exhibere debet. Ac ſententia quidem etiam cum poëtice communicet, eiúſque partem aliquam contingat, in quantũ grandiloqua & in ſublime elata etiam illa eſt, & maximè quoties aciebus & pugnis & nauali bus prælis concurret. Opus enim tunc erit poëtico quopiam vento, qui ſecundo flatu vela impleat, & ſublimem ac per ſummos fluctus nauem ſublatam prouehat. At dictio tamen humi incedat, cum pulchritudine quidem ac magnitudine eorum quæ dicuntur, ſimul elata,

Herodoti libri Muſis inſcripti.

Quæ in verbis & compoſitione ſpectari debent.

& iisdem quammaximè licet, assimilata, cæterùm neque peregrinitatem præ se ferens, ne intempestiuè exultans quasi quodam furore concitata. Periculum enim est ipsi, ne, quod vel maximum est, prorsus de statu mentis emoueatur, & in Corybantem istum poëtices impingat. Quare maximè tum fidendum freno est, & ratione vtendum: illud scientes, quòd & in verbis non mediocre malum hippotyphia est. Proinde satius fuerit, sententia tunc super equo incedẽte, expositionem seu dictionem humi iuxtà currere, ephippio adhærentem, vt ne à tergo relinquatur cursu præteruccta. At verò & compositione vocum temperata, ac media quadam vtendũ est, ita vt neque nimiùm distrahãtur ac dissocientur (nam hoc aspertũ foret) neq; rursum numerosè omnia, id quod pleriq; studẽt cõtinuentur. Alterum enim vitiosum, alterum autem auditoribus molestum est. Ipsæ verò res nõ vt fortè sese offerunt, ita construendę statim sunt, sed diligenter ac laboriosè de iisdem sæpius etiam interrogare decet, ac maximè præsentem, & coràm intuentem. Quòd si autem hoc fieri nequeat, tum iis aduertere animum, qui syncerè & incorruptè magis narrare videbuntur, & quos putaueris minimum vel ad gratiam, vel odio detracturos aliquid, aut etiam addituros esse rebus gestis. Iámque etiam hic quispiam sit, qui & coniecturis colligere facilè, & quod probabilius fuerit, constituere possit: ac posteaquam iam omnia, aut etiam plurima collecta habuerit, principiò capita rerum, & quasi summarium aliquod contexat, delineétque corpus quoddam rude & informe, & nullis adhuc articulis expressum. Postea autem superaddito ordine, & formam inducat, & colorem dictione adhibeat, & singulis explicandis immoretur, & eadem numerositate quadam concinnet: & in summa, similem se tum gerat Homerico Ioui illi, qui nunc quidem equestrium Thracum terram aspicit, nunc autem rursum ad Mysorum terrã oculos deflectit. Eodẽ enim pacto & ipse nunc quidem ad res Romanorum seorsim aspiciat, indicétque nobis quales eæ apparuerint ex alto intuenti sibi: nunc autem rursum ad res Persarum se conuertat: postea etiam vtrosque pariter contempletur, putà cùm inter se pugna congressi fuerint. Etiam in ipsa acie non ad vnam tantùm partem respiciat, neque ad vnum aliquem equitem aut peditẽm, nisi Brasidas quispiam fuerit, qui de naui prosiliat, aut Demosthenes, qui scalas rescindat, & ascẽsum in terram prohibeat.

Hippotyphiam Graeci pro ingenti fatuitate & animi gloria affectatione accipiunt.

Nam ipsis in cõpositione augeri, vtcunque autem fabricatam & falsum significas.

Intelligit ea quæ in oppugnatione Pyli acciderũt: de quibus Thucydides, li. 4.

καὶ ὡς ἔνι μάλιστα ὁμοιουμένη· μὴ ξενίζουσα δὲ, μηδ' ὑπὲρ τὸν καιρὸν ἐνθουσιῶσα· κίνδυνος γὰρ αὐτῇ τὸ, τε μέγιστον παραπλῆξαι, καὶ κατενεχθῆναι ἐς τὸν τῆς ποιητικῆς κορύβαντα, ὥστε μάλιστα πειστέον τῇ καλινῷ, καὶ σωφρονητέον, εἰδότας ὡς ἱππότυφία τίς, καὶ ἐν λόγοις πάθος οὐ μικρὸν γίγνεται. ἄμεινον οὖν ἐφ' ἵππου ὀχουμένῃ τότε τῇ γνώμῃ, τὴν ἑρμηνείαν πεζῇ συμπαραθεῖν, ἐχομένην τοῦ ἐφιππίου, ὡς μὴ ἀπολείποιτο τῆς φορᾶς. καὶ μὴν καὶ συνθήκη τῶν ὀνομάτων μέσως καὶ μέσῃ χρηστέον, ὥστε ἄγαν ἀφιστάντα, καὶ ἀπορρωγότα (τραχὺ γὰρ) οὔτε ῥυθμῷ πᾶν ὀλίγον, ὡς οἱ πολλοὶ, συνάπτοντα. ὁ μὲν γὰρ ἐπαίτιον, τὸ δ' ἀνδρὸς τοῖς ἀκούουσι· τὰ δὲ πράγματα αὐτὰ, οὐχ ὡς ἔτυχε συνακτέον, ἀλλὰ φιλοπόνως καὶ πολυπόνως πολλάκις περὶ τῶν αὐτῶν διαλείποντα, καὶ μάλιστα μὲν παρόντα· καὶ ἐφορατέα. εἰ δὲ μή, τοῖς ἀδεκαστοτέροις ἐξομιλοῦσι προσέχοντα, καὶ οἷς εἰκάσαι ἄν τις, ἥκιστα πρὸς χάριν ἢ ἀπέχθειαν ἀφαιρήσειν, ἢ προσθήσειν τοῖς γεγονόσι, καὶ τοιοῦτος ἤδη καὶ συλλογικός τις, καὶ συνθετικὸς τῆς πιθανωτέρου ἔστω. καὶ ἐπειδὴ ἀθρόαν ἅπαντα, ἢ τὰ πλεῖστα, πρῶτα μὲν ἐπομνημόνευέτω αὐτῶν, ἔπειτα ποιείτω ἀκολουθίας ἔπη, καὶ ἀδιάφθορα. εἶτα ὑπιδὼν τὴν τάξιν, ἐπαγέτω τὸ κάλλος, καὶ χρωννύτω τῇ λέξει, καὶ χρηματιζέτω, καὶ ῥυθμιζέτω. καὶ ὅλως, ἐοικέτω τότε μὲν τῷ Ὁμήρου Διΐ, ὅτε μὲν τῶν ἱπποπόλων Θρηκῶν γλῶν ὁρᾶσθαι, ὅτε δὲ τὴν Μυσῶν. τοῦτο γὰρ ἡ αὐτὸς, ὅτε μὲν τὰ Ῥωμαίων ἴδια ὁράτω, καὶ δηλούτω ἡμῖν οἷα ἐφαίνετο αὐτῷ ἀφ' ὑψηλοῦ ὁρῶντι, ὅτε δὲ τὰ Περσῶν, εἴτ' ἀμφότερα, εἰ μάχοιντο. καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ παρατάξει, μὴ πρὸς ἓν μέρος ὁράτω, μηδ' ἐς ἕνα ἱππέα, ἢ πεζὸν, εἰ μὴ Βρασίδας τις εἴη προπηδῶν, ἢ Δημοσθένης ἀναπόπλων τὴν βάσιν.

ἐς τοὺς στρατηγοὺς μὲν τὰ πρῶτα, καὶ εἴ τι παρεκελεύσατο, καὶ ἐκεῖνα ἀκουέτω, καὶ ὅπως, καὶ ᾗ τινι γνώμῃ, καὶ ὁπλισίᾳ ἔταξαν· ἐπειδὰν δὲ ἀναμιχθῶσι, κοινὴ ἔστω ἡ θέα, καὶ ζυγοστατείτω τότε, ὥσπερ ἐν τρυτάνῃ τὰ γιγνόμενα, καὶ σκοπιωκέτω, καὶ συμφυγέτω, καὶ πᾶσι τούτοις μέχρι ἐπέσθω, μὴ ἐς κόρον, μηδ' ἀπειροκάλως, μηδὲ νεανικῶς, ἀλλὰ ῥᾳδίως ἀπολυέσθω· καὶ τῆσας ἐνταῦθά που ἔστω, ἐπ' ἐκεῖνα μεταβαινέτω, ἵν' κατεπείγῃ· εἶτα ἐπανίτω λυθεὶς ὁπόταν σχολὴ καλῇ· καὶ πρὸς πάντα ἀπευθέτω, καὶ ὡς δυνατὸν, ὁμοχρονείτω· καὶ μεταπετέσθω ἀπ' Ἀρμενίας μὲν, εἰς Μηδίαν, ἐκεῖθεν δὲ ῥοιζήματι ἑνὶ, ἐς Ἰβηρίαν, εἶτα ἐς Ἰταλίαν, ὡς μηδενὸς καιροῦ ἀπολείποιτο, μάλιστα δὲ καθάπερ ἐοικυῖαν πρέπειν τῇ γνώμῃ, ἀθόλῳ, καὶ στιλπνῷ, καὶ ἀκριβεῖ τῷ κέντρῳ· καὶ ὁποίας δὴ δέξηται τὰς μορφὰς τῶν ἔργων, τοιαύτας καὶ δεικνύτω αὐτὰ, διάφορον δὲ, ἢ πρέπει, ἢ ἐτερόχρουν, μηδέν· ἁ γὰρ ὥσπερ τοῖς ῥήτορσι γράφουσιν, ἀλλὰ τὰ μὲν λεχθησόμενά ὅστ', καὶ εἰρήσεται· πέπρακται γὰρ ἤδη, δεῖ δὲ τάξαι, καὶ εἰπεῖν αὐτά· ὥστε, ἃ τί εἴπωσι ζητητέον αὐτοῖς, ἀλλ' ὅπως εἴπωσιν· ὅλως δὲ, νομιστέον τὴν ἱστορίαν συγγράφοντα, Φειδίᾳ ἢ Πραξιτέλει χρῶσαι ἐοικέναι, ἢ Ἀλκαμένει, ἢ τῷ ἄλλῳ ἐκείνων. τεύξεται γὰρ καὶ ἐκεῖνοι χρυσοῦ, ἢ ἀργύρου, ἢ ἐλέφαντα, ἢ τὴν ἄλλην ὕλην ἐποίουν· ἀλλ' ἡ μὲν ὑπῆρχε, καὶ προυποκέκλητο, Ἠλείων, ἢ Ἀθηναίων, ἢ Ἀργείων πεποιησομένων· οἱ δὲ ἔπλαττον μόνον, καὶ ἔφριον τὸν ἐλέφαντα, καὶ ξέον, καὶ κόλλων, καὶ ἐρρύθμιζον, καὶ ἐπήρτιζον τῷ χρυσῷ. καὶ τοῦτο μὲν ἡ τέχνη αὐτῶν, ἐς δέον οἰκοδομήσασθαι τὴν ὕλην. τοιοῦτον δή τι καὶ τὸ τοῦ συγγραφέως ἔργον, εἰς καλὸν ἁρμόσαντα τὰ πεπραγμένα, καὶ εἰς δύναμιν ἐναργέστατα ὑποδείξαι αὐτά. καὶ ὅταν τις ἀκηκοὼς οἴηται, μὴ ταῦτα ὁρᾶν τὰ λεγόμενα, καὶ μὴ τοῦτο ἐπαινῇ, τότε δὴ τότε ἀπεικέσθω, καὶ τὸν οἰκεῖον ἔπαινον ἀπείληφε τὸ ἔργον, τοῦ τῆς ἱστορίας Φειδίου.

Ac duces quidem primùm omnium intueatur, & ſi quid hortati fuerint, illud quoque audiat, & quomodo, & qua ſententia atque conſilio aciem inſtruxerint, videat. Poſtquam autem iam manus conſertæ fuerint, communis vtriuſque partis contemplatio ſit, ac tum velut in trutina appendat & examinet ea quæ geruntur, ſimúlque & perſequatur fugientes, & fugiat cum cedentibus. At omnibus hiſce modus quiſpiam adhibeatur, ne ad ſatietatem vſque, néve ineptè, néve etiam iuueniliter progrediatur, ſed cum facilitate quadam abſoluat ſeſe. Atque his hîc alicubi ſubſiſtere iuſſis, ad illa tranſgrediatur, ſi feſtinat. Deinde rursũ huc redeat, abſolutus atque paratus futurus quandocunque illa reuocauerint. Ac ad omnia feſtinet, & quatenus fieri poteſt, eadem tempora omnibus tribuat, tranſuolétque ex Armenia quidem in Medos, hinc autẽ curriculo vno in Iberiã, inde in Italiam, ita vt nullam occaſionem prætermittat. Præcipuè autem ſpeculo ſimilem animũ gerat, liquido videlicet ac ſplẽdido, & qui centrum accuratè impreſſum habeat, & qualeſcunque operum formas receperit, tales eaſdem etiam ſpectandas exhibeat. peruerſum autẽ & obtortum, aut colore diuerſum, aut ſpecie mutatum nihil reddat. Nõ enim perinde ac oratoribus ſcribunt, ſed ea quidẽ quæ dici debent, ſunt, & mox dicentur: facta enim iam ſunt: cæterũ ordinare oportet & exponere ipſa. Quare non quid dicãt, quærendum ipſis eſt, ſed quomodo dicant. Prorſus autem putandum eſt, eum qui hiſtoriam ſcribit, Phidiæ, aut Praxiteli, aut Alcameni, aut alteri cuipiam illorum ſimilem eſſe oportere. Non enim neque illi aurum, aut argentum, aut ebur, aut aliam materiam faciebãt, ſed illa antea præexiſtebat, & quaſi ad eam rẽ præparata erat, ſuppeditantibus illam Eleis, aut Atheniẽſibus, aut Argiuis: illi verò fingebant tantùm & ſecabant ebur, & poliebant, & conglutinabant, & concinnabant, atque auro incruſtabant. Et hoc artis illorum erat, materiam videlicet cõmodè exędificare. Idẽ fermè igitur & hiſtorici opus eſt, vt videlicet ea quæ facta ſunt, bene ac rectè cõponat, & quàm fieri poteſt clariſſimè ſpectanda exhibeat. Ac quando is qui ea ſic ſcripta recitari audiuit, putat ſe poſtea etiam videre quę dicta ſunt, atque inde ea laudat: tum demum opus hoc exactũ & abſolutum erit, propriámq; ac verã laudẽ hiſtorico illi Phidiæ ſiue artifici ſuo retulit.

Porrò omnibus iam ita adornatis atque paratis, etiam absque procemio interim exordiri licebit, quando videlicet non admodum vrget ac postulat ipsa res præoccupari quædam, & quasi ad futurum opus præfatione aliqua pręparari. Potentia verò seu tacitè etiam tunc procemio vtetur, indicante videlicet ac manifestum faciente de quibus rebus dicendum sit. Quando autem etiam apertè procemio vtetur, à duabus rebus tantùm exordium sumat, nõ vt rhetores à tribus, sed beneuolentię loco prætermisso, attentionem & docilitatẽ pariat auditoribus. Aduertent enim ipsi animũ, si ostenderit quàm de magnis, aut necessariis, aut ad ipsos pertinẽtibus, aut vtilibus deniq; rebus dicturus sit. Docilia autem & plana posteriora faciet, si causſas pręmittet, ac rerum quę gestę sunt, capita ac summas quasdam pręscribet. Atque huiusmodi procemiis optimi historiarũ scriptores vsi sunt: vt Herodotus quidem, ne res gestę longinquitate temporis interirent, magnę adeò, & admiratione dignę, & prętereа Gręcorũ victorias & barbarorum clades declarantes, &c. Thucydides autẽ quòd magnum etiã ipse bellum illud futurum existimaret, & memorabile maximè, & maius quàm omnia ea quę antea gesta fuissent. Magnum autem procemiũ erit, quando rebus equale & consonum erit, siue productũ fuerit, siue abbreuiatum. Trãsitio verò ad narrationem mollis ac placida sit. Nam omnino omne reliquum corpus historiæ, longa quædam narratio est: quare & narrationis virtutibus exornari debet, leniter atque equaliter procedens, atque ipsa sui similis, ita vt neque extet alibi, neque hiatus aut concauitates aliquas habeat. Deinde & perspicuitas eluceat, dictione (quemadmodum dixi) & complexione rerum adornata. Absoluta enim & perfecta omnia faciet: & primo ad finem perducto, mox secundum inferet continuatum illi, & in morem catenæ coaptatum, vt neque pertusum aut interruptum sit, neque narrationes plures mutuò sibi adiacere videantur, sed semper quod primum est, secundo non modò vicinum ac proximum sit, verumetiam cum eo communicet, & per extrema commisceatur. Breuitas in omnibus vtilis est, & maximè si non inopia quædam fuerit rerum dicendarum. Et hanc suppeditari oportet non tam à nominibus ac verbis, quàm ex ipsis rebus.

A πάντων ἤδη προεσκευασμένων, καὶ ἀποθεσθαι μίασον μὴ ποτε ποιήσεται τὴν ἀρχὴν, ὁπότ' ἂν μὴ πάνυ κατεπείγῃ τὸ πρᾶγμα, προεξεργάσασθαί τι ἐν τῷ προοιμίῳ· δυνάμει δὲ καὶ πότε φθάσει χρήσεται, τῷ ἀποσκοπεῖν περὶ τὴν λεκτέων. ὁπότ' ἂν δὲ καὶ φθάσει, ἀπὸ δυοῖν μόνοιν ἄρξεται, οὐχ ὥσπερ οἱ ῥήτορες ἀπὸ τριῶν, ἀλλὰ τῆς διανοίας πρῶτον, προσοχὴν ἢ εὐμάθειαν παρεῖσα τοῖς ἀκούουσι. προεξέσονται μὲν γὰρ αὐτῷ, ἐὰν δείξῃ ὡς περὶ μεγάλων, ἢ ἀναγκαίων, ἢ οἰκείων, ἢ χρησίμων ἐρεῖ. εὐμαθῆ δὲ καὶ σαφῆ τὰ ὕστερα ποιήσει, ταῖς αἰτίαις προεκτιθέμενος, καὶ προεπιζέων τὰ κεφάλαια τῶν λεχθησομένων. Τοιούτοις προοιμίοις οἱ ἄριστοι τῶν συγγραφέων ἐχρήσαντο· Ηερόδοτος μὲν, ὡς μὴ τὰ γενόμενα ἐξίτηλα τῷ χρόνῳ γένηται, μεγάλα καὶ θαυμαστὰ ὄντα, καὶ ταῦτα, τὰ μὲν Ελλησικὰ δηλοῦντα, καὶ τὰ βαρβαρικά· Θουκυδίδης δὲ, μέγαν τε καὶ αὐτὸς ἐλπίσας ἔσεσθαι, καὶ ἀξιολογώτατον, καὶ μείζω τῶν προγεγενημένων, εἰκεῖνον τὸν πόλεμον· καὶ γὰρ παρόντα μετὰ τὸ αὐτῷ μεγάλα ξυνέβη γενέσθαι. μέγα δὲ τὸ προοίμιον αἰνίλλονται τοῖς πράγμασιν, ἢ μικρυνόμενον, ἢ βραχυνόμενον· σαφὴς δὲ καὶ διάφορος ἔστω ἢ ὅτι τῶν διηγήσεων μεταβάσεις. ἅπαν γὰρ ἀτεχνῶς τὸ λοιπὸν σῶμα τῆς ἱστορίας, διήγησις μακρά ἐστιν· ὥστε ταῖς τῆς διηγήσεως ἀρεταῖς κεκαλλωπισμένα, λείως τε καὶ ὁμαλῶς προϊοῦσα, καὶ αὐτὴ ὁμοίως, ὥστε μὴ προσκόπτειν, μήτε χωλαίνεσθαι. ἔπειτα τὸ σαφὲς ἐπιθηκέτω τῇ λέξει, ὡς ἔφην, μεμηχανημένον, καὶ τῇ συμπλοκῇ τῶν πραγμάτων. ἀπόλυτα γὰρ καὶ τετελῆ πάντα ποιήσει, καὶ τὸ πρῶτον ἐξεργασάμενος, ἐπάξει τὸ δεύτερον ἐχόμενον αὐτοῦ, καὶ ἀλύσεως δίκην συμπεπλεγμένον, ὡς μὴ διακεκόφθαι, μηδὲ διηγήσεις πολλὰς εἶναι, ἀλλήλαις προσκεκολλώσας, ἀλλ' ἀεὶ τὸ πρῶτον τῷ δευτέρῳ, μὴ γειτνιᾶν μόνον, ἀλλὰ καὶ κοινωνεῖν, καὶ διαπλέκεσθαι κατὰ τὰ ἄκρα, πάντῃ ὅπῃ πᾶσι χρήσιμον, καὶ μάλιστα εἰ μὴ ἔσται τῶν λεκτέων εἴη· ἐκ τούτου ποιεῖσθαι χρὴ μὴ τοσοῦτον ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἢ ῥημάτων, ὅσον ἀπὸ τῶν πραγμάτων.

λέγω δὲ εἰ παρθένιος μὲν τὰ μικρὰ καὶ ἥττονα A Dico autem, si præterueharis cursu ea
διαλήξεα, λέγοις δ' ἱκανῶς τὰ μεγάλα· quidem quæ parua sunt & minùs necessaria, exponas autem & explices copio-
μᾶλλον δὲ καὶ παραλειπτέον πολλά. σὺν sè ea quæ sunt magna. Imò verò & præ-
γὰρ ἐστίας τοὺς φίλους, καὶ πάντα ἕτοιμα termittenda multa. Neque enim si con-
παρασκευασμένα, διὰ τοῦτο ἐν μέσοις πίοις πέμ- uiuio accipias amicos, atque omnia ap-
μασι, καὶ τοῖς ὀρνέοις, καὶ λοπάσι τοσαύτας, καὶ parata fuerint, ob hoc inter media bella-
συσὶν ἀγρίοις, καὶ λαγωοῖς, καὶ ὑποδρομίοις, ria, & auiculas, & patinas tam multas, &
καὶ καπρίδων σιαγόσι, καὶ ἔτνος, εἴ τι κάκεῖ- sues feros, & leporina, & sumina vel vul-
νο παρεσκεύασο· ἀμελήσας δὲ τῶν ὑστελεστέ- uas, saperdam quoque appones, & pul-
ρων. μάλιστα δὲ σωφρονητέον ἐν ταῖς τῶν ὁρῶν, mentum, etiam si & illud apparatum &
ἢ τειχῶν, ἢ ποταμῶν ἑρμηνείαις, ὡς μὴ δύ- coctum habeas: sed quæ viliora sunt, mis-
ναμιν λόγων ἀπειροκάλως παρεισδέχηται sa facies. Maximè autem temperantia *Modus in descriptionibus adhibendus.*
δοκοῖης, καὶ ὃ σαυτῷ δρᾶν, παρὲς τὼ ἰσο- B rum, vt ne vim ac potestatem verborum
είαν, ἀλλ' ὀλίγον παρασαλεύσας, τῷ χρη- ineptè ac præter rem ostentare velle vi-
σίμου καὶ σαφοῦς ἕνεκα, μεταβὰς, ἐκφυ- dearis, tuúmque ipsius negotium agere,
γὼν τὸν ἰξὸν τὸν ἐν τῷ παράγματι, καὶ τὼ historia omissa, sed modicè adhibitis il-
τοιούτω ἅπασιν λιχνείαν, οἷς ὀρᾷς τι καὶ lis, vtilitatis & perspicuitatis tantùm gra-
Ὅμηρος ὡς μεγαλόφρων ποιῶν· καίτοι ποιη- tia, mox inde digrediaris, viscum seu glu-
τὴς ὤν, παρδραμεῖ τὸν Ταύταλον, καὶ τὸν Ἰξίο- tino quod in hac re est, atque vniuersa
να, καὶ Τιτυὸν, καὶ τοὺς ἄλλους. εἰ δὲ Παρθέ- tali gulositate euitata: quemadmodum
νιος, ἢ Εὐφορίων, ἢ Καλλίμαχος ἔλεγε, & Homerus, vtpote magnanimus, fer-
πόσοις ἂν οἴῃ ἔπεσι τὸ ὕδωρ ἄγειν παρὸς τὸ mè, vt vides, facit. Quanquam enim
χεῖλος τοῦ Ταντάλου ἤγαγε; εἶτα πόσοις ἂν poëta est, prętercurrit tamen Tantalum,
Ἰξίονα ἐκύλισε; μᾶλλον δὲ ὁ Θουκυδίδης C & Ixionem, & Tityum, & reliquos. At si
αὐτὸς, ὀλίγα τῷ τοιούτῳ εἴδει τοῦ λόγου χρη- Parthenius, aut Euphorion, aut Calli-
σάμενος, σκέψαι ὅπως αὖθις ἀφίσεται, ἢ machus eadem tractaret, quàm multis
μηχάνημα ἑρμηνεύσας, ἢ πολιορκίας ἕρ- putas versibus aquam ad vsque labia
γμα δηλώσας ἀναλήξιον, καὶ χρήσιμόν ἐν, ἢ Tantali adduxisset? deinde quàm multis
ἐπὶ πόλεων ἕρημα, ἢ Συρακουσίων λιμένα. idem Ixionem volutasset? Quin & Thu-
ὅταν μὲν γὰρ τὸν λοιμὸν διηγῆται, καὶ μακρὸς cydides ipse modicè hac orationis figura
εἶναι δοκῇ, σὺ τὰ πράγματα σκόπησον· εἴσῃ vsus, vide quàm mox ab eadem iterum
γὰρ οὕτω τὸ τάχος, καὶ ὡς φθάσαντος ὅμως recedat, quoties videlicet aut machina-
ὑπολαμβάνεται αὐτοῦ τὰ γεγυμνάσια, πολ- mentum aliquod exponit, aut obsidio-
λαχοῦ ὄντα· ἴσῃ δέ ποτε καὶ λόγους ἐρωτᾶν τινα nis speciem, quæ necessaria atque vtilis
δεήσῃ εἰσάγειν, μάλιστα μὲν ἐοικότα τῷ D sit, declarat, aut etiam ciuitatum formas,
προσώπῳ, καὶ τῷ πράγματι, οἰκεῖα λε- aut Syracusanum portum describit. Nam
γέσθω· ἔπειτα, ὡς ἀφέσεται καὶ ταῦτα· cùm pestem illam narratione prosequi-
πλέον ἐφεῖταί σοι τότε καὶ ῥητορεύσαι, καὶ tur, atque etiam longior esse videtur,
ἐπιδείξαι τὼ τῶν λόγων δεινότητα. ἔπαι- tum ipsas res considera: cognosces enim
νοι μὲν γὰρ ἢ ψόγοι, πάνυ πεφεισμένοι, hoc pacto breuitatem, & vt fugientem
καὶ περιεσκεμμένοι, καὶ ἀσυκοφάντητοι, καὶ illum res gestæ tum apprehendant ac re-
μετὰ ἀποδείξεων, καὶ ταχεῖς, καὶ μὴ ἀ- tineant, vt quæ multæ sint. Quòd si
νιεροὶ, ἐπεὶ ἔξω τοῦ δικαστηρίου σκῆνοί εἰ- quando autem & dicentem aliquem in-
σι. καὶ τῷ αὐτῷ Θεοπόμπῳ αἰτίαν ἕξεις, troducere opus erit, curandum est vt ma-
ximè personæ decora, & rei cõuenientia
ac propria dicat, deinde vt quàm planissi-
mè etiã hæc. Nisi quòd tibi permittitur
tunc rhetoricari quoque, & ostẽtare ver-
borum & orationis grauitatẽ. Nam lau-
des quidem aut reprehensiones, omnino
parcæ, & circũspectæ, & calũniis minimè
obnoxię, prętereа & cum demõstratione
quadam, & breues & non intẽpestiuæ texendæ sunt. Nam extra iudicium ac forũ illi
neficentiæ gratiam referre possumus, si beneficium acceptum agnoscamus: si celebremus: si ad illos auctores referamus. Neque mihi committendum putaui, vt dum nimiùm candidi in ciuem esse volumus, in deos ingrati impiíque reperiamur. Neque enim isthoc nomine nunc perinde laboratur, ne hoc præmij pereat ærario, & huius lucris accrescat (quanquam id quoque longa iam tyrannide exhaustius est, quàm vt inde temere dari præmia conueniat immerentibus.) Illud agitur, ne dij immortales, qui huius malè consulta, nobis verterunt bene, hoc tantum munus à nobis tanquam ingratis reposcant, si, quod ipsis solis debetur honoris, laudis, gratiæ, id illis fraudatis, in hominem contulerimus. At quem hominem, obsecro? Nempe qui cùm priuatus contra leges iuuenem occiderit, atque hac temeritate sua, restitutæ libertatis periculosam occasionem modò præbuerit, ídque adeò imprudens (vti mox docebimus) non veretur pulcherrimum tyrannicidæ titulum diis eripere, sibi arrogare: Reipub. diem dicere, ac leges ipsas in ius vocare: ciuitatem ingratitudinis ream agere, nisi sibi totam hâc felicitatem ferat acceptam. Nullum quidem Iudices facinus speciosius tyrannicidio, nullum diis dignius: verùm hoc impudentior, qui sibi laudem tam eximiam vsurpat immeritus. Nullum præmium honestius illustriúsque, quàm quod tyrannicidæ debetur: sed hoc impensiùs accuratiúsque spectandum, ne temere decernatur indigno. Permulta siquidem, permulta ad id requiruntur, vt hoc tam egregio titulo, vt hoc tam diuino præmio dignus quis esse videatur: quorum nihil in hunc competere, paulò pòst euincemus. Proinde cùm non tolerandæ improbitatis mihi videatur, qui legibus tum homicidij, tum temeritatis pœnas debeat, cum à legibus præmium omnium maximum petere: petere dixi? imò flagitare: & ita flagitare, vt etiam si vnum ex huius arbitrio dependerint, tamen multa insuper isti creditori sint debitura. Quæ cuncta cùm postulare iure potuisset, maluit tamen homo verecundus, vnico persoluto, reliqua sibi deberi: vt haberet nimirum quod obnoxiæ Reipub. quoties libido sit, possit improperare. Tum illud vtrùm risu potiùs, an odio dignum existimem, quòd in tribunalibus, quòd apud ornatissimum seueriss-

Elenat personam aduersarij, & factum ejus.

Sapiens nunquam tidet à modestia.

A morum Iudicum confessum, Thrasonem quendam nobis è comœdia retulit? Sensistis Iudices, vt è corona plerique risum tenere nequierint, dum personatus iste Hercules tragœdiam illam suam nobis recitabat de sese terque quatérq; tyrannicida, de sapiente illo gladio commilitone suo, qui per se prudens senem interemit: diguo videlicet, qui inter sydera collocetur, domino in deorũ numerum relato. Dij boni, quibus phaleris, quibus fucis, quibus ampullis facinus illud nobis suũ ornauit, iactauit, exaggerauit? quàm militari iactantia, quàm Stentorea voce, quàm fastuoso vultu, quàm arrogantibus B supercilijs, quàm stupidis oculis, suum ipse vobis encomium detonabat? Quæso Iudices, vt etiam nũc hominis vultum diligenter attẽdatis: nónne vobis minitari videtur? nónne dicere, Ni mihi præmium decreueritis, haud feretis impune, incolumi diuino illo meo ac fortissimo gladio, qui vel sine me meas vices vbi lubebit, acturus est? Quis tandem istam ferat iactantiam vel in eo qui verè tyrannum occidisset? Hæc quoque me causa Iudices (neque enim inficiandum est) commouit, vt huius obsisterem petitioni, vel magis vt immoderatam arrogantiam, vt odiosam huius imputationem retunderem. Videbam iam inde ab initio, quum certatim vniuersa ciuitas diis libertatis auctoribus grataretur, vt hic sese ira tumens in medium ingesserit, quàm indignè tulerit victimas diis seruatoribus immolatas: Sibi hunc honorem eripi, sese vnicum esse restitutæ libertatis auctorem proclamabat: leges, aras, focos, omnia publica priuatáque, suæ dextræ, suo magnifico gladio deberi. Agite, quid futurum denique Iudices auguramini, si ad huius intolerabilem iactãtiam, vestra auctoritas, vestra comprobatio, si D præmium quasi pignus accesserit? Quid, nisi vt tyranno submoto alter quidam huic ciuitati paretur, qui ventosę linguę, gloriæque quasi tyrannidem quandam exerceat? Qui quotidie nobis odiosam istam suam tragœdiam ingerat, quotidie dextram istam Herculanam, & gladium prodigiosum minitetur? Vtrùm est hoc Iudices tyrannide liberari, an mutare tyrannum? Videtis ipsi quàm minaci fronte mẽ iam obtueatur. Quid mihi succenses? Quid minitaris oculis? Quid terres supercilio? An mihi non licebit libertate in contradicendo (tuo scilicet munere)

Efficta.

Apostrophe, qua calumnia aduersarij respondet; iterum ex locis coniecturalibus.

vti, cùm tu sic abutare? qui liberum tibi putaris (id quod etiam in proscenio leges fieri vetant) crimen tam atrox tam capitale in ciuem impingere, tantùm quia libuit, idque apud Iudices iratos, in tam frequenti ciuium corona, quod nequeas vel leuissimo confirmare argumento. Siquidem quàm reliqua gloriosè, tam illud impudenter dicebas, mihi nullam fuisse causam quare tibi contradicendi partes susciperem, nisi quò tyranni necem, quæ me discruciaret scilicet, vlciscerer. Quo quidem tuo exemplo si vicissim in te libêret vti, mox intelligeres quàm atrocia, quanto probabiliùs in te possint retorqueri. Nam tuum istud tam inuidiosum (quemadmodum tu quidem existimabas) conuitium, me longè minùs etiam territabat, quàm (quod vulgo dicunt) ex pelui redditum fulgur. Etenim præterquam quòd neque affinitas, neque cognatio, neque necessitudo, neque emolumentum, neque prorsus alia res vlla mihi cum tyranno intercessit, cur mea referret illum viuere, sine quibus rebus nullam in quenquam criminis hærere suspicionem tu quoque scires, nisi nunquam tribunalia vidisses, ac nisi hodie deuium te lucelli spes fecisset iureconsultum: equidem arbitror meam fidem, integritatem, pietatem, totámque meam vitam sic huic Reipub. spectatam esse, vt isto crimine tibi potiùs improbitatis odium, quàm mihi suspicionem vllam conciliaris. Vides quàm multis adductus sim causis vt tibi obsisterem? Denique (si scire vis) bona ciuium pars id à me enixissimè flagitauit, vt sui patrocinium aduersum te capesserem, negantes sibi videri tyrannide liberos sese, nisi te à tyrannicidæ præmio deiicerem. Non quòd pudeat homini debere hanc felicitatem: tametsi id quoque durum, ei debere qui sic imputet. Sed debere arroganti, sanè quàm molestum est: at debere cui non debeas, isthuc verò non grauissimum modò, verùm etiam stultissimum. Equidem ne lenoni quidem vel verbo refrager, si modò is promereatur: sed obnoxium esse tam importuno imputatori, tum qui nihil iuuerit, id verò bis miserum est, bis stultum est. Nullus enim insolentiùs exprobrat beneficium, quàm qui quod non dedit, id vult dedisse videri. Sed finge mihi nullam esse causam cur tibi me opponerem, nisi quia sic animo lubitum sit meo: profectò nihil habes quod mihi iure succenseas. Etenim cùm apud Iudices tam sanctos agatur: si verè præmium meruisti, non tibi honorem eripio, verùm etiam vehementer illustro, quando non paulo magnificentius est tyrannicidæ præmium euicisse, quàm tulisse. Sin minus, æquus veniam dabis, si boni ciuis fungor officio, si nullo meo emolumento Rempub. debiti præmij ream defendo, si stultitiæ crimen, si imprudentiæ infamiam à ciuitate depello, si non sino vt nostro omnium periculo hæc vrbs in deos existat ingrata. Postremò si deorum immortalium causam ago, quibus honorem debitum tu conaris interuertere, vt vel hinc sat liqueat quanta religione reliquam causam egeris, qui statim ingrediens tam impudenter sis calumniatus. Contradicit igitur, contra Rempub. fauet tyranno. Quanquam ego illud quoque liberæ ciuitatis esse iudico, hoc loco vel tyrannorum causas citra fraudem agere licere. Neque tamen à vobis postulo Iudices, vt vel mihi prosit in causa hoc meum erga Rempubl. studium, vel huic obsit tam insolens arrogantia: imò non deprecor inuidentiæ suspicionem, nõ refugio vel atrocissimam illam, quam iste mihi conabatur impingere, inuidiam, vt tyranno fauisse videar, nisi certioribus, quàm vt à quoquam refelli possint, argumentis euinco, nisi demum & aduersario persuadeo, modò ne tergiuersetur, vt quammaximè ciuiliter quis agat, nullum ei deberi præmium: Sin exactiùs, seueriúsque, pœnam etiam ab ipso deberi. Quę quidem dum quàm potest breuissimè facio, quæso iudices, vt me attentis animis atque auribus audiatis. Meministis Iudices, vt iste inter dicendum subinde nobis conatus sit ob oculos ponere, id vnum spectare iusserit, quantis malis tyrannide simus leuati. Hoc passim inculcabat, hac re bonam orationis partem occupabat, nihil nos aliud perpendere voluit, nisi quòd grauem seruitutem tolerassemus, nunc optata libertate frueremur. Nimirum id tantùm vos spectare voluit, quod ad hoc iudicium nihil attinebat. Neque enim hoc in quæstionem venit, quàm misera sit tyrannis, quàm optanda libertas: sed de illo cognoscitis Iudices, quum libertas huic vrbi sit restituta, quanta hinc laudis portio huius virtuti debeatur: & an id quod

Translatio quæstionem suam defendit.

Frequentatio causarum.

Propositio cũ admonitione, quorsũ animus in hac causa intendendus sit.

euentu cum huius facto coniunctum est, idem cum eius merito coniunctum videri oporteat. Relegam autem eadem vestigia, quibus ipse in causſam ingressus est: quod equidem refellendi genus simpliciſſimum esse puto: sequárque partes illas, quibus iste rem secuit, id nimirum agens, vt quemadmodum ingenioſi conuiuatores iisdem carnibus alio atque alio modo coquendis condiendisque efficiunt vt multa opsoniorum genera videantur, itidem iste nobis ex vnico homicidio multa faciat tyrannicidia. Repetam igitur ordine gradus illos, quibus iste facinus suum sibi visus est mirificè attollere, & in quibus identidem restitabat. Quòd si me deturbante vel in vno quolibet consistere poterit: tum ipse sese victorem pronunciet licebit. Quot tyrannicidia, inquit, quot præmia? Primùm quòd volui, deinde quòd conatus sim. Tum autem quòd filium occidi, plus quàm tyrannum. Postremò, quòd pater ob mortem huius sibi necem consciuit. Principiò quòd voluit Iudices, quis non leuius esse videat, quàm vt sit refellendum? nisi quòd iste tanta voce intonabat, toties inculcabat quòd tyrannum voluisset occidere, atque id (vt nihil iam accideret) tamen præmio dignum asseuerabat. Quid autem tam ridiculum, quàm nudæ voluntatis præmium à lege flagitare? quæ adeò nihil ad se pertinere putat quid velint aut in animo statuant homines, vt neque pœnam irrogent si quid velis, modò perperam: neque præmium ostendant, si quid officiosè velis: verùm id vnumquenque voluisse interpretantur, quod nulla vi coactus effecerit. Ergó ne, inquies, non magna facti pars est voluisse, quod quidem arduis in rebus vel solum sufficere solet? Rectè sanè: sed apud deos modò: quippe quibus solis perspicuum est quid nolis aut velis: ab his præmium expectandum, si quid præclarum animo conceperis. Lex, hominum vices agit, & quid in obscuris illis sinuosi cordis specubus mortales agitent, adeò sua referre nihil putat, vt non dicam abdita aut suspicioſa, sed ne ea quidem admittat quę populari sunt opinione famáque iactata. Postremò vt non nisi comperta recipiat, non audiat nisi quæ sunt certiſſimis argumentis deprehensa, probata, euicta. Cedo, quod est facinus tam nefarium, cuius simplex voluntas in crimen vnquam est vocata? Ista iudicia, Æaci Rhadamanthíque tribunalibus seruantur. Hîc mihi non quid volueris, sed quid feceris adferto. Quòd si nulla lex vlli flagitio supplicium minatur, quod in animo statueris: quæ tandem est impudentia, pro merito quod præstare volueris duntaxat, perinde quasi præstiteris, à lege quasi præmium postulare? Quæ quidem quum ad id vnum sit comparata, vt maleficia vel deterreat, vel coërceat, multóque magis ad eius partes pertineat, nocentibus irrogare pœnam, quàm bene merentibus largiri præmia (id quod mox copioſiùs demonstrabimus) posteaquam in criminibus non accipit insimulationem meræ voluntatis, quæso te, in petendis præmiis ostentationem voluntatis admittet? Quis autem est ciuium vel quantumlibet ignauus, qui non velit tyrannum occidere, si tutò liceat? Quis non vel leno saltem emolumenti causa velit? Denique quis non facilè simulare possit voluisse se, videlicet quò præmium gratis auferat? Vis itaque dicam quantum hoc totum habeat momenti, voluisse occidere? Nempe perinde est, quasi te somniaris occidisse. Par pari pensari conuenit. Qui præstitit beneficium, ei lex beneficium rependit: at qui bene voluit tantùm, ei quid debetur, nisi vt viciſſim bene velit respublica? I nunc, & hoc in gradu nos iube consistere. Rem tam eximiam, inquis, animo versaui, statui, decreui: an præmium negabitis? Non fraudaberis præmio, si isthoc nomine postules: verùm illud interim præmij feres: velut homo nimiùm perfrictę frontis, irrisus, explosus, exibilatus discedes, quē non puduerit id à lege postulare, quod ne leno quidem ausit à quoquam petere, vt rem pro voluntate auferat. Nemo tam vecors, qui concedat, vt voluntatem nescio quam, hoc est, minus quàm verba, pretio redimat. At non volui tantùm, inquis: verùm & periclitatus sum: ascendi, submoui satellites. Primùm isthuc tu quidem cõsultè facis, quòd de gradu illo desiliſti, in quo nimis profectò incommodè stabas: quanquam ne in hoc quidem multo commodiùs constiteris. Nam etiamsi paulo minùs absurdum videatur, haud ita multo minùs impudens tamen est, quum lex palàm præmium decernat ei qui factum præstiterit; te, quòd conatus modò sis, præmium

Diuisio capitum. Confutatio.

I. Voluitatu, cui opponit voluntatē legis, quæ facta non cogitationes spectet.

II. Conatus, cui opponit ius passorum.

poſcere. Ergo ne hoc quidem iuris erit apud te legibus, quod per illas eſt ciui priuato cum ciue priuato? Age quid ſi quis ciuium tecum iniiſſet contractum, ita vt ille pecuniam ſtipulatus, tu conditionem pactus eſſes: mirum ni ſuo vterque periculo: atque is nondum præſtita conditione nummos his verbis abs te petat: Cedo mercedem, conatus ſum, tentaui, adniſus ſum: an non protinus impudenti homini reſpondebis: Cedo conditionem? Nam de tuo conatu quid mea refert? quandoquidem effectum abs te pactus ſum, non conatum. Puta totidem verbis tibi nunc reſpondere legem: Agnoſco contractum, non muto pacta: debeo præmium, ſed ſi tu conditionem præſtitiſti, ſi tyrannum occidiſti. Verbis aut obligantur aut abſoluuntur homines. Si conato pollicita ſum præmium, non grauabor dare: ſin ei qui facinus peregiſſet, quod tandem ius eſt te ferre quod es ſtipulatus, me non ferre quod ſum pacta? In priuatis ac minutis contractibus nemo tam improbus inuenitur, vt lucrum conditione promiſſum poſtulet non præſtita conditione: nemo tã ſtultus vt det, ſi quis poſtulet: & tu à Rep. maximum omnium præmiũ poſtulas, quòd conatus modò ſis? Nihil mihi niſi nugas adfers, donec illud vnum audiam, quod te præſtare oportebat. Volui, inquis, aſcendi, perrupi cuſtodias, ſubmoui ſatellites: quantulum iam eſt illud quod ſupereſt? Quid adhuc deſideras? Nempe nihil in te deſidero præter illud, cui ſoli debebatur præmium. An non intellexiſti in iſtiuſmodi contractibus duplex eſſe periculum: quorum alterum ad hunc tantùm, alterum ad illum propriè pertineat: videlicet perſoluendæ mercedis, & præſtandæ conditionis? Ego meo periculo præmij dependendi onus recipio, neque tua referre putes, neque refert, quàm anguſta mihi res vnde corradendum quod debeam pretium. Tu itidem conditionem tuo ſuſcipis periculo, neque mea quicquam intereſt quo ſudore quo periculo ſit ea tibi præſtanda. Totam iſtam curam, totum hoc negotium tibi relinquo. Quòd ſi ego iam præſtita abs te conditione cõmemorem tibi, in agris meis malè proueniſſe ſegetes, merces naufragio periiſſe, nihil auelli à malis debitoribus, non ſine graui diſpendio conflari poſſe pecuniam quam tibi debeam: dic obſecro, nonne nugas agere me dices, negans horum quicquam ad te pertinere? hoc vno modo poſſe ſatisfieri tibi, ſi pecunia numeretur. Neque quiſquam eſt iudex tam iniquus, quin te tuo vti iure fateatur. Et mihi pulchrè ſatisfactum exiſtimas, ſi tu mihi tragœdiam adferas, quantum adieris periculi, quantum ſudorum, quantum vigiliarum exhauſeris, dum ſtudes præſtare conditionem? Res eſt (mihi crede) calumnioſior, ſcrupuloſiôrque, quàm vt legibus tam occupatis conueniat alienam expendere voluntatem, alienos penſiculari conatus: quorum ſuos quiſque nimio ſolet æſtimare, non ſuos difficile eſt ad amuſſim perpendere. At facti facilis eſt æſtimatio. Proinde ea in legis cognitionem cadit: hinc reliqua omnia conſueuit metiri. Tametſi non piget interdum æqui bonique rationem habere. Verùm in his litibus quę de vetere illa formula pendent, inter bonos bene agier oportet: at in contractibus, quæ neque vi, neque dolo coierunt, quid eſt quòd à pręſcripto recedatur, niſi quis velit omnino à pactis diſcedere? Quiduis circunſpice: & ſi potes vſquam inuenire exemplum, non nego præmium. Sæpenumero in pugilum Olympicis, ſæpe in certamine ſpectator (opinor) ſediſti: cedo, num quando vidiſti quenquam tam impudentem, qui palmam ſibi hoc nomine vendicaret, quòd ſtrenuè certaſſet? Non arbitror, atque id in re penè ludicra, certè ad voluptatem comparata. Et tu in tam ſerio omniúmque ſplendidiſſimo negotio id tibi poſtulas, quod in ſcenicis illis pudeat vel impudentiſſimum tentare? Age quoties & illud vidiſti euenire, vt qui ſeſe fortiſſimè doctiſſiméque geſſiſſet in curſu, is à præmio longiſſimè abeſſet, & ignauiſſimo faueret euentus? Habeat ille ſanè quod cauſetur, excidiſſe habenas, conſternatum equum, fractam rotam, iactet ſe vel arte vel viribus tanto pręcellentiorem, quanto Therſitę pręſtitit Achilles: niſi metam prior attigerit, profectò poſtulandi prę-
mij ius nullum habebit: fortunam ſuam incuſare licebit. Cęterùm Agonothetę non indignabitur, propterea quòd hoc animo in certamen deſcenderit, vt eius vteretur conditione, id eſt, ita demum pręmium ferret, ſi virtuti fortuna fauente viciſſet. Alioqui ſi conatui, non tãtùm effectui pręmium deberetur, tot palmis eſſet opus, quot in Olympi-

A ſimili.

A minori.

Aliud ſimile.

Ab exemplo certaminibus in ludis ſolemnibus.

cum certamen veniſſent. Quanquam in huiuſmodi ludis qui ſolennitatis voluptatiſque gratia proponuntur, fit interdum, vt victis quoque præmia ſtatuantur, non honoris, ſed ſolatij gratia: verùm ſeriis in rebus, atque adeò periculoſis, quęnam obſecro lex vnquam mercedem ſtatuit, niſi ſi quis facinus peregiſſet, & ita peregiſſet, vt omnes numeros implerit? A quo tu quantum abſis, mox audies: nam nunc de conatu tantùm agimus. *Ab exemplis militarium donorum.* Lex igitur ciuicam promittit coronam ei qui ciuem in bello ſeruarit. Quis vnquam ad hunc honorem vel aſpirauit, quòd ſe telis obiecerit, quòd non ſine multis vulneribus diſceſſerit? Profectò niſi ciue ſeruato nemo ciuicam petit. Quis vnquam his verbis muralem petiit, Acriter contendi Iudices vt mœnia ſuperarem, omnia feci, ſed depulſus ſum? Quantumlibet eniſus ſit, niſi conſcenſo muro, nemo tam inverecundus eſt vt muralem coronam ſibi deberi dicat. Obſidionalem nemo flagitat, niſi depulſa obſidione. Poſtremò nullus honos petitur, niſi ab eo qui id effecerit, ad quod honor inuitat. *A ſimili aliud.* Qui nauim in tempeſtate deſertam ad littus perduxerit, huic ex lege vendicatio eſt earum rerum quę naui vehebantur. Quorſum attinet hîc tuã iactare peritiam, ſudores, pericula, conatus? Nihil non feceris quo nauem in tutum reduceres, ſed victus tempeſtate deſeruiſti: audebis quicquam ex his quę sũt in naui, tibi vendicare? Aut ſi auſis, futurum ſperas vt quiſquam te vel pilum ſinat attingere? Non opinor. Si quis vnquam ouationem, ſupplicationẽ, triumphum obtinuit, quòd ad victoriam omnibus neruis eſſet eniſus, quòd gnauiter ſe geſſerit in bello: niſi ſuperior diſceſſerit, niſi præſcriptum à lege numerum hoſtium fuderit: aude & tu tibi præmium promittere, quòd tyrannicidium ſis aggreſſus. Quod ſi nemini hominum memoria contigit, deſine tibi noua ſpe blandiri, deſine inaudito exemplo poſtulare, quod ſperare ſit improbiſſimum, dare poſtulanti ſtultiſſimum. Noli nobis commemorare quanto capitis periculo murum arcis conſcenderis, qua virtute ſatellitiũ tyrannicum perruperis, alios depuleris, alios occideris: quorum maximam partem tibi liberum eſt fingere. Ad obtinendum tyrãnicidæ prędium, duobus duntaxat verbis eſt opus, Tyrannum occidi. Quantumuis conatum exaggeres, aleues, actollas, non niſi tyrannicidæ debetur prędium. Alioqui quid dices ſi eodem illo die quo tu arcem conſcendiſti, permulti pariter aggreſſi, ſua quiſque virtute freti, quorum nemo tamen tyrannum interemiſſet: vtrùm omnes tyrannicidæ præmio potientur ex æquo, nempe quia conati? Age, quid ſi multis ſtrenuè rem aggreſſis, vni cuipiam, qui ſit omnium ignauiſſimus (vt non ſemper virtuti reſpondet fortuna) eum cõtingat interficere, an non præteritis reliquis hic vnus honorem auferet? Quamobrem tandem? Non quia plus adierit periculi, ſed quoniam id confecit, cui lex honorem decreuit. Hîc tu fortaſſe rurſus incipies deplorare fruſtra ſumptam operam: negabis æquum eſſe virtutis egregios conatus merito fraudari præmio, niſi fortunæ ſuffragio adiuuentur. Sed quæ tandem poteſt eſſe iniqua conditio, quam nemo compellitur accipere, niſi cui cordi ſit? Quantumlibet iniqua conditio proponitur, eam nimirum facit æquiſſimam, quiſquis ſuapte ſponte recipit. In aleæ ludo (ſi fas eſt hoc exemplum conferre) quid iniquius, quàm vel ſummum artificem ab imperitiſſimo ſuperari, ſi modò iactus commodè cadat? Atque id adeo nemo tanquam iniquum cauſatur: propterea quòd cui luſus huius lex non probatur, ei liberum erat non ſuſcipere. Itaque lex quid præſtari velit, id palàm atque in medio proponit: quid abs te præſtari poſſit, id tibi relinquit expendendum. Illa nihil mauult, quàm vt res quamoptimè cadat: quòd ſi poſteaquam nihil iam intentatum reliqueris, quominus effeceris, per fortunam ſtetit, intelligis (opinor) nihil habere te quod legi ſuccẽſeas. Fortunam, ſi ita lubet, in ius voca: cum lege nihil tibi rei: quæ vt nihil promittit, ita nihil debet, niſi præſtanti. Neque verò exiſtimemus, Iudices, iſtud à maioribus qui hanc legem tulerunt, ſine ſumma ratione fuiſſe factum, vt conato præmium non eſſe ſtatuendum putarint: videlicet illud cauerunt, non tantùm ne ancipites iſtas & inexplicabiles huiuſmodi de conatu lites inuitarent, verumetiam quòd intelligerent tyrannicidij conatum non poſſe niſi ſummo ciuitatis periculo ſuſcipi. Vnde futurum proſpiciebãt, vt ſi conatui præmium ſtatuiſſent, temeritate conantium Reſp. ſubuerteretur potiùs quàm reſtitueretur. Etenim tyrannis quid aliud eſt quàm

Obiectio.

Æquitati opponit deliberandi poteſtatẽ.

A conſilio legiſlatoris.

Finitio tyrannidis.

graue capitaléque ciuitatis vlcus? huic si quis medeatur, ei merces digna proposita est, quam ita demum ferat, si remedium præsentaneum attulerit. Verùm huic malo neminem oportet admoliri manum, nisi certum artificem, qui sua diligentia peritiáque fretus, non sinat hoc licere fortunæ, vt dum ipse salutem dare conatur, illa vitam penitus eripiat. *Confutatio obiectionis à dissimili exemplo.* Quid? vtrùm tu igitur in eiusmodi discrimine conatum præmio iudicas inuitandum esse: an potiùs pœna deterrendum, nisi quod conatus est quispiam, idem præstiterit? nec illud te subleuat, quod mihi videbare ratiocinando colligere, cùm lex in maleficiis pœnam irroget simplici sceleris molitioni, par esse vt multo magis in benefactis conatus habeat rationẽ: nam oportere legem multo propensiorem videri ad compensandam virtutem, quàm ad retaliandam culpam. Atque vide quàm hîc tota erras via. Principiò non animaduertis hoc tyrannicidij facinus toto genere à reliquis discedere, propterea quòd aliorum molitio cum priuato molientis periculo modò coniuncta est, huius cum publico reip. discrimine copulata: vt temere moliri tyrãnicidium, nihil aliud sit, quàm temeritate priuata rem omnium prodere. Deinde lex nec in quouis crimine, nec qualemcunque conatum in quæstionem venire sinit, verùm in paucis duntaxat, quę vel propter insignem atrocitatẽ hoc odij merentur, vel eiusmodi sunt, vt priùs exitium adferant, quàm conatus dent significationem: quod genus parricidium, veneficium, proditio. Postremò non vides nihil esse simile, totáque natura ratione quo discrepare, pœnæ legit imam irrogationem, & honoris largitionem. Nam alterum quidem propriè legum munus, alterum quasi quędam de iure concessio, legísque candor (vt ita dixerim) quidam est. Hoc ita habere sic demum intelliges, si reputes quàm multa sint quæ lex iubeat, addita pœna ni pareas: quàm multa item vetet, nisi obtemperaris, supplicium minitans: contrà vix vnum atque alterum esse, ad quæ præmio solicitet. *Locus de comparatione premiorum & pœnarum.* Quædam enim eiusmodi sunt, vt durum ac seruile videatur ad ea metu mali adigi: quo de genere sunt, vxorem ducere, operam dare liberis. Hîc lex nimirum vrbaniùs ac verecundiùs tecum agit: patris, non magistratus sumit habitum: precio ad id inuitat, quod alioqui gratuitò te præstare decebat. Rursus alia tametsi id genus sunt, vt à quouis non improbo ciue præstari velle oporteat, tamen & fortiora videntur, quàm vt à multis præstari queant: & periculosiora, quàm vt multi velint suscipere: nam inhumanum videtur cuiquam vitæ suæ contemptum imperare. Ad hæc igitur pręmio animat, quasique calcar addit virtuti. Proinde non oportet hanc legum indulgentiam longiùs trahere, quàm ad quæ semel ipsa adstringit. Nec mirandum est si attentior, si vigilantior, si exactior est in proprio naturalique munere suo, quàm in eo in quo pro temporis ratione in alienas partes descendit. Huic adstipulatur illud, quòd nouis etiam criminibus exemplum aut nouum noua lege solet institui, aut à simili lege mutuò sumi. Neque tamen idem fieri consueuit, si quis quid noui facinoris cum laude patrauit, vt præmium à simili constitutione decernatur. Nisi lex extet, quę nominatim honorem statuat eius facto: quod roget, vix habebit: quod postulet, haudquaquam. Cur enim lege necesse sit passim ciuium suorum officium mercede redimere? quandoquidem ne sit impunita improbitas, id publicitus omnium refert: at probus esse nemo gratis potest. Quid autem est quod non vel gratus patriæ debeat ciuis? cui si vel animam impenderis, quid mirandum si quod acceperas, id restituis? Vt supplicio dignus sis, nisi parenti pietatis officium persoluas: non præmium illico tibi debeatur, si persoluas: itidem si quid in leges committas, non potes effugere supplicium: at non statim illę tibi prędmium debiturę sint, si quid cum officio feceris. Nam si ciues omnes sese in officio continerent, ne opus quidem esset vllis legibus: quippe quę non ad bonos mores comparatę, sed malis è moribus natę sunt, id quod verè vulgo dictitãt, ac pharmaci vice fungantur. Finge itaque nullas esse leges, quemadmodum de aureo Saturni sęculo fabulantur poëtę: suo quenque spontè fungi officio: an tu hîc clamabis perire benefacta, quòd nulla lex præmium decernat? Vti lex non minatur nisi improbis, ita non pollicetur optimis ciuibus. Quorsum enim opus promisso, cùm virtus absoluta abundè seipsa contenta sit? Proinde petere quod illa non sit pollicita, profectò plus quàm impudentissimum est: improbè flagitare

De officio patriæ gratis præstando.

quod ea candidè ciuilitérque promiserit, ciuis est probitatis non satis spectatæ. Tu quid merueris, paulo pòst excutietur: interim finge sanè præcipuam quandam vtilitatem attulisse, cui tamen ex lege præmium non debeatur: vtrùm protinus clamitabis infrugiferum fuisse officium, ciuitatem in ius vocabis, plebem ingratam vociferabere, minitabere iudicibus nisi tibi mercedem ex animi tui sententia decernant: an potiùs ipsam virtutem abundè magnum sui præmium iudicabis: oblectabis te conscientia recti: hunc esse maximum fructum officij duces, quòd de aliis citra tuum emolumentum benemerendo, ad deorum benignitatem videaris accedere? Nimirum hæc tibi futura sunt satis, si modò ciuis sis optimus. Quòd si non contentus istis, aliud adhuc nescio quod præmium desideres; certè maximo proximum est gloria: hoc tu iam propemodum tulisti. *Collatio mercedis & gloriæ.* Quanto metiris pretio, volitare per ora mortalium, celebrari, laudari, digitis notari mille, oculos omnium in te coniectos circumferre? Ista inquam vel maxima præmij pars: nam pecunia sanè quàm exiguum momentum adfert. Tu conatus duntaxat es: permagna portio, vel caput potiùs ipsum tuo deest facinori. At cùm interim his rebus frueris, dum non occiso tyranno tamen velut tyrannicida celebraris, quæso te, quantula pars abest à tuo præmio quod laturus eras etiamsi tyrannum occidisses? Postremò isthuc ipsum præmium, penè dixerim, intuendum mihi videtur, quòd iam tibi licuit toties Reip. tyrannicidium imputare, quòd in celebri iudicio tibi contigit honestissimum præmium flagitare, & in tam frequenti theatro spectante rep. magnificam istam tuam tragœdiam peragere. Mihi videtur, Iudices, beneficij tulisse gratiam, quisquis exprobrare beneficium potuit. Tu fortunæ, tu deorum munus imputas ciuitati, & sunt fortassis qui tibi libertatem acceptam ferant. an hæc tanta præmia contemnis, quæ vel vero tyrannicidæ sufficere debuerant, nisi lex maluisset præmio conatum ab affectu distinguere? Quanquam nullum mehercle præmium magis congruit ei qui tyrannum conatus sit occidere, nec occiderit, quàm vt illi contingat tyrannicidæ præmium sperare, nec ferre tamen. Hiccine erat ille gradus, in quo nos tecum commorari iubebas? Quanquam

A hoc nomine tuus conatus minus promeretur præmium, quòd aliorum proposito fortuna modò defuit, tibi voluntas, vt ais. Effecisti quod voluisti: id quod erat necesse, nec fecisti, nec voluisti. Sed iamdudum alium gradum (vt video) circunspectas, in quem te recipias. nam in hoc quàm citra omnem præmij spem consistas, intelligis. Age sequemur te per omnia, & aliunde aliò fugitantem persequemur, nec vsquam sinemus consistere. *III. Effectus & cædes filij.* Atqui non tantùm aggressus sum, inquis, verumetiam occidi, nempe filium: atque id facinus in duo secas tyrannicidia, & quòd filium sustuleris plusquam
B tyrannum, tum tyrannidis successorem: & quòd parenti, necato filio, mortis causam ministraris. De illo mox: nunc hoc, cuiusmodi sit, inspiciamus. Parentem ais abs te, iugulato filio, eadem occisum opera. negas enim referre qua via peremeris, modò sustuleris: imò splendidius isthuc videri vis, quòd tuo quidem ense, verùm ipsius dextera sit interemptus. Hæc tam honesta, Iudices, oratio possit parum attentum fallere, præsertim hoc rem fucis illis suis & phaleris venditante, dum nobis ob oculos ponit validum
C illum florentémque iuuenem, sic patri adamatum, crebris vulneribus confossum: parentem senem miserum illi circumfusum, eodem exanimatum ense, sanguinem vtriusque inter se confusum. Ista quidem dictu splendida, sed quid ad tuam caussam attinent? Nemo tam cæcus qui non videat, nemo tam effrons qui neget, spectaculum illud multo omnium iucundissimum extitisse ciuitati, quum senem tyrannum iuueni videret incumbentem exanimem exanimi: & in altero gauderet sese leuatum malis præteritis, in altero futurorum metu. Hæc
D quum per se maxima, quum Reipub. sint gratissima, quid attinet verbis exaggerare? Illud vnum in hoc iudicio vertitur, vtrùm tibi acceptũ ferri oporteat quòd pater sine controuersia tyrannus occisus est, an fortunæ superûmque dexteritati. Quòd enim tuo gladio peremptus est, id verò quàm est futile, nihilque! Quid si tuo gladio ab eo qui eum vtendum abs te rogasset, tyrannus esset necatus, num tu protinus tyrannicidæ præmium petitum venires? Lex occisori pollicetur honorem: tu eum iugulasti, de quo certè controuersum esse poterat, tyranni nomine censendus esset, nécne: eum de

Eleuatio instrumenti.

A scripto seu verbis legis.

quo nihil erat dubitationis, reliquisti. Si prudens, prudens excidisti à præmio. sin metu, multo minus etiam causſæ est postulandi muneris. Verùm illud tute vehementer vrgebas, vti prudens volénsque reliquisse viderêre. Sed quod tandem erat istud tuum consilium, quum tibi sic in manu esset, non toto metu liberare Rempub. sed vltorem tui facinoris, & verum certúmq; tyrannum relinquere? Intelligebas (vt ais) omne negotium confectum extincto iuuene, propterea quòd modis omnibus futurum præscires vt senex illico sibimet eodem gladio necem consciſceret. Videte Iudices, in manifestissimo mendacio qua rima conatur clabi: nisi diuinandi scientiam commentus fuisset, non poterat hinc explicare sese. Si quidem hæc vel augur, vel haruspex, vel vates diceres, fortasse nonnullos inuenires qui ista prædicanti fidem essent habituri. Nunc quid impudẽtius, quid vanius, quid veri dissimilius, quàm asseuerare id certum præsciſſe te, quod tale sit, vt quiuis alius exitus potiùs fuerit expectandus? An coniecturis es assequutus id euenturum quod euênit? At quid aliud effici coniecturis poterat, nisi vt vel sperares, vel suspicarêre? Porrò in re tam ancipiti, quæ dementia erat spem incertam sequi, discrimen certum negligere? Sed audiamus obsecro certas illas coniecturas, quibus hic noster vates præsensit inopinatum omnib. exitum. Iam ætate fessus erat, inquis, iã virib. defectus, nec obtineri iam autumabat posse tyrannidem adempto filio. Tum indulgentiùs amabat, quàm vt filio vellet esse superstes. Nónne sentis hæc adeò non esse naturæ rerum consentanea, vt iam omnibus videantur esse confutata vel priùs quàm refellantur? Vtrùm seni mentem vllam fuisse putas, an non putas? Si non putas fieri potuit vt illi tutum videretur, quod neutiquam erat tutum: atque ita protinus toto falleris augurio. Sin putas sapuisse, cur erat quòd vsqueadeo diffideret? Quasi verò tyrannis viribus duntaxat vnius hominis, ac non multo magis ingenio, versutia, calliditate, largitione, crudelitatéque contineatur: quæ omnia si magis in senem quàm in adolescentem competunt, cur tu in diuersum torques augurium? An non illa ætas vsu rerum callentior est? an non altiùs dissimulat? an non cauet diligentiùs? an non prospicit oculatiùs? irascitur implacabiliùs? tenaciùs iniuriæ meminit? meliúsque in longinquum consulit? His solis rebus imperium tyrannicum administratur. In militiæ duce quantulum est illud momentum, quod corporis vires afferunt? at in tyrannide profectò multo minus. Cur magis illum terreret ademptus filius, quã extinctus satelles quispiam audacior, quum arx supereſſet approbè munita, supereſſent opes, arma, satellitum ingens agmen, tot in ciuitate factiosi potentésque, qui non solùm tyranni partes adiuuabant, verùm etiam tyrannos agebant? quos equidem spero nunc nobis non esse metuendos (nolim enim infausta ominari) at ita tamen, ne nimiùm securè negligantur. Vsqueadeóne senem cruda viridique (quod omnes norunt) senecta, callidum, animosum, ambitiosum, non stultum, vna filij mors consternauit, vt rebus desperatis protinus è vita sibi migrandum duxerit, præsertim quum ille patris dominatum nihilo reddiderit tutiorem, sed multo inuidiosiorem, idq; ob libidinem, atque ætatis insolentiam, temeritatémque, adeò vt expedierit propemodum illi ad stabiliendam tyrannidem filium è medio tolli? Etenim quo propius ad iusti regni speciem accesserit tyrannis, hoc minùs est inuidiæ obnoxia, magísque tuta. Iuuenis ille solum hoc augebat, quod maximè tyrannos solet euertere: vera illa tyrannidis munimenta in callidi senis pectore erant collocata. Sed teneriùs adamabat filium, quàm vt defuncto posset supereſſe. De matercula quapiam priuatá loqueris, an de viro sene, callido, crudeli, denique tyranno? Quid ego Iudices, in eo sermone argumentis coarguendo sumam operam, quem ipsa natura, quem mos, quem communis omnium sensus repudiat? Quis vnquam isthuc audiuit, tyrannum vsqueadeo pio in liberos fuisse animo, vt non dicam commori voluerit, sed conuiuere commodè quiuerit? Credite mihi, priuatorum isti sunt affectus: Tyrannus neque quid natura, neque quid pietas, neque omnino quid sit officium, nouit. Exuit hæc omnia simul atque tyrannum induit. Omnia commodis, omnia metu, omnia necessitate metitur. Solos hos amat (si quos tamen ille amat, qui vel deos ipsos odit) quos aut metuit, & tollere nondum expedit, aut quorum opera ministerióque ad fulciendum imperium indiget. Quòd si vllos ille posset amare,

Ab incerto euentus.

Contra consilium aduersarij vt periculosum & incertum.

Elenat cõiecturas & rationes aduersarij.

I. Ab accidentibus, & iis quibus conseruatur tyrannus.

A personis cõdituri.

II. A remotione causæ.

Locus cõmunis, & descriptio tyranni.

Collatio causæ & effectus.

similes certè sui diligeret, impios, violentos, rapaces, sceleſtos: quando nihil ad conciliandam charitatem efficacius morum similitudine. Atqui ne improbi quidem illi chari sunt, nisi quatenus adiuuant: adeò vt præposterum vel peruersum potiùs quendam Stoïcum tyrannus exprimat. Neque enim quisquam tam Stoïcus fuit; vt æquè vacarit omnibus affectibus, atque tyrannus: hoc modò illos discernit, quòd philosophus honesto metitur sua consilia, hic commodo. An ille vllum pietatis igniculum in quenquam mortalium sentire potuit, qui in patriã, vitæ parentem altricémque, qui in cœlites omnium bonorum auctores tam sit impius, vt illam crudeliſſima opprimat seruitute, horum phana despoliet, iura contemnat? Verùm vt largiamur tibi nonnihil, sinamúsque te priuatos affectus in tyrannicum pectus, hoc est, ignem in flumen transferre: an tandem persuadebis illud, vsqueadeo indulgenter illum adamasse filium, vsqueadeo in eũ omnes vitæ suæ spes, voluptates, opésque semel contuliſſe, vt illo sublato ne minimam quidem vitæ causam sibi reliquam esse putaret? Repete, non dicam ex hac ciuitate, verùm ex vniuerso mortalium genere: non ex hoc seculo, sed ab orbe condito, & ab ipso (si vis) Promethei simulachro: quotus quisque fuit pater, quota quæque matercula, quæ ob liberorum necem sibi fatum accersiuerit? Naturalis hic dolor, & quem nemo ferè nõ modestè ferat. Priuatis parentibus vel indulgentiſſimis, mulierecularum intemperantiſſimis affectibus mediocris luctus sufficit: tyranni in filium charitati non nisi solam mortem satisfacturam esse tu Lynceus præuidebas? Age hoc quoque tibi donamus, vicerit homo tyrannus priuatorum in liberos pietatem, vicerit indulgentia materculas omneis: quî tibi compertum esse potuit vtrò se dolor paternus inclinaret, in rabiem, an in desperationem? Quo diligebat impotentiùs, hoc erat probabilius, vt senex natura ferus, ciuibus infensus, vel maximè vellet esse superstes, vel ob id denique, quò veterem illam iram, nunc filij nece acerrimè exasperatam irritatámque, Reip. suppliciis saturaret. Quòd si aliàs vitæ pertæsum fuisset, hæc nimirum vna causa poterat illum in vita retinere. Quid autem senili animo vindictæ cupidius? An nescis quàm impotentes ætas illa concipiat impetus, quo rapiatur æstu, quo flagrare soleat incendio, si quando atroci insignique contumelia lacessatur? Quæ verò potuit esse atrocior, quàm filij cædes sic amati, vt tu quidem ais? Hæc nimirum quicquid in illo fuerit vnquam crudelitatis, quicquid sæuitiæ, quicquid immanitatis: si qua sanguinis sitis, si qua suppliciorum fames, denique si quid tyrannicum: id omne semel deintegro poterat excitare, quasique renouare. Mitiora etiam animalia, datæ orbitatis iniuria in rabiem solet agere: & tu in tyranno (quo nullum animal immitius) nihil tale metuendum esse certissimus augur existimasti, quod in Tigribus videmus euenire? Quòd si tibi vni compertum erat, tyranno sic in deliciis esse filium: quid igitur aliud tua fiebat opera, nisi vt sæuissima illa Tigris rapto catulo in rabiem versa, in miseram hanc ciuitatem dilaniandam discerpendámq; insiliret? Id si non euênit, magna diis gratia, tibi magnum debetur malum: qui quantum ad te pertinet, tam diram beluam in nostra capita fortunásque immiseris. Elige nunc vtrum malis, an verum fateri, nihil fuisse tyranno cum nostris affectibus commune: an confingere sic adamasse, vt matercularum quoque vicerit delicias. Certè neutro modo tua constabit diuinatio: quæ nisi constiterit, non est quod ad eius rei laudem aspires, quæ fortunæ commoditate te imprudẽte euenerit. Postremò donemus & hoc tibi, vt præsciueris, & certum præsciueris, deo videlicet quopiam te certiorem faciente (nam alioqui fieri nequaquam potuit) perinde est ac si non præscieris, quum præscientiæ tuę fidem legi facere non possis. Profer quibus prędixeris id euenturum quod euênit: doce quis deorum quando isthuc tibi prænunciarit. Nihil habes quod dicas. Verùm posteaquã rem feliciter eueniſſe videres, tum demum post factũ vates esse cœpisti, quemadmodum vulgò tum fieri tum dici consueuit, Post euentum stultos etiam sapere. & quò fortunę beneficium verbis in te transmoueres, tragœdiam istam nobis comminiſci cœpisti, causas reperisti, quibus præsciisse videare. Sed dij boni, quàm non bonum poëtam te præstitisti, qui tam inconsistentia, tam cum natura pugnantia finxeris, sęuissimum tyrannum ob pietatem erga filium, vltro vitam fugisse: ob vnius capitis necem tutum sibi

Amplificatio à periculo rei.

Collatio causæ & effectus.

non putasse in vita commorari, quum omnia supereſſent quibus tyrannis & paratur & obtinetur, ſublato eo in quo omne tyrannidis præſidium collocarat, repentè rebus ſuis diffiſum ad inferos abiiſſe! Age, mitto nunc argumenta. hæc omnia vera non ficta credemus esse, tametsi ne fucum quidem vllum habent veri, ſi mihi ex omni hominum memoria vel vnum tyrannum potes nominare, qui liberos ſuos ſic adamarit, vt non ſpadones ac pallacas longè prætulerit: qui ſic illis indulſerit, vt non ſuſpectos haberet obſeruarétque: qui ſic illis ſit fiſus, vt non in barbaris quibuſdam latronibus, ac ſeruis ſtigmaticis plus quàm in illis fiduciæ poſuerit. Ego tibi permultos referre poſſim, qui filios ſic oderint, vt viuos esse pati non poſſent: adeò metuerint, vt ne cibum quidem vnà capere vellent: adeò diffiderent, vt tum demum ſe tutos esse putarent, ſi quis illos è medio ſubmouiſſet. Nullus inutilior tyráni ſatelles, quàm filius. Ex extrema barbarie conductitios mauult ille ſicarios, fugitiuos, homicidas, ſacrilegos: his vitam ſuam mauult committere, qui ſua patria frui non poſſint, & alienam euertere gaudeant, qui barbaricis ferinisque viribus antecellant, & Gigantes illos impios referant, qui propter animi cupiditatem non difficilè ad quiduis periculi ſuſcipiendum perducuntur, & propter ingenij feritatem à nullo facinore abhorrent. Hi ſunt idonei tyrannorum miniſtri, hi fiducia, munimentum, præſidiúmque tyrannidis multo tutiſſimum. hos ſiquis ademerit, cauſam videatur dediſſe cur rebus tyrannus diffidat. Nam filius qua tandem ratione dominatum ſuſtinebat? Ætate? at vtilior ætas grandior. Robore? vnus erat. Prudentia? magis ſapit ſenecta. Cuſtodiis quas obtinebat? at ſi aduerſus patrem obtinebat, mors illius ſeni etiam optanda. Si patris nomine, quid niſi vnus ſatelles ademptus erat? Nam cuſtodiæ quò deficerent, niſi ad eum cui alebantur? Tutior igitur erat futurus tyrannus amoto filio. Res enim tyranno ſuſpecta, filius violentus & inſolens, propterea quòd reliqui illi Barbari ſolo lucro contenti ſunt: filius illud præmium ſpectat, tyrannidis ſucceſſionem. Nec vllus pietati locus, vbi mentem poſſidet dira regnandi libido. Ibi contemptis naturæ legibus & filium horret pater, & patris interitum optat filius. Sed dicturis iamdudum neſcio quid:

Aliud argumẽtum à deſcriptione tyrãnorum, & eorum ſatellitum contra cauſam.

Aliud à perſona filij.

A mane, præſenſi. nihil inexpugnatũ omittam. vrges, Niſi præter modum adamauit filium, niſi diffiſus eſt, cur ſibi mortem conſciuit? Iſthuc verò meritò demirandum, quippe quod præter omnium ac tuam etiam ſpem cuênit. Verùm ego nihil ad me pertinere puto, vt tibi rationem reddam, quid illi dij in mentem immiſerint vt ſibi vim afferret: hoc tantùm euincere ſat eſt, te nullis coniecturis hũc exitum certò præſcire potuiſſe, quantumlibet amarit filium: tametſi cauſa non admodum obſcura. Iam deorum ſi qui fuerunt huic infenſi Reipub. iras diuturna noſtra calamitas ſatiauerat. Iam B propitios noſtra vota, noſtra ſacra commouerant: aderat illud fatale tempus, quum impius ille ſenex diis atque hominibus dignas admiſſorum pœnas daturus erat. Iam aderant vltrices Erinnyes, aderant Furiæ facibus & hydris omnibus armatæ: hæ illi mentem ademerunt, hæ vanam formidinem incuſſerunt, hæ attonitum ad ſpontaneam ſui cædem impulerunt. Nihil minus arbitrabatur quàm fugiſſe qui filium peremerat, quàm vna cæde contentum fore. qua quidem vna in re iure potes gloriari, quòd tyrannum C vehementer fefelleris. Virum eſſe putabat qui hoc facinus peregiſſet. Credebat eſſe talem, quales audierat eſſe ſolere tyrannos, qui magno ſuæ vitæ contemptu tyranni caput impeterent: qui non adorirentur facinus, niſi ratione probè perſpecta, qua poſſent perficere. Hanc ſuſpicionem Pan ille, aut ſiquis alius eſt deus, nouis terriculis exagitabat. Arbitrabatur inſtare ſibi carnificem, ſenſit adeſſe neceſſitatem illam fatalem, quam nemini nocentium vitare licuit. Itaque quod huius vrbis pietati, quod deorum bonitati debetur, cur tu id phaleratis dictis in D te transferre conaris? Vbi diſcrimen erat ſubeundum, ibi fugitabas: nunc vbi res præter ſpem pulchrè cecidit, tutúmque putas, fortunæ laudem in te deriuas. Sed finge diuerſum exitum fuiſſe conſequutum, pone tyrannum ira percitum, paſſim ciues ad exquiſita ſupplicia rapere, proſcribere, iugulare, in exilium agere, poſſeſſionibus exuere: quid hîc dices? Non ſines, opinor, eorum malorum cauſam in te tanquam in auctorem referri, & fortunæ argumento culpam deprecaberis. Negabis tibi imputandum eſſe, ſi quid fortuitò præter propoſitum euenerit. At nunc nónne iniurium eſt, quòd

Obiectio quam à luit alia cauſa contra alias.

Contra conſilium petentis vt fictum. καθ' ὑπόθεσιν.

boni, fortunæ commoditate præter spem euênit, id totum in te velut auctorem velle traducere? Etenim te nihil expectasse minus, quàm id quod euênit, vel ipsa res clamitat. Si hoc animo conscendisses arcem, vt filium non patrem occideres, credi poterat te talem quandam spem animo concepisse: nunc casu nescio an metu potiùs in iuuenem incidisti, & tum denique diuina ista mens & futurorum præsaga, sed quę non nisi post euentum sua prodat oracula, te corripuit. Quum esset fugiendum, ibi demum Iudices, in re tã tumultuosa, secum velut otiosus consultare cœpit, vtrùm senem sua dextra dignum existimaret: ibi demum præuidere cœpit, fore vt pater ipse sibi manus afferret. Et quò commentum tam impudens Iudices efficiat paulo probabilius: quæ nec vidit, nec videre potuit, ea perinde descripsit, nimirum vt iactat poëta, quasi spectator adstiterit, quid in mentem venerit tyranno, quid dixerit, quid fecerit, quomodo ferrum strinxerit. Eiusdem profectò impudentiæ, fingere præsciisse se, quod esset euentu consequuturum: & quod non videris, id ita narrare quasi videris. Quanto melius tuo commento, id est fabulæ, sua fides constitisset, si ita finxisses: te, quum perempto iuuene, stricto gladio ad senem ire destinasses, repentè à tergo affuisse Palladem illam Homericam, & iam euntem capillis reuocasse te: vetuisse ne tam luculentum facinus senili cæde obscurares: sese citra tuam operam curaturam, vt ille suapte manu, sed tuo gladio peremptus, gloriæ tuæ nihil tenebrarum offunderet, sed multum etiam adderet lucis: dehinc abditum te per rimam contemplatum, vel (quod est te dignius) repentè deam sepsisse te nebula, vt tyrannicæ necis tutus & otiosus spectator assisteres: nec priùs illinc discessisse, quàm negotium omne confectum vidisses. Hæc si confinxisses, paulo minùs malum poëtam te præstitisses. Sed otiũ, opinor, non suppetebat ad omnes fabulæ parteis commodè tractandas, videlicet lucri cupiditate te protinus ad præmium postulandum rapiente. Nunc vel ipsa te prodit inconstantia, figmentíque coarguit. In arcem ascendisti, quò tyrannum occideres: neque tum præuidebas, quod sole ipso clarius videri vis. In medio negotio subitò nescio quis deus oculos tibi restituit, vt videres futurum id quod accidit. Porrò si veris fidem facere voluisses, narrare debueras quemadmodum nocturnus explorator furtim arcem conscenderis, in ædes clanculum irrepseris, fortè fortuna obuio nemine, non dicam vt tolleres aliquid, sed vt experireris si quod tutò facinus posses designare: hæc molienti, commodùm fauisse fortunam: itaque quum adolescenteni solum atque incustoditum offendisses (vt est ea nimirum ætas securior, periculiq; minùs cogitans: præterea diuturna tyrannis iam magnam metus partem exuerat) tum haud scio (vt mores illius erant) multo vino sepultum, atque immodica libidine defessum, fortiter iugulasse scilicet, & somnum illi cum morte, id est germanum (vt ait Homerus) cum germano coniunxisse: deinde vbi iam cardines procul stridere cœpissent, exaudito videlicet morientis gemitu, ibi te metu exanimatum ita fugisse, vt non vacarit gladium è vulnere tollere, quem nec parricidæ, nec sicarij solent relinquere, ne deprehendantur: Interea domi latitasse te, iamdudum de fuga cogitantem, & longinquas aliquas semotásque mundi latebras animo circumspectãtem, in quibus abditus posses irritati patris sęuitiam fallere: Iámque te ad spontaneum exilium accincto, repentè in vulgus exiisse famam, liberam esse ciuitatem, tyrannum vnà cum filio iugulatum, reliquos metu fugisse, auctorem ignorari facinoris. ibi repentè ad nouam tuæ fabulæ catastrophem immutasse te animum, & qui priùs de salute fueras solicitus, protinus ad præmij spem arrectum fuisse, lucríque auiditate, priusquam tibi satis esset excogitata ratio qua totam huius inopinati euentus laudem in te traduceres, prosiliisse in medium, id quod vidimus, clamitasse tuum illum esse ensem, tuum facinus, non vnum præmium tuæ virtuti fore satis. Hæc nemo non credidisset, sunt enim rerum naturæ consentanea, vsu comprobata, omnium opinione recepta. At tu dum sedulò quidem, sed tamen parum ex arte, tuam nobis præscientiam niteris persuadere, quàm multa comminiscaris, non dicam tota facie à vero distantia, verumetiam cum sensu communi, cum more, cum natura penitus pugnantia? primùm tyrannum tam maternè filium adamasse, vt sine eo viuere noluerit: sic ob vnius mortem metu fuisse consternatum, vt in vita manere

Aliud argumẽtum à qualitate fidei.

non sit ausus: sic illi toto pectore fisum, vt ipse nullas circum se custodias haberet: adeò fracti animi fuisse, vt tam chari pignoris truculenta cæde non potuerit ad vltionem inflammari: tam inualidum, vt tua dextra fuerit indignus: tam inermem, vt ni tu illi gladium reliquisses tuum, defuturum fuisset quo se iugularet. Non vides quàm non competat tam insignis in tyrannum pietas, tam secura in eam ætatem fiducia, tantus metus in hominem, excepto filio reliquis omnibus præsidiis munitum, tanta consternatio in hominem tot periculis exercitatissimum, tãta imbecillitas in iratum? Quid igitur erat cur tu senem illum tantopere contempseris, vt indignum habueris qui tua ista magnifica dextera iugularetur? *Aliud ab incredibili ex circumstantia.* Túne indignum iudicabas quem occideres, quum eum Respublica non putarit indignum quem formidaret, quem maximo suo cum dolore ferret? Non talem illum Iudices, non talem sensimus, vt cuiquam contemnendus videri debuerit. Neque tu eum vnquam contempsisti, nisi fortè contemnere est, miserè formidare. Sciebas arcem armis refertam, sciebas supersesse satellites, quorum vel vnus (si seni vires deerant) sufficiebat iugulando tibi. Non ignorabas (id quod nemo nostrum nescit) quantum virium illi partim exercitatio, partim ingenij feritas etiam in illa senecta reliquerat. *Persona.* Tũ non te fugiebat, frigidum illud senium sic interdum acri dolore inflammari, vt iuuenibus etiam validissimis sæpenumero fuerit intolerandum, si quando solitum, illud robur quod ætatis gelu velut obtorpuerat, magno aliquo animi motu recanduit. Quis autem tam inualidus est, vt non illi pudor, ira, dolor ingens vires suppeditet? Hoc erat videlicet cur tu filium quàm patrem malueris occidere, quòd illum inopinantem, inermem, dormientem fortuna obiecit. Cum hoc pugnandum erat, armato, vallato, irato denique. Hoc erat cur gladiũ relinqueres, ratus ne tantisper quidem morari tutum, dum reciperes, metuens videlicet ne tantillum sarcinæ te redderet in fuga tardiorem. Reliquisti inuitus, quo tyranno prodi posses: sed prodi maluisti quàm deprehendi. Neque ego nunc formidinem tuã accuso, imò miror magis, quòd *Rei.* pedibus consistere, quòd fugere potueris, quum audires moueri tyrannicam familiam, stridere arma: intelligeres tibi non cum puero, sed cum vigilantibus viris, accinctis, armatis, sobriis, irritatis, denique cum rabioso patre dimicandum esse: non quòd illum vsq; adeò filij mors commoueret, sed quòd arbitraretur, & haud scio an verè se petitum fuisse, dexteram tuam errasse tantùm in filio. I nũc & spera, non dicam hos Iudices viros omnium perspicientissimos, sed vel è media plebe quenquam esse tam muccosis naribus, cui non suboleat, imò qui non planè odoretur præsentiátq; totam hanc fabulam abs te confictam. Et quod poëtæ solent, quum hærent in explicando tragœdiæ argumento, hanc veluti deam diuinationem arte quadã induxisti, quò præsensionem tuam Iudicibus probares, sine qua videbas præmium obtineri non posse. Sed occasionem, inquit, ministraui paternæ mortis, qui gladium quo se feriret, reliquerim: atque id solum non modò satis esse putat ad petendum præmium, verùm etiam meritum esse vt ipse ensis inter arma deorum consecretur, dominus pro deo præsenti colatur. O hominem suauem, si has spes verè concepit: impudentem, si quum non speret, postulat. Itáne tyranno gladius erat defuturus, nisi tuum illum reliquisses? Tu in arcem arma, hoc est, in syluam ligna portanda putasti? Nisi fortè tuum illud ferrum magicis precaminibus erat imbutum, vt vltro ad mortis adegerit necessitatem. *Instrumenti.* An verò nihil referre putas quam præbeas occasionem, quomodo, quo animo? Primùm, gladium reliquisti, quo nihil minùs deest Tyranno. nunquam ferrum abest, non in cubili, non in triclinio, non in sacris. Reliquisti metu trepidus. Tua quidem in re illud interim demiror, qua fronte eum gladium tuum ausis appellare, quem habueris pro derelicto. Metu, inquam, exanimatus reliquisti, quem postea receptum optabas. Reliquisti rem ancipitem. Quid si tyrannus illum eundem ensem in ciuium iugulos distrinxisset? quid si eodem lectos aliquot ex huius vrbis iuuentute adolescẽtes filio suo inferias mactasset? Si tyrannum occidisti, quia tuo occisus est gladio, & horum omnium indigna cædes ad te pertinebit: quippe cuius ense peracta est. id si non euênit, nihil ad te pertinet. nam anceps occasio quam in partem cadat, id diis in manu est. si bene verterit, nihil gratiæ debetur ei qui dedit imprudẽs: sin malè, temeritas imputatur.

Neque

Neque enim culpa vacat, qui periculo-
sam ministrat occasionẽ: quę si feliciter,
mirentur omnes: sin infeliciter, meritò
accidisse dicant. At quanto probabilius
erat, futurum vt tyrannus tuo ense alios
in vsus abuteretur? Scio me Iudices hæc
pluribus refellere verbis, quàm necesse
videatur, quippe tam friuola: verùm id
mihi propositum est, nullum illius argu-
mentum non excussum, nõ exagitatum,
non reuictum prętermittere. Quare quę-
so ne pigeat ita vt antehac fecistis, patiẽ-
ter atq; attentè cognoscere, dum hũc ab
gradu firmissimo deiicio. Hìc sibi vehe-
menter fidebat, hunc acriter vrgebat lo-
An idem fit causam mortis prębere, atque occidere. cum. Negabat vitari posse, quin præmiũ
deberetur, quòd patri necis causam mi-
nistrasset, si non relicto gladio (nam hoc
opinor argumẽtum iam habet pro dere-
licto) certè necato filio. Nam ita in legi-
bus dissertum aiebat, nihil interesse vtrũ
manu sua quis occìdat, an mortis causam
præbeat. Addebat, æquum esse, vt quum
in maleficiis causam datam imputarẽt le-
ges ad supplicium, multo magis idem ob-
seruarẽt in benefactis, ad præmium. Hæc
aiebat meminisse sese in legibus esse di-
sputata, illud addẽs Thrasonicum, nisi sibi
diuturna seruitus, legum memoriã obli-
A dissimili. terasset. Non tu legũ oblitus propter diu-
tinam desuetudinem, sed nunquã quid si-
bi velint leges, inquisisse videris. Bis enim
hic erras, qui neque causę datæ rationẽ,
neque dantis animum discernas, id quod
legibus traditum est: nec animaduertis
lõgè diuersam esse rationem maleficij &
beneficij imputandi. Quid ais noue iuris
interpres? Itáne satis esse iudicas vel ad
pœnam vel ad præmium, qualemcunque
quomodocunque causam dedisse? Nihil
Amplificat exemplo. igitur refert, Hector an Aiacem occide-
rit manu, an gladium illum dederit quo
se postea confodit? Atqui hanc laudem
nunquam ille sibi vendicasset: tametsi
prababile videri poterat, in eum vsum
A consequenti. hosti ab hoste datum fuisse ferrum. Quin
ergo fabros ærarios omnes vel ad pœ-
nam vocamus, vel ad præmium, quoties
armis in eorum officina perfectis aut iu-
gulantur ciues, aut seruantur? Postremò
cur hoc quod tu petis præmium, non
ensis istius tui opifex petit potiùs? Ty-
rannus gladium erat habiturus te non
porrigente: tu porrigere non poteras,
nisi huius industria tibi ministrasset. Age,
Simile. si telo inter venãdum temere misso, fortè
tyrannum vicinum interfecisses, clama-

A res tibi tyrannicìdæ deberi præmium, an
potiùs nihil tibi deberetur laudis, quòd
imprudens & insçius iaculum torsisses?
Imò in ius potiùs vocandus esses, qui mis-
si teli temeritate ciuem (quod in te fuit)
occideris. Nam quòd in tyrãnum incidit,
id nihil ad te. Quid si caupo vinum lene *Aliud.*
ac suaue, quale Polyphemo dedit Vlysses,
tyrãno vendidisses, atque ille eius dulce-
dine captus, auidiùs sese ingurgitasset, ea-
que re, concepta febri decessisset, aude-
résne caupo, vini titulo tyrãnicidæ præ-
mium flagitare? At quis non te cum tua
flagitatione vt temulentum vinóque ma-
didum exploderet? Cæterùm quanto fri-
B gidiore titulo nũc idem postulas? Vtcun-
que coniecturis præcipi poterat vt ætas
vinosa tam illicibili vino auidiùs intem-
perantiúsque frueretur, crapulam conse-
queretur morbus, pręsertim in sene: mor-
bum mors: vulgò hæc eueniunt. Tu eam
tyranno mortis causam dedisti, cuius nul-
lum extat in hominum memoria exem-
plum. Quis enim antehac ob filij necem
sibi manus intulit? Accędam propiùs.
Finge te tyranni coquum esse: probè cal-
lere palatum domini: medicos interdice-
C re cibum, quo tamen ille oppidoquam
lubens vescatur: interminari morbum
capitalem, ni temperet: id te non fugere:
eum cibum tu arte tua, cupediisque &
condimentis magis ac magis illecebro-
sum reddis: consequitur edentem mor-
bus, quem prædixerant medici: emori-
tur tyrannus, liberatur ciuitas. Hiccíne
coquus è culina in forum prosiliens, &
adhuc iure madens, fuligine niger, tyrã-
nicidæ prędium postulabis? mortarium,
tonsillum, & ollas ostentabis, arma scili-
cet quibus tyrannidem expugnaris? Non
eris (opinor) tam impudens in ea causa,
qua tamen ista tua multo est absurdior.
D Nam illi voluntas occidendi non defuit,
probabilem præbuit causam. Tu nec in
hoc iugulasti filium, quò pater vltro vi-
tam relinqueret, & causam dedisti ad
quiduis potiùs quàm ad istud idoneam.
Accipe exemplum tuo similius, quàm o-
uum sit ouo (quod aiunt) simile. Quid si *Aliud.*
tyranni amicam, quam ille miserè ac per-
ditè deperisset, occidisses: eáque cogni-
ta re tyrannus sibi vitam abrumperet, au-
deres ad præmium aspirare? auderes di-
cere, te certum præsciisse, fore vt tyran-
nus sponte fugeret è vita? Certè quan-
quã plures, amicas extinctas sequuti sunt
quàm filios: nemo tamen tibi crederet,

nemo tibi præmium decerneret:tuum factum periculosum & anceps dicerent:omnes fortunæ gratias haberent, cuius cõmoditate res ea feliciter cessisset. Tibi abundè magnum præmium existimarẽt, si commissi venia donatus discederes. Primùm igitur diuersam imputandi maleficij,& adscribendi beneficij rationem cõueniet distinguere,deinde causę qualitatem ,postremò animum:atque ita demum liquebit quid tibi lex debeat. Nam quòd aiebas legem prolixiorem esse oportere ad reddendum præmium, quàm ad infligendam pœnam:id in priuilegiis, quæ in exemplum non vocantur,fortasse locum habet: in iure communi longè secus est. Siquidem (vti superiùs demonstrauimus)nulli nocenti lex non minatur pœnam : paucis benefactis præmium ostendit. Tum in maleficiis etiam conatum simplicem supplicio prosequitur, in benefactis semper exitum requirit. Nec mirum,nec iniquum,si lex est diligentior in eo negotio ad quod vnum est nata atque instituta, quàm in eo quo temporis ratione tanquam alienas sibi sumit partes. Ergo in vtroque communiter spectat, vt causa sit idonea : deinde vt animus adsit,non tantùm casus. Hoc rursum interest, quòd in benefactis, nec causa idonea, nec animus idoneus satisfacit legi, nisi his accesserit euentus item idoneus. In malefactis si quid nocendi animo tentes,non expenditur nec euentus, nec causa: sed ex animo factum tuum lex metitur. Sic enim iudicat, tibi nihil ad scelus defuisse præter fortunam : qua te subleuari quod tandem ius sit? In euentu simul & causam datam,& animum expendit. Si animum vitiosum cõperit, nihil moratur causã,quàm sit idonea: putat animum & euentum ad pœnam cõmetendã sufficere. Sin animo simplici data est causa mali idonea,& non consequitur euentus:lex quasi conniuet ad id,& non putat ad suam cognitionem magnopere pertinere. Sin euentus est consequutus, etiamsi de animi vitio doceri non potest, tamen temeritatis & negligentiæ nomine pœnam irrogat, partim propter suspectam dantis voluntatem, partim vt hæc latebra peccantibus eripiatur, Imprudens feci: discantque homines vel suo periculo cauere,quod alieno faciant periculo. Ergo qui prudens & sciens, certam atque euidentem noxæ causam dederit: eum perinde lex censet, quasi facinus manu peregerit:veluti si quis hostem opibus copiisq; iuuerit, perinde est ac si ipsius arma contrà ferat. Siquidem id suppeditauit, sine quo bellum geri nõ poterat. Aut si quis inimicum suum per dolum nauigio solutili imponendum curet,vt naufragio intereat : aut in cõclaue pensili testudine inducat, vt ruina opprimatur : aut iuxta lectulum ægroti, loco pharmaci venenum portat, futurum sperans vt eo hausto pereat, tametsi non bibit ęgrotus, tamen veneficij postulari potest qui posuit, propter vitiosã animi voluntatem. Nam vehementer erat probabile id euenturum,quod ille moliebatur. Huic si detrahas nocẽdi voluntatem, nihil illi cum lege rei futurum est. Si detracta nocendi voluntate,apponas euẽtum: nõ effugiet temeritatis crimen,nisi illum inculpata ignorantia absoluerit. Porrò si in loco nõ ad id destinato,puta in via publica, aut in fundo alieno,arcu temet exerceas:lex tecum nõ agit,nisi si quem occideris,aut vulneraris,aut si cui damnum dederis. Cæterùm quod facis, tuo facis periculo.Quòd si quid horum consequutum est, cum lege tibi res est. Neqũe tibi tua patrocinabitur imprudentia: quippe quæ culpa temeritatis non vacet. Siquidem in te fuerat præcauere , quod probabiliter poterat prætimeri. Vides quanto discrimine dissita sint , inter quæ tu nihil interesse dicebas ? Primùm non statim imputatur ad præmium , quod ad ad pœnam : idque non à malignitate legumlatoris,sed partim ex ipsa rei natura proficiscitur, partim à legũ officio. Deinde discernitur animus : caussa data diiudicatur: spectatur euentus. Age nunc , si libet, tuam causſam , qua tuum facinus æstimari vis, expendamus. Finge te certam,ineuitabilem mortis causſam tyranno dedisse , sed imprudentem : nulla tibi sit præmij petitio. Quis enim insciens benemereri dicitur ? Fortibus viris præmia dantur,non fortunatis tantùm. Nam euicimus iamdudum , opinor , ne posthac affirmes te in hoc iugulasse filium, vt pater sibi necem consciscerẽt, quod euenturum ne vates quidem quisquam præscire poterat,tu nec suspicari:imò posteaquam rem plenã discriminis,fortunæ arbitrio cõmisisti,quia bene successit, hoc nomine lex te non postulat: at idem si malè euenisset, temeritatis pœnas eras debiturus. Neque enim tibi succurreret inculpata ignorantia. Quid enim æquè

Noua disputatio, quatenus causa & voluntas in legibus sufficiant, & quando euẽtus spectari soleat.

Adaptatio præsentis causæ.

formidandum erat, quàm ne tyrannus simul atque occiso filio se peti insidiis persensisset, omnia tyrannidis mala in nos conduplicaret? Iam vt de animo res tibi constet, caussam dedisti non solùm non idoneam, verumetiam periculosissimam Reip. Vin' hoc tibi argumento euidētissimo demōstrari? Finge te quempiam è ciuibus vitio occidisse: tum extincti patrē id facere, quod modò fecit tyrannus. Vtrū tu duplici cędis crimine teneberis, an simplici? Simplici opinor. At vxor & mariti mortē imputabit, qui necato filio, seni caussā mortis dederis: atque his fermè tuis argumentis vtetur: Indulgentissimè filium adamabat, in illum omnem familię curam reclinauerat, illo se oblectabat. Atque hęc de priuato sene cum fide dicet, quę tu de tyranno nimis durè (ne dicam ridiculè) dicebas. Addet ea te scisse, præuidisse futurum, vt ille vitam fugeret orbatus filio, in quo vno omnia vitæ oblectamēta collocarat. Non tibi defuisse iugulandi senis voluntatem, sed hoc tantùm egisse, vt miserabiliùs sua dextra perimeretur, vt odium tuum pleniùs miseri patris malis exaturares. Ideo iuuenē necasse, in hunc vsum gladium in vulnere reliquisse. Vides quanto sunt hæc probabiliora in hoc, quàm in tuo negotio: & tamen negabis paternam necem ad te pertinere, atque animi suspicionem, caussæ qualitate purgabis. Negabis caussam idoneam fuisse cur ille sibimet manus adferret. Te nec præscire nec timere potuisse id quod sit cōsequutum: quòd rarum extet exemplum patris ob filij necem sponte fugientis è vita. Alioqui futurum fuisse, vt & mater sibi fatū accerseret: quippe quam impotentiùs amare sit consentaneum, ac minùs aduersum dolorē animi viribus valere. Hæc non dubitares tibi profutura ad alterum crimen depellendum, & prodessent dubio procul. Atqui quod in maleficiis valet ne quid imputetur, id multo magis in hac caussa valet ne quid acceptum feratur. Ibi te liberaret à volūtatis suspicione, quòd causas parum idoneas dederis: hîc ex caussis multo minùs idoneis propter personam tyrāni, videri vis non modò quod euēnit, fuisse suspicatus, verumetiā certum præscisse. Ibi temeritatis postulari non poteras, propterea quòd tametsi vitio abs te data est caussa, tamen idonea non sit ad id quod euēnit: imò ipsi tota res imputabit, & legibus pœnas dabit, sepultura prohibitus, quòd ciuitati citra caussam idoneam ciuem vnū ademerit. Tibi non nisi vnius filij mors imputabitur, etiāsi mater quoque, & filiæ & sorores, & tota tribus huius necem fuerit imitata. Hic poterat, nisi feliciter euenisset: quippe vbi summum Reip. periculum & verteretur, & prætimeri probabiliter posset. Venio nunc ad quartum illud prędidium, Iudices, quod iste tutissimū, ac penè inexpugnabile iudicabat: vnde ego illum ita deturbabo, vt non solùm sit non habiturus quo tyrannicidij & huius laudis arcem obtineat: verùm vix etiam latebrā inuenturus, vbi temeritatis ac maleficij pœnam effugiat: quò nimirum intelligat, quàm nō inimicè, non curiosè (vt aiebat) secum agam: vt cùm possim in crimen ac pœnam vocare, sat habeā ab honore non pro merito secludere. Ait sibi deberi præmium vel hoc vno nomine, quòd iuuenem occiderit iam plusquam tyrannum, tum tyrannidis paratum hæredem, etiamsi hunc euentum dij non dedissent, vt senex ipse vitam abrumperet. O deploratam impudentiam. Tu tibi præmium peteres, si tyrānum suę furiæ nō essent vltę? Dij quidquis potiùs dederint, quàm isthuc quod tu fingis. Sed tamen fingamus interim oratione, quandoquidē id tutò licet: tametsi ad solam mētionem inhorrescit animus. Túne, inquam, occiso filio, relicto sene viuo, tyrannicidæ præmium peteres? An potiùs nec ipse supereresses, qui possis petere: nec esset Resp. quæ dare posset? Nam tu aut exquisitis suppliciis exanimareris, aut in extremis Orcadis exul delitescere: nos pro tyranno iam immanissimum carnificē pateremur: & tuum caput, vbicunque terrarum latitares, diris imprecationibus deuoueremus, qui nos tua incogitantia, vel præcipiti magis lucri cupiditate in tantam malorum tempestatem coniecisses. Sed re filius erat tyrannus, inquis: patri præter inane nomen nihil erat reliquum. Quid ego audio? duos igitur hæc ciuitas tyrannos alebat? Nam de patre nemo vnquam dubitauit, quin tyranni vocabulū mereretur. Quando autē antehac vnquā fando auditum est, duos vna in ciuitate sedisse tyrannos? id quod magis etiā natura repudiat, quàm eodem in corpore gemina capita. In iisdem aluearibus duo se reges pariter non ferunt. In armentis taurus tauro cedere cogitur. In iisdem lustris non cōuenit duobus inter se leonibus: & tyrannus (quo nullum

IIII. An propter filium, & tyrannidis omnis auctorem & caussam, occisum, præmium debeatur.

Confutatio à consequentibus.

A cōditio: ne filij, à quo tyrannidem removet ab incredibili.

animal efferatius) parem in eadem vrbe patitur? Non vides necessariò fieri, vt è duobus aut alter alterum oppugnet, aut alter alteri cedat? Vtrum tu fuisse mauis, in patre, an in filio? Si iuuenis aduersus senem obtinebat tyrannidem, quid à Rep. præmium postulas? Tyranni partes adiuuisti, non Reip. Sin patri cessit: quid tandem illum vocare potes, nisi tyranni vel præfectum aut satellitem? Quandoquidem seniori tyrannicam appellationem ne tu quidem audes detrahere. Verùm vt quoquo modo tyrannidem omnem in adolescentem oratione deriuares, quàm multa tu quidem non ex re, sed pro causæ tuæ commoditate comminiscebaris? Cæterùm quàm in his confingendis decori, quod in personis situm est, nullam habuisti rationem? Sic enim (vt memini) inducebas in fabulâ senem iam ætate mitem, & qui omnem tyrannidis acerbitatem ob senectam exuisset: non secus atque mala, quę natura acerba, tẽpore mitescunt, & in alium abeunt succum: porrò iuuenem ferocẽ illo incolumi gerentem tyrannidem, iámque patri viuo succedentem. Priuatus paterfamilias non fert filium se viuo successorem: & tu vis isthuc credi in tyranno? Ille non finit vllum è liberis rem domesticam ex animi sui libidine moderari: & tyrãnus sese velvti abdicans imperio, negotium omne in adolescentem reiecerat? Non dubito quin & ipse videris quàm dura sint ista, & quàm à communi sensu abhorrentia. Verùm quid faceres? nisi tales personas induxisses, exitum inuenire tragœdia tua non poterat. Quæso te, an vnquam auditum est Tyrannum ætate mitescere? Quando tu desines ea quæ sunt priuatorum, quæ bonorum principum, tyrannis tribuere? Vt eodem igni cera mollescit, limus durescit: ita ætate pleriq; reddũtur mitiores ac temperantiores, tyrannus magis exasperatur. Vt tempus nonnullis pomis amaritudinem adimit, vt vinis nonnullis acorem conciliat: itidem tyrannis non adimit sæuitiam ætas, sed exaggerat. Vis ipsissimam tyrannici ingenij tibi demonstrem imaginem? Spinam cogita, quę quo magis senescit, eo pungit acriùs. Echinos cogita, qui quo plus habent ætatis, hoc testa sunt asperiore. Vulgaribus ingeniis fortasse nonnulla vitia senecta vel detrahit, vel certè mitigat, etiam si plura irritat, nonnulla parit: at tyrannorum mẽtibus, ad scelus, ad crudelitatem natis, scelere & immanitate imbutis atque educatis, præter vitiorum omnium incrementum adferre senecta quid potest? Nisi fortè libidinem adimit. Quanquam ista Tyrannidis quãtula tandem est portio? sed esto fuerit sanè propter ętatem ad voluptates segnior, verùm erat fastidiosior: vnde fit vt imbecillior sit ad coitum, ad raptum auidior. Fortasse pauciores huic execabantur ephebi, sed insigniores. Pauciores producebãtur virgines, sed exquisitiores. Cur non autem & plures, videlicet quò senile fastidium optione & varietate vinceret? Hoc ita esse, quot ego tibi testes citare possem, qui quo nobiliores sunt, quo fortuna præstãtiores habent liberos, hoc magis eis à flagitiosissimi senis cupiditate metuebant? An tu putas vnà cum viribus senescere libidinem? Multò secus habet: imò quantum ætas improborum hominum facultati detrahit, tantum adiicit cupiditati. Quanquam tyrannicum animum his in rebus nõ tam voluptatis vsus capit, quàm nostra delectat contumelia. Vt frigeat in sene tyranno Venus, certè feruet vigétque malitia, sæuitia, nocendi libido. Postremò totum illud vitiorum agmen, quę propria tyrannorum sunt, cupiditas, rapacitas, improbitas, impudentia, impietas, iracundia, violentia, impotentia, suspicio, fraus, perfidia, crudelitas, implacabilitas, immanitas, periurium (quid autem oportet omnia commemorare nobis omnibus heu nimiùm nota?) horum inquã nullum non ętate fit acerbius, propterea quòd iuuenta nonnunquam naturæ bonitate vincitur: prætèrea quædam mala nondum didicit: at senecta, si quid pudoris, si quid humanitatis, si quid melioris ingenij à natura insitum est, id omne multo ac diuturno flagitiorum vsu penitus exuit, & prorsum in immanissimam quandam feram abiit. Id ita euenisse, Iudices, in execratissimo illo sene, quid ego coner argumentis docere, cùm sua cuique memoria abundè satis exemplorum suppeditet? Quòd si iuuenis sese gerebat insolentiùs, videlicet patris abvtens imperio: num tu hunc continuò tyranni nomine donabis? Ergo ex eadem tyrannide sexcentos tyrannos facilè reddideris. Nam quis est omnino in tyranni familia, vel extremum mancipium, qui non ipse penè tyranno sit ferocior, violentior, sceleratior? Filius, inquit, emolumentis imperij potiebatur:

Ab absurditate fictionis.

Libido cũ viribus nõ senescit.

Ab ætatis accidentibus, ex persona patris.

Confutatio signorum à proprio tyrannorum.

patri præter nomen nihil cessit. Quasi verò non sit isthuc omni tyrannidi commune. Longè minima fructuum pars, qui solent ex tyrannide capi, ad ipsum redire tyrannum: quemadmodum in latrocinio fieri consueuit: prædæ communiter in omnes distribuũtur, vel in eos potiùs quorum opera capiuntur. Alioqui non cohærebit cohors illa scelerata: nisi dux ille, quisquis fuerit, plus etiam permittat suis, quàm sibiipsi. Solum nomen sibi propriè vendicat. Et in nullos est tyrannus indulgentior, quàm in scelerum ministros: quippe quorum opera sentiat suum imperium contineri. Proinde sub vnius vmbra satelles omnis, omnis minister, familiaris, leno, tyrannidem quandam in ciues exercet. Ridiculè fecero, si hoc quoque coner argumentatione probare, Iudices. Vidimus, sensimus, experti sumus, nisi fortè tam diutinæ calamitatis memoriam, tam pauculi dies obliterauerunt. Neque enim esset res vsqueadeo misera tyrannis, si vnius modò foret toleranda violentia. Quot ferèdi latrones, quot sacrilegi, quot ex extrema barbarie aduenæ, feris quàm hominibus similiores? Neque desunt qui se simulent apud tyrannum sceleribus suis gratiam promeritos esse, quò nimirum hoc nomine metuantur à ciuibus. Horum igitur vnumquemlibet tyrannum appellabis, & pro quolibet occiso tyrannicidæ præmium petes? Non in tantum omnem exues pudorem opinor. Sed pater ætate fessus, omnem dominatum in filium transtulerat: quicquid tyrannicum in vrbe gerebatur, id iuuenis violẽtia cõmittebatur. Sed isthuc quantum absit ab imagine veri, quis tam cæcus, vt nõ videat? quis tam obliuiosus, vt non possit experimento refellere? Ego tibi cõplures nominare satellites possum filio insolentiores. Ad hæc, verisimillimũ est nullius insolentiam minùs approbasse senem, quàm filij, vel quòd odit omnem tyrannidis affectatorem omnis tyrannus, vel quòd intelligit ex illius facinoribus longè plus inuidiæ odiique sibi conflari: (Callidissimi autem tyranni est, eatenus legitimum imitari regnum, quatenus obtineri tyrãnis possit:) vel quòd pater etiã pessimus, tamen liberorum nonnihil offenditur vitiis, & ad crudelitatis ministeria alienis quàm suis vti mauult. Quòd si clam patre rapinas, raptus, atq; id genus facinora designabat filius: profectò non tyrannum agebat, sed insolentem satellitem: sin approbante patre, quasique per illum exercente tyrãnidem, vtri tandem par erat imputari commissa, huic per quem gerebantur, an ei cuius auctoritate arbitrióque fiebant? Non arbitror obscurum, quin huic, cui in manu erat, nutu, ne fierent, vetare. Quid autem non agunt per alios tyrãni? Nam ipsi quidem neque pueros emasculant, neque virgines abripiunt, neque proscribũt, neque bona diripiunt, neque phana dispoliant, neque hereditatibus manum iniiciunt, neque cõpilant ærarium, neque tormentis excruciant, neque quenquam iugulant, neque armis vicos expugnant, neque incendunt villas. Totum hunc tyrannicum ludum per ministros exercent. In vnum tamen tyrãnici nominis inuidia competit, in vnum occidendum lex præmium instituit, in vnum stringendi ferri ius facit, illos suæ cognitioni reseruat. Quorum vt quisque sua opera tyranno profuit, ita aliud atque aliud vocabulum imponi potest: certè tyrãni vocabulum nemini congruit, nisi vni illi sub cuius veluti clypeo tota illa pernicioſissimorum hominũ colluuies latitat. Arbitror vobis, Iudices, sæpenumero auditum esse, id quod eleganter à doctissimis viris est scriptum, tyrannis non longas modò, verumetiam plurimas esse manus, plurimos oculos, eósque acerrimos, plurimas aures, eásque longissimas. Omnino prodigiosum quoddã est animal tyrannus, multóque Titanibus illis Briareo & Encelado portentosius, centenis capitibus, centenis linguis, centenis manibus, pedibúsque. Quot enim habet scelerum ministros, totidẽ habere membra videtur. Atque vt ex membris corpus, ita tyrannis ex huiusmodi cõstat ministris. Verùm vt illud quod corpus appellatur, nihil est aliud, quàm quiddam omnibus ex membris aggregatum, ita in tyrannide vnum quippiam est, quod neque pes sit, neque manus, neque vllum aliud membrum, contineat autem vniuersa: at ita cõtineat, vt ab iis possit seiungi: idque tyrannus vocatur. Proinde exaggera quantumlibet iuuenis insolentiam, violentiámque, præfectum arcis voces licebit, oculum nomines licebit, aut si mauis, dextram: aut si ne id quidem satis, præcipuum tyranni caput dicas licebit: tyrannum certè vocare nequaquã potes. Vnum enim illud portentum tyranni nomine censet, cuius auctoritate titulóque cuncta hæc membra velut animantur:

idque vnum forti ciui permittit occide- A re. Nõ vult te in oculum aliquem inuolare: nõ sinit vt caput aliquod amputes, ne tale quiddam eueniat, quod de Lernæa Hydra fabulantur poëtæ, vt pro vno capite resecto, duo pestilentiora subnascantur: pro vno excusso oculo, plures acriores succedant: pro vna resciſſa dextera, multę robustiores subpullulẽt. Vnius vitæ te dominum arbitrumque constituit, qui sibi sit ausus tyrãni vindicare nomen: quo sublato futurum sit vt mẽbra reliqua quasi destituta spiritu, emoriantur, aut certè sanentur. At quid ego tecum iam accuratis argumentationibus ago? Possum illico tuis te verbis reuincere, ac vel- B uti tuo te laqueo capere. Iuuenem paulò antè magnum patris satellitem nominabas: non inficiabere: rursum alio locó dicebas omnem tyrannidem occupasse filium: solius appellationis honorem cessisse. Quî conuenit eundem & satellitem & tyrannum appellari? Tum si cessit, non igitur vsurpauit tyranni nomen. Contractus autem verbis aut rati sunt, aut rescinduntur. Lex hac tecum formula con- *Opponit verba legis.* traxit, Si quis tyrannum occiderit, præmium ferat. Quid tu mihi iuuenis flagitia commemoras? Id te lex voluit occi- C dere, quodcũque illud esset animal, quod tyrannus diceretur. Magnum (vt ipse fateris) satellitem occidisti, non tyrannum: quid tibi cum lege rei est? At rem, inquis, legis sequutus sum, non syllabas: eum interfeci, qui caput erat tyrannidis, paratus hæres paterni dominatus: libertatem peperi, seruitutem sustuli: hoc lex sensit: huius rei auctori præmium prędstituit. Satellitem, inquã, occidisti, nihil moror quantum, quàm grauem, quàm ferocẽ, quàm sceleſtum: satellitem tamen occidisti tyrannidis, non caput: aut si caput, vnum è pluribus. Sed hæc omnia tibi ex animi *Concessio, etiamsi filius tyrannus maximus fuerit, tamen occidendũ non fuisse. Locus pro legibus, eas non temere à verborum vi deflectendas & interpretandas esse.* D sententia largiantur: fuerit sanè res tota tyrannidis filiùs: pater nihil nisi vocabulum quoddam inane tyranni: quemadmodum in fabulis habetur, Echo nymphaam nihil aliud quàm meram quãdam fuisse vocem sine corpore. Quî tibi licuit in re tanta à verbis legis discedere? præsertim ita dilucidis, vt perspicuum magis nihil esse possit, & commentitiam interpretationem domi tuæ natã in iudicium adferre? Ego Iudices, nullum in Rempu. exemplum pernicioſius induci posse iudico, quàm si consuescant homines calumnioſi à præscripto legum recedere: & interpretamento, quod ad prætexendum facinus quisque suum maximè idoneum comminiſci queat, id iudicibus obiicere. Quis autem vnquam meminit de legis sententia quæri solere, nisi quum in scripto quiddã apparet ambiguè obscuréve dictum: aut cùm ex verbis & euentu absurditas quæpiam extitit, eáque manifesta? In priore non cuiusuis commẽtum, sed iurisprudentium responsa, sed iudicum sententia recipi solet. In hoc posteriore neceſſitas ipsa cõpellit aliquantisper à legis vocibus deflectere, & æquitatem iuris potiùs quàm verba spectare. Duplex itaque periculum videtis Iudices: alterum, ne superstitioſa cauillatione literarum legis, ab eo quod lex spectauit, abducamur: alterum, ne passim à præscripto discedendo, leges omneis & iudiciorum religionem subuertamus. Quorum illud quidem multo leuius est, propterea quòd vix vnquam accidat vt legislator obscurè, quid voluerit, explicuerit: aut absurdum quiddam exoriatur. Hoc mul- *A potiori.* tò periculoſiſſimum pernicioſiſſimúmq;. Etenim quę tandem lex futura est, quam versutus calumniator, quò pœnam effugiat, non facilè possit aliquo commento subuertere? Neque quisquam non elabetur è iudicio vestro nocens, nisi qui sit vsqueadeo nullius ingenij, vt ne friuolam quidem aliquam commentatiunculam queat inuenire. Atque vt cuique cõmodum erit, aut animi libido feret: ita pro sene iuuenem, pro tyranno satellitem, pro homicidio tyrannicidium, & passim aliud pro alio interpretabitur. Vestra interim Iudices religio, vestrum iusiurandum, qua tandem ratione seruabitur, quibus nihil futurum est certi, quod in cognoscendo sequamini: verùm ambiguas diuersasque litigatorum coniecturas spectare neceſſum erit? Ergo cùm in omni causſa maximopere cauendum est, ne sine grauiſſima ratione à legis prędscripto discedatur: tum in hac non periculoſum modò, verùm etiam absurdiſſimum: quum legis verbis nihil possit esse dilucidius: sententia nihil æquius: interpretamẽto quod prędter legis mentem inducitur, nihil pestilentius. An credimus legis *A consilio legislatoris.* huius auctorem vsque adeò infantem, & verborum inopem fuisse, vt dicere non potuerit: Qui quouis modo tyrannidem sustulerit, huic prędmium esto, si modò isthuc sensisset? Neque verò fugit illũ, totam tyrãnidem per satellites & prędfectos

exerceri ſolere, permultóſque in his eſſe vel Tyrannis ipſis ſceleratiores, atque, vt ita dixerim, Tyrannicos magis, & omnino ſupplicio digniores: niſi & omnium omnia miniſtrorum ſcelera Tyrãno imputarentur. In vnum tamen illum, qui hoc nomine cenſetur, tibi ferro graſſandi facultas data eſt. In reliquos non tibi permittitur idem: non quòd illos vita dignos iudicet lex, ſed quòd vnius cæde totam tyrannidem tolli velit, non multorum cæde reddi duriorem. Tuum erat legi ſimpliciter parêre: neque eius verba quaſi plumbeam quandam regulam ad tuum facinus accommodare, verùm ad illius præſcriptum factorum tuorum rationem inſtituere, præſertim in hoc exemplo, quo non aliud poteſt admitti peſtilentius, vt ex legis arbitraria interpretatione, quem velis, interficiendi tibi pro tua libidine licentiam ſumas. Non illud hîc ſpectandum, Iudices, quàm inuiſus Reip. ſit qui occiſus eſt, quàm maiore etiam ſupplicio dignus: verùm id etiam atque etiam perpendere oportet, exemplum præter leges iugulandi homines, ſemel in ciuitatem receptum, ſemel veſtris ſententiis approbatum, deniq; præmio compenſatum, quò tandem licentię ſit proceſſurum. Quod iſte ſibi in tyranni filium licere voluit, hoc alius ſibi volet in ditiſſimum quenque ciuiũ licere. Quiſquis pauper à locuplete contumelia afficietur, protinus tyrannum eum appellabit, & veneno aut ferro adorietur. Poſtremò ſi cui magiſtratus non placebit, ſi cui iudex erit inuiſus, non dubitabit è medio tollere. Porrò ad facinoris defenſionem, Sophiſtam quempiam aut ſycophantam conſulet (ſi ipſe ingenio ſtupidiore fuerit) & nouam legis interpretationem vobis adducet: dicet nihil aliud ſenſiſſe legiſlatorem, quàm vt huiuſmodi ciuium genus non nomine ſed re tyrannidem agentium, ferro, igni, veneno tollatur è medio. Atque ita breui futurum eſt, vt quod in vno factum ſemel & probauimus, & gauiſi ſumus: id in multis ſæpius & doleamus, & improbemus. Credite mihi, non mediocre diſcrimen neque conuenienter accipiendum, vt titulo reperto priuatus hominem indemnatũ interficiat. Id ita eſſe facilè liquebit, ſi quidem animaduertimus nihil omnium eſſe quod lex parciùs circunſpectiúſque permiſerit. Etenim (ſi memini) tribus duntaxat temporibus lex indulſit

Aliud à periculo.

A voluntate & ſimulegis.

A vt quis citra iudicium hominem occidat. Primùm adulterum, ſed in vxore deprehenſum: id quod intemperanti & inſuperabili mariti dolori donatum eſt: at ita, ſi corpus vtrunque pariter interimat, ſi argumentis idoneis deprehenſum fuiſſe doceat. Deinde in vi depellenda: at ita, ſi demonſtres te mortem effugere nequiiſſe, niſi mortem intuliſſes. id lex ita interpretatur, quaſi ſeſe tueri potiùs ſit iſthuc, quàm alium occidere. Vterque tamen facti ſui rationem reddere compellitur, ſtatim ſeſe prodere nec expectare donec in ius trahatur: atque (vt ita dicam) vltro ſemet reum facere cogitur.
B Quòd ſi omnia conſtabunt argumenta: ita demum à lege dimittitur, vt venia non laude dignus eſſe videatur. Poſtremò in tyrannicidio: vbi propter periculi ſuſcepti magnitudinem lex præmiũ quoque proponit: at ita, ſi eum quem tibi lex iſto velut inſigni tyrannici nominis denotauit, fortiter occideris: non ſi ſceleſtum alio ſcelere ſuſtuleris: neque patietur te ius occidendi permiſſum, latiùs quàm ad vnicum tyranni caput trahere, niſi ſi quis obſiſtat, vt per illius necem tibi neceſſe ſit ad illum penetrare. Iámque
C hoc factum tuum ſecunda illa ratione defenditur. Huic tertio generi fortaſſe proxima videatur hoſtem in bello feriẽdi facultas: quam tuæ tamen libidini lex non permiſit. Niſi palàm hoſtis ſit declaratus, niſi in Imperatoris verba iuraris, niſi ille aciem eduxerit, niſi ſigna canere iuſſerit, tibi fraudi futurum eſt hoſtem interfeciſſe. Tu dicturus es: Hoſtem occidi, nam plus quàm hoſtilia faciebat: nomen hoſtis tantùm aberat, re hoſtem agebat. Lex reſpõdebit, ſuarum partium fuiſſe, hoſtem declarare: ac tuo fortaſſe ſcelere fruetur: verùm ne ſerpat exem-
D plum, pœnas de te ſumet. Quid autem aliud abs te factum eſt? Vnum tibi lex nominatim deſignauerat: tu illius vocabulum tuapte auctoritate in alium transfers, quod niſi in vnum non poteſt competere: neque traduci debet ab eo cui lex attribuerit, ne tibi fas ſit aliquando quem voles magiſtratum, quem voles iudicem, quem voles ciuem, tyrannum appellare. Neque verò ſine grauiſſimis cauſis lex tot vinculis aſtrinxit hanc in vitam alterius licentiam. Perpendit nihil maius eripi cuiquam poſſe, quàm vitam: vidit in extinctum facilè varias cauſas confingi etiam impune poſſe, quandoquidem

Ampliſicatio à rei qualitate.

ille non sit refutaturus, qui iacet. Vidit quàm multis titulis suum quisque dolorem posset prætexere, si post occisum hominem vlla causa recipiatur præter eas quæ legibus sint expressæ. Quid quòd grauatim sibi quoque lex permisisse videtur vt homini vitam eripiat? quàm comperta, quàm multa requirit argumenta? quàm multa concedit reo? quàm malignè agit cum actore, quem non nisi suo periculo vult accusare? quantum spatij largitur ei qui defertur? quàm liberam Iudicum reiectionem? Quantum igitur à mente legis abesse putes, vt cuilibet permittat, vel pro suo priuato dolore, vel domestica iuris interpretatione, hoc est, subuersione, in cuiusquam vitam grassari? Neque ad rem pertinet, quantum criminum aceruum exaggeres, quãtumuis etiam verorum, addo notorum: dicas, parricidam, sacrilegum, incestum, proditorem, peculatorem, veneficum interfeci: Tyrannum lex iubet occidi. Atqui hic vnus multis tyrannis erat sceleratior, pestilentiórque ciuitati. Ad ista tam multa crimina lex tibi verbo respõdebit: Nihil moror quàm fuerit scelerosus, qui periit: in vnum tyrannum tibi ius feceram occidendi; in reliquos, in ius trahendi. Si detulisses: auditus, reuictus, damnatus à me palàm pœnas dedisset, omníque Reipublicæ salubri exemplo fuisses. Nunc tu priuata libidine interficiens, pro saluberrimo exemplo pernicioſissimum in ciuitatem induxisti, & legum instaurationem à legis violatione auspicaris: hoc est, malis malo mederi studes. An me clã esse putas, quàm multi sint in hac turba vita indigni, morte digniſſimi? At eos meæ cognitioni, nõ tuis manibus seruo: sunt fora, sunt tribunalia, sunt iudices, sunt carceres, secures, carnifices. Cur tu mihi præire conaris? cur nullo mandante magistratum occupas? & dum Tyrannicida videri vis, tyrãnum imitaris? Nam quo alio nomine tantopere mihi est inuisus ille, nisi quòd mihi parêre recusat, & præire conatur? Ei demum ferrum tractare licebit, cuius manibus ego permisero. Si iuuenem occidisses, quòd non alia patuisset ad tyrannum via, darem veniam necessitati: nunc occidisti non obsistentem, non auxilium ferentem patri, sed patris opem implorantem. Huius vnius cæde contentus discessisti, tyrannum nec impetisti, in quem vnum tibi ius feceram. Meum erat expendere, vtrum ex vsu Reipub. fuerit, an iuuenis occideretur: malueram illum exquisitioribus excruciatum suppliciis, exemplum omnibus edere. Neque hæc dico Iudices, quasi parum gaudeam pariter cum patre sublatum filium: vtinam eadem opera simul omnes sint oppressi, quibuscunque tyrannus placet. Sed quis prohibet simul & gaudere quòd deorum bonitas nobis hanc rem bene verterit, & tamen non committere vt huius temeritas, si iudicio comprobetur, in legem atque in exemplum trahatur? Nec de iuuenis iniuria vindicanda nunc agitur, sed de legis violatæ maiestate. Non enim par est, vt cuiquam personæ præter ius extincti odiũ in scelere suffragetur. Neque tam spectandum in quem commissum sit facinus, quàm quo exemplo commissum. Alioqui cur non eadem opera fas sit in tyranni nepotes, pallacas, pueros, vxores, liberos, lenones grassari? Bonam tyrannidis partem vxor fæpenumero suggerit. Ad summam immanitatem nonnunquam libertus aliquis, aut vernula instigat: cur non & hos iugulas, si tibi ius est æstimatione priuata meritorum ciuem iugulare? Quid quòd est aliquid tyranno nocentius, in quod tamen haudquaquam tibi ius sit occidendi? Finge esse qui totam hanc vrbem, templa, domos, curiam conatus sit incendere, imò qui iam compluribus locis ignem subiecerit, sed incendium subitò exorto imbri restinctum: auctorem non obscurum, verùm abditum latitare. Eum forte fortuna repertum, manu tua trucidas. Num lex tuum factum approbabit? Non opinor. Atqui tyranno ille quanto erat nocentior? Tanto nimirum, quanto est atrocius ciuitatem semel funditus euertere, quàm expilare: ciues vniuersos vno igni finire, quàm in pauca quædam sæuire capita. Et tamen in vnum tyrannum stringendi ferri potestas priuatim permittitur: illum deferendi modò ius habes. Hîc in re tam aperta legis mentem calumniari, & nouo interpretamento tuum facinus palliare, quid tãdem aliud est, quàm legum auctoritatem euertere, atque id per cuniculos quosdam agere, quod tyrannus palàm ac vi facere consueuit? In recipienda lege fas est populo causam æquitatémque legis excutere: cæterùm receptæ, & longo iam vsu comprobatæ, simpliciter oportet obtemperare. Neq; enim existimandum est, maiores

Epilogus.

Amplificat confirmatione.

Præoccupatio.

Redit ad argumentum superius. Non quicquid tyranno nocentius, aut aquè nocens, occidendum esse.

Redit ad auctoritatem legũ.

illos noſtros, viros ſine controuerſia ſapientiſſimos, ita ſine grauiſſimis rationibus inſtituiſſe, vt priuatim interficiendi Tyranni facultas vnico capite finiretur. Primùm ad iugulandi licentiam, feneſtram aperiendam ciuibus non putauerunt: deinde perſpiciebant, tyrannidem fatale quoddam eſſe Reipublicę malum, quod minore noxa toleraretur, quàm malè exagitaretur: neque poſſe ſemel tolli, niſi tyranni ipſius cæde. Quo ſubmoto, videlicet qui legibus imperabat, non parebat, iam nihil opus eſſe priuata audacia, nimirum illis in reipub. adminiſtrationem vindicatis. Quòd ſi tyrannus iuſſus vocari potuiſſet, ne hunc quidem tuæ dextræ arbitrio permiſiſſent. Videbant & illud: Tyrannidem, nonnullam habere monarchiæ legitimæ ſpeciẽ: hoc tantùm intereſſe, quòd in monarchia populus regi paret, rex legibus: in tyrannide omnia vnius libidini ſubiecta ſunt. Rex publicam ſpectat vtilitatem, tyrannus priuatim ſuam: vnde publicitus expedit vt tyranno veluti principi legitimo ciuitas pareat, donec idoneus aliquis vindex extiterit, qui legum auctoritatem in priſtinum ſtatum reſtituat, atq; id vnius (ſi fieri poteſt) capitis iactura. Nam hac moderatione in fatalibus illis peſtibus, quæ totum Reipub. quaſi corpus corripiunt, legum prudentia conſueuit vti: vt exemplò magis, quàm admiſſi talione, morbo medeatur: ne dum ciuitatem ſanare ſtudet, magnam ciuitatis partem interimat. Hinc eſt quòd in ſeditionibus publicis non niſi in ipſos auctores conſueuit animaduerti, reliquis quos tempeſtas illa commouerat, dari venia, aut vix etiam dari venia, qui in publico Reipub. tumultu quietem egiſſent. Quæ poteſt autem peſtis eſſe fatalior, quàm tyrannis? Quæ ſeſe latiùs in ciuitatis membra diffundit? Quota quæque vrbis pars ab hoc vitio ſyncera poteſt eſſe? Omitto iam quicquid eſt ambitioſorum, ære alieno obſtrictorum, ſcelere contaminatorum, barbarorum (nam hæc tota ſentina hominum tyrannide gaudet, vt in qua nullis maiora quàm ſceleratis ſint præmia) bonos etiam ciues hoc malum inuoluit, dum vel timent fortunis ſuis, vel rectum iudicant ſeruire tempori. In hoc itaque rerum ſtatu leges non extinctæ, ſed oppreſſæ modò, cautim & circunſpicienter agunt: intelligunt hoc vlcus citra ſummam ciuitatis perniciem exaſperari non poſſe, vnius capitis diſpendio commodè ſanari poſſe. Quare docto cuipiam medico præmium oſtendunt, digito demõſtrant quod membrum ſecari velint, quibus abſtineri. Caput indicarunt illæ, tu dextram ſecuiſti. Illæ tyrannum, tu tyranni ſatellitem occidiſti. Quo præmio dignus? Nempe eo, quo qui morbo inſcitè exagitato, totum hominem in extremum vitæ diſcrimen adducat, quo qui hominem legibus vetantibus occidat. Neque ego nunc te cædis reum ago, aget alius fortaſſis, cuicunque lubitum erit: verùm illud modò conſilium fuit, oſtendere tibi quàm inſignitæ ſit impudentiæ, in ea cauſſa tam eximiam tibi vendicare laudem, tam egregia poſcere præmia, in qua nequeas obtinere, ſi modò tecum exactiùs ac ſeueriùs agatur, vt graueis pœnas effugias. I nunc & curioſum me voca, qui tam candidè támque ciuiliter tecum agam, vt quum te poſſim in graue diſcrimen vocare, ſat habeam legis & Reipub. cauſam defendere, ne circumuenta præmium dare cogatur ei, qui nihil boni ſit promeritus. Id quod non iudicibus modò (quibus iſthuc iam dudum liquere puto) verùm tibi etiam ipſi cupio perſuadere: & facturum me confido, ſi modò tantiſper animum poſſis attendere. Vin' igitur, vt quemadmodum tu faciebas, itidem & nos ſummatim totã cauſſam ob oculos reuocemus? diſpiciamúſque quàm multa tuo in facto deſiderentur ad id, vt legi ſatisfeceris: & quantum tu ſis hallucinatus, quum multa diceres etiam ſupereſſe? Tria quædam requirit lex, & ita requirit, vt ſi quodlibet horum deſit, aut pœnam te, aut certè nihil gratiæ debere ſe credat. Quorum ego non vnum aliquod, ſed vnumquodque deeſſe docebo. Quod ſi facio, vtrum æquo animo cedes præmio, an impudẽter petere perſiſtes? Ergo rem accipe. Niſi tria hæc tibi conſtiterint, non eſt quòd tyrannicidæ præmium petas: Animus, via, & effectus. Animus duo quædam complectitur, vel quid ſperaris, vel quid propoſueris. Nam ſi tyrannum per imprudentiam occidiſſes, ſi præter propoſitum, non magis profectò præmium tibi debeatur, quàm ſi quis tyranno amiciſſimus idem feciſſet. nam idem potuit accidere. Tu porrò quid propoſiti in arcem attuleris, ipſe videris: ita demum legi perſuaſum erit te voluiſſe occidere tyrãnum, ſi occideris. Non occidiſti, atque

Correctio.

Locus ab imo ad ſummum.

I. Animus.

id etiam quum tibi in manu fuerit (vt ais) ſi libuiſſet, interficere. Lex negat ſua referre, vtrùm tyrannicidij propoſitum in arcem non attuleris, an allatum repentè mutaris. Iam quid ſperaris, excutiamus. Quamquam iſthuc leges non ita valde curiosè penſiculantur: ſed tamen in tam abſoluto facinore partes omneis conſtare oportet. Quid enim ſi tyrānum interfeciſſes, quò tyrannidem ipſe occupares, vtrùm præmium ſperares, an ſupplicium metueres? Quid ſi quò priuatum animi tui dolorem vlciſcereris, tyrānum occidiſſes, atque id eſſet palàm, num præmium auderes poſcere? Quid ſi latrones tyrannum forte fortuna obuium obtruncaſſent, num ad hunc honorem aſpirarent? Quid ſi quis tyranno priuatim infenſus, magna te pecunia conduxiſſet quò ei tyranno venenum dares, dediſſéſque, num quæſo tyrannicidæ præmium poſtulares? Ego hîc tecum non ago coniecturis: nihil dico in vitam tuam, quæ quidem obſcurior eſt, quàm vt tu, alioqui tam glorioſus, quicquam de ea auſus fueris dicere: illud vnum affirmare non dubitem, qui tyrannum quum tutò licuerit, non occidit, planè noluit occidere. Qui eum occiderit, cuius mors extremum exitium Reip. videretur allatura, potiùs quàm vllam commoditatem: is aut priuatum dolorem vlciſci voluit, non libertatem publicam vindicare: aut emolumentum ſuum ſequutus eſt Reipub. periculo, non ſuo periculo Reipub. ſtuduit prodeſſe. Poſtremò non poteſt niſi gloriæ ieiunio adductus videri, qui tam inſolenter ſe iactat. Non poteſt non videri lucrum ſequutus, qui tam improbè præmium flagitat. An non vides igitur quantopere hac parte à tota legis mente diſſentias? quem illa tuæ vitæ periculo ſua cauſa voluit occidere, eum tu non ſolùm volens præteriſti, verumetiam periculosè in Rempub. irritaſti: quem ſua cauſa noluit occidi, eum tu maximo noſtro periculò tui compendij aut animi fortaſſe gratia iugulaſti. Sed finge te animum tyrannicida dignum ad facinus attuliſſe, lucri perinde vt vitæ contemptorem: magni tamen refert, qua ratione tyrānidem tollere aggrediaris. Iam enim omnia tibi ex animi tui libidine largior, quæ tamen nemo alius tibi conceſſurus eſt. Te in filio iugulaſſe patrem, in non tyranno tyrannum. Largior iſthuc, Delium aliquem tibi prædixiſſe, vt certum

II. Actio.

A præſcire potueris, quod ipſe etiam vix diuinare Delius potuerit. Licuiſſe tibi patrem occidere, ſi libuiſſet, verùm hoc pœnæ genus tibi magis placuiſſe. Suſtuleris ſanè tyrannidem, idque noua quadam & inuſitata ratione. Vides quàm multa tibi dono. Tamen obſiſtam tibi, nec ſinam ferre præmium, propterea quòd ea via ſuſtuleris, quæ legi non probatur, quæ non expediat moribus ciuitatis, quę non ſit forti viro digna. Age quid ſi tyranni filium infantem in cunis iugulaſſes, & rurſum adfuiſſet Delius ille, per quem certum præſcire poſſes, fore vt necato puero pater ſibi mortem accerſeret,
B atque id eueniſſet, vtrùm te tanquam tyrannicidam ſuſpiceret Reſpub. an potiùs tanquam immanem & ferum hominem execraretur, qui in eam ſæuieris ætatem, cui etiam ab hoſte armato parcitur, quæ leonibus etiam miſerāda videatur? Quin ergo? Vtetur tuo maleficio Reſpub. cæterùm exemplum haudquaquam probabit. Quid ſi tyranni vxorem, quam ille miſerè deamaret, per vim conſtupraſſes, atque ille eius impatiens contumeliæ, fugerit è vita: vtrùm tyrannicidij laudem flagitabis, an raptus & adulterij ſuppli-
C cium potiùs formidabis? Res obſcura nō eſt. Conferam tuo facto propiora. Quid ſi tyranni medicus quum eſſes, veneno ægrotanti dato, illum ſuſtuliſſes, vtrùm vt venēficum oderit te Reſp. an vt virum fortem admirabitur? Tyrannum ſublatum gaudebit, facti rationem modúmq; deteſtabitur. Quid ſi quum te tyrannus familiariter vteretur, tu in conuiuio prętextu neceſſitudinis venenum porrigeres? Denique ſi per magicas imagines ac maleficas quaſdam deuotiones tyranno vitam ademiſſes, vtrùm à lege præmium, an pœnam expectares? Atqui tyranni-
D dem vtcunque ſuſtuliſti. Euentu gaudet lex: verùm exemplum tam perniciosum in Rempub. non recipit, vt conſueſcant ciues ſcelus vlciſci ſcelere, patrem in filio iugulare. Vides quantum momenti ſit in modo viáque vt factum tuum approbetur? Quod lex permittit vt fiat, non ſtatim permittit vt id via qualibet efficias. Adulterum ferro occidere licet, veneno aut incantamentis non licet. Cur ita? Quia peſtilens exemplū eſt omnino tractare venena: nec id vlla cauſa quantumuis honeſta ſinit in ciuitatem irrepere. Quid quòd ne hoſtem quidem veneno aut malis artibus interficere fas eſt?

Nam nuſquam non improbat maleficia lex: & veneno tincta tela etiam in bellis interdicta ſunt. Quòd ſi modus facti ſpectatur in his, in quibus nullum petitur præmium: quanto magis id fiet in his, in quibus ſummum petitur? Lex triumphum ſtatuit ei, qui certum hoſtium numerum fuderit. Fuderit aliquis non acie, ſed aquis & pabulo veneno tinctis: vtrũ ciues hunc æquis oculis ſpectare poterunt triumphantem, an potiùs ſicuti veneficum oderint, auerſabuntur, execrabuntur? Quid quòd priuatis etiam in rebus via modúſque perpẽditur? Quo magis idem oportebit tum in publico tum in ſplendidiſſimo facinore, vt à quo conueniat omnem ſceleris ſuſpicionem abeſſe? Age illud tecum reputa, ſi medico mercedem pactus eſſes, quò te morbo leuaret: atque ille non pharmacis, ſed maleficiis & incantamentis morbum exemiſſet, vtrùm præmium dabis, an magis hominem in ius trahes? iniuriæ malis artibus datæ reum ages? Clamabit ille, Morbo te leuaui: qua via, quid iſthuc tua refert? Hoc tantùm ſpectabas, vt morbo liber eſſes: ei rei merces eſt promiſſa. Ingratum te vocabit, qui niſi ſua opera, ne eſſes quidem qui præmium negare poſſes. Tu protinus reſpõdebis opinor, Medico te præmium eſſe pollicitũ, non mago: neque debere quicquam, niſi rem malam ei qui beneficium malè dederit. Quanquam ne dediſſe quidem videtur, qui malum malo tollit. Id enim mutare eſt incommodum, non amouere. Dices enim animo nocitum, dum corpori ſubuenitur. Atque iſtam litem vinces etiam iniquo iudice. Atqui eadem, aut melior etiam & vincibilior eſt tecum cauſa legi, quàm quæ tibi futura fuerat cum medico. Nam ibi de priuata mercedula diſceptaretur, hîc de publico honore. Ibi falſus eſt vnus, hîc legi fraus facta, per quam cautum oportuit ne quiſquam ciuium circumueniatur. Ibi ſalus data, certa quidem & efficaci, ſed ſuſpecta & improbata via: hîc nefario ſcelere (cur enim non ſic appelletur homicidiũ, quod in ciuem contra legem admiſſum ſit?) non libertas reſtituta, ſed in extremum diſcrimen adducta Reſp. quãdoquidem tuum factum perinde habet, ac ſi medicus quiſpiam ad curam mercede conductus, venenum pro remedio miniſtret: quod tamen ægrotanti (ita vt non raro conſueuit accidere) per occaſionẽ mor-

A bum adimat. Qui reualuit, ſuis fatis acceptum feret quòd viuat: tibi mortem, tametſi vitarit, imputabit. Neque ſua referre putabit, vtrùm imperitia, an perperam ac ſtudiosè pro pharmaco venenum porrexeris: propterea quòd tui fuerat officij, aut non ſuſcipere negotium, aut fidem ſimul, & artem, & induſtriam, ac diligentiam, & quicquid à probato artifice ſolet requiri, ad curam adferre. Sed age, ſinimus adhuc poſſidere te, quod dudum ſumus largiti: vt planè iſta via tyrannum occideris citra vllum Reipub. diſcrimen. Lex non approbabit facinus tuum, niſi non tantùm à crimine, verumetiam ab
B omni criminis ſpecie procul abfuerit: ne videlicet ea quæ in hoc potiſſimùm adhibita eſt in ciuitatem, vt maleficium omne ſecludat, incolumitatem ſuam, quã conueniebat aut Deo cuipiam, aut certè Diis ſimillimo homini acceptam referri, ſceleri debere dicatur. Non approbabit, inquam, niſi tyrannum ipſum, quem nominatim indicauit ipſa, quáque permittit via, ſuſtuleris: ne per rimam iſtam periculoſum exemplum in Rempub. irrepat. Poſtremò, non niſi ferro, non clancularíis ac maleficis artibus niſi virtute, niſi
C manu, niſi vitæ tuæ manifeſto contemptu tyrannum trucidaris. Neque enim hoc tantùm ſpectat lex, vt tyrannus in præſens ſubmoueatur: verùm illud multo magis reſpicit, vt omnes mortales intelligant in ea ciuitate viros eſſe fortes, qui non vereantur vitæ ſuæ diſpendio patriæ commodis conſulere: ac præclari exemplo facinoris, omnes etiam in poſterum ab affectatione tyrannidis deterreantur: cùm videant in ea ciuitate nullum eſſe tyrannis ſatis tutum præſidium: quandoquidem illud nemo neſcit, Qui vitæ ſuæ ſit contemptor, eum eſſe alienæ vitæ dominum. Nam quod omnino ſatellitium, quæ excubiæ, qui parietes, quæ
D arx, quæ arma aduerſus huiuſmodi animum tyranni caput defendant, qui patriæ libertatẽ ſuã vita bene credat emi? Poſtremò autem, vt maximè tibi conſtet animus, vt conſtet via: id quod eſt totius negotij caput, non effeciſti. Tãtum enim abes vt tyrannum occideris: vt quantum in te fuit, tyrannidem maiorem in modum auxeris, interfecto tyranni filio. Quid autem refert, malitia an ſtultitia Rempub. in diſcrimen adduxeris? Nam illo quod vulgò dicunt, nihil verius, Intempeſtiuam beneuolentiam nihil à fi-

III. Effectus.

multate differre. Tantum abest vt occideris tyrannum, vt ne suspicari quidem potueris id euenturum, vt ipse semet occideret. Sed iuuenem occidisti patre insolentiorem: quid tum postea, si patri & huius scelera lex imputat? Magnũ proinde tyranni satellitem, non tyrannum occidisti. Sed paratum tyrannidis hæredem occidisti: in tyrannidem succedit, qui prior, qui potior est in occupando. Verùm, esto sanè, certum hæredem sustuleris: igitur qui tyrannus erat futurus, interemisti. Atqui quod futurum est, id nondum est. Porro lex eum qui iam tyrannus sit, tolli iubet: non quem aliquando futurum diuines. An qui statuam ex pacto debeat, & rudem truncum præstiterit, fidem persoluisse videatur? Non ar-

Peroratio. bitrabor. Vbi nunc igitur sunt illa tam multa, quæ tibi ad præmium postulandum supererant? Vides quàm ne vnum quidem omnium tibi constet, quorum nihil oportebat deesse. Volui, inquis. Id demum voluisse te lex credit, quod effeceris. Postea è re nata propositum est commutatum. Hoc igitur præmij tibi debetur, quod ei qui in Olympiis medio è cursu, relicta meta, ad carceres reflectit habenas. At periclitatus es. Proinde id laudis auferes, quod is qui sudauit in Olympiis, nec vicit. Sed occidisti denique: verùm eum, quem neque lex permittebat arbitrio tuo, neque ex vsu publico fuerat occidi. At bene vertit ciuitati, quod fecisti. Numini igitur gratia debetur, tali, qualem Palladem Atticis fuisse ferunt: de qua prouerbium extat, quòd Athenienſium malè consulta, in bonum exitum vertere consueuit. Non tu leges seruasti, sed sustulisti: non libertatem restituisti, sed numẽ aliquod huic vrbi propitium, quod euentum tuæ temeritati debitum, sua commoditate à nobis auertit, quod tuam stultitiam nobis vertit in occasionem restituendæ libertatis. Non ego ingratum erga te populum constituo, imò tu populum ingratum in Deos reddere laboras: quẽ quum semel in periculum vocaris, ne pro simplici tyrannide duplicatam pateretur: nunc rursum in discrimen trahere conaris, ne ab iratis superis in pristinam seruitutem aut grauius aliquod infortunium retrudatur. Quid tu te fucis & phaleratis dictis in alienum meritũ insinuas? Quid tibi in eo negotio laudem vniuersam vendicas, ex quo præter pœnam temeritatis nihil ad te redire meritò possit? Si Reipub. si Iudicibus probare potes animum tuum tyrannicida dignum, qui nullum periculum vitæ Reipub. causſa recusarit: si facinus non scelere, non pernicioso exemplo, sed legitima via peregisti, si fortuna tuis egregiis conatibus bene expeditum dedit euentum: aude tyrannicidam te vocare: aude pulcherrimum ac penè diuinum munus à Repub. poscere: aude nobis seruatas leges, restitutam ciuitatem: aude templa, aras, focos, fortunas omneis, tutos pueros, inuiolatas virgines, impolluta matrimonia, denique hoc ipsum quòd hîc lege & apud Iudices agimus, exprobrare: aude mihi minari, quòd obstiterim: aude ciuitatem ingratitudinis insimulare, nisi laudem promeritam persoluerit: aude Iudices vel iniquos vel corruptos clamitare, nisi suis sententiis præmium tibi decreuerint. Contrà si suspectum quid volueris, si periculosum, si contra leges, si cum scelere coniunctum quod feceris: sit pudor, ac desine tandem improbè præmium flagitare, quod nulla ratione promeruerit: pœnam, si sapis, incipe deprecari. Isthuc fortassis ab æquitate Iudicum, à ciuitate deorum munere lætâ, queas impetrare. Neque enim putes vnum me te à præmio deterrere. Imaginare isthac in causſa pariter & leges, & Rempub. & deos tibi aduersari. Puta leges his tecum verbis agere: Si nos verè restitutas videri vis, sine nostram auctoritatem primùm in hac tua causſa valere. Longè plus laudis ex hoc iudicio referes, si nobis cesseris, si parueris, si tuam cupiditatem nostro submiseris arbitrio: si primum exemplum in te ciuibus ediderit, reuixisse nos: si monstraris ciuitati iam non ex sceleratorum libidine, sed ex nostro præscripto cuique viuendum esse. Atque altera ex parte Rempub. hac tecum oratione vti puta: Si ciuem bonum mihi præstare studes, noli hanc stultitiæ notam mihi inurere, vt in posterum re cognita, dicar ebrietate quadam gaudiorum ei præmium decreuisse, cui pœna magis deberetur. Noli mihi deos, quos vix denique tam diutinis votis, tot sacris, tot precibus, tot meis malis placaui, commoui, propitios reddidi, denuo per ingratitudinem iratos atque infensos reddere. Sine vt mihi per te liceat saltem illorũ beneficio frui. Quòd si te neque leges, neque Respub. commouet: certè deorum orationem vereri debes,

debes, quos ita tecum agere putato: Quid tu te in noſtræ laudis poſſeſſionem ingeris? Quid honori noſtro inuides? Cur non ſinis nos in hanc ciuitatem perpetuò benignos eſſe? Cur tu ipſe tam ingratus exiſtis? Ciuitas hæc ſemel mihi reſtitutam libertatem debet, tu bis debes cõmoditati noſtræ, & quòd Remp. ſeruauimus, cuius tu pars es: & quòd commoditate noſtra tuam periculoſam ſtultitiam, vel ſcelus potiùs, in maximam felicitatem verterimus. Etenim niſi nos dextri propitiíque adfuiſſemus, quid aliud tu quàm perieras, & per te Reſpub. Quod ſi planè contendis, vt præmium aliquod feras; abundè magnum præmium à nobis perſolutum eſt, quòd per nos res à te malè inſtituta, bene verterit. A legibus meritò maior relata gratia, ſi noſtræ proſperitatis reſpectu, temeritatis ſimul & ſceleris veniam condonarint. A ciuitate ſatis amplam laudem feres, ſi ea patiatur, vt in reſtitutæ libertatis hiſtoria tuum quoque nomen admiſceatur. Hac A laudis parte contentus deſine nobis debitum velle præripere, ciuitati munus noſtrum eripere, legibus auctoritatem adimere. Sed finem facio, nimirum extillata iam aqua. Quod ſupereſt, nunc veſtræ partes ſunt, Iudices, ſtatuere, vtrùm ſecundùm leges, ſecundùm Deos, ſecundùm Rempublicam, ſententiam dicere, an ſecundùm hunc glorioſum oſtentatorem pronunciare velitis. Vtrùm hanc vrbis felicitatem huius temeritati, huius ſceleri acceptam ferre malitis, ſæpius exprobrandam, & breui fortaſſis à B ſuperis iratis (id quod abominor) auferendam: an in Deos, quibus ſine controuerſia tota debetur, referre, eorundem pietate ſeruandam, augendam, benéque fortunandam. Vtrùm magis ex vſu ſit, vt primo hoc iudicio ſtatim leges circunuentæ dicantur, an vt appareat, legum reſtitutarum ſeueritatem, & Iudicum ſapientiam aduerſus vnius iniquam poſtulationem valuiſſe-

---

ΑΠΟΚΗΡΥΤΤΟΜΕΝΟΣ.

ABDICATVS. Eraſmo Roterodamo interprete.

ARGVMENTVM.

Quidam abdicatus artem medicinæ didicit. Patrem inſania laborantem, reliquis medicis deſperantibus, dato pharmaco cùm ſanaſſet, denuo receptus eſt in familiam. Poſt hæc nouercam inſania correptam ſanare iuſſus, abdicatur. Porrò genus orationis Iudiciale eſt, Status qualitatis. Sub hac enim & abdicationis cauſſas Quintilianus ponit: quarum duas ſpecies facit: alteram criminis perfecti, & alteram imperfecti, ad quam & præſens cauſa hæc pertinet. Exordium maxima ex parte querela conſtat. Nam & de iniquitate patris cõqueritur, qui ſe non ſecundùm artẽ, ſed ad præſcriptũ curare iubeat: & de ingratitudine, vt qui pro beneficio reſtitutæ ſanitatis, eam ſibi nunc gratiam referat, vt iterum abdicare cogitet. Hanc querelam, perſonarum, ſuæ & nouercæ videlicet, conditionibus amplificat, inuidiæ paternæ accuſationis etiam occurrens à conſueto & more patris: id quod ſtatim ab initio facit. Exordium propoſitio ſequitur, cui Narrationem ſubmittit, non tam exponendæ actionis gratia, quàm vt anteactam vitam ſuam, & beneficium in patrem collatum, iudicibus commendet. Confirmatio tribus locis conſumitur: Primo, quo oſtendit non licere patri, vt in familiam receptum, denuò abdicet; à cauſſa legis, & voluntate legislatoris: quod argumentum ſimilitudine & fictionibus, ſeu κατ' ὑπόθεσιν amplificat. Secundo, quod iniquum eſſe docet, ſe, tam bene meritum de patre, iterum abdicari, & pro præmio pœna affici. Hic locus variè amplificatur, ex qualitate beneficij, à conditione perſonæ, à difficultate & accidentibus artis, à natura & lege, & cæt. Poſtremò, neque cauſſas abdicationis ſatis idoneas aut efficaces eſſe probat. Neque enim ſe quicquã peccaſſe, neque nunc cogi debere vt arte ſua vbiuis vtatur: idque exemplo reliquarum artium, & ob artis huius conditionem & præſtantiam, deinde ex ſua perſona, qui illã non impenſis patris, ſed tum cùm à familia alienus eſſet, didicerit: alioqui etiam neceſſitatem quandam rei abſurdam conſecuturam eſſe. Denique non poſſe curari hunc morbum. Quo loco multa de qualitate corporum, morborum & medicinæ in genere, diſputat: oſtenditque etiaſi aliàs ſanabilis hic morbus eſſet, in nouerca tamen ſuſpicionis periculum ſibi metuendum eſſe, ſi quid ipſum fallat, aut ars deſtituat: atque ita orationem concludit, admonens patrem periculi ſuperioris, in quod ne iterum per iram & indignationem recidat, cauere ipſum iubet.

Αποκηρυχθείς τις, ἰατρικὴν ἐξέμαθε· μανέντα τὸν πατέρα, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἰατρῶν ἀπεγνωσμένον ἰασάμενος φαρμάκου δόσει, ἀπελήφθη αὖθις εἰς ὃ ἦθος. μὴ ταῦτα, μεμνημένον τὴν μητρυιὰν, ἰάσασθαι κελεύοντος, ἀποκηρύττεται.

Inuidiam paternæ actionis remouet à consueto.

HAudquaquam noua sunt hæc Iudices, neque miranda, quæ in præsentia facit pater, neque nunc primùm ad hunc irascitur modum, verùm hæc lex illi facilis est, & assuetus ad hanc causam accedit. Verùm illud mihi nouo calamitatis genere accidit, quòd cùm nullum proprium sit crimen, quod mihi possit imponi, tamen in periculum vocor ne pœnas dem artis nomine, nisi huic iubenti per omnia parêre possit. Qua quidem re quid fieri possit absurdius? vti curem ex præscripto, non iam quatenus ars valeat, sed patris arbitratu. Quare optarim equidem vt medicorum ars eiusmodi quoque remedium aliquod haberet, quod non modò laborantes insania, verumetiam præter æquum irascentes, liberare possit, nimirum quò liceat & patris iracundiæ mederi. Nunc autem ipsa quidem insania leuatus est, cæterùm iracundia magis etiam exasperatur. Quódque est omnium grauissimum, erga cæteros omneis sanus est, in me vnum insanit, à quo, morbo fuit liberatus. Videtis igitur cuiusmodi mercedem curationis feram, cùm rursum ab illo abdicor, iterum alienor à familia, ceu ob idipsum ad breue tempus receptus, vt maiore infamia sæpiùs eiicerer domo. At ego quidem in his quæ præstare queam, ne expecto quidem patris iussum, vt qui pridem non accersitus, ad opitulandum accesserim. Verùm vbi res est eiusmodi, vt nulla omnino spes sit, tum nec aggredi velim. Porrò in hac muliere multo etiam minùs ausim, neque id temere. Siquidem reputo quæ in me facturus sit pater si res non successerit, cùm iam abdicet nondum aggressum curationem. Quare doleo Iudices nouercæ vicem, grauiter laborantis. Erat enim proba. Deinde patris nomine, quem huius morbus excruciat. Maximè tamen mei ipsius causa, qui videar immorigerus patri, cùm non possim quæ iubeor præstare, partim ob morbi magnitudinem, partim ob artis imbecillitatem.

Querela de indignitate rej. & ingratitudine patris.

Amplificatio à sua persona.

A persona nouercæ & periculo.

Docilitas.

Ογκινὰ μὲν ταῦτα, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐδὲ παράδοξα, οὐδὲ τῷ παιδὶ ἐπὶ τῷ παρόντι γιγνόμενα· οὐδὲ νῦν πρῶτον τὰ τοιαῦτα ὀργίζεται, ἀλλὰ πρόχειρος οὗτος ὁ νόμος αὐτῷ, καὶ συνήθως ὅτι τοῦτ' ἀφικνῆται τὸ δικαστήριον. ἕτερον δὲ καινότερον νῦν δυσχεραίνω, ὅτι ἔγκλημα μοὶ ἴδιον οὐκ ἔχω, κινδυνεύω δὲ πιθανείαν ὑποσχεῖν ὑπὲρ τῆς τέχνης, εἰ μὴ πόρρω δυνατὰ πείθεσθαι τούτῳ κελεύοντι· ὃ τί ἦθος αὖ ἀτοπώτερον; θεραπεύω παρὰ τὸ πρόσταγμα, οὐκ ἐφ' ὡς ἡ τέχνη δυνατὰ, ἀλλ' ὡς ὁ πατὴρ βούλεται); ἐθέλω μὲν οὖν τῷ ἰατρικῷ, καὶ τοιοῦτόν τι ἔχειν φάρμακον, ὃ μὴ μόνον τοὺς μεμηνότας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀδίκως ὀργιζομένους, παύειν ἐδυνάτο, ἵνα καὶ ὁ τῆς παιδὸς νόσημα ἰασάμην· νυνὶ δὲ τὰ μὲν τῆς μανίας αὐτῷ, τέλεον πέπαυται· τὰ δὲ τῆς ὀργῆς, μᾶλλον ἐπιτείνεται. καὶ, ὃ δύνατον, τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασι σωφρονεῖ· κατ' ἐμοῦ δὲ τῷ θεραπευθέντος, μόνῳ μαίνεται. τὸν μὲν οὖν μισθὸν τῆς θεραπείας, ὁρᾶτε οἷ ἀπολαμβάνω, ἀποκηρυττόμενος ὑπ' αὐτοῦ πάλιν, καὶ τῷ ἤθους ἀλλοτριούμενος δεύτερον, ὡς ἐφ' ᾧτ' ἀναληφθεὶς πρὸς ὀλίγον, ἵν' ἀπιμότερος γένωμαι πολλάκις ἐκπεσὼν τῆς οἰκίας. ἐγὼ δὲ, τὸ μὲν τοῖς δυνατοῖς οὐδὲν κελευσθῆναι παρείμην· πρόθυμος γοῦν ἄκλητος ἦκον ὅτε βοήθουν· ὅταν δέ τι ἢ τελέως ἀπεγνωσμένον, οὐδὲ ἐπιχειρεῖν βούλομαι. ὅτι δὲ τῆς γυναικὸς ταύτης εἰκότως, καὶ ἀπολιμότερός εἰμι. λογίζομαι γὰρ οἷα πάσχοιμ' ἂν ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀποτυχών· ὃς οὐδὲ ἀρξάμενος τῆς θεραπείας, ἀποκηρύττομαι. ἀλλ' ὅμως μοὶ οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὅτι τῇ μητρυιᾷ, χαλεπῶς ἐχούσῃ· χρηστὴ γὰρ ἐμοί· ἔτι ὅτι τῷ πατρὶ δι' ἐκείνην ἀπιστοῦμαι. τὸ δὲ μέγιστον, ἐπ' ἐμαυτῷ ἀπειθεῖν δοκοῦντι, καὶ ἃ προστάττομαι ὑπορρεῖν ὃ δύναμαι, καὶ δι' ὑπερβολὴν τῆς νόσου, καὶ ἀσθένειαν τῆς τέχνης.

πλεὼ δ' δίκαιον οἶμαι ἀποκηρύττεσθαι, τὸν αὐ
μὴ δυνάμενον ποιῆσαι, μηδὲ τοῦτο ἐγχειρῶ ἀπαι-
τούμενον. δι' ἃς μὲν οὖν αἰτίας καὶ πρότερον
ἀπεκηρυξέ με, ῥᾴδιον συνιδεῖν ἐκ τῶν πρόσθεν
εἰρημένων. ἐγὼ δὲ καὶ πρὸς ἐκείνας μέν, ὡς οἶμαι,
ἱκανῶς τοῦ μὴ τοιοῦτα βίῳ ἀπελογησάμην,
καὶ ταυτηνὶ, ἂν νῦν ἐγκαλῇ, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, ἀπο-
λογήσομαι, μικρὰ ὑμῖν διηγησάμενος τῶν
ἐμῶν. ὁ μὲν δεξάμενος, ἐγὼ δυσκόλου ἐγὼ, ὁ κα-
ταισχύνων τὸν πατέρα, καὶ ἀνάξια πρᾴττων
τῶν ἐμῶν, τότε μὲν αὐτῷ τὰ πολλὰ ἐκεῖνα
ἐδόκουν, καὶ ὀλίγα ἀντιλέγειν ᾠόμην· ἀπελθὼν δὲ τῆς οἰκίας, ἐνό-
μιζόν μοι δικαστήριον ἔσεσθαι μέγα, καὶ ψῆφον
ἀληθῆ, τὸν μὲν τοῦτα βίον, καὶ τὸ φαίνεσθαι
πάμπολυ τῶν τοῦ παιδὸς ἐγκλημάτων ἐκείνων
ἀφεστηκότα, καὶ πρὸς τὰ κάλλιστα τῶν ὑπαρ-
χόντων ἐπιτηδεύμασιν ἐσπουδακότα, καὶ τοῖς ἀρίστοις συνόν-
τα. προσεωρώμην δὲ καὶ τοιοῦτόν τι, καὶ ὑπώ-
πτευον μή ποτ', ὡς ἂν σφόδρα καθεστηκότος πα-
τρὸς, ἀδίκως ὀργίζεσθαι, καὶ ἐγκλήματα ψευ-
δῆ καθ' ὑμῶν συνθέναι· εἰ ἦσάν τινες, οἱ μα-
νίας ἐγχειρεῖν τοῦτ' εἶναι νομίζοντες, καὶ ἀπει-
λεῖν, καὶ ἀκροσολισμὸν, οὐκ εἰς μακρὰν ὑπο-
πτεύων τοῦ κακοῦ, μῖσος ἀλλοῖον, καὶ νόμον
ἀπιστίας, καὶ βλασφημίας προχείους, καὶ δι-
καστήριον σκυθρωπὸν, καὶ ὀργὴν, καὶ ὀργὴν,
ὅλως, χολῆς μεστὰ πάντα. ὧν δὴ πάντα μοι καὶ
ἰατρικῆς δεήσειν ποτὲ προσεδόκων. ἀποδη-
μήσας οὖν, καὶ τοῖς ἀδοκιμωτάτοις τῶν ὅτου τῆς
ἀλλοδαπῆς ἰατρῶν συγγενόμενος, καὶ πόνῳ
πολλῷ, καὶ προθυμίᾳ λιπαρᾷ χρησάμενος,
ἐξέμαθον τοῦ τέχνου. ἐπανελθὼν δὲ, καταλαμβάνω τὸν πατέρα, ὥσπερ ἤδη μεμηνότα,
καὶ τῶν ὅτι χωρίων ἰατρῶν ἀπεγνωσμέ-
νον, οὐκ εἰς βάθος ὁρώντων, οὐδ' ἀκριβῶς φιλο-
χρινομένων τὰς νόσους· πλεὼ ὅσον γε εἰκὸς ἐμοῦ
ποιῆσαι χρηστὸν υἱόν, οὔτε ἐμνησικάκησα τὴν ἀπο-
κηρύξεως, οὔτε μετάπεμπτος ἐμαυτὸν προσέ-
μεινα. οὐδὲ γὰρ εἶχόν τι αὐτῷ ἰδίᾳ ἐγκαλεῖν,
ἀλλὰ πάντα ἐκεῖνα ἐμοῦ ἀλλότρια τὰ ἁμαρ-
τήματα, καὶ, ὡς ὅσον ἔφην ἤδη, τῆς νόσου. προελ-
θὼν οὖν ἄκλητος, ὅτε θύων ἰατρεύω, οὐ γὰρ
οὕτω ποιεῖν ἔθος ἐστὶν ἡμῖν, οὐδὲ τοῦτα ἡ τέ-
χνη παραινεῖ, ἀλλὰ πάντων πρῶτον διδα-
σκόμεθα σκοπεῖν εἴτε ἰάσιμόν ἐστι τὸ νόσημα,

A At sanè non arbitror æquum esse vt ab- *Propositio.*
dicer, si quod efficere non queam, id
ne recipiam quidem. Itaque quibus de
caussis priùs abdicarit me, facile fuerit
ex hoc negotio coniicere. Quanquam
ad illas, opinor, satis respondi ipsa pòst
acta vita. Ad hæc autem quæ nunc ob-
iicit, pro virili sum responsurus, si priùs
de statu meo pauca vobis exposuero.
Ego intractabilis ille,& immorigerus, pa- *Narratio.*
trem dedecorans, & indigna genere
meo patrans, id quidem temporis mul-
ta id genus vociferanti, ac sine fine oc-
clamanti, paucis contradicendum esse
duxi. Verùm domo cedens, existimaui
B mihi grauissimi iudicij instar fore, ve-
rúmque calculum, ita actam deinde vi-
tam, vt appareret me à paternis illis cri-
minibus quàm longissimè abesse, sed po-
tiùs honestissimis studiis dedisse ope-
ram, cúmque optimis viris habuisse con-
suetudinem. Iam verò & eiusmodi quid-
dam prospiciebam,ac suspicabar fore, vt
aliquando pater, qui non admodum ani-
mo constaret, mihi sine caussa succense-
ret, falsáque in filium crimina strueret.
Neque deerant qui ista morbi initium
interpretarentur, minásque ac tela pau-
C lò post irruituri mali, nempe odium abs-
que caussa, mores asperos, conuitia pa-
rata, censuram seueram, clamorem, ira-
cundiam, in summa, omnia plena bilis,
vnde vsuventurum credebam, vt mihi
aliquando arte medicinæ foret opus.
Proinde foras profectus, ac probatissi-
morum, quos in peregrinis regionibus
nancisci potui, medicorum vsus doctri-
na, plurimo labore, vehementique a-
nimi studio artem perdidici. Porrò do-
mum reuersus, offendo patrem mani-
festa iam insania laborantem, & ab hu-
ius loci medicis desperantibus destitu-
D tum, qui non altiùs introspiciunt, nec
admodum exactè morbos diiudicant. At
ego sanè, sicuti par erat facere frugi
filium, neque superioris abdicationis
iniuriam recordabar, neque vt acces-
serer,opperiebar. Neque enim erat quic-
quam quod illi propriè imputare pos-
sem, verùm peccata illa omnia fuerant
aliena: Nempe, quemadmodum mo-
dò dicebam, ipsius morbi. Ergo cùm
inuocatus accessissem, non sum equi-
dem protinus medicatus, neque enim
hic nobis mos est, neque id præcipit
ars, verùm illud omnium primum iu-
bemur obseruare, sanabilísne sit morbus,

an insanabilis, atque artis terminos prætergressus. Ac tum si eiusmodi fuerit malum, vt commodè possimus aggredi, aggredimur, totóque adnitimur studio vt ægrotum seruemus. Quòd si viderimus iam inualuisse, superasséque, nec manum admolimur omnino: idque vetustam quandam legem eorum qui primi medicinæ prodiderunt artem, secuti: qui negant tentandos esse morbos qui iam inualuerunt. Itaque cùm patrem adhuc intra spem esse perspicerem, neque malum supra artis vires esse, diu obseruatis ac pensitatis singulis: ita demum aggrediebar, ac pharmacum fidenti animo porrexi. Multi sanè eorum qui tum aderant, suspectam habebant administrationem pharmaci, calumniantes curationem meam: iámque parabant in ius vocare me. Aderant autem & nouerca pauida atque diffidens, non id quidem odio mei, sed quòd metueret, vtpote probè sciens illum grauiter laborare. Nam sola nouerat omnia, quippe familiaris & assiduè conuiuens ægrotanti. Attamen ego nihil his rebus deterritus (sciebam enim futurum vt mihi signa non mentirétur, neque falleret ars) adhibui curam, obseruato tempore idoneo. Quanquam erant amici nonnulli, qui mihi consilium darent ne fiderem, ne fortè si res malè successisset, maiorem aliquam calumniam mihi accersérem, quasi patrem veneno vltus essem, memor iniuriarum quibus me affecerat. In summa, ille protinus conualuit, pristinæ redditus sanitati: cognouítque omnia. Familiares admirabantur: denique laudabat & nouerca, ac palàm omnibus vtriusque nomine gaudebat, tum mihi laudem assecuto, tum illi ad sanam mentem reuerso. Atque hic quidem (nam illud de eo testari possum) neque contatus, neque quopiam his de rebus in consilium adhibito, simul atque rem omnem è familiaribus cognouit, irritam fecit abdicationem, ac denuo me filium fecit, seruatorem ac beneficum appellans, confitens sese certum experimentum mei cepisse, déque illis antè factis semet excusans. Id factum compluribus attulit voluptatem, nimirum quotquot aderant probi. Cæterùm vrebat eos, quibus abdicatio filij iucundior fuerat reuocatione. Proinde videbam tum non eodem modo ea re gaudentes omnes, sed erat cuius & colorem illico verti sensi,

A εἶτ' αἰτήκεσον, καὶ ἐπ' ἐβδόμης τοὺς ὅρους τῆς τέχνης. καὶ τὰ νικᾶσθαι, ὦ μοὶ βιμεταχείρεσον ἢ, ὅπιχ ἐθέλομεν, ἐς πᾶσαν ἀσπουδὴν ἐσφερόμεθα σῶσαι τὸν νοσοῦντα· ὦ ὃ κεκρατηκὸς ἤδη, καὶ νενικηκὸς ὃ πάθος ἴδωμεν, οὐδὲ τὰ ἀρχαῖα προσκαλούμεθα, νόμον τινὰ παλαιὸν τῶν προπατόρων τῆς τέχνης ἰατρῶν φυλάττοντες, οἳ φασι μὴ δεῖν ἐπιχείρειν τοῖς κεκρατημένοις. ἰδὼν οὖν τὸν πατέρα ἔτι ἐντὸς τῆς ἐλπίδος, καὶ ὃ πάθος οὐκ ἐπ' ἐμοὶ τέχνῃ ἐπιπολὺ τηρήσας, καὶ ἀκριβῶς ἐξετάσας ἕκαστον, ἐπεχείρουν ἤδη, καὶ ὃ φάρμακον πεπαῤῥησκότως ἐπέχεον. ἦσαν δὲ πολλοὶ B τῶν παρόντων ἐπιτιθέμενοι ἐμοὶ δόσιν, καὶ τὴν ἴασιν διέβαλλον, καὶ πρὸς κατηγορίας προεσκευάζοντο. πρῶτα δὲ ἡ μητρυιὰ φοβουμένη, καὶ ἀπιστοῦσα, ὅ τι μισεῖν ἐμέ, ἀλλὰ τὸν δεδιέναι, καὶ ἀκριβῶς εἰδέναι πονήρως ἐκεῖνον διακείμενον. ἠπίστατο γὰρ μόνη τὰ πάντα συνοῦσα, καὶ ὁμοδίαιτος τῇ νόσῳ. πλὴν ἀλλ' ἔγωγε οὐδὲν ἀποδειλιάσας (ἠπιστάμην γὰρ οὐ ψευσόμενά με τὰ σημεῖα, οὐδὲ προδώσουσαν τὸν τέχνην) ἐπῆλθον τὴν ἴασιν ἐν C καιρῷ τῆς ἐπιχειρήσεως. καίτοι καὶ φίλοι τινὲς τῶν φίλων συνεβούλευον μὴ θρασυνέσθαι, μὴ καὶ ἀφορολόγητόν τινα μείζω ἐπίληψιν μοι ὃ ἀποτυχεῖν, ὡς ἀμυνομένῳ τὸν πατέρα φαρμάκῳ, καὶ μνησικακήσαντι, ὧν ἐπεπόνθειν ὑπ' αὐτοῦ. καὶ ὃ κεφάλαιον, σῶος μὲν οὗτος βίᾳ ἦν, καὶ ἐσωφρόνει πάλιν, καὶ πάντα διεγίνωσκεν· οἱ παρόντες δὲ ἐθαύμαζον, ἐπῄνει δὴ καὶ ἡ μητρυιά, καὶ φανερὰ πᾶσιν ἦν χαίρουσα, κἀμοὶ εὐδοκιμοῦντι, κἀκείνῳ σωφρονοῦντι. οὗτος μὲν οὖν (μαρτυρεῖν γὰρ αὐτῷ ἔχω) μήτε μελήσας, μήτε D συμβουλόν τινα περὶ τούτων προσλαβών, ὅτῳ ὃ πρῶ ἦκουσε τῶν παρόντων, ἔλυε μὲν τὴν ἀποκήρυξιν, υἱὸν δὲ ἐξ ὑπαρχῆς ἐποιεῖτό με, σωτῆρα καὶ εὐεργέτην ἀποκαλῶν, ἀκριβῆ πεῖραν εἰληφέναι ὁμολογῶν, καὶ περὶ τῶν ἔμπροσθεν ἑαυτὸν ἀπολογούμενος. τοῦτο γιγόμενον εὐφραίνε μὲν πολλοὺς, ὅσοι παρῆσαν χρηστοί· ἐλύπει δ' ἐκείνους, ὅσοις ἀποκήρυξις υἱοῦ, ἡδίων ἀναλήψεως. εἶδον γοῦν τότε οὐ πρώτους ὁμοίως ἡδομένους τῷ πράγματι, ἀλλ' εὐθύς τινος χρόαν τρεπομένην,

καὶ βλέμμα τεταραγμένον, καὶ πρόσωπον ὠρ- A
γισμένον, οἷς ἐκ φθόνου καὶ μίσους γίγνεται. ἡμεῖς
μὲν οὖν, ὡς ὅ εἰκὸς, ἐν ἀγκαλίσεσι καὶ ἡδυπαθείαις
ἦμεν, ἀλλήλοις ἀπειλημμένοι. ἡ μὲν γὰρ
ὀλίγου μὲν μικρὸν ἄνθος νοσεῖν ἤρξατο, νόσον, ὦ ἄν-
δρες δικασταί, χαλεπὴν καὶ βαρύθυμον. ἀρ-
χόμενον γὰρ ἄνθους ὅ δεινὸν προεφύλαξα· ἀ γὰρ
ἁπλῆν, οὐδ' ὑποπόλαιον τῆς μανίας ὅ εἶδος,
ἀλλά τι παλαιὸν ἐνδιαιτώμενον ἐν τῇ ψυχῇ
κακὸν ἀπέρρηξε, καὶ ἐς τὸ μέσον ἐξενίκησε.
πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα ἡμῖν ἐστι σημεῖα τῆς
ἀπάτως μεμηνότων. ἓν δ' ἐκεῖνο κοινὸν ὅτι τῆς
γυναικὸς ταύτης προεφύλαξα· τοῖς μὲν B
γὰρ τοὺς ἄλλους, ἡμερωτέρα καὶ πραοτέρα ἐστὶ, καὶ
παρόντων, εἰρηνεύει ἡ νόσος· αἰ δέ τινα ἰα-
τρὸν ἴδῃ, καὶ τοῦτ' ἀκούσῃ μόνον, κατ' ἐκείνου
μᾶλλον παροξύνεται· ὅπερ καὶ αὐτὸ τοῦτο, τοῦ
πονηρὸς καὶ ἀνηκέστως ἔχειν ἐστὶ τεκμήριον.
ταῦθ' ὁρῶν, ἐγὼ μὲν ἐλεῶμεν, καὶ τὴν γυναῖκα
οἰκτιρμοῦ ἀξίαν ἔσθ', καὶ μᾶλλον ὅ πρόσθεν
δυστυχοῦσαν. ὁ πατὴρ δ' οὐκ ἐκ ἰδιωτείας (οὐ γὰρ
οἶδεν οὔτε ἀρχὴν τοῦ κακοῦ, οὔτε τὴν
αἰτίαν, οὔτε ὅ μέγεθος τοῦ πάθους, ἐκ ἐλθὼν ἰᾶ-
σθαι, καὶ ὅ ὅμοιον εἰσήνεγκε φάρμακον. ᾤετο γὰρ C
ἓν εἶδος μανίας εἶδος, καὶ μίαν τινὰ νόσον, καὶ παρ-
όμοιον ταύτην, καὶ μᾶλλον πλησίαν τινὰ θερα-
πείαν ἐκ ὑπάρχουσαν. ἐπεὶ δ', ὅπερ ἀληθέστατον, ἀ-
δύνατον εἶναί φημι σώζεσθαι τὴν γυναῖκα, καὶ
πεῖσαι ἐκ τῆς νόσου ὁμολογῶ, ἀγανακτεῖ,
καὶ ὀργίζεται, καὶ φησὶν ἐκόντα καθυφίεσθαι, καὶ
προδιδόναι τὸν ἀδελφὸν, ἐγκαλῶν ἐμοὶ τινὰ
ἀσθένειαν τῆς τέχνης. καὶ πάσχει μὲν σωφρόνως τοῖς
λυπουμένοις· ὀργίζονται γοῦν ἅπαντες τοῖς μὴ
παῤῥησίας παλαιᾶς λέγουσι. πλὴν ἔγωγε ὡς
οἷός τε ὤν, διαλεχθήσομαι πρὸς αὐτὸν, καὶ D
ὑπὲρ ἐμαυτοῦ, καὶ τῆς τέχνης· καὶ πρῶτόν γε ἀπὸ
τοῦ νόμου ἄρξομαι, καθ' ὃν οὗτός με ἀποκηρύξαι
βούλεται· ἵν' εἰδῇ ὅτι ἐκ ἔθ' ὁμοίαν ἔσθ' αὐτῷ
νῦν τε καὶ πρότερον τὴν ἐξουσίαν. οὐ γὰρ ἅπα-
σιν, ὦ πάτερ, ὁ νομοθέτης, οὐδὲ πολλοῖς ἰέναι
οὐδὲ ὁπόταις αὐτὸν ἐθέλουσιν ἀποκηρύττειν συγκε-
χώρηκεν, οὐδ' ὁπόταν πάσαις αἰτίαις, ἀλλ' ὡσπερ
τοῖς πατράσι τὰ τηλικαῦτα ὀργίζεσθαι ἐφῆκεν,
οὕτω καὶ τοῖς παῖδων προσύνοησεν, ὡς μὴ ἀδίκως
αὐτὸ πάσχωσι. καὶ διὰ τοῦτο ἐκ ἐλεύθερον
ἔφη γίγνεσθαι, οὐδ' ἄκριτον τὴν τιμωρίαν,

oculos turbari, & vultum iracundum, A
quemadmodum ex inuidia odióque solet accidere. Nos igitur, vt est consentaneum, in complexibus & animi gaudiis versabamur, vtpote vtroque alteri redditо. Cæterùm nouerca paulo pòst ægrotare protinus cœpit, morbo, Iudices, graui & impotenti. Nam statim obseruabam vt nascebatur malum. Neque enim simplex erat aut leuis insaniæ species: quin potiùs vetus quidam morbus, qui iam pridem delituerat in animi domicilio, erupit, victórque in apertum prodiit. Sunt autem nobis cùm alia multa signa insanabili laborantis insania, B
tum illud commune in hac obseruaui muliere. In cæteros placatior est ac mitis, atque illis præsentibus conquiescit morbus: quòd si quem conspexerit medicum, imò si vel audierit tantùm de medico, in hunc supra modum incenditur. Quod & ipsum argumento est, illam graui & insanabili teneri malo. Hęc cùm perspicerem, equidem acerbè ferebam, miserabárque mulieris, vt debui, præter meritum tanto laborantis infortunio. Pater verò ob imperitiam, (neque enim nouit vel originem mali C
quo tenetur, vel caussam, vel morbi magnitudinem) iussit vti medicarer, ac simile pharmacum exhiberem: arbitratus idem esse insaniæ genus, eundem morbum, eandem ægrotationem, quæ similem curandi rationem admitteret. Verùm vbi, id quod erat verissimum, dico fieri nullo pacto posse vt mulier seruetur, fatcórque me morbo imparem esse, indignatur ac succenset, aítque me studio detrectare, ac mulierem destituere, mihi crimini vertēs artis imbecillitatem. Atque huic quidem accidit, quod solet iis qui dolent. Succensent enim omnes iis qui liberè verum loquuntur. Tamen ego sanè pro viribus illi respondebo, tum meo ipsius nomine, tum artis. Ac primùm *Cōfirmatio.*
quidem à lege sumam initium, per quam hic me parat abdicare, vt intelligat sibi non esse posthac eandem abdicandi facultatem, quæ priùs fuit. Neque enim *Locus cōmunis dè caussa & potestate iudicierū.*
legislator omnibus, ô pater, istam potestatem permittit, neque vti quoslibet filios, neq; quoties libuerit, abdicent, neque quibuslibet de caussis. Verùm quemadmodū patribus concessit certis de caussis irasci, ita prospexit & liberis, ne id immerentibus accidat. Eáque gratia iussit ne libera esset ac citra iudicium vindicta:

sed ad iudices vocat, æstimatores constituit, qui neque per iracundiam, neque per calumniam, quod iustum sit, iudicent. Nouerat enim frequenter accidere multis, vt ob causſas iniquas ad iram commouerentur: hic quidem alicui falſæ calumnię credens: ille famulo fidem habens, aut vxori cuipiam inimicæ. Quare noluit rem iniudicatam agi, neque indefenſa cauſſa liberos ſtatim capi vincíque: verùm & aquam infundit, & ratio redditur, & nihil inexcuſſum relinquitur: quandoquidem ſolùm hoc auctoritatis datur patri, vt ad iudices vocet: verùm iudicandi auctoritas, an meritò accuſet, id penes vos, qui iudicio præſidetis. Ac nondum ſpectate crimen quod mihi imponit, cuiúſque gratia nunc indignatur: verùm illud prius expendite, num poſthac illi ius ſit abdicandi, qui ſemel abdicauerit, iámque ſit vſus facultate quam lex concedit, atque hanc paternam poteſtatem expleuerit, deinde rurſum in familiam receperit, ac ſuperiorem abdicationem irritam fecerit. Nam ego certè iniquiſſimum iſtud eſſe dico, vt liberorum quoque ſint infinitæ pœnæ, vt multæ condemnationes, ac metus perpetuus: vtque lex nunc irato inſeruiat, mox deinde faciat irritum quod actum eſt: rurſum vt eodem modo valeat. In ſumma, vt ius ſurſum ac deorſum torqueatur, vtcunque patribus pro tempore viſum fuerit. Verùm initiò quidem æquum erat vti concederet, cúmque indignante pariter indignaretur, ac puniendi ius faceret ei qui genuiſſet. Porrò vbi ſemel poteſtatem abſumpſerit, ac lege ſit abuſus, iracundiam expleuerit, poſt hæc rurſum in familiam receperit, & in hanc opinionem diſceſſerit, vt frugi putet: in his perſeueret neceſſum eſt, neque poſtea reſiliendum, aut retractanda ſententia, neque reſcindendum iudicium. Neque enim ſcire poterat, opinor, is qui natus fuerat, frugine, an contrà eſſet euaſurus. Atque hanc ob cauſſam permiſſum eſt vt genere indignos abdicent, quos cùm educabant, cuiuſmodi eſſent futuri, neſciebant. Cæterùm vbi non coactus, ſed ſuapte ſponte atq; auctoritate ex ſeſe comprobatum recipit, qua deinde ratione poſſit mutare factum, aut quis legis vſus ſupereſt? Etenim ipſe legiſlator hunc ad modum tecum egerit: Hic ſi improbus erat, dignúſque quem abdicares,

1. Locus. Non licere patri vt iterùm abdicet.

A cauſſa & voluntate legis.

Confirmatio legiſlatoris.

ἀλλ' εἰς δικαστήριον σε κάλεσε, καὶ δικάσασα σε κάθισε, ζημίαν μήτε τοῦ ὀργίλου, μήτε τοῦ εὐκόλου τὸ δίκαιον κρινοῦσα. ἤδη γὰρ πολλοῖς πολλάκις ἀλόγους αἰτίας ὀργῆς παρεισαμένας, καὶ τὸν μὲν, ψευδεῖ τινι διαβολῇ πειθόμενον, τὸν δὲ, οἰκέτῃ πιστεύοντα ἢ γυναίῳ ἐχθρῷ. ἔκοιμι ἡγεῖτο ἀδίκημα γίγνεσθαι τὸ τοιοῦτον, καὶ οὔτε ἐρήμης τοὺς παῖδας θύειν ἀλίσκεσθαι, ἀλλὰ καὶ ὕδωρ ἐπιχεῖται, καὶ λόγος ἀποδίδοται, καὶ ἀνέξέτασον οὐδὲν καταλείπεται· ἐπεὶ τοίνυν ἔξεστι καὶ τῷ μὴ ἐκκαλεῖν μόνον ὁ πατὴρ κύριος, τῷ κρῖναι δὲ εἰ ἄλογα αἰτιᾶται, ὑμεῖς οἱ δικάζοντες. αὐτὸ μοι τοῦτο σκοπεῖτε· πρότερον δ' ἐκεῖνο ἐξετάσατε, εἰ ἔτι ἐξόν ἐστιν ἀποκηρύττειν αὐτὸν ἅπαξ ἀποκηρύξαντι, καὶ χρησαμένῳ τῇ τοῦδε τοῦ νόμου ἐξουσίᾳ, καὶ ἀποπληρώσαντι τὴν πατρικὴν ταύτην δυναστείαν· εἶτ' αὖθις ἀναλαβόντι, καὶ λύσαντι τὴν ἀποκήρυξιν. ἐγὼ μὲν γὰρ ἀδικώτατον εἶναί φημι τοιοῦτον, ἀναφαίρετις γίγνεσθαι καὶ τῶν παίδων τὰς τιμωρίας, καὶ πολλὰς τὰς καταδίκας, καὶ τὸν φόβον ἀΐδιον· καὶ τὸν νόμον, ἅπαξ μὲν σπουδάζεσθαι, μετ' μικρὸν δὲ λύεσθαι, καὶ πάλιν ὁμοίως ἰσχύειν εἶτ), καὶ ὅλως, δίκην καὶ κατάστασιν τὰ δίκαια, πρὸς τὸ ὅτι καιρὸν δοκοῦντα τοῖς πατράσιν. ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον ἄξιον ἐφιέναι, καὶ ἀγανακτοῦντι συναγανακτεῖν, καὶ κύριον τῆς τιμωρίας ποιεῖν τὸν γεγεννηκότα. ἐπεὶ δ' ἅπαξ ἀναλώσῃ τὴν ἐξουσίαν, καὶ καταχρήσηται τῷ νόμῳ, καὶ ἐμπλησθῇ τῆς ὀργῆς, εἶτα, μετὰ ταῦτα διαλάβῃ, χρησὸν τῇ εἰ) μεταπεισθεὶς, ὅτι τούτων ἀνάγκη μὴ μόνον, καὶ μηκέτι μεταπηδᾶν, μηδὲ μεταβουλεύεσθαι, μηδὲ μεταποιεῖν τὴν κρίσιν. τῷ μὲν γὰρ τὸν γνησόμενον, πονηρὸν, ἢ χρησὸν ἀποβήσεσθαι, οὐδὲν, οἶμαι, γνώσιμα ἐστιν. καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἀναξίοις τῶν γόνων παιδεύεσθαι συγχωρεῖται, διὰ τοῦτο ὅτι τὴν φύσιν ἀναμφιβόλους. ὅταν δὲ μὴ κατ' ἀνάγκην, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐξουσίας αὐτὸς τις ὑφ' ἑαυτῷ καὶ δοκιμάσας ἀναλάβῃ, τίς ἔτι μηχανὴ μεταβάλλεσθαι, ἢ τίς ἔτι χρῆσις ἐπιτρέπεται τοῦ νόμου; φαίη γὰρ ἂν πρὸς σὲ ὁ νομοθέτης, εἰ πονηρὸς οὗτος ἦν, καὶ σὺ ἀποκηρύττεσθαι ἄξιος,

τὰ παρῶν ἀνεκάλεσ; τί δ' αὖθις ἐπώμνυες ἐς τὴν οἰκίαν; τί δ' ἔλυες τὸν νόμον; ἐλεύθερος γὰρ ἦσθα, καὶ τοῦ μὴ ποιεῖν σαυτῷ κύριος. ἃ γὰρ δὴ σοι περιφανῶς σοι δοτέον τοῖς νόμοις, οὐδὲ πρὸς τὰς σὰς μεταβολὰς ἀπάγεσθαι τὰ δικαστήρια, νῦν μὲν ἄρτι μὴ λύεσθαι, ἄρτι δὲ κυρίους εἶναι τοὺς νόμους, καὶ τοὺς δικάσαντας καθάπαξ μάρτυρας μᾶλλον ἢ ὑπηρέτας τῶν σοὶ δοκούντων· ὁτὲ μὲν κολάζοντας, ὁτὲ δ' ἀφιέντας, ὁπότε σοι δοκῇ. ἅπαξ γεγόνηκας, ἅπαξ ἀπατέθηφας, ἅπαξ καὶ ὁ ἀποκηρύττων ἀντὶ τούτων ἔχε, καὶ τότε, ἐὰν δικαίως αὐτὸ ποιῇς δοκῆς. ὃ δ' ἅπαυστον τοῦτο, καὶ αἰσχρὸν, καὶ πολὺ, καὶ ῥᾴδιον, μᾶλλον ἤδη τῆς πατρικῆς ὄντι ἐξουσίας. μὴ δῆτα, πρὸς Διός, ὦ ἄνδρες δικασταί, συγχωρήσητε αὐτῷ, ἐκόντι τὸν ἀνάλημψιν πεποιημένῳ, καὶ λύσαντι τὸν γνῶσιν τὴν παλαιὰν δικαστικὴν, καὶ ἀκυρώσαντι τὸν ὀργὸν, αὖθις ὅτε τὸν αὐτὸν τιμωρίαν αἰτήσαντα, καὶ ὅτε τὸν ἐξουσίαν τὸν πατρικὴν ἀναλέξαντι, ἧς ἐξωρος ἤδη, καὶ ἐῶλος ἡ προαίρεσις, καὶ μάτην τούτῳ ἄκυρος, καὶ προσδεδαπανημένη. ὁρᾶτε γάρ που καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις δικαστηρίοις, ὡς ἀπὸ μὲν τοῦ κλήρου λαχόντων δικαστῶν, ἐὰν τις ἀδικεῖν οἴηται γεγενῆσθαι τὴν κρίσιν, δίδωσιν ὁ νόμος ἐς ἕτερον ἐφεῖναι δικαστήριον. ἐὰν δέ τινες ἑκόντες αὐτοὶ σεσωφρονηκότες δικασταὶ, καὶ προσελόμενοι διαιτητὰς, ὕστερον ἐπιτρέψωσι διαιτᾶν, οὐκέτι. οἷς γὰρ ἐξὸν μηδὲν τὸν ἔλεγχον ἐμεμφῆναι, εἰ τοιούτοις τις αὐτοὺς εἵλετο, τέρπειν δίκαιος τοῖς ἐγνωσμένοις. οὕτω δὴ καὶ σὺ, ὃν ἐξὸν μηκέτ' ἀναλαμβάνειν, εἰ μὴ αὐτὸς ἄξιος ἐδόκει τῇ γνώμῃ, τοῦτον εἰ χρηστὸν ἡγησάμενος εἶτα πάλιν ἀνήλφας, οὐκέτ' ἀποκηρύττειν ἔξεστι. ὅτι γὰρ οὐκ ἄξιος αὖθις παθεῖν ταῦτα, αὐτὸς σαυτοῦ μεμαρτύρηκας, καὶ χρηστὸς ἤδη ἀνωμολόγηκας. ἀμεταμόητον οὖν τὸν ἀνάλημψιν, καὶ τὸν διαλλαγὴν βέβαιον εἶναι προσήκει, μὴ χρίσιν οὕτω παλαιὰν, καὶ δύο δικαστήρια. ἓν μὲν ὃ πρότερον, ἐφ' ᾧ πρῶτον ἐποίησω, δεύτερον δὲ τὸν σὸν, ὅτε μετεβάλου, καὶ ἀνάδικον ἐποίησας, τὰ πρότερον ἐγνωσμένα λύσας, βεβαιοῖς τὰ μετ' ἐκεῖνα βεβουλευμένα. μέμνησο τοίνυν ὅτι τῶν τελευταίων, καὶ φύλαττε τὴν σαυτοῦ κρίσιν· πατέρα σε εἶναι δεῖ. τοῦτο γὰρ ἔδοξέ σοι, τοῦτ' ἐδοκίμασας, τοῦτ' ἐκύρωσας.

A quid accidit vti reuocares? Cur denuo in familiam reduxisti? Cur legem irritam fecisti? Nam liber eras, tibique in manu erat ista non facere. Neque enim tibi concedendum est, vt legibus tuo arbitratu abutaris, vtque iudicia, vtcunque mutatus sit animus tuus, eò trahantur. Neque vti nunc irritentur leges, nunc rursum valeant, iudices interim testes sedeant, vel, vt rectiùs dicam, ministri tuæ voluntatis, modò punientes, modò absoluentes, quandocunque tibi visum fuerit. Semel genuisti, semel educasti: pro his semel item abdicare potes, atque ita potes, si istud meritò B facere videaris: verùm vt hoc fiat sine fine, vt perpetuò, vt frequenter, vt facilè, id verò supra patris ius est. Quare, per Iouem, iudices, ne permittatis huic, vt qui sua sponte receperit, superioris iudicii sententiam irritarit, iram damnarit, rursum ad eandem prouocet pœnam, & ad patriam recurrat potestatem, cuius tempus iam excessit, euanuítque priuilegium, nec huic vni quicquam valens, quippe antehac consumpta. Etenim illud considerate, quemadmodum in reliquis iudiciis, vbi iudices sortibus ferunt C sententiam, si quis perperam pronunciatum existimat, permittitur alios adire iudices. Porrò si qui ipsi suapte spõte iudices constituerint, delectísque arbitris caussam commiserint, posthac non idem licet. Etenim si quis, quorum sententiis initiò stare non cogebatur, hos sponte delegerit, iam æquum est boni consulere quæ statuerint. Itidem sanè tu quoque, quem antea liberum erat non recipere, nisi dignus maioribus videretur, hunc si probum arbitratus esse, denuo recepisti, iam deinde non erit abdicandi ius. Siquidem indignum esse in quem D ista denuo fiant, ipse testatus es, iam de integro frugi filium esse confessus. Itaque non conuenit pœnitere receptionis, sed firma reconciliatio sit oportet, nimírum post toties pronuntiatam sententiam, ac rem bis iudicatam: primùm cùm abdicares: iterum, cùm ipse mutasti consilium, méque in familiam reuocasti, rescissis decretis superioribus confirmans illa quæ postea sunt placita. Proinde perseuera in his quæ proximè statuisti, tuúmque ipsius iudicium serua. Pater sis oportet, quandoquidem id abste decretum, id probasti, id ratum fecisti.

Amplificatio à simili.

Epilogus.

Ego quidem si natura non essem filius, A
A fictio e. sed adoptatum abdicare velles, ne tum
quidem existimarim tibi licere. Quod e-
nim initiò liberum erat non facere, id se-
mel factum, iniquum est rescindere. Por-
rò eum qui primùm natura sit filius, po-
stea iudicio sententiáque accersitus, quę-
so num par est rursum expellere, & ea-
Aliud à fi- dem familiaritate priuare sæpiùs? Age,
ctione. quid si fortè seruus essem, ac tu quidem
primùm improbum esse ratus, in vincula
coniecisses, deinde vbi cognitum esset
me nihil peccasse, manumisisses: nũ tibi
liceret, vtcunque contigerit irasci, rursus
in eandem reuocare seruitutem? Mini-
mè liceret. Istiusmodi igitur acta, leges B
firma volunt esse, ac perpetuò valere.
Ego cùm pluribus etiam argumentis do-
cere possim non esse ius huic abdicare
denuo, quem semel abdicatum, sponte
Transitio. sua receperit, tamen finem faciam. Nunc
spectate cuiusmodi filium parat abdica-
II. Locus. re. Atque illud nondum dicam, me tum
Iniquum imperitum abdicatum fuisse, nunc abdi-
esse se ab- cari medicum (nihil enim mihi in hac
dicari. caussa suffragetur ars) tum iuuenem,
nunc ætate prouectum, vt ætas etiam
ipsa fidem faciat me nihil peccasse. Nam
leue fortassis hoc quoque, verùm tum
quidem, etiamsi nullo cõmisso peccato, C
vt ego quidem dixerim, sed nec benemc-
A meritis. ritus alienabar à familia. Nunc porrò
cùm nuper salutem dederim, ac benefi-
cus extiterim, exigor. Qua re quid fieri
potest ingratius? vt mea seruatus opera,
tantóque elapsus à discrimine, protinus
sanationem illam huiusmodi factis pen-
set, nulla meritorum habita ratione, sed
vsqueadeo facilè mandarit obliuioni, at-
que in solitudinem abigat eum, qui iure
sit obsecutus, cùm præter ius eiiceretur:
neque solùm non meminerit iniuriæ, ve-
rumetiam & salutem attulerit, & sanæ,
Amplifi- menti restituerit? Neque enim exiguo, D
catio bene- Iudices, neque vulgari in hunc collato
ficij à mor beneficio, tamen huiusmodi malis nunc
bi difficul- videor dignus. Porrò quanquam hic
tate. ignorat quo in statu tunc fuerit, vos ta-
men omnes nostis quid facientem hunc,
simul & patientem, & quibus affectum
modis, ego curandum susceperim, ac me-
dicis reliquis desperantibus, fugientibus
familiaribus, nec propiùs accedere au-
dentibus, talem reddidi, vt etiam ac-
cusare possit, vt de legibus differere.
Quin magis si exemplum quæris, pa-
ter, cùm propemodum talis esses, qua-

ἐγὼ μὲν οὐδ' εἰ μὴ φύσει παῖς ἦν, θετὸς ἦν, ἀποκηρύττειν ἤθελες, ὀξύναι δ' ἂν σοι ὠόμην. ὃ γὰρ τῷ ἀρχῇ ποιῆσαι δυνατὸν ἦν, τοῦτ' ἀδικον λύσαι ἅπαξ γιγόμενον. τὸν δὲ καὶ φύσει, καὶ αὐτῆς προαιρέσει καὶ γνώμῃ ἐαυτῷ ποιημένον, πῶς ἄλογον ἂν ἀποβαλεῖν, καὶ πολλάκις τῆς οἰκειότητος ἀποστερῆσαι; εἰσὶ γὰρ οἰκέται ὧν ἐτύγχανον, καὶ ὃ μὲν πρόσθεν πονηρὸν οἰόμενος, ἐπέδησας, μεταπεισθεὶς δὲ ὡς οὐδὲν ἠδίκουν, ἐλθόντα ἀφῆκας ἔτι; ἆρ' ἂν σοι πρὸς καιρὸν ὀργισθέντι, αὖθις ἐξὸν ἐς τὸν ὁμοίαν δουλείαν ἐπανάγειν; ἥδιστα. τὰ γὰρ τοιαῦτα, βέβαια, καὶ ὅσῳ πλείστοις κύρια ὑπάρχειν οἱ νόμοι ἀξιοῦσιν. ὑπὲρ μὲν οὖν τοῦ μηκέτ' ὀξύναι τοῦτον ἀποκηρύττειν, ὃν ἅπαξ ἀποκηρύξας, ἐκὼν ἀνείλατο, ἔτι πολλὰ εἰπεῖν ἔχων, ὅμως παύσομαι. σκέψασθε δὲ ἤδη οἷς ὄντα χρὴ ἀποκηρύξαι με· καὶ τοῦτό πω τοῦτο φημί, ὡς τότε μὲν ἰδιώτην, νῦν δ' ἰατρόν. οὐδὲν γὰρ δεῖ πρὸς τοῦτο ἡ τέχνη συναγωνίσασθαι, οὐδ' ὅτι τότε μὲν νέον, νῦν δὲ ἤδη καὶ πρεσβεβηκότα, καὶ τὸ πιστὸν τοῦ μηδὲν ἀδικῆσαι αὖ πρὸς τῆς ἡλικίας ἔχοντα· μικρὸν γὰρ ἴσως καὶ τοῦτο. ἀλλὰ τότε μὲν, εἰ καὶ μηδὲν ἠδικημένος ὡς αὖ ἔγωγε φαίην, ἀλλ' ὅμως οὖν πεπονθὼς, προῆκτο τῆς οἰκίας· νῦν δὲ σωτὴρ ἐναλγος, καὶ δι' ἐργάτιδα λελυπημένον, ὃ τί ἥδιστ' ἂν ἀφαιρεσάτεσθαι, σωθέντα δι' ἐμὲ, καὶ τηλικούτων κινδύνων ἀφεμένον, τοῖς τοιούτοις βύθοις ἀμείβεσθαι τῆς θεραπείας ἐκείνης, ὅμως ἕνα λόγον ἔχοντα, ἀλλ' οὕτω ῥᾳδίως ὑπολελῆσθαι, καὶ ὅτι τὸν ἐρημίαν ἐλαιώσῃ, τὸν ἐφηδέντ' ἂν δικαίως, ἐφ' οἷς ἀδίκως ὠργίσθη, μὴ μόνον δ' οὐ μνησικακήσοντα, ἀλλὰ καὶ σώσοντα, καὶ σωφρονεῖν θεραπεύσοντα; ὃ γὰρ μικρὸν, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐδὲ τοῦτο τυχὸν ἂν πεποιηκὼς αὐτὸν, ὅμως τῶν τοιούτων νῦν ἀξιοῦμαι. ἀλλ' εἰ καὶ οὗτος ἄγνοῶ τὰ τότε, πάντες ὑμεῖς ἴστε οἷα ποιοῦντα αὐτὸν, καὶ πάσχοντα, καὶ ὅπως ἀφῃρεῖτο μὲν, ἐγὼ θεραπεύων, τῶν μὲν ἄλλων ἰατρῶν ἀπεγνωκότων, τῶν δ' οἰκείων φευγόντων, καὶ μηδὲ πλησίον προσιέναι τολμώντων, τοιοῦτον ἀπέφηνα, ὡς καὶ κατηγορῆσαι δύνασθαι, καὶ περὶ τῶν νόμων διαλέγεσθαι. μᾶλλον δὲ ὅρᾳς, ὦ πάτερ, ὃ θεράπαινα, τοιοῦτον ὄντα σε πρὸ ὀλίγου,

οἷα νῦν ἡ γυνή ἐστι, πρὸς τὴν ἀρχαίαν φέ-
νησιν ἐπανήγαγον. καὶ δίκαιον οὖν τοιαύτην μοι
χάριν ἀντ' ἐκείνων τὴν ἀμοιβὴν, οὐδὲ κατ'
ἐμοῦ σε μόνον σωφρονεῖν. ὅτι γὰρ μὴ μικρὰ ὑπὲρ
ἐμοῦ διηρέτησαι, καὶ ἀπ' αὐτῶν ὧν ἐγκαλεῖς, δῆ-
λόν ἐστιν. ὅν γὰρ, ὡς ἐν ἐσχάτοις ὄντα τῇ γυναῖ-
κα, καὶ παμπονήρως ἔχοντα, οὐκ ἰασάμενον, μι-
σεῖς, πῶς ἂν πολὺ μᾶλλον, ὅτι σε τῶν ὁμοίων ἀ-
πήλλαξα, ἀσφαλῆ παῖδα, καὶ χάριν ὁμολογεῖς,
τῶν οὕτω δεινῶν ἀπηλλαγμένος; σὺ δ', ὅπερ ἀ-
γνωμονέστατον, σωφρονήσας, εὐθὺς ἐς δικαστή-
ριον ἄγεις, καὶ σεσωσμένος κολάζεις, καὶ ὅτι τὸ
ἀρχαῖον ἐκεῖνο μῖσος ἀναπτερεῖς, καὶ τὸν αὐτὸν
ἀναγιγνώσκεις νόμον. καλὸν γοῦν τὸν μισθὸν
ἀποδίδως τῇ τέχνῃ, καὶ ἀξίας ἀμοιβὰς τοῖς φαρ-
μάκοις, ὅτι τὸν ἰατρὸν ὑγιαίνων μόνον. ὑμεῖς δὲ,
ὦ ἄνδρες δικασταί, τὸν διεφθαρμένον τούτῳ κολά-
ζειν ὅπως τρέψετε, καὶ τὸν σώσαντα ἐξελαύνειν, καὶ
τὸν σωφρονήσαντα μισεῖν, καὶ τὸν ἀναστήσαντα
πιμπράναι. ἀλλ, ἢν τε τὰ δίκαια ποιῆτε. καὶ γὰρ εἰ
τἀμέλησα νῦν ἁμαρτάνων ἐτύγχανον, ἀλλ' οὖν μοι
τῆς μικρᾶς προφιλονεικίας χάρις, ἐς ἅπαν ἀ-
ποβλέποντα τοῦτον, καὶ ἧς μεμνημένον, καλῶς
εἶχε, τὰ μὲν παρόντων καταφρονεῖν, διὰ τὰ
δι' ἃ προήκατο συγγνώμην ἔχειν· καὶ μάλιστα
εἰ τηλικαύτης ἡ διαφορὰ τυγχάνοι, ὡς
πάντα ἐπανορθοῦν τὰ μετ' ἐκεῖνα. ὅπερ οἶμαι
καὶ μοὶ πρὸς τοῦτον ὑπάρχειν, ὃν ἔσωσα, καὶ ὃς τῷ
βίᾳ πάντος χρεώστης ἐστί μοι, καὶ ᾧ ὃ εἰμι, καὶ ὃ
σωφρονεῖν, καὶ ὃ σωφρονεῖν πρέπειν, καὶ μάλι-
στα ὅτε οἱ ἄλλοι πάντες ἤδη ἀπεγνώκεσαν,
καὶ ἤτησάς με) ὁμολογῶ τῆς νόσου. τὸ γὰρ μεί-
ζον οἶμαι ποιεῖν τὴν ἐμὴν διαφοράν, ὡς ὅτε υἱὸς
ὢν τότε, ὅτε αἰτίαν τοῦ πατρὸς ἔχων αἰ-
τίαν, ἀλλ' ἐλεύθερος καθεστώς, καὶ ἀλλότριος,
τῆς φυσικῆς αἰτίας ἀφειλόμην, ὅμως οὐ προεί-
δον, ἀλλ' ἐθελοντής, ἄκλητος, αὐτεπάγγελτος,
ἦκον, ἐβοήθησα, προσελιπάρησα, ἰασάμην,
αἱρέτισα, καὶ τὸν πατέρα ἐμαυτῷ διεφύλαξα, καὶ
ἐκεῖνο τοῦ ἀποκηρύξεως ἀπελογησάμην, καὶ
τῇ διανοίᾳ τὸν ὀργὴν ἔπαυσα, καὶ τὸν νόμον ἔλυσα
τῇ φιλοστοργίᾳ, καὶ μεγάλης διαφορᾶς πλέον ἐς
τὸ χρεὼν ἐπανόδον ἐπριάμην, καὶ οὐ οὕτως
ὀπισφαλῆ καιρῷ τὸν πρὸς τὸν πατέρα πίστιν
ἐπεδειξάμην, καὶ μετὰ τῆς τέχνης ἐμαυτὸν εἰσε-
ποίησα, καὶ γνήσιος υἱὸς ἐν τοῖς δεινοῖς ἀνεφάνην.

A lis nunc est vxor, ad pristinam sanitatem reuocaui. Quare non est æquum, vt pro his officiis, huiusmodi mihi gratia reponatur, vtque in me vnum tantummodo sanus sis. Etenim te non mediocribus à me beneficiis affectum esse, vel ex his ipsis liquet, quibus me criminaris. Nam quem ob hoc odio persequeris, quòd vxorem extremo laborantem periculo, grauissiméque affectam non sanem, quî fit vt eundem non multo potiùs charissimum habeas, quum simili morbo liberarim? non gratias agas, tam acerbis ereptus malis? At tu, quod quidem est in- *Obiectio ingratitudinis.*
gratissimum, simul atque ad te rediisti, B protinus in ius trahis: salute donatus, punis, & ad vetus recurris odium, eandem recitas legem. Egregiam igitur mercedem persoluis arti, dignámque pro remediis refers gratiam, qui quidem aduersus medicum tantùm sanus es. Vos autem Iudices huic concedetis, vt de benemerito pœnas sumat? vt salutis auctorem expellat? vt eum qui sanitati restituerit, oderit? vt per quem reuixit, vlciscatur? Haud profectò concedetis, si quidem quod æquum est, facietis. Etenim si *A fictione.*
maximum aliquod flagitium in præsentia commisissem, tamen superioris beneC ficij nomine non mediocriter mihi debebat: cuius respectu memoriáque conueniebat hunc presentẽ iniuriam negligere, & ob illa priora facilè ignoscere: maximè si tam ingens sit beneficium, vt omnia superet quæ postea possint accidere. Quod equidem mihi in hunc competere puto, quem seruaui, qui mihi totius vitæ debitor est: cui præstiti vt sit, vt sapiat, vt intelligat: præsertim cùm cæteri omnes iam desperarent, séque morbo impares esse faterentur. Nam & illud opinor ad *Alia amplificatio à sua conditione, & difficultate artis.*
meriti mei cumulum accedit, quòd cùm id temporis filius non essem, cùm nihil D essem caussæ quæ me cogeret curationem susciperé, verùm cùm liber essem, atque alienus, à naturali caussa solutus, tamen haud dissimulaui, sed vltroneus, inuocatus, iniussus adij, succurri, adnisus sum, sanaui, restitui, meum ipsius patrem seruaui, de abdicatione me purgaui, iram beneuolentia sedaui, legem pietate sustuli, magnóque beneficio reditum in familiam emi, atque in tempore adeò periculoso fidem erga patrem demonstraui, méq; ipsum artis auxilio insinuaui, ac tribus in rebus legitimus filius apparui.

Enumerat labores & moleſtias artis medicæ.

Quàm multa enim me fuiſſe paſſum arbitramini, quantum & exhauſiſſe laborum, dum aſſideo, dum obſeruio, dum opportunitates capto, nunc cedens patris vehementiæ, nunc artem admouens, ad breue tempus concedente morbo? Eſt autem hoc omnium quæ ſunt in arte medicorum, periculoſiſſimum, huiuſmodi medicari, ac propiùs accedere ad hos, qui ad eum ſunt affecti modum. Fit enim non rarò, vt exæſtuante malo, rabiem in proximos exerceant. Me tamẽ nihil horum piguit, neque grauatus ſum, verùm aderam modis omnibus cum morbo luctans, poſtremò ſuperaui pharmaco. Ne verò quiſquam hoc audito protinus apud ſe cogitet, Quis aut quantus labor miſcere pharmacum? Etenim multa priùs ſunt facienda, præſtruenda via dando pharmaco, præparandum corpus, quò faciliùs recipiat medicationem, déque omni corporis habitu ſolicitus ſit medicus oportet, inaniens, extenuans, cibis idoneis alens, mouens ad omne quod conducit, ſomnos accerſendi rationes excogitans, ſolitudines arte reperiens. Quibus in rebus ægroti cæteri facilè pareant: at qui laborant inſania, ob animi libertatem intractabiles ſunt, ac gubernatu difficiles, ipſique medico periculoſi, neque qui facilè cura expugnentur. Proinde ſæpenumero cùm effecerimus vt iam ſperemus proximè adeſſe morbi finem, leue aliquod erratum incidens, renouato malo, cuncta illa ſuperiora facilè ſubuertit, curationem impedit, artem fallit. Eum igitur qui hæc omnia ſuſtinuerit, qui cum morbo tam graui ſit luctatus, qui malum malorum omnium expugnatu difficillimum vicerit, huic vt iterum àbdicet, permittetis, vtque leges in benemeritum interpretetur ſuo arbitratu, concedetís, atque eum cum ipſa natura bellum gerere ſinetis? Ego, naturæ parens, Iudices, patrem mihi-ipſi ſeruo, cuſtodióque, etiam ſi hic quidem iniuria me afficiat. Quòd ſi filium benemeritum, leges, vt ait, ſecutus, perdit, & à familia alienat: hic nimirum liberorum oſor erit: ego pius in patrem. Ego naturam amplector, iſte naturam contemnit, fásque & ius violat. O patrem iniuſtè proſequentem odio. O filium iniuſtiùs amantem. Nam mihi ipſi vitio verto, patre compellente, quòd odio habitus, eum præter cauſſam amo,

Alia ampliſicatio à natura & honeſtate.

A Atque in hunc modum vecordibus ac ſtupidis mortalibus illudens, perpetuò deinceps ſuas nequitias exercebat, paſſim conſtuprans vxores, paſſim liberis abvtens. Quin magnum quiddã, cunctíſque optandum videbatur, ſi cuius vxorem vel aſpexiſſet modò. Porrò ſi quam etiam oſculo dignatus fuiſſet, nemo non ita putabat, quicquid eſſet bonarum felicitatum, id omne ſemel in eam domum influxurum eſſe. Erant inſuper, atque eæ non paucæ, quæ ſeſe etiam peperiſſe ex illo iactarent: quod ita eſſe mariti ſuo teſtimonio confirmabant. Lubet etiam dialogum tibi referre Glyconis & Sa- B cerdotis, viri cuiuſdam Tianei, cuius ſapientiam ex his quæ ſciſcitatus eſt, coniicias licebit. Hunc equidem legi pridem aureis deſcriptum literis Tij, in ipſis Sacerdotis ædibus. Dic, inquit, mihi, rex Glycon, quiſnam es? Sum ille, inquit, minor Æſculapius. Num alius ab illo priore? quid ais? Haud fas eſt vt iſthuc audias. Sed quot annos apud nos permanſurus, atque oracula redditurus? Ad milleſimum tertium. Deinde quò demigraturus? Ad Bactra, atque in eas regiones. Siquidem oportet & barbaros meo conuictu meáque præſentia frui. At C reliquæ ſortes, puta quæ in Didymis, Claro, Delphíſque redduntur, vtrùm ab auctore proficiſcuntur Apolline, an vana ſunt quæ illic eduntur oracula? Ne iſthuc quidem ſcire quæſieris: nefas enim. Cæterùm ego quis tandem poſt hanc vitam futurus ſum? Camelus, deinde equus, poſt hæc vir ſapiens, ac vates non inferior Alexandro. Atque hęc Glyconis cum ſacerdote confabulatio. Poſtremò & oraculum carmine comprehenſum edidit, quum non ignoraret illum amicum eſſe Lepido:

Ne pare Lepido: nanque huic fatum inſtat acerbum.

D Mirum etenim in modum metuebat Epicurum, ſicuti ſuperiùs dictum eſt, nimirum vt artificem ac ſapientem, ſuis artibus atque impoſturis hoſtem atque infenſum. Itaque ex Epicureis quempiam auſum ſe multis præſentibus coarguere, propemodum in vitæ diſcrimen adduxerat. Siquidem adiens ille, clara voce dicebat: Tu nimirum Alexander Paphlagoni cuidam perſuaſiſti vt ſeruos ſuos apud Galatiæ præfectum capitis accerſeret, hoc nomine, quaſi filium ipſius qui tum Alexandriæ erudiebatur,

occidiſſent: atqui viuit adoleſcens, incolumíſque reuerſus eſt, famulis iam ſupplicio affectis, qui tua opera beſtiis traditi perierunt. Porrò huiuſmodi quiddam acciderat. Cùm adoleſcentulus amne aduerſo in Ægyptum nauigaſſet, ad inundationem vſque ſubducto nauigio, perſuaſus eſt vti pariter in Indiã nauigaret. Itaque dum diutiùs abeſſet, infelices illi eius miniſtri rati videlicet vel in Nilo nauigantem interiſſe puerum, vel à latronibus (nam id tẽporis permulti graſſabantur) eſſe perẽptum, reuerſi ſunt domum renunciãtes quemadmodũ è medio ſublatus eſſet. Deinde proditum oraculum, damnati ſerui: ſub hæc adeſt adoleſcentulus, peregrinationem ſuam enarrans. Atque hæc quidem ille: at Alexander indignatione percitus, quòd coargueretur, neq; ferens opprobratam ſibi vanitatem, iuſſit vt qui adeſſent, lapidibus illum impeterent: alioqui & ipſos impios futuros, atque Epicureos appellandos. Dúmque illi iam lapidare cœpiſſent, Demoſtratus quidam, qui diuerſabatur in ponte, primus hominem ſui corporis obtegens obiectu, morti ſubduxit, alioqui lapidibus obruẽdum, idque iure optimo. Quid enim oportebat vnum inter tam multos inſanientes ſanum eſſe, atque à Paphlagonum ſtultitia malum ſibi accerſere? Et illi quidem hæc euenerunt. Cęterùm aduocatis iuxta oraculorũ ordinem iis qui propoſuerãt (nam id fiebat pridie quàm reſponſa redderet) præcone rogante an vaticinari vellet, ſi cuipiam illorum ex adyto reſpondiſſet, In malam rem: huiuſmodi hominem neque tecto quiſquam excipiebat, neque igni aquáve impertiebat: verùm erat illi ſolum aliud aliò vertendum, tanquã impio, deorúmque contemptori, atque Epicureo: quod quidem probrum omniũ erat grauiſſimum. Quapropter vnum etiam Alexander quiddã deſignauit ridiculum. Nactus peculiares Epicuri ſententias, librum (vt ſcis) longè pulcherrimum, ſummatim Epicureæ diſciplinæ decreta complectentem, medium in forum deportauit, ac lignis ficulnis exuſſit, tanquã auctorem ipſum exureret ſcilicet: ac cinerem abiecit in mare, oraculo inſuper eam in rem edito:

Edico decreta ſenis comburere cæci.

Haud perpendit ſceleſtus ille quantum adferret is liber commoditatum iis qui in eo legendo verſarentur, quantámque illis quietem, tranquillitatem,

A ὁ δὲ νεανίσκος ζῇ, καὶ ἐπῆλθε μὲν πολὺ τῆς οἰκετῶν ἀπωλείας, θηρίοις ἤδη δεδοθέντων. τοιοῦτον δέ τι ἐγένετο· ἀναπλεύσας ὁ νεανίσκος εἰς Αἴγυπτον ἄχρι τοῦ κλύσματος, πλοίου ἀναγομένου, ἐπείθη καὶ αὐτὸς εἰς Ἰνδίαν πλεῦσαι, καὶ παιδιᾶς ἕνεκα ἔδρασεν, οἱ δυσμενεῖς ἐκεῖνοι οἰκέται αὐτοῦ, οἰηθέντες ἢ ὑπὸ τῶν Νείλῳ πλέοντα διεφθάρθαι τὸν νεανίσκον, ἢ καὶ ὑπὸ λῃστῶν, (πολλοὶ δὲ ἦσαν τότε) ἀνῃρῆσθαι, ἐπῆλθον ἀπαγγέλλοντες αὐτοῦ τὸν ἀφανισμόν. εἶτα ὁ χρησμός, καὶ ἡ κατάδικη· μεθ' ὧν ἐπέστη ὁ νεανίσκος, διηγούμενος τὴν ἀποδημίαν. ὁ μὲν τοῦτα ἔλεγεν· ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, ἀγανακτήσας ὅτι τῶν ἐλέγχῳ, καὶ μὴ φέρων τὴν ὀνείδισιν τὴν ἀληθῆ, ἐκέλευσε τοὺς παρόντας λίθοις βάλλειν αὐτόν, ἢ καὶ αὐτοὺς σοφιστὰς ἔσεσθαι, καὶ Ἐπικούρειος κληθήσεσθαι. τὸν δὲ βάλλειν ὀρχαμένων, Δημόστρατός τις ὀπιδημῶν τῷ Πόντῳ, τῶν τεῖχος, ἐρρύσατο τὸν θανάτου τὸν ἄνθρωπον, μικροῦ δεῖν καταλυθέντα, πάνυ δικαίως. εἰ γὰρ ἔδει μόνον φρονεῖν τὰ τοσούτοις μεμηνόσι, καὶ τὸν παλαιὸν τῆς Παφλαγόνων μωρίας; καὶ τὰ μὲν κατ' ὄνειρον, τοιαῦτα. εἴ δέ τινι τῶν καλουμένων κατ' ἐξοχὴν τάξιν τὴν χρησμῶν (περὶ μιᾶς δὲ τοῦτο τῶν θεσπίζειν ἐλέγετο,) καὶ ἐρωμένου τὸν κήρυκος εἰ θεσπίζοι, τὸν δὲ ἀνῶχθεν ἔνδοθεν, Ἐς κύβακας, οὐκ ἐπὶ τὸν τοῦτον οὔτε στέγη τις ἐδέχετο, οὔτε πυρὸς, ἢ ὕδατος κοινωνίᾳ, ἀλλ' ἔδει γῆν τρέπεσθαι, ὡς ἀσεβῆ, καὶ ἄθεον, καὶ Ἐπικούρειον· ἦν δὲ τῶν ἡ μεγίστη λοιδορία. ἐν γοῦν τῷ γελοιότατον ἐποίησεν ὁ Ἀλέξανδρος. θύρων γὰρ τὰς Ἐπικούρου κυρίας δόξας, ὃ καλλιστον, ὡς οἶδα, τῶν βιβλίων, καὶ κεφαλαιώδες, τὸ ἐχον τῆς ἀνδρὸς σοφίας τὰ δόγματα, καμίσας ἐς τὸν ἀγορᾶν μέσην, ἔκαυσεν ὅτι ξύλων συκίνων, ὡς δῆθεν αὐτὸν καθοφλέγων, καὶ τὸν σποδὸν ἐς θάλασσαν ἐξέβαλεν, ἔπι καὶ χρησμὸν ὑπερφυεγξάμενος·

Πυρπολέω κέλομαι δόξας ἀλαοῖο γέροντος.

Οὐκ εἰδὼς ὁ κατάρατος ὅσων ἀγαθῶν τὸ βιβλίον ἐκεῖνο τοῖς ἐντυχοῦσιν αἴτιον γίγνεται, καὶ ὅσην αὐτοῖς εἰρωνίαν, καὶ ἀπραξίαν, καὶ

καὶ ἐλευθερίαν ἐνεργάζεται, δείμασι μὲν, καὶ φασμάτων, καὶ τεράτων ἀπαλλάττον, καὶ ἐλπίδων ματαίων, καὶ ἐπιθυμιῶν ἀπιθυμίαν· νοῦν δὲ, καὶ ἀλήθειαν ἐντιθὲν, καὶ καθαίρον, ὡς ἀληθῶς, τὰς γνώμας, οὐχὶ τὸ δᾷδι, καὶ σκίλλῃ, καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς φλυαρίαις, ἀλλὰ λόγῳ ὀρθῷ, καὶ ἀληθείᾳ, καὶ παῤῥησίᾳ. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις, ἓν τι καὶ μέγιστον τόλμημα τοῦ μαργοῦ ἀνδρὸς ἄκουσον. Ἔχων γὰρ ἤδη μικρὸν ὑπίβασιν ὑπὸ τὰ βασίλεια, καὶ τῷ αὐλίῳ, καὶ τὸν Ῥουτιλιανὸν εὐδοκιμοῦντα παρόντα, ἐξαπέμπεται χρησμὸν τοῦ ἐν Γερμανίᾳ πολέμου ἀκμάζοντος· ὅτε θεὸς Μάρκος ἤδη τοῖς Μαρκομανοῖς καὶ Κουάδοις συνεπλέκετο. ἦν δὲ ὁ χρησμὸς δύο λέοντας ἐμβληθῆναι ζῶντας εἰς τὸν Ἴστρον μετὰ πολλῶν ἀρωμάτων, καὶ θυσιῶν μεγαλοπρεπῶν. ἄδομεν δὲ αὐτὸν εἰπεῖν τὸν χρησμόν·

Ἐς δίνας Ἴστροιο διηπετέος ποταμοῖο,
Ἐμβαλέειν κέλομαι δισσοὺς Κυβέλης θεράποντας,
(ἀὴρ
Θῆρας ὀρεσσιφέρβους· καὶ ὅσα τρέφει Ἰνδικὸς
Ἄνθεα, καὶ βοτάνας θυώδεας· αὐτίκα δ' ἔσται
Νίκη, καὶ μέγα κῦδος, ἅμ' εἰρήνῃ ἐραστείνῃ.

Γενομένων δὲ τούτων, ὡς προσέταξε, τοὺς μὲν λέοντας, ἐκνηξαμένους ἐς τὴν πολεμίαν, οἱ βάρβαροι ξύλοις κατειργάσαντο, ὡς τινας κύνας, ἢ λύκους ξενικούς. αὐτίκα δὲ τὸ μέγιστον πρᾶγμα τοῖς ἡμετέροις ἐγένετο, δισμυρίων που μὲν δεῖν ἀνθρώπων ἀπολομένων. εἶτα ἠκολούθησε τὰ περὶ Ἀκυληίαν γενόμενα, καὶ ἡ πόλις μικρὸν τῆς πόλεως ἐκείνης ἅλωσις. ὁ δὲ, ὡσεὶ τὸ ἀποβεβηκὸς τῷ Δελφικῷ ἐκείνῳ ἀπολογίαν, καὶ τὸν τοῦ Κροίσου χρησμὸν ψυχρῶς πρᾶξε, νίκην μὲν γὰρ προφητεῦσαι τὸν θεὸν, μὴ μέντοι δηλῶσαι, Ῥωμαίων ἢ τῶν πολεμίων. ἤδη δὲ πολλῶν ὑπερρεόντων, καὶ τῆς πόλεως αὐτῶν ἠλιβομένης ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ὑπὸ τὸ χρηστήριον ἀφικνουμένων, καὶ τὰ ὑποτιθέμενα ἀφορμὴν μὴ ἐχούσης, ὑπνος τοὺς νυκτερινοὺς καλουμένους χρησμούς. λαμβάνων γὰρ τὰ βιβλία, ἐπεκοιμᾶτο, ὡς ἔφασκεν, αὐτοῖς, καὶ ὡς ὄναρ τῶν θεοῦ ἀκούων ἀπεκρίνετο, οὐ μέντοι σαφεῖς τοῖς πολλοῖς, ἀλλὰ καὶ ἀμφιβόλους, καὶ τεταραγμένους, καὶ μάλιστα εἴ ποτε θεάσαιτο πεπερασμένως τὸ βιβλίον κατεσφραγισμένον.

A libertatémque pareret, propterea quòd à pauoribus, ſpectris, ac prodigiis liberaret: tum ſpes inanes, atque immodicas adimeret cupiditates, mentem ſanam ac veritatem inſereret, planè luſtraret animum, non tæda quidem, aut ſquilla, aut aliis id genus nugamentis: imò recta ratione, vero, ac libertate. Accipe iam facinus quoddam hominis ſceleratiſſimi, vnũ inter omnia multo impudentiſſimum. Quum iam non mediocrem in Regiam aditum ſibi patefeciſſet, inque aulam Cęſaream, præſertim Rutiliano rem adiuuante, atque approbante: quum bellum quod in Germania gerebatur, maximè
B flagraret, diuo Marco cum Marcomãnis & Quadis conſerente, oraculũ diuulgauit, quo iubebat vti duos leones viuos in Danubium immitterent, variis cum odoribus, ac ſacris quibuſdam magnificis: ſed præſtat ipſum oraculum referre:

Gurgitibus fluuij turgentis ab imbribus Iſtri
Immiſiſſe duos Cybeles edico miniſtros,
Monte feras alitas: tum quantum alit Indicus aër
Florum atque herbarum bene olẽtum: móxque futura eſt
Et victoria, pax & amabilis, & decus ingẽs.

C Ea quum eſſent facta quemadmodum ille præſcripſerat: leones quidem ſimul atque in hoſtium regionẽ enataſſent, Barbari canes quoſpiã aut lupos eſſe rati, fuſtibus arcebant. At noſtrorum protinus maxima ſtrages eſt conſequuta, viginti fermè millibus ſimul extinctis. His conſimilia ſunt ea quæ in Aquileia contigerunt, quum parum abfuerat vt vrbs ea caperetur. At is ad id quod euenerat, Delphicam illam reſponſionem, Crœſóque redditum oracultum, frigidè ſanè detorſit, dicens deum quidem prædixiſſe victoriam, haud tamen explicuiſſe vtrùm Romanorum eſset futura, an hoſtium.
D Tandem cùm plurimi iam eam in vrbem confluerent, premeretúrque Abonotichitarum ciuitas multitudine eorum qui ad oracultum ventitabant, neque ſufficeret ſuppeditandis iis quę ad victum erant neceſſaria, comminiſcitur oracultorum genus quoddam, id quod nocturnum appellabatur. Siquidem libellis indormire ſolebat, vt aiebat ipſe, deinde tanquam in ſomnio diuinitus edoctus reſpondebat: nihil certi tamen, ſed ambiguè plerunque, ac confuſim: maximè ſi quos libellos conſpexiſſet accuratiùs atque obſeruantiùs obſignatos.

Nocturna oracula.

Ad hunc enim modum citra vllum resi-
gnandi periculum, quicquid temerè in
mentem venisset, subscribebat: ratus &
hoc ipsum oraculis conuenire. Erant au-
tem ad id nonnulli constituti interpre-
tes, qui mercedem non exiguam colli-
gebant ab iis qui eiusmodi capiebant o-
racula, vt enarrarent ea, explicarentque:
atque hoc illorum munus conductitium
erat. Nam interpretum quisque talen-
tum Atticum pẽdebat Alexandro. Non-
nunquam, quum neque consuleret quis-
quã, neque missus esset aliquis: imò cùm
ne esset quidem huiusmodi quippiam:
tamen oraculum edebat, vti stultos mor-
tales redderet attonitos: quod genus il-
lud erat:

Hunc age quere, tuam qui, tectus in edibus, ac te
Clam prorsum, vxorem vultúque oculísque decoram
Stuprat adulterio, seruorũ exagmine primus:
Ipse cui solus suasisti hæc omnia demens.
Eius enim florem libasti: hoc dedecus ille
Nunc tibi compensans, cum coniuge dormit herili.
Quin iidem tibi iam pridẽ lethale venenũ
(Vt neque quæ faciant, possis audire, nec vnquam
Cernere luminibus) tectè furtimq; pararũt.
Inuenies q; tuo sub lecto pharmaca, iuxta
Parietem, sub ceruicali condita: porrò
Istis cõscia criminibus tua serua Calypso est.

Quis Democritus principiò non com-
moueretur, vbi nominatim & auctores &
loca palàm audisset designari? Verùm illi-
co despuisset, simul atque cognouisset
quo hæc artificio gererentur. Insuper &
Barbaris non rarò respõdit, si quis patria
lingua sciscitaretur, puta Syriacè aut Gal-
licè, quoties difficile erat inuenire con-
terraneos eorum qui rogationem pro-
posuissent: proinde receptis libellis, mul-
tum intercedere solebat interualli priusquam oraculum redderet, quò videlicet interim per otium posset & soluere tutò libellos, & nanciscì qui cuncta possent interpretari: quod genus erat & illud Scythæ cuiusdam redditum oraculum:

Morphi ebargulis in vmbram chnenchicranc, relinquet lucem.

Aliàs rursum quum nec adesset itẽ quis-
piam, neque tale quicquam omnino cõ-
tigisset, citra carmen eloquutus est: Re-
dito vnde venisti: siquidem is qui te mi-
sit, hodie periit, interemptus à Diocle
vicino, accedentibus latronibus, Mãgo,

Α ὃ γὰρ πρὸς πάντα κινδυνωδῶν τὸ ἐπελθὸν ἄλλως
ἐπέγραφε, χρησμοῖς πρέπον καὶ τοῦτον
οἰόμενος· καὶ ἦσάν τινες ἐξηγηταὶ ὑπὲρ τούτου
καθήμενοι, καὶ μαθοῦς οὐκ ὀλίγους συλλέγον-
τες πρὸς τῶν τοὺς τοιούτους χρησμοὺς ἐπο-
λαμβανόντων ὑπὲ τῆ ἐξηγήσει καὶ ἀφελούσῃ
αὐτῶν. ἐ τοῦτο αὐτῶν τὸ ἔργον ἐπόμεθον
ἐῶ. ἐτέλουν γὰρ οἱ ἐξηγηταὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ
πάλαντον Ἀτθικὸν ἑκάστοτε. οἷοτε δὲ, μήτε
ἐρομένου τινός, μήτε πεμφθέντος, ἀλλ' οὐδὲ
ὅλως ὄντος, ἐχρησμῴδει πρὸς ἔκπλεξιν τῶν
ἀσκόπτων, οἷ ἐ τοῦτο·

Δίζεαι ὅστις σὴν ἄλοχον μάλα παῖχα λελῃθώς
Καλλιγύφαν ὑπὸρ λεχέων σαλάγᾳ, καὶ δῶμα
Δοῦλος πορφυρίνῃς, τῷ δὴ σύ γε πολλὰ πέποιθας.
Ὧπνες γὰρ ἐκεῖνον, ὃν' αὖθις σὴν ἀλόχοιτιν,
Ἀντίδοσιν ταύτην ὕβρεως ἰδίας ἀποτίνει.
Ἀλλ' ὅπὶ σοὶ δὴ φάρμακ' ἀπ' αὐτῶν λυγρὰ τέτυκται,

Β

Ὡς μήτ' εἰσαίοις, μήτ' εἰσορόῃς ἃ ποιοῦσιν. (τοίγου,
Εὑρήσῃς ὑ κἀτω ὑπὸ σῶ λέχεϊ αἴσχος
Πρὸς κεφαλῆς· ἐ σὴ θεράπαινα στυγέει-
δε Καλυψώ.

Τίς ἂκ αὖ Δημόκριτος διεπερᾴθη, ἀκούσας
ὀνόματα, καὶ τόπους ἀκριβῶς; εἶτα μετ' ὀλίγον
κατέπαυσεν αὖ, σιωπὴς τὸν ὕπνον αὐτῶν;
Ἀλλὰ καὶ βαρβάροις πολλάκις ἔχρησεν, εἴ τις
τῇ πατρίῳ ἔροιτο φωνῇ Σύροισι, ἢ Κελτοῖσι, ἢ
ῥᾳδίως ἐξευρίσκων τινὰς ὑποδημοσίους ὁ-
μοεθνῆς τοῖς δεδωκόσι. ὅθεν τοῦτο καὶ πολὺς ἐν
μέσῳ χρόνος ἐῶ τῆς τε δόσεως τῶν βιβλίων,
ἐ τῆς χρησμῳδίας, ὡς ἐν τοσούτῳ καὶ φιλίῳ
λύοιντό τε οἱ χρησμοὶ ἀσφαλῶς, καὶ διείσκοιντο οἱ ἑρμηνεῦσαι δωυάμενοι ἕκαστα, οἷος
ἐ ὁ τῷ Σκύθῃ δοθεὶς χρησμὸς ἐῶ·

Μόρφι ἐβαργύλις εἰς σκιὴν χνέφ χνεφαῖκ
λείψει φάος.

Γ

ἄλλως πάλιν, ὅτε παρόντι, ὅτε ὅλως τινὶ ὄντι,
ἔφη αὖθι μένειν, διαστρέφειν ὀπίσω. ὁ γὰρ πέμ-
ψας σε, τέθνηκεν ὑπὸ τῶ χείτονος Διοκλέους
τυμμένον, ληστῶν προσελθόντων Μάγου,

Δ

καὶ Κέλερος, καὶ Βυβάλω, οἱ καὶ ἤδη δέδεν) λη- A
φθέντες. ὀλίγους δ' καὶ τῶν ἐμοὶ δοθέντων ἄκουσον. ἐρομένου γάρ μου εἰ φαλακρός ἐστιν Ἀλέξανδρος, καὶ κατασημηναμένου τὰ βιβλία, καὶ τοῦ φανῶς, ἐπιγράφεται χρησμὸς νυκτερήσιος, σαβαρδαλάχου μάλαχ ἄττις ἄλλος ἦν. καὶ πάλιν ἐμοῦ ἐρομένου ἐν δύο βιβλίοις διαφόροις τὴν αὐτὴν ἐρώτησιν, πόθεν ὦ Ὁμηρος ὁ ποιητὴς, ἐπ' ἄλλω καὶ ἄλλω ὀνόματος, τῷ ἑτέρῳ μὲν ἐπέγραψεν, ἐξαπατηθεὶς ὑπὸ παιδὸς νεανίσκου (ἐρωτηθεὶς γὰρ ἐφ' ὅ, τι ἥκει, θεραπείαν, ἔφη, αἰτήσων τοῦ ὀδύνην πλευρᾶς)

Κυτμίδι σε χρίσθαι κέλομαι, δροσίλε B
τέκε Λητῦς.

Τῷ δὲ ἑτέρῳ, ὅπερ καὶ τοῦτο ἠκηκόει, ὡς ἐρομένου τε πέμψαντος, εἴτε μοι πλεῦσαι ἐπ' Ἰταλίαν, εἴτε πεζοπορῆσαι λῷον, ἀπεκρίνατο οὐδὲν τοῦ τὸν Ὁμηρον,

Μὴ σύ γε πλωέμεναι, πεζὸς δὲ καθ' οἶμον ὄδευε.

Πολλὰ γὰρ τοιαῦτα καὶ αὐτὸς ἐπεμηχανησάμην αὐτῷ· οἷς καὶ ἕκτον, μίαν ἐρώτησιν ἐπερωτήσας, ἐπέγραψα τῷ βιβλίῳ καὶ ὄγδοον ἔπος, τοῦ δεῖνος χρησμοὶ ὀκτώ, ψευσάμενός τι ὄνομα, καὶ ὀκτὼ δραχμὰς, ἃς ὁ μὲν γνόμενον ἐπὶ τοῖς C
ξυνταῖς πέμψας· ὁ δὲ, πιστεύσας τῇ ἀποπομπῇ τοῦ μισθοῦ, καὶ τῇ ἐπιγραφῇ τοῦ βιβλίου, τοῖς μίαν ἐρώτησιν (ὡς ἦν αὐτῇ, πότε ἀλώσεται μεγαλωνύμων Ἀλέξανδρος) ὀκτὼ μοι χρησμοὺς ἔπεμψεν, οὔτε γῆς, φασὶν, οὔτε θαλάττης ἀπολελοιπότας, ἀνοήτους καὶ δυσνοήτους ἅπασι, ἄτοπ ὕστερον αἰσθόμενος, καὶ ὅτι Ρουτιλιανὸν ἐγὼ ἀπέτρεπον τοῦ γάμου, καὶ τοῦ πρὸς ταῖς τοῦ χρησμείου ἐλπίσιν, ἐμίσει, ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ ἧττον ἠγεῖτο. καί ποτε περὶ ἐμοῦ ἐρομένῳ τὸν Ρουτιλιανῷ, ἔφη, D

Νυκτιπλανοῖς ἀοιδοῖς χαίρει, κοίταις τε δυσάγνοις.

Καὶ ὅλως, ἔχθιστος εἰκότως ἦν ἐγώ. καὶ πειδὴ ἐσελθόντα με εἰς τὴν πόλιν ᾔσθετο, καὶ ἔμαθεν ὡς σκῆνος εἴη ὁ Λυκιανὸς (ἐπηκολούθει δὲ καὶ στρατιῶται δύο, λογχοφόρος καὶ κοντοφόρος παρὰ τοῦ ἡγουμένου τῆς Καππαδοκίας, φίλου τότε ὄντος, λαβὼν, ὡς με προπέμψειαν μέχρι τῆς θαλάττης) αὐτίκα μεταστέλλεται δεξιῶς πως, καὶ μετὰ πολλῆς φιλοφροσύνης.

Celere, ac Bubalo, qui nunc etiam comprehensi tenentur in vinculis. Cæterùm pauca nunc accipe ex his quę mihiipsi respondit. Sciscitato an caluus esset Alexander: cùm libellos palàm atque accuratè obsignassem, responsum nocturnum subscribitur: Sabar Dalachi Malach Attis alter erat. Rursum cùm diuersis libellis eandem rogationem proposuissem, puta cuiatis esset vates Homerus, ídque alio atque alio nomine: alteri subscripsit, videlicet deceptus à puero, qui rogatus qua gratia venit, vt remedium, inquit, peterem aduersus laterum dolorem:

Cytmide te iubeo, ac Latonæ rore perungi.

Alteri verò, vbi sciscitanti ei dictum esset, vtrum mihi satius esset, in Italiam nauigio, an pedestri itinere proficiscì, respondit, nihil quidem quod ad Homerum attineret:

Carpe viam pedibus, rate ne sulcaueris undas.

Multa id genus aduersus illum sum machinatus, quorum de numero fuit & illud: vnica rogatione proposita libello pro more inscripto, talis cuiusdam rogationes octo, nomen aliquod ementitus, missis drachmis item octo: prętera quod fieri solitum esset, adiungens. At ille persuasus partim missa mercede, partim inscriptione libelli, ad vnicam rogationem (ea erat huiusmodi, quando deprehendendus esset impostor Alexander) octo misit oracula, sed quæ neque cœlum (quod aiunt) neque terram attingerent, verùm absurda, & intellectu difficilia omnia. Quod ille vbi in posterum persensisset, prætereà quòd Rutilianum à matrimonio conatus essem auertere, suasissémque ne prorsus in diuinatione spes reponeret suas, oderat me videlicet, ita vti par erat, sibíque acerrimum hostem iudicabat. Quodam itaque tempore percontanti de me Rutiliano ita respondit:

Noctiuagis gaudet scortis, spurcóque cubili.

In summa, iure optimo me inuisissimum habebat. Proinde cùm me in oppidum aduenisse sensisset, méque Lucianum esse illum cognouisset: (adduxeram autem milites duos, alterum lancea, alterum conto armatum, quos quidem à Cappadociæ præside mihi tum amico acceperam, quò me ad mare vsque deducerent) accersit illico, sanè quàm comiter, multáque cum humanitate.

Ego quum aduenissem, complures apud illum reperio: porrò bona quadam fortuna & milites vnà mecum adduxeram. tum ille manum mihi porrigit osculandam, quemadmodum vulgò facere consueuerat: ego admotus perinde atque osculum daturus, acri morsu corripio, ita vt parum abfuerit quominus illi manum mancam reddiderim. Itaque qui præsentes erant, præfocare me accedere conati sunt, tanquam hominem sacrilegum: quippe qui iam inde ab initio grauiter tulerant, quòd Alexandrum illum, non autem prophetam compellassem. At ille oppidoquàm generosè obnitens compescuit illos, pollicitúsque est se facilè me placidum redditurum, declaraturúmque quantum posset Glycon, qui nimirum & hos qui maximè sæuirent ferocirémque, sibi redderet amicos. Móxque ablegatis omnibus, mecum expostulauit, negans se clam esse quæ suasissem Rutiliano: Ecquid me læsisset vt ista in sese facerem, quum possem illius opera apud illum magnas ad res promoueri? Equidem hanc hominis humanitatem commoditatémque libenter accipio, perpendens nimirum quo forem in periculo constitutus. paulóque pòst prodibam iam illi factus amicus. Ea res profectò iis qui videbant, vehementer erat stupenda, quòd tam facilè fuissem commutatus. Post hæc quum iam nauigare statuissem, missis xeniis ac muneribus permultis (eram autem fortè solus cum Xenophonte, patre cum reliquis meis in Amastrim præmisso) polliceetur & nauim præbiturum sese, & remiges qui nos aueherent. Etenim arbitrabar hæc animo simplici, atque officiosè fieri: verùm vbi iam in medio essemus mari, viderémque gubernatorem lacrymantem, & nescio quid reliquis nautis contradicentem, non optimæ de euentu spes me ceperunt. Erat autem illis ab Alexandro mandatum, vt tollentes nos in mare præcipites darent. Quod si contigisset, facilè quod mecũ gerebat bellum, illi debellatum fuisset: sed is qui lacrymabatur, effecit ne quid in nos grauius patrarent. Ac mihi quidẽ ita loquutus est: Annos natus, vti vides, sexaginta, quum ante hac piè atque inculpatè vixerim, haud quaquam velim in hac tam grandi ætate, præsertim quum vxorem & liberos habeam, homicidio manus impiare: indicans videlicet, cuius rei gratia nos susceptisset, quéq; sibi mãdasset Alexãder.

A ἐλθὼν δὲ ἐγὼ, καταλαμβάνω πολλοὺς περὶ αὐτόν· συνεπηγόμην δὲ καὶ τοὺς στρατιώτας τύχη τινὶ ἀγαθῇ. καὶ ὁ μὲν, περιτείνει μοι χεῖρα τὴν δεξιάν, ὥσπερ εἰώθει τοῖς πολλοῖς, ἐγὼ δὲ προσφὺς ὡς φιλήσων, δήγματι χρηστῷ πάνυ μικροῦ δεῖν χωλὴν αὐτὴν ἐποίησα τὴν χεῖρα. οἱ μὲν οὖν παρόντες, ἄγχειν με καὶ παίειν ἐπειρῶντο, ὡς ἱερόσυλον· καὶ προτέρω ἔτι ἀγανακτήσαντες ὅτι Ἀλέξανδρον αὐτὸν, ἀλλὰ μὴ προφήτην προσεῖπον· ὁ δὲ, πάνυ γενναίως καρτερήσας, κατέπαυέ τε αὐτούς, καὶ ὑπισχνεῖτο πάντα μᾶλλον ἀπο-
B φανεῖν, καὶ δείξειν τὴν Γλύκωνος ἀρετὴν, ὅτι καὶ τοὺς πάνυ τραχυμόρους, φίλους ἀπεργάζεται, καὶ μεταστησάμενος ἅπαντας, ἐδιελογίζετο πρός με, λέγων πάνυ με εἰδέναι καὶ τὰ ὑπ' ἐμοῦ Ῥουτιλιανῷ συμβουλευόμενα· καὶ τί παθὼν, ταῦτά με εἰργάσω, διαβάλλων ὑπ' ἐμοῦ ὅτι μέγα προσαχθείην παρ' αὐτοῦ; κἀγὼ ἀσμένως ἤδη ἐδεχόμην τὴν φιλοφροσύνην ταύτην, ὁρῶν οἷ κινδύνου καθίστηκειν· καὶ μετ' ὀλίγον προῆλθον φίλος γεγονημένος. καὶ τοῦτο μὲν μικρὸν
C θαῦμα τοῖς ὁρῶσιν ἔδοξεν, οὕτω μοι ῥᾳδίας γενομένης μεταβολῆς. εἶπα δή μοι ὀκνήσειν προαιρουμένου, ξένια, καὶ δῶρα πολλὰ πέμψας (μόνος δὲ συνῆν τῷ Ξενοφῶντι ἐτυχον δὲ ἀπεδημηκὼς, τόν τε πατέρα, καὶ τοὺς ἐμοὺς εἰς Ἀμαστριν προπεμφὼς) ὑπισχνεῖτο δὲ πλοῖον αὐτὸς παρέξειν, δὲ ἐρέτας τοὺς ἀπάξοντας· κἀγὼ μὲν ὠόμην ἁπλοῦν τι εἶναι, καὶ δεξιόν. ἐπεὶ δὲ κατὰ μέσον τὸν πόντον ἐγενόμην, δακρύοντα ὁρῶν τὸν κυβερνήτην, καὶ τοῖς ναύταις τι ἀπολέγοντα, οὐκ ἀγαθὰς εἶχον περὶ τῶν μελλόντων τὰς ἐλπίδας. ἵνα δ' αὐτοῖς ἐπεσταλμένον ὑπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου, ἀφανεῖς ῥίψαι ἡμᾶς εἰς τὸ θάλασσαν·
D ὅπερ εἰ ἐγένετο, ῥᾳδίως αὐτῷ ἐπεπολέμητο τὰ πρὸς ἐμέ. ἀλλὰ δακρύων ὁ κυβερνήτης, ἔπεισε καὶ τοὺς συναύτας μηδὲν δεινὸν ἡμᾶς ἐργάσασθαι· καὶ πρὸς ἐμὲ ἔφη, Ἔτη ἑξήκοντα, ὡς ὁρᾷς, διεπέλαγον βίον τὸ ὅσιον προβεβιωκὼς, ὥστε οὐκ ἂν βουλοίμην ἐν τούτῳ τῆς ἡλικίας καὶ γυναῖκα καὶ τέκνα ἔχων, μιαίνειν φόνῳ τὰς χεῖρας· ἀλλὰ θεῶν ἕνεκα ὅπερ ἡμᾶς διείλησθε, καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου προστεταγμένα.

καταθέμενος δὲ ἡμᾶς ἐν Αἰγιαλοῖς, ὧν καὶ ὁ καλὸς Ὅμηρος μέμνηται, ὀπίσω ἀπήλαυνεν. ἔνθα ἐγὼ τοὺς παραπλέοντας Βοσπορανούς τινας πρέσβεις, παρ' Εὐπάτορος τοῦ βασιλέως εἰς τὴν Βιθυνίαν ἀπιόντας ἐπὶ κομιδῇ τῆς ἐπετείου συντάξεως, καὶ διηνεκάμενος αὐτοῖς τὸν παρεισάντα ἡμᾶς κίνδυνον, ἠδέσαντό τε τυχὸν, καὶ δεξιοὶ αὐτῷ τυχόντες, ἀναληφθεὶς ἐς τὸ πλοῖον, ἀβλαβὴς ἐς τὴν Ἀμαστριν, παρά τινα τοσοῦτον ἐλθὼν ἀπολωλέναι. τοιούτου γὰρ καὶ αὐτὸς ἐπεκορυσσόμην αὐτῷ, καὶ πάντα καλῶν ἐκίνουν, ἀμυνάσθαι βουλόμενος, καὶ παρὰ τῆς δίκης ἤδη μισθὸν αὐτὸν, καὶ ἔρδιστον ἡγούμενος ἀπὸ τῆς ἔμπροσθεν ἐπιβουλῆς ἤδη μισητὸν αὐτὸν, καὶ ἔχθιστον ἡγούμενος ἀπὸ τῆς ἔμπροσθεν ἐπιβουλῆς, καὶ παρὰ τὴν κατηγορίαν ἁρμόζουσαν, πολλοὺς συναγωνιστὰς ἔχων, καὶ μάλιστα τοὺς ἀπὸ Τιμοκράτους τοῦ Ἡρακλεώτου φιλοσόφους. ἀλλ' ὁ τότε μὲν ἡγούμενος Βιθυνίας, καὶ τοῦ Πόντου, αὐτὸς ἐπέσχε, μόνον οὐχὶ ἱκετεύων, καὶ δυσωπούμενος παύσασθαι. ἀπὸ γὰρ τοῦ παρὰ Ῥουτιλιανὸν ἔνοιαν, μὴ αὐ δυνάσθαι, καὶ εἰ φανερῶς λάβοι ἀδικοῦντα, κολάσαι αὐτόν. οὕτω μὲν ἀνεκόπην τῆς ὀργῆς, καὶ ἀνεπαυόμην, οὐκ εὐδόκιμόν τι δρασιούμενος, ἐφ' οὕτω δικαστοῦ χειμάρρου. σκοπῶ δὲ πῶς οὐ μέγα ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ τόλμημα τοῦ Ἀλεξάνδρου, τὸ αἰτῆσαι παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος μετονομασθῆναι τὸ Ἀβώνου τεῖχος, καὶ Ἰωνόπολιν κληθῆναι, καὶ νόμισμα καινὸν ἐγκεχαραγμένον, τῇ μὲν, τοῦ Γλύκωνος, τῇ δὲ, Ἀλεξάνδρου, σέμνωμά τε τοῦ πάππου Ἀσκληπιοῦ, καὶ τὴν ἅρπην ἐκείνην τοῦ παρημίτου τοῦ Περσέως ἔχοντος; παρόντων δὲ ἀπὸ χρησμοῦ παρ' ἑαυτῷ, ὅτι ζήσας εἴκοσι καὶ πεντήκοντα, καὶ ἑκατὸν, εἶτα κεραυνῷ βληθεὶς, ἀποθανεῖν οἰκτίστῳ τέλει, σαθρὰ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονὼς, ἀπέθανεν, ὡς Ποδαλειρίου υἱὸς, ἁψάμενος τὸν πόδα μέχρι τοῦ βουβῶνος, καὶ σκωλήκων ζέσας, ὅτε καὶ ἐφωράθη φαλακρὸς ὤν, προέχων τοῖς ἀκτῖσι ὑπερέχον αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν ἀπὸ τοῦ ὀδυνῶν· ὃ οὐκ ἂν ποιῆσαι ἐδυνάσαντο, μὴ ἀφελὲ τῆς φενάκης ἀφηρημένης. τοιοῦτο τέλος τῆς Ἀλεξάνδρου τραγῳδίας, καὶ αὕτη τοῦ πολυτρόπου δράματος ἡ καταστροφὴ ἐγένετο.

A Expositis autem nobis in Ægialos, quorum etiam egregius meminit Homerus, retrò legit cursum. Ibi fortè nactus præternauigantes legatos quosdam Bosporanos, Eupatoris regis nomine in Bithyniam proficiscentes, deportandi vectigalis gratia, quod in singulos pendebatur annos: cùm exposuissem illis, quod me periculum circumuallaret, atque illi se mihi commodos faciléque præberent, receptus in nauigium, incolumis in Amastrim perueni: tantillum abfuerat vt perierim. Ex hoc nimirum tempore & ipse aduersus illum arma capiebam, omnemque (quod aiunt) mouebam fu-
B nem, quò hominem vlciscerer, quem iam tum ante mihi structas insidias oderam, próque summo ducebam hoste, propter morum impietatem. Iámque ad accusationem intenderam animum, non paucis mecum facientibus, maximéque qui erant ex Timocratis Heracleotæ schola philosophi. Verùm qui tum Bithyniæ Pontoque præsidebat, nos cohibuit, penè supplicans & obsecrans vti desisteremus: etenim ob necessitudinem quæ sibi cum Rutiliano intercederet, nequaquam posse supplicio afficere, nec si ma-
C nifesto in crimine deprehendisset. Atque ita quidem ab iracundia destiti, méque repressi, non in tempore rem aggressurus, cùm iudicem haberem ad eum modum affectum. Sed quid? an non & hoc inter alia facinus audax Alexandri, à Principe Romano postulare vt Aboni murus, commutato vocabulo, Ionopolis appellaretur? vtq; nomisma nouum signaret, altera quidem parte Glyconis obtinens imaginem, altera verò Alexandri, qui insignia aui Æscu[illegible]pij, ac falcem illam Persei, vnde maternum ducebat genus, teneret? Porrò cùm esset de
D se vaticinatus, oraculo prodito fatis decretum esse, vt annos viueret centum & quinquaginta, dehinc fulmine ictum, interitu maximè miserando periturum: nondum septuaginta natus annos interiit, videlicet (vti conueniebat Podalirij filio) pede ad inguen vsque putrefacto, & vermibus scatens. Quo tempore simul & illud deprehensum est, quòd caluus esset, quum medicis caput humectandum præberet ad mitigandum cruciatum: id quod haud quaquam facere potuisset, nisi detracto galericulo. Hũo habuit exitum Alexandri tragœdia, atque hæc fuit totius fabulæ catastrophe:

vt res videri possit prouidentia quadam esse gesta, cùm casu nimirum ad hunc modum euenerit. Restabat illud, vt & epitaphium vita acta dignum ei constitueretur: neque non certamina quædam agerentur ab iis qui in vaticinium coniurauerant, videlicet impostoribus insignibus ac præcipuis, ad Rutilianum arbitrũ sese conferentibus, vt is pronunciaret quem ex ipsis oporteret in oraculi successionem capessendam eligi, atque sacerdotali propheticáque corona redimiri. Erat autem in hoc numero simul & Pætus, qui artis professione medicus, tũ canus cùm esset, ista faciebat, neque medico, neque homini cano decora. At Rutilianus certaminis arbiter, incoronatos eos remittebat, ipsi sibi diuinandi auctoritatem seruans, posteaquam inde iam demigrauerat. Hęc amice ex plurimis pauca, quò degustamẽtum hominis præberem, scribẽda putaui, cùm vti tibi gratificarer, homini familiari atque amico, quémque ego vnum omnium maximè suspicio, idque pluribus nominibus, vel propter sapientiam singularem, vel ob amorem veri, vel ob morum mansuetudinem ac moderationem, vel ob vitæ tranquillitatem, postremò comitatem atque humanitatem erga hos quibuscũ viuis: tum verò (quod quidem tibi fuerit etiam iucundius) vt Epicurum vlciscerer, virũ verè sacrum, ingenióque diuino, quíque solus quæ verè sunt honesta, & nouerit & tradiderit, quíque solus extiterit qui liberos reddere solitus sit eos qui secum haberent consuetudinem.

Conclusio & dedicatio operis.

ὡς εἰκάζειν τοῦ τοιούτου, εἰ καὶ τῇ τύχῃ συνέβη. ἔδει δὲ καὶ τὸν ἐπιτάφιον αὐτῷ ἄξιον γενέσθαι τοῦ βίου, καὶ ἀγῶνα τινὰ συστήσασθαι ὑπὲρ τοῦ χρηστηρίου τῶν συνωμοτῶν, καὶ γνῶναι, ὅσοι κορυφαῖοι ἦσαν, ἀπελθόντων ἐπὶ διαιτητὴν τὸν Ρουτιλιανόν, τίνα χρὴ στεφανωθῆναι αὐτῶν, καὶ διαδέξασθαι ὁ μαντεῖον, καὶ στεφανωθῆναι τῷ ἱεροφαντικῷ καὶ προφητικῷ στέμματι. ὧν δὲ ἐν αὐτοῖς καὶ Παῖτος ἰατρὸς τὸν τέχνην, πολίτης ὤν, οὔτε ἰατρῷ πρέποντα, οὔτε πολιῷ ἀνδρὶ ταῦτα ποιῶν. ἀλλ' ὁ ἀγωνοθέτης Ρουτιλιανός, ἀστεφανώτους αὐτοὺς ἀπέπεμψεν, αὐτῷ τὸ προφητεύειν φυλάττων μὴ τινὶ ἑτέρῳ ἀπαλλαγείς. Ταῦτα, ὦ Φιλότης, ὀλίγα ἐκ πολλῶν δείγματος ἕνεκα γράψαι ἠξίωσα, ᾧ σοὶ μάλιστα χαριζόμενος ἀνδρὶ ἑταίρῳ, καὶ φίλῳ, ᾧ ἐγὼ πάντων μάλιστα θαυμάσας ἔχω, ὅτι τε σοφίᾳ, καὶ τῇ πρὸς ἀλήθειαν ἔρωτι, ᾧ ἔτι παιδὸς ὄντος, καὶ ὁσιότητι, καὶ γαλήνῃ βίου, καὶ δεξιότητι πρὸς τοὺς συνόντας. ὃ πλέον δέ, ὅπερ καὶ σοὶ ἥδιστον, Ἐπικούρῳ τιμωρῶν, ἀνδρὶ ὡς ἀληθῶς ἱερῷ, ᾧ θαυμασίῳ τὴν φύσιν, καὶ μόνῳ μετ' ἀληθείας τὰ καλὰ ἐγνωκότι, καὶ πρᾶγμα δεδωκότι, καὶ ἐλευθερωτῇ τῶν ὁμιλητῶν αὐτῷ γνωμῶν. οἶμαι δὲ, ὅτι καὶ τοῖς ἐντυχοῦσι, χρήσιμόν τι ἔχειν δόξει καὶ γραφή, τὰ μὲν διεξελέγχουσα, τὰ δὲ ἐν τοῖς περὶ ὧν φρονοῦσιν γνώμης βεβαιοῦσα.

Denique arbitror fore, vt iis qui in hanc lectionem inciderint, liber hic nonnihil vtilitatis afferre videatur, dum quædam redarguit, quædam in opinionibus horum qui & rectè sentiunt, confirmat ac stabilit.

ΠΕΡΙ ΟΡΧΗΣΕΩΣ.

DE SALTATIONE. Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

Defendit hac oratione saltandi artem Lucianus contra Cratonem quendam, à quo studium eius rei reprehendebatur vt effœminatum ac molle, ac viro præsertim philosopho indignum. Colligit autem honestatem ac dignitatem eius primùm ab antiquitate, multis ac variis exemplis ostendẽs quantum in vsu saltandi studium veteribus fuerit, & quantopere eo omnes propè gentes iam inde ab initio delectatæ sint: quibus item laudibus eam artem cùm poetæ tum alij quidam celebrarint, confutata interim tragœdiæ comœdiæque præstantia, quarum certamina atque actiones Crato saltationibus anteposuerat. Deinde & præstantiã artis à difficultate commendat, docens multarum ac variarum rerum peritum, multísque tum ingenij tum corporis dotibus saltatorem præditum esse oportere. Inter quæ & affectum ac vim artis prosequitur, docens non oblectare tantùm eam, verùm

& corporis agilitatem quandam decentem atque vtilem inde comparari, robúrque & vires augeri. Deinde & animi quandam sapientiam ac mores hominum formari. Idque exemplis tum philosophorum tum barbarorum quorundam amplificat. Postremò & vitia saltatorum aliquot recenset, & præcipuè quantum noceat, aut aliàs, ista vel in primis in hac arte Cacozelia seu nimia affectatio, exemplis docet, quæ res & ipsa ad difficultatem artis confirmandam pertinet. Exordium ab occasione sumitur: à quo mox Cratonis reprehẽsio sequitur, qui studium huius rei in Luciano reprehendit, à personæ qualitate, & modo rei, addita etiam amplificatione quadam à collatione, quam antequam ad rem accedit, Lucianus ab inæqualitate refutat, ipsúmque Cratonem indignè & absurdè facere ostendit, qui rem nec visam, nec cognitã, temerè reprehendat. Atque ita ad argumentum, illo auscultandi operam pollicente, descendit.

Πεὶ τίνων, ὦ Κράτων, δικῶ τινα ταύτῃ κατηγορίαν ἐκ πολλοῦ, οἶμαι, παρεσκευασμένος κατηγόρηκας, ὀρχηστῶν τε, καὶ αὐτῆς ὀρχηστικῆς, καὶ τοσοῦτόν γε τῶν χαιρόντων τῇ τοιαύτῃ θέᾳ, ὡς ὅτι φαύλῳ & γυναικείῳ πράγματι μεγάλην ἀσχολίαν παρέχων, ἄκουσον ὅσον τοῦ ὀρθοῦ διημάρτηκας, & ὡς ἐλέλησαι σεαυτὸν τοῦ μεγίστου. τῶν δὲ ταῦ βίῳ ἀγαθῶν κατηγορῶ. καὶ συγγνώμη σοι, εἰ ἐξ ἀρχῆς οἷον ἀνχμηρῷ συζῶν, & μόνον ὃ σπλησθὲν ἀγαθὸν ἡγούμενος, διὰ ἀπειρίαν αὐτῶν, κατηγορίας ἀξίαν εἶναι νενόμικας. ΚΡ. αἰνῆ δέ τις εἶ, ὦ λῷστε, καὶ ταῦτα, παιδείᾳ σωτήριος, καὶ φιλοσοφίᾳ τὰ μέτρια ὁμιλήκως, ἀφέλιμος, ὦ Λυκῖνε, τὰ πρὸς τὸ βέλτιον ἀσυναίσθητον, καὶ τοῖς παλαιοῖς στωφᾶσι, καὶ θεασάμενος καὶ ξυμβουλεύμενος, ἡλυδρίοις αὖθις ἔοικεν ὁρᾶν, ἐσθῆσι μαλακαῖς, & ἄσμασιν ἀκολάστοις ἅπερ μυρισόμενον, καὶ μεμυθολογῆσθαι ἐρωτικὰ γυναῖα τὴν πάλαι, τὰς μαχλοπάτρας Φαίδρας & Παρθενόπας, & Ροδόπας τινάς, καὶ ταῦτα πρὸς ὑπὸ κρούμασι, & τερετίσμασι, καὶ ποδῶν κτύπῳ καταγέλαστα ὡς ἀληθῶς πράγματα, καὶ ἥκιστα ἐλευθέρῳ ἀνδρὶ, & οἷα σὺ παρέπεπτα· ὥστε ἔγωγε μυδόμενος ὡς ὅτι τοιαύτη θέα χολάζοις, οὐκ ἠδέσθην μόνον ὑπὲρ σοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐπιάσθην, εἰ Πλάτωνος, καὶ Χρυσίππου, καὶ Ἀριστοτέλους ἐπιλαθόμενος, καθῆσαι, τὰ ὅμοια πεπονθὼς τοῖς τὰ ὦτα τοῖς ἑτέρων κηκιμένοις· καὶ ταῦτα, μυρίων ἄλλων ὄντων ἀκουσμάτων, καὶ θαυμαστῶν ἀσυναίσθητα, εἴ τούτων τις δέοιτο τὴν κυκλικὴν αὐλητήν, καὶ τὴν κιθάραν τὰ ἔννομα τροσᾴδοντων, καὶ μάλιστα τὸ σεμνὴς βαγῳδίας,

Osteaquam tu Craton; iam olim acerba quadã accusatione adornata, ac diu multúmq; meditata, in ius vocasti cũ saltationes, tum ipsum saltãdi artificium, insuper autẽ & nos reos feciſti tali gaudentes spectaculo, quasi in re friuola & muliebri multũ ponamus operæ: audi obsecro quãtum à recto aberraris, tum quemadmodũ deceptus per imprudentiã, rem omnium in mortalium vita optimam innocẽter accusaris. Et equidẽ venia tibi habenda est, si statim sub initiũ asperæ vitæ temet assuescens, & tantùm quòd durũ fuerat, bonum existimans, rerũ ductus imperitia, ista accusatione digna censueris. CRA. Cùm vir sies, ô optime, & maximè disciplinis liberalibus innutritus, necnõ in Philosophiæ studiis mediocriter versatus, posthabeas autẽ ô Luciane rerum optimarũ exercitium, & priscorũ illorum conuictũ, cęterùm sedere sustineas in theatro omnium posticas sannas excipiẽs, & hominẽ effœminatum spectans mollibus vestimentis indutũ, ac cantilenis lasciuis & turpibus perstrepentem, tum prisci seculi mulierculas amatorias imitãtem, nẽpe libidinosissimas Phędras & Parthenopas, & Rhodopas, & hęc omnia cũ pulsationibus, & lasciuis & obscœnis carminibus, & pedum strepitu: hæc inquã res est perquã ridicula, & quæ hominem ingenuum, qualẽ te esse conspicio, minimè deceat. Quare ego cùm certior factus essem huic tam turpi te incũbere spectaculo, non tãtùm me tui puduit, sed vehementer etiam discruciatus sum animo, si Platonis & Chrysippi & Aristotelis oblitus, sederes non dissimilia cum iis passus, quorum aures penna leuiter perfricantur, maximè verò aliis innumeris disciplinis existẽtibus & spectaculis grauibus & seriis, si quis omnino choraules exigat, ac citharœdos artificiosè canentes requirat: cum primis verò cùm grauem aliquam spectando tragœdiam,

aut plenã hilaritatis cõmœdiam, non minorem voluptatem capere possis, de quarum palmario certamina quoque poëtis proponi solent. Multa itaq; & accurata, ô generose, defensione apud eruditos tibi opus erit, si nolis per omnia videri excidisse, & è bonorum grege exactus esse. Atque istud mihi optimum factu videtur vt his omnibus constanti negatione medearis, neque sub initium fatearis aliquid tale te flagitiosè deliquisse. In reliquum verò caue, ne nobis ignorantibus, ex viro quem olim egisti, in Lyden quampiã aut Baccham amissa pristina facie trãsmuteris. Qua in re nõ tibi solùm, sed & nobis culpa imputãda foret, si nõ Vlyssis in morem à Loto degustata abstractum, ad cõsueta literarum & Philosophię cõmercia & studia te reduceremus, priusquam omnino deceptus à Sirenibus in theatro excubantibus occuperis. Iam illę solis insidiantur auribus, eámque ob rem hasce nauigio prætereuntibus cera opus est. Cæterùm tu & ab oculis videre prorsus illarum præstigiis esse subactus. LVC. Papæ ô Craton! quàm verò robustum in nos canem solutis loris concitasti! Nisi quòd exẽplum sumptum à Lotophagis, & comparationem tractã à Sirenibus, parum scitè, atque adeò ineptissimè mihi induxisse videris ad ea quæ mihi acciderunt. Etenim iis qui Lotum degustauerãt, ac Sirenas cantillantes audierãt, exitio fuit manducationis & auditionis prolubium. Mihi verò prętерquam quòd voluptatem spectando cepi mirificam & iucundissimam, etiam finis pervenustè cecidit. Neque enim in obliuionem rerum domesticarum, aut negotiorum præsentium incognitionem delapsus sum, sed si mihi ingenuè veritas fatenda est, longè sapientia excultior, ac in rebus humanis multo solertior atque prouidentior ex theatro regressus sum. Magis autem illud Homeri in præsentia adducere perpulchrum esse existimo, quòd is cui illud visum sit spectaculum,

Multorum gnarus simul oblectatus abiuit.

CR. O Dij immortales, Luciane, qualia pateris quem istorum ne pudeat quidem, sed iactãter etiam laudi tibi ducere videris! Igitur quod hac in re grauissimũ est, nullam spem curationis aut remedij nobis ostendisti, qui laudibus efferre audeas tam execranda & turpia. LVC. Age hoc mihi respõde Craton: istud de saltatione, tum ea quæ fieri in theatro consueuerũt,

καὶ τῆς Φαιδροπάτης κωμῳδίας, ἄφρ καὶ ἀναγώνια εἶ ἠξίωται. πολλῆς οὖν, ὦ γλυκύτατε, τῆς ἀπολογίας σοι δεήσει πρὸς τοὺς πεπαιδυμένους, εἰ βλὰξ μὴ πάντα πάσιν ἐκκεκρίσθαι, καὶ τῆς τῶν ἀσυνδέτων ἀγέλης ἐξεληλέσθαι. καίτοι τόγε ἄμεινον ἐκφυγεῖν ἐστίν, οἶμαι, ἀρνήσει δὲ πῶς ἰάσασθαι, καὶ μηδὲ τὸ ἀρχὴν ὁμολογεῖν τι τοιοῦτον ὑπενεγκεῖν σοι. πρὸς δὴ τοῦτον, ὅρα ὅπως μὴ λάθῃς ἡμῖν ἐξ ἀνδρὸς τὸ πάλαι, Λυδὴ τις ἢ Βάκχη γυμνόμενος. ὅπερ οὐ σὸν αὖ ἔγκλημα εἴη μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν, εἰ μή σε κατὰ τὸν Ὀδυσσέα τῷ λωτῷ ἀποπαύσαντες, ὅτε τὰς συνήθεις ἀφετερίας ἐπανάξομεν, πρὶν λάθῃς τελέως ἐπὶ τῶν θεάτρων σφρικῶν κατεχόμενος. καίτοι ἐκφυγεῖν μέν, τοῖς σοὶ μόνοις ἐπεβούλευον, καὶ ἀφ' οὗτο κηρὸν ἐδέησε πρὸς τὸν παράπλουν αὐτῶν. σὺ δὲ, καὶ δι' ὀφθαλμῶν ἔοικας ὅλως δεδουλῶσθαι. ΛΥΚΙΝ. παπαῖ, ὦ Κράτων, ὡς κεκραγέναι τινα ἔλυσας ἐφ' ἡμᾶς τὸν σαυτῆς κύνα. πλὴν τόγε παράδειγμα τὸ τῶν Λωτοφάγων, καὶ Σειρήνων εἰκότα, πάνυ ἀπομνημονεύτως μοι δοκεῖς εἰρηκέναι, ὧν πέπονθα. πρὸς ὅσον, τοῖς μὲν τοῦ λωτοῦ γλυκασμοῖς, καὶ τῶν Σειρήνων ἀκούσασιν, ὄλεθρος ἦν τῆς τε ἐδωδῆς, καὶ τῆς ἀκροάσεως τὸ ἐπιτίμιον. ἐμοὶ δὲ, πρὸς τῷ τὸ ἡδονὴν παραπολὺ ἡδίω πεφηνέναι, καὶ τέλος ἀγαθὸν ἀποβέβηκεν. οὔ γὰρ εἰς λήθην τῶν οἴκοι, οὐδ' εἰς ἀγνωσίαν τῶν κατ' ἐμαυτὸν πέπτωκα, ἀλλ' εἰ χρὴ μηδὲν ὑπόπτευτα εἰπεῖν, μακρῷ πενυτώτερος, καὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ δεξιώτερος, ἐκ τοῦ θεάτρου ἐπανελήλυθα. μᾶλλον δὲ ὅ τοῦ Ὁμήρου αὐτὸ εἰπεῖν καλόν, ὅτι ὁ τοῦτο ἰδὼν, ὅ θέαμα, Τερψάμενος νέηται, καὶ πλείονα εἰδώς. ΚΡΑ. Ἡράκλεις, ὦ Λυκῖνε, οἷα πέπονθας. ὃς οὐδ' αἰσχυνῇ ἐπ' αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ σεμνυνόμενός ἐοικας. ὃ γοῦν δεινότατον τοῦτό ἐστιν, ὅτι μηδὲ ἰάσεως τινὰ ἡμῖν ὑποφαίνεις ἐλπίδα, ἐπαινεῖν τολμῶν τὰ οὕτως αἰσχρὰ, καὶ καταθύμια. ΛΥΚΙΝΟΣ. Εἰπέ μοι, ὦ Κράτων, τοῦτο δὲ περὶ ὀρχήσεως, καὶ τῶν ἐν τῷ θεάτρῳ γυμνῶν ἰδὼν, πολλάκις

αὐτὸς ὑβριμᾶς, ἢ ἀπείρατος ὢν τῦ θεάμα- A
τος, ὅλως αἰσχρὸν αὐτὸ καὶ καταγέλαστον, ὡς
φῄς, νομίζῃς; εἰ μὲν γὰρ εἶδες, ὀξ ἴσου ἡμῖν
καὶ σὺ γελάσας· εἰ δὲ μή, ὅρα μὴ ἄλογος
ἡ ὑβριστίμησις εἶναί σου δόξῃ, καὶ θρασεῖα,
κατηγορῆσαι τῶν, ὧν ἀγνοεῖς. KPA. ἔπι γὰρ
τῦτό μοι τὸ λοιπὸν οὕτω ἐνβαθεῖ τούτῳ πώ-
γωνι, καὶ πολιᾷ τῇ κόμῃ, καθῆσθαι μέσον
ἐν τοῖς γυναίοις, καὶ τοῖς μεμηνόσιν ἐκεί-
νοις θεαταῖς, προσωπάτα τε περιθέσθαι, & ἐπαί-
νοις ἀπερεπέσιν ὑπιδοῦναι, ὀλέθρῳ τινὶ
ἀνθρώπῳ εἰς ὀφθὲν δέον καταχλωμιάσαι;
ΛΥΚΙΝ. σύγγνωσά σου τοῦτα, ὦ Κρά- B
τωνι· εἰ δέ μοι πειθεῖς ποτὲ, καὶ ὅσον πεί-
σεις ἕνεκα σῶφρονος ἑαυτὸν, ἀναπετάσας
τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὧν οἶδα, ὡς οὐκ ἀναγκαίο
ἀεὶ, μὴ οὐχὶ πρὸ τῶν ἄλλων θέαν ἐν ὑπιτη-
δείῳ καταλαμβάνων· ὅθεν καὶ ὄψει ἀκριβῶς,
καὶ ἀκούσῃ ἅπαντα. KPA. μὴ ὥσαιτο
ἄρα ἐκοίμιλλον, εἴ τι σιοῦτον ἀναγκαίμιλλον πο-
τέ, ἔστ' ἂν δασύς τε εἴλω τὰ σκέλη, καὶ ὁ
γλῶττον ἀνθρώπλος, ὡς νῦν γε καὶ σὲ ἤδη
ἐλεῶ, τελέως ἡμῖν ἐκβεβακχιλμένον.
ΛΥΚΙΝ. βλέφοῦν ἀφέμενος, ὦ ἑταῖρε, C
τῶν βλασφημιῶν τούτων, ἀκούσαί μου τι
περὶ ὀρχήσεως λέγοντος, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ κα-
λῶν, καὶ ὡς οὐ τερπνὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὠφέ-
λιμός ἐστι τοῖς θεωμένοις, καὶ ὅσα παιδεύει, &
ὅσα διδάσκει, καὶ ὡς ῥυθμίζει τῶν ὁρώντων
τὰς ψυχάς, καλλίστοις θεάμασιν ἐγκυμαίζου-
σα, καὶ ἀρίστοις ἀκούσμασιν ἐναρμοτείουσα,
καὶ κοινόν τι ψυχῆς καὶ σώματος κάλλος
ὑπιδεικνυμένη; ὃ γὰρ καὶ μὴ μουσικῆς, καὶ
ῥυθμοῦ, ταῦτα πάντα ποιεῖν, οὐ φόγος αὐ
αὐτῆς, ἀλλ' ἔπαινος αὐ εἴη. KPA. ἐμοὶ D
μὲν οὐ πάνυ σχολὴ μεμηνότος ἀνθρώπου ἀ-
κροᾶσθαι, τὸν νόσον τὸν αὑτῦ ἐπαινοιῶντος,
σὺ δὲ, εἰ βούλει, λῆρόν τινα καταπεδάσαί
μου, ἕτοιμος φιλικῶ τούτῳ λειτυργίαν
ὑποστῆσαι, καὶ παθεῖν τὰ ὦτα, καὶ ἀ-
νὺ κηροῦ παθεῖν τὴν φαύλων δυνά-
μενος. ὥστε ἤδη σιωπήσομαί σοι, καὶ λέγε
ὁπόσα ἐθέλοις, ὡς μηδὲ ἀκούοντός τινος.

corámne tibi visa sunt, vt ea ita crebrò probrosis dictis insecteris: aut an potiùs spectaculi prorsus expers atque ignarus, nihilo secus tamen illud vt turpe atque execrãdum (vt ais) existimas? Quòd si enim aliquando ea præsens vidisti, iam nobis & tu hac stulta spectandi curiositate paria fecisti. Sin non, vide ne parum modesta & nimis temeraria tua videatur esse insectatio, ea in crimen vocãs, de quibus nihil habes comperti. CRA. Ergo hoc mihi adhuc supererat, vt in tam profunda barba & cano capite sedere inter mulierculas, & insanientes illos spectatores, applaudens & præconiis ineptissimis acclamans homuncioni cuipiã perdito, nulla necessitate lacrymas profundenti? LV. Est equidem hoc tibi ignoscendũ ô Craton: illud tamen pro certo exploratũ habeo, si meis monitis morẽ gerens, tantum tempusculi spectandis saltationibus impertires, quantum vel periculo faciendo sufficeret, nihil tibi posthac rebus omnibus fore prius aut antiquius, quã vt loco cõmodo occupato, seruire queas spectaculis, vnde exactè & videre, & clarè audire possis omnia. CR. Nunquam ego forma fiam amabilis, si quid tale vnquã prudens ac sciẽs fecero, semper autem membris hirsutis, & barba incõpta atque horrida, vt me nunc tui ex animo miseret, omnibus modis insanientis. LVC. Vis ergo, ô amice, omissis blasphemiis atque conuiciis, arrectis auribus attentè mihi dare operam, nonnihil super saltatione, eiúsque virtutibus differenti, tum quemadmodum non solùm oblectamento sit spectantibus, verumetiam emolumento, tum quantis de rebus hominum animos commodè admoneat & erudiat: præterea quemadmodum spectantium mentes aptè componat, pulcherrimis exercens spectaculis, ac optimis præceptis imbuẽs: ad hæc communem quandam corporis & animæ pulchritudinem ostendens? Etenim quæ illi accedunt à Musica & modulationibus, hæc inquam omnia facere, non dedecori aut vituperio, sed illi potiùs laudi tribuenda sunt. CRAT. Quanquam mihi in præsentia otium non est insanientem hominem auscultandi, suum ipsius morbum laudibus efferẽtem, attamen si nugis & inanibus fabularum commentis me opplere tibi consultum factu visum est, paratus sum in hoc tibi officiosè inseruire, & aures præbere, vel sine cera inutilia verba obaudire valens. Quare compressa voce hanc tibi operam dabo. Dic verò quodcunque animo tuo libitum fuerit, quasi nemine auscultante.

LVC. Euge ô Craton, istuc ipsum omnium maximè mihi egenti in optatis fuit. Paulo enim pòst ipsa re comperies num nugæ tibi censendæ sint quæ in medium producturus sum. Ac principiò quidem illud planissimè mihi ignorare vidêre, quàm non nouitium inuentum sit saltatio, neque heri aut nuper natum & inceptum, puta apud maiores nostros, aut illorum: sed qui super saltationis ortu quàm verissima perscrutati sunt, affirmant, illam vnà cum mundi ac omnium rerum generatione natam esse, & cum Amore deo illo vetustissimo in lucem prodiisse. Etenim ipsa syderum chorea, & errantium cum non errantibus coniunctio, eorumdémque modulata atque concinna participatio, & illa bella, tum pulchrè instituta harmonia, primogenitæ saltationis argumenta fuere, & indicia certissima. Ea verò temporis progressu subinde incremẽtis aucta maioribus, neque non additiones melioris inuenti sortita non modicas, summo nunc absoluta videtur esse fastigio, ac res esse omnifariam varia, & omnibus modis concinna & congruens, tum bonum multiplicis ornatus & scientiæ. Hoc verò saltandi artificio aiunt Rheam potissimùm oblectatam, in Phrygia quidem Corybantas, in Creta autem Curetas saltare iussisse. Neque verò modicum cepit ex illorum arte compendium. Quippe circũsaltantes Iouem illi seruarunt incolumem, ita vt Iupiter non grauatè fateatur salutis contributæ præmia se illis debere, per illorum saltationem patrios dentes effugiens. Porrò autem hæc saltatio ab armatis desaltabatur, gladios ad scuta collidẽtibus, ac bellicum quiddam & attonitum saltantibus. Mox verò inter Cretenses vt quisque maximè nobilitate præcellebat, summo studio hanc rem exercentes, præstantissimi saltatores reddebantur, non tantùm homines priuati, & humili loco orti, sed nobiliores quoque, & regij sanguinis, & primates in populo. Homerus quoque Merionem non suggillare, verùm pulcherrimo laudis testimonio ornare volens, saltatorem nominauit: itaque in tantum claritudinis & notitiæ ob saltandi peritiam apud omnes venerat, vt hæc non Græci solùm de illo comperta tenerent, sed & Troianis hostibus non ignota forent. Videbant enim, vt mea est opinio, eius in bellando agilitatem, & concinnum membrorum motum, quæ ex saltatione in vsum conuersa peculiariter possidebat. Versiculi Homeri ad hunc loquuntur modum:

ΛΥΚ. Εὖγε, ὦ Κράτων, ἐκ τούτου ἐδεόμην μάλιστα. εἶσῃ γὰρ κατ' ὀλίγον εἰ λῆρος εἶναί σοι δόξῃ τὰ λεχθησόμενα, καὶ πρῶτόν γε ἐκεῖνο πάνυ ἠγνοηκέναι μοι δοκεῖς, ὡς ὑπερτέρην ὁ τῆς ὀρχήσεως ὑπετίθεμεν τοῦτό ἐστιν, οὐδὲ χθές, καὶ πρῴην ἀρξάμενον, οὐδ' ἐπὶ τοῖς πατράσιν ἡμῶν, ἢ τοῖς ἐκείνων, ἀλλ' οἵ γε παλαιότατοι ὀρχήσεως πέρι γενεαλογοῦντες, ἅμα τῇ πρώτῃ γενέσει τῶν ὅλων φαῖεν ἂν σοι καὶ τὴν ὄρχησιν ἀναφῦναι, τῷ ἀρχαίῳ ἐκείνῳ ἔρωτι συναναφανεῖσαν. ἡ γοῦν χορεία τῶν ἀστέρων, καὶ ἡ πρὸς πρὸς ἀπλανεῖς τ' πλανήτων συμπλοκή, καὶ ῥυθμοὶ αὐτῶν καινωνία, καὶ ἔμμετρος ἁρμονία, τῆς πρωτογόνου ὀρχήσεως δείγματά ἐστι. κατ' ὀλίγον δὲ αὐξανομένη, καὶ τῆς πρὸς τὸ βέλτιον ἀεὶ προσθήκης τυγχάνουσα, νῦν ἔοικεν ἐς τὸ ἀκρότατον ἀποτετελέσθαι, καὶ μεμῆσθαι ποικίλον τι, καὶ πολυάρμονιον, καὶ πολύμουσον ἀγαθόν. πρῶτον δέ φασι Ῥέαν ἡδεῖσθαι τῇ τέχνῃ, ἐν Φρυγίᾳ μὲν, τοὺς Κορύβαντας, ἐν Κρήτῃ δὲ, τοὺς Κουρῆτας ὀρχεῖσθαι κελεῦσαι, καὶ ἃ τὰ μέτεια ὠνήσατο τῆς τέχνης αὐτῶν. οἱ γὰρ περιορχούμενοι, διεσώσαντο αὐτῇ τὸν Δία, ὥστε καὶ σωτῆρα εἰκότως αὐτὸν ὁ Ζεὺς ὀφείλειν ὁμολογεῖν αὐλοῖς, ἐκφυγὼν δι' αὐτῶν ὄρχησιν τοὺς παρῳδοὺς ὀδόντας· ἐν ὅπλοις δὲ αὐτῶν ἡ ὄρχησις ἦν, τὰ ξίφη μεταξὺ κροτούντων πρὸς τὰς ἀσπίδας, καὶ πηδώντων ἔνθεόν τι, καὶ πολεμικόν. μετὰ δὲ, Κρησὶν οἱ κράτιστοι ἐπιτηδεύσαντες αὐτὸ, ἄριστοι ὀρχησταὶ ἐγένοντο, καὶ οἱ ἰδιῶται μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ βασιλικώτεροι, καὶ σπουδεύειν ἀξιοῦντες. ὁ γοῦν Ὅμηρος τὸν Μηριόνην οὐκ αἰσχύνας βουλόμενος, ἀλλὰ κοσμῆσαι, ὀρχηστὴν προσεῖπε, καὶ οὕτως ἄρα ἐπίσημος ἦν, καὶ γνώριμος ἅπασιν ἐπὶ τῇ ὀρχηστικῇ, ὥστε οὐ μόνοι οἱ Ἕλληνες ταῦτα ἠπίσταντο περὶ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ οἱ Τρῶες αὐτοί, καίτοι πολέμιοι ὄντες. ἑώρων γὰρ, οἶμαι, καὶ τὸν τοῦ πολεμεῖν αὐτοῦ εὐφυΐαν, καὶ εὐρυθμίαν, οἷα ὀρχήσεως ἐκέκτητο. φησὶ δὲ τὰ ἔπη ὧδέ πως,

Μηριόνη, τάχα κέν σε καὶ ὀρχηστὺν ἐόντα,
Ἔγχος ἐμὸν κατέπαυσε·

καὶ ὅμως οὐ κατέπαυσεν αὐτόν. ἅτε γὰρ ἠσκημένος ἐν τῇ ὀρχηστικῇ, ῥᾳδίως οἶμαι διεδίδρασκε τὰς ἐπ' αὐτὸν ἀφιεμένας τῶν ἀκοντίων. πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους τῶν ἡρώων εἰπεῖν ἔχων τοῖς αὐτοῖς ἐγγεγυμνασμένους, καὶ τέχνῃ τὸ πρᾶγμα πεποιημένους, ἱκανὸν ἡγοῦμαι τὸν Νεοπτόλεμον, Ἀχιλλέως μὲν παῖδα ὄντα, πολὺ δὲ διαφέροντα ὅτι τῇ ὀρχηστικῇ, καὶ εἶδος ὃ κάλλιστον αὐτῇ προστεθεικότα, Πυρρίχιον ἀπ' αὐτοῦ κεκλημένον. καὶ ὁ Ἀχιλλεὺς ταῦτα ἅτε τοῦ παιδὸς πεπυθανόμενος, μᾶλλον ἔχαιρεν, οἶμαι, ἢ ὅτι τῶν κάλλει, καὶ τῇ ἄλλῃ ἀλκῇ αὐτοῦ. Διαφθορὰν μὲν Ἰλίου τέως ἀνάλωτον οὖσαν ἡ ἐκείνου ὀρχηστικὴ καθεῖλε, καὶ εἰς ἔδαφος κατέῤῥιψε. Λακεδαιμόνιοι μὲν, ἄριστοι Ἑλλήνων δοκοῦντες εἶναι, παρὰ Πολυδεύκους καὶ Κάστορος καρυατίζειν μαθόντες (ὀρχήσεως δὲ καὶ τοῦτο εἶδος, ἐκ Καρύας τῆς Λακωνικῆς διδασκόμενον) ἅπαντα μετὰ μουσῶν ποιοῦσιν, ἄγει τοῦ πολεμεῖν πρὸς αὐλὸν, καὶ ῥυθμὸν, καὶ σύμπαντον ἔμβασιν τοῦ ποδὸς καὶ τὸ σφῶν σεμνὸν Λακεδαιμονίοις πρὸς τὴν μάχην ὁ αὐλὸς ἐνδίδωσι. διαφέρουσι καὶ ἐκεῖνα ἁπάντων, μουσικῆς αὐλοῖς καὶ εὐρυθμίας ἡγουμένης. ἴδοις δ' ἂν καὶ τοὺς ἐφήβους αὐτοῖς οὐ μεῖον ὀρχεῖσθαι ἢ ὁπλομαχεῖν μανθάνοντας. ὅταν γὰρ ἀκροχειρωσάμενοι, καὶ παίσαντες ἀλλήλους, καὶ παθόντες, ἐν τῷ μέρει παύσωνται, εἰς ὄρχησιν αὐλοῖς ἡ ἀγωνία τελευτᾷ. καὶ αὐλητὴς μὲν, ἐν τῷ μέσῳ κείμενος ἐπαυλεῖ, καὶ κτυποῦσι τῷ ποδὶ, οἱ δὲ, κύκλῳ τοῖχον ἀλλήλοις ἐπόμενοι, σχήματα πολιτικὰ ἐπιδείκνυνται, πρὸς ῥυθμὸν ἐμβαίνοντες, ἀρτὶ μὲν πολεμικὰ, καὶ μετ' ὀλίγον δὲ χορευτικὰ, τῷ Διονύσῳ καὶ Ἀφροδίτῃ φίλα. διαφέρουσι καὶ ᾧ ἆσμα, ὃ μεταξὺ ὀρχούμενοι ᾄδουσιν, Ἀφροδίτης ἐπίκλησίς ἐστι, καὶ Ἐρώτων, ὡς συγκωμάζοιεν αὐλοῖς, καὶ συνορχοῖντο. καὶ ἄδεται δὲ τῶν ἀσμάτων (δύο γὰρ ᾄδεται) διδασκαλίαν ἔχει ὡς χρὴ ὀρχεῖσθαι.

A *Te citò Merione, quanuis ſaltare peritum,*
Strauiſſem in dura confoſſum cuſpide pugna.

Tametſi eundem non ſtrauerat: vt enim in ſaltando ſemet magno ſtudio exercuerat, ſic facilè, vt opinor, effugiebat iacula in eum contorta atque emiſſa. Iam quanquam & alios complures ex heroibus enumerare poſſim eo ipſo ſaltandi ſtudio diligẽtiſſimè exercitatos, quíque ex hac ipſa re artem fecerint: ſufficere tamen ſuſpicor vno à me producto Neoptolemo Achillis filio, qui vſque adeò hoc præcelluit artificio, vt cùm ſpeciem quoque ſaltandi pulcherrimam ſibi adieciſſet, Pyrrhichij nomẽ ab illo acceperit. Achilles quoque ipſe his de filio ſuo inauditis, maiori gaudio ſuffuſus eſt, vt ego exiſtimo, quàm propter eius formę pręſtantiã, & membrorum robur inſuperabile. Atqui interea ſemper Ilion fuit inexpugnabile, donec illius ſaltatione captum concideret, & direptum ſolo æquaretur. Lacedæmonij quoque, qui Gręcorum præſtantiſſimi eſſe cenſebãtur, cùm à Caſtore & Polluce caryatiſſare perdidiciſſẽt, quæ ſaltationis ſpecies à Caryis vrbe Laconiæ ducta erat, omnia cum carminibus facere ſoliti ſunt, adeò vt ad tibiarũ quoque modulos & rhythmum, & moderatũ pedis ingreſſum, prælium committere illi genti moris fuerit. Ac primùm quidem conſerendarum manuum ſignum Lacedæmoniis tibia dari ſolitum eſt: proinde de omnibus quoque reportant victoriã, muſica & modulorum concinnitate illos ducente. Videres itaque illorum ephebos nihilo minore cura ſaltationi quàm armis exercendis dare operam. Vbi enim iam ſummis colluctati ſunt digitis, ac mutuis ictibus ſemet ceciderunt, quieſcunt parumper, & omne illorum certamen in ſaltationem ſolutum cõuertitur. Quorum in medio tibicen locatus eſt, tibiam incinens, ac pedibus inſtrepens. Cæterùm illi per ordinem alter alterum ſequentes, omnigenas figuras corporis agilitate exprimunt ad rhythmum ingredientes, alias quidem bellicas, alias verò ſaltatorias, quæ Baccho & Veneri gratæ ſunt. Quinetiam cantus quem inter ſaltandum modulantur, Veneris & Cupidinum cognomento nobilitatus eſt, quaſi vnà cum Venere & Cupidinibus communi choreæ ſaltationi indulgerent. Et altera quidem cantilena (duæ enim canuntur) rationem quoque & præcepta ſaltandi in ſe complectitur.

B

C

D *Neoptolemus.*

Laconum ſaltatio.

Procul,ai unt,ô pueri,promouete pedem & ſaltate perfectiùs. Non diſparia faciũt quibus Hormum ſaltare curæ eſt. Hormus autem genus ſaltationis eſt adoleſcentibus virginibúſque commune,alternatim ad choream diſpoſitis, vt planè hormum, hoc eſt, ſegmentum,referant. Solet autem adoleſcens chorum ducere more iuuenili ſaltans,quo poſtea in adoriendis hoſtibus vſurus ſit. Sequebatur hunc puella modeſtia quadam conſpicua, quæ fœmineum ſaltum decẽter admodum peragebat: vt hormum ex temperantia & fortitudine cõpoſitum rectè dicere poſſimus. Cæterũ quæ Homerus ſuper Ariadne in clypeo memoriæ prodidit,déque choro quem illi Dædalus inſtituerat,ea,vt iam olim tibi lecta,prętеribo ſilẽtio: Præterea duos illos ſaltatores, quos eodem in loco Poëta Cybeſteteras vocat chorum ducentes: Rurſus quæ in clypeo memorat,

In medióque duos iuuenes agitare choreas
Cernere erat,

tanquam rem omniũ pulcherrimã,ſaltationem Vulcanus clypeo addidiſſet. Etenim Phæacas ſaltatione,vt par erat, vehementer fuiſſe oblectatos,mirum videri non debet,cùm tantis affluerent deliciis, ac in omni rerum abundantia & fortunæ indulgentia victitarent. Quare Homerus Vlyſſem ex omnibus quæ viſenda apud Phæacas conſpexerat,hoc cum primis admirantem teſtatur, agiléſque pedum motiones ſpectantem. Iam in Theſſalia eouſque progreſſum eſt ſaltationis exercitium, vt populi præſides, & anteſignanos illorum, præſaltatores vocare non dubitarint. Cui rei etiamnum ſtatuarum inſcriptiones & tituli ſuo ſuffragantur teſtimonio, quas iis qui in bello optimam nauaſſent operam, erexerunt. Prætulit inquit,pręſaltatorem ciuitas. Et iterum, Eilationi poſuit hanc imaginem populus, propterea quòd pugnam probè deſaltarit. Mitto illud, apud veteres nullas vnquam fuiſſe celebratas feſtiuitates aut ceremonias citra ſaltationem: quippe quas ab Orpheo & Muſæo optimis tunc ſaltatoribus conſtitutas fuiſſe ſatis certè conſtat, qui & hoc, vt cætera omnia, vt honeſtiſſimum quiddam legibus ſanxiſſe videntur, initiari cum rythmo & ſaltatione. Quòd autem hoc ita ſe habeat, reticenda erant orgia, propter prophanos nondum initiatos. Illud autem omnes audiunt, quòd ij qui linguæ vitio atque incontinentia myſteria prodidiſſent, plerique eos deſaltaſſe dictitarent.

πόρρω γὰρ φασιν, ὦ παῖδες, πόδα μεπάβατε, καὶ κωμάσατε βέλτιον, τουτέστιν, ἀμείνον ὀρχήσασθε. ὅμοια δὲ καὶ οἱ τὸν ὅρμον καλούμενον ὀρχούμενοι ποιοῦσιν. ὁ δὲ ὅρμος, ὄρχησίς ἐστι κοινὴ ἐφήβων τε, καὶ παρθένων, πρὸς ἕνα χορεύοντων, καὶ ὡς ἀληθῶς ὅρμῳ ἐοικότων. καὶ ἡγεῖται μὲν ὁ ἔφηβος, τὰ νεανικὰ ὀρχούμενος, καὶ ὅσοις ὕστερον ἐς πολέμους χρήσεται, ἡ παρθένος δὲ ἕπεται κοσμίως, ὅ ἔτι καλὸν χορεύειν διδάσκουσα, ὡς ἐν τῷ τὸν ὅρμον ἐκ σωφροσύνης καὶ ἀνδρίας πλεκόμενον. καὶ αἱ γυμνοπαιδίαι δὲ, αὐτοῖς ὁμοίως ὄρχησίς ἐστιν. ἃ δὲ Ὅμηρος ἐπὶ τῇ Ἀριάδνῃ πεποίηκε, καὶ τὸν χορὸν, ὃν αὐτῇ Δαίδαλος ἔσκησεν, ὡς ἀνεγνωκότι σοι παρίημι· καὶ τοὺς ὀρχηστὰς δὲ τοὺς δύο, οὓς ἐκεῖ ὁ ποιητὴς κυβιστητῆρας καλεῖ, ἡγουμένους τοῦ χοροῦ· καὶ πάλιν, ἃ ἐπὶ τῇ ἀσπίδι λέγει· Κοῦροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον. ὡς τι κάλλιστον τοῦτο τοῦ Ἡφαίστου ἐμποιήσαντος τῇ ἀσπίδι. τοὺς μὲν γὰρ Φαίακας καὶ πάνυ εἰκὸς ἦν ὀρχήσει χαίρειν, ἁβρούς τε ὄντας, καὶ ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ διατρίβοντας. ὁ γοῦν Ὅμηρος τοῦτο αὐτῶν μάλιστα θαυμάζοντα πεποίηκε τὸν Ὀδυσσέα, ἐν τοῖς μυρμύγαις τῶν ποδῶν θεώμενον. ἐν μὲν γε Θεσσαλίᾳ, τοσοῦτον ἐπέδωκε τῆς ὀρχηστικῆς ἡ ἄσκησις, ὥστε τοῖς προεστῶσι καὶ προαγωνιστὰς αὐτῶν, προορχηστῆρας ἐκάλουν. καὶ δηλοῦσι τοῦτο αἱ τῶν ἀνδριάντων ἐπιγραφαί, οὓς τοῖς ἀριστεύουσιν ἀνίστασαν. Προὔκεινε γάρ, φησι, προορχηστῆρα ἡ πόλις. καὶ αὖθις, Εἰλατίωνι τὰς εἰκόνας ὁ δῆμος, ὅτι ὀρχησαμένῳ τὰν μάχαν. ἐγὼ λέγω ὅτι τελετὴ ἀρχαία σοφιστῶν ἐστὶν εἰπεῖν, ἀλλ' ὀρχήσεως, Ὀρφέως δηλαδὴ, καὶ Μουσαίου, καὶ τῶν τότε ἀρίστων ὀρχηστῶν καταστησαμένων αὐτὰς, ὡς τι κάλλιστον καὶ τοῦτο νομοθετησάντων σεμνὸ ῥυθμῷ, καὶ ὀρχήσει μυεῖσθαι. ὅτι δ' οὕτως ἔχει, τὰ μὲν ὄργια σιωπᾶν ἄξιον, τῶν ἀμυήτων ἕνεκα. ἐκφέρειν δὲ πάντες ἀκηκόασιν, ὅτι τοὺς ἁρμονίαν διαστρέψαντας τὰ μυστήρια, ἐξορχεῖσθαι λέγεσιν οἱ πολλοί.

ἐν Δήλῳ δέ τε οὐδὲ αἱ θυσίαι αὐτῶν ὀρχήσεως
ἀλλὰ σεμνῶ ταύτῃ, καὶ μετὰ μουσικῆς ἐγίνοντο.
παίδων χοροὶ σωνελθόντες ἐν αὐλῷ, καὶ κι-
θάρᾳ, οἱ μὲν ἐχόρευον, ὑπωρχοῦντο δὲ οἱ ἄ-
ειστοι, προεκριθέντες ὄξ αὐτῶν. τὰ γοῦν τοῖς
χοροῖς γραφόμενα τοιαῦτα ἄσματα, ὑπορ-
χήματα ἐκάλεσε, καὶ ἐμπέπλεσο τῶν τοιούτων
ἡ λύρα. καὶ τί σοι τοὺς Ἕλληνας λέγω, ὅπου καὶ
Ἰνδοὶ, ἑῷθεν ἀναστάντες, προσεύχον-
ται Ἥλιον, οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς τῇ χειρὶ κύπτο-
ντες, ἢ γόνυ κλίναντες ἐπὶ τῇ ἀνατολῇ, ἀλ' ἐκφανοῖ πρὸς τὴν ἀνατολὴν στάντες, ὀρ-
χήσει τὸν Ἥλιον ἀσπάζονται, σχηματίζοντες
ἑαυτοὺς σιωπῇ, καὶ μιμούμενοι τῇ χορείᾳ τὸν
θεόν· καὶ τοῦτ' ἔστιν Ἰνδῶν ἡ εὐχὴ, ἡ χορεία, καὶ θυ-
σία. διὰ καὶ τούτοις ἱλεοῦνται τὸν θεὸν δὶς, καὶ ἑσπε-
ρινῆς καὶ δυσμικῆς τῆς ἡμέρας. Αἰθίοπες
δέ τε, καὶ πολεμοῦντες, σὺν ὀρχήσει αὐτὸ δρῶ-
σι· καὶ γὰρ ἀφίη ὁ θέλος Αἰθίοψ αἰπὺ, ἀφε-
λὼν τῆς κεφαλῆς (ταύτῃ γὰρ αὖτι φαρέτρας
χρῶνται, περιδέοντες αὐτῇ ἀκτινηδὸν τὰ θέ-
λη) εἰ μὴ πρότερον ὀρχήσαιτο, καὶ τῷ σχήμα-
τι ἀπειλήσῃ, καὶ προεκφοβήσῃ τῇ ὀρχήσει
τὸν πολέμιον. ἄξιον δ', ἐπεὶ τῷ Ἰνδικῷ καὶ τὴν
Αἰθιοπίαν διεξεληλύθαμεν, καὶ ἐς τὸν γείτο-
να αὐτῷ Αἴγυπτον καταβῶμεν τῷ λόγῳ.
δοκεῖ γάρ μοι ὁ παλαιὸς μῦθος καὶ Πρωτέα
τὸν Αἰγύπτιον, οὐκ ἄλλό τι ἢ ὀρχηστήν τινα γενέ-
σθαι λέγειν, μιμητικὸν ἄνθρωπον, καὶ πρὸς
πάντα σχηματίζεσθαι, καὶ μεταβάλλεσθαι δυνά-
μενον, ὡς καὶ ὕδατος ὑγρότητα μιμεῖσθαι, καὶ
πυρὸς ὀξύτητα ἐν τῇ τῆς κινήσεως φοδρό-
τητι, καὶ λέοντος ἀγριότητα, καὶ πρὸς πάρδαλεως
θυμὸν, καὶ δένδρου δόνημα· καὶ ὅλως, ὅ, τι καὶ
θελήσειεν. ὁ δὲ μῦθος παραλαβὼν πρὸς τὸ
παραδοξότερον, τῇ φύσιν αὐτοῦ διηγήσατο,
ὡς γινομένου ταῦτα, ἃ ὁρᾷ ἐμιμεῖτο· ὅπερ δὴ
καὶ τοῖς νεῶν ὀρχουμένοις προσέοικεν. ἴδοις τ' ἂν
ἤδη αὐλοὺς πρὸς τὸν αὐτὸν καιρὸν ὠχέως διαλ-
λαττομένους, καὶ αὐτὸν μιμουμένους τὸν Πρωτέα.
εἰκάζω δὲ χρῆναι καὶ τῷ Ἐμπούσῃ τὴν ἐς μυ-
ρίας μορφὰς μεταβαλλομένῳ, τοιαύτῳ τι-
νὰ ἄνθρωπον ὑπὸ τοῦ μύθου παραδεδόσθαι.

A Porrò autem in Delo nulla ſacra peragebantur, quibus ſaltatio non fuiſſet adhibita, ſed & cum illa & cum muſica cuncta perſoluebantur. Ingreſſi verò puerorum chŏri, tibia & cithara præcinentibus ſaltabant, quos ſubſecuti optimi facto delectu choreis excipiebant. Itaque & cantilenas illiuſmodi choris conſcriptas hyporchemata nominare conſueuerunt, talibúſque lyra impleta fuerat. Quid verò Græcorum gẽtes tibi commemorem, cùm Indi quoque poſteaquam mane è ſtrato ſurrexerint, Solem precibus venerati fuerint, non quemadmodum nos deoſculata manu perfectam precationem eſſe arbitramur, verùm illi ad orientem conuerſi, ſaltatione Solem conſalutant, ſed cum ſilentio ſeipſos conformantes, dei choream imitari atque effingere conantur? Et hæc Indorum eſt precatio, & chori, & ſacrificium. Duabus verò vicibus ad hunc modum Deum placare ſolent, nempe mane, & veſperi. Atenim Æthiopes non alia quàm ſaltandi ratione illatis iam ſignis bellum ingrediuntur, nec quiſquam Æthiopum vel ſagittam excuſſam emitteret auulſam à capite (hoc enim vice pharetræ vtuntur, radiorum inſtar tela capiti circũponentes) niſi priùs ſaltauerit, & ſaltatione hoſti terrorem incuſſerit. Conſentaneum verò eſſe opinor, poſteaquam totam Indiam & Æthiopiam peragrauimus, vt in vicinam Ægyptum oratione diuertamus. Etenim vetus illa fabula Proteum Ægyptium nihil aliud quàm ſaltatorem fuiſſe eximium, mihi planè confirmare videtur, hominem effingendi imitandíque peritum, quíque ſemet in varias rerum facies demutare & transformare potuerit, vt modò in aquas tenues dilapſus abiret imitando, modò ignis celeritatem & vehementiam agilitate corporis, modò leonis immanitatem, ac Pardalis impetum, deinde arboris motum flexibilem, poſtremò in ſumma quicquid collibuiſſet, exprimeret. Cæterùm fabula eas Protei proprietates ad inuſitatiorem opinionem detorquens, eam eius naturam fuiſſe commenta eſt, quaſi ea ipſa quoque fieret, quæcumque ſaltandi artificio imitaretur. Qua facultate & eos qui hodie ſaltationibus nauant operam, præditos eſſe animaduertimus, videáſque illos eodẽ tempore diuerſiſſimis modis immutari, ac planè ipſius Protei eſſe æmulos. Et ſi quid coniectura aſſequendum eſt, & Empuſam ſuſpicor (quæ & ipſa in varias rerũ facies ſemet transfundere dicta eſt) non aliam quàm ſaltatricem fuiſſe, fabularum inuolucro ſignificare voluiſſe homines.

Ad hæc iuſtum eſſe opinor, ne Romanorum quidem ſaltationem præterire tacitam, quam nobiliſſimi quique illorum, quos vocant Salios (eſt autem nomen ſacerdotij) Marti Deo bellicoſiſſimo ſaltant grauiſſimè, & religioſiſſimè. Neque verò Bithynicæ fabulæ commentum ab Italorum inſtituto abhorret admodum, perhibentium Priapum Deum bellicoſum, vnum vt opinor, ex Titanibus, aut Idæis Dactylis, illud opus factum, rebus militaribus inſtituendum fuiſſe, quem Mars à Iunone offerente acceptum adhuc puerum, durum porrò, & rudem, & ſupra modum virilem, non priùs amorũ peritum reddidit, quàm perfectum eundem ſaltatorem effeciſſet. Quamobrem & merces illi à Iunone deſtinata eſt, vt ab illo ſemper decimam partem ſpoliorum in bello partorum reciperet. Vt autem Dionyſiaca & Bacchica tibi expediam, opinor te non expectaturum vt audias, cuius tota actio nihil aliud quàm ſaltationem complectitur. Cùm itaque tria ſint celeberrimarum ſaltationum genera, Cordacis & Sicinnidis & Emmelię, Bacchi miniſtri Satyri his à ſe ipſis inuentis, de ſe cuique nomen indiderũt: & hac ſaltandi arte vtens Bacchus, Tyrrhenos & Indos & Lydos deuictos ſubiugauit, ac gentes adeò bellicoſas ipſis ſaltem thyrſis deſaltauit. Quocirca, ô admiranda, vide ne parum pium aut religioſum ſit crimen vocare exercitum adeò diuinum & myſticum, & cui colendo tanti Dij nauarint operam, quódque in illorum honorem & cultum toties peragitur, inſuper quod tantum oblectamentum ſimul atque inſtitutionem adeò vtilem exhibere ſolet. Illud ego demiror, non ignorans, Homeri atque Heſiodi te amatorẽ eſſe maximum (iterum enim ad poëtas me conferam) qua fronte illis contradicere audeas, præ omnibus ſaltationem ſummè laudantibus. Siquidem Homerus cùm res mortalium longè iucundiſſimas iuxtà ac elegantiſſimas vno quaſi faſce coniunctim efferret, nempe ſomnum, amorem, cantum, atque ſaltationem: hanc tamen ſolam præclaro nobilitauit encomio, inculpata eadem nominata, aſcribens per Iouem cantui dulcedinem, quæ vtraque ſaltandi artificio adeſſe videmus, & dulces modulos, & ſaltationem inculpatam, quam vituperare cogitas. Rurſus alia in parte ſuæ poëſeos ita inquit:

Saliorum apud Rom. ſaltatio.

Priapi.

Saltationum genera tria.

A ὁπὶ τούτοις δίκαιον, μηδὲ τῆς Ρωμαίων ὀρχήσεως ἀμνημονεῖν, ἰὼ οἱ βιβλιέσατοι αὐτῶν τῷ πολεμικωτάτῳ τῶν θεῶν Ἄρει, οἱ Σάλιοι καλούμενοι (ἱεροσυλίας δὲ τοῦτο ὄνομα) ὀρχοῦνται σεμνοτάτην τε ἅμα, καὶ ἱεροπρεπῆ. Βιθυνὸς δὲ μῦθος καὶ οὗτος, οὐ πάνυ τῶν Ἰταλιωτικῶν ἀλλότριος, οἱ τὸν Πρίαπον δαίμονα πολεμιστὴν, τῶν Τιτάνων, οἶμαι, ἕνα, ἢ τῶν Ἰδαίων δακτύλων, τοῦτο ἔργον πεποιημένον, ὃ σκόπελια παιδνύσθαι, ἀθλαβόντα παρὰ τῆς Ἥρας τὸν Ἄρη, παῖδα μὲν ἔτι, σκληρὸν δὲ, καὶ πέρα τοῦ μετρίου
B ἀνδρικόν, μήπω τε ἔτερον ὁπλομαχεῖν διδάξαι, πρὶν τέλειον ὀρχηστὴν ἀπεργάσατο. Ὃ ὁπὶ τούτῳ καὶ μισθὸς αὐτῷ παρὰ τῆς Ἥρας ἐλήφθη, δεκάτην ἀεὶ τῶν ἐκ τοῦ πολέμου περιγιγνομένων τῷ Ἄρει, παρ' αὐτοῦ λαμβάνειν. Τὰ μὲν γὰρ Διονυσιακὰ, καὶ Βακχικὰ, οἶμαί σε μὴ προσδοκᾶν ἐμοῦ ἀκούσαι, ὅτι ὄρχησις σχεδὸν πάντα ἐστίν. τρισὶν γοῦν
C οὖσιν τῶν θυμικωτάτων ὀρχήσεων, Κόρδακος, καὶ Σικιννίδος, καὶ Ἐμμελείας, οἱ Διονύσου θεράποντες, οἱ Σάτυροι, ταύτας ἐφευρόντες, ἀφ' αὑτῶν ἑκάστην ὠνόμασαν. ᾗ ταύτῃ τῇ τέχνῃ χρώμενος ὁ Διόνυσος, Τυῤῥηνοὺς, καὶ Ἰνδοὺς, καὶ Λυδοὺς ἐχειρώσατο, καὶ φόβον οὕτω μάχιμον τοῖς αὐτοῖς θιάσοις κατωρχήσατο. ὥστε, ὦ θαυμάσιε, ὅσα μὴ αἰσθάνῃ, κατηγορεῖν ὑπερδύμαρος θείου τε ἅμα, καὶ μυστικοῦ, καὶ τοσούτοις θεοῖς ἐσπουδασμένου, καὶ ὅτι τιμῇ αὐτῶν δρωμένου, καὶ τοσαύτην τέρψιν ἅμα, καὶ παιδείαν ὠφέλιμον παρεχομένου. θαυμάζω δέ σου καὶ ταῦτα, εἰδὼς Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου μάλιστα ἐρασθέντα· ὅπως σε (αὖθις γὰρ ὅτι τοῖς ποιηταῖς ἐπέρχομαι) πῶς οἴεσθαι χρὴ ταῦτα
D λέγειν τολμᾶν, περὶ τῶν πάντων ὄρχησιν ἐπαινοῦσιν. ὁ μὲν γὰρ Ὅμηρος τὰ ἥδιστα καὶ κάλλιστα καταλέγων, ὕπνον, καὶ φιλότητα, καὶ μολπὴν, καὶ ὄρχησιν, μόνῃ ταύτῃ ἀμώμητα ὠνόμασε, προσμαρτυρήσας, νὴ Δία, καὶ ὅ ἡδὺ τῇ μολπῇ, ἄτερ ἀμφοτέρων τῇ ὀρχηστικῇ προσεῖναι, καὶ ὡδὴν γλυκεῖαν, καὶ ὀρχησμὸν ἀμώμητον, ὃν σὺ νῦν μεμῶσθαι ὑπονοῇς. καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ μέρει τῆς ποιήσεως·

Αλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήια A
ἔργα,
Αλλῳ δ' ὀρχηςμῷ τε, καὶ ἱμερόεντι
ἀοιδῷ.

Iuppiter hunc belli reddit virtute potentem,
At leuibus membris alium ſaltare peritum:
Eſt quem dulciſona ſuſtollit voce canendi.

Ἱμερόεντα γὰρ ὡς ἀληθῶς, ἢ μετ' ὀρχήσεως ᾠδή, καὶ δῶρον θεῶν τοῦτο κάλλιστον. καὶ ἔοικεν εἰς δύο διηρηκὼς ὁ Ομηρος τὰ πάντα πράγματα, πόλεμον, καὶ εἰρήνην, τοῖς τοῦ πολέμου μόνα ταῦτα ὡς κάλλιστα ἀπιστεικέναι. ὁ δὲ Ησίοδος, οὐ πρὸ ἄλλου ἀκούσας, ἀλλ' ἰδὼν αὐτὸς ἑωθεν ἀθρόους ὀρχουμένας τὰς Μούσας, ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπῶν τοῦτο περὶ αὐτῶν μέγιστον ἐγκώμιον διηγεῖται, ὅτι περὶ κρήνην ἰοειδέα πόσσ' ἁπαλοῖσιν ὀρχεῦνται, τοῦ πατρὸς τὸν βωμὸν περιχορεύουσαι. σὺ δὲ μοι, ὦ γενναῖε, μονονουχὶ θεομαχῶν, ὑβρίζεις τῷ ὀρχηστικῷ. ὁ Σωκράτης δὲ, σοφώτατος ἀνὴρ, εἴγε πιστευτέον τοῦτο περὶ αὐτοῦ λέγοντι τῷ Πυθίῳ, οὐ μόνον ἐπῄνει τὸν ὀρχηστικὸν, ἀλλὰ καὶ ἐμανθάνειν αὐτὸν ἠξίου, μέγιστον νέμων ῥυθμίᾳ καὶ εὐμουσίᾳ, καὶ κινήσει ἐμμελεῖ, καὶ εὐσχημοσύνῃ τοῦ κινουμένου, καὶ οὐκ ᾐδεῖτο γέρων ἀνὴρ, ἐν τοῖς ἀσυδαιοτάτοις μαθήμασιν καὶ τοῦτο μανθάνων εἶ· καὶ ἔμελλέ γε σχολὴν περὶ ὀρχηστικὸν οὐ μετρίως ἀσυδάπανον, ὅσην καὶ τὰ μικρὰ οὐκ ὤκνει μανθάνειν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ διδασκαλεῖα τῶν αὐλητρίδων ἐφοίτα, καὶ πρὸ ἑταίρας γυναικὸς οὐκ ἀπηξίου ἀσυδαῆ τι ἀκούειν τῆς Ασπασίας· καίτοι σχολὴν ἄγοντι ἀρχομένῳ ἐώρα τὸν τέχνην, καὶ οὐδέπω εἰς τοσοῦτον κάλλος διηρθρωμένην. εἰ δὲ τοῖς νῦν ὅτι μέγιστον προσαγορεύεις αὐτὸν ἐθέλεις, οἶδα, πάντων αὖ σχολὴν γε ἀφέλιμος, μόνῳ τῷ θεάματι τούτῳ τὸν νοῦν αὖ προσσχεῖν, καὶ τοῖς παῖδας σὺν αὖ ἄλλο τι πρὸ αὐτοῦ ἐκδιδάξαι. δοκεῖς δέ μοι ὅταν κωμῳδίαν καὶ τραγῳδίαν ἐπαινῇς, ὑπολελῆσθαι ὅτι καὶ ἐν ἑκατέρᾳ σχεδὸν ὀρχήσεως ἴδιόν τι εἶδος ἔστιν, οἶμαι, τραγικὴ μὲν, ἡ Εμμέλεια· κωμῳδικὴ δὲ, ὁ Κόρδαξ. ἐνίοτε δὲ καὶ τρίτη, Σικιννίδος προσλαμβανομένης. ἐπεὶ δὲ ἐν ἀρχῇ καὶ προετίμησας τῆς ὀρχήσεως, τὴν τραγῳδίαν, καὶ τὴν κωμῳδίαν, καὶ αὐλητὰς κυκλίους, καὶ κιθαρῳδίαν, ἀγῶνα ταῦτα,

Suauis profectò eſt vocum modulatio, quæ ſaltationi adiuncta eſt, ac munus quod à diis immortalibus præſtari potuit longè pulcherrimum. Ac mihi apparet Homerus omnes res mortalium in duo tantùm diuiſiſſe, nempe in bellum, & pacem: cæterùm rebus bellicis tantùm hęc tanquam præſtantiſſima ſtudia pacis oppoſuiſſe. At verò Heſiodus, qui non ab alio percenſente hoc auditu percepit, ſed ipſe ſtatim ſub aurorę exortum Muſas ſaltantes viderit, in carminis ſui initio de illis hoc ſummum & elegantiſſimum referre non eſt veritus encomium, nimirum eas circa fontem floridum mollibus ſaltare pedibus, iuxta patris aram agentes tripudium. At tu, ô generoſe, tantumnon cum Diis ipſis pugnans, ſaltationem conſcindis contumelioſis conuiciis. Cæterùm ipſe Socrates, vir omniũ ſapientiſſimus, ſi Pythio hoc illum teſtimonio cohoneſtanti fides habenda eſt, non tantùm ſaltationem laudibus extulit, ſed illam quoque diſcere non erubuit aut grauatus eſt, plurimum tribuens venuſtæ concinnitati & elegantiæ, tum apto motui, neque non mouentis afformationi. Nec veritus eſt iam natu grandior ſaltationem inter ſerias habere diſciplinas: videbatúrque non parum huic rei perdiſcendæ impenſurus operæ, quem leuiora ac viliora perdiſcere non piguit: ſed tibicinarum quoque ſcholas frequẽtare ſolebat, neque à meretrice muliere Aſpaſia quiddam audire dedignatus eſt. Atqui ille artem non ita pridem natam vidit, necdum tanta elegantia & pulchritudinis acceſſione auctam & elatam. Qui ſi nunc eos quorum opera in ſummum vſque faſtigium euecta eſt, ſpectaret, ſat ſcio illum omnibus reliquis poſthabitis, hiſce tantùm ſpectaculis operam daturum, neque puerosquicquam perinde atque ſaltationem docturum. Videris autem mihi, laudans Comœdiã atque Tragœdiam, oblitus eſſe, in vtraque illarum proprium quoddam ſaltationis genus exerceri, ac tragicam quidẽ eſſe Emmeliam, comicam verò eſſe Cordaca: nonnunquam vſurpari & tertiam, nempe Sicinnidẽ. Poſtea verò quàm in principio ſaltationi tragœdiam & comœdiam, tibicináſque & citharam anteferre nõ dubitaris, tanquam iſta in certamen veniant,

atque per hoc grauia dicenda sint, age vicissim ista singulatim excutiamus, tibias autem & citharam relinquamus. Etenim & istæ saltationis partes sunt ducendis choreis subseruientes. Porrò autem ipsã tragœdiam primùm ab habitu contemplemur, cuiusmodi sit, quàm turpe & minimè iucundum spectaculum, homo longitudine deformi atque incomposita exornatus, altis calceamentis ingrediẽs, caput larua minaci obductum habens, tum peramplo ore hiante, quasi spectatores esset deuoraturus. Mitto adscititia pectora, & ventres factitios, adiunctam & arte compositam corporis crassitudinem, ne longitudine discors compositio in tenui corpusculo magis reprehendẽda veniat. Deinde indecora histrionis vociferatio, iam se ipsum inclamantis, iam verberantis, aliquando etiam iambicos versiculos cantillãtis, &, quod turpissimum est, grauissimas calamitates modulantis, ac sola voce semetipsum reprehendẽdum exhibentis. Quippe alia priscorum poëtarum industria inuenta sunt. Et quandiu quis Andromachen agit, aut Hecubam, tolerabilis est concio: vbi verò ipse Hercules carmine lugubri in scenam ingressus est, sui oblitus, neque leoninam, neq; clauam quæ proponitur, veneratur, adeò vt sanę mentis homo quispiam iure optimo talẽ actionem solœcismum vitiosum possit reprehẽdere. Iam quod cũ primis quoque in saltatione dãnasti, viros histriones mulierũ mores imitari, hoc equidem cõmune quoq; est tragœdiæ & comœdię vitiũ. Etenim in vtraque plures introducuntur mulieres quàm viri. Quinetiam Comœdia partem personarũ omnium maximè ridiculam & oblectationis plenam huic tribuit, videlicet lampadum & tibicinarum & coquorũ personas. Sed enim saltationis habitus quàm decẽs sit & modestus, quorsum attinet dicere, cùm cæcis quoq; ista sint perspicua? Larua ipsa pulcherrima, & subiectæ fabulę respondens, non immane hiat, vt illæ, sed saltationi per omnia conuenit. Habet enim permultos sub illa vociferantes. Olim verò ipsi quoque saltatores canebãt, & vnà saltabant. Deinde animaduertentes cõtinuo motu grauari anhelitum, & per hunc turbari cantilenam, visum est factu longè consultius, vt alij saltantibus succinerent. Porrò autẽ argumenta vtrisque communia sunt, neque vlla in re à tragicis distinctim separata sunt saltatoria,

Tragici habitus deformitas.

καὶ δι' ἃ τοῦτο σεμνὰ τραγῳδῶν, φέρε νῦν αὐτὰ ξεπασωμεν τῇ ὀρχήσει ἕκαστον αὐτῶν. καὶ τοι τὸν μὲν αὐλὸν, εἰ δοκεῖ, καὶ τὸν κιθαρῳδὸν παρῶμεν. μέρη γὰρ τῆς τοῦ ὀρχηστοῦ ὑπηρεσίας καὶ ταῦτα. τὸ τραγῳδίας δέ γε ἀπὸ τοῦ σχήματος τραφέντος καταμάθωμεν, οἷά ἐστιν, ὡς εἰδεχθὲς ἅμα καὶ φοβερὸν θέαμα εἰς μῆκος ἀῤῥύθμων ἠσκημένος αὐθέκτοις ἐμβάταις ὑψηλοῖς ἐποχούμενος, τράγειον ὑπὲρ κεφαλῆς αἰωρούμενον ὑπεικείμενος, καὶ σῶμα κεχηνὸς πάμμεγα, ὡς καταπίοιμος τοῖς θεαταῖς. ἐὰν λέγῃ τραγῳδήσῃ, καὶ τραγῳδήσῃ, τραγῳδετὴν καὶ ὑπερτεχνητὴν παχύτητα τραποιούμενος, ὡς μὴ τοῦ μήκους ἡ ἀῤῥυθμία ἐν λεπτῷ μᾶλλον ἐλέγχοιτο· εἶτ' ἔνδοθεν αὐτὸς κεκραγὼς, ἑαυτὸν αἰσχύνων, καὶ καταισχύνων, ἐνίοτε καὶ τραγῳδῶν τὰ ἰαμβεῖα, καὶ ὃ δὴ αἴσχιστον, μελῳδῶν τοῖς συμφοραῖς, καὶ μόνης τῆς φωνῆς ἐναρθμιον παρέχων ἑαυτόν. τὰ γὰρ ἄλλα τῆς ποιητικῆς ἐμέλησε, τραπολλοῦ ποτε γνωρίμοις. καὶ μέχρι μὲν Ἀνδρομάχης ἢ Ἑκάβης ἐστὶ, φορητὸς ἡ ᾠδή. ὅταν δὲ Ἡρακλῆς αὐτὸς εἰσελθὼν μανῳδῇ, ὁπλοφορούμενος αὐτὸς, καὶ μήτε τοῦ λεοντῆν αἰδεσθεὶς, μήτε ὃ ῥόπαλον, ὃ τραφέρεται, συλοικίαν δ' Φρυγῶν εἰκότως φαίη αὖ τις ὃ τραγῆμα. καὶ γὰρ αὖ, ὅταν ἐνεκαλῇς τῇ ὀρχηστικῇ, ὃ, ἄνδρας ὄντας μιμεῖσθαι γυναῖκας, κοινὸν τοῦτο καὶ τῆς τραγῳδίας καὶ τῆς κωμῳδίας ἔγκλημα δῶ εἰπεῖν. πλείους γοῦν ἐν αὐταῖς τῶν ἀνδρῶν αἱ γυναῖκες· ἡ κωμῳδία δὲ, καὶ τῶν τραπρόσωπων αὐτῇ ὃ καταγέλαστον, μέρος τοῦ τερπνοῦ αὐτῇ νενέμηκεν, οἷα δᾴδων, καὶ πυρῶν, καὶ μαγείρων τραπρόσωπα. ὃ δὲ τοῦ ὀρχηστοῦ σχῆμα, ὡς μὴ κόσμιον, καὶ ὑπερπεπὲς, οὐκ ἐμὲ χρὴ λέγειν· δῆλα γὰρ τοῖς μὴ τυφλοῖς ταῦτα. ὃ δὲ τραπρόσωπον αὐτὸ, ὡς κάλλιστον, καὶ τῷ ὑποκειμένῳ δράματι ἐοικὸς, ὃ κεχηνὸς δὲ, ὡς ἐκφυσᾷ, ἀλλὰ συμμεμυκός· ἔχει γὰρ πολλοὺς τοὺς ὑπὸ αὐτὸ βοῶντας. πάλαι μὲν γὰρ αὐλοὶ καὶ ᾖδον, καὶ ὠρχοῦντο· εἶτ' ὀπὸ κινουμένων ὃ ἄσμα τῷ ᾠδῷ ἐπετάραττεν, ἄμεινον ἔδοξεν ἄλλοις αὐλοῖς ὑπᾴδειν· αἱ δὲ ὑποθέσεις κοιναὶ ἀμφοτέροις, καὶ οὐδέν τι διαπεπλυμέναι τῶν τραγικῶν αἱ ὀρχηστικαὶ,

πλὴν ὅτι ποικιλώτερόν αὖται, καὶ πολυμαθέστεραι, καὶ μυρίας μεταβολὰς ἔχουσαι. εἰ δὲ μὴ ἀγωνίος ἡ ὄρχησις, ἐκεῖνο φημὶ εἶναι αἰτίαν, τὸ δόξαι τοῖς ἀγωνοθέταις μεῖζον καὶ σεμνότερον τὸ πρᾶγμα, ἢ ὥστε εἰς ἔξετασιν καλεῖσθαι. ἐγὼ λέγω ὅτι πόλις ἐν Ἰταλίᾳ, τῶν Χαλκιδικοῦ γένους ἡ ἄριστη, καὶ τοῦτο ὡς περίκομμα, τῷ περὶ αὐλοῖς ἀγῶνι προστέθεικεν. ἐθέλω δέ σοι καὶ ταῦτα ἤδη ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ τῶν παραλελειμμένων τῷ λόγῳ, παμπόλλων ὄντων, ὡς μὴ δόξω ἀγνοίας ἢ ἀμαθίας πρόφασιν. οὐ γὰρ με λέληθεν ὅτι πολλοὶ πρὸ ἡμῶν περὶ ὀρχήσεως συγγεγράφοτες, πολὺ πλείστην σχολὴν τῇ γραφῇ ἐποιήσαντο, πρώτα τῆς ὀρχήσεως τὰ εἴδη ἐπεξιόντες, καὶ ὀνόματα αὐτῶν καταλέγοντες, καὶ οἷα ἑκάστη, καὶ ὑφ' ὅτου εὑρέθη, πολυμαθείας ταύτην ἐπίδειξιν ἡγούμενοι προθέσθαι. ἐγὼ δὲ μάλιστα μὲν τὴν περὶ ταῦτα φιλοτιμίαν, ἀπειρόκαλόν τι, καὶ ὀψιμαθῆ, καὶ ἐμπόρων ἄχαιρον οἶμαι εἶναι, καὶ ἀφ' αὐτοῦ προίεμαι. ἔπειτα δέ, κἀκεῖνό σε ἀξιῶ ἐννοεῖν, καὶ μεμνῆσθαι, ὅτι μοι νεὼ οὐ πᾶσιν ὄρχησιν προσήκειν ἡγεμονεύειν, οὐδὲ τοῦτον τὸν σχηματισμὸν ἐπεσταλμένῳ τῷ λόγῳ, ὀρχήσεων ὀνόματα καταριθμήσασθαι, πλὴν ὅσων ἐν ἀρχῇ ὀλίγων ἐπεμνήσθην τὰς ἡμικωτέρας αὐτῶν προχειρισάμενος. ἀλλὰ τόγε ἐν τῷ παρόντι μοι κεφάλαιον τοῦ λόγου, τοῦτό ἐστι, πλὴν νεῶ ὀρχησιν καθεστῶσαν ἐπαινέσαι, καὶ δεῖξαι ὅσα ἐν αὐτῇ τερπνὰ, καὶ χρήσιμα περιλαβοῦσα ἔχει, οὐ πάλαι ἀρξαμένη ἐς τοσοῦτον κάλλος ἐπιδιδόναι, ἀλλὰ νῦν τὸν σεβασὸν μάλιστα. αἱ μὲν γὰρ πρῶται ἐκείναι, ὥσπερ τινες ῥίζαι, καὶ θεμέλιοι τῆς ὀρχήσεως ἦσαν· ὁ δὲ αὐτὸς αὐτῆς, καὶ τὸν τελεώτατον καρπὸν, ὅσπερ νεῶ μάλιστα ἐς ὃ ἀκρότατον ἐπετέλεσαι, τοῦτο νεῶ ὁ ἡμέτερος λόγος διεξέρχεται, πρεὶς ὃ θερμαυστρίζειν, καὶ χάσκειν ὀρχεῖσθαι, καὶ τὰ ἄλλα, ὡς μηδὲν τῇ νεῶ ταύτῃ ἔτι προσήκοντα. τοῦδε γὰρ ἕκατον ὃ Φρύγιον τῆς ὀρχήσεως εἶδος, ὃ πρόπιον

A quàm quòd multipliciori varietate exornata ſunt illa, maioríque ſtudio perdiſcenda, atque infinitas mutationes habentia. Quòd autem ſaltationum nulla ſunt certamina, hanc ego cauſam eſſe opinor, quòd certaminum auctoribus res maior & grauior viſa ſit eſſe ſaltatio, quã vt de ea exactè pronũciari poſſit. Vt pręteream ciuitatẽ in Italia Chalcidici generis præſtantiſſimam, & hanc quemadmodum ornamentum aliquod certamini quod apud ipſos decertandum præponitur, adieciſſe. Iam verò ſuper iis reſpondere tibi ſtat ſententia, quę oratione mihi omiſſa ſunt, quæ non pauca eſſe video,
B ne quam ignorantiæ aut imperitiæ opinionem apud te incurram. Neque mihi obſcurum eſt, complures ante nos de ſaltatione libellos cõnſcripſiſſe, ac omnem ſuam in conſcribendo operam & induſtriam in hoc poſuiſſe, vt omnia ſaltationis genera atque ſpecies numero comprehenderent, earundémq; nomina percenſerent, tum cuiuſmodi vnaquæque illarũ, aut quo auctore foret inuenta, quo inſtituto magnã multiplicis ſcientiæ opinionem ſibi adiuncturos exiſtimabant.
G Ego verò hanc ambitioſam ſuper hiſce rebus contentionem, & ineptam, & ſeræ cognitionis & mihi ipſi in præſens minimè tempeſtiuam & accommodam eſſe arbitror, eámque ob rem illa ſuperſedeo. Deinde & hoc te cogitare velim, ac tenere memoria, quòd neque in præſentia ſtatuerim omnem ſaltationem à prima ſtirpe repetitam velle indagare, neque hunc orationis meæ ſcopum eſſe propoſitum, ſaltationum nomina numero complecti velle, præter paucas illas quarum initiò memini, tanquam generoſioribus propoſitis. Verùm hoc orationis meæ caput & ſumma futura eſt, vt eam ſaltandi ra-
D tionẽ quæ nunc cõſtituta in vſu verſatur, laudibus illuſtrẽ, planúmq; faciam, quantum cùm voluptatis tum fructus in ſe cõplectatur, & quàm non nuper primùm incepta, ad tantum venuſtatis & elegantiæ culmen & faſtigium peruenerit, nec minùs de ſe exhibens reuerentię. Quippe priores illæ perinde vt radices & ſaltationis fundamenta fuerunt. Eius autem floridam venuſtatem, & fructum abſolutiſſimum, qui nunc omnium perfectiſſimè cunctis augmentis ematuruit, illum nunc in præſens oratione noſtra explicabimus, poſthabita Thermayſtride, & gruum ſaltatione, & aliis præſenti parum conuenientibus. Sed ne Phrygiam quidem illam ſaltandi ſpeciem aptam conuiuiis

& compotationibus,& quæ tãtùm ebrietate duce exerceri ſolet, hominibus ruſticis ſæpenumero ad tibiam muliebriter ſaltantibus ſaltus duros & laborioſos, & quos etiamnum agreſtium ſtudio relictos videmus,præ ignorantia obticui:ſed quia à præſenti ſaltatione omnibus modis aliena eſt, nec quicquã cum illo commune habet: quandoquidem ipſe quoque Plato in legibus,nonnullas illius ſpecies commendat, nonnullas verò in totum reprobat, diuidens eas iuxta voluptatem & vtilitatem,exigens ex illis quæ ſunt indecentiores,anteponens autem & admirans reliquas. Et de ipſa quidem ſaltandi ratione hæc dicta ſufficiãt. Etenim ſingulis perſequendis orationem extendere,abſurdum mihi videtur, & ineptũ. Iam verò ea quæ ſaltatorem eximium habere oportet,tum qua ratione iis quæ perdidicit,rectè vti, quibúſque rebus artem poſſit aſſequi, tibi expediam, vt cognoſcas quàm non iſta ars omnino ſit comprehenſu facilis,& cuiuſuis ingenio obuia & expoſita, ſed omnium diſciplinarum exactiſſimè cognitarum adminiculo excolenda ſit,non muſices tantùm, verùm etiam rhythmices & geometrices, cum primis verò philoſophiæ tuæ naturalis & moralis. Solùm verò dialecticam illi tanquam ſuperfluam & parum commodam exiſtimatum eſt. Neque verò abhorret à Rhetorica, ſed & illius eſt particeps, quatenus mores atque affectus demonſtrat, quorum indicandorum cupidi ſunt etiam Rhetores. Sed nec à graphice excluſa eſt & plaſtice, verùm harum in membris exprimendis concinnitatem magnopere imitari videtur,adeò vt ne Phidias quidem in tãtum, aut Apelles in ea videtur præcellere. Ante omnia verò præſens & ſingularis in ſaltatore requiritur memoria, eiúſque filia Polymnia, vt omnium rerum calleutiſſimè memor ſit. Etenim iuxta Calchantem Homericum ſaltatorem ſcire neceſſe eſt, *Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox venturæ trahantur*: ne quid rerum prorſus ignoret, ſed memoriam habeat promptam & expeditam. Caput autem argumenti eſt imitationis atque demonſtrationis ſcientia,ac rerum mente cõceptarum explicatio,neque non obſcurorũ perſpicua declaratio. Et quod de Pericle literis ac memoriæ prodidit Thucydides, eum virum collaudans, hanc ſummam & clariſſimã eſſe ſaltatoris laudẽ,noſſe quid deceat,& id ipſum explicare poſſe.

A καὶ συμποτικὴν, καὶ μέθης γιγνόμενον, ἀλεγίκων πολλάκις τοῖς αὐλήμασι γυναικεῖον ὀρχουμένων, σφοδρὰ καὶ καματηρὰ πηδήματα, καὶ νῦν ἔτι ταῖς ἀλεγικίαις ὑπιπολάζοντα, ὑπ' ἀγνοίας παρέλιπον, ἀλλ' ὅτι μηδὲν τοῦτο τῇ νῦν ὀρχήσει κοινωνεῖ. καὶ γὰρ ὁ Πλάτων ἐν τοῖς νόμοις, τὰ μὲν τινα εἴδη ἐπαινεῖ τούτης, τὰ δὲ πάνυ ἀπαξιοῖ, θαυμαζῶν αὐτὰ ἐς τε τὸ τερπνὸν, καὶ τὸ χρήσιμον, καὶ ἀπελαυνῶν αὐτῶν τὰ ἀσημονέστερα, τοσούτῳ δὲ καὶ θαυμάζων θάτερα. καὶ τοσὰ μὲν αὐτῆς ὀρχήσεως, ἔστω τοσαῦτα. τὸ γὰρ, πάντα ἐπεξιόντα μηκύνειν τὸν λόγον, ἀπειρόκαλον· αὐτὸν δὲ τὸν ὀρχηστὴν αὐτὸν ἔχειν χρὴ, καὶ ὅπως δεῖ ἠσκῆσθαι, καὶ ἃ μεμαθηκέναι, καὶ οἷς κεκτημένον τὸ ἔργον, ἤδη σοι δίδωμι, ὡς μάθῃς, ὅ τῶν ῥᾳδίων, καὶ τῶν βιμελεχθέντων οὐδαμῶ τιμῶ τέχνῃ, ἀλλὰ πάσης παιδεύσεως ἐς τὸ ἀκρότατον ἀφικνουμένῳ, ὅ μουσικῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ῥυθμικῆς, καὶ γεωμετρικῆς, καὶ τῆς σῆς φιλοσοφίας μάλιστα, τῆς τε φυσικῆς, καὶ τῆς ἠθικῆς. τῶν γὰρ διαλεκτικῶν αὐτῆς παρεργάσθαι, ἀχαιρον αὐτὴ νενόμικεν. ὅ μὲν οὖν ῥητορικῆς ἀφέστηκεν, ἀλλὰ καὶ τούτης μετέχει, καθ' ὅσον ἤθους τε καὶ παθους ὑποδεκτική ἐστιν, ὧν καὶ οἱ ῥήτορες ἐλίττονται. οὐκ ἀπήλακται δὲ καὶ γραφικῆς, καὶ πλαστικῆς, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν τούταις ῥυθμίαν μάλιστα μιμουμένη φαίνεται, ὡς μηδὲν ἀμείνω μήτε Φειδίαν αὐτῆς, μήτε Ἀπελλῆν εἰ δοκεῖν. τοσοῦτον δὲ, Μνημοσυνίῳ, καὶ τῶν θυγατέρων αὐτῆς Πολυμνίαν, ἵλεων ἔχειν αὐτῇ τοσοῦτον, καὶ μεμνῆσθαι πειρᾶται ἀπάντων. καὶ γὰρ τοι τὸν Ὁμηρικὸν Κάλχαντα τὸν ὀρχηστὴν εἰδέναι χρὴ, τά τε ὄντα, τά τ' ἐσόμενα, τοσοῦτ' ἐόντα, ὡς μηδὲν αὐτὸν λαθαλθάνειν, ἀλλ' εἰ τοσοῦτον τῶν μνημῶν αὐτῶν, καὶ ὃ μὲν κεφάλαιον τῆς ὑποθέσεως, μιμητική τίς ἐστιν ἐπιστήμη, καὶ δεικτική, καὶ τῶν ὑπονοηθέντων ἑξαγορευτική, καὶ τῶν ἀφανῶν σαφηνιστική. καὶ ὥσπερ ὁ Θουκυδίδης τοσοῦτο τὸν Περικλέους ἔφη, ἐπαινῶν τὸν ἄνδρα, τοῦτο καὶ τὸ τοῦ ὀρχηστοῦ ἀκρότατον αὖ ἔγκωμιον εἴη, γνῶναί τε τὰ δέοντα, καὶ ἑρμηνεῦσαι αὐτά.

ἑρμηνείαν δὲ νῦν, τὴν σαφήνειαν τῶν γι-
ματων λέγω. ἡ δὲ πᾶσα τοῦ ἔργου χορηγία,
ἡ παλαιὰ ἱστορία ἐστίν, ὡς πρόσθεν, καὶ ἡ
προσχρησις αὐτῆς μνήμη τε, καὶ μετ' εὐπρε-
πείας ὑπόδειξις. ἀπὸ γὰρ χάους εὐθὺς, καὶ
τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως ἀρξάμε-
νον, χρὴ αὐτὸν ἅπαντα εἰδέναι, ἄχρι τῶν κατ'
τὴν Κλεοπάτραν τὴν Αἰγυπτίαν. Οὕτω
γὰρ τοῦ θεατρικοῦ προκειμένου ἡμῖν ἡ τοῦ
ὀρχηστοῦ πολυμάθεια, καὶ τὰ μέσα μά-
λιστα ἴστω, Οὐρανοῦ τομὴν, Ἀφροδίτης γε-
νάς, Τιτάνων μάχην, Διὸς γένεσιν, Ῥέας
ἁπάτην, Λίθου ὑποβολὴν, Κρόνου δε-
σμὰ, τὸν τῶν τοκέων Ἀδελφῶν κλῆρον. εἶτα
ἑξῆς, Γιγάντων ἐπανάστασιν, πυρὸς κλοπὴν,
ἀνθρώπων πλάσιν, Προμηθέως κόλασιν,
Ἔρωτος ἰσχὺν ἑκατέρου· καὶ μετὰ ταῦτα, Δή-
λου πλάνην, καὶ Λητοῦς ὠδῖνας, καὶ Πύ-
θωνος ἀναίρεσιν, καὶ Τιτυοῦ ἐπιβουλὴν, καὶ
τὸ μέσον τῆς γῆς ἀετῶν ἐπισκόπημα, τοῦτο τῶν
ἀετῶν. Δευκαλίωνα ἔπειτα τούτοις, καὶ τὸν
μεγάλην ἔπειτα τοῦτον τοῦ βίου ναυαγίαν, καὶ
λάρνακα μόνην, λείψανον τοῦ ἀνθρωπίνου
γένους φυλάττουσαν· καὶ ἐκ λίθων ἀνθρώ-
πους πάλιν· εἶτα Ἰάχου σπαραγμὸν, καὶ
Ἥρας δόλον, καὶ Σεμέλης κατάφλεξιν, καὶ
Διονύσου ἀμφοτέρας τὰς γονάς, καὶ ὅσα
περὶ Ἀθηνᾶς, καὶ ὅσα Ἡφαίστου, καὶ Ἐρι-
χθονίου, καὶ τὴν ἔριν τὴν περὶ τῆς Ἀττικῆς,
καὶ ἀλιρρόθιον, καὶ τὴν περὶ τῷ Ἀρείῳ
πάγῳ κρίσιν, καὶ ὅλως, τὴν Ἀττικὴν πᾶ-
σαν μυθολογίαν· ἐξαιρέτως δὲ, τὴν Δήμη-
τρος πλάνην, καὶ Κόρης εὕρεσιν, καὶ Κε-
λεοῦ ξενίαν, καὶ Τριπτολέμου γεωργίαν,
καὶ Ἰκαρίου ἀμπελουργίαν, καὶ τὴν Ἠρι-
γόνης συμφοράν, καὶ ὅσα περὶ Βορέου, καὶ
ὅσα περὶ Ὠρειθυίας, καὶ Θησέως, καὶ Αἰ-
γέως· ἔτι δὲ, τὴν Μηδείας ὑποδοχὴν, καὶ
αὖθις εἰς Πέρσας φυγὴν, καὶ τὰς Ἐρε-
χθέως θυγατέρας, καὶ τὰς Πανδίονος· ἅπερ
ἐν Θράκῃ ἔπαθον, καὶ ἔπραξαν. εἶτα, ὁ
Ἀκάμας, καὶ ἡ Φυλλὶς, καὶ ἡ πρότερα
δὴ τῆς Ἑλένης ἁρπαγὴ, καὶ ἡ στρατεία τῶν
Διοσκούρων ἐπὶ τὴν πόλιν, καὶ ὁ Ἱππο-
λύτου πάθος, καὶ Ἡρακλειδῶν κάθοδος. Ἀτ-
τικὰ γὰρ καὶ ταῦτα εἰκότως ἂν νομίζοιτο.

A Explicationem autem, habituum perſpicuitatem ego dico. Cæterùm ad hanc rem potiſſimùm facere videtur omnis illa rerum priſcarum hiſtoria, vt à me prædictum eſt, cùm prompta memoria, tum decenti geſticulationi coniuncta demõſtratio. Statim enim à Chao & prima terræ generatione facto exordio, cuncta illi ad vnguẽ cognita eſſe neceſſe eſt, vſque ad Cleopatræ Ægyptiæ tempora. Hoc enim ſeculorum interuallo circunſcripta eſt nobis multiplex illa ſaltatori paranda cognitio. Media omnia perfectiſſimè calleat, Cœli ſectionẽ, Veneris partus, Titanũ pugnam, Iouis incunabula & natiuitatẽ, Rheæ fraudulẽtam impoſturã, lapidis ſuppoſitionem, Saturni vincula, trium fratrum regna per ſortem diuiſa: Deinde Gigantum ſeditioſam rebellionẽ, ignem furto Promethei ſubtractum, Hominum formationem, Promethei ſupplicium, Amoris vtriuſque robur & violentiam. Poſt hæc Deli errationem, & Latonę ex partu dolores, & Pythonis cædẽ, & Tityi inſidias, ac mox quemadmodum medium terræ aquilarum volatu inuentum ſit. Ad hæc Deucalionem, ac magnum illud, id ætatis naufragium, tum vnicam illam arcam humani generis reliquias cõſeruantem: Præterea quemadmodum denuo ex lapidibus homines prognati ſunt: Mox Iachi dilaniationẽ, & Iunonis dolũ, & Semeles conflagrationẽ, & Bacchi vtranque ſtirpem. Tum quæcunque de Minerua referuntur in fabulis, quæcunque de Vulcano, atque Erichthonio, ac diſceptationem illam de Attica, & primum in Areopago iudicium. In ſumma, totum illum ſermonem Atticum fabuloſis narrationibus refertiſſimum. Pręcipuè tamen memoria teneat Cereris errorem, atque inuentã Proſerpinam, & Celei hoſpitalitatem, & Triptolemi agriculturã, & vitium plantationem factam ab Icaro, & Erigones ęrũnas: prętereà quæcunque de Borea, quæcunque de Orithyia, & Theſeo & Ægeo memoriæ prodita ſunt. Adde his Medeæ ſuſceptionem, eiúſque denuo in Perſas fugam, ac regis Erechthei filias, & natas Pandionis, tum quæcunque in Thracia per peſſæ ſunt & fecerunt. Deinde non ignorãdus eſt illi Acamas, nõ Phyllis, non primus raptus Helenæ, tũ Caſtoris atque Pollucis aduerſus vrbem expeditio, neque non mors Hippolyti, & Heraclidarum reditus. Iure enim & iſta in fabulis Atticis cenſebũtur.

Et hæc quidē ex rebus gestis Athenien- A
sium sanè quàm paucae exempli gratia ex
multis à me prætermissis percurri. Dein-
ceps verò memoria quoque tenenda est
Megara,& Nisus, & Scylla,& crines pur-
purei,& Minois regis Cretensium discес-
sus,ac erga bene de se meritam ingrati-
tudo. Quibus postea annectenda sunt
cum Cithærone quæcunque Thebanis
ciuibus acta sunt, & Labdacidarum æ-
rumnæ, & Cadmi peregrinatio, & bo-
uis procubitus, & dentes serpentini, &
Spartanorum retributio. Et rursus Ca-
dmi in serpētem transmutatio, & ad ly-
ram præcinentem murorum substructio,
& murorum instauratoris insania,& vxo- B
ris eius,nempe Niobes,sibi ac suis exitio-
sa iactantia, & in luctu silentium: tum
quæcunque de Pentheo,quæcunque de
Actæone,quæcūquè de Oedipode,quæ-
cunque de Hercule cum omnibus illius
certaminibus literis prodita sunt, eiúsq;
liberorū per insaniam facta internecio.
Deinde Corinthus,& ipsa plena fabulis,
Glaucam & Creonta habens, & ante il-
los Bellerophontem, & Sthenebœam,
Solisque & Neptuni pugnam. Post hæc
autem Athamantis furentem insaniam,
ac Nubis liberorum in ariete fugam aë- C
riam, Inus & Melicertæ susceptionem.
Ad hæc neque Pelopidarum facta saltа-
tori negligenda sunt,neque Mycenæ, &
quæcunque in illis memorabiliter gesta
sunt. Et ante illos Inachus & Io, & ipsius
custos Argus, & Atreus, & Thyestes, &
Aërope, & vellus aureum, & Pelopiæ
nuptiæ,& Agamemnonis interfectio, &
Clytemnestræ suppliciū. Iam adhuc an-
te illos septem principum aduersus The-
bas expeditio, & generorum exulum A-
drasti susceptio, & oraculum de illis pro-
ditum, præterea ducum in bello cæso-
rum interdicta sepultura, & propter D
hanc Antigones & Menœcei miserabi-
lis interitus. Insuper quæcunque feruп-
tur in Nemea, Hypsipyle & Archemorus,
saltatori monimenta cum primis neces-
saria. At etiam quæ ante illa tempora ac-
ciderunt,exactè callebit, Danaës virgi-
nitatē,Persei natiuitatē, certamen quod
aduersus Gorgonas suscepit. Adde illis &
Æthiopicam narrationem, Cassiopeam,
& Andromedam, & Cepheum, quos
inter astra annumerauit quoque homi-
num id ætatis credulitas. Quin etiam illa
non ignorabit prisca facta Ægypti &
Danai,& insidias quibus petitę sunt nuptiæ. Non pauca verò eius generis suppedi-

Ταῦτα μὲν τὰ Ἀθηναίων, ὀλίγα πάνυ δείγματος ἕνεκα ἐκ πολλῶν τῶν παραλελειμμένων διῆλθον. ἑξῆς δὲ, Μέγαρα, καὶ Νῖσος, καὶ Σκύλλα, καὶ πορφυρεῖς πλόκαμος, καὶ Μίνωος πόρος, καὶ περὶ τὴν ἀνταπόδοσιν ἀχαριστία. οἷς ἑξῆς ὁ Κιθαιρὼν, καὶ τὰ Θηβαίων, καὶ τὰ Λαβδακιδῶν πάθη, καὶ Κάδμου ἀποδημία, καὶ βοὸς ὄκλασις, καὶ ὄφεως ὀδόντες, καὶ Σπαρτῶν ἀνάδοσις, καὶ αὖθις, τῆ Κάδμου εἰς δράκοντα μεταβολὴ, καὶ πρὸς λύραν τείχισις, καὶ μανία τῆ τειχοποιοῦ, καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ τῆς Νιόβης ἡ μεγαλαυχία, καὶ ἡ ὅτε τῶν πέντε σιγὴ, καὶ τὰ Πενθέως, καὶ Ἀκταίωνος, καὶ τὰ Οἰδίποδος, καὶ Ἡρακλῆς σὺν τοῖς ἄθλοις αὐτοῦ ἅπασι, καὶ ἡ τῶν παίδων σφαγὴ, εἶθ' ἡ Κόρινθος, πλέα καὶ αὐτη μύθων, τῆ Γλαύκῃ καὶ τὸν Κρέοντα ἔχουσα· καὶ πρὸ αὐτῶν, τὸν Βελλεροφόντην, καὶ τὴν Σθενέβοιαν, καὶ Ἡλίου μάχην, καὶ Ποσειδῶνος· καὶ μετὰ ταῦτα, τὴν Ἀθαμάντος μανίαν, καὶ τῶν Νεφέλης παίδων ὅτε τὸ χρυσοῦν πρόβατον ἔφερεν Φρίξῳ, Ἰνοῖς καὶ Μελικέρτου ὑποδοχή. ὅτε τούτοις, τὰ Πελοπιδῶν, καὶ Μυκῆναι, καὶ τὰ ἐν αὐταῖς, καὶ πρὸ αὐτῶν, Ἴναχος, καὶ Ἰὼ, καὶ ὁ φυγὼν αὐτῆς Ἄργος, καὶ Ἀτρεὺς, καὶ Θυέστης, καὶ Αἐροπη, καὶ ὁ χρυσοῦν δέρας, καὶ Πελοπείας γάμος, καὶ Ἀγαμέμνονος σφαγὴ, καὶ Κλυταιμνήστρας τιμωρία. καὶ ἔτι πρὸ τούτων, ἡ τῶν ἑπτὰ λοχαγῶν στρατεία, καὶ ἡ τῶν Φυγάδων γαμβρῶν τ Ἀδράστου ὑποδοχὴ, καὶ ὁ ἐπ' αὐτοῖς χρησμὸς, καὶ ἡ τ πεσόντων ἀταφία, καὶ Ἀντιγόνης δὴ τοῦτα καὶ Μενοικέως ἀπώλεια. καὶ τὰ ὀν Νεμέᾳ ὑ, ἡ Ὑψιπύλη, καὶ Ἀρχέμορος, αἰαγκαιότατα τῷ ὀρχηστῇ μνημονεύματα. καὶ πρὸ αὐτῶν, εἴσεται τὴν Δαναὴς παρθενίαν, καὶ Περσέως γένεσιν, καὶ τ ὅτι τὰς Γοργόνας ἆθλον αὐτῷ προηρημένον, ᾧ οἰκεία καὶ ἡ Αἰθιοπικὴ διήγησις, Κασσιόπεια, καὶ Ἀνδρομέδα, καὶ Κηφεὺς, οὓς καὶ ἄστροις ἐξετέλεξεν ἡ τῶν μὴ ταῦτα πίστις. κἀκεῖνα δὲ τὰ ἀρχαῖα τὰ Αἰγύπτου, καὶ Δαναοῦ, εἴσεται, καὶ τὴν ὅτι θαλάμων ὑποβουλὴν. οὐκ ὀλίγα δὲ καὶ ἡ Λακεδαιμονίων

τοιαῦτα· πρέχεται, τὸν Υάκινθον, καὶ τὸν τῦ Ἀπόλλωνος αἰτεφσὴν Ζέφυρον, καὶ τὸν ἐπὸ τῦ δίσκου τῦ μιφακίου σφαγὸν, καὶ τὸ ἐκ τῦ αἵματος ἄνθος, καὶ τὸν ἐπ' αὐτῷ ἀναγεγραμμένον ἐπιγράφον, καὶ τὸν Τυνδάρεω ἀνάσασιν, καὶ τὸν Διὸς ὀργὸν τούτου κατ' Ἀσκληπιοῦ ὀργόν. ἔπειδε, καὶ τὸν Πάριδος ξενισμὸν, καὶ τὸν Ἑλένης ἁρπαγὸν, μετὰ τὸν ὑπὲ τῶ μήλου κρίσιν. νομιστέον γὰρ τῇ Σπαρτιατικῇ ἱστορίᾳ, καὶ τὸν Ἰλιακὸν συμπεφθαι, πολλὸν ὄντα, καὶ παντοφόρον. καθ' ἕκαστον γοῦν τῶν ἐκ τῦ πεσόντων, δρᾶμα τῇ σκηνῇ παρέχεται. καὶ μεμνῆσθαι δὲ τούτων ἀεὶ, μάλιστα ἀπὸ τῆς ἁρπαγῆς ἀρξὺς, ἄχρι τῶν ἐν τοῖς νόστοις γεγονότων, καὶ τῆς Αἰνείου πλάνης καὶ Διδοῦς ἔρωτος, ὧν οὐκ ἀλλότρια, καὶ τὰ περὶ τὸν Ὀρέστην δράματα, καὶ τὰ ἐν Σκυθίᾳ τῶν ἡρώων τετολμημένα. οὐκ ἀπιθανὰ ἂν εἴη καὶ τὰ πρὸ τούτων, ἀλλὰ τοῖς Ἰλιακοῖς συγχεῦν, Ἀχιλλέως ἐν Σκύρῳ παρθένοις, Ὀδυσσέως μανία, καὶ Φιλοκτήτου ἐρημία. καὶ ὅλως, ἡ πᾶσα Ὀδυσσειος πλάνη, καὶ Κίρκη, καὶ Τηλέγονος, καὶ ἡ Αἰόλου τῶν ἀνέμων δωμαστεία, καὶ τὰ ἄλλα, μέχρι τῆς τῶν μνηστήρων τιμωρίας· καὶ πρὸ τούτων, ἡ τῦ Παλαμήδους βουλὴ, καὶ ἡ Ναυπλίου ὀργὴ, καὶ ἡ Αἴαντος μανία, καὶ ἡ θατέρου ἐν ταῖς πέτραις ἀπώλεια. ἔχει πολλὰς ἀφορμὰς καὶ Ἦλις τοῖς ὀρχεῖσθαι πειρωμένοις, τὸν Οἰνόμαον, τὸν Μυρτίλον, τὸν Κρόνον, τὸν Δία, τοῖς πρώτοις τῶν Ὀλυμπίων ἀγωνίσας. πολλὴ δὲ καὶ ἡ κατ' Ἀρκαδίαν μυθολογία, Δάφνης φυγὴ, Καλλίστοῦς θηρίωσις, Κενταύρων παροινία, καὶ Πανὸς γονὴ, Ἀλφοῦ ἔρως, καὶ Ὕφαλος ἀποδημία. ἀλλὰ κἂν εἰς τὸν Κρητικὸν ἀφίκῃ τῦ λόγου, πάμπολλα κἀκεῖθεν ἡ ὄρχησις ἐρανίζεται, τὸν Εὐρώπην, τὸν Πασιφάην, τοὺς Ταύρους ἀμφοτέρους, τὸν Λαβύρινθον, τὸν Ἀριάδνην, τὸν Φαίδραν, τὸν Ἀνδρόγεων, τὸν Δαίδαλον, τὸν Ἴκαρον, τὸν Γλαῦκον, τὸν Πολυίδου μαντικὸν, τὸν Τάλω, τὸν χαλκοῦν τῆς Κρήτης περίπολον. κἂν εἰς Αἰτωλίαν μετέλθῃς, κἀκεῖ πολλὰ ἡ ὄρχησις καλλαμβάνει, τὸν Ἀλθαίαν, τὸν Μελέαγρον, τὸν Ἀταλάντην, τὸν Δαλὸν, τὸν ποταμὸν τὸν Ἡρακλέους πάλην, καὶ Σφιγγῶν γρύπας, καὶ Ἐχινάδων ἀναδόσιν,

tabit, & Lacedæmon, videlicet Hyacinthum, & Apollinis riualem Zephyrum, & pueri exitium à discо illatum, enatúmque ex illius sanguine flosculum, & gementem in eodem inscriptionem, αι, αι, & Tyndarum à morte reducem, & Iouis ob hoc ipsum aduersus Æsculapium excandescentiam. Præterea Paridis apud Menelaum hospitium, & Helenæ raptum post factum propter pomum iudicium. Planè enim existimet Spartanæ historiæ & Iliacam esse adiunctam, copiosam profectò & multiplicem. Itaque iuxta vnumquenque apud Troiam occisorum fabula agenda scenæ proponitur. Consentaneum verò est, vt horum subinde memor sit, cum primis verò eorum quæ mox à raptu vsque ad Græcorum procerum in patriam reditum peracta sunt. Neque Æneæ erroris obliuiscatur, neque Didonis amoris. Inter quæ locum quoque habebunt quæ de Oreste circunferuntur fabulæ, tum qualia satis fidenter ausus est in Scythia. Sed nec illa quæ antehac gesta sunt, inepta putabit, Achillis in Scyro cum virginibus cõuersationem, Vlyssis insaniam, Philoctetæ à Græcis derelictionem: In summa, totã Vlysseam errationem, & Circen, & Telegonum, & Æoli in ventos imperium, aliáque vsque ad procorum supplicia. Ante hæc verò quibus sycophantiis Palamedi perniciem machinatus est, & ira Nauplij, & Aiacis furentis insania, & alterius ad petras naufragium facientis exitium. Quin etiam Elis multas occasiones præbebit saltare conantibus, Oenomaum, Myrtilum, Saturnum, Iouem, primos Olympiarum athletas. Atqui nec Arcadia fabularum expers est, Daphnes fugam, Callistus ferinam vitam, Centaurorum temulentiam, Panos parentes, Alphei amorem, & Hyphali peregrinationem exhibens. Iam si oratione in Cretam descenderit, permulta inde sumet saltatio, Europam, Pasiphaën, tauros vtrosque, Labyrinthum, Ariadnen, Phædram, Androgeum, Dædalum, Icarum, Glaucum, Polyidi vaticinium, Talo, æneum Cretę custodem. At si in Ætoliam diuerteris, habet & illic non pauca quæ mutuò sumet saltatio, Althæam, Meleagrum, Atalanten, Dalum, fluminis cum Hercule luctam, Sirenum procreationem, Echinadum retributionem,

& poſt inſaniam, Alcmæonis habitationem, deinde Neſſum, & Deianiræ zelotypiam, cui applicanda eſt Herculis in Oeta monte pyra & conflagratio. Habet etiam Thracia non parum multa ſaltanti neceſſaria, nempe Orpheum, & illius factam à mulierculis dilaniationem, eiúſque caput loquens, idémque vnà cum lyra natans. Præterea Hæmum & Rhodopen, tum Lycurgi ſupplicium. Porrò Theſſalia adhuc plura his ſubminiſtrabit, Peliam, Iaſonem, Alceſtin, claſſem quinquaginta nauibus congregatam, Argo, & loquacem eius carinam. Inſuper res in Lemno geſtas, Æëtâm, Medeæ ſomnium, Abſyrti dilacerationem, tum omnia illa quæ inter nauigandum acciderunt. Poſt hæc autem Proteſilaum & Laodamiam. Rurſus ſi in Aſiam poſtliminiò te conferis, multam ibi inuenies fabularum copiam. Statim enim tibi occurret Samus, mox Polycratis calamitas, atque filiæ eius vſque ad Perſas erratio. Quin etiam his adhuc antiquiora, nimirum Tantali loquax incontinentia, tum deorum apud eundem conuiuium, & Pelopis carnea depaſtio, eiúſque elephantinus humerus. In Italia verò Eridanus & Phaëthon, & Populi lugentes ſorores, & electrum lacrymantes. Sciet eiuſmodi quoque Heſperidas, & cuſtodem aurei fructus Draconem, & Atlantis laborem, & Geryonem, tum boum ex Erythia abactionem. Neque ignorabit omnes fabuloſas formarum transformationes, quæcunque in arbores aut animantes aut aues tranſmutatę ſunt, & quot ex mulieribus viri facti ſunt: dico autem Cænea, & vatem Tireſiam. Super hæc in Phœnicia Myrrham, & luctum illum Aſſyrium, qui geminus eſt. Et hæc habebit cognita, & adhuc recentiora, quæcũque poſt Macedonum imperium auſus eſt Antipater & Seleucus ob amorem Stratonices. Ægyptiorum quæ magis erunt arcana, cognoſcet quidem, ea autem ſaltando repræſentabit ſignificantiùs: Epaphũ dico & Oſirim, præterea Deorum in animalia tranſmutationes. Ante omnia verò ea quæ circa amores illorum variè & mirificè contigerunt, quæque de Ioue ipſo feruntur fabulæ, tum in quaſcunque facies ſemet transfigurarit. Omnem verò inferorum tragœdiam tanquam digitos vnguéſque ſuos tenebit, tum ſuppliciorum genera, & quæ cuiuſque cauſſa extiterit, & Pitithoi

καὶ μετὰ τὴν μανίαν, Ἀλκμαίωνος οἴκησιν, εἶτα Νέσσου, καὶ Δηϊανείρας ζηλοτυπίαν, ἐφ' ᾗ τὴν ἐν Οἴτῃ πυρὰν. ἔχει καὶ Θρᾴκη πολλὰ τῷ ὀρχησομένῳ ἀναγκαῖα, τὸν Ὀρφέα, τὸν ἐκείνου σπαραγμὸν, καὶ τὴν λάλον αὐτοῦ κεφαλὴν τὴν ὑπὸ πλέουσαν τῇ λύρᾳ, καὶ τὸν Αἷμον, καὶ τὴν Ῥοδόπην, καὶ τὴν Λυκούργου κόλασιν. καὶ Θεσσαλία δὲ ἔτι πλείω προσέχεται, τὸν Πελίαν, τὸν Ἰάσονα, τὴν Ἄλκησιν, τὸν τῶν πεντήκοντα νεῶν σόλον, τὴν Ἀργὼ, τὴν λάλον αὐτῆς τρόπιν· τὰ ἐν Λήμνῳ, τὸν Αἰήτην, τὸν Μηδείας ὄνειρον, τὸν Ἄψύρτου σπαραγμὸν, καὶ τὰ ἐν τῷ πλῷ γεγονότα· καὶ μετὰ ταῦτα, τὸν Πρωτεσίλαον, καὶ τὴν Λαοδάμειαν. κἂν εἰς τὴν Ἀσίαν πάλιν ἀφίκῃς, πολλὰ κἀκεῖ δράματα. ἡ γὰρ Σάμος λύγους, καὶ ὁ Πολυκράτους πάθος, καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ μέχρι Περσῶν πλάνη· καὶ τὰ ἔτι ἀρχαιότερα, ἡ τοῦ Ταντάλου φλυαρία, καὶ ἡ πρὸ αὐτοῦ γοῦν ἑστίασις, καὶ ἡ Πέλοπος κρεουργία, καὶ ὁ ἐλεφάντινος ὦμος αὐτοῦ. ἐν δὲ Ἰταλίᾳ, ὁ Ἠριδανὸς, καὶ Φαέθων, καὶ Αἴγλεγοι ἀδελφαὶ θρηνοῦσαι, καὶ ἤλεκτρον δακρύουσαι. εἴσεται δὲ ὁ Ἡσίοδος καὶ τὰς Ἑσπερίδας, καὶ τὸν φύλακα τῆς χρυσῆς ὀπώρας δράκοντα, καὶ τὸν Ἄτλαντος μόχθον, καὶ τὸν Γηρυόνην, καὶ τὴν ἐξ Ἐρυθείας ἔλασιν τῶν βοῶν. οὐκ ἀγνοήσει δὲ καὶ τὰς μυθικὰς μεταμορφώσεις ἁπάσας, ὅσαι εἰς δένδρα, ἢ θηρία, ἢ ὄρνεα μεταγέγονεν, καὶ ὅσαι ἐκ γυναικῶν ἄνδρες ἐγένοντο, τὸν Καινέα λέγω, καὶ τὸν Τειρεσίαν, καὶ τοὺς τοιούτους. καὶ ἐν Φοινίκῃ δὲ, Μύρραν, καὶ τὸ Ἀσσύριον ἐκεῖνο πένθος μεμιξόμενον. καὶ ταῦτα εἴσεται· καὶ τὰ νεώτερα δὲ, ὅσα μετὰ τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν ἐτολμήθη ὑπό τε Ἀντιπάτρου, καὶ τοῦ δὴ Σελεύκου ὑπὲρ τῆς Στρατονίκης ἔρωτι. τὰ γὰρ Αἰγυπτίων μυστικώτερα ὄντα εἴσεται μέν, συμβολικώτερον δὲ ὑποδείξεται, τὸν Ἔπαφον λέγω, καὶ τὸν Ὄσιριν, καὶ τὰς τῶν θεῶν εἰς τὰ ζῶα μεταβολάς. τοὺς δὲ πόνων δὲ, τοὺς περὶ τοὺς ἔρωτας αὐτῶν, καὶ αὐτοῦ τοῦ Διὸς, καὶ εἰς ὅσα ἑαυτὸν μετεσκεύασεν. εἴσεται δὲ καὶ τὴν ἐν ᾅδου ἅπασαν τραγῳδίαν, καὶ τὰς κολάσεις, καὶ τὰς ἐφ' ἑκάστῃ αἰτίας, καὶ τὸν Πειρίθου,

καὶ Θησέως ἄχρι τοῦ ἅδου ἑταιρείαν. συνελόντι A δὲ εἰπεῖν, οὐδὲν τῶν ὑπὸ τοῦ Ὁμήρου, καὶ Ἡσιόδου, καὶ τῶν ἄλλων ποιητῶν, καὶ μάλιστα τῶν τραγῳδίας λεγομένων, ἀγνοήσει. ταῦτα πάνυ ὀλίγα ἐκ πολλῶν, μᾶλλον δὲ ἀπείρων τὸ πλῆθος ἐξελών, τὰ κεφαλαιωδέστερα κατέλεξα, τὰ ἄλλα τοῖς τε ποιηταῖς ἅδην ἀφεὶς, καὶ τοῖς ὀρχησταῖς αὐτοῖς δηλώσειν, καὶ σοὶ παρεξεταστὴν καθ' ὁμοιότητα τῶν δεδραμένων, ἄνωθεν ἀπάντων παρέχεσθαι καὶ παρὰ τὸν κριτὴν ἕκαστον τῆς ὀρχήσεως παρατεταμιευμένα, καὶ προπαρασκευάζεσθαι αὐταρκέστατον. ἐπεὶ δὲ μιμητικὴ ἐστὶ, καὶ κινήμασι τὰ ἀδόμενα δείξειν B ἐπιχειρήσεται, αὐταρκέστατον αὐτῇ, ὥσπερ καὶ τοῖς ῥήτορσι, καταφωνῆσαι ἀσκῆσαι, ὡς ἕκαστον τῶν δεδραμένων ἐπ' αὐτῇ δηλοῦσθαι, μηδενὸς ἐξηγητοῦ δεόμενον. δεῖ, ὥσπερ ἔφη ὁ Πυθικὸς χρησμὸς, δεῖν τὸν θεώμενον ὄρχησιν, καὶ κωφῇ σιωπᾷν, καὶ μὴ λαλοῦντος τοῦ ὀρχησταῦ ἀκούειν. ὃ δὴ καὶ Δημήτριον τὸν Κυνικὸν παθεῖν λέγουσιν. ἐπεὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὅμοιά σοι κατηγόρει τῆς ὀρχηστικῆς, λέγων τοῦ αὐλοῦ, καὶ τοῦ συρίγγων, καὶ τοῦ κτύπου, περιττόν τι τὸν ὀρχηστὴν εἶναι, μηδὲν αὐτὸν πρὸς C τὸ δρᾶμα συντελοῦντα, κινήμασιν ἢ ἄλλοις ἄλλως χάρισιν, καὶ μάταιον, οὐδενὸς αὐτῇ νοῦν προσόντος· τοῦ δ' αὖ θεάτου τοῖς μὲν τὸ δρᾶμα γινώσκουσιν, ἑαυτῷ τε συνεῖναι, καὶ τοῦ ἀκούειν, καὶ τοῦ κτύπου, περιττόν τι τὸν ὀρχηστὴν εἶναι, μηδὲν αὐτὸν πρὸς

tem, Deos ſpectaculo aſſiſtẽtes, Venerem ſuffuſo rubore pudefactã, ſubverentem & meticuloſiùs Martem ſupplicantem: præterea quaſcunque alias hæc fabula partes complectitur: adeò vt Demetrius ipſa artificioſa ſaltatione iam exhilaratus maxima laude ſaltatorem extulerit. Exclamabat enim, voce quàm potuit acutiſſima in hæc verba prorumpens, Audio ô homo cuiuſmodi facias: neque enim tantùm video, ſed mihi vidêre ipſis loqui manibus. Quoniã verò circa Neronis tempora noſtra verſatur oratio, animus eſt viri barbari ſuper eodem ſaltatore tibi referre teſtimonium, quò laudem præclariſſimam ſaltandi artificio attributam eſſe cognoſcas. Quippe è barbaris quidam homo regius è Ponto, cùm ex negotio ad Neronem Romam veniſſet, vnáque cum aliis hunc ſpectaſſet ſaltatorem, adeò ſaltantem perſpicuè, vt quanquam nihil eorum quæ canebantur, audire poterat (erat enim lingua ſemigræcus quiſpiam) omnia tamen callidè intelligeret. Iam verò cùm iterum ad ſuos regreſſurus eſſet barbarus, eúmque Nero benigniùs atque amantiùs inuitaret, ſi quid vellet poſtulare, liberaliter iuberet, ſéque promptè daturum polliceretur: Da mihi, inquit, hũc ſaltatorem, & me hoc munere plurimùm exhilarabis. Percontante verò Nerone, Cui rei domi tuæ vtilis tibi futurus eſt? Sunt mihi, inquit, vicini barbari lingua diſpares: ad illos intelligendos interpretum parare copiam haud mihi promptũ & facile eſt. Itaque ſi alicuius egens ero, ille innuens ſingula quæque mihi interpretabitur. Tantum conſecuta erat agilis ſaltationis imitatio, cùm clara & manifeſta apparuiſſet. Cæterùm exercitium iuxta quod immorandum eſt, & ſaltationis ſcopus eſt repræſentatio, vt dixi, eadem opera & rhetoribus exercenda, maximè verò iis qui declamationibus quas vocant, vacant. At hæc quoque in ſaltatoribus præcipuè laudi datur, vt perſonis in ſcenam introductis ſaltator per omnia geſtu reſpondeat, neque ea quæ dicuntur, ab introductis optimatibus, aut tyrannicidis, aut mendicis, aut agricolis diſcrepent, ſed in vnoquoque illorum demonſtretur proprietas & excellentia. Volo itaque & alterius tibi barbari orationem ea ipſa de re percenſere. Etenim cùm quinq; perſonas vidiſſet ſaltatori apparatas (tot enim partibus ſeu actibus cõſtabat fabula) vnum videns ſaltatorẽ, quę-

A γλωβύοντα, ἢ τοὺς ἐφεστῶτας θεοὺς ἔκπυστον αὐτῷ, καὶ αἰδουμένῳ μὲν τὴν Ἀφροδίτην, ὑποδεδοικότα δὲ ἱκετεύοντα τὸν Ἄρη, ἅ ὅσα τῇ ἰσοείᾳ ταύτῃ πεποίηκεν, ὥστε τὸν Δημήτριον ὑπερηθέντα τοῖς μεγίστοις, τὸν ἔπαινον ἀποδιδῶναι τὸν μέγιστον τῷ ὀρχηστῇ. διέκεκραγε γάρ, καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀνεφθέγξατο, Ἀκούω ἄνθρωπε ὦ πυῤῥίχην, οὐχ ὁρῶ μόνον, ἀλλά μοι δοκεῖς ταῖς χερσὶν αὐταῖς λαλεῖν. ἐπεὶ δὲ πρὸς τὸν Νέρωνα ἐσμὲν τῷ λόγῳ, βούλομαι καὶ βαρβάρου ἀνδρὸς ὃ ὅτι τῷ αὐτῷ ὀρχηστοῦ ἡδόμενον εἰπεῖν, ὅ-
B τι μέγιστος ἔπαινος ὀρχηστικῆς ἥδοιτ' ἄν. τὸν γὰρ ἐν τῷ Πόντῳ βαρβάρων βασιλικός τις ἀνὴρ πρός τι χρέος ἥκων ὡς τὸν Νέρωνα, ἐθαύμαζε μὲν τῶν ἄλλων τὸν ὀρχηστὴν ἐκεῖνον, οὕτω σαφῶς ὀρχούμενον, ὡς καίπερ μὴ ἐπακούοντα τῶν ᾀδομένων (ἠμέλλω γάρ τις ὢν ἐτύγχανε) συνιέναι ἀπάντων. καὶ δὴ ἀπιὼν ἤδη ἐς τὴν οἰκίαν, τῷ Νέρωνος δεξιουμένου, καὶ ὅ,τι βούλοιτο αἰτεῖν κελεύοντος, καὶ δώσειν ὑπισχνουμένου,
C Τὸν ὀρχηστὴν, ἔφη, δός, τὰ μέγιστα βλάπτεις. τῷ δὲ Νέρωνος ἐρομένου, Τί δ' ἂν σοι χρήσιμος ἥδοιτο ἐκεῖ; Περσοίκοις, ἔφη, βαρβάροις ἔχω, οὐχ ὁμογλώττοις, καὶ ἑρμηνέων οὐ ῥᾴδιον ἀπορεῖν πρὸς αὐτούς. ἐὰν οὖν τινος δέωμαι, ἀρκούντων ἕξει ἕκαστά μοι ἑρμηνεύσαι. τοσοῦτον ἄρα κεχρῆσθαι αὐτῷ ἡ μίμησις τῆς ὀρχήσεως, ἐπίσημός τε, καὶ σαφὴς φανεῖσα. ἡ δὲ πλείστη ἀρετὴ, καὶ ὁ σκοπὸς τῆς ὀρχηστικῆς, ἡ οἰκειοῦσθαι, ὡς ἔφην, κατὰ τὰ αὐτὰ, καὶ τοῖς ῥήτορσιν ἐπιτηδευομένη, καὶ
D μάλιστα τοῖς τὰς καλουμένας ταύτας μελέτας διεξιοῦσιν. οἶδε γοῦν καὶ ὁ ἐκείνοις μᾶλλον ἐπαινούμενος, τῷ ἐοικέναι τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις, καὶ μὴ ἀσφαλὲς εἶναι τὰ λεγόμενα τῶν εἰσαγομένων ἀνειμένων, ἢ τυραννοκτόνων, ἢ πενήτων, ἢ γεωργῶν, ἀλλ' ἐν ἑκάστῳ τούτων ὃ ἴδιον, καὶ ὃ ἀξιαίρετον δείκνυσθαι. ἐθέλω γοῦν σοι καὶ ἄλλου βαρβάρου ῥῆσιν ὑπὲρ τούτοις εἰπεῖν. ἰδὼν γάρ πέντε πρόσωπα τῷ ὀρχηστῇ προσκευασμένα (τοσοῦτον γὰρ μερῶν ὁ δρᾶμα ἦν) ἐζήτει, ἕνα ὁρᾷ τὸν ὀρχηστὴν,

τίνες

τινες οἱ ὀρχησόμενοι καὶ ὑποκρινόμενοι τὰ λοιπὰ προσωπεῖα, εἶεν. ἐπεὶ δὲ ἔμαθεν ὅτι αὐτὸς ὑποκρινεῖται, καὶ ὑποκρίσει τὰ πάντα, Ἑλεληθάς, ἔφη, ὦ βέλτιστε, σῶμα μὲν τοῦτο ἓν, πολλὰς δὲ τὰς ψυχὰς ἔχων. Ταῦτα μὲν ὁ βάρβαρος. Οὐκ ἀπεικότως δὲ καὶ οἱ Ἰταλιῶται τὸν ὀρχηστὴν πάντομιμον καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ δρωμένου σχεδόν. καλὴ γὰρ καὶ ἡ ποιητικὴ προτροπὴ ἐκείνη, Ὦ, ὦ παῖ, Ποντίου θεοῦ πεπαίου νόον ἔχων, πάσαις πολίεσσιν ὁμιλεῖν, καὶ τὰ ὀρχήσεως ἀναγκαῖα. καὶ δεῖ προσφυῶς τοῖς πράγμασι, συνοικειοῦν ἑαυτὸν ἑκάστῳ τῶν δρωμένων. Ὃ δὲ ὅλον, ἦν, Ⓒ πάνδειξαι, καὶ ὑποκρίνασθαι, ἡ ὄρχησις ἐπαγγέλλεται, νῦν μὲν ἐρῶντα, νῦν δὲ ὀργιζόμενόν τινα εἰσάγουσα, καὶ ἄλλον μεμηνότα, καὶ ἄλλον λελυπημένον, καὶ ἅπαντα ταῦτα μεμετρημένως. Ὃ γοῦν πάντων θαυμαστότατον, τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἄρτι μὲν Ἀθάμαντα μεμηνώς, ἄρτι δὲ Ἰνὼ φοβουμένη δείκνυται, καὶ ἄλλοτε Ἀτρεὺς ὁ αὐτὸς καὶ μικρὸν, Θυέστης, εἶτα, Αἴγισθος, εἶτα Αἐρόπη· καὶ πάντα ταῦτα εἰς αὐθέντου ὄντι. τὰ μὲν οὖν ἄλλα θεάματα, καὶ ἀκούσματα, ἑνὸς ἑκάστου ἔργου τὴν Ⓒ ἐπίδειξιν ἔχει. ἢ γὰρ αὐλός ἐστιν, ἢ κιθάρα, ἢ δὲ φωνῆς μελῳδία, ἢ τραγικὴ δραματουργία, ἢ κωμικὴ γελωτοποιία. ὁ δ' ὀρχηστὴς, πάντα ταῦτα ἔχει συλλαβών· καὶ ἔνεστι ποικίλην καὶ παμμιγῆ τὴν παρασκευὴν αὐτοῦ ἰδεῖν, αὐλοῦ, σύριγγα, ποδῶν κτύπον, κυμβάλου φόρον, ὑποκριτοῦ βοῦφωνίαν, ᾀδόντων ὁμοφωνίαν. ἔστι δὲ τὰ μὲν ἄλλα, θατέρου τῶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἔργα ἐστί· τὰ μὲν, ψυχῆς, τὰ δὲ, σώματος. ἐν δὲ τῇ ὀρχήσει, ἀμφότερα συμπέπλεκται. καὶ γὰρ διανοίας ἐπίδειξιν τὰ μιμήματα ἔχει, καὶ σωματικῆς ἀσκήσεως ἐνέργειαν. Ὃ δὲ μέγιστον, ἡ σοφία τῶν δρωμένων, καὶ μηδὲν ἔξω λόγου. Λεσβώνακτα γοῦν τὸν Μιτυληναῖον, ἀνὴρ καλὸς καὶ ἀγαθὸς, χειροσόφους τοὺς ὀρχηστὰς ἀπεκάλει, καὶ ἥδετο τῇ θέᾳ αὐτῶν, ὡς βελτίων διαστρέψων ἀπὸ τοῦ θεάτρου. Τιμοκράτης δ' ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, ἰδών ποτε αὐτὸν οὐκ ἐξεπίτηδες ὑπείξαντα, ὀρχηστοῦ τὰ αὐτοῦ ποιοῦντα,

A quærebat quínam reliqui eſſent futuri qui alias perſonas ſaltando repræſentarent. Poſtea verò quàm certior factus eſt illum omnia ſaltatione ſua repræſentaturum: Fefelliſti nos, inquit, ô optime, quòd cùm corpus vnum tibi ſit, animas plures habeas. Et hæc quidem barbarus. Non iniuriâ verò & Itali ſaltatorẽ Pantomimi nomine cohoneſtarunt, ab ipſo penè facto ad hoc introducti. Nec inelegans habẽda eſt illa Poëtica cohortatio, O fili, Polypi mentem obtinens, in omnibus verſare vrbibus: ſaltatori equidem perneceſſaria, quem rebus adhærentem oportet ſemetipſum quibuſque factis ap-
B plicare. Præcipuè verò mores & affectus ſe demonſtraturam & ſimulaturam pollicetur ſaltatio, nunc quidem amantem, deinde iraſcentem introducens, mox alium inſanientem, alium animo perturbatum, ac omnia talia valde concinnè & modeſtè. Et quod omnium maximè mirandum eſt, vna eadémque die nunc quidem Athamanta furentem, nunc Ino metuentem exprimit. Et aliàs ipſe ille Atreus eſt, aliàs Thyeſtes, poſt puſillum Ægiſthus, deinde Aërope. Et omnia hæc vnius hominis artificiosè refert induſtria. Alia quidem ſpectacula
C & diſciplinæ vnam quampiam rem oſtendunt: aut enim tibia eſt, aut citharа, aut vocis modulatio, aut fabula tragica, aut plauſibilis aliqua comœdia: cæterùm ſaltator hæc omnia ſimul comprehenſa in ſe complectitur, & eſt varium quendam & mixtum ex omnibus illius videre apparatum, tibiam; fiſtulam, pedum ſtrepitum, clangorem cymbali, repræſentatoris vocem concinnam, canentium concentum conſonum & vnanimem. Præterea alia quidem altervtrius in homine partis ſunt opera: alia enim ſunt mentis, alia corporis: cæterùm
D in ſaltatione iſta mixta ſunt. Etenim mentis demonſtrationem, corporei exercitij actione, ipſis rebus quæ fiunt, ineſſe videmus. Maximi verò omnium ducenda eſt rerum quæ geruntur ſapientia, & quòd nihil citra rationem committitur. Quocirca Lesbonax Mitylenæus planè vir honeſtus ac bonus, ſaltatores, Chiriſophos, id eſt, manu ſapientes, nominare ſolitus, ibátque frequenter ad illorum ſpectacula, quaſi melior à theatro ſubinde eſſet reuerſurus. Timocrates autem eius præceptor, viſo quondam ſemel, non de induſtria aſſiſtens, ſaltatore ſuis rebus indulgente,

Quali me, inquit, ſpectaculo priuauit verecundia quam è philoſophia hauſeram? Quòd ſi vera ſunt quæ de anima Platonem diſſeruiſſe conſtat, tres eius partes pulcherrimè oſtendit ſaltator: vim irascendi, quoties iratum exprimit: deſiderandi, quoties amantem repræſentat: ratiocinandi, quando ſingulos affectus quaſi frenis quibuſdam coërcitos explicat. Et hoc in omnes ſaltationis partes, quemadmodum tactus inter ſenſus corporeos, diſſeminatum eſt. Porrò autem cùm pulchritudinis tantam rationem habere ſoleat, atque inter ſaltandum decentis & concinnæ formoſitatis, quid aliud quàm Ariſtotelis pulchritudinem confirmare videtur, eandem collaudantis, atque inter bona tertio loco conſtituentis? Audiui verò alium ſuper ſaltantium perſonarum ſilentio longè iuueniliùs diſſerentẽ, quòd eo Pythagoricę diſciplinę dogma ſubobſcurè ſignificari videatur. Præterea cùm aliæ vitæ actiones, illæ quidem oblectationem, aliæ verò vtilitatem exercentibus ſuppeditent, ſoli ſaltationi vtraque hæc iuxtà adeſſe videmus, ac vtilitatem longè præſtantiorem, quatenus cum voluptate illa exhibetur. Quanto enim hoc ſpectatu iucundius, quàm videre pugnis decertãtes iuuenes, ac ſanguine diffluentes, alióſque luctantes in puluere, quos non rarò ſaltatio & longè tutiùs ſimul atque decentiùs & maiori cum voluptate demonſtrat? Quocirca apti decentéſque in ſaltando motus, ac corporis inuerſiones & circunductiones, inſuper ſaltus & reſupinationes quibus vtitur, aliis equidem ſæpenumero fuere oblectamẽto ſpectantibus, ipſis autem hæc eadem exercentibus ſaluberrima. Etenim illud ego gymnaſiis pulcherrimum, & maximè omnium conducibile haud dubiè dixero, quòd corpus emolliant, & membra flexibiliora iuxtà ac leuiora efficiant, & ad omnem mutationem promptiora inſtituant, neque mediocri robore corpora ſolidiùs confirment. Quî ergo ſaltatio res erit non omnium elegantiſſima, quæ & mentem acuat, & corpus exerceat, ſpectantes oblectet, multas res priſcas homines doceat, tibiis, cymbalis, numeroſo carminũ concentu animum quantum ad oculos & aures attinet, ex æquo demulcens? Itaque ſi perfectã vocum modulationẽ requiris, vbi alibi inuenies aut chorum pleniorem aut cõcinniorem? Quòd ſi tibię aut fiſtulę ſono dulciſſimo caperis,

A Οἷόν με, ἔφη, θεάματος ἡ πρὸς φιλοσοφίαν αἰδὼς ἀπεστέρηκεν; εἰ δ' ἔστιν ἀληθῆ ἃ περὶ ψυχῆς ὁ Πλάτων λέγει, τὰ τρία μέρη αὐτῆς καλῶς ὁ ὀρχηστὴς δείκνυσι, τὸ θυμικὸν, ὅταν ὀργιζόμενον ἐπιδείκνυται, τὸ ἐπιθυμητικὸν, ὅταν ἐρῶντας ὑποκρίνηται, τὸ λογιστικὸν, ὅταν ἑκάστα τῶν παθῶν χαλιναγωγῇ. τοῦτο μὲν γε ἐν ἁπάντι μέρει τῆς ὀρχήσεως, καθάπερ ἡ ἁφὴ ἐν ταῖς αἰσθήσεσι, πρέσπαρται. καλλους δὲ πρόσωπον, καὶ τῆς ἐν τοῖς ἐρχήμασιν εὐμορφίας, τί ἄλλο, ἢ τὸ τῷ Ἀριστοτέλους ἐπαληθεύει, τὸ κάλλος ἐπαινοῦν-

B τος, καὶ μέρος τρίτον ἡγουμένου τἀγαθοῦ καὶ τοῦτο εἶ). ἤκουσα δέ τινος καὶ περιπάτου μείζονός τι νεανιευομένου ὑπὲρ τῆς τῶν ὀρχηστῶν προσωπείων σιωπῆς, ὅτι καὶ αὐτὴ Πυθαγορικόν τι δόγμα αἰνίττεται. ἔτι δὲ καὶ τῶν ἄλλων ὑποπτευομάτων, τὸ μὲν, ὃ τρυφηρόν, τὸ δὲ, ὃ χρήσιμον ὑπολαμβανόμενα μόνη ἡ ὄρχησις ἄμφω ἔχει. καὶ πολύ γε χρήσιμον ὠφελιμώτερον, ὅσῳ μετὰ τοῦ τερπνοῦ γίγνεται. πόσῳ γὰρ τοῦτο ὁρᾶν ἡδὺ ἢ πυκτεύοντας νεανίσκους, καὶ αἱματι ῥέοντας,

C καὶ παλαίοντας ἄλλους ἐν κόνει ἡ ὄρχησις πολλάκις ἀσφαλέστερον ἀμφοτέρους, καὶ τερπνότερον ὑποδεῖται; τὸ μὲν οὖν γε σεμνότερον κίνησις ὀρχηστικῆς, καὶ στροφαὶ αὐτῆς, καὶ τὰ γωγαὶ, καὶ πηδήματα, καὶ ὑπτιάσεις τοῖς μὲν ἄλλοις, τερπναὶ εἶ) συμβ ὁρᾶσι· τοῖς δὲ ἐνεργοῦσιν αὐτῆς, ὑγ πα. γυμνασίων γὰρ τὸ κάλλιστόν τε καὶ εὐρυθμότατον τοῦτο φαίην ἂν ἔ ναι, μαλακώτερον μὲν τὸ σῶμα, καὶ κουφίζον, καὶ εὐχερὲς εἶ) πρὸ

D βολὴν διδάσκον, ἰσχνόν τε οὐ μικρ ποιοῦν τοῖς σώμασι. πῶς οὖν ὁ π νιόν τι χρῆμα ἡ ὄρχησις, ψηγοῦσα ψυχὴν, ἀσκοῦσα δὲ καὶ τὸ σῶμα σα δὲ τοὺς ὁρῶντας, διδάσκουσα πάλαι ὑπ' αὐλοῖς, καὶ καὶ μελῶν εὐρυθμίαν, καὶ κηλ ὀφθαλμῶν, καὶ ἀκοῆς; εἰ γε καὶ εἶναι ζητεῖς, πόθεν ἂν ἁρμονίαν πολυφωνότερον ἄκουσμα, ἢ ἐ εἴ τε αὐλοῦ, καὶ σύριγγος ὃ

ἅλις καὶ τούτων σὺ ὀρχήσει ἀπολαῦσαί σοι πάρεστιν. ἐῶ λέγειν ὡς ἀμείνων ὁ ἦθος, ὁμιλῶν τῇ τοιαύτῃ θέᾳ, γλυκήσῃ, ὅταν μόνον ὀφρῖς ὁ θεατὴν μισεῖν μὲν τὰ κακῶς πεπραγμένα, ἐπιδακρύειν δὲ τοῖς ἀδικουμένοις καὶ ὅλως, τὰ ἤθη τῶν ὁρώντων παιδαγωγεῖν. ὃ δὴ ἔστι μάλιστα ὅταν τῶν ὀρχηστῶν ἐπαινέσας, τοῦτο ἤδη ἐρῶ, ὃ καὶ ἰσχυρόν τε ἅμα καὶ ὑγρότητα τῶν μελῶν ἐπιτηδεύειν, ὁμοίως μοι δοκεῖ δοξον εἶναι μοι δοκεῖ, ὡς εἴ τις ἐν τῷ αὐτῷ καὶ Ἡρακλέους ὃ καρτερὸν, καὶ Ἀφροδίτης ὃ ἁβρὸν δηλοῖ. ἐθέλω δὲ ἤδη καὶ ἐπιδεῖξαί σοι τῷ λόγῳ, ὁποῖον χρὴ εἶ τὸν ἄριστον ὀρχηστὴν ἔν τε ψυχῇ καὶ σώματι. καίτοι τῆς μὲν ψυχῆς πρόσπορον τὰ πλάσται· μνημονικόν τε γὰρ, καὶ εὐφυᾶ, καὶ ξυνετὸν, καὶ ὀξὺν ἐπινοῆσαι, καὶ καιρὸν μάλιστα ἐσχάθαι φημὶ δεῖν αὐτόν· ἔτι δὲ, κριτικόν τε ποιημάτων, καὶ σοφιστῶν, καὶ μελῶν τὰ ἀρίστων διαγνωστικόν, καὶ τῶν κακῶς πεποιημένων ἐλεγκτικόν. ὃ δὲ σῶμα, κατὰ τὸν Πολυκλείτου κανόνα ἤδη ὑπεδείξάμην μοι δοκῶ· μήτε γὰρ ὑψηλὸς ἄγαν ἔστω, καὶ πέρα τοῦ μετρίου ὑπερμήκης, μήτε παχύνος, καὶ ναυώδης τὴν φύσιν, ἀλλ' ἐμμελὴς ἀκριβῶς· ὥστε πολύχρους, ἀπίθανον γὰρ, ὥστε λεπτὸς εἰς ὑπερβολὴν· σκελετώδες τοῦτο, καὶ νεκρικόν. ἐθέλω γοῦν σοι καὶ δήμου τινὸς ἢ φαύλου τὰ τοιαῦτα ὑπισημαίνεσθαι βοᾶς εἰπεῖν· οἱ γὰρ Ἀντιοχεῖς, εὐφυέστατη πόλις, καὶ ὄρχησιν μάλιστα περισεβάσασα, ὅτως ὑπερτρέχει τῶν λεγομένων, καὶ τῶν γινομένων ἔκαστα, ὡς μηδένα μηδὲν αὐτῶν διαλανθάνειν. μικροῦ μὲν γὰρ ὀρχησοῦ εἰσελθόντος, καὶ τὸν Ἕκτορα ὀρχουμένου, μιᾷ φωνῇ πάντες ἀνεβοήσαμεν, ὡς Ἀστυάναξ· Ἕκτωρ δὲ ποῦ; ἄλλοτε δέ ποτε μικροῦ τινος ὕστερον ὁ μέτριον ὀρχεῖσθαι τὸν Καπανέα ὑπειρεμοῦντος, καὶ περιβάλλειν τοῖς Θηβαίων τείχεσιν, Ὑπέρβηθι, ἐφαμεν, τὸ τεῖχος, οὐδέν σοι δεῖ κλίμακος. καὶ ὑπὲρ τοῦ παχέος δὲ καὶ πιμελοῦς ὀρχησοῦ, πηδᾶν μεγάλα πειρωμένου, Δεόμεθα ἐφαμεν φεῖσαι τῆς ὑμένος. ὃ δὲ ἐναντίον τῷ πάνυ λεπτῷ ἐπεβοήσαμεν, Καλῶς ἔχει, ὡς νοσοιῶτι.

A sufficiens in saltatione quoque fruendi tibi parata est copia. Mitto dicere quòd moribus quoque emendatis multo euades melior, crebrò hisce vtens spectaculis, quoties videris theatrum abominari & odio prosequi malefacta, contrà lacrymis deflere innocenter affectos iniuria: in summa, totam spectantium vitam emendari. Quod autem præcipua in saltatoribus laude extollendũ est, illud iam dicturus sum, membrorum robur atque mollitiem rectè exercere, vtrũque iuxtà mihi admirandum videtur, vt si quis in eodem argumento iam robur Herculeũ, mox Veneris teneram & delicatã ostenB taret mollitiem. Iã verò oratione tibi ostensurus sum qualem & corpore & animo optimum saltatorẽ esse oporteat. Et sanè mentis dotes iam magna ex parte executus sum. Quippe memoria præcellere, ac præcipua ingenij indole clarum, ad hæc solerti & acuta intelligẽtia prædi tum esse illum oportere aio, & qui potissimũ temporis rationem habere poterit: præterea autẽ vt poëmatum ingeniosus censor sit, tum cantuum atque carminũ præstantissimorum peritus expensor, vitiosè verò factorum reprehẽsor argutus.
C Cæterùm corporis modum iuxta Polycleti canonem adumbrabo, vt neque impensè altus sit, neque præter modũ crassus, neque breuis nimiũ aut humilis, neque natura depressus, nanus aut pumilio, sed moderatæ staturæ per omnia: neque carnosus admodum & obesus (absurdũ enim est) neque rursus corpore impensè tenui: hoc enim aridi cadaueris præ se fert imaginem. Memorabo verò tibi populi cuiusdam ad huiusmodi notanda non inertis exclamationes. Antiochia ciues habet ingeniosissimos, quibus studio est saltationem omnibus alijs anteponere exercitijs: adeóque dictorum & D factorum obseruantes sunt, vt nihil omnino earum rerum, illorum subterfugere possit iudicium. Ergo cùm corpusculo admodum modiculo saltator in scenam ingressus saltaret Hectorem, vno ore omnes exclamauerunt, Astyanactem videmus: vbi autem Hectorem mansisse dicemus? Rursus alio tempore quopiam præter modum longo Capanea saltare conante, idémque Thebanorum muros adiecturus esset: Transcende, inquiunt, muros, nihil tibi scalis opus est. Quin etiam impendiò corpulentum & obesum saltatorem falsè subsannarunt, qui cùm ingentem saltum facere adniteretur, Theatrum nobis, inquiunt, suffulciendum fuerat. Contrà nimiũ arido & tenui, tanquã malè habenti, bene valere certatim precati sunt.

Horum profectò non concitandi riſus gratia mentionem adduxi, ſed vt cognoſceres multas quoque gentes magno ſtudio ſaltandi coluiſſe artificium, adeò vt & vitia & virtutes in illo potuerint ſagaciter deprehendere. Sit ergo ſaltator corpore per omnia mobili & ſoluto ſimul atque firmo, vt flecti poſtulante tempore, & firmiter conſiſtere, ſi opus ſit, poſſit. Quòd autem ſaltatio à manuum geſticulatione in certaminibus proponi ſolita aliena nõ ſit, ſed particeps ſit & Mercurij & Pollucis & Herculis editarum in certamine virtutum, deprehendere poteris haud obſcurè, ſingularum imitationum periculum faciendo. Herodoto authori grauiſſimo, ea quæ oculis apparent, certiora videntur, quàm quæ percipiuntur auribus. Saltationi & oculorum & aurium iudicium præſtò eſt. Vſque adeò verò mouet ſaltatio, vt quidam miſerè & perditè puellam quandam deperiens, in theatrum ingreſſus, conſpectis quorum cauſſa amor eſſet, malis, mentis ſanitatem receperit: ac nuncupatis votis theatro egreditur, fronte iam ſerenata hilarior, quaſi pharmacũ quoddam, priorum malorum obliuionẽ inducens, & iuxta poëtam, dolorem & acerbitatem omnem abſtergẽs, hauſiſſet. Quòd autem iſta populo fuerint familiaria, ac quiſque ſpectantium ea quæ inter ſaltandum demonſtrantur callidè, cognoſcat, argumento ſunt ſpectatorum profuſæ nõ rarò lacrymæ, quoties caſus aliquis acerbus & miſerabilis productus fuerit. Bacchica ſaltatio in Ionia præcipuè & Ponto tanto certè ſtudio celebris, quam & ſatyram vocant, vſque adeò hominibus ea detentis voluptati eſſe conſueuit, vt ſtatutis temporibus cæterarum rerum oblíti omnium, perpetuos dies deſideant ſpectantes Titanas & Corybantas, & Satyros & bubulcos. Saltabántque id genus ſaltationes nobiliſſimi quíque, ex ſingulis ciuitatibus primores atque principes, non reuerentiæ gratia, ſed potiùs ob hoc ipſum magnos ſeſe ferebant, magis quàm ob generis claritudinem, & obſequia & dignitates quæ debebantur nobilibus. Poſtea verò quàm virtutes ſaltatorias percurri, audi iam nunc deinceps & ſaltatorum vitia. Sed enim quæ corpus plerunque comitantur, iam oſtendi: mentis autem vitia ad hunc fere modum, vt opinor, obſeruabis. Permulti enim illorum propter inſcitiam (fieri enim non poteſt vt omnes ſapientia exornati ſint) turpibus inter ſaltandum ſolœciſmis delinquunt. Illi quidem dum citra rationem mouẽtur, ac nihil, vt aiunt, ad chordam.

Τούτων ὑ τῦ γελοίυ ἕνεκα ἐπεμνήσθην, ἀλλ' ὡς ἴδῃς ὅτι ϗ δῆμοι ὅλοι μεγάλω σπουδῶ ἐποιήσαντο ὅτι τῇ ὀρχηστικῇ, ὡς ἐ ῥυθμίζειν τὰ καλὰ, ϗ τὰ αἰσχρὰ αὐτῆς διώασθαι. διὸ κίνητος δὲ ὁ μὴ τῦτο πάντως ἔστω, ϗ ὁ σῶμα λεπτομερὲς τε ἅμα, ϗ συμπεπηγὼς, ὡς λυγίζεσθαί τε ὅπῃ χρεὼν, ἐ στωεστάναι κραταιτερῶς, εἰ τῦτο δέοι. ὅτι ϑ οὐκ ἀπήλλακται ὀρχήσεις ϗ τῆς ἀναγωνίυ χειρονομίας, ἀλλὰ μετέχει ϗ τῦ Ἑρμοῦ, ϗ Πολυδεύκους, ϗ Ἡρακλέους, ἐν ἀθλήσει καλῶν ἴδοις ἄν, ἐκάστῃ τῶν μιμήσεων ὀπτικῶν. Ἡροδότῳ μὲν οὖν τὰ δι' ὀμμάτων φαινόμενα, πιστότερα εἶναι τῶν ὤτων δοκεῖ· ὀρχήσει ϑ, ϗ τὰ ὦτων ἐ ὀφθαλμῶν πρόσεστιν. ὅταν δὲ θέλῃ ὄρχησις, ὥστε καὶ ἐρᾶν τινὰς, εἰς τὸ θέατρον παρέλθοι, ἐσωφρονίσθη ἰδὼν ὅσα ἔρωτος κακὰ τέλη, ἐ λύπης ἐχόμενος, ἐξέρχεται τῦ θεάτρου, φαιδρότερος, ὡς πρὸ τι φάρμακον ληθεδόνιον, ϗ κῦ τὸν ποιητὴν, πενθές τε ἐ ἄχολον πιών. σημεῖον δὲ τῆς πρὸς τὰ γιγνόμενα οἰκειότητος, ἐ τῷ γνωρίζειν ἕκαστον τῶν ὁρώντων τὰ δρώμενα, ὁ δακρύειν πολλάκις τοὺς θεατὰς, ὁπόταν τι οἰκτρὸν ἐ ἐλεεινὸν φαίνηται. ἓν μὲν γε Βακχικὴ ὄρχησις, ἐν Ἰωνία μάλιστα, ϗ ἐν Πόντῳ σπουδαζομένη, χάριν Σατυρικὴν ὅσα, οὕτω κεχείρωται τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἐκεῖ, ὥστε κῦ τὸν τεταγμένον ἕκαστοι χρεὼν ἀπάντων ὁπλαθόμενοι τῶν ἄλλων, κάθηνται δι' ἡμέρας, Τιτᾶνας, ϗ Κορύβαντας, ϗ Σατύρους, ϗ βουκόλους ὁρῶντες. ἐ ὀργιῶνταί γε ταῦτα οἱ βυβλιέσταροι, ϗ πρωτεύοντες ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων, ὐχ ὅπως ἀνδρύμενοι, ἀλλὰ ἐ μέγα φρονοῦντες ὅτι τῷ πράγματι μᾶλλον πρὸς, ἢ ἐπ' εὐγενείας, ϗ λειτουργίας, ϗ ἀξιώμασι προσονικοῖς. ἐπεὶ ϑ τὰς ἀρίστας ἔφην τὰς ὀρχηστικὰς, ἄκουε ϗ τὰς κακίας αὐτῶν. τὰς μὲν οὖν ἐν σώματι, ἤδη ἔδειξα· τὰς ϑ τῆς διανοίας, ὅσας ὑπέπτηξεν, οἶμαι, δύναμαι ἄν. πολλοὶ γὰρ αὐτῶν ὑπ' ἀμαθίας (ἀμήχανον γὰρ ἄπασι τὰς ἴσας) σοφὸς) ϗ πολυοικίας δίκας ἐν τῇ ὀρχήσει ὑποδείκνυνται· οἱ μὲν, ἄλογα κινούμενοι, ϗ μηδὲν, ὡς φασι, πρὸς τὴν χορδήν.

ἕτερα μὲν γὰρ ὁ ποὺς, ἕτερα δ' ὁ ῥυθμὸς λέ- A
γει. οἱ δὲ, ῥύθμα μὲν, τὰ δὲ σχήματα δὲ
μετάχορα ἢ παράχορα, οὓς ἐγὼ ποτε ἰδὼν
μέμνημαι. Τὰς γὰρ Διὸς γονὰς ὀρχούμενός τις,
καὶ τὸν τῦ Κρόνου τεκνοφαγίαν, προῃρεῖτο
τὰς Θυέστου συμφορὰς, τῷ ὁμοίῳ πρηγμέ-
νος. καὶ ἄλλος τὸν Σεμέλην κεραυνοκρατούμε-
νος βαλλομένῳ κεραυνῷ, τὸν Γλαύκην
αὐτῇ εἰκάζε, μεταγενεστέραν οὖσαν. ἀλλ' οὐκ
ἀπό γε τῶν τοιούτων ὀρχηστῶν, ὀρχήσεως αὐ-
τῆς, οἶμαι, καταγνωστέον, οὐδὲ τὸ ἔργον αὐτὸ
μισητέον, ἀλλὰ τοῖς μὲν, ὥσπερ εἰσὶν, ἀμα-
θεῖς νομιστέον. ἐπαινετέον δὲ τοὺς εὐνόμως καὶ B
κατὰ ῥυθμὸν τῆς τέχνης ἱκανῶς ἕκαστα δρῶν-
τας. ὅλως δὲ, τὸν ὀρχηστὴν δεῖ πάντα χόρον
ἀπηκριβῶσθαι, ὡς εἶναι τὸ πᾶν ἔυρυθμον, ἔυ-
μορφον, σύμμετρον, αὐτὸ αὑτῷ ἐοικὸς, ἀσυ-
κοφάντητον, ἀνεπίληπτον, μηδαμῶς ἐλλι-
πὲς, ἐν τοῖς ἀρίστοις κεχρημένον τοῖς εὐφυ-
μήσεσι, ὀξυῒ τὴν παιδείαν, βαθὺν τοὺς εὖ-
νοίας, αἰδεσθῆναι οὐ μάλιστα. ὁρῶ ἔπαινος
αὐτῷ τότ' ἂν γίγνοιτο σπουδῆς ὧδε τῷ θεα-
τῇ, ὅταν ἕκαστος τῶν ὁρώντων γνωρίζῃ τὰ
αὑτοῦ· μᾶλλον δὲ, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ, τῇ C
ὀρχήσει, ἑαυτὸν βλέπῃ, καὶ ἃ πάσχειν αὐτὸς,
καὶ ἃ ποιεῖν εἴωθε. τότε γὰρ οὐδὲ κατέχειν
ἑαυτοὺς οἱ ἄνθρωποι ὑφ' ἡδονῆς δύνανται,
ἀλλ' ἀνθοῦσι πρὸς τὸν ἔπαινον ἐκχέον-
ται, τὰς τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς ἕκαστος εἰκόνας ὁρῶν-
τες, καὶ αὐτοὺς γνωρίζοντες. ἀπεχρῶς γὰρ τὸ
Δελφικὸν ἐκεῖνο, ΤΟ ΓΝΩΘΙ ΣΑΥ-
ΤΟΝ, ἐν τῇ θέᾳ ἐκείνῃ αὐτοῖς προσ-
γίγνεται. καὶ ἀπέρχονται ἀπὸ τοῦ θεάτρου, ἄτε
λοιπὰ εἰδότες, καὶ ἃ φεύγειν, μεμαθηκότες,
καὶ ἃ προθύμως ἠγνοοῦσι διδαχθέντες. γί- D
γνεται δὲ ὥσπερ ἐν λόγοις, οὕτω καὶ ἐν ὀρ-
χήσει ἡ πρὸς τῶν πολλῶν λεγομένη κακο-
ζηλία, ὑπερβαινόντων τὸ μέτρον τῆς μι-
μήσεως, καὶ πέρα τοῦ δέοντος ὑπτεινόντων,
καὶ εἰ μέγα τί δεῖξαι δέοι, ὑπερμεγεθῆ ἐ-
πιδεικνυμένων, καὶ εἰ ἁπαλὸν, καθ' ὑπερ-
βολὴν θηλυνομένων, καὶ τὰ ἀνδρώδη, ἄ-
χρι τοῦ ἀγρίου καὶ θηριώδους προαγόντων.

A Alia quippe pes, alia rhythmus loquitur. Cæterùm alij quidem saltando à rhythmo non discrepant, res autem parum aptè & tempestiuè saltationi accommodāt: quorum ego permulta videns memini. Quidā enim Iouis parentes saltans, neque non Saturnum deuorantem liberos, Thyestæ calamitates adsaltabat. Rursus alius Semelen percussam fulmine repræsentaturus, Glaucen illi assimulabat, tempore longè posteriorem. Atqui nequaquam eiusmodi saltatorum gratia, saltationem respuendam esse censeo, neque ipsum odio prosequendum exercitium, sed illi potiùs, vt sunt, imperiti habendi sunt. Laudandos autem eos qui legitimè ac iuxta rhythmum satis artificiosè cuncta obeunt. In summa, oportet saltatorem omnibus numeris esse absolutissimum, vt totum quod agit, sit concinnum, sit aptè accommodatum, ac intra mensuram cohibitum, sibi ipsi non diuersum, à sycophantiæ morsu alienum, reprehensioni minimè obnoxium, & in quo nihil desiderari possit. Est præterea summopere necessarium, vt saltator optimis cogitationibus temperanter instructus sit, acuto ingenij acumine docilis, mente ad deliberandum profunda. Summa verò in illo requiritur humanitas. Statim enim solidam à spectatoribus laudem consequitur, quoties quisque videntium sua ipsius acta illo repræsentante cognouerit: magis verò, velut in speculo, in saltatore se ipse conspexerit, tum qualia passus sit, quæque quondam factitare illi studio fuerit. Neque enim tunc præ voluptate homines se cohibere queunt, sed certatim ad effundendas laudes proruunt, quisque suæ ipsius animæ simulacra conspiciens, ac semetipsum cognoscens. Planè enim Delphicum illud verbum, NOSCE TE IPSVM, ex eiusmodi reportant spectaculo, atque è theatro discedunt, posteaquam quæ expetenda quæque fugienda sint, perdidicerint, & eorum quę priùs ignorabant, periti euaserint. Accidit verò quemadmodum in orationibus, sic pari quoque ratione in saltationibus, ea quæ multis vitio datur Cacozelia, hoc est, mala affectatio, imitationis modum transgredientibus, ac prout quàm par fuerat, actione excedentibus, & si magnum quiddam demonstrandum est, illud præter modum demonstrantibus: rursus si quid molle ac tenerum repræsentandum est, illud plus satis effœminantibus: porrò actiones graues atque viriles ad immanitatem vsque ferinam euehentibus.

Quòd ego quondam ſaltatorem facientem videns, memoria teneo, antea quidem mirum necnon celebrem ſaltandi artificem, cætera ſanè prudentem, nec hominum opinione indignum: verùm haud ſcio quo caſu tunc in ita deformem repræſentationem immoderata affectatione delapſus ſit. Quippe cùm illi Aiax deſaltandus eſſet mox furens poſt victoriam, tantum à ſaltationis decoro excidit, vt nullo modo Aiacis furentis inſaniam repræſentare, ſed ipſe omnium iudicio planè furere atque debacchari videretur. Vnius enim ferreis calceamentis inſtrepentium veſtimentum violẽter diſcidit: alterius è Muſicorum numero correptam tibiam, Vlyſſis iuxtà ſtantis ob potitam armorum victoriam geſtientis capiti illidens incuſſit: & niſi tiara obſtitiſſet, & plagæ violentiam excepiſſet, infelix ille Vlyſſes periiſſet, ad verberantis ſaltatoris pedes prolapſus. Atqui vniuerſa ſpectantium corona ſimili morbo veſaniæ correpta, vnà cum Aiace pariter inſaniebat, & exilientes vociferabantur, ac veſtes à ſe proiiciebant. Itaque vulgus, neque non idiotæ, decori non admodum obſeruantes, neque quod bene, neque quod ſecus ſit, diſcernere queuntes, hæc omnia ad ſummam doloris exprimendi affectationem pertinere arbitrabantur. Ciuiliores verò tametſi rem probè callebãt, ac non parum ob factum pudore ſuffunderẽtur, neque tamen illud reprehendebant ſilentio: ipſa porrò laude, ſaltatoris amentiam honeſtè contegebant, planè perſpicientes hæc non Aiacis, ſed ſaltatoris veſania eſſe perpetrata. Neque verò generoſus ille hiſce contentus quietem egit, ſed aliud quiddam multo magis admiſit ridiculum. Progreſſus enim in medium ſenatorum, inter duos Conſules conſedit medius, admodum metuentes ne vnum ex illis correptũ flagellis quemadmodum arietem cæderet. Quam audaciam partim ex illis admirabantur, partim ridebant, nonnulli verò ſuſpicabantur ne ex immodicâ inſaniæ affectatione vero furoris morbo implicatus eſſet. Et ſanè perhibebant, illum, poſtquã à tanta veſaniæ temulentia ſobrius eſſet factus, in tãtum ob hæc quæ turpiter admiſerat, affectũ eſſe pœnitentia, vt præ nimia mentis mœſtitia ægrotus decumberet, reuera ita propter immodicè affectatam inſaniam perturbatus. Atqui ne ipſe quidem hoc occultè aut diſſimulanter habuit, ſed ſatis manifeſtè declarauit. Siquidẽ poſtulantibus iterum æqualibus vt Aiacem in illorum gratiam deſaltaret, adhibito repræſentatore,

A οὓς ἐγώ ποτε μέμνημαι ἰδὼν ποιοῦντα ὀρχησὶν, δόξαν μὲν οὐ τοσαύτην, σωφρονοῦντα μὴν τἄλλα, καὶ θαυμάζεσθαι ὡς ἀληθῶς ἄξιον, οὐκ οἶδα δὲ ἢ τινι τύχῃ εἰς ἀμήχανα ἐκφορὰν ἐξ ὑπερβολῆς μιμήσεως ἐξοκείλαντα. ὀρχούμενος γὰρ τὸν Αἴαντα, μετὰ τὴν ἧτταν θύθις μαινόμενον, εἰς τοσοῦτον ἐκφερέσθαι, ὥστε οὐχ ὑποκρίνασθαι μανίαν, ἀλλὰ μαίνεσθαι αὐτὸς εἰκότως αὖ τινι ἔδοξεν. ἑνὸς γὰρ τῶν τοῦ σιδηροῦ ὑποδήματι κτυπούντων, τὴν ἐσθῆτα κατέῤῥηξεν· ἑνὸς δὲ τῶν ὑποαυλούντων, τὸν αὐλὸν ἁρπάσας, τῷ Ὀδυσσέως B πλησίον ἑστῶτος, καὶ ὅτι τῇ νίκῃ μέγα φρονοῦντος, διῆλε τὴν κεφαλὴν, κατενεγκών· καὶ εἴγε μὴ ὁ πῖλος ἀντέσχε, καὶ ὁ πολὺς τῆς πληγῆς ἀπεδέξατο, ἀπολωλέκει δὴ ὁ κακοδαίμων Ὀδυσσεὺς, ὀρχηστῇ τοιαυτομόρῳ πεπεισόμενος· ἀλλὰ τόγε δεῦρο ἄπρεπον σωφρονεμένῃ τῷ Αἴαντι, καὶ ἐπῄδων καὶ ἐβόων, καὶ τὰς ἐσθῆτας ἀπερρίπτουν· οἱ μὲν συρφετώδης, καὶ αὐτὸ τοῦτο, ἰδιῶται, τὴν μὲν θύελλαν οὐκ ἐσχασμένοι, οὐδὲ τὸ χεῖρον ἢ τὸ χρῆσιμον ἐρῶντες, ἄχεσιν δὲ μίμησιν τῶν παθῶν τὰ τοιαῦτα C οἰόμενοι εἶναι· οἱ ἀστικώτεροι δὲ, σωφρονοῦντες μὲν, καὶ αἰδούμενοι ὅτι τοῖς γνωρίμοις, οὐκ ἐλέγχοντες δὲ σιωπῇ τὸ πρᾶγμα, ἔνιοις δὲ ἐπαίνοις ἐπαυξοῦντες τὴν ὀρχήσεως ὑπερβολὴν, καὶ ἀκριβῶς ὁρῶντες ὅτι οὐκ Αἴαντος, ἀλλ' ὀρχηστοῦ μανίας τὰ γιγνόμενα ἦν. ὁ γὰρ ἀρχεθεὶς τούτοις ὁ γυναῖος, ἀλλὰ καὶ μακρῷ τούτου γελοιότερον ἔπραξε· καταβὰς γὰρ εἰς τὸ μέσον ἐν τῇ βουλῇ, δύο τῶν ἀπὸ μέσου ἐκαθέζετο, πάνυ δεδοικότων μὴ καὶ αὐτῶν τινα ὥσπερ κριὸν μαστιγώσῃ λαβών· καὶ τὸ πρᾶγμα οἱ μὲν ἐθαύμαζον, οἱ δ' ἐγέλων, οἱ δὲ D ὑπώπτευον, μὴ ἄρα οὐκ ἐκ τοῦ ἄγαν μιμήσεως εἰς τοῦτο πάθους ἐμήνθη τις ἐνεχθείς. καὶ αὐτὸν μέντοι, φασὶν, αἰσθανόμενον, ὅτω μετεδιδοῦσαν ἐφ' οἷς ἐποίησεν, ὥστε καὶ νοσῆσαι τὸν λύπης, ὡς ἀληθῶς ὅτι μανίᾳ κατεγνωσμένον· καὶ ἐδήλωσέ γε τοῦτο σαφῶς αὐτός. αἰτούντων γὰρ αὖθις τοὺς συνηλικιώτας αὐτὸν τὸν Αἴαντα ὀρχήσασθαι αὐτοῖς, ὑποκρινάμενος τὸν ὑποκριτὴν,

ἔφη πρὸς ὁ θεάδην, Ικανόν ὅτιν ἅπαξ μανῆναι. μάλιστα δὲ αὐτὸν ἰώιασεν ὁ ἀντεραστής, καὶ ἀντίτεχνος· τῷ γὰρ ὁμοίου Αἴαντος αὐτὸν γραφέντος, οὕτω κοσμίως καὶ σωφρόνως τὴν μανίαν ὑπεκρίνατο, ὡς ἐπαινεθῆναι, μείνας ἐντὸς αὐτῆς τῆς ὀρχήσεως ὅρων, καὶ μὴ παρεκβάντα εἰς τὴν ὑπόκρισιν. Ταῦτά σοι ὦ Φιλότης, ὀλίγα ἐκ παμπόλλων προέδειξα ὀρχήσεως ἔργα, καὶ ὑπομνήματα, ὡς μὴ πάνυ ἄχθοι μοι ἐρωτικῶς θεωμένῳ αὐτά. εἰ δὲ βουληθείης κοινωνῆσαί μοι τῆς θέας, οἶδα ἐγὼ πάνυ ἀλωσόμενόν σε, καὶ ὀρχησόμενόν γε πρὸς ἑπτά. ὥστε σοὶ δεήσομαι ὃ τῆς Κίρκης ἐκείνο πρὸς σὲ εἰπεῖν, ὃ,

Θαῦμά μ' ἔχει, ὡς ὅτι πιὼν τάδε φάρμακ' ἐθέλχθης.

θελχθήσῃ γὰρ, νὴ, μὰ Δί', οὐκ ὄνου κεφαλήν, ἢ συὸς καρδίαν ἕξεις· ἀλλ' ὁ μὲν νοῦς σοι ἐμπεδώτερος ἔσται, σὺ δὲ, ὑφ' ἡδονῆς οὐδὲ ὀλίγον τῷ Κυκεῶνος ἄλλῳ μεθαδώσεις πιεῖν. ὅσπερ γὰρ ὁ Ὅμηρος περὶ τῆς Ἑρμοῦ ῥάβδου τῆς χρυσῆς λέγει, ὅτι καὶ ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει δι' αὐτῆς, ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ἐγείρουσας ἐγείρει, τοῦτο ἀτεχνῶς ὄρχησις ποιεῖ, καὶ τὰ ὄμματα θέλγουσα καὶ ἐξαγρυπνίαν ποιοῦσα, καὶ ἐπεγείρουσα πρὸς ἕκαστα τῶν δρωμένων. ΚΡΑ. καὶ μὲν ἤδη ἐγὼ, ὦ Λυκῖνε, πείθομαί τέ σοι, καὶ ἀνάπτασθαι ἔμφασιν ἔχω καὶ τὰ ὦτα, καὶ τὰ ὄμματα· καὶ μέμνησό γε, ὦ Φιλότης, ἐπειδὰν εἰς θέαν ἴῃς, καὶ ἐμοὶ προσκαλέσασθαι θέαν καλλιμβανέειν, ὡς μὴ μόνος ἐκεῖθεν σοφώτερος ἡμῖν ἐπανίοις.

A inquit ad theatrum, Satis supérque esse semel insaniuisse. Maximè verò omnium eius animum discruciauit æmulus. Cùm enim idem Aiax illi ex composito desaltandus esset, adeò modestè & temperanter eius repræsentauit insaniam, vt magnam inde laudem reportaret, saltationis fines nusquam egressus, neque repręsentando furenter in quenquam debacchatus. Hæc tibi ô amice pauca sanè ex perquam multis decerpta ostendi saltationis studia atque exercitia, ne prorsus indignè aut dolenter patiaris si ista libenter & magna cum voluptate spectare soleam. Cæterùm si animus est te mecum eiusmodi participem esse spectaculi, sat scio illius illecebris te captum iri, insuper etiam tripudiaturum. Itaque nihil opus est vt illud Circes dictum tibi occinam,

B

Obstupui quòd te nil pharmaca nostra bibentem Demulxere.

Haud dubiè enim demulceberis, & per Iouem, neque asini caput, neque porci cor habebis, verùm mens tibi firmior erit, & cultior. Tu verò præ voluptate C quam spectando mirificam capies, non multum Cyceoni potando tribues. Nam quod Homerus de Mercurij virga aurea affirmat, quòd illius adminiculo, quorum oculos voluerit, in somnum soluat, rursus alios dormientes excitet: hoc planè efficit saltatio, & oculos demulcens, & excubare faciens, & mentem ad singula humanæ vitæ acta accuratiùs discutienda excitans. CRA. Atqui iam tuis me Luciane dictis persuasisti, iámque mihi patent & aures, & oculi. Et vide ô amice vt memoria teneas, vt si quando posthac in theatrum iueris, me tecum vnà pariter spectatum abducas, ne tu solus inde nobis sapientior regrediaris.

ΛΕΞΙΦΑΝΗΣ.

LEXIPHANES. Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

Deridet hoc dialogo Lucianus Cacozelos istos, & affectatores obscuri atque inusitati sermonis, qui dum verbis plerunque obsoletis, & ab vltima vetustate repetitis, interdum etiam nouis, & à se confictis, omnia obscurant, & quasi quibusdam tenebris inuoluunt, egregiè eloquentes ac docti perhiberi cupiunt: ficto ad hoc exemplo Lexiphanis cuiusdam, quem, dialogum quendam ad imitationem (vt ipse quidem videri vult) symposii Platonis compositum, recitantem introducit, adeò ineptum atque ridiculum, vt propter verborum obscuritatem, quæ tamen eiusmodi sunt, vt vix ab ipsis illis antiquæ comœdiæ scriptoribus, ex quibus pleraque ea desumpta sunt, si redeant, intelligi

ſatis poſſe videantur: res quoque, & ipſum argumẽtum eiuſmodi ſint, vt non facilè quicquam frigidius excogitari queat. Quo illud nimirum indicare voluit, affectatores iſtos, dum non res quas dicant, ſed verba ad quæ res accommodent, quærunt, in vtroque pariter ridiculè ac ſtultè ſeſe dare ſolere. Subiicit tamen ad finem paræneſes quaſdam, quibus eundem hunc Lexiphanem, rectam eloquentiæ, ac ſtudiorum bonorum rationem edocet: quale quiddam infrà quoque in Rhetorum didaſcalo facit, vbi duplicem ad eloquentiam comparandam viam proponit: alteram aſperam quidem ſed veram ac rectam: alteram autem compendioſam ac facilem, ſed ad nouum atque affectatum iſtud genus, cuius exemplum hîc proponit, ducentem. Semper autem hoc hominum genus apud omnes odio habitum fuit. Quid enim deteſtabilius, quàm id quod omnium præſtantiſſimum à natura accepimus, & quo ſolo cæteris animantibus differimus, ita corrumpere ac deformare, vt iam neque effectum amplius ſuum habeat (quem enim moueant aut doceant non intellecta?) neque ad id adhiberi queat, ad quod ab initio comparatum eſt. Proinde & olim legimus, Auguſtum Cæſarem ob hoc vitium Mecœnatem & item Caium nepotem reprehendere ſolitum: & apud Athenæum irridentur cùm alij quidam, tum Dionyſius, qui virginem μίναιδρον, & bouem γαρόταν, & porcum ἴαχον, & alia id genus nouis atque affectatis verbis dixiſſet. Noſtra quoque ætate Dialogus Oſcorũ atque Volſcorum ille, indicio eſt quantum ab hoc dicendi genere, doctorum ingenia ſemper abhorruerint. Porrò quod ad verſionem attinet, equidem veniam à lectoribus precor audaciæ huius meæ, qui ſcriptum adeò tenebricoſum, & alicubi (vt videtur) non ſatis integrum quoque, vertendum mihi ſumpſerim, præſertim in tanta veterum authorum paucitate atque penuria, ſine quibus pleraque intelligi hîc rectè non poſſunt. Quod ſanè haud vnquam facturus fuiſſem, niſi inſtituti operis, & amici eius cui hanc operam locaui, maiorem quàm famæ rationem habendam putaſſem. Nã illud ingenuè fateor, me non pauca planè adhuc aſſecutum non eſſe, & pleraque per coniecturas & modica quædam veſtigia incedendo, leuiter, & quaſi per quandam tranſennam, vt dicitur, magis aſpexiſſe quàm deprehendiſſe. Ob quæ etiam ſi reprehendendus fuero, illud tamen non omnino contemnendum effeciſſe me puto, quòd per hoc aliis ac doctoribus quibuſdam anſam inueſtigandi atque vltrà contendendi præbuiſſe videor. Neque verò illud me latet, quòd hoc argumentum non ſimplicibus verbis vertendum atque tractandum fuerat, & quòd ſimili aliquo dictionis genere ludendum, & Græcis reſpondendum erat, propterea quòd hîc nihil aliud quàm verba, & eorum ſiue antiquitas ſiue obſcuritas ſpectanda veniant, rebus ipſis ne tantillum quidem eos qui hæc Latinè legant, iuuantibus: ſed tamen cùm in eo genere ipſe mihi nihil tribuam, neque me dignum aliquid præſtare poſſe videam, malui equidem quibuſcũque verbis ac modis reddere hæc: cætera autem quæ ad ludum & feſtiuitatem pertinent, illis relinquere, qui & ingenio plus valent, & in eo genere aliquando periculum fecerunt.

LVCIANVS.

LExiphanes, formoſus ille, cum libro ſcilicet. LEX. Per Iouem, Luciane, ſcriptum eſt hornum quoddam meorum, calidum adhuc. LVCIA. Iam enim quippiam de ſqualoribus nobis ſcribis? LEX. Haud equidem. Neque verò ſqualorem dixi, ſed venuſtas quædam eſt ſcriptum adhuc recens ita appellare. Tu autem videris aures ſordibus oppletas habere. LVC. Ignoſce amice: nam multum affinitatis inter ſe habent calor & ſqualor. Sed dic mihi, quodnam argumẽtum ſcripti iſtius eſt? LEX. Conuiuium in eo viciſſim inſtituo contra Ariſtonis illud. LVC. Multi quidem Ariſtones ſunt, ſed tu, quantum ex ſympoſio colligere licet, Platonem vidêre mihi dicere. LEX. Rectè ſentis: cęterùm quod dicitur, vt facilè cuiuis alteri inexplicabile fuiſſet. LV. Proinde mihi pauca ipſius libri recita, vt ne omnino expers ſim epuli iſtius: nectar

A

B

ΛΕξιφάνης ὁ καλὸς μετὰ βιβλίου. ΛΕΞ. νὴ Δί', ὦ Λυκῖνε, γράμμα ὄζει τηπενόν τι τῶν ἐμῶν νεοχμόν. ΛΥ. ἤδη γάρ ποθεὶ αὐχμῶν ἡμῖν γράφῃς; ΛΕ. οὐ δῆτα, οὐδὲ αὐχμὸν εἶπον, ἀλλ' ὥρα σοι ὃ ἀρτιγραφὲς ὕπω καλῶ, σὺ δὲ, κυψελόβυσα ἔοικας ἔχειν ὦτα. ΛΥ. σύγγνωθι, ὦ ἑταῖρε. πολὺ γὰρ τοῦ αὐχμοῦ ὁ νεοχμὸν μετέχει. ἀλλ' εἰπέ μοι, τίς ὁ νοῦς τῷ συγγράμματι; ΛΕ. ἀντισυμποσιάζω τὸν Ἀριστωνος ἐν αὐτῷ. ΛΥ. πολλοὶ μὲν οἱ Ἀριστωνες, σὺ δὲ, ὅσον ἀπὸ τοῦ συμποσίου, τὸν Πλάτωνά μοι δοκεῖς λέγειν. ΛΕ. ὀρθῶς αἰνίγμως· ὃ δὲ λεγόμενον, ὡς ἄλλῳ πῳτὶ αὐόητον αὐ ἐῶ. ΛΥ. οὐκοῦν ὀλίγα μοι αὐτοῦ ἀνάγνωθι τοῦ βιβλίου, ὅπως μὴ πάντα σὺν ἀπολειπόμενος τῆς ἑστιάσεως νέκταρ

ἐγὼ γάρ τινος ἔοικας οἰνοχοήσειν ἡμῖν ἀπ' αὐτῶν. ΛΕ. τὸν μὲν εἴρωνα πέδοι καταβαλε· σὺ δέ, ὅπως ποιήσας τὰ ὦτα, ἤδη ἄκουε· ἀπέστω δὲ ἡ ὀπισθόστροφος ἡ Κυψελίς. ΛΥΚ. λέγε θαῤῥῶν, ὡς ἔμοιγε οὔτε Κύψελός τις, οὔτε Περίανδρος ἐν τοῖς ὠσὶ κάθηται. ΛΕ. σκόπει δὴ μεταξὺ ὅπως διαφθαρήσομαι, ὦ Λυκῖνε, τὸν λόγον, εἰ ἄρχῃς γε ὅτι, καὶ πολλοῦ τινὸς ἀλαζονίας ὑπεπλησμένος, καὶ ἀλλεξις, ἔπι δὲ, ἀώνυμος. ΛΥΚ. ἔοικε τοιοῦτος εἶναι, οὐδέ γε ὠήν, ἀλλ' ἄρξαι ποτέ. ΛΕΞ. εἶτα δειπνήσομεν, εἶθ' ὡς ὁ Καλλικλῆς· εἶτα δ' ἀλινὸν περιδινησόμεθα ἐν Λυκείῳ· νῦν δὲ ἤδη καιρὸς ὅτι χρίεσθαι τὸ μεσημβρινὸν, καὶ πρὸς τὸν εἴλεω θάλπεσθαι, καὶ λουσαμένους, ἀριστᾶν· καὶ ἤδη γε ἀπιτητέα. σὺ δὲ, ὦ παῖ, στλεγγίδα μοι, καὶ βύρσαν, καὶ φακῶνα, καὶ ῥύμματα, ναυσολήσας τὸ βαλανεῖον, καὶ ὑπόλυθρον κομίζων. ἔχεις δὲ χαμαίζηλον τὸν ἐλαιοθήκην δύ' ὀβολώ. σὺ δὲ τί καὶ πρὸς ταῦτα, ὦ Λεξίφανες, ἥξεις, ἢ ἐλιννύσεις ἔπι αὐτοῖς; κἀγὼ, ὦ μῆ· ἐγὼ, πάλαι λουτῶ. οὐκ ἀπόρως τε γὰρ ἔχω, καὶ τὰ ἀμφὶ τὸν πρόμον μαλακίζομαι, ἐστὶ δ' ἀγροίκου ὀχήματος. ὁ γὰρ ἀγροικότατος ἐπιστὰς ὀχεῖται. ὁ δὲ καὶ αὐτὸς ὀκνῶν ἐλαύνειν τὸν ὄνον, χωλαίνει· ἀλλὰ καὶ ἐγὼ αὐτῷ οὐκ ἀκμὴν ἐῶν τοῦ ἀγροῦ· κατέλαβον γὰρ τοὺς ἐργάτας λιγυρίζοντας τὸν θερινὸν ᾠδὸν· τοὺς δὲ, πάππον τοῦ ἐμοῦ πατρὸς καταστυβάζοντας. σκευτυμβωρυχήσας οὖν αὐτοῖς, καὶ τοῖς ἀναχοῦσι τὰ αὐδήρα, καὶ αὐτὸς ὀλίγα συνεργοπονήσας, ἐκείνους μὲν ἀφῆκα, τῷ τε κρύους εἵνεκα, καὶ ὅτι καύματα ἐῶ. οἶσθα δὲ, ὡς ἐν κρύει σφοδρῷ γίνεται τὰ καύματα, ἐγὼ δὲ πρὸς ἐλθὼν τὰ ἀρώματα, σκορδά τε δύο ἐν αὐτοῖς πεφυκότα, καὶ γήπεδά τινας ἀπορύξας, καὶ τὸν σκαπανίσκον, καὶ βραχάνων λαχανοσάμενος, ἔτι δὲ κάχρυς τριάδιον (οὔπω δὲ οἱ λήμωνες αὐθομαίαν ἡσθρ, ὡς αὐτοποδὶ βαδίζειν) ἀπατελὴς ὅτι τὸν ἀγροῖκον, ἐδαῤῥῶ τὸν ὄρρον. καὶ νῦν βαδίζω τι ὀδυνηρῶς, καὶ ἰδίᾳ θαμά, καὶ μαλακικῶς δὴ σῶμα, καὶ δέομαι λαμπρᾶς τοῦ ὕδατος ὑπιπλῆσαι, χαίρω δὲ μὴ κάματον ἀπολουόμενος. ἀπορρέξομαι οὖν καὶ αὐτὸς τὸν παῖδα, ὃν εἰκὸς ἢ παρὰ τὴν Λεκυθοπώλιδι,

A enim quoddam pocillaturus ex ipso nobis esse vidêre. LEX. Cauillatorẽ igitur hunc abs te in humum proiice. Ipse verò auribus factis permeabilibus, auscultа iã, absit autem obturatrix ista Cypselis. LV. Dic audacter. Nam mihi quidem neque Cypselus neque Periander in auribus residet. LEX. Aduerte itaque interea quo pacto peragam, Lycine, orationem, an ea principium cõmodum vtique habeat, ac multũ eloquentię præ se ferat, stilo haudquaquam trito atque obuio composita, præterea autem & verbis bonis ornata. LVC. Apparet huiuscemodi esse, præsertim tua cùm sit: sed incipe tãdem. LEX. Proinde cœnabimus postea, inquit Callicles. Exin vespertinũ illud (quod solet) in Lycéo obambulabimus. Iam nunc autem tempus est vngendi, pro meridiano atque æstiuo more, & ad solis splẽdorem apricãdi, ac postquam lauerimus, panem esitandi. Atque adeò abeundum iam est. Tu verò puer strigilem mihi, ac vestem pelliceam, linteáque, & saponem, vt mittas in balneum, atque ablutoriam vt afferas. Habes autẽ humi iuxta armariolum duos obolos. Sed & tu quid ages Lexiphanes? Veniésne, an amplius hîc demoraberis? Tum ego, Iam olim, inquam, lauaturio. Nam & ęgrè incedo, & ex iis quę circa anum sunt, malè habeo, mula clitellaria vectus. videlicet. Approperabat enim mulio, tametsi claudicaret ipse. Sed & in ipso agro absque labore nõ fui. Deprehendi enim operarios cantillantes æstiuam cantionem, eos nimirum qui patri meo sepulchrum extruebant. Postquam igitur cum illis vnà fodissem, & cum iis quoque qui ripã aggerebant, ipse parumper manum operi admouissem: illos quidem reliqui & frigoris causa, & quia vrebo quædam erat. Scis autem quòd in frigore vehemẽti vredines generentur. Ego verò obambulans culta agrorum, etiam allia reperi inter ipsa enata. Ac terræ clauis aliquot effossis, Scanariisque herbis & Bracánis esui collectis, præterea & hordeo coëmpto (nondum autem prata floréscentibus vitibus fragrabãt, vt pedibus incedere liberet) sublatus in mulam, attriui summum podicem. Et nunc ex eo ægre & cum dolore incedo, & sudo frequenter, & corpore languesco, opúsque habeo quãplurimum in aqua pernatare. Iuuat autem post laborem ablui. Proin & ipse puerum curriculo ablegabo, quem verisimile est aut apud Lecithopolidem,

aut certè apud eum qui facculos distra- A
hit, me expectare. Atqui edictum illi fuerat, vt ad Selga obuiam veniret. Sed in tempore eccum ipsum, adest, mercatus panem collostratum, & alios subcinericios, & cepas virescentes, & fucas, & œbum istum, & leporinam, & bouis intestinum illud multiplex & rugosum, & phoctas. Euge, ô Atticion, rectè abs te factum, quòd magna itineris peragendi parte me subleuasti. Ego verò, inquit ille, Sillus propemodum here factus sum, dum te circunspicio. Cæterùm vbi tu heri cœnasti? Num apud Onomacritum? Haudquaquam per Iouem, inquam ego, B
sed rus ibam, vbi ripæ aggerem protendi. Scis autem quàm studiosus agrorum sim. Vos autem fortasse putabatis Cottaborum strepitus exercuisse me. Sed ingressus, hæc atque alia suauiter condito, ac mactram emunda, vt thridacinas nobis pinsatis. Ego autem abiens, in sicco & ad solem vngar. Et nos, inquit Philinus, ego videlicet & Onomarchus, & Hellanicus hic, sequemur. Nam & gnomon medium iam horologium vmbra designat, & periculum est ne in aqua ista impura, & aliorum eluuie coinquinata, lauandum nobis sit à tergo Ca- C
rimantum inter fœcem vulgi, confertis illis vndique nos trudentibus. Ibi tum Hellanicus, Ego verò, inquit, etiam ægrè intueor, & mihi pupillæ oculorum quasi quodam atramento offusæ sunt, & nicto frequenter, & lacrymas subinde emitto: atque ipsi mihi oculi medicinam gestiunt, ac opus habeo Æsculapij filio aliquo, medicinæ ocularis probè perito, qui miscendo atque infundendo medicamentum aliquod, rutilare mihi faciat oculos, & non ampliùs lippitudine laborare, aut humidum & aquosum videre. Atque huiuscemodi quę- D
dam inter nos verbis prosecuti, omnes qui tum aderamus, abiuimus. Et postquã venimus ad gymnasium, exuti vestibus, alius quidem pancratio, alius autem lucta & palæstra recta exercebatur, alius pinguiter perunctus membra variè detorquebat, alius iaculo contendebat, alius plumbeos quosdam lapides obnixè atque vibratim tenens manu iaciebat. Deinde vbi mutuò exercuissemus nos, atque alter alterum postergassemus, gymnasióque satis illusissemus: ego quidem & Philinus, postquam in labro calido abluissemus nos, abiuimus. Reliqui verò, vbi caput frigida tinctum, Delphinum more immersissent, mirabili quodam modo inter aquas iuxtà adnatabant. Reuersi autẽ iterum, diuersis locis diuersa agitabamus.

ἢ ὦδέ ὦ ϛευμφοπώλη με ὠφελμύφν. καίτοι ὠφηγόρθτο αὐτῷ ὅτι τὰ Σέλγη ἀπδωτᾶν. ἀλλ' εἰς χαιρὸν ἥτοι αὐτὸς ἐμπολήσας τε ὡς ὁρῶ πυελάτλω τέ τινα, & εἰκρυφίας, καὶ γήτεια, & φύκας, καὶ οἷον τουτονὶ, & λωγαν.ον, καὶ τὸ βοὸς ὃ πολύπλυχον ἔγκατον, καὶ φώκας, ΕΥγε, ὦ Αττικίων, ὅτι μοι ἄδαπν ἐποίησας ὃ πολὺ τ ὁδδ, Ἐγὼ δὲ, ἦλ' ὅς, σίλλος, ὦ δέσποτα, γεγὼνμαι, σὲ ὠφελορῶν· σὺ δὲ ποδ ἦδες ἐδείπνεις; μᾶλ' ὦδέ Ονομακρίτῳ; οὐ μὰ Δί', ἦ δ' ἐγὼ, ἀλλ' ἀγρὸν δὲ ᾠχόμην, ψύτλαν καλατείνας, οἶδα δὲ ὡς Φίλαγρος εἰμι, ὑμεῖς δὲ, ἴσως ᾤεσθέ με λαλαγεῖν κοτλάδους· ἀλλ' εἰσιὼν, ταῦτά τε καὶ τἄλλα ἡδύνθν, καὶ τλὼ κάρδοπον σμῆν, ὡς θριδακίνας μάτλοιτε ἡμῖν, ἐγὼ δὲ ξηραλοιφήσω ἀπελθών. κἀ ἡμεῖς, ἦδ' ὅς ὁ Φιλῖνος, ἐγώ τε, κἀ Ονόμαρχος, καὶ Ελλάνικος ἥτοι, ἑψόμεθα. καὶ γὰ ὁ γνώμων σκιάζ μέσην πόλον. καὶ δέος μὴ ὁ λουτεῖῳ ἀπολουσώμεθα, κατόπιν τ Καισμαύτων, μ' τᾶ σύρφακος βύζιν ὠσιζόμενοι. & ὁ Ελλάνικος ἔφη, Ἐγὼ γ' κ δυσωπῶ, κ γὰρ τἀγρά μοι ὀπιτεθόλωσθον, κ σκαρδαμυκτῶ θαμὰ, καὶ θριδακρύς εἰμι, & τὰ ὄμματά μοι φαρμακᾷ, & δέομαι Ασκληπιάδου τινὸς ὀφθαλμοσόφου, ὃς παρέξας, καὶ ἐσχέας μοι φάρμακον, ἀφρυθριάσαι ποιήσᾳ τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ μηκέτ' ληματέους ἔχ), μηδὲ διερὸν βλέπειν. τοιαῦτα ἄττα διεξιόντες πάντες οἱ παρόντες, ἀπηειμθ· κἀπειδήπερ ἤκομθ εἰς τὸ γυμνάσιον ἀπηθειμθοι ἤδη, ὁ μὰ τὸν ἀκροχειρισμῶ, ὁ ὅ, τραχηλισμῶ, & ὀρθοπάλη ἐχρῆτο, ὁ ὅ, λίπα χρισάμθος, ἐλυμίζετο, ὁ ὅ, αὐτέβαλε τᾷ κωρύκῳ, ὁ ὅ, μολυβδαίνας χερμαδίους θράγδην ἔχων, ἐχεβόλ. εἶτα στωτειβόντες, καὶ ἀλλήλους καταμωτισάμθοι, & ἐμπαίξαντες τᾷ γυμνασίῳ, ἐγὼ μὲν, & Φιλῖνος σὺ τῇ θερμῇ πύελῳ καταμοηθέντες, ὀζήειμθ· οἱ λοιποὶ ὅ, ὃ ψυχροβαφὲς κάρα δελφινίσθντες, πρόσθεον ὑποδρύχιοι θαυμασίως. διατρέφαντες ὅ αὖθις, ἄλλοσε ἄλλα ἐδρῶμθ.

ἐγὼ μὲν, ὑποδησάμενος, ὀξυόμιλον τὴν κε-
φαλὴν τῇ ὀδοντῇ ξύσρᾳ. ἐγὼ δ' ἡπίου, ἀλ-
λὰ σκαφίου ἐκκεκάρμην, ὡς αὐτὸν πρόπολλοῦ
τὸν κόννον, καὶ τὴν κορυφαίαν ἀποκεκαμμένως.
ἄλλος ἐθερμοτρίβει, ὁ μὲν ἤμισυ τὸν νῆσιν, ὁ δὲ,
ὀψαρίας ποιῶν τοὺς ῥαφανίδας, ἐμυσίλατο τὴν
ἰξιδυπρῆ ζωμὴν, ἄλλος ἤσθιε φαυλίας, ὁ μὲν ἐρ-
ρόφει τὴν χριθῶν. κἀπειδὴ κατεὸς ἦν, ἐπ' ἀγ-
κώνος ἐδιπνοῦμεν, ἔκειντο μὲν καὶ ὀκλαδίαι, καὶ
ἀσκαύτια. ὁ μὲν δὴ δεῖπνον ἦν ἀπὸ συμφο-
ρῶν. παρεσκεύαστο μὲν πολλὰ, καὶ ποικίλα, δίχη-
λα ὕφα, καὶ σκελίδες, καὶ ἠτρία, καὶ τοκάδος
ὑὸς ὁ ἐμβρυοδόχον ἔντερον, καὶ λαβὸς ἐκ τα-
χέως, καὶ μυττωτὸς, καὶ ἀβυρτάκη, καὶ τοιαῦτά
τινες κεραυκάδες, καὶ θρυμματίδες, καὶ θρία, ἐν
μέλιτι πεπλυμένα. τὴν δ' ἐκ θορυχίων τὰ σελάχια
πολλὰ, καὶ ὅσα ὀστράκινα· ὁ δὲ ἔρμις, ἐν τεμάχη
ταρτησσικὰ τὴν ἐκ Σαργάνης, καὶ κωπαΐδες, καὶ
ὄρνις στεῦγος, καὶ ἀλεκτρυὼν ἤδη ἀπῳδὸς,
καὶ ἰχθὺς ἐν ὠδῖσιν. καὶ οἶνον μὲν ὅλον ἱππομελῆ
εἴχομεν, καὶ βοὸς λαπαγώμενος κωλήν. ἄρτοι
μὲν ἦσαν σιφανοῖ, καὶ φαῦλοι, καὶ ἄλλοι νου-
μηνίοι, ὑπερημερηκότες τῆς ἑορτῆς· καὶ λάχανα,
τά τε ὑπόγαια, καὶ τὰ ὑπέρφυῆ· οἶνος δὲ ἐν ὥρῃ,
ἀλλὰ τὴν ἀπὸ βύρσης, ἤδη μὲν ἀγλυ-
κὴς, ἄπεπτος δὲ ἔτι. ποτήρια δὲ ἔκειτο πρωτοῖα
ὑπὸ τῆς δελφινίδος τραπέζης, ὁ κρυφιέτω-
πος, καὶ πυέλης Μεντορουργὴς, βύλλοβον ἔχων
τὴν χέρνιν, καὶ βομβυλιὸς, καὶ δρεπανοπόλον,
καὶ γηλοῦν πολλὰ, οἷα Θερικλῆς ὠπτᾶτο, βύρυ-
χαδήν τε, καὶ ἄλλα βύσσινα. τὰ μὲν, Φωκαΐθεν,
τὰ δ', Κνιδόθεν· πρόπινα μέντοι ἀνεμοφόρητα, καὶ
ὑμβρύστρακα. κυμβία δὲ ἦν, καὶ φιαλίδες, καὶ
ποτήρια γραμματικά· ὥστε μεστὸν ἦν ὃ κυ-
λίκιον. ὁ μέντοι ἱπνολέβης, ἐκφυσιόζων,
ἐς κεφαλὴν ἡμῖν ἐπέτρεπε τοὺς ἀνθρακας.
ἐβινοῦμεν δ' ἀμυστὶ, καὶ ἤδη ἀκροθώρακες ἦμεν·
εἶτ' ἐχειρίζετο κακχαεῖδι. καὶ εἰσεκύλισέ τις
ἡμῖν τὴν ποδοκτύπην, καὶ τριγωνίστριαν. μετ' ὀλίγον,
ὁ μέν τις ὅτι τὴν κατήλιφα αἰαρρίχησάμενος,
ὅτι φόρημα ἐζήτει, ὁ δὲ λικίνδα ἔπαιζεν,
ἄλλος ἐρρίχροτα σὺν γέλωτι τὴν ὀσφύν.

A Ego quidem ſublígatis crepidis, caput fricabam dentato ſtrigile. Non enim in Cepij, ſed iñ Scaphij modum tonſus eram, vt qui nõ multo antè mentum ac verticem detõdiſſem. Alius autẽ calida glutiebat, alius ventrem delectabat, alius raphanis in tenues partes conciſis, abſorbebat ſalſas ac piſculentas illas offellas, alius agreſtes oliuas cõmanducabat, alius etiã hordeum ingurgitabat. Atque vbi iam tẽpus erat, in cubitos inclinati cœnabamus. Poſitæ autẽ erant & ſellæ & grabatula quædam. Proin cœna quidem collatitia erat. Apparata autem erant multa, & varia, bifida videlicet ſuilla, & laterũ pulpamenta, & ſuminis quædam, & ſuis nuper enixæ inteſtinum illud quo fœtus recipit, & B hepar è ſartagine, & alliatum, & Abyrtace, & ſimilia quędam condimenta opipara, deinde & Thrymmatides, & frictillæ ficulnis foliis inuolutæ, & ex melle dulciaria. Ex natatilibus autẽ & marinis cartilaginea multa, & quæcunque oſtraceis teguntur, & offæ ponticæ, eorũ quæ ſportulis ſiue naſſis excipiuntur, & anguillæ copaides, & gallina altilis, & gallus qui canere deſiit. Etiam piſcis erat paraſitus, & ouem totam in furno aſſatam habebamus, bouiſque iam grandioris atque æuo C confecti pernam anteriorem. At verò panes aderant ſiliginei, non mali, & alij nouilunares, poſt feſtum ceu præterito vadimonio dilati, & holera tum ſubterranea, tum in altum excreſcentia. Vinum autem erat non vetus, ſed ex iis quæ in vtribus offeruntur, quod iam muſtum quidem deſierat eſſe, nondum tamen ad plenum coctum erat. Pocula verò poſita erant omnis generis in Delphinide menſa, puta crater ille occultator frontis, & clauatus, Mentoreum opus, habens anſam prehenſu facilem, & Bombylius, & Dirocypelum, & fictilia multa, qualia Thericles coquebat, multicapaciáque, atque alia lati oris, quorum quædam ex Phocæa, alia verò è Gnido aduecta fuerunt. Omnia verò tenuia, fragiliáque, ac teneras teſtas habentia. Erant autem ibi & cymbia, & paruæ phialæ quædam, & pocula D quædam grammatica, ita vt plenus eſſet abacus. At verò lebes furnarius ebulliens, in caput nobis euertit carbones. Bibimus autem continuis hauſtibus, & iam inebriati eramus, atque exinde vngebamur cancharide, & introduxit nobis quiſpiam podoctypam, & trogoniſtriam, atque exinde aliũsquidam in tabulatum aſſultans, irrumpendi locum quærebat, alius autem crepitu ac plauſu digitorum ludebat, alius porrò cum riſu lumbos laſciuiter agitabat.

Atque interea vbi iam lauiſſemus, comeſſantes ad nos intrò irruperunt, vltrò, non accerſiti, Megalonymus cauſſarum ac litium ſectator ille, & Chærea aurifex, is qui tergum variegatum habet, & Eudemus Ocataxis. Ego verò interrogabam eos, quidnam accidiſſet eis cur tam ſerò venirent. Chærea igitur, Segmentum quoddam, inquit, & inaures & pedicas filiæ meæ apparabam, & ob hoc ad repotia vobis veni. At ego, inquit Megalonymus, aliis rebus occupatus fui. Dies enim fuit haudquaquam iudicialis, vt ſcitis, & nefaſtus: proinde, vtpote ſilentio in foro exiſtente, neque perorare licuit, neque per diem dicendo, aquam & clepſydram diſpenſare. Cùm audiſſem autem quòd Imperator conſpiciendum ſeſe præberet acceptis veſtibus inuſitatis, & bono ſtamine textis, ſubligatiſque calceis antea non geſtatis, proripui me ipſum foras: atque exinde ſtatim incidi in Daduchum & Hierophantem, ac cæteros arcanis ac turpibus operantes, qui Diniam obtorto collo ad magiſtratum rapiebant, reum facientes, quòd ipſos nominaſſet, idque cùm ſciret quòd ex eo tempore quando initiati fuiſſent, & ſine nomine forent, & innominabiles, vtpote ſacrinomines iam facti. At neſcio, inquam, quémnam hunc Diniam dicas. Vocabat igitur me nomine. Eſt, inquit, in tabernis aleatoriis homo perditus, ex egenis ac vilibus iſtis, ſemper comatus ac ſqualidus, endromidum aut baucidarum calceamento ſubligatus, ac veſte manicata indutus. Quid igitur, inquam, dedítne pœnas aliquo modo? an calcibus inſultans aufugit? At verò ille, inquit Megalonymus, qui antea inter tibias & cantores perſtrepebat, iam immobilis ác tacitus eſt. Nam Imperator ſegregatum, & à reliquo grege ſeorſim amotum, circundatis illi manicis, & intento vinculo collari, in pedicis ac tibialibus tormentis degere hominem fecit. Quare in vinculis exiſtens, pedebat nonnihil miſer ille præ timore, & crepabundus erat, pecuniámque pro redimenda vita dare volebat. At me, inquit Eudemus, ſummo diluculo accerſiri ad ſe fecit Damaſias, is qui olim quidem athleta fuit, multáſque victorias retulit, nunc autem præ ſenectute iam à certaminibus abſtinet. Noſti æream ſtatuam in foro poſitam. Ac alia quidem picando, alia inflammando peregi. Domum enim deducturus hodie fuerat filiam ſuam ad nouum maritũ, iámque adeo exornabat illam, cùm interea anxium quoddam malũ interueniens, diremit feſtum.

A καὶ ὁ Ταυτᾶ λελυμμένοι, εἰσεκώμασθμ ἡμῖν αὐτεπάγγελτοι, Μεγαλώνυμός τε ὁ δικοδίφης, καὶ Χαιρέας ὁ χρυσοτέκτων, ὁ κατ' ἰνώπου ποικίλος, καὶ ὁ ὠοκατάξις Εὔδημος. κἀγὼ ἠρόμην αὐτούς, τί παθόντες, ὀψὲ ἥκοιεν. ὁ μὲν οὖν Χαιρέας, Ἐγὼ, ἦ δ' ὅς, λῆρόν τινα σκευάριον, καὶ ἑλλόδια, καὶ πέδας τῇ θυγατρὶ τῇ ἐμῇ, καὶ δι' ταῦτα ὑμῖν ὀπτιδείπνιος ἀφῖγμαι. Ἐγὼ δὲ, ἦ δ' ὅς ὁ Μεγαλώνυμος, ἄλλα εἶχον· ἐμοὶ μὲν γὰρ ἄδικος ἡ ἡμέρα, ὡς ἴστε, καὶ ἄλογος· ὡς αἰ οὖν ἐκεγλωττίας ὄσης, ὥστε ῥήσιμος τὴν εἶναι εἶχον, ὥστε ἡμερολέσχην, ὡς ὑστερονόμως θαι. πυθόμενος δ' ὅτι ὁ στρατηγὸς ὀπτὸς ὄστι, λευκὰ ἀλκυονία ἱμάτια, βυσσινᾶ, καὶ ἀφόρητα ἀρωδήματα, ἐξεφρησα ἐμαυτόν· εἶτ' αὖθις ἐντυχὼν δαδούχῳ τε, καὶ ἱεροφάντῃ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀῤῥητοποιοῖς, Δφνίαν σύρουσιν ἀΐδην ὅτι τὴν ἀρχὴν, ἔγκλημα ἐπάγοντας, ὅτι ἀνόμαζεν αὐτούς. καὶ ταῦτα, δῆ εἰδὼς ὅτι ὅς ἂν ἄρα ὠσιώθησθμ, ἀνώνυμοι τέ εἰσι, καὶ σκέπτ ὀνομασοὶ, ὡς αἰ ἱερώνυμοι ἤδη τετμημμένοι. Οὐκ οἶδα, ἦν δ' ἐγὼ, ὃν λέγῃς, τὸν Δφνίαν· σκάλῃ δ' οὖν με τοιοῦτο μα. Ἐστιν, ἦ δ' ὅς, ἐν τοῖς σπερμαφείοις ἐγκαυχιδαλος ἀνθρωπος, τῶν αὐλητικῶν, καὶ τῶν αὐλοκαβδάλων, ἀεὶ κουρεῶν, ἐνδρομίδας ὑποδούμενος, ἢ βαυκίδας, ἀμφιμάσχαλον ἔχων. Τί οὖν, ἐγὼ δ' ἐγὼ, ἔδωκεν ἀμηχέπη δίκην, ἢ λῆξ πατήσας, ὤχετο; Καὶ μὰν σκληνός γε, ἦ δ' ὅς, ὁ τέως αὐλούμενος, ἤδη ἐμπεδός ὄστιν. ὁ γὰρ στρατηγὸς, καίτοι ἀτιμαγελοιῶδη καρπώδεσμά τε αὐτῷ περιθεὶς, καὶ περιδέραιον σιδηροκάκας, καὶ ποδοστράβας, ἐποίησεν εἶναι. ὥστε σὺν δεσμοῖς ὢν, σκαιόδυλλέ τε ὁ κακοδαίμων σκαὶ τῷ δέει, καὶ πορδαλέος ἦν, καὶ χρήματα αὐτίψυχα διδόναι ἤθελεν. ἐμὲ δ', ἦ δ' ὅς ὁ Εὔδημος, σκαὶ ὃ ἀκροκνεφὲς μετεπέμψατο Δαμασίας, ὁ πάλαι μὲν ἀθλητὴς, καὶ πολυνίκης, νῦν δ' ἤδη σκαὶ γήρως ἐξαθλεῖν ὤν. οἶσθα τ' χαλκοῦν, τὸν ἑστῶτα σὺν τῇ ἀγορᾷ. καὶ τὰ μὲν, πυττῶν, τὰ δ', ἀλοιῶν, διετέλεσα· ὄξοικεν γὰρ ἔμελλε τὴμεραν εἰς ἀνδρὸς τὸν θυγατέρα, καὶ ἤδη σκάλλωσεν αὐτήν· εἶτα μερμέριόν τι κακὸν ἐμπεσὸν, διέκοψε τὴν ἑορτήν.

B

C

D

ὁ γὰ

A Ac non multò pòst Libyes quoque artem hanc sunt aggressi. Siquidem & oraculum quod est apud illos, Ammonis, ad cœlum, & huius sententiam refertur, iuxta Ammonem, quem illi arietis specie fingunt. Calluerunt autem hæc omnia & Babylonij: atque hi quidem affirmant se primos omnium fuisse. Verùm, vt ego existimo, multo posteriùs ad hos scientia peruenit. At verò Græci nec ab Æthiopibus nec Ægyptiis de Astrologia quicquam audierunt: verùm illis Orpheus Oeagro Calliopéque prognatus, primus ista monstrauit: non ille quidem admodum dilucidè, neque B rem clarè docuit, sed præstigiis ac mysticis inuolucris obtexit. Sic enim illi visum est. Nam concinnata lyra Orgia instituit, sacráque cantiones decantabat. Porrò lyra cùm septem haberet chordas, concentum mobilium stellarum repræsentabat. Hæc conquirens atque hæc agitans Orpheus, omnia delenibat, omniáque vincebat. Neque enim illam hominis lyram spectabant, neque illi alterius musices studium erat, verùm hæc magna illa Orphei lyra. Hisce rebus cùm Græci honorem habere vellent, locum illi in ipso cœlo designarunt, & complusculæ stellæ vocantur Orphei lyra. Quòd si quando Orpheum videris vel saxo expressum, vel coloribus effictum, sedet in medio, canenti similis, manibus tenens lyram: circum hunc animantium innumera multitudo, inter quæ & homo, & taurus, & leo. Cúmque horum singula videris, fac horum mihi memineris, cuiusmodi sit illius cantus, cuiusmodi lyra, cuiusmodi taurus & cuiusmodi leo Orpheum audiant. Quòd si eorum quæ dico, causas intelligas, tum & in cœlo horum vnumquodque contemplator. Fertur D autem & Tiresia genere Bœotius, diuinandi gloria multùm celebris fuisse. Hunc Tiresiam ex Græcis aiunt dixisse, stellarum erraticarum alias esse fœminas, alias mares, non tamen eadem efficere. Vnde eundem ancipiti quoque sexu fuisse fabulantur, aliquando fœminam, aliquando marem. Porrò Atreo & Thyeste de regno paterno decertantibus, iam tum maximam Astrologiæ cœlestísque doctrinæ curam fuisse Græcis, palàm est. Ac publico consensu statuerunt Argiui, vt vter scientia præcelleret, is imperio potiretur.

Ibi Thyeſtes arietem illis in cœlo demonſtrauit, atque hinc aureum arietem Thyeſtæ fuiſſe proditum eſt fabulis. At Atreus de ſole, déque vario illius exortu locutus eſt, oſtendens non eodem modo ferri ſolem & mundum, ſed contrario inter ſe curſu rapi: & qui nunc videtur occaſus, cùm ſit occaſus mundi, Solis exortum eſſe. Hæc locutum Argiui regem crearunt, magnámque doctrinæ laudem eſt aſſecutus. Equidem & de Bellerophonte ſimilia ſentio. Nam alatũ equum illi fuiſſe, non admodum credo: verùm arbitror illum hanc diſciplinam ſectantem, ſublimiáque cogitantem, & inter aſtra verſantem, in cœlum nõ equo aſcendiſſe, ſed animo. Eadem de Phryxo Athamantis filio dixerim, quem aureo ariete per aërem vectum fabulãtur. Quin & ipſum ſanè Dædalum Athenienſem, etiamſi res eſt noua auditu, tamen haud exiſtimo eum ab Aſtrologia fuiſſe alienum: ſed cùm ipſe ea maximè eſt vſus, tum filium ſuum eandem perdocuit. Aſt Icarus cùm iuuentutis calore & inſcitia, non ea diſquireret quæ conueniebant, ſed ad ipſum vſque polum animo tolleretur, delapſus eſt à vero, totáque aberrauit arte, & in mare præceps decidit rerum immẽſæ profunditatis: de quo Græci ſecus fabulantur, qui ex huius nomine ſinum eius maris Icarium fruſtra vocant. Fieri poteſt, vt Paſiphaë quoque cùm ex Dædalo de Tauro audiſſet inter ſtellas apparente, déque ipſa Aſtrologia, in artis amorem inciderit: ob id exiſtimant factum, vt Dædalus illam tauro copularit. Sunt autem qui ſcientiam in portiones partiti, in ſingulis partibus ſinguli elaborarint, alij in iis quæ ad lunam, alij quæ ad Iouem, alij quæ ad ſolem pertinent, congerentes, neque non curſum ac motum & vim illorum. Atque Endymion lunæ rationem tradidit, Phaëton ſolis curſum deprehendit, non ille quidem verè, ſed moriens imperfectam artem reliquit. Hæc qui ignorant, Phaëthontem ſolis filium credunt, fabulámque de illo haudquaquam veram narrant, adiiſſe Solem patrem, ac poſtulaſſe ab eo vt ſibi liceret lucis currum moderari: illum id conceſſiſſe, monuiſſéque qua ratione foret aurigãdum:

ἔνθα δὴ Θυέστης μὲν κριὸν σφίσι τὸν ἐν τῷ οὐρανῷ σημηνάμενος, κατέδειξεν· ἀπὸ τέω δὴ ἄρνα χρύσεον Θυέστῃ γενέσθαι μυθολογέουσιν. Ἀτρεὺς δὲ, τὸ ἠελίου πέρι καὶ τὴν ἀναστολέων αὐτοῦ λόγον ἐποιήσατο, ὅτι οὐκ ἐς ὁμοίην φορὴν ἠέλιός τε, καὶ ὁ κόσμος κινέονται, ἀλλ' ἐς ἀντίξοον ἀλληλοισι δρομέουσι. καὶ ναῦν δύσιες, δοκέουσαν τὸ κόσμου δύσιες ἔσεσθαι, τὸ ἠελίου ἀναστολαὶ εἰσι. τὰ δὲ εἰπόντα, βασιλῆά μιν Ἀργεῖοι ἐποιήσαντο, καὶ μέγα κλέος ὅτι σοφίῃ αὐτοῦ ἐγένετο. ἐγὼ δὲ καὶ τῶδε Βελλεροφόντεω τοιάδε φρονέω· τὸν ἵππον μὲν οἱ γενέσθαι ἵππων οὐ μάλα πείθομαι, δοκέω δέ μιν τούτῳ τῷ σοφίῃ μεθέποντα, ὑψηλά τε φρονέοντα, καὶ ἄστροισι ὁμιλέοντα, ἐς θρόνον οὐχὶ τοῦ ἵππου ἀναβῶναι, ἀλλὰ τῇ Ἀθηναίῃ. ἴσα δέ μοι καὶ ἐς Φαίθοντα τὸν Ἀθάμαντος εἰρήσθω, τὸν δὴ κριῷ χρυσέῳ δι' αἰθέρος ἐλάσαντα μυθέονται. ναὶ μὴν τοι καὶ Δαίδαλον τὸν Ἀθηναῖον (ξείνη μὲν ἡ ἱστορίη) δοκέω μέν οὐκ ἔξω ἀστρολογίης, ἀλλὰ οἱ αὐτὸς μάλιστα ἐχρήσατο, καὶ παιδὶ τοῦ ἑωυτῶ κατηγήσατο. Ἰκάρου δὲ, νεότητι καὶ ἀπαιδαλίῃ χρεώμενος, καὶ οὐκ ὀπίσω διζήμενος, ἀλλ' ἐς πόλον αἴρθεὶς τοῦ νῶ, ὄξεπεσε τῆς ἀληθείης, καὶ πόντου ἀπεσφάλη τῶ λόγου, καὶ ἐς πέλαγος κατηνείχθη ἀβύσσων πρηγμάτων· τὸν Ἕλληνες ἄλλως μυθολογέουσι, καὶ κόλπον ἐπ' αὐτῷ ἐν τῇδε τῇ θαλάσσῃ Ἰκάριον εἶκῆ καλέουσι. τάχα δὲ γὰρ Πασιφάη τῷδε Δαιδάλου ἀκούσασα ταύρου τε πέρι, τὸ ἐν τοῖς ἄστροισι φαινομένου, καὶ αὐτῆς ἀστρολογίης, εἰς ἔρωτα τὸ λόγου ἀπίκετο, ὅθεν νομίζουσιν ὅτι Δαίδαλος μιν τῷ ταύρῳ συνέμιξεν. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ κατὰ μέρεα τὴν ὀπτημίην διελόντες, ἕκαστοι αὐτῶν ἄλλα ἐπενοήσαντο, οἱ μὲν, τὰ ἐς τὴν σελήνην, οἱ δὲ, τὰ ἐς Δία, οἱ δὲ, τὰ ἐς ἠέλιον στοχασάμενοι, δρόμους τε αὐτέων πέρι κυρήσαντες, καὶ δυνάμεος. καὶ Ἐνδυμίων μὲν, τὰ ἐς τὴν σελήνην διεπάξατο· Φαέθων δὲ, τὸ ἠελίου δρόμον ἐτεκμήρατο, ὁ μὲν γε ἀτρεκέως, ἀλλ' ἀτελέα τὸν λόγον ἀπολιπὼν, ἀπέθανεν. οἱ δὲ τάχ' ἀγνοέοντες, ἠελίου παῖδα Φαέθοντα δοκέουσι, καὶ μῦθον ἐπ' αὐτέω ἁδαμῆ πιστὸν διηγέονται. ἐλάσαι μὲν γὰρ τὸν ἡνίοχον τὸν πατέρα αἰτέῃ ὁ Φαέθων ἅρμα ἰωὶ ἐχείνην, τὸν δ' ἀδυνατέειν τε οἱ, καὶ οὐκ ἐπιτρέπεσθαι τῆς ἱππασίης τὸν νόμον.

ὁ δὲ Φαέθων, ὅπῃ αὐέξη ὃ ἅρμα, ἡλικίῃ καὶ ἀπειρίῃ, ἄλλοτε μὲν τοῦ γλίσχρος ἰωιόχευεν, ἄλλοτε πολλὸν τῆς γῆς ἀπαμωβύμενος· τοὺς δὲ αὖ θνητοὺς χρύος τε καὶ θάλπος οὐκ ἀνασχετὸν διέφθειρεν. ὅτι τοῖσι δὴ τὸν Δία ἀγανακτέοντα βαλεῖν τορηῆναι Φαέθοντα μεγάλῳ· πεσόντα δέ μιν αἱ ἀδελφαὶ τοιῆσαι, πένθος μέγα ἐποίεον, ἔς τε μετέβαλλον τὰ εἴδεα, καὶ νῦν εἰσιν ἄνθρωποι, καὶ ὃ ἤλεκτρον ἐπ' αὐτῷ δάκρυον θαλάσσουσιν. οὐχ οὕτω ταῦτα ἐγένετο, οὐδὲ ὅσιον αὐτοῖσι πείθεσθαι, οὐδὲ ἠέλιος παῖδα ἐποιήσατο, οὐδὲ ὁ παῖς αὐτῷ ἀπέθανε. λέγουσι δὲ καὶ ἄλλα Ελληνες πολλὰ μυθώδεα, τοῖσιν ἐγὼ οὐ μάλα τι πείθομαι. χῶς γὰρ δὴ ὅσιον πεφυσθαι παῖδα Αἰνείαν τῆς Αφροδίτης γενέσθαι, καὶ Διὸς Μίνῳ, καὶ Αρεος Ασκάλαφον, καὶ Αὐτόλυκον Ερμέῃ; ἀλλ' οὗτοι ἕκαστος αὐτέων, θεοφιλέες ἐγένοντο, καὶ σφίσι γινομένοισι, τῷ μὲν ἡ Αφροδίτη, τῷ δὲ ὁ Ζεύς, τῷ δὲ ὁ Αρης ἐπέλεψεν. ὀκόσοι γὰρ δὴ ἀνθρώποισι ἐν τῇ γενεῇ τοιούτοι οἱ κατεστεῶτες, οὗτοι ὅκως ἔχεες, ἑωυτοῖσι πάντα εἴκελα ἐκτελέουσι, καὶ χρόᾳ, καὶ μορφῇ, καὶ ἔργα, καὶ διανοίῃ. καὶ βασιλεὺς μὲν ὁ Μίνως, Διὸς ἡγεμόνος, καλὸς δὲ Αἰνείης, Αφροδίτης βουλήσει ἐγένετο, κλεεινὸς δὲ Αὐτόλυκος· ἡ δὲ οἰ κλεπτοσύνη, δῶρον Ερμέῃ ἀπίκετο. οὐμοίως τοίνυν καὶ τὸν Κρόνον ὁ Ζεὺς ἔδησεν, οὐδὲ ἐς τάρταρον ἔρριψεν, οὐδὲ τἄλλα ἐμήσατο, ὁκόσα ἀνθρωποι νομίζουσιν, ἀλλὰ φέρεται γὰρ ὁ Κρόνος τῷ ἔξω φορῷ, πολλὸν ἀφ' ἡμέων, καὶ οἱ νοσφιστὶ ἡ κίνησις, καὶ οὐ ῥηϊδίη τοῖσι ἀνθρώποισι ὁρμᾶσθαι. δεῖ δή μιν ἐσάναι λέγουσιν, ὅκως πεπεδημένον. ὃ δὲ βάθος ὃ πολλὸν τοῦ ἠέρος, τάρταρος καλέεται· μάλιστα ἔκ τε Ομήρου τοῦ ποιητέω, καὶ τῶν Ησιόδου ἐπέων μάθοι ἄν τις τὰ πάλαι τοῖς ἀστρολογέουσιν ὁμοφωνέοντα. ἔστι δὲ τῷ σειρῷ τοῦ Διὸς ἀπηγέηται, καὶ τοῦ ἡελίου τὰς βολὰς, τὰ δὴ ἐγὼ ῥήματα εἰς συμβάλλομαι, καὶ τὰς πόλιας, τὰς ἐν τῷ ἀσπίδι Ηφαιστος ἐποιήσατο, καὶ τὸν χορὸν, καὶ τῷ ἀλωῇ. τὰ μὲν γὰρ ὁκόσα ἐς τῷ Αφροδίτῃ αὐτῷ, καὶ τοῦ Αρεος τῷ μοιχίῃ λέλεκται, καὶ τὰ ἐμφανέα, οὐκ ἄλλοθεν ἢ ἐκ τῆς δὲ τῆς σοφίης πεποιημένα·

A Phaëthontem verò, conſcenſo curru, partim ob ætatem, partim ob imperitiam ita egiſſe, vt aliquando eſſet vicinus terræ, aliquando longo ſemotus ſpatio à terra: interim mortales frigus atque æſtus intolerabilis conficiebat. Ob hæc indignatum Iouem ingenti fulminis telo percuſſiſſe Phaëthontem: eum deiectum ſorores circunſtantes magno luctu proſequebantur, donec immutarent formas, quæ nunc ſunt Populi: ac lacrymarum vice quibus fratrem deplorabant, electrum deſtillant. Haudquaquam hæc ita geſta ſunt, neque pium eſt his habere fidem, neque Soli fuit filius, neque illi B filius interiit. Sed narrant Græci & alia permulta fabuloſa, quibus ego non admodum credo. Nam quî conſentaneum eſt, credere Æneam Veneris fuiſſe filium, aut Minoa Iouis, aut Aſcalaphum Martis, aut Autolycum Mercurij? Verùm hi homines pij diiſque grati fuerunt, eóſque naſcentes, hunc Venus, illum Iupiter, alium reſpiciebat Mars. Etenim qui patresfamiliâs ſunt mortalibus in hoc progignendi genere, ij veluti parentes ſibi ſimilia producunt omnia, & colorem, & formam, C & facta, & animum. At rex quidem Minos, Iouis auſpiciis: Æneas formoſus, Veneris fauore natus eſt: fur Autolycus: at ea furacitas illi ex Mercurio contigit. Iam verò nec Saturnum Iupiter coniecit in vincula, nec in tartara præcipitem dedit, neque cætera machinatus eſt quæ putant homines: verùm Saturnus extremus mouetur, procúlque à nobis ſemotus eſt. Segnis illi motus, neque facilis animaduerſu mortalibus: atque hanc ob cauſſam illum ſtare dicunt, ceu vinculis alligatum. Cęterùm ingens aëris altitudo, tartarus B appellatur. Sed potiſſimùm ex Homeri poëtæ Heſiodíque carminibus liceat intelligere, priſcorum fabulas cum Aſtrologia cõſentire. Siquidem vbi Iouis catenam narrat, ac Solis iacula, (quæ quidem ego radiorum ictus eſſe coniicio) tum vrbes quas in clypeo finxerat Vulcanus, præterea choream, & vineam, ad hæc quæcunque de Veneris ac Martis adulterio dixit, déque detectione, haud aliunde quàm ex hac ſcientia ſunt conficta:

quandoquidem Veneris & Martis concurſus, Homericæ cantilenæ præbet argumentum: in aliis autem verſibus vtriuſque diuerſum effectum deſcripſit: Veneris, cùm ait illi:

Tute Venus iucunda magis connubia cura.

Porrò de belli negotiis:

Cuncta cito hæc curæ fuerint Marti atque Minervæ.

Hæc cùm intelligerent veteres illi, maximè diuinationibus vtebantur, nec eam otioſam eſſe putabant, adeò vt nec vrbes conderent, neque mœnia circumducerent, neque quenquam occiderent, neque ducerent vxores, priuſquam de ſingulis à vate reſponſum accepiſſent. Denique nec ipſa deorum oracula ab arte aſtrologica erant aliena: verùm apud Delphos virgo prædicendi munus adminiſtrat, quæ cœleſtem illam virginem repræſentat: ac Draco ſub tripode vocem edit, quoniam & inter ſtellas Draco cõſpicitur: in Didymis verò templum eſt Apollinis, & hoc, ſicuti mihi videtur, ex his Didymis, id eſt, geminis qui in cœlo ſunt, appellatum. Vſque adeo verò diuinatio viſa eſt illis res ſacra, vt Vlyſſes etiam cùm errando feſſus vellet certò de rebus ſuis cognoſcere, ad inferos penetrarit, non quò videret vmbras, & locum inamœnum, ſed quòd cuperet cum Tireſia colloqui. Qui ſimul atque in locum peruenerat, quem Circe monſtrarat, foueam fodit, oues mactauit: cúmque complures eſſent vmbræ, atque inter has, matris quoque, ſanguinem bibere cupientes: non priùs permiſit vlli, ne matri quidem, quàm Tireſias guſtaſſet, coactúſque eſſet ſibi vaticinium edere: potuítque interim matris vmbram videre ſitientem. Ad hęc Lycurgus Lacedæmoniis omnem Reip. adminiſtrationem è cœlo temperabat, ac legem illis dedit, ne quando in bellum prodirent ante plenilunium. Non enim exiſtimabat eandem eſſe ciuitatis adminiſtrationem creſcente Luna, & euaneſcente, propterea quòd omnia ab illa regerentur. Porrò Arcades ſoli hæc non receperunt, nec in pretio habuerunt Aſtrologiam, ſed iidem, ob imperitiam & ſtultitiam, aiunt ſe luna antiquiores eſſe.

Εἰ γὰρ δὴ ὧν Ἀφροδίτης καὶ τοῦ Ἄρεος ὁμοδρομίη τιὼ Ὁμήρου ἀοιδιὼ ἀφρᾴζεται· ἐν ἄλλοισι δὲ ἔπεσι τὰ ἔργα ἑκάστου αὐτέων διωρίσατο· τῇ Ἀφροδίτῃ μὲν εἰπών,

Ἀλλὰ σύγ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο.

Τὰ δὲ τοῦ πολέμου,

Ταῦτα δ' Ἄρηϊ θοῷ, καὶ Ἀθηναίῃ πόντα μελήσει.

Ἀφρ οἱ παλαιοὶ ἰδόντες, μάλιστα μαντήσιν ἐχρέοντο, καὶ οὐ πάρεργον αὐτῶν ἐποιέοντο· ἀλλ' οὔτε πόλιας ᾤκιζον, οὐδὲ τείχεα περιεβάλλοντο, οὔτε φόνοις ἐργάζοντο, οὔτε γυναῖκας ἐγάμεον, πρὶν αὐ δὴ παρὰ μάντεων ἀκοῦσαι ἕκαστα. καὶ γὰρ δὴ τὰ μαντήια αὐτέοισι οὐκ ἔξω ἀστρολογίης ἰῶ, ἀλλὰ καὶ δὴ μᾶλλον Δελφοῖς, παρθένος ἔχει τιὼ προφητείω, σύμβολον τῆς παρθένου τῆς οὐρανίης. καὶ δράκων ὑπὸ τὰ τρίποδι φθέγγεται, ὅτι καὶ ἐν τοῖσι ἄστροισι δράκων φαίνεται. καὶ ἐν Διδύμοις δὲ, μαντήιον τοῦ Ἀπόλλωνος, ἐμοὶ δοκέει, καὶ τοῦτο ἐκ τῶν ἠελίων διδύμων ὀνομάζεται. οὕτω δὲ αὐτοῖσι χρῆμα ἱερώτατον ἡ μαντοσύνη ἐδόκεεν, ὥστε δὴ Ὀδυσεὺς, ὅπῃ ἔκαμε πλανεόμενος, ἐθελήσας ἀτρεκὲς ἀκοῦσαι περὶ τῶν ἑωυτοῦ πρηγμάτων, ἐς τὸν ᾍδαο ἀπίκετο, ὅκως ὄφρα ἴδῃ νέκυας, καὶ ἀτερπέα χῶρον, ἀλλ' εἰς λόγους ἐλθεῖν Τειρεσίῃ ὁπιθυμέων. καὶ ὅπῃ ἐς τὸν χῶρον ἦλθεν, ἔνθα ἡ Κίρκη ἐσήμηνε, καὶ ἔσκαψε τὸν βόθρον, καὶ τὰ μῆλα ἔσφαξε, πολλῶν νεκύων προσιόντων, ὧν τοῖσι καὶ τῆς μητρὸς τῆς ἑωυτοῦ τοῦ αἵματος πιεῖν ἐθελόντων, οὐ πρότερον ἀφῆκεν οὐδενὶ, οὐδὲ αὐτῇ τῇ μητρὶ, πρὶν Τειρεσίεω χρήσασθαι, ἢ ἐξαναγκάσαι εἰπεῖν οἱ ὃ μαντήιον· καὶ αἱρέθη, διψῶσαν ὀρέων τῆς μητρὸς τιὼ σκιώ. Λακεδαιμονίοισι δὲ Λυκοῦργος τιὼ πολιτείω πᾶσαν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διεπάξατο, καὶ νόμον σφίσιν ἐποιήσατο μηδαμῇ μηδὲ ἐς πόλεμον προχωρέειν, πρὶν τιὼ σελήνης πλήρεα γενέσθαι· οὐ γὰρ ἴσον ἐνόμιζον εἶναι τιὼ δυναστείω, αὐξανομένης τῆς σελήνης, καὶ ἀφανιζομένης· πάντα δὲ ὑπ' αὐτῆς διοικέεσθαι. Ἀλλὰ μοιῶοι Ἀρκάδες ταῦτα οὐκ ἐδέξαντο, οὐδὲ ἐτίμησαν ἀστρολογίην· ἀνοίη δὲ καὶ ἀσοφίη, λέγοισι καὶ τῆς σελήνης ἐμοὶ δοκέειν προγενέστεροι.

οἱ μὲν ὧν περὶ ἡμέων, ὅτω κάρτα ἦσαν φιλομαθίης, οἱ δὲ νῦν, οἱ μὲν αὐτέων, ἀδυνάτως ἔχειν λέγουσιν ἀνθρώποισι τέλος ἔμμεναι μαντικῆς. ἀτὰρ εἶναί μιν ὅτε μὲν ἀληθέα, ὅτε δὲ μή, οὐδὲ τὸν Ἄρεα ἢ τὸν Δία ἐν τῷ οὐρανῷ ἡμέων ἕνεκα κινέεσθαι, ἀλλὰ τῶν μὲν ἀνθρωπίνων πρηγμάτων οὐδεμίην ὥρην ἐκφυγεῖν πειρεόντας, οὐδ' ἔστιν αὐτέοισι πρὸς τὰ δὲ κοινωνίην ἔχειν· σφέας δὲ χρείη τῆς περιφορῆς ἀναγκάζεσθαι. ἄλλοι δὲ ἀστρολογίην ἀψευδέα μέν, ἀνωφελέα δὲ λέγουσιν. ἀτὰρ οὐδὲ μαντοσύνην ἀλλάσσεσθαι, ὁκόσα τῇσι μοίρῃσι δοκέοντα ἐνδέχεται. ἐγὼ δὲ πρὸς τάδε ἀμφω ἔχειν ἔχω εἰπεῖν, ὅτι οἱ μὲν ἀστέρες, ἐν τῷ οὐρανῷ τὴν περιτέρην εἱλέονται, παρέρχειν δὲ σφίσι τῆς κινήσιος τὴν κατ' ἡμέας ἕκαστον ὑπολήγεται. ἢ ἐθέλῃς ἵππου μὲν θέοντος, καὶ ὀρνίθων, καὶ ἀνδρῶν κλονεομένων λίθους ἀναπαλθῆναι, καὶ κάρφεα διϊέεσθαι ὑπὸ τῶν ἀνέμων τῷ ῥόμῳ, ὑπὸ δὲ τῇ δίνῃ τῶν ἀστέρων μηδὲν ἄλλο γίγνεσθαι; ἢ οὐκ μὲν ὀλίγου πυρὸς ἀπορροίη ἐς ἡμέας ἔρχεται, καὶ ὃ πῦρ οὐδ' ἡμέας καίῃ τι, οὐδὲ οἱ μέλῃ τῷ ἡμετέρῳ θάλπεος· ἀστέρων δὲ οὐδεμίῃ ἀπορροίῃ δεχόμεθα, καίτοι τῇ ἀστρολογίῃ τὰ μὲν φαῦλα εὑρεθῆναι ποιῆσαι ἀδύνατά ἐστιν, οὐδὲ ἀλλάξαι τι τῶν ἀπορρεόντων πρηγμάτων· ἀνὰ τοὺς χρεωμένους τὰ δὲ ὠφελέῃ, τὰ μὲν ἐναλλὰ εἰδότας ἀφιξόμενα, πολλὸν ἀποπρηνέα δεν θ' ὑφαινέῃ, τὰ δὲ ἀγροέοισι φαῦλα, ἀμβλέως δέχονται· ὁ γὰρ σοφισὶ ἐνδέχεται, ἀλλ' ὑμελέτῃ, καὶ πρηγδυχίῃ, ῥηϊδίως καὶ πρήϊα ἡγεῖται. τὰ δὲ ἀστρολογίης πέρι ἐγὼν ὑποληψόμενος.

A Proinde cùm noſtri maiores vſque adeo fuerint Aſtrologiæ ſtudioſi, huius ætatis homines partim aiunt fieri non poſſe vt homines finem inueniant diuinãdi ſcientiæ, propterea quod neque certa ſit, neque vera, neque Martem aut Iouem noſtra cauſſa moueri in cœlo, verùm illis humanarum rerum nullam eſſe curam, neque quicquam eſſe eis cum his negotiis commercij, verùm ſecundùm hos neceſſitate circumaguntur: partim dicunt Aſtrologiam nõ eſſe quidem mendacem at inutilem. Non enim mutari vaticinio quæcunque fatis decreta inſtant. At ego ſanè vtriſque reſpondere B poſſum, ſtellas in cœlo ſuo quidem motu volui, cæterùm obiter eius motus effectum ad nos peruenire. An vis equo currente, & gallinis aut hominibus tumultuantibus lapides ſubſilire, ſtipulaſque moueri ventis curſu concitatis, ſyderum verò vertigine nihil præterea effici? tum ab igni exiguo calor ad nos permanat, neque noſtra tamen cauſſa quicquam erit ignis, neque illi curæ eſt æſtus noſter, ab aſtris autem nihil ad nos defluit? At ſanè fieri non poteſt, vt per Aſtrologiam ex malis bona faciamus, neque mutare quicquam earum rerum quę C ab illis ad nos demanant: ſed hanc vtilitatem ars defert vtentibus: Bona multò antè delectant eos qui ventura præſcierint: mala verò facilè cùm non imprudentibus venerint, accipiuntur Neque enim in illos irruunt, ſed quia meditata expectatáque ſunt, lenia mitiáque videntur. Hæc mea eſt de Aſtrologia ſententia.

ΔΗΜΩΝΑΚΤΟΣ ΒΙΟΣ.

DEMONACTIS VITA. Vincentio Obſopœo interpr.

ARGVMENTVM.

Oratio demonſtratiui generis eſt, quæ hiſtoricæ ac didaſcalicæ tamen dictioni propior, quàm encomiaſticæ. Deſcribit autem genus, vitam, ſtudia, eruditionem & profeſſionem Demonactis philoſophi, quæque idem & priuatim & publicè fecerit, & ab aliis paſſus fuerit. Præterea & apomnemoneumata ſeu dicta illius memorabilia, aut aliàs argutè ac falsè reſponſa, in quibus recenſendis potiſſimam orationis partem conſumit. Poſtremò etiam quæ circà mortem & ſepulturam illius acta, quibúſque officiis & honoribus illum Athenienſes & reliqui Græci proſecuti ſunt. Exordio attentos potiſſimùm facit, laudando ſuam ætatem, quòd ea quoque viros memoria ac laude dignos, & veteribus illis Herculi & Socrati ſimillimos procrearit, cuiuſmodi ſint Demonax hic, & Bœotius ille Soſtratus, de quo alibi ipſe fecerit mentionem.

EQuidem consentaneum erat & nostram ætatem non in totum expertem fore virorum laude & memoria dignorum, sed iis quoque qui & eximiis corporis virtutibus, & mente sapientiæ studio excultissima præcelluerunt, florere. Dico autem cùm in Bœoticũ Sostratum ista referens, quem Græci Herculem vocare soliti sunt, & esse existimabant: tum maximè in Demonactem philosophum: quos ego & ipse vidi, & visos magna admiratione suspexi. Cum altero quoque, nempe Demonacte, aliquandiu conjunctam conuersationem habui. Sed enim vitam Sostrati in alio quopiam libello diligenter perscriptã executus sum, declarata eius & animi magnitudine, & excellenti fortitudine. Insuper quæ eius fuerit in monte Parnasso sub ipso dio viuendi ratio, quod stratum laboriosum, quæ alimenta in montibus conquisita, quæ opera à nominis celebritate non abhorrentia. Ad hæc quanta in tollendis è medio latronibus pericula exhauserit, tũ quanta per inuia faciendis itineribus, aut per traiectu difficilia præbendo transitu, pertulerit. Iam verò æquum mihi videtur de Demonacte nonnihil in lucem edere, duarum rerum gratiâ, vt & illius memores sint viri nostræ ætatis præstantissimi, & iuuenes quique generosissimi animum ad philosophiam applicantes, non necesse habeant ad vetera tantùm exempla semetipsos componere, sed ex nostra quoque vita habeãt quem sibi pro viuendi regula imitandum proponant, facti illius æmuli, quem ego omnium optimũ ex philosophis esse cognoui. Erat itaque Demonax genere Cyprius, nõ ex obscuris ortus parentibus, quantum ad dignitatem & possessionem ciuilem attinebat: cæterùm his omnibus ille longè erat excelsior atque superior: & cùm rebus pulcherrimis atque præstantissimis se ipse dignum iudicasset, ad philosophię studium semet contulit, non per Iouem ab Agathobulo tãtùm & Demetrio, qui ante illum fuerant, neque ab Epicteto excitatus, sed cum illis conuersabatur, præcipuè verò cum Timocrate Heracleote, viro cum primis sapiente, neque non eloquentia & industria plurimùm ornato. At Demonax nequaquam ab aliquo illorum, vt dixi, persuasus, sed peculiari quo rapiebatur ad res præclaras impetu, & insito quodam ad philosophiam amore, statim à puero permotus, omnia humana bona in vniuersum contempsit.

EΜελλεν ἄρα μηδὲ ὁ καθ' ἡμᾶς βίος, ὃ πᾶσι τοῖς ἀνδράσιν ἄμοιρος ἔσεσθαι ἀνδρῶν λόγου καὶ μνήμης ἀξίων, ἀλλὰ καὶ σώματος ἀρετῇ καὶ σοφίᾳ, καὶ γνώμῃ ἄκρως φιλοσόφοις ἐκφαίνεσθαι. λέγω δὲ εἴς τε τὸν Βοιώτιον Σώστρατον ἀναφέρων, ὃν Ἡρακλέα οἱ Ἕλληνες καλοῦσι, καὶ ὤοντο εἶναι, καὶ μάλιστα εἰς Δημώνακτα τὸν φιλόσοφον, οὓς καὶ εἶδον αὐτὸς καὶ ἰδών, ἐθαύμασα. θατέρῳ δὲ τῷ Δημώνακτι, καὶ ὀλιγοχρόνιον συνεγενόμην. περὶ μὲν οὖν Σωστράτου, ἐν ἄλλῃ βιβλίῳ γέγραπταί μοι, καὶ δεδήλωται, μέγεθός τε αὐτοῦ, καὶ ἰσχὺς ὑπερβολὴ, καὶ ἡ ὑπομονὴ ἐν τῷ Παρνασσῷ διαιτᾶσθαι, καὶ ἡ ὀπώπονος δίαιτα, καὶ ἔργα ὅσα ἀπεδύσατο τὸ ὄνομα τος, καὶ ὅσα ἢ λῃστὰς αἴρων ἔπραξεν, ἢ ὁδοποιῶν τὰ ἄβατα, ἢ γεφυρῶν τὰ δύσπορα. περὶ δὲ Δημώνακτος ἤδη δίκαιον λέγειν ἀμφοῖν ἕνεκα, ὡς ἄξιός τε ᾖ μνήμης εἰς τοῖς ἔπειτα τόγε κατ' ἐμὲ, καὶ οἱ γυναιότατοι τῶν νέων, καὶ πρὸς φιλοσοφίαν ὁρῶντες, ἔχοιεν μὴ πρὸς τὰ ἀρχαῖα μόνα τῶν παραδείγματων σφᾶς αὐτοὺς ῥυθμίζειν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἡμετέρου βίου κανόνα προτίθεσθαι, καὶ ζηλωτὸν ἄνδρα, ἄριστον ὧν οἶδα ἐγὼ φιλοσόφων γνώμενον. ἦν δὲ ὁ μὲν γένος Κύπριος, οὐ τῶν ἀφανῶν, ὅσα εἰς ἀξίωμα πολιτικὸν, καὶ κτῆσιν. οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ πρώτων τούτων ὑπῆρχε γνώμης, καὶ ἀξίωσας ἑαυτὸν τῶν κρειττόνων, πρὸς φιλοσοφίαν ὥρμησεν, οὐκ Ἀγαθοβούλου, μὰ Δί', οὐδὲ Δημητρίου πρὸς αὐτὸν, οὐδὲ Ἐπικτήτου ἐπεγειράντων, ἀλλὰ πᾶσι μὲν συνεγένετο τούτοις, καὶ ἐπὶ Τιμοκράτει τῷ Ἡρακλεώτῃ, σοφῷ ἀνδρὶ, φωνήν τε καὶ γνώμην μάλιστα κεκοσμημένῳ. ἀλλ' ὁ γὲ Δημώναξ, οὐχ ὑπό τούτων τινός, ὡς ἔφην, πεισθεὶς, ἀλλ' οἰκείας πρὸς τὰ καλὰ ὁρμῆς καὶ ἐμφύτου πρὸς φιλοσοφίαν ἔρωτος εὐ παίδων θύθις κεκινημένος, ὑπερῆρε μὲν τὰ ἀνθρωπείων ἀγαθῶν ἅπαν-

των. ὅλον δὲ τῷ ἁδελφῷ ἑαυτὸν ἐλευθερίᾳ, καὶ παῤῥησίᾳ, διετέλεσεν, αὐτός τε ὀρθῷ καὶ ὑγιεῖ, καὶ ἀνεπιλήπτῳ βίῳ χρώμενος, καὶ τοῖς ὁρῶσι καὶ ἀκούουσι τὸ ἁδέλφημα παρέχων τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, καὶ τὴν ἐν τῇ φιλοσοφίᾳ ἀλήθειαν. οὐ μὴν ἀπίστοις γε ποσὶ, ὃ τοῦ λόγου, τοῖς τοιούτοις ἔζευκτο, ἀλλὰ καὶ ποιητῶν σοφὸς ἐγίνετο, καὶ τῶν πλείστων ἐμέμνητο, καὶ λέγειν ἤσκητο, καὶ τοῖς ἐν φιλοσοφίᾳ προαιρέσεις, οὐκ ἐπ' ὀλίγον, οὐδὲ κατὰ τὴν παροιμίαν, ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ἁψάμενος, ἥπτετο, καὶ τὸ σῶμα δὲ ἐγεγύμνατο, καὶ τοῖς καρτερίοις διεπεπόνητο, καὶ ὅλον, ἐσπουδακὼς αὐτῷ μηδενὸς ἄλλου προσδεᾶ εἶναι. ὥστε ἐπεὶ καὶ ἔμαθεν οὐκ ἐπ' ἐαυτῷ διαρκῶν, ἐκὼν ἀπῆλθε τοῦ βίου, πολὺ γὰρ αὐτὸν λόγου τοῖς ἀρίστοις τῶν Ἑλλήνων καταλιπών. φιλοσοφίας δὲ εἶδος οὐκ ἐν ἀποτεμνόμενος, ἀλλὰ πολλὰ εἰς τοῦτο καταμίξας, οὐ πάνυ τι ἐξέφαινε τίνι αὐτῶν ἔχαιρεν· ἐφάνη δὲ τῷ Σωκράτει μᾶλλον ὡκειῶσθαι, εἰ καὶ τῷ σχήματι, καὶ τῇ τοῦ βίου ῥᾳστώνῃ τὸν Σινωπέα ζηλοῦν ἔδοξεν, οὐ προσχαράττων τὰ ἐς τὴν διαίτην, ὡς θαυμάζοιτο, καὶ ἀποβλέποιτο ὑπὸ τῶν ὁπουγχανόντων, ἀλλ' ὁμοδίαιτος ἅπασι, καὶ πεζὸς ὢν, καὶ οὐδὲν ἔτι ὀλίγον τύφῳ κέκτησθαι, σοφῷ, καὶ ξυνεπολιτεύετο· καὶ τὸν μὲν τοῦ Σωκράτους εἰρωνείαν οὐ προσιέμενος, χάριτος δὲ Ἀττικῆς μεστὰς ἀποφαίνων τὰς συνουσίας, ὡς τοὺς προσομιλήσαντας ἀπιέναι, μήτε καταφρονήσαντας ὡς ἀγνώτους, μήτε δυσθεράπευτον τὴν ἐπιτιμήσεων ἀποφύγοντας, πολυτρόπους δὲ ὑπὸ εὐφροσύνης γνωμολογίας, καὶ κοσμιωτέρους προσδοκᾶσθαι, καὶ φαιδροτέρους, καὶ πρὸς τὸ μέλλον εὐελπίδας. οὐδεπώποτε γοῦν ὤφθη κεκραγὼς, ἢ ὑπὸ λοιδορουμένου, ἢ ἀγανακτῶν, οὐδ' εἰ ἐπιτιμᾷν τῷ δέοι, ἀλλὰ τὴν τῶν ἁμαρτημάτων κατήσκησεν, τοῖς δὲ ἁμαρτάνουσι συνεγίνωσκε. καὶ τὸ προσδόκημα πρὸς τῶν ἰατρῶν ἠξίου λαμβάνειν,

A Ac se cùm totum libertati tradidisset, dicendique fiduciæ, in ea constanter perstitit, cùm & ipse rectam ac sanam & inculpatam vitam viueret, ac videntibus & audientibus suam ipsius mentem exemplum exhiberet, veritatémque, quam in philosophando perpetuam obtinebat. Cæterùm nequaquam illotis, quod aiũt, pedibus, hoc est, à dicendi facultate alienus, ad philosophiæ studia accessit, sed in poëtarum lectionibus enutritus, multos tenebat memoria, dicendíque artes non mediocri studio exercuerat. Ea verò quæ in philosophia tractari solent, haud modicè, neque, vt est in prouerbio, B summo tantùm digito attigerat, sed exactè comperta habebat. Corpus præterea exercuerat, & ad tolerantiam variis laboribus assuefecerat. Breuiter, in hoc summo studio & cura elaborauit, ne alicuius alterius egens esset. Quare postquam sensit se quoque ipsi sibi ampliùs non sufficere, voluntaria morte è vita discessit, multo super hoc ipso Græcorum optimatibus sermone relicto. Philosophiæ verò haudquaquam vnam tantùm C speciem ab aliis seiunctam colebat, sed multis in idem commixtis, nõ admodum apertè ferebat qua potissimùm illarum oblectaretur. Apparebat quidem Socrati se magis addixisse, tametsi habitu & vitæ frugalitate Diogenem æmulari videretur. Non tamen ambitiosè adulterabat ea quæ ad victum pertinebant, admirationis popularis emerendæ gratia, vtque ij quibuscum conuersaretur, in eum coniectos haberent oculos: verùm communi cum aliis viuendi ratione vtebatur, ne tantillum quidem philosophico fastu infectus: & cum aliis iunctam consuetudinem exercebat, & communibus Reipub. legibus non grauatim parebat. Porrò Socraticam ironiam nulla ex D parte accedebat: gratia verò Attica plenas semper disputationes sermonibus haud obscuris in medium afferebat, ita vt eius discipuli abeuntes, neque contemnerẽt eum tanquam parũ generosum, neque eius inhumanam in obiurgando feueritatem atque acerbitatem fugientes pertimescerent, sed omnimodi orationis amabili lætitia reddebantur, ac subinde multo modestiores, de futuris præcipiendis optimam spem concipiebant animo. Itaque nunquam visus est vociferari, aut mira peruicacitate contendere, aut indignari: & si aliquis illi esset increpandus, ipsa quidẽ peccata reprehendebat, cæterùm peccantibus benignè ignoscebat, exẽplum illud à medicis petitum vsurpãs,

Peccata reprehendenda, peccantibus ignoscendum.

qui morbos adhibitis pharmacis propul- A
sare solent,iracundia verò erga ægrotan-
tes vtuntur minimè. Existimabat enim
hominis esse peccare: Dei verò, aut viri
diis proximi,errata emendare. Ad hunc
ergo modum cùm vitam instituisset sa-
pientissimè, nullius in rebus suis egebat
auxilio,ipse verò amicis in iis quæ par e-
rat,persæpe fidelem nauabat operam: ac
nonnullos ex illis si qui secundiore for-
tuna vti videbantur, submonefacere so-
lebat,quòd bonis ad breue tempus dura-
turis,& planè caducis ac transitoriis ef-
ferri atque gestire animo viderentur.
Nonnullos quoque inuisum paupertatis
onus lugentes,aut exilium grauiter mo- B
lestéque ferentes,aut senectutẽ aut mor-
bum incusantes,cum risu consolabatur,
non videntes breui futurum vt omnia
quæ dolorem & molestiam in præsens il-
lis adferrent,cessarent:bonorum verò ac
malorum obliuio vnà cum longa liberta-
te omnes esset in exiguo temporis spatio
complexura. Ad hęc curę illi erat,fratres
quoque inter se dissidentes atque discor-
des, ad pristinam concordiam reducere,
ac mulieribus cum maritis reconciliatis
illorum animis pacem componere. Ac sa-
nè aliquãdo populum seditionibus exul- C
ceratum,scitè & vtiliter differendo com-
pescuit,multósque illorum persuasit, vt
patriæ tranquillè & modestè subseruirẽt.
Talem quempiam in philosophia exer-
cenda morem obtinebat, mitem & man-
suetum ac hilarem. Solùm verò amici aut
morbo aut morte discruciabatur, ita vt
rem omnium maximam & præstantissi-
mam in rebus humanis amicitiam & vo-
luntatum coniunctionem esse existima-
ret. Quocirca amicus erat omnibus, nec
fuit quisquam quem non familiarem
compellasset, qui quidem homo erat.
Maiorem verò aut minorem animi ala- D
critatem vultu præ se ferebat, conuer-
satione nonnullorum ex illis vtens, eós-
que coarguens, quotquot illi videban-
tur propter spem exhibiti obsequij de-
linquere. Et hæc omnia cum tanta
gratia, cáque verborum Venere facie-
bat dicebátque, vt semper iuxta Comi-
cum, suadelam labiis suis insedisse cre-
dibile sit. Itaque & Athenienſium vni-

τὰ μὲν νοσήματα ἰωμένων, ὀργὴ δὲ πρὸς
τοὺς νοσοῦντας οὐ χρωμένων. ἡγεῖτο γὰρ ἀν-
θρώπου μὲν ἐξ ὁ ἁμαρτάνειν, θεοῦ δὲ, ἢ
ἀνδρὸς ἰσοθέου, τὰ πλημμελήματα ἐπανορθοῦν.
τοιούτῳ δὴ βίῳ χρώμενος, εἰς ἑαυτὸν μὲν
οὐδενὸς ἐδεῖτο, φίλοις δὲ συνεπρᾶττε τὰ
εἰκότα, καὶ τοὺς μὲν δυτυχεῖν δοκοῦντας αὐ-
τῷ, ὑπεμίμνησκεν ὡς ἐπ' ὀλιγοχρονίοις
τοῖς δοκοῦσιν ἀγαθοῖς ἐπαιρομένους, τοὺς δὲ,
ἢ πενίαν ὀδυρομένους, ἢ φυγὴν δυσχεραί-
νοντας, ἢ γῆρας, ἢ νόσον αἰτιωμένους, συν'
γέλωτι προεμυθεῖτο, οὐχ ὁρῶντας ὅτι μὴ
μικρὸν αὐτοῖς παύσεται μὲν τὰ αἰσχύνη, λή-
θη δέ τις ἀγαθῶν, καὶ κακῶν, καὶ ἐλευθε-
ία μακρὰ, πάντας ὁμοίως καταλείψε-
ται. ἔμελε δὲ αὐτῷ καὶ ἀδελφοὺς στασιά-
ζοντας διαλλάττειν, καὶ γυναιξὶ πρὸς τοὺς
μεταμελομένους εἰρήνην πρυτανεύειν. καί που
καὶ δήμοις παροξυνομένοις ἐμμελῶς διελέ-
χθη, καὶ τοὺς πλείστους αὐτῷ ἔπεισεν ὑπουρ-
γεῖν τῇ πατρίδι τὰ μέτρια. τοιοῦτός τις ἦν
ὁ τρόπος τῆς φιλοσοφίας αὐτῷ, πρᾷος, καὶ
ἥμερος, καὶ φαιδρός. μόνον αὐτὸν ἴδοις φί-
λου νόσος, ἢ θάνατος, ὡς αὖ καὶ τὸ μέγιστον
τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀγαθῶν, πρὸ φιλίας ἡ-
γούμενον· καὶ διὰ τοῦτο φίλος μὲν ἦν ἅπα-
σι, καὶ οὐκ ἔστιν ὅν τινα οὐκ οἰκεῖον ἐνόμιζεν,
ἀνδρῶν γε ὄντα. πλέον δὲ ἢ ἔλαττον ἐ-
χαίρε, σπουδὴν ἐποίοις αὐτῷ μόνοις ὁξιζόμε-
νος, ὁπόσοι αὖ ἐδόκουν αὐτῷ ὑπὲρ πρὸ τῆς
θεραπείας ἐλπίδα διαμπάτειν. καὶ τοῦ-
τα πρὸς μὲν Χαείτων καὶ Ἀφροδίτης αὐ-
τῆς ἐπράττετε, καὶ ἔλεγε, ὡς ἀεὶ ὁ κω-
μικὸν ἐκεῖνο, Τοῦ Πιθοῦ τοῖς χείλεσιν αὐτὸ
ἐπικαθῆσθαι. τοιγαροῦν καὶ Ἀθηναίων ὅ,-
τε σύμπας δῆμος, καὶ οἱ ἐν τέλει ὑπερφυῶς
ἐθαύμαζον αὐτὸν, καὶ διετέλουν, ὡς πινα
τῶν κρειττόνων προσβλέποντες. καίτοι ἐν
ἀρχῇ προσέκρουε τοῖς πολλοῖς αὐτῷ, καὶ
μῖσος οὐ μεῖον τοῦ πρὸς τοὺς πλήθους ἐ-
κτήσατο, διά τε τὴν παρρησίαν καὶ ἐλευθερίαν.

versus populus, & ij qui in dignitatibus erant constituti, summa cum reuerentia illum admirabantur, eáque in sententia permanserunt, vt vnum ex optimatibus suspicientes. Cæterùm cùm in Reipub. procurationibus obeundis versaretur,multorũ prauis & nefariis conatibus restitit: vnde odium & inuidiam non mediocrẽ multitudinis sibi cõflauit,tum propter dicẽdi interritam fiduciã,& monendi libertatem.

καὶ τινὲς ἐπ' αὐτὸν συνέστησαν Ανυτοι καὶ Μέλιτοι, τὰ αὐτὰ κατηγοροῦντες ἅπερ κἀκεῖνοι τότε, ὅτι οὔτε θύων ὤφθη πώποτε, οὔτε ἐμυήθη μόνος ἁπάντων τῶν Ελευσινίων, ὡς ἄρα ἀνδρείως μάλα στεφανωσάμενος, καὶ καθαρὸν ἱμάτιον ἀναλαβών, καὶ προελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, τὰ μὲν ἐμμελῶς, τὰ δὲ καὶ πραχύτερον ἢ καθ' τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν ἀπελογήσατο. ὡς μὲν γὰρ ὃ μὴ τετυχέναι πώποτε τῇ Ἀθηνᾷ, Μὴ θαυμάσητε, ἔφη, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ μὴ πρότερον αὐτῇ ἔθυσα· σοὶ γὰρ δεῖνα αὐτὴν τῶν παρ' ἐμοῦ θυσιῶν ἐπεπείκεμεν. ὡς δὲ θᾶττον ὃ τῶν μυστηρίων, τοιοῦτον ἔφη ἔχειν τὴν αἰτίαν, τὸ μὴ κοινωνῆσαι σφίσι τῆς τελετῆς, ὅτι εἴ τε φαῦλα ἦ τὰ μυστήρια, οὐ σιωπήσεται ὡς ἐκ τοιούτων μεμυημένους, ἀλλ' ἀποτρέψει αὐτοὺς τῶν ὀργίων· εἴ τε καλά, πᾶσιν αὐτὰ ἐξαγορεύσειν ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ. ὥστε τοὺς Ἀθηναίους ἤδη λίθοις ἐπ' αὐτὸν ἐν ταῖν χερσὶν ἔχοντας, πραότερος αὐτῷ καὶ ἵλεως γενέσθαι αὐτίκα, καὶ ὃ ἀπ' ἐκείνου ἄρξαμένους τιμᾶν, καὶ αἰδεῖσθαι, καὶ τὰ τελευταῖα, θαυμάζειν. καίτοι βύθιος ἐν ἀρχῇ τῶν πρὸς αὐτοὺς λόγων, πραοτέρῳ ἐχρήσατο τῷ προοιμίῳ. Ανδρες γάρ, ἔφη, Ἀθηναῖοι, ἐμὲ μὲν ὁρῶντες ἐστεφανωμένον, ὑμεῖς ἤδη καί με καθύσατε· ὃ γὰρ πρότερον οὐκ ἐκαλλιερήσατε. βούλομαι δὲ ἐνία τῶν θυσόντος τε ἅμα καὶ ἀφθόνως ἐπ' αὐτὰ λελεγμένων· ἄρξασθαι δὲ ἀπὸ Φαβωρίνου καλόν, καὶ ὧν πρός ἐκεῖνον εἶπεν. ἐπεὶ γὰρ ὁ Φαβωρῖνος ἀκούσας τινός, ὡς ἐν γέλωτι ποιοῖτο τὰς ὁμιλίας αὐτοῦ, καὶ μάλιστα τὴν ἐν αὐταῖς μελῶν ὑπεκκλασμένον σφόδρα, ὡς ἀγύνες, καὶ γυναικεῖον, καὶ φιλοσοφίᾳ ἧκιστα πρέπον, προσελθών, ἠρώτα τὸν Δημώνακτα, τίς ὢν χλευάζοι τὰ αὐτοῦ; Ανθρωπος, ἔφη, οὐκ εὐαπάτητα ἔχων τὰ ὦτα. εἰσιόντι δὲ τῷ σοφιστῇ, καὶ ἐρωτῶντος, τίνα δὲ ἐφόδιον ἔχων, ὦ Δημώναξ, ἐπὶ παιδὸς ἐς φιλοσοφίαν ἦκες, Ορχεις, ἔφη. ἀλλοτε δέ ποτε ὁ αὐτὸς προσελθὼν ἠρώτα τὸν Δημώνακτα, τίνα αἵρεσιν ἀσπάζεσθαι μᾶλλον ἐν φιλοσοφίᾳ,

A Vnde factum est vt nonnulli quoque aduersus illum insurgerent Anyti & Meliti, ea ipsa in Demonacte accusantes, quæ priùs per illos in accusando Socrate in crimen vocata fuerant, nẽpe quòd nunquam visus sit sacrificans, quódque solus omnium nunquam sit Eleusiniis initiatus. Ad quæ magno animo, & corona redimitus, & nitida veste amictus, inque concionem progressus, partim scitè & dexteriter, partim verò asperiùs quàm philosophica requirebat professio, respondit. Etenim ad hoc quòd nunquam sacra fecisset Mineruæ, Nulla vos capiat admiratio, inquit, viri Athenienses, si priùs illi nunquam sacrificauerim: B nequaquam enim illam sacris per me oblatis egere existimabam. Ad secundam verò accusationis partem, nempe mystériorum, eam dixit subesse causſam quominus cum illis festiuitatis particeps fuisset hactenus; quòd si mysteria, inquit, praua & friuola comperisset, apud nondum initiatos non tacuisset, sed ipsos ab orgiis celebrandis auersos fecisset: sin bona, rursus humanitate adductus, omnibus expositurus erat. Ita Athenienses qui iam aduersus illum lapides sustulerant, actutum mitem erga eundem & placidum animum induerunt, C atque ex illo eum cœperunt habitis honoribus reuereri quoque & colere, postremùm verò admiratione etiam prosequi. Ille autem statim initio orationis ad illos habitæ, asperiore proœmio vsus est: Viri enim, inquit, Athenienses, cùm me sertis coronatum videatis, quin me iam sacrificatis? etenim antehac nunquam litastis. Quædam verò quæ ab illo acutè pariter & vrbanè dicta animaduerti, volo deinceps subiungere. Optimum autem factu videtur, vt à Phauorino, & iis quæ ad illum dixit, exordium faciam. D Postquam enim Phauorinus à quodam audisset suas dissertationes à Demonacte haberi ludibrio, maximè verò mẽbrorum in illis nimiũ fractas delicias, ingenerosã & muliebrem mollitiem, ac philosophiæ minimè cõgruentem: accessit Demonactẽ, interrogauítq; quisnã esset à quo subsannaretur: Homo, inquit, cui aures sunt deceptu difficiles. Occurrẽte verò quodã Sophista, atq; interrogãte, quibúsnã viaticis instructus, ô Demonax, à puero ad philosophiã accessisti? respondit, Testiculis. Alio tẽpore cùm semel idẽ ille accessisset, quæsiuit ex Demonacte, quã philosophię sectã præ aliis studiosiùs amplecteretur;

Quis verò, inquit, te certum fecit me philoſophari? Et cum dicto abiens, riſit apud ſe valde ſuauiter. Illo verò interrogante quid eſſet quòd rideret, Demonax, Perridiculũ, inquit, hoc mihi viſum eſt, ſi tu à barba philoſophantes iudicandos eſſe exiſtimas, ipſe barbam non habens. Sidonius autem rhetor cùm Athenis celebris & clarus haberetur, ac aliquando de ſe eiuſmodi publica oratione decantaret encomium, quòd totius philoſophiæ peritus eſſet, nec minùs dicendi facultate ea poſſit exequi quæ diceret: Etenim, inquit, ſi Ariſtoteles ad Lyceum me vocarit, ſequar: ſi Plato ad Academiam, veniam: ſi à Zenone ad porticum Variam prouocabor, nihil cunctatus præſtò ero: ſi Pythagoras me accerſiuerit, ſilebo. Surgens itaque è medio auditorum Demonax, Heus tu, inquit, vocat te Pythagoras. Cæterùm Pythone quodam eorum qui fuerant è Macedonia ſplendidè & nitidè culti, iuuene formoſo ſubſannante illum, ac quæſtionem ſophiſticam proponente, iubentéque vt ſyllogiſmi ſolutionem diceret: Vnum, inquit, fili noui, quòd ſubigêris. Cùm ergo ille ſtomachanti animo indignaretur propter ſcommatis amphiboliam, illique comminaretur, Statim tibi virum oſtendam: ille in multum riſum effuſus, interrogauit adoleſcentem, Ergo virum habes? Quodam tempore cùm quidam etiam athleta ab eo fuiſſet deriſus, propterea quòd cùm victor extitiſſet in Olympia, veſtitu molli & florido amictus conſpiceretur: vulnus illi lapide in caput incuſſit, adeò vt ſanguis efflueret. Itaque qui aderant, indignantes, factum grauiter & moleſtè ferebant, quaſi vnus ex illis fuiſſet percuſſus: cúmque exclamarent vt ad Proconſulem iret: Nequaquam, inquit, viri ad Proconſulem, quin multo magis eamus ad medicum. Dum aliquando obambulans annulum aureũ in itinere forte fortuna reperiſſet, propoſita in foro ſchedula, voluit, eum qui amiſſi annuli dominus extitiſſet, venire, atque ſi illius pondus & gemmam & typum rectè indicaſſet, recipere. Venit ergo adoleſcens quidam forma honeſta & amabili, qui ſe amiſiſſe perhibebat. Cæterùm cùm nihil ſani diceret, Abi, inquit, ô puer, ac tuum ipſius annulum diligenter obſerua: etenim hunc non amiſiſti. Quiſpiam verò è Romanis ſenatoribus cùm Athenis illi filium ſuum iuuenem ſupra modum formoſum commonſtraſſet, effœminatum verò, & corruptum deliciis: dixiſſétque, Salutat te Demonax hic meus filius:

A ὁ δὲ, τίς γάρ σοι εἶπεν ὅτι φιλοσοφῶ; & ἀπιὼν ἤδη, πρὸς αὑτὸν ἡδὺ μάλα ἐγέλασε. τ ὑ ἐρωτήσαντος ἐφ' ὅτῳ γελᾷ, ἐκεῖνος ἔφη, Γελοῖόν μοι εἰ ἔδοξεν, εἰ σὺ ἀπὸ τῦ πώγωνος ἀξιοῖς κρίνεσθαι τοὺς φιλοσοφοῦντας, αὐτὸς πώγωνα οὐκ ἔχων. τ ὑ Σιδωνίῦ ποτὲ σοφιστοῦ Ἀθηναίοις δοκιμωτάτου, καὶ λέγοντος ἐπ' αὐτῦ ἔπαινόν τινα τοιῦτον, ὅτι πάσης φιλοσοφίας πεπείραται, καὶ χρῆναι ὑ αὐτὰ εἰπεῖν ἃ ἔλεγεν· ἐὰν Ἀριστοτέλης με καλῇ ὅτι ὃ Λύκειον, ἕψομαι· ἂν Πλάτων ὅτι τὴν Ἀκαδημίαν, ἀφίξομαι· ἂν Ζήνων ὅτι τ Ποικίλην, διαβήσομαι· ἂν Πυθαγόρας καλῇ, σιωπήσομαι· ἀναγκαίας δ' ἂν εἶναι μέσων τ ἀκροωμένων δοκῶ, ἔφη, τοσοῦτόν ὄνομα, καλῶν σε Πυθαγόραν. Πύθωνος δέ τινος τ ἐν Μακεδονίᾳ διαπρέποντος νεανίσκου ὡραίου, ἐρεσχελοῦντος αὐτὸν, καὶ προτείνοντος ἐρώτημά τι σοφιστικὸν, καὶ κελεύοντος εἰπεῖν τὴν συλλογισμοῦ τὴν λύσιν, Εἶν, ἔφη, οἶδα τέκνον, ὅτι σφαίνῃ. ἀναγκαιοτάτου δ' ἐκείνου ὅτι τῷ δ' ἀμφιβολίας σκώμματι, καὶ συναπειλοῦντος, Αὐτίκα σοι μάλα τὸν ἄνδρα ὑποδείξω, ὁ δ' σεμνῶ γέλωτι ἠρώτησε, καὶ γὰρ ἄνδρα ἔχῃς; ἐπεὶ δέ τις ἀθλητὴς καταγελασθεὶς ὑπ' αὐτοῦ ὅτι ἐσθῆτα ὤφθη ἀθλητὴς ἀμπεχόμενος, Ὀλυμπιονίκης ὤν, ἐπάταξεν αὐτὸν εἰς τ κεφαλὴν λίθῳ, καὶ αἷμα ἐρρύη· οἱ μὲν παρόντες ἠγανάκτουν, ὡς αὐτὸς ἕκαστος τετυφωμένος, καὶ ἐδόκουν ὑπὸ τὸν αἰθύπατον ἰέναι· ὁ δ' Δημώναξ, Μηδαμῶς, ἔφη, ἄνδρες, πρὸς τὸν αἰθύπατον, ἀλλ' ὑπὸ τὸν ἰατρόν. ἐπεὶ δέ ποτε & χρυσοῦν δακτύλιον ὁδῷ βαδίζων εὗρε, γραμμάτιον ἐν ἀγορᾷ προσπηδεῖς, ἠξίου τὸν ἀπολέσαντα, ὅστις εἴη τ δακτυλίου δεσπότης, ἥκειν. καὶ εἴ ποτε ὁλκὴν αὐτοῦ, καὶ λίθον, & τύπον, ἀπολαμβάνειν. ἦκεν οὖν τις μειρακίσκος ὡραῖος, αὐτὸν ἀπολωλεκέναι λέγων· ἐπεὶ δ' οὐδὲν ὑγιὲς ἔλεγεν, Ἄπιθι, ἔφη, ὦ παῖ, καὶ τ ἑαυτοῦ δακτύλιον φύλαττε, τοῦτον γὰρ οὐκ ἀπολώλεκας. τῷ δ' ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων βουλῆς τις Ἀθηναίοις υἱὸν αὐτῷ δείξας πάνυ ὡραῖον, ἡλιδρίαν δ' καὶ διακεκλασμένον, Προσαγορεύσατε, ἔφη, ὁ ἐμὸς υἱὸς ὑμᾶς· καὶ ὁ Δημώναξ,

B

C

D

Salutat te Demonax hic meus filius:

Καλὸς, ἔφη, καὶ σοῦ ἄξιος, καὶ τῇ μητρὶ ὅμοιος. τὸν δὲ Κυνικὸν, οὐκ ἀρκτου δέρματι φιλοσοφοῦντα, οὐκ Ονώφρατον, ὥσπερ ὠνομάζετο, ἀλλ' Αρκεσίλαον καλεῖν ἠξίωσε. ἐρωτήσαντος δέ τινος αὐτὸν ὅρος εὐδαιμονίας δοκεῖ, μόνον εὐδαίμονα, ἔφη, τὸν ἐλεύθερον. ἐκείνου δὲ φήσαντος πολλοὺς ἐλευθέρους εἶναι, Αλλ' ἐγὼ μόνον, ἔφη, τὸν μήτε ἐλπίζοντά τι, μήτε δεδιότα. ὁ δὲ, Καὶ πῶς αὖ, ἔφη, τοῦτο τις δύναιτο; ἅπαντες γὰρ ὡς ὀλίγου τούτοις δεδουλώμεθα. Καὶ μὴν, ἔφη, εἰ κατανοήσεις τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, δῆλον ὅτι ἐλπίδος, ἔστι φόβου ἄξια, παντελῶν πρώτως καὶ τῶν ἀναρχῶν, καὶ τῶν ἡδέων. Περεγρίνου δὲ τοῦ Πρωτέως ἐπιτιμῶντος αὐτῷ, ὅτι ἐγέλα τὰ πολλὰ, καὶ τοῖς ἀνθρώποις προσέπαιζε, καὶ λέγοντος, Δημώναξ, ὑποκρινῇ; ἀποκρίναι, Περεγρῖνε, οὐκ ἀνθρωπίζῃς; καὶ μὴν καὶ φυσικόν τινα πρὸς τοὺς ἀντιπόδων διαλεγόμενον, διώξαντας, καὶ ὅτι φρέαρ ἀναγαὼν, καὶ δείξας αὐτῷ τὴν ἐν τῷ ὕδατι σκιὰν, ἤρετο, Τοιούτους ἄρα τοὺς ἀντιπόδας λέγῃς; ἀλλὰ καὶ μάγου τινὸς λέγοντος, καὶ ἐπῳδὰς ἔχειν ἰσχυρὰς, ὡς καὶ αὐτὸν ἀπάγειν ὅποι βούλεται, Μὴ θαύμαζε, ἔφη, καὶ γὰρ αὐτὸς ὁμότεχνός εἰμί σοι, καὶ εἰ βούλει, ἕπου πρὸς τὴν ἀκρόπολιν, κἄν ὄψει με διὰ μιᾶς ἐπῳδῆς, καὶ μικροῦ τοῦ φαρμάκου πείσοντα αὐτὴν δοῦναί μοι τὸν ἄρτον· αἰτήσομαι δὲ τὸ κέρμα, ὡς τὰ ἴσα τῇ ἐπῳδῇ δυνάμενον. ἐπεὶ δὲ Ηρῴδης ὁ πάνυ, ἐπένθει τὸν Πολυδεύκη πρὸ ὥρας ἀποθανόντα, καὶ ἠξίου ὄχημα ζεύγνυσθαι αὐτῷ, καὶ ἵππους παρίσασθαι ὡς διαβησόμενος, καὶ δεῖπνον παρασκευάζεσθαι, προσελθὼν, Παρὰ Πολυδεύκους, ἔφη, κομίζω σοι τινὰ ὀπισθόλωτον ἡδέντος ἐκείνου, καὶ οἰηθέντος ὅτι κἀκεῖνος κοινὸν καὶ αὐτὸς τοῖς ἄλλοις συμπενθήσει τὸν παῖδα αὐτοῦ, καὶ εἰπόντος Τίνων, ὦ Δημώναξ, Πολυδεύκους ἀξιοῖ, Αἰτιᾶταί σε, ἔφη, ὅτι μὴ ἤδη πρὸς αὐτὸν ἄπει. ὁ δ' αὐτὸς, ἰδὼν πείθουσι, καὶ ἐν σκότῳ ἑαυτὸν καθείρξαντι, προσελθὼν, ἔλεγε μάγος τε εἶναι καὶ δύνασθαι αὐτῷ ἀναγαγεῖν τοῦ παιδὸς τὸ εἴδωλον, εἰ μόνον αὐτῷ τρεῖς τινας δυσθέρωτας ἐπομόσαι, μηδένα πώποτε πεπενθηκότας.

Pulcher est, inquit, & te dignus: & matri nō absimilis. Porrò Cynicum in pelle vrsi philosophātem non Onocratum, quod illi nomen erat, sed Arcesilaum vocare dignatus est. Cùm quidam ex eo quæsisset quinā illi felicitatis finis esse videretur, respondit solū eum esse felicem, qui liber esset. Illo autē subiiciente multos esse liberos: Atqui hunc ego solū, inquit, liberum esse existimo, qui neque sperat aliquid, neque pertimescit. Ille verò, Et quomodo, inquit, hoc fieri potest? omnes enim plurimùm his seruiētes subiecti sumus. Atqui, inquit, si recto iudicio res humanas excusseris, haud dubiè easdem reperies neque spe neq; metu dignas, propterea quòd & quę doleāt, & iucūda sint, iuxtà finē capiant & euanescant. Peregrino autem, cui & Proteo cognomen fuit, obiurgāte eum, quòd pleraque omnia naso suspenderet, hominibúsque illuderet, dicentéque, Demonax nō viuis Cynicū: respondit, Peregrine, non viuis hominē. Physicū quoque super Antipodibus dissentem, surgens deduxit ad puteum, illíque vmbra in aqua commonstrata, quę siuit, Nunquid tales confirmas esse Antipodas? Præterea quopiam magum se esse profitente, haberéque carmina efficaciſſima, quibus omnes homines impellere possit ac persuadere vt sibi quæcunque vellet exhiberent: Ne hoc tibi mirū videatur, inquit: eandem enim tecum artem exerceo: &, si placet, ad pistricem me sequere, videbísque me vnica tantùm incantatiuncula ac modico veneficio persuasurum ipsam vt mihi panem det: sub obscurè monetam innuens, æqualē cum incantationibus vim obtinentem. Cùm verò Herodes grauiter & peracerbè Pollucis immatura morte sublati obitum lugeret, vellétque currum illi iungere, ac equos præstare tanquam ascensuro, & cœnam adornare: aggressus hunc Demonax, A Polluce, inquit, epistolam tibi adfero. Cæterùm cùm ille gauisus esset, putarétque illum quoque aliis esse dolori, dixit, Quid igitur ô Demonax sibi vult Pollux? Accusat te, inquit, quòd ad illum abire cunctēris. Idem quendam alium filij sui mortem inconsolabiliter lugentem, ac tenebris semet occultantem, accessit, séque magnum professus est, ac filij simulacrum ab inferis posse reducere, si tres tantùm homines illi nominauerit, quos nunquam vllius obitum luxisse certò compertum haberet.

Cùm ergo diu multúmque secum hæsitaret, nec vnum quidem, vt opinor, talem posset producere: ait tandem Demonax, O ridicule, an te solum intoleranda mala perferre existimas, cùm luctus expertem videas neminem? Atqui & illos falsè deridere solitus est, qui in sermonibus nimiùm vetustis & peregrinis vocabulis vti consueuerant. Itaque cùm vnum aliquando super oratione quadam interrogasset, illéque plus quàm Atticè respondisset: Ego quidem, inquit, amice, nunc te rogaui, tu verò mihi quasi Agamemnone regnãte respondisti. Dicète quopiam ex amicis, Abeamus Demonax in fanum Æsculapij pro filij salute oraturi: Vehementer, inquit, surdum existimas Æsculapium, si nequeat nos nisi isthic orantes exaudire. Cùm aliquando vidisset duos philosophos egregiè rudes & indoctos super quæstione quapiam satis ridiculè altercantes, ac alterum absurda quærentem, alterum verò ad rem nihil sanè respondentem: Nonne videatur vobis, inquit, ô amici, alter illorũ hircum mulgere, alter autem illi cribrum supponere? Agathocles verò Peripateticus cùm superbè & insolẽter se ferret, & arroganter iactitaret dialecticorum se solum & primũ esse: Atqui, inquit, ô Agathocles, si primus, non solus: sin verò solus, non primus. Porrò autem Cethego viro consulari dignitate prædito, quo tempore per Græciam legatus abiret in Asiam, patri suo multa turpia & ridicula dicente & faciente, posteaquam ex amicis quispiam eadem vidisset, dixissétque Cethegum magnum scelus esse: Per Iouem, inquit Demonax, neque magnum. Idem cùm aliquando conspexisset Apollonium philosophum multis cum discipulis discedentem: commodùm verò abibat, accersitus quasi disciplinarum nomine Regi esset conuersaturus: Accedit, inquit, Apollonius, & eius Argonautæ. Alio autem quodam ex eo quærente, num anima illi immortalis esse videretur: Sanè immortalis, inquit, sed vt omnia reliqua. De Herode dicebat verum dixisse Platonem, affirmãtem nobis haud vnam saltem esse animam. Neque enim esse eiusdem animæ Regilaum & Pollucem, vt tanquam viuentes epulis suscipiat, taliáque illi curæ sint. Ausus est quoque aliquando Athenienses publicè interrogare, audita sacrorum præfatione, quam ob causam excluderent barbaros,

Ὑπολυπολὺ δὲ ἐκείνου ἐφθιάσθη τος, ἢ ἀπορῶν τος, οὐ γὰρ εἶχέ τινα, οἶμαι, εἰπεῖν τοιοῦτον, εἶτ' ἔφη, Ὦ γελοῖε, μόνος ἀφόρητα πάσχειν νομίζῃς, μηδένα ὁρῶν πένθους ἄμοιρον; καὶ μὴν καὶ ἐκείνων καταγελᾷ ἠξίου, τῶν ἐν ταῖς ὁμιλίαις πολὺ ἀρχαίοις & ξένοις ὀνόμασι χρωμένων. Ἑνί γε μὴν ἐρωτηθέντι ὑπ' αὐτοῦ λόγον τινα, καὶ ὑποφαντικῶς ἀποκριθέντι, Ἐγὼ μέν σε, ἔφη, ὦ ἑταῖρε, νυνὶ ἠρώτησα, σὺ δέ μοι ὡς ἐπ' Ἀγαμέμνονος ἀπεκρίνῃ. εἰπόντος δέ τινος τῶν ἑταίρων, Ἀπίωμεν Δημώνακτι εἰς τὸ Ἀσκληπιεῖον, καὶ εὐξόμεθα ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ· Παῦ, ἔφη, κωφὸν ἡγῇ τὸν Ἀσκληπιὸν, εἰ μὴ δύναται καὶ ἐντεῦθεν ἡμῶν δυσωπουμένων ἀκοῦσαι; ἰδὼν δέ ποτε δύο τινὰς φιλοσόφους κωμῳδῆ ἀπαιδεύτως ὑπὲρ ζητήσεως ἐριζοντας, & τὸν μὲν ἄτοπα ἐρωτῶντα, τὸν δ', οὐδὲν πρὸς λόγον ἀποκρινόμενον· Οὐ δοκεῖ ὑμῖν, ὦ φίλοι, ἔφη, ὁ μὲν ἕτερος τούτων, τράγον ἀμέλγειν, ὁ δὲ αὖ κόσκινον ὑποτιθέναι; Ἀγαθοκλέους δὲ τοῦ Περιπατητικοῦ μέγα φρονοῦντος, ὅτι μόνος αὐτὸς ὢν & πρῶτος τῶν Διαλεκτικῶν, ἔφη, Καὶ μήν, ὦ Ἀγαθόκλες, εἰ μὲν πρῶτος, οὐ μόνος, εἰ δὲ μόνος, οὐ πρῶτος. Κεθήγου δὲ τοῦ ὑπάτου, ὁπότε ἀφ' τῆς Ἑλλάδος εἰς τὴν Ἀσίαν ἀπὴρ πρεσβεύων, τῷ πατρὶ πολλὰ καταγέλαστα καὶ λέγοντος, καὶ ποιοῦντος, ὅπερ τῶν ἑταίρων τις ὁρῶν ταῦτα, ἔλεγεν αὐτὸν μέγα κάθαρμα εἶναι, Μὰ τὸν Δί', ἔφη, ὦ Δημώναξ, οὐδὲ μέγα. καὶ Ἀπολλώνιον δέ ποτε τὸν φιλόσοφον ἰδὼν μετὰ πολλῶν τῶν μαθητῶν ἐξελαυνόμενον, ἤδη δ' ἀπὴρ μεταπεμπτος, ὡς ὅτι παιδεία τῷ βασιλεῖ συνεσόμενος, Περιέρχεται, ἔφη, ὁ Ἀπολλώνιος, καὶ οἱ Ἀργοναῦται αὐτοῦ. ἄλλου δέ ποτε ἐρωμένου εἰ ἀθάνατος αὐτῷ ἡ ψυχὴ δοκεῖ εἶναι, Ἀθάνατος, ἔφη, ἀλλ' ὡς πολύποδα. ὡς μήποτε Ἡρῴδου ἔλεγεν ἀληθεύειν τὸν Πλάτωνα, φάσκοντα μίαν ἡμᾶς ψυχὴν ἔχειν, ἢ γὰρ εἶναι τῆς αὐτῆς ψυχῆς, Ῥηγίλλαν, καὶ Πολυδεύκη, ὡς ζῶντας ἑστιᾶν, καὶ τὰ τοιαῦτα μελετᾶν. ἐτόλμησε δέ ποτε καὶ Ἀθηναίους ἐρωτῆσαι δημοσίᾳ, τῆς παῤῥησίας ἀκούσας, δι' ἣν αἰτίαν ἀποκλείουσι τοὺς βαρβάρους, καὶ ταῦτα,

καὶ ταῦτα, τῷ τῶν τελετῶν αὐτοῖς καταστησαμένου Εὐμόλπου, βαρβάρου, καὶ Θρᾳκὸς ὄντος: ἐπεὶ δέ ποτε πλεῖν μέλλοντι αὐτῷ ἀπὸ χειμῶνος, ἔφη τις τῶν φίλων, Οὐ δέδοικας μὴ αἰσχρὰ πάθοις τῷ σκάφει, ὑπὸ ἰχθύων καταβρωθῇς; κἆτα, Ἀγνώμων ἂν εἴην, ἔφη, ὑπὸ ἰχθύων καταδαθῆναι, τοσούτους αὐτὸς ἰχθῦς καταφαγών. ῥήτορι δέ τινι κάκιστα μελετήσαντι, συνεβούλευσεν ἀσκεῖν, καὶ γυμνάζεσθαι· τῷ δὲ εἰπόντος, Ἀεὶ ἐνώπιόν σου λέγω· Εἰκότως οὖν, ἔφη, τοιαῦτα λέγεις, μαθητῇ ἀκροατῇ χρώμενος. καὶ μαθητῇ δέ ποτε ἰδὼν δημοσίᾳ ὑπὲρ μισθῷ μαρτυρόμενον, Οὐχ ὁρῶ, ἔφη, ἐφ' ὅτῳ τὸν μισθὸν ἀπαιτεῖς· εἰ μὴ γὰρ ὡς ἀλλάξαί τι δυνάμενος τῶν ὑπεχλωσμένων, ὀλίγον αἰτεῖς, ὁπόσον αὐτὸς αἰτῇς· εἰ δὲ ὡς δέδοκται τῷ θεῷ, πάντα ἔσται, τί σου δυνάται ἡ μαντική; προσῆλθε δέ τινος Ρωμαίου δισωματοποιοῦντος, καὶ τὸν ἀνόπλιον αὐτῷ μάχιμον πρὸς πάταλον ὑπεδείξαντος, καὶ εἰσομένου, Πῶς σοι Δημώναξ μεμαχῆσθαι ἔδοξε; Καλῶς, ἔφη, αὐτὸν ξύλινον τὸν ἀνταγωνιστὴν ἔχοντι. καὶ μὴν καὶ πρὸς τὰς ἀπορίας τῶν ἐρωτήσεων, πάνυ δυσχερῶς προσεκρούσατο. ἐρομένου γάρ τινος ὑπὲρ χλευασμοῦ, Εἰ χιλίας μνᾶς ξύλων καύσαιμι, ὦ Δημώναξ, πόσαι μναῖ ἂν καπνοὶ γένοιντο; Σπάνιον, ἔφη, τὸ ἀποδοῦναι, καὶ ὁ λοιπὸν πρᾶγμα, καπνός ἐστι. Πολυβίου δέ τινος, χαμαιδεῆ ἀπαιδεύτου αὐθρώπου, καὶ σολοίκου, εἰπόντος, Ὁ βασιλεύς με τῇ Ρωμαίων πολιτείᾳ τετίμηκεν, Εἴθε σε, ἔφη, Ἕλληνα μᾶλλον ἢ Ρωμαῖον πεποίηκεν. ἰδὼν δέ τινα τῶν ἁπροφύτων, ὑπὲρ τὰς πλατείας τῆς πορφύρας μέγα φρονοῦντα, κύψας αὐτοῦ πρὸς τὸ ὦς, καὶ τῆς ἐσθῆτος λαβόμενος, καὶ δείξας, ἔφη, Τοῦτο μοῦτοι πρὸ σοῦ πρόβατον ἐφόρει, καὶ ὧδε πρόβατον. ἐπεὶ μοῦτοι λουόμενος, ὥκνησεν εἰς τὸ ὕδωρ ζέον ἐμβαίνειν, καὶ ἡπιάσατό τις ὡς ἀποδυσόμενος, Εἰπέ μοι, ἔφη, ὑπὲρ πατρίδος αὐτὸ πείσεσθαι ἔμελλον; ἐρομένου δέ τινος, Ὁποῖα νομίζεις εἶναι τὰ ἐν ᾅδου, Περίμενον, ἔφη, κἀκεῖθέν σοι ὀπίσω ἐλῶ.

præsertim cùm eam mysterij festiuitatem constituisset illis Eumolpus, quem Thracem & barbarum fuisse non ignorabat. Postea verò quàm illi semel nauigandum erat negotij gratia, existẽte hyeme, & iam nauem erat inscensurus, dixit amicorum quispiam, An nõ pertimescis Demonax, ne naui fracta atque subuersa à piscibus deuoreris? Atqui, inquit, perabsurdum foret metuere à piscibus depasci, cùm tot ipse pisces antè deuorauerim. Cuidam rhetori vitiosissimè declamanti consuluit, vt frequenti exercitio incumberet. Cæterùm cùm ille dixisset, Nunquam nõ apud me ipsum declamo: Ergo iure optimo, inquit, tam ineptè dicis, qui semper stulto auditore vti soleas. Augure quoque semel publicitus mercedis gratia vaticinante conspecto, Non video, inquit, quam ob rem mercedem exigas: Etenim si hoc nomine exigis, quasi queas ea quæ à Parcis immobili consilio decreta sunt, depellere, modicum postulas, quantumcunque tandem postulaueris: Sin omnia quemadmodum Deo visum est, euentura sunt, quid tua præstare potest vaticinatio? Sene verò quopiam Romano bene corpulento, armatam illi pugnam aduersus ligneum palum susceptam commonstrante, interrogãtéque, Quanto tibi feruore ô Demonax pugnasse visus sum? Magno, inquit: siquidem hũc ligneum habuisti aduersarium. Atqui ad intricatas & captiosas quęstiunculas acutè instructus erat. Interrogante enim quopiam ludibrij gratia, Si mille minis ligna combussero Demonax, quot minæ fumo cessuræ sunt? Pondera, inquit, cinerem, & reliqua omnia fumus erunt. Polybio autem homine omnium fermè literarum rudi, elati tamen animi, arrogantiùs iactante, Rex Romanorum ciuitate me donauit: Vtinam, inquit, te magis Græcum quàm Romanum fecisset. Rursus conspecto quopiam ex molliter & delicatè vestitis, propter purpuræ latitudinem superbiente, insolentiúsque incedente, admoto ad illius aurem capite, apprehensáque veste & commonstrata: Heus tu, inquit, hoc ante te ouis ferre solebat, & ouis fuit. Cùm semel in balneis lauans in aquam feruentem inscendere recusaret, ac quispiam eundem meticulosum & parum audacem accusaret: Dic mihi, inquit, num hoc ipsum pro patria passurus eram? Quærente ex eo quopiam, Qualiánam ô Demonax in orco esse existimas? Præstolare, inquit, & inde literis missis tibi rescribam.

Admeto verò cuidam inepto poëtæ dicenti se scripsisse Epigramma monostichon, quod testamento quoque suæ statuæ inscribendum mandarit, neque malum esse illud perhibenti:

Corpus humo tegitur, Admetus ad astra volauit:

solutus in cachinnos, inquit, Adeò elegans est, ô Admete, Epigramma, vt magno emerim illud iam inscriptum esse. Cùm vidisset quispiam crura eius tarda & turgida, qualia ferè senibus fieri consueuerunt, quæsiuit ex eo, Quid hoc sibi vult Demonax? Ille subridens, Charõ me momordit, inquit. Intuitus semel Lacedæmoniũ, seruum suum flagris cædentem, Desine, inquit, seruo tuo similem te ostendere. Puella quadam, cui nomen erat Danaë, fratri in iudicio litem intendente, Fratrem, inquit, in foro reum facies: neque enim es Danaë Acrisij filia. Magno verò atq; implacabili odio semper aduersus eos pugnabat, quos non iuxta veritatis ductum, sed ad ostẽtationem philosophari animaduerteret. Itaque cùm vidisset Cynicum, pallium quidem & peram habentem, cæterùm pro baculo supra modum fastuosè & arroganter vociferantem, dicentémque, Antisthenis & Cratetis ac Diogenis sum æmulus: Caue impudenter mentiaris, inquit: siquidem tu Hyperidę discipulus existis. Cùm non paucos semel videret athletas malè & ignauiter pugnantes, prætérque legem eisdem constitutam, pro eo quòd Pancratio decertandum fuerat, mordicus se proscindẽtes: Non iniuria, inquit, nostri temporis athletas concomitantes socij, leones vocant. Neque illud dictum sale vrbano caret, ac mordacitatis expers est, quo erga Proconsulem vsus esse fertur. Etenim vnus ex his erat, qui crura totúmque corpus vnguẽto solebant pervngere. Porrò autem quidam Cynicus cùm in lapidem ascendisset, hoc ipsum in eo turpibus verbis accusauit, & tanquam obscœnũ & fœdè factum probrosè calumniatus est, adeò vt Procõsul inflammatus iracundia, Cynicum captũ abripi iuberet, quem aut fustibus contusurus, aut exilio mulctaturus erat. Verùm cũ forte fortuna interuenisset Demonax, deprecatus est Proconsulem, vt illi delicti gratiam concessa venia faceret, cùm hoc peculiari quadam dicendi libertate Cynicorum, ausus esset. Ad quæ ille ita respondit, In præsens quidem hunc tibi impune dimittam: ceterùm si posthac tale quippiam animi temeritate ac linguæ intẽperantia inductus designauerit, qua pœna afficiendus erit?

A Ἀδμήτῳ δέ τινι ποιητῇ φαύλῳ, λέγοντί γε-
γραφέναι μονόστιχον ἐπίγραμμα, ὅταν ἐν ταῖς
διαθήκαις κεκέλευκεν ἐπιγραφῆναι αὐτοῦ τῇ
στήλῃ, ὃ χεῖρον δὲ καὶ αὐτὸ εἰπεῖν,

Γαῖα λαβὲ Ἀδμήτου ἔλυθρον, βῆ δ' εἰς
θεὸν αὐτός,

γελάσας, εἶπεν, Οὕτω καλόν ἐστιν, ὦ Ἀδμήτε, τὸ ἐπίγραμμα, ὥστε ἐθελόμην αὐτὸ
ἤδη ἐπιγεγράφθαι. ἰδών δέ τις ἐπὶ τῷ σκε-
λῶν αὐτοῦ οἷα τοῖς γέρουσιν ἐπίπαν γίγνεται,
ἤρετο, τί τοῦτο, ὦ Δημώναξ; ὁ δὲ, μειδιάσας,
Χάρων με ἔδακεν, ἔφη. καὶ μήτοι καὶ Λακε-
B δαιμόνιόν τινα ἰδὼν τὸν αὐτοῦ οἰκέτην μαστι-
γοῦντα, Παῦσαι, ἔφη, ὁμότιμον σαυτοῦ τὸν
δοῦλον ἀποφαίνων. Δαναάς δέ τινος τοῦ τὸν
ἀδελφὸν δίκην ἐγείσης, Κεῖθι, ἔφη, ἦ γὰρ
εἶ Δαναή, ἡ Ἀκρισίου θυγάτηρ. μάλιστα δὲ
ἐπολέμει τοῖς οὐ τοῦ ἀληθοῦς ἀλλὰ τοῦ
ἐπιδόξου φιλοσοφοῦσιν. ἕνα γοῦν ἰδὼν Κυνι-
κὸν, τρίβωνα μὲν καὶ πήραν ἔχοντα, αὐτὸ δὲ τῆς
βακτηρίας, ὑφ' ἧς ἐρείσθη κεκραγότα, καὶ λέ-
γοντα, ὅτι Ἀντισθένους, C Κράτητος, καὶ Διο-
γένους ἐστὶ ζηλωτής, Μὴ ψεύδου, ἔφη, σὺ γὰρ
Ὑπερίδου μαθητὴς ὢν τυγχάνεις. ἐπεὶ μέντοι
πολλοὺς τῶν ἀθλητῶν ἑώρα κακομαχοῦ-
τας, καὶ τοῦ τὸν νόμον τὸν συναγώνιον, αὐτὸ τὸ
παγκρατιάζειν δέκα ὄντας, Οὐκ ἀπεικότως,
ἔφη, οὗτοι νῦν ἀθλητὰς, οἱ παρεμπρεπῶς
λέοντας καλοῦσιν. ἀτεῖον δὴ κἀκεῖνο αὐτοῦ, καὶ
δηκτικόν ἅμα, ὃ τοὺς τὸν αἰθυπάτην εἰρη-
μένον. ἰῶ μέν γε τῶν πεπληγμένων τὰ σκέλη, καὶ
ὃ σῶμα ὅλον· Κυνικοῦ δέ τινος ἐπὶ λίθον ἀ-
ναβαίντος, καὶ αὐτὸ τοῦτο κατηγορουμένου αὐτοῦ,
καὶ εἰς χυναιδίαν διαβάλλοντος, ἀγανακτήσας,
D καὶ καταπαπαῖξαι τὸν Κυνικὸν κελεύσας, ἔ-
μελλεν ἢ ξύλοις στωμύλλειν, ἢ καὶ φυγῇ ζημιώ-
σειν· δεηθέντος δὲ Δημώνακτος, παρητεῖτο
συγγνώμην ἔχειν αὐτῷ, κατά τινα πάτριον τοῖς
Κυνικοῖς παρρησίαν φασκοντος. εἰπόντος
δ' αὐτοῦ, Νῦν μέν σοι ἀφίημι αὐτὸν, αἰ δ' ὕστερον τοιοῦτόν τι τολμήσῃ, τί παθὼν ἄξιος ἔσῃ;

καὶ ὁ Δημώναξ, Δρωπακισθῶμεν τότε αὐτὸν κελεύσον. ἄλλῳ δέ τινι γραπτέδων ἅμα καὶ ἔθνους τῶ μεγίστου τὴν ἀρχὴν ἐμπιστευθέντι, ὡς βασιλέως ἐρωμένῳ πῶς ἂν τις ἄνευσα φρίξη, Ἀόργητος, ἔφη, καὶ ὀλίγα μὲν λαλῶν, πολλὰ δὲ ἀκούων. ἐρωμένῳ δέ τινι εἰ καὶ αὐτὸς πλακοῦντας ἐσθίοι· Οἷς οὖν, ἔφη, τοῖς μωροῖς τὰς μελίσσας πτῆναι τὰ κηρία ποιεῖς δὲ τῇ Ποικίλῃ ἀνδριάντα ἰδὼν τὴν χεῖρα ἀποκεκομμένον, Οὐδέ ποτε ἔφη Ἀθηναίοις εἰκόνι χαλκῇ τετιμηκέναι τὸν Κυναίγειρον. καὶ μὴν καὶ Ῥουφῖνον τὸν Κύπριον, λέγω δὲ τὸν χωλόν, τὸν ἐκ τῆς Περιπάτου, ἰδὼν ὀπτιπολὺ ζοῖς Περιπάτοις συμφοιτέοντα, Οὐδέν ὄστιν, ἔφη, αἰσχιωτότερον χωλοῦ Περιπατητικοῦ. ἐπεὶ δέ ποτε ὁ Ἐπίκτητος ὀπτιμῶν ἅμα συνεβούλευεν αὐτῷ ἀγαγέσθαι γυναῖκα, καὶ παῖδα ποιήσασθαι, πρέπειν γὰρ καὶ τοῦτο φιλοσόφῳ ἀνδρὶ, ἕτερον δ' αὖ αὐτῷ καταλιπεῖν τὴν φύσιν, ἐλεγχτικώτατα πως αὐτὸν ἀπεκείνατο, Οὐκοῦν, ὦ Ἐπίκτητε, δός μοι μίαν τῶν σαυτοῦ θυγατέρων. καὶ μὴν καὶ ὅ πως Ἑρμῖνον τὸν Ἀριστοτελικὸν ἄξιον ἀπομνημονεύσαι. Εἰδὼς γὰρ αὐτὸν παγκάκιστον μὲν ὄντα, καὶ μυρία κακὰ ἐργαζόμενον, τὸν Ἀριστοτέλη δὲ, καὶ τὰ σώματος αὐτοῦ τὰς δέκα κατηγορίας ἔχοντα, Ἑρμῖνε, ἔφη, ἀληθῶς ἄξιος εἶ δέκα κατηγοριῶν. Ἀθηναίων δὲ σκεπτομένων καλὰ ζῆλον τὸν πρὸς Κορινθίους καταστῆσαθαι θέαν μονομάχων, προσελθὼν εἰς αὐτοὺς, Μὴ πρότερον, ἔφη, ταῦτα, ὦ Ἀθηναῖοι, ψηφίσασθε, ἢ μὴ τοῦ ἐλέου τὸν βωμὸν καθέλητε. ἐπεὶ δὲ εἰς Ὀλυμπίαν ποτὲ ἐλθόντι αὐτῷ, Ἦλφοι εἰκόνα χαλκῆν ἐψηφίσαντο, Μηδαμῶς τοῦτο, ἔφη, ὦ ἄνδρες Ἦλφοι, μὴ δόξητε ὀνειδίζειν τοῖς προγόνοις ὑμῶν, ὅτι μήτε Σωκράτους, μήτε Διογένους εἰκόνα ἀνατεθείκασιν. ἤκουσα δὲ αὐτοῦ ποτε καὶ πρὸς τὸν τῶν νόμων ἔμπειρον ταῦτα λέγοντος, ὅτι κινδυνεύουσι ἄχρηστοι εἶναι οἱ νόμοι, οὔτε πονηροῖς οὔτε ἀγαθοῖς χρώμενοι· οἱ μὲν γὰρ οὐ δέονται νόμων, οἱ δὲ, οὐδὲν βελτίους γίγνονται. τῶν δὲ Ὁμήρου στίχων ἕνα ἥδε μάλιστα,

A Ad quem Demonax, Sanè tunc illum invngi, seu dropace velli iubebis. Alteri cui rex & castra & magnum exercitum vnà cum imperio crediderat, quærenti qua ratione quispiam imperium quàm optimè administrare possit: si ira, inquit, vacauerit, & quàm minimùm loquens, plurima audierit. Scisciranti cuidam, num & ipse placentis vesceretur: An tu igitur, inquit, apes existimas fatuis suos fauos concinnare? Apud porticum multa pictura & arte variam conspecta statua manibus mutila, Serò tandem, inquit, Athenienses ænea imagine Cynegirum honestarunt. Atqui Rufinum quoque B Cyprium, claudum illum dico, ex schola Peripatetica, cùm multo tempore vidisset conuersantem cum Peripateticis, claudo Peripatetico, inquit, nihil est turpius atque impudentius. Cæterùm cùm Epictetus quoque aliquando obiurgans ei consuleret, vt vxore domum adducta, liberis procreandis daret operam, affirmans & hoc viro philosopho non indecorum esse, alterum videlicet sui loco naturæ relinquere: festiuissimè illi redarguto respondit, Da mihi igitur ô Epictete vnam filiarum tuarum. Sed nec hoc quiC dem indignum memoratu esse videtur, quo Herminum Aristotelicũ acerbè notauit. Etenim cùm non ignoraret illũ extremè malum esse, innumeráque flagitia designantem, Aristotelem verò, eiúsque decem categorias, quas prædicamẽta vocant Dialectici, nunquam non in ore habentem: Sanè verò, inquit, Hermine decem categoriis te haudquaquam indignum esse opinor. Athenienſibus quondam consultantibus quadam æmulatione erga Corinthios de singulari certamine congrediẽtium constituendo spectaculo, accedens dixit, Ne priùs hæc Athenienses decernatis, quàm misericordiæ aD ram subuertatis. Cùm in Olympiam semel profectus veniſſet, illíque Helei æream statuam erigendam decreuissent, Nequaquã hoc facietis, inquit, viri Helei, ne maiores nostros probo afficere videamini, cùm neque Socrati neque Diogeni statuam poni curarunt. Quin ipse præsens hæc illum ad Iurisperitũ dicentem audiui, periculum esse ne leges omnes sint inutiles atque superuacuæ, quódque nec bonis nec malis rogentur. Etenim illi non egent legibus, ij verò per easdem nihilo fiunt meliores. Ex Homericis versiculis vnum exactissimè calluit:

Strenuus vt segnis fato potiuntur eodem.

Laude prosequi solitus est Thersiten, vt Cynicum quendam liberæ linguæ concionatorem. Interrogatus, quis illi potissimùm ex philosophis probaretur, inquit: Omnes equidẽ admiratione digni sunt: cæterùm ego quidem Socratem colo, Diogenem admiror, Aristippum autem amore complector. Vixit annos fermè centum, nullo vnquam morbo implicitus, nulla affectus animi ægritudine, neminem vnquam facessendis negotiis molestauit, aut in ius productum accusauit. Amicis vtilem se præbuit, ac officiosum. Qui inimico in illum fuisset animo, nullum vnquam habuit, ipse hostis nemini. Tanto verò amore cùm ipsi Athenienses, tum vniuersa Græcia eundem prosequebatur, vt prætereunti, honoris gratia etiam ij qui magistratus officiis fungebantur, assurgerent, magnúmque illo præsente omnes agerent silentium. Postremùm vbi iam ætate supra modum ingrauescente consenuisset, inuocatus in quamcunque domum fortuitò incidisset, in ea cibum sumebat, ac dormiebat. Quo nomine earundem ædium familia plurimùm sibi gratulabatur, Demonacte viso Deum sibi ostensum esse existimans, aut aliquem bonum Genium seu dæmonem in domum intrauisse. Prætereuntem verò pistrices certatim ad sese trahebant, vnaquęque cupiens vt à se panem acceptaret: ac magnam felicitatem sibi datam esse interpretabatur illa, à qua panem accepisset. Quin etiam pueri poma illi afferre solebant, patrem honorificè compellantes. Gliscente aliquando inter Athenienses discordia, per seditionem dissociatis ciuium animis, in concionem ingressus est: cúmque tantùm comparuisset, facto silentio discordantes compescuit. Verùm cùm pœnitentia ductos eosdem resipuisse animaduertit, nullo adiecto verbo & ipse abiit. Cæterùm cùm iam haud obscurè persentiscceret se sibi amplius auxilio esse non posse, dicta ad præsentes, qua in certamine præcones vti solent, clausula,

Iam finis est pulcherrimorum munerum
Certaminis, non differendum esse amplius
Tempus monet,

ac discedens ab omnibus, hilaro vultu diem suum obiit, quali semper obuiam venientibus conspectus est. Aliquanto ante verò quàm moriebatur, interrogante quopiam, de sepultura verò quid imperas? Ne vos hęc cura remordeat, inquit, solicitos: etenim fœtor me sepeliet.

Κάτθαν' ὁμῶς ὅ,τ' ἀεργὸς ἀνὴρ, ὅ,τε πολλὰ ἐοργώς.

Ἐπῄνεε δὲ καὶ τὸν Θερσίτην, ὡς κυνικήν τινα δημηγόρον. ἐρωτηθεὶς δέ ποτε τίς αὐτῷ ἀρέσκοι τῶν φιλοσόφων, ἔφη, Πάντες μὲν θαυμασοί· ἐγὼ δὲ Σωκράτη μὲν σέβω, θαυμάζω δὲ Διογένην, καὶ φιλῶ Ἀρίστιππον. ἐβίου δὲ ἔτη ὀλίγου δέοντα τῶν ἑκατόν, ἀνόσος, ἄλυπος, οὐδένα ἐνοχλήσας πώ, οὐ αἰτήσας, φίλοις χρήσιμος, ἐχθρὸν οὐδένα οὐδὲ πώποτε ἐσχηκώς. καὶ τοσοῦτον ἔρωτα ἔσχον πρὸς αὐτὸν Ἀθηναῖοί τε αὐλοὶ, καὶ ἅπασα ἡ Ἑλλὰς, ὥστε παιόντι ὑποτεχαίσασθαι μὲν τοὺς ἄρχοντας, σιωπὴν δὲ γίνεσθαι πρὸ πάντων. Ὅτε τελευταῖον δὲ, ἤδη ὑπέργηρως ὤν, ἄκλητος εἰς ἰδίαν τύχοι παιδιὰν οἰκίαν, ἐδείπνει, ἢ ἐκάθευδε, τῶν ἐνοικούντων, θεόν τινα ὑποφαίνων ἡγούμενόν σφισι τὸν ξένον, καὶ τινα ἀγαθὸν δαίμονα εἰσεληλυθέναι αὐτοῖς εἰς τὴν οἰκίαν. παιδιὰ δὲ αἱ ἀποπώλιδες ἀνθείλκον πρὸς αὑτάς, ἑκάστη ἀξιοῦσα παρ' αὐτῆς λαμβάνειν τὸν ἄρτον, καὶ τοῦτο εὐτυχίαν ἑαυτῆς ἡ δεδωκυῖα ᾤετο. καὶ μὴν καὶ οἱ παῖδες ὀπώρας προσέφερον αὐτῷ, πατέρα ὀνομάζοντες. σάσεως δέ ποτε Ἀθήνησι γενομένης, εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ φανεὶς μόνον, σιωπὴν ἐποίησεν αὐτοῖς. ὁ δὲ, ἰδὼν ἤδη μετεγνωκότας, οὐδὲν εἶπεν, καὶ αὐτὸς ἀπῆλθεν. ὅτε δὲ σιωπῆσαι οὐκ ἐφ' οἷός τε ὢν αὐτῷ ὑπεκρεῖν, εἶπεν πρὸς τοὺς παρόντας τὸν ἀναγώνιον τῶν κηρύκων πόδα,

Λήγει μὲν ἀγὼν τῶν καλλίστων ἄθλων ταμίας·

Καιρὸς δὲ καλῶ μηκέτι μέλλειν.

καὶ πάντων ἀποχόμενος, ἀπῆλθε τὸν βίον Φαίδρος, καὶ οἷος ἀεὶ τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐφαίνετο. ὀλίγον δὲ πρὸ τῆς τελευτῆς ἐρομένου τινός, Περὶ ταφῆς τί κελεύεις; Μὴ πολυπραγμονεῖτε, ἔφη· ἡ γὰρ ὀδμή με θάψει.

φαιδρόν δὲ ἐκείνου, τί οὖν οὐκ αἰσχρὸν ὀρ- A
νέοιν καὶ κυσὶ βορᾶν παρατεῖναι τηλικούτου ἀνδρὸς σῶμα. Καὶ μὴν οὐδὲν ἄτοπον, ἔφη, τοῦτο, εἰ μέλλω καὶ ἀποθανών, ζώοις τισὶ χρήσιμος ἔσεσθαι. οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι, καὶ ἐθαψαν αὐτὸν δημοσίᾳ μεγαλοπρεπῶς, καὶ πολὺ ἐπένθησαν, καὶ τὸν χῶρον τὸν λίθινον, ἐφ' ᾧ εἰώθει, ὁπότε κάμνοι, ἀναπαύεσθαι, προσεκύνουν, καὶ ἐστεφάνουν εἰς τιμὴν τοῦ ἀνδρός, ἡγούμενοι ἱερὸν εἶναι καὶ τὸν λίθον, ἐφ' ᾧ ἐκαθέζετο. ὅτι μὲν γὰρ τῆς ἐκφορᾶς, οὐκ ἔστιν ὅστις οὐκ ἀπήντησε, καὶ μάλιστα τῶν φι- B
λοσόφων. ἅμα μὲν οἱ νεανίσκοι ὑποδυόντες, ἐκόμιζον αὐτὸν ἄχρι πρὸς τὸν τάφον. Ταῦτα ὀλίγα πάνυ ἐκ πολλῶν ἀπεμνημόνευσα· καὶ ἔστιν ἀπὸ τούτων τοῖς ἀναγινώσκουσι λογίζεσθαι ὁποῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ ἐγένετο.

Respondente autem illo, an non turpe foret & nefarium, si tanti viri corpus volucribus & canibus dilaniandum obiiceretur: Atqui nihil absurdum est, inquit, si mortuus quoque nonnullis animalibus vtilitatem aliquam allaturus sim. Cæterùm Athenienses magnifico funere elatum illum sepelierunt, multóque tempore eius obitum luxerũt, ac sedem illam lapideam super qua, si quando correptus lassitudine quiescere solebat, adorabant, sertis coronantes in honorem viri, existimãtésque sacrum esse lapidem in quo sedisset. Circa funeris verò efferendi procurationem, nemo erat qui non accurrisset, maximè verò ex Philosophis. Illi subiectis humeris pheretro, vsque ad sepulchrum efferebant mortuum. Hæc nimiùm pauca ex multis super Demonactis vita percensere libuit, ex quibus haud difficulter coniecturam facere licet legentibus, cuiusmodinam ille vir fuerit.

EPΩTEΣ.

AMORES. Incerto interprete.

ARGVMENTVM.

Hoc dialogo de amoribus & eorum voluptate disputatur, introductis Chariclis & Callicratidæ personis: quorum alter amorem mulierum vt antiquiorẽ, & naturæ magis cõsentaneum, deinde & diuturniorem, magisq; mutuum, & vtrinque oblectantem, defendit: alter autem turpem istum in pueros affectum, sed honesto tamen & philosophico nomine palliatum, cõmendat, confutato eo quod alter de naturæ ductu opposuerat, & proposita muliebrium vitiorum insolentia ac fœditate. Occasio dialogi ex repetitione & memoria antehabiti sermonis sumitur, inuitante ad hoc etiam temporis opportunitate. Exordium autem & præparatio disputationis, ab attentione, & rei magnitudine, quam longa deinde narratio sequitur, continens causſam & quasi fundamentum totius negotij: in qua illa quoque non indigna lectu sunt, descriptio templi Gnidiæ Veneris, & exemplum impotentis amoris, quo quidam ipsam deæ statuam noctu aggressus est: cuius commemoratio contentioni ac disputationi principiũ & ingressum facit. Cæterùm haud scio an & hic philosophos tacitè perstringat Lucianus, dum pederastas esse, solis illis permittit.

ΕΡωτικῆς παιδιᾶς, ἑταῖρέ C
μοι Θεόμνηστε, ἐξ ἑωθινοῦ πεπλήρωκας ἡμῖν τὰ κεκμηκότα πρὸς τὰς συνεχεῖς ἀσουδὰς ὦτα. καί μοι σφόδρα διψῶντι τοιαύτης ἀνέσεως, ἐπῆλθες ἡδέως ἐπὶ λόγων ἐρρύης ἥδεις. Ἀθενὴς γὰρ ἡ ψυχὴ διὰνεκοῦς ἀσουδῆς ἀνέχεσθαι.

AMatorio quodam lusu, amice Theomneste, summo statim mane impleuisti nobis aures, continuo serióque studio iam defessas. Ac mihi vehementer sitienti talem aliquam relaxationem, in tempore adeò iucundorum istorum sermonum tuorum gratia affluxit. Infirmior enim animus est, quàm vt studia continua sustinere queat.. LVCIANVS.

Deſiderant autem labores paulo contentiores, vt curis grauioribus atque moleſtis pauliſper relaxatis, in voluptates remittantur. Admodum igitur me ſub auroram hodie laſciuorum iſtorum verborum blanda ac dulcis ſuadela exhilarauit. Quare parum abfuit quin Ariſtides ille viderer mihi eſſe, Mileſiis ſermonibus ſupra quàm delinitus. Doleóque per amores equidem tuos, quibus latus adeo ſcopus inuentus eſt, quòd narrare deſiiſti: ac te per ipſam obſecramus Venerem, ſi abundè mihi dicere videris, ſiue maſculum aliquod, ſiue etiam per Iouem muliebre te inceſſit deſiderium, vt id paulatim memoria repetendo excitare velis. Nam alioqui feſtum & ſolennem celebramus diem, Herculi ſacra peragentes. Cæterùm haud ignoras ſcilicet deum hunc, quàm acer & procliuis erga Venerem fuerit: proinde lubentiſſimè videtur mihi ſermonum hæc ſacrificia admiſſurus eſſe. THEO. Citiùs verò mihi, Luciane, maris fluctus, & denſas & cœlo delabentes niues numeraueris, quàm meos amores. Ego itaque totam ipſorum vacuam reddidiſſe pharetram me puto: ac ſi quando ad alium aliquem auolare volent, inermis ipſorum dextera ridebitur. Propemodum enim ex eo cùm à prima pubertatis ætate egreſſus, inter adoleſcentes receptus ſum, aliis atque aliis ſubinde concupiſcentiis deluſus pereo, alique amores aliis ſuccedunt: ac priuſquam deſinant priores, incipiunt ſequentes, capita prorſus Lernæa rediuiuæ iſtius Hydræ longè magis multiplicia, neque etiam Iolaum aliquem auxiliatorem recipere ſuſtinentia. Neque enim igne ignis extingui ſolet. Adeò humidus quidam oculis inhabitat meis[1] aſilus, qui omnem formam ad ſeſe rapiens, nulla ſatietate expletur. Ac aſſiduè dubitare in mentem venit mihi, quænam hæc Veneris ira ſit. Nō enim ex[2] Heliadis quiſpiam ego ſum, neque Lemniadum contentio, neque etiam Hippolytéum agreſte ac durum illud ſupercilium indutus, vt ob id irritare Deæ mexplebilem hanc iram in me debeam. LVC. Omitte fidibiam hanc Theomneſte & difficilem reſponſionem. An tu enim grauiter fers quod per fortunam talem vitam ſortitus es, & acerbum eſſe putas, ſi cum mulieribus formoſis & cum pueris ſuauiter efflorescentibus ſubinde conuerſaris?

A πόθους δ' οἱ φιλότιμοι πόνοι, μικρὰ τῶν ἐπαχθῶν φροντίδων χαλασθέντες, εἰς ἡδονὰς ἀνίενται. πολύ δή με νῦν τὸν ὄρθρον ἡ τῶν ἀκολάστων σου λόγων αἰμυλὴ καὶ γλυκεῖα πειθὼ κατεύφρανεν. ὥστ' ὀλίγου δεῖν, Ἀριστείδης ἐνόμιζον εἶ), τοῖς Μιλησιακοῖς λόγοις ὑποκηλούμενος. ἀθυμῶ τε, νὴ τοὺς σοὺς ἔρωτας, οἷς πλατὺς ἐρρέθη σκοπὸς, ὅτι πέπαυσαι διηγούμενος. καί σε πρὸς αὐτῆς αἰτιολούμεθα Ἀφροδίτης, εἰ πρόσχημά με λέγειν ἔοικας, εἴ τις ἄρρεν, ἢ καὶ, νὴ Δία, θῆλυς ἐφεῖ-
B ταί σοι πόθος, ἱκέσια τῇ μνήμῃ σε καλέσασθαι. καὶ γὰρ ἄλλως ἑορτασικὴν ἄγομεν ἡμέραν, Ἡρακλέα θύοντες. σὺ δὲ ἀγνοῶς δὲ δήπου τὸν θεὸν ὡς ὀξὺς ἐς πρὸς Ἀφροδίτην· ἥδιστα οὖν δοκεῖ μοι τῶν λόγων τὰς θυσίας προσήσεσθαι. ΘΕΟΜΝ. θᾶττον ἄν μοι, ὦ Λυκῖνε, θαλάττης κύματα, καὶ πυκνὰς ἀπ' οὐρανοῦ νιφάδας ἀριθμήσαις, ἢ τοὺς ἐμοὺς ἔρωτας. ἐγὼ γοῦν ἅπασαν αὐτῶν κενὴν ἀπολελεῖφθαι φαρέτραν νομίζω, κἂν ἐπ' ἄλλόν τινα τῶν
C νέων θελήσωσιν, ἄοπλος αὐτῶν ἡ δεξιὰ γελασθήσεται. πρεσβὺν γὰρ ἤδη με τῆς ἀνθρωπαδοῦς ἡλικίας εἰς τοὺς ἐφήβους κριθεὶς, ἄλλας ἐπ' ἄλλων ὀπτυμίας βουκολοῦμαι· ἀφόδυκοι ἔρωτες ἀλλήλων, καὶ πρὶν ἢ λῆξαι τοῖς πρώτοις, ἄρχονται δεύτεροι, κεφαλαὶ Λερναῖαι τῆς παλιμφυοῦς Ὕδρας πολυπλοκώτεραι, μηδ' Ἰόλεων βοηθὸν ἐχὴν δυνάμενα. πυρὶ γὰρ οὐ σβέννυται πῦρ, οὕτω τις ὑγρὸς τοῖς ὄμμασιν ἐνοικεῖ μύωψ,
D ὃς ἅπαν κάλλος εἰς αὐτὸν ἁρπάζων, ἐπ' οὐδενὶ κόρῳ παύεται. καὶ συνεχὲς ἀπορεῖν ἐπέρχεταί μοι, τίς ποτ' Ἀφροδίτης ὁ χόλος· οὐ γὰρ Ἡλιάδης ἐγώ τις, οὐδὲ Λημνιάδων ἔρις, οὐδὲ Ἱππολύτειον ἀγρίαινον ὠφρυωμένος, ὡς ἐρεθίσαι τῆς θεοῦ τὸ ἄπαυστον τοῦτο ὀργίλον. ΛΥΚ. πέπαυσο τῆς ὀπτιπλάσου καὶ δυσχερείας ταύτης ὑποκρίσεως Θεόμνηστε. ἀλλὰ γὰρ ὅτι τοῦτο τῷ βίῳ ἡ τύχη προσεκλήρωσέ σε, καὶ χαλεπὸν εἶ) νομίζῃς, εἰ γυναιξὶν ὡραίαις, καὶ μὴ παίδων ὡς καλῶν αἰδοίων ὁμιλεῖς·

ἀλλά σοι καὶ καθαρσίων πάνυ δεινὸς ὁ A
δυσερὲς οὕτω νόσημα; δῆλον γὰρ ὅ πάθος.
ἀλλ' οὐκέτι τῦτον τὸν πολιὸν ἐκχέας λῆρον,
εὐδαίμονα σαυτὸν εἶ νομίζε, ὅτι σοι ὁ θεὸς
οὐκ αὐχμηρὰν γεωργίαν ἐπέκλωσεν, οὐδ'
ἐμπορικὰς ἄλας, καὶ γραπτώτερον ἢ ὅπλοις
βίον, ἀλλὰ λιπαραὶ παλαίστραι μέλεσί σοι,
καὶ φαιδρὰ μὲν ἐσθὴς μέχρι ποδῶν τὴν πτυ-
χὴν καθιείς, ἀκριδὴς δ' ἡ σκηνὴ τῆς κό-
μης ἐπιμέλεια. τῷ γε μὲν ἐρωτικῷ ἡμέ-
ρων, καὶ αὐτὸ τὸ βασανίζειν, δύφραίνει, καὶ
γλυκὺς ὀδοὺς ὁ τοῦ πόθου δάκνει· πείσας
γὰρ, ἐλπίζεις· τυχὼν δ' ἀπολέλαυκας· B
ἴσῃ δὲ ἡδονῇ τὸ πρᾶξαι, καὶ τὸ μέλλον. ἐναγ-
χος μὲν διηγουμένου σου τὸν πολιὸν, ὡς καὶ
πρὸ Ἡσιόδου, καταλόγου, ὧν ἠρχήθης ἡμᾶς
ἀφῆς, ἱλαραὶ μὲν τῶν ὀμμάτων αἱ βολαὶ
ἐκεραῦνοντο· τὸν φωνὸν δ' ἴσον
τῇ Λυκάμβου θυγατρὶ λεπτὸν ἀφιδυῶν,
αὐτὸ αὐτοῦ τοῦ ῥήματος θύθυς δῆλος ἦς, οὐκ
ἐκείνων μόνων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς μνή-
μης ἐρῶν. ἀλλ' εἴ τι σοι τοῦ κατὰ τὸν Ἀφροδί-
την πρὸς πλοῦν λείψανον ἄφεται, μηδὲν ἀ-
ποκρύψῃ, πρὸς δ' Ἡρακλέους τὸν θυσίαν ἐ- C
τελῆ πρόσχου. ΘΕΟ. ταῦρός γοῦν ὁ δαί-
μων, ὦ Λυκῖνε, καὶ ταῖς ἀκάπνοις, ὡς φασι, τῶν
θυσιῶν ἥκιστα τερπόμενος. ἐπεὶ δ' αὐτοῦ τοῦ
ἑτησίου ἑορτοῦ λόγῳ γεγένησθε· αἱ μὲν ἐ-
μαὶ διηγήσεις, ἐξ ἑωθινοῦ τοῦδε ἀδόμεναι κό-
ρον ἔχουσιν. ἡ δὲ σὴ Μοῦσα τῆς σιωπῆς μεθ-
αρμοσαμένη σπουδῆς, ἱλαρὰς πρὸς θεὸν
συνδιημερεύσάτω. καί μοι γνοὺς δικαστὴς
ἴσος, ἐπεὶ μηδ' εἰς ἕτερόν σε τῶν πάθους ῥέ-
ποντα ὁρῶ, πότερος ἀμείνονας ἡγῇ τοὺς φι-
λοπαίδας, ἢ τοὺς γυναίοις ἀσμενίζοντας; D
ἐγὼ μὲν γὰρ ὁ πληγεὶς ἑκατέρῳ, καθάπερ
ἀκριβὴς τευτάνης, ταῖς ἐπ' ἀμφότερα πλά-
σιγξιν, ἰσορρόπως ταλαντεύομαι· σὺ δ' ἐκ-
τὸς ὤν, ἀδεκάστῳ κριτῇ πρὸς λογισμῷ τὸ
βέλτιον αἱρήσῃ. πολλὰ δὴ τοιαῦτα ἀκκι-
σμὸν, ὦ Φιλότης, ὡς πεπίστευκέ σοι ψῆφον
ἡ τοῦ ἐμοῦ ἐρώτων κρίσις, ἤδη φέρε.

An tibi etiam purgationibus forsan opus erit contra difficilem adeò hunc morbũ? Graue enim malũ hoc scilicet est. Quin tu potiùs multa hac dementia abs te proiecta, beatũ esse te ipsum existima, quòd tibi Deus non squalidam agriculturam exercendam sortitò assignauit, aut mercatorum errores ac peregrinationes, aut etiam militarem in armis degendam vitam, sed tibi pingues ac nitidæ palæstræ curæ sunt, ac splendida quidem vestis vsque ad pedes delicatè demissa, compositio autem comæ discriminatim exercita & apparata. Amatoriarum verò oblectationum etiam ipsa tentatio iuuat, ac dulcis desiderii deus mordet. Nam interim dum periculũ facis, speras: vbi verò voti compos factus es, frueris eo quod optasti. Æquali autem voluptate afficiunt, & quod adest iam & quod futurum speratur. Paulò antè igitur cùm narrares longum istum, perinde vt & apud Hesiodum est, catalogum eorum quos ab initio inde amasti, suaues quidem oculorum tuorũ ictus molliter subinde liquescebant. Vocem autem ad modũ Lycambæ illius filiæ tenuem ac dulcẽ emittens, ex ipso statim habitu præ te ferebas, quòd non illos solùm, verùm etiam ipsam illorum memoriam amares. Sed si quid tibi ex ea quam secundùm Venerem nauigationem perfecisti, reliquum relictum est, nihil quæso illius nos cela: Herculi autẽ sacrificium hoc absolutum atque perfectum præbe. THEO. Tauriuorus quidẽ Luciane, deus iste est, & sacrificiis illis quæ sine nidore perficiuntur, vt aiunt, minimè delectatur. Sed postquam annuam ipsius festiuitatem sermone celebramus, meæ quidem narrationes à summo statim mane in medium allatæ, ad satietatem iam peruenêre. Tua verò Musa à consueto resoluta atque dimissa studio, hilarem cum deo diem hunc totum peragat. Ac mihi quæso æquus iudex esse velis, quoniam in neutram adeò partem huius cupiditatis inclinatum aut pronum te video, vtrùm meliùs habere putes eos qui masculos amant, an qui fœminis delectantur. Nam ego quidem, qui vtrinque æquè ictus sum, perinde atque accurata ac proba aliqua trutina, ambabus ex vtraque parte lancibus æqualiter huc atque illuc inclinor. Tu verò, qui extra hanc sortem es, incorrupto iudice, ratione videlicet, quod meliùs fuerit, dignosces ac secernes. Proinde omni recusandi prætextu ac simulatione depositâ, ô amice, calculum quem tibi commendauit ac credidit illud de meis amoribus conuocatum iudiciũ, iam tandem feras.

βουφάγος, id est, vorax, & insatiabilis. alluſio autem fit ad id quòd Herculem cum Lepreo voracitate contẽdisse tradũt, ac totum bouẽ simul vna mensa deuorasse.

LVC. Ludum, Theomneſte, aut riſum putas narrationem hanc. Ea verò etiam ſerium quoddam promittit. Ego itaque nuperadeò eius rei periculum facere cœpi, ſat ſcio, nimium, & non olim, ex quo duos quoſdam viros audiui de hac re contentiosè admodum quaſi dimicantes, memoriam adhuc recentem, & paulo antè facta repetentem habeo. Diuiſi autem eorum erant cum orationibus etiam ipſi affectus, & non perinde ac tu, qui facilitate quadam animi peruigil & inſomnis duplicem capis mercedem,

Hanc, armenta regens; pecora, illam, candida paſcens.

Sed alter quidem puerorum amore ſupra modum oblectabatur, muliebrem venerem tanquam barathrum quoddam ducens: alter autem à maſculo amore purum ſe gerens, in fœminas quaſi attonitus ferebatur. Duobus igitur inter ſe pugnantibus affectibus, inſtituto certamine, haud facilè dixero quantum voluptatis ex ea re cepi. At mihi verborum illorum tamen veſtigia propemodum auribus impreſſa hærent, vtpote quæ nuper adeò dicta ſunt. Omnem igitur obiurgationis prætextum & cauſſam è medio ſubmouendo, illa quæ tum ambos audiui dicere, quàm accuratè fieri poteſt, tibi commemorabo. TH. Atqui ego quidem hinc ſurgens, ex aduerſum tibi ſedebo,

Aeacidem expectans, dii carmina finiat ille.

Tu verò nobis veterem gloriam amatoriæ perage differentiæ canendo. LVCIAN. Inſtituenti mihi in Italiam nauigare, velox atque citatum nauigium apparatum erat, ex biremibus iſtis quoddam, quibus maximè Liburni, quæ gens ad Ionium ſinum habitat, videntur vti. Poſtquam autem iam nauigandi tempus erat, vniuerſos deos patrios comprecatus, ac Ioue hoſpitali, vt propitius expeditionem peregrè ſuſceptam coadiuuare vellet, inuocato, ab vrbe vehiculo iumentario ad mare deſcendi. Deinde valere iuſſis iis qui nos deduxerant, (ſequebatur autem eruditorum turba ſedula ac frequens: qui cùm aſſiduè nobiſcum verſati fuiſſent, ægrè atq; inuitò à nobis ſegregari ſe patiebantur) conſcenſa puppi, iuxta gubernatorem aſſedi. Atque impetu remigum paulatim à terra in altum prouecti, poſtquam admodum & à tergo excitando fluctus proſequebantur nos auræ, malo ex medio nauis erecto, ſummo carcheſio antēnam adſtrinximus.

ΛΥΚΙΝΟΣ. παιδιᾶς, ὦ Θεόμνηστε, καὶ γέλωτος ἡγῇ τὴν διήγησιν· ἢ σὺ ἐπαγγέλλεταί τι καὶ σπουδαῖον. ἔγωγ' οὖν ὀξὺ ὑποψίαν τῆς ἐπιχειρήσεως ἠφάμην, εἰδὼς ὅτι λίαν, ἀλλ' οὐ παλαιᾶς· ἐξ ὅτου δυοῖν ἀνδροῖν ἀκήκοα, περὶ τούτων σπουδῇ, ὡς ἀμιλλωμένοιν, ἔτι τὴν μνήμην ἔναυλον ἔχω. διήρητο δ' αὐτοῖς ἅμα τοῖς λόγοις τὰ πάθη, καὶ οὐχ ὥσπερ σὺ κατ' εὐκολίαν ψυχῆς ἄυπνος ὢν, διπλοῦς ἀρνυσαι μισθούς,

Τὸν μὲν, βουκολέων, τὸν δ', ἀργύφα μῆλα νομεύων.

ἀλλ' ὁ μὲν ὑφ' ὑῶν παιδικοῖς ἥδετο, τὴν Φιλίαν Ἀφροδίτην βαθὺν ἀγελαῖον ἡγούμενος, ὁ δ' ἀγελαίων ἔρωτος ἄρρενος, εἰς γυναῖκας ἐφέρετο. δυοῖν οὖν μαχομένοιν παθῶν, ἀγωνοθετήσας ἅμιλλαν, οὐδ' ἂν εἰπεῖν δυναίμην, ὡς ὑφ' ἡδονῆς ἐφθόνουν. καί μοι τὰ τῶν λόγων ἴχνη, ταῖς ἀκοαῖς ἐνεσφιγμένα θεσσάν, ὡς ἄρτιως εἰρημένα. πᾶσαν οὖν ἐπιτιμήσεως ἀφορμὴν ἐκ τῶν ἐμοῦ λεγόντοιν, ἣν ὀλίγον ἐπέξειμί σοι. ΘΕΟ. καὶ μὴν ἔγωγε ἀπέφυγας ἔνδον, ἀπόκρυφον καθεδούμενός σου· Δέγμενος Αἰακίδαν ὁπότε λήξειεν ἀείδων. σὺ δ' ἡμῖν τὰ πάλαι κλέα τῆς ἐρωτικῆς διαφορᾶς, μελῳδίᾳ περαίνων. ΛΥΚΙΝ. ἐπ' Ἰταλίαν μοι πλοῦν διανοουμένῳ, ταχυναυτοῦντι σκάφος ὑπῆρχεν, τούτων τῶν δικρότων, οἷς μάλιστα χρῆσθαι Λίβυρνοὶ δοκοῦσιν, ἔθνος Ἰωνίῳ κόλπῳ προσχωρῶν. ὡς δ' ἐνῆν, πρώτας ἐπιχωρίους θεοὺς προσκυνήσας, καὶ Διὰ ξένιον ἵλεω συνεφάψασθαι τῆς ἐπιδήμου πρᾶξιν ἐπικαλεσάμενος, αὖθ' ἅρμα ἕτοιμον ὁρῶ ζεύγλῃ κατῆχθαι ἐπὶ θάλασσαν. εἶτα τοὺς προπέμποντάς με δεξιωσάμενος (ἠκολούθει δὲ παιδείας λιπαρὴς ὄχλος, οἱ συνεχῶς ἡμῖν ἐντυγχάνοντες, αἰσθόμενοι) τῆς πρύμνης χρὼν ἐπιβαίνω, ἐκεῖ ἐμαυτὸν ἱδρυσα τῷ κυβερνήτου. ἔρριπτον τῶν ἐλατήρων μὴ μικρὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἀναχθέντες, ἐπεὶ μάλα καὶ κατόπιν ἡμᾶς ἐκύμαινον αὖραι, τὸν ἴσον ἐκ τοῦ μεσοκοίλων ἀκρῃ καρχησίῳ τὸ κέρας προεστείλαμεν.

Εἶτ' ἀθρόας τῷ πλόῳ τὰς ὀθόνας ἐκ- A
χέαντες, ἠρέμα πιμπλαμένου τοῦ λίνου,
κατ' ὀλίγον, οἶμαι, βέλους ἐλάττονι ῥοίζῳ διϊ-
πτάμεθα, βαρὺ τοῦ κύματος ὑποβρυχο-
μένου τοῖς πρῴροις ἀμπὶ φερόμενοι.
ἀλλ' ἃ γε μεταξὺ τοῦ πλόου, ἀσυδὴς ἡ παιδιὰ ἐχόμενα σπουδῆς, ἐκ-
κρεὲς οὐ πάνυ μηκύνω. ὡς δὲ τῆς Κιλικίας
πρὸ ἔφαλον ἀμείψαντες, εἰχόμεθα τοῦ
Παμφυλίου κόλπου, Χελιδονέας ὑπερ-
βάντες, ὄκ ἀμοιρεῖ τοῖς δὶ τυχεῖς τῆς παλ-
λαιᾶς Ἑλλάδος ὅρους, ἐκεῖσε τῆς Λυκια-
κῆς πόλεως ἐπεξειούμεθα, μύθοις τὰ πόλ- B
λὰ χαίροντες (οὐδὲν γὰρ ἐν αὐταῖς σαφὲς
εὐδαιμονίας ὀπαδὸν λείπεται) ἄχρι τῆς Η-
λιάδος ἀφάμενοι Ῥόδου, ὃ συνεχὲς τοῦ
πλοὸ διαναπαῦσαν τοῖς ὀλί-
γον ἐκείναμεν. Οἱ μὲν οὖν ἐρέται, ὃ σκά-
φος ἔξαλον ἐς γῆν ἀναπαύσαντες, ἐκεῖ ἐ-
σκήνωσαν· ἐγὼ δ' ἀπερεπισμένου μοι ξε-
νίου ἀπαντικρὺ τοῦ Διονυσίου, καθ' ὁμιλίαν
ἐβάδιζον, ὑπαφρυοῦς ἀπολαύσεως ἐμπι-
πλάμενος. ἔστι γὰρ ὄντως ἡ πόλις Ἡλίου,
πρέπον ἔχουσα τῷ θεῷ τὸ κάλλος. ἐκπε- C
ριὼν δὲ τὰς ἐν τῷ Διονυσίῳ στοὰς, ἐκεῖ-
νον γραφὴν κατώπτευον, ἅμα τῷ τέρποντι
τῆς ὄψεως, Ἡρωϊκοὺς μύθους ἀναπολούμενος.
δύο γάρ μοι δύο, ἢ καὶ τρεῖς παρεπέρυσ-
σαν, ὁλίγου ἅπαντα, πᾶσαν ἱστορίαν ἀ-
φηγούμενοι· τὰ δὲ πολλὰ καὶ αὐτὸς εἰκασίᾳ
παρυλάμβανον. ἤδη δὲ τῆς θέας ἄλις ἔχον-
τι, καὶ βουλομένῳ μοι βαδίζειν οἴκαδε,
ὃ ἥδιστον ὅτι ξένης ἀπήντησέ μοι κέρδος, ἄν-
δρες οὐ παλαιοῦ χρόνου σπουδῆς, οὓς οὐδ'
αὐτὸς ἀγνοεῖν μοι δοκεῖς, πολλάκις ἡμῖν
ἰδὼν ὑποφοιτήσαντας ἐνταῦθα, τὸν ἐκ Κο- D
ρίνθου Χαρικλέα νεανίαν, οὐκ ἄμορφον ἔ-
χοντά τι, καὶ κομμωτικῆς ἀσκήσεως, ἅτε,
οἶμαι, γυναίοις σπουδαζόμενον· ἅμα δ'
αὖτῳ καὶ Καλλικρατίδην τὸν Ἀθηναῖον,
τὸν ζῆτον ἁπλοϊκήν. παρηυρυμένους γὰρ
πολιτικῶν λόγων παρεῖσαν, καὶ ταυτησὶ
τῆς ἀγοραίου ῥητορικῆς. ἦν δὲ καὶ τῷ σώ-
ματι γυμναστικὸς, οὐ δι' ἄλλό τι μοι δο-
κεῖν τὰς παλαίστρας ἀγαπῶν, ἢ διὰ τοὺς
παιδικοὺς ἔρωτας· ὅλως γὰρ εἰς τοῦτο ἐπῄρτο.

A Deinde cõferta per funes vela effundentes, sensim impletis vento linteis, nihilo minore cursu, opinor, quàm sagitta, peruolauimus, fluctibus grauiter frementibus infra circa proscindentem ipsos proram. At verò quæ inter nauigãdum seria vel etiam iocosa contulerimus, longiùs hîc persequi tempus non sinit. Postquam autem maritimam Ciliciæ oram prætervecti, Pamphylium sinum contigimus, vltra Chelidoneas, felices illos veteris Græciæ terminos, haud citra laborem cursu elati, ad singulas Lyciæ ciuitates hospitio diuertimus, sermonibus ac fabulis vt plurimùm nos oblectantes (neque enim vl- B lum in ipsis manifestum prioris felicitatis cernitur vestigium reliquum) donec ad Solis sacram delati Rhodum, continuum nauigãdi laborem, quo huc vsque vsi fueramus, interpellare aliquantisper decreuimus. Remiges itaque nauigio è mari in terram subducto, prope littus tentoria fixerunt. Ego verò, parato mihi hospitio è regione templi Dionysij, otiosè per vrbem incedebam, immensa adeò voluptate interim fruens. Est enim re ipsa ciuitas hæc Solis, conuenientem huic deo pulchritudinem præ se ferens. Obambulans autem in Dionysij porticibus, vnãquamque picturam cõtemplabar, vnà cum voluptate ea quam videndo capiebam, Heroicas quoque fabulas memoria repetẽs. Statim enim mihi duo vel etiam tres propemodum præcipui superuenêre, qui mihi omnem historiam enarrabant. Pleraque autem & ipse coniectura præcipiebam: cæterùm cùm iam cõtemplatione ista satiatus essem, ac domum ire cogitarem, dulcissimũ peregrè obtigit mihi lucrum, viri longo iam olim tempore mihi noti ac familiares, quos neq; ipsum ignorare te puto, cùm sæpe ad nos itantes hîc videris, nempe Charìclem illum Corin- D thium, adolescentem haudquaquam deformem, deditum nonnihil comendi & fucandi corporis studio, vt qui mulieribus, opinor, forma atque elegantia ista cõmendari affectaret: vnà autẽ cum ipso & Callicratidem istum Atheniẽsem, moribus ac habitu simpliciorem. Nam se velvti ducem atque antesignanum in ciuilibus orationibus & in hoc forensi dicendi genere gerebat. Erat autem & corporis exercitationibus deditus, ob nihil aliud, vt mihi videtur, palæstras tantopere amans, quàm ob puerorum amores: prorsus enim in hoc, quasi attonitus ferebatur.

Ob odium autem quo fœminas omnes A prosequebatur, etiam Prometheo malè imprecari solebat. Cùm igitur à longè vterque me conspicatus esset, gaudio atque lætitia pleni accurrunt. Deinde, quemadmodum fieri consueuit, salutato atque excepto me, vterque vt ad se venirem, rogabant. Atque ego cùm viderem ipsos de hac re inter se contendendo linguis procedere, Hodie quidem, respondens inquam, Callicratida & Charicles, ambos vos decet apud me frequentes esse, vt ne contentionem maiorem inter vos excitetis. Sequentibus autem diebus (nam tres aut quatuor etiam hîc commorari constitui) per vices accipietis me mutuò, forte inter vos missa vter id priore loco faciat. Hæc ita tum placuêre. Atque illa quidem die conuiuij præfectus ego fui: sequenti autem Callicratidas, & post ipsum Charicles. Porrò animaduertebam etiam inter ipsos conuiuiorum apparatus, manifesta vtriusque affectionis indicia. Nam Athenienſis quidem ille pueris perquam formosis instructus erat, & propemodum omnes illius serui imberbes erant, non ampliùs ab illo retineri soliti, quàm dum prima lanugine inficerentur: postquam autem barba frequentiore genæ illorum addensabantur, dispensatores, & fundorum quos ille Athenis habebat, procuratores amandabantur. At verò Chariclem magnus saltatricum & psaltriarum chorus sequebatur, ac tota illius domuncula, perinde vt in Cereris sacris, mulieribus referta erat, viro aliquo ne puncto temporis ibi apparente, nisi sicubi infans aliquis, aut senex decrepitus, coquus videlicet conspiceretur, in quem propter ætatem zelotypiæ suspicio ampliùs vlla cadere non posset. Erant igitur & hæc, vt dixi, satis multa atque aperta vtriusque animi documenta. Verumtamen aliquoties etiam breues quædam quasi futuri certaminis coitiones inter ipsos inceptabantur, tanquam finem aliquem quæstio hæc haudquaquam haberet. At postquam iam tempus erat vt iterum in altum proueheremur, socios nauigationis, volentes alioqui ipsos, abducere mecum studebã: constituebant enim in Italiam nauigare, æquè atque ego. Et cùm nobis visum esset, in Gnidum, appulsa ibi naue, spectandi causſa ascendere, & Veneris templum vidēdi desiderium nos incessisset (celebratur autem ibi Praxitelis facilitatis ac prōptitudinis illud verè Venereũ & amabile) paulatim ad terrã subuecti sumus, ipsa opinor dea, pulchra trãquillitate nauigiũ deducente. Cæteris igitur solitę res atque arma curę fuere:

πῶς δὲ πρὸς ὃ ἦλυ μίσος πολλὰ καὶ Προμηθεῖ κατηρᾶτο. πόρρωθεν οὖν ἰδὼν ἑκάτερός με, γήθους καὶ χαρᾶς πλέοι προσέδραμον. εἶθ' οὕτω ποῖα φιλῇ, δεξιωσάμενοι, προσῆν ἐλθεῖν ἑκάτερος ἠξίουν με. κἀγὼ φιλονεικοῦντας ὁρῶν παραυτίκα, ὃ μὴ τήμερον, εἶπον, ὦ Καλλικρατίδα, καὶ Χαρίκλες, ἄμφω καλῶς ἔχειν ὑμᾶς πρὸς ἐμοὶ φοιτᾶν, ἵνα μὴ πλείω τιὼ ἔριν ἐγείρητε. ταῖς ὑ ἑφεξῆς ἡμέραις (τρεῖς γὰρ ἢ τέτταρας διέγνωκα μιῶν) ἀμοιβαίως αὐθεστάσετέ με, κλήρῳ διακριθεὶς ὁ πρότερος. δοκεῖ ταῦτα. κἀκείνῳ μὲν τιὼ ἡμέραν εἰσιέναι ἐγὼ τῇ δ' ὑστεραίᾳ, Καλλικρατίδας, εἶτα μετ' αὐτὸν, ὁ Χαρίκλης. ἑώρων δὴ ἐν τοῖς τιὼ ἑστιάσιν ἀναγκῆ τῆς ἑκατέρου διαθέσεως τεκμήρια. ὁ μὲν γὰρ Ἀθηναῖος, διμόρφοις παισὶν ἐξήσκητο, καὶ πᾶς οἰκέτης αὐτῷ σχεδὸν ἀγένυος ἦν, μέχρι τοῦ πρώτου ὑπογραφέντος αὐτοῖς χνοῦ θαλλόντες. ἐπειδὴ δὲ ἰούλοις αἱ παρειαὶ πυκναθῶσιν, οἰκονόμοι, καὶ τῆς Ἀθηναίοις χωρίων κηδεμόνες ἀπεστέλλοντο. Χαρίκλης γε μὴν πολὺς ὀρχηστρίδων καὶ μουσουργῶν χορὸς εἵπετο, καὶ πᾶν ὃ δωμάτιον, ὡς ἐν Θεσμοφορίοις, γυναικὸς μεστὸν ἦν, ἀνδρὸς οὐδ' ἀκαρῆ παρόντος, εἰ μή τι που νήπιον, ἢ ἥρων ὑπηλίξ ὀφοποιὸς ὀφθείη, τὸ χρόνου ζηλοτυπίας ὑποψίαν οὐκ ἔχοντες. ἦν μὲν οὖν, ὡς ἔφην, καὶ ταῦτ' ἰκανὰ τῆς ἀμφοτέρων γνώμης δείγματα. πολλάκις γε μὴν ἐπ' ὀλίγον ἀψιμαχίαι τινὲς ἐπ' αὐτοῖς ἐκινήθησαν, οὐχ ὡς πρᾶς ἔχθρᾳ τι τιὼ ζήτησιν. ἀλλ' ἐπεὶ καιρὸς ἦν αἴρεσθαι, σύμπλους ἐθελήσαντας αὐτοὺς ἐπηγόμην. διενοοῦντο γὰρ εἰς Ἰταλίαν ἀπαίρειν ὁμοίως ἐμοί. ἐν δόξαν ἡμῖν Κνίδῳ προσορμίσαι καὶ θέαν, καὶ τὸ Ἀφροδίτης ἰδεῖν ποθήσαντες ἱερὸν (ὑμνῆται δὲ τοῦτο τὸ τῆς Πραξιτέλους δι' χερείας ὄντως ἐπαφρόδιτον) ἠρέμα τῇ γῇ προσωκείωμεν, αὐτῆς, οἶμαι, τὴν θεὸν λιπρᾶ γαλήνῃ πομποστολούσης τὸ σκάφος. τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἔμελον αἱ στωμύλης προσκοναί.

ἐγὼ δὲ. Ὁ ἐρωτικὸν ζεῦγος ἑκατέρωθεν ὀξ-
αφάωνος, κύκλῳ περιήειν τὴν Κνίδον, οὐκ
ἀγελαστὶ τῆς περιμετρικῆς ἀσχολίας με-
τέχων, ὡς ἐν Ἀφροδίτης πόλει. στοαὶ δὲ Σω-
κράτου, καὶ τἄλλα, ὅσα τέρπειν ἡμᾶς ἐδύ-
ναντο, πρῶτον ἐμπεριελθόντες, ὅθεν τὸν νεὼν
τῆς Ἀφροδίτης βαδίζομεν, νὼ μάν, ἐγώ τε,
καὶ Χαιρικλῆς πάνυ προθύμως. Καλλι-
κρατίδας δ' ὡς ὅτι θέαν θηλείαν, ἄκων·
ἤδιον μέν, οἶμαι, τῆς Κνιδίας Ἀφροδίτης τὸν
ἐν Θεσπιαῖς αὐτὶ καλλαλξόμενος ἔρωτα.
καί πως, ὑγρὸς ἡμῖν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ τεμέ-
νους, Ἀφροδίσιοι προσέπνευσεν αὖραι. Ὁ
γὰρ αἰθριον οὐκ εἰς ἔδαφος ἄγονον μάλι-
στα, λίθων πλατεῖ λείαις ἐστρωμένον, ἀλλ'
ὡς ἐν Ἀφροδίτης, ἅπαν ὠοῦν γόνιμον ἡμέρων
καρπῶν, ἀ ταῖς κόμαις ὑγραλέσιν ἄχρι
πόρρω βρύοντα τὸν πέριξ ἀέρα, σιτωσέ-
φουν. πρωτόν γε μὲν ἡ πυκνόκαρπος ἐτε-
θήλει μυρρίνη, πρὸς τὴν δέσποιναν αὐτῆς,
δαφνῶν πεφυκυῖα, τήν τε λοιπῶν δένδρων
ἕκαστον, ὅσα κάλλους μετείληχεν. οὐδὲ αὖ-
τὰ γέροντος ἤδη χρόνου πολιὰ καθαύαινεν,
ἀλλ' ἐν ἀκμῆς σφριγῶντα νέοις χλωσὶν
ὥρια. τούτοις δ' ἀνεμέμικτο καὶ τὰ καρ-
πῶν μὲν ἄλλως ἄγονα, τὴν δ' ὑμορφίαν
ἔχοντα καρπόν, κυπαρίττων γε, καὶ πλατα-
νίστων αἰθέρια μήκη, καὶ σεμναὶ αὐταῖς, αὐτό-
μολος Ἀφροδίτης, ἡ τῆς θεοῦ πάλαι φυγὰς
Δάφνη. πρωτή γε μὲν δένδρων, περιπλέ-
γδην ὁ φίλερως περιείρπυσε κισσός· ἀμφι-
λαφεῖς ἄμπελοι, πυκνοῖς κατήρτηντο βό-
τρυσι. τερπνοτέρα γὰρ Ἀφροδίτη μετὰ Διο-
νύσου, καὶ ὁ πρὸς ἀμφοῖν ἡδὺ συγκεκραμένον εἰ
δ' ἀποζυγθείεν ἀλλήλων, ἧττον θυφραίνου-
σιν. ἐν δ' αὖ ταῖς ἄγαν παλινοσίοις ὕλαις,
ἰλαραὶ κλισίαι τοῖς ἐστιᾶσθαι θέλουσιν, εἰς
ἃς τὴν μὲν ἀστικὴν, σαφῶς ἐπεφοίτων τινές·
ἀθρόος δ' ὁ πολιτικὸς ὄχλος ἐπομνύειν
ξεν, ὄντως Ἀφροδισιάζοντες. ἐπεὶ δ' ἱκανῶς
τοῖς φυτοῖς ἐτέρφθημεν, εἴσω τοῦ νεὼ προῆλ-
θομεν. ἡ μὲν οὖν θεὸς, ἐν μέσῳ καθίδρυ), Πα-
ρίας λίθου δαίδαλμα κάλλιστον· ὑπερήφα-
νον δὲ στόματι τέλωσι μικρὸν ὑπομειδιῶσα.

A ego verò amatorium iſtud par vtrinque ſuſpenſum habens, Gnidum circumcirca obambulabam, non ſine riſu figulinæ iſtius proteruitatis participem me præbendo, vt in Veneris ciuitate. Porticus autem Soſtrati, ac cætera quæ nos oblectare poterant, principio circumeundo viſentes, mox ad templum Veneris imus nos quidem duo, ego videlicet & Charicles, admodum alacriter, Callicratidas autem, vt ad ſpectaculum muliebre, inuitus: libẽtiùs, vt opinor, pro Venere Gnidia, Theſpienſem illum Cupidinem permutatione facta habiturus. Ac ſtatim quodammodo nobis ab ingreſſu luci Ve-
B nereæ aſpirarunt auræ. Serenitas enim, ac lumen illud ſupernum, non in ſolum ſterile maximè, & lapideis tabulis conſtratum, excipiebatur, ſed erat illud, vtpote in Veneris templo, fœcundum mitibus ac frugiferis arboribus, quę frondibus virentibus in longum vſque promanantibus, aërem circumcirca quaſi concamerabant. Abundè verò illa frugibus denſa myrtus, apud dominam ſuam copioſa naſcens, efflorueràt, deinde & aliarum arborum ſingulæ, quæcunque pulchritudine præſtant, neque ipſæ
C quanquam longa exacta iam ætate canę, areſcentes, ſed præ vigore quaſi iuuenescentes, nouis ſubinde ramis formoſæ atque integræ erant. His autem intermixta erant etiam illa fruticum genera, quæ alioqui fructuum quidem feracia non ſunt, cæterùm pro fructu pulchritudinem habent, Cypariſſorum videlicet & Platanorum aëriæ proceritates, & inter ipſas transfuga Veneris, deæ ipſius olim fugitiua facta, Laurus. Cuiuis verò arbori circumuoluta ſtudioſa illa amoris Hedera obſerpebat, & vites fœcundæ crebris racemis dependebant. Eſt enim iucundior Venus cum Baccho, & temperatum illud dulce quod ab vtriſque venit. Quòd ſi autẽ à ſe mutuò diſiungãtur,
D minùs exhilarant. Erant autem ſub vmbris iſtis opacis & obſcuris, amœnæ quædam cellæ, eorum vſui qui intus conuiuia agitare vellent, comparatæ: in quas vrbanorum quidem rari commeabant vlli, ſed populi frequentes turbæ ſolenniter cõueniebant, re ipſa Veneri indulgentes. Poſtquam autem abundè plantis iſtis oblectati fuimus, intrò in templum ingreſſi ſumus. Ipſa igitur dea in medio poſita eſt, ex Pario marmore, opus ſanè pulcherrimum atque præclarum: & riſu quodam ſimulato parum ſubridens.

Tota autem pulchritudo eius detecta, A nulla veſte ipſam tegente, nuda conſpicitur, niſi quatenus altera manu pudenda, quaſi oblita ſui, abſcondit. Tantum verò artifex illa ars valuit, vt ſolida adeò ac dura marmoris natura ſingula etiam membra deceret. Charicles igitur inſanum quiddam & furibundum exclamans, O fortunatiſſime, inquit, deorum, Mars, qui propter hanc vinctus fuiſti. Et ſimul accurrens plenis labiis, quoad fieri potuit extento collo, deoſculabatur illam. Tacitè autem adſtans Callicratides, ſecum in animo admirabatur. Eſt autem biforis ipſius ædes, vt poſſint, qui volunt deam ipſam diligentiùs inſpicere, etiam à tergo B contemplari, & vt nihil ipſius cum admiratione non ſpectes. Facilè itaque licet per alteram portam accedentibus, poſteriorem quoque formoſitatem contueri. Proinde cùm viſum nobis eſſet totam ipſam deam videre, in poſteriorem templi partem circumiuimus, ac recluſa ianua ab ædituo, qui & ipſe creditur mulier eſſe, repetè obſtupuimus ad pulchritudinem illam. Athenienſis itaque iſte, qui tacitè paulo antè videbat, poſtquam eas quæ in pueris appetuntur partes aſpexit, continuò longè quàm Charicles C inſaniore modo exclamauit, Hercules, inquiens, quanta ſcapularum concinnitas! Vt autem extuberantes nitent lumbi, amplexantis manus implentes! Quàm ſcitè circunductæ clunium pulpæ in ſe rotundantur, neque tenues nimis ipſis oſſibus adſtrictæ, neque rurſum in immenſam effuſæ pinguedinem? Formarum autem quæ vtrinque natibus infrà coëuntibus velut impreſſæ redduntur, dici non poteſt quàm ſuauis riſus: femoríſque & tibiæ in rectum ad pedem vſque protentæ, accuratè ſeruata modulatio. Talis igitur & Ganymedes in cœlo Ioui Nectar dulcius infundit: nam ab D Hebe equidem ſubminiſtrante potum haudquaquam acceperim. Cùm autem hæc quaſi quodam numine correptus Callicratidas exclamaret, Charicles præ nimio ac vehementi ſtupore parum abfuit quin diriguiſſet, humidum quendam & manantem in oculis dolorem colliquans. Cæterùm poſtquam ab admiratione ſatietas nos auertit, in altero femore maculam conſpicimus, perinde vt in veſte aſperginem luti aliquam. Arguebat autem deformitatem ipſius, reliquus totius marmoris nitor.

πρῶ δὲ ὁ κάλλος αὐτῆς ἀκρέλυτον, οὐδεμιᾶς ἐσθῆτος ἀμπεχούσης τεγύμνωται, πλὴν ὅσα τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ τὴν αἰδῶ λελησμότως ὑπεκρύπτθη. Τοσοῦτο γε μὴν ὁ δημιουργὸς ἴσχυσε τέχνη, ὥστε τὴν ἀντίτυπον οὕτω καὶ κατερεῶν τῆς λίθου φύσιν, ἑκάστοις μέλεσιν ὑποπρέπειν. ὁ γοῦν Χαιρικλῆς, ἐμμανές τι καὶ παράφορον ἐμβοήσας, Εὐτυχέστατος, εἶπε, θεῶν ὁ Ἄρης σὺ τούτου δεθεὶς Ἄρης, καὶ ἅμα παρεσδραμών, λιπαρεῖς τοῖς χείλεσιν ἐφ' ὅσον ἐδύνατο ἐκτείνων τὸν αὐχένα, κατεφίλησεν ἡ δ' ἐφεστὼς ὁ Καλλικρατίδας, καὶ νοῦν ἀποθαύμαζεν. ἔστι δ' ἀμφίθυρος αὐτῆς ὁ νεώς, καὶ τοῖς θέλουσι τὴν θεὸν ἰδεῖν ἀκριβῶς, καὶ κατόπιν, καὶ ἵνα μηδὲν αὐτῆς ἀθαύμαστον ᾖ. δι' εὐμαρείας οὖν ὅτι τῇ ἑτέρᾳ πύλῃ παρελθόντι, τὴν ὄπισθεν εὐμορφίαν ἀθρῆσαι. δόξαν οὖν ὅλην τὴν θεὸν ἰδεῖν, εἰς ὃ κατόπιν τοῦ σηκοῦ παρεληλύθειμεν. ἔπειτ' αἰσχυνόμενοι τὴν θύρας ὑπὸ τοῦ νεωκόρου τοῦ νεωφύλακος ἐπὶ πεπιστευμένου χωλοῦ, θάμβος αἰφνίδιον ἡμᾶς εἶχε τὸ κάλλος. ὁ γοῦν Ἀθηναῖος, ἡσυχῇ παρὸ μικρὸν βλέπων, ἐπεὶ τὰ παιδικὰ καὶ μέρη τῆς θεοῦ κατόπιθυσεν, ἀθρόως παλὶ τοῦ Χαιρικλέους ἐμμανέστερον ἀνεβόησεν, Ἡράκλεις, ὅσον μὲν τοῦ μεγαφρένου θυρυθμία, πῶς δ' ἀμφιλαφεῖς αἱ λαγόνες, ἀγκάλισμα χειρὸς πλήθεσ· ὡς δ' ὑπαλείγραφοι τοῦ γλουτοῦ αἱ χάριτες ὑπεκυρτωμέναι, μήτ' ἄγαν ἐλλιπεῖς, αὐλοῖς ὀστέοις παρεσταλμέναι, μήτε εἰς ὑπερέχουσαν ὄγκου χυμώσαι ποιότητα· τοῦ δὲ τοῖς ἰσχίοις ἐπεσφερομένων ἐξ ἑκατέρων τύπων, οὐκ ἂν εἴποι τις ὡς ἡδὺς ὁ γέλως, μηρού τε, καὶ κνήμης ἐπ' αὐτὸ τεταμένης ἄχρι ποδός, ἠκριβωμένοι ῥυθμοί. τοιοῦτος ἄρα Γανυμήδης ὁ θεραπεύων, Διὶ δὲ νέκταρ ἥδιον ἐγχεῖ· τοῦτό μοι γὰρ Ἥβης οὐκ ἂν ἐγὼ διακονουμένης ποτὸν ἐδεξάμην. ὑπάσιχως οὖν τὸν Καλλικρατίδου ἐοικότος, ὁ Χαιρικλῆς ὑπὸ τοῦ σφόδρα θάμβους, ὀλίγου δεῖν ἐπεπήγει παχεῖά τι, καὶ ῥέον ὑπὸ τοῖς ὄμμασι πένθος αὐγαίνων. ἐπεὶ δὲ τοῦ θαυμάζειν ὁ κόρος ἡμᾶς ἀπήλλαξεν, ὀπὶ θατέρου μηροῦ στίλον εἴδομεν, ὡσεὶ ὑπὸ ἐσθῆτι κηλῖδα. ἤλεγχε δ' αὐτὸ τὴν ἀμορφίαν ἡ περὶ πᾶλλα τῆς λίθου λαμπρότης.

ἐγὼ

ἐγὼ μὲν οὖν πίθανῃ τἀληθὲς εἰκασίᾳ τοπάζων, φύσιν ὠμὴν τοῦ λίθου ὃ βλεπόμενον ἦν. πάθος γὰρ οὐδὲ τούτων ἐστὶν ἔξω. πολλοῖς δὲ τοῖς κατ' ἄκρον εὖ δεδαιμόνιος καλοῖς, ἡ τύχη προεμποδίζει. μέλαιναν οὖν ἐπιπολάζειν φύσεως τινα κηλῖδα νομίζων, καὶ ἐπὶ τούτῳ τὸν Πραξιτέλους ἐθαύμαζον, ὅτι τοῦ λίθου τὸ δύσμορφον, ἐν τοῖς ἥκιστα ἐλέγχεσθαι δυναμένοις μέρεσιν ἐπέκρυψεν. ἡ δὲ παρεστῶσα πλησίον ἡμῶν ζάκορος, ἀπίστου λόγου καινὴν προέδωκεν ἱστορίαν. ἔφη γάρ οὐκ ἀσήμου νέου νεανίσκου (ἡ δὲ τοῦ ξένου ἀνωνυμίαν αὐτὸν ἐσίγησε) πολλάκις ὑπιόντα τῷ τεμένει, σὺν δαιμονίῳ δαίμονί τινι ἐρασθῆναι τῆς θεοῦ, καὶ πρωὶ μὲν αὐτὸν ἐξαστείχοντα παῤ αὐτῆς, καθαρὰς ἔχειν δαιδαίμονος ἀλγηδόνας δόκησιν. ἐκ τε γὰρ τῆς ἑωθινῆς κοίτης, πολὺ προλαμβάνων τὸν ὄρθρον, ἐπιφοίτα, καὶ μήπω δύσιν ἄκων ἐλάδιζεν οἴκαδε, πλειόνων ὅλων ἡμέρων ἀπομνήκρυ τῆς θεοῦ καθεζόμενος, ὀρθὰς ἐς αὐτὸν διαπαντὸς τὰς τῶν ὀμμάτων βολὰς ἀπήρδεν. ἄσημοι δ' αὖτῳ ψιθυρισμοὶ, καὶ κλεπτομένης λαλιᾶς, ἐρωτικὴ διεφθέγγετο μέμψις. ἐπειδὴ δὲ καὶ μικρὸν τοῦ πάθους ἑαυτὸν ἀποδυσκολῆναι θελήσειε, παροίστρων, τῇ δὲ τραπέζῃ τέτρασι ἀστραγάλοις Λιβυκῆς δορκὸς ἀπαριθμήσας, διεπέπλευε τινὰ ἐλπίδα· καὶ βαλὼν μὲν ὅπη σκοπὸς, μάλιστα δ' εἴ ποτε τινὰ θεὸν αὐτῷ διβολήσειε, μηδενὸς ἀστραγάλου πεσόντος ἴσῳ σήματι, παροιχωκὼς, τῆς ὁπιθυμίας τεύξεσθαι νομίζων· εἰ δ', οἵαπερ φιλῇ, φαύλως τῆς τραπέζης ῥίψειεν, οἷά τ' ὂν δυσφημώτερον αἰάζειν, ὅλην Κνίδῳ καταρώμενος, ὡς ἐπ' αἰτίῳ συμφορᾶς, καὶ κατηφὴς, καὶ δι' ὀλίγου σκυθρωπάσας, ἑτέρῳ βόλῳ τινὰ περὶν ἀσυχίαν ἐθεράπευεν. ἤδη δὲ πλέον αὐτῷ τῷ πάθους ἐρεθιζομένου, τοίχους ἅπας ἐλαφάσσετο, καὶ πᾶς μαλακοῦ δένδρου φλοιὸς Ἀφροδίτην καλὸν ἐκήρυσσεν. ἐτιμᾶτο δ' ἴσον Διὶ Πραξιτέλης, καὶ πᾶν ὅ, τι κειμήλιον ὑπερεπὴς οἰκία φυλάττοιτο, τοῦτ' ἰὼ ἀνάθημα τῆς θεοῦ.

A Ego itaque verisimili coniectura veritatẽ colligendo, naturam lapidis, id quod apparebat, esse putabam. Nam neque huiusce modi rerum casus alieni sunt. Multis autem quibus extremè & velut ad vnguem pulchris esse licebat, fortuna interim aliquid quod in mora sit, obiicit. Proinde nigram quandam maculam natura aspersam marmori esse existimans, etiam hac parte Praxitelem admirabar, quòd eam lapidis deformitatem in illis potissimùm partibus abscondisset, quæ minùs coargui ac deprehendi possent. At ea quæ nobis propè stabat templi ministra, incredibilis cuiusdam orationis nouam historiam narrauit. Nam adolescentem quendam inquit haudquaquam ignobili genere natum (nomẽ autem ipsa res gesta taceri fecit) crebrò ad delubrũ hoc ventitantem, infelici quodam genio impulsum, deam ipsam amare cœpisse, & quia totos plerũque dies in templo commorabatur, à principio sanctimoniæ cuiusdam religiosioris speciem de se præbuisse. Nã statim à lecto matutino, multo auroram præuertentem, huc venire solitum fuisse, ac post occasum Solis inuitum ægrè domum redisse, atque totum diem ex aduerso deæ sedendo, rectos in ipsam perpetuò oculorum ictus direxisse. Obscurè autem, inquit, interim secum ipse nescio quæ susurrabat, & suffurante quodam sermone amatorias peragebat querelas. Cæterùm vbi iam paulisper affectus illius molestiam à se remouere volebat, affatus deam, in mensam autem quatuor talis Libycæ capræ dinumeratis, ludendo spem experiebatur. Ac quoties id quod intendebat, iecerat, maximéque si quando deam ipsam iactu feliciore sortitus erat, nullo videlicet talo eadem figura cum alio aliquo cadente, adorabat illam, sperans se id quod expetebat, consecuturum esse. Sin autem (quemadmodum solet) simplicius paulo per mensam iecisset, ac tali id quod abominabilius erat, surgendo reddidisset, toti Gnido malè imprecabatur, velut ob cladem aliquam immedicabilem, & mœrore plenus erat: & paulo pòst correptis illis, alio iactu, quod male antea ceciderat, emendabat. Iam verò vbi affectus atque animus illius magis accendebatur, omnis paries insculpebatur, & vt quæque arbor mollis erat, ita cortex illius formosam Venerem prædicabat: eodem autem in pretio cum Ioue Praxiteles erat: & quicquid pretiosum ac pulchrum illi domi repositum inter ornamenta fuerat, id omne donarium deæ offerebatur.

Historia impotentis cuiusdam amatoris.

Poſtremò nimia in eo deſiderio vehementia in inſaniam verſa eſt. Inuenta autem eſt concupiſcentiæ illius maſtrupatrix quædam audacia. Cùm enim iam ad occaſum Sol inclinaret, ſenſim ac tacitè, ita vt qui aderant, non animaduerterent, poſt ianuam clàm irrepſit, & ſtans ita vt cerni non poſſet, in interiore parte adeò ſe tacitus continebat, vt propè ne anhelitum quidem emitteret. Ædituis autem perinde vt conſueuerant, foris ianuam attrahentibus, intus nouus iſte Anchiſes concludebatur. At quid ego arcanæ noctis audaciam accuratiùs vobis exprimam, aut etiam alius quiſpiam? Amatoriorum amplexuum veſtigia hæc poſtridie conſpecta ſunt, & maculam hãc habebat dea, indicem videlicet eorum quæ paſſa fuerat. Ipſum verò adoleſcentem vt vulgo fama refert, vel de petris alicubi aiunt, vel in fluctus marinos præcipitem datũ omnino euanuiſſe. Atque hæc cùm miniſtra templi ita narraret, interea exclamans Charicles, Proinde fœmininum genus, inquit, etiamſi ſaxeum fuerit, amatur. Quid autẽ ſi quis animatam videret huiuſmodi formam, an non vna nox ipſis Iouis ſceptris æquiparetur? Subridens autem Callicratidas, Nõdum, inquit, ſcimus Charicles, an multas aduituri ſimus huiuſmodi narrationes, ſi quando Theſpiis quoque eſſemus. Et nũc ſanè tuæ iſtius Veneris cuius tanta æmulatione teneris, manifeſtum adeò hoc indicium eſt. Hîc, quo pacto, interrogante Charicle, admodum veriſimiliter dicere Callicratidas viſus mihi eſt. Dixit enim quòd cùm adoleſcens ille amator otium ac ſpatium totius noctis conſecutus fuiſſet, vt facilè totam affectus iſtius exatiandi facultatem haberet, quaſi cum puero tamen, marmori cohæſiſſet, illud nimirum volens, neque anteriore parte fœminam valere. Multis itaque abſque delectu ac temere vtrinque verbis effutitis, ego promiſcuo eorum tumultu ac turba compoſitis, Viri, inquã amici, modeſtam atque ordinatã inſiſtite diſputationem, quoniam decora ac decens lex eruditionis atque doctrinæ eſt. Sublata igitur incompoſita hac, & nullum finem habente contentione, viciſſim pro ſua vterque ſententia iuſtam ac ſolidam orationem inſtituite. Neque enim etiamdum tempus eſt vt ad nauem redeamus. Ac otio hoc vtendum eſt ad hilaritatẽ, & ad ea ſtudia quæ cum delectatione prodeſſe poſſint. Proinde abſcedentes hinc è templo (multa enim religionis gratia turba huc ventitat)

A ὥρας, αἱ σφοδραὶ τὴν ἐν αὐτῷ πόθων ὀπτασίαν ἀπενοήθησαν. εὑρέθη δὲ τόλμα τῆς ἐπιθυμίας μαστροπός. ἤδη γὰρ ὀπὶ δύσιν ἡλίου κλίνοντος, ἠρέμα λαθὼν τοὺς παρόντας, ὀπίσθε τῆς θύρας παρεισέρρυη, καὶ ταῖς ἀφαμὴς ἐνδοπάτῳ, ἡδὺν οὐδὲ αἰσπνέων ἠρέμει, σιωπῇ δὲ τὴν ζακόρων ἔξωθεν τῶν θυρῶν ἐφελκυσαμένων, ἔνδον ὁ καινὸς Ἀγχίσης κατεῖρκτο. καὶ τί γὰρ ἀῤῥήτου νυκτὸς ἐγὼ τόλμαν, ἢ ἄλλος, ἐτ' ἀκριβὲς ὑμῖν διηγοῦμαι; τὴν ἐρωτικὴν ταύτε πλοκὴν ἴχνη ταῦτα μεθ' ἡμέραν ὤφθη, καὶ τὸν παῖδα εἶχεν ἡ θεὸς, ὧν
ὃ δὲ πᾶσιν ἐπρωφῇ, τούτοις ἡ χάρις· μᾶλλον δὲ ὃ πᾶσαν ἅμα, ὁπόσαι χάριτες, καὶ ὁπόσοι ἔρωτες χορηγοῦντες, τίς ἂν μιμήσασθαι δύναιτο; ΠΟΛ. θεσπέσιόν τι χρῆμα, ὦ Λυκῖνε, φῂς, καὶ διιπετὲς ὡς ἀληθῶς, οἷόν τι τὴν ἐξ ὑπερου ἥκοι. τί δ' ὡς ἐφάνη σοι εἰδὼς αὐτήν; ΛΥΚ. βιβλίον ἐν ταῖν χεροῖν εἶχεν, ἐς δύο συμπεπλεγμένον· καὶ ἐφαίνετο ἤδη τοῦτο ἀναγινώσκειν αὐτό· ὃ δ' οὖν, ἤδη ἀνεγνωκέναι. μεταξὺ δὲ ὡς ἴσα, διελέγετο τῶν παρεστώτων τινί, οὐκ οἶδ' ὅ, τι· σφόδρα γὰρ ἐς ἐπήκοον ἐφθέγγετο. πλὴν μειδιάσασά τε, ὦ Πολύστρατε, ὀδόντας ὑπέφηνε· πῶς ἂν εἴποιμί σοι, ὅπως μὲν, λευκούς, ὅπως δὲ, συμμέτρους, καὶ ὡς ἐν ἀλλήλοις συνηρμοσμένους; εἴπου καλλίστην ὅρμον εἶδες ἐν τοῖς σιλπνοτάτοις, καὶ ἰσομεγέθεσι μαργαρίταις, ὅτως ὅτι σχῆμα ἐπεφύκεσαν· ἐκοσμοῦντο δὲ μάλιστα τοῖς τῶν χειλέων ἐρυθήμασιν. ὑπεφαίνοντο γοῦν αὐτοῖς δὴ τοῖς τοῦ Ὁμήρου ἐλέφασι τοῖς πρισθεῖσιν ὁμοίοι, καὶ οἱ μὲν πλατύτεροι αὐτῶν, οἱ δὲ ὑπερέχοντες, ἢ διεστηκότες, οἷοι τὰς πλείστας, ἀλλά τις πάντων ἰσοπληθία, καὶ ὁμοχροία, καὶ μέγεθος ἦν, καὶ ὑπερεχεῖς ὁμοίως, καὶ ὅλως, μέγα τι θαῦμα, καὶ θέαμα, πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην εὐμορφίαν ὑπερπεπαικός. ΠΟΛ. ἔχ' ἀτρέμας. σιωπήμα γὰρ ἤδη σαφῶς πάνυ ὦ πινα καὶ λέγεις τὴν γυναῖκα, τούτοις τε αὐτοῖς γνωρίσας, καὶ τῇ παρειᾷ· καὶ βλέφαροις δέ πινας ἔπεσθαι αὐτῇ ἔφης, νὴ Δία, καὶ χαριτώσας πινάς. πλὴν ἐπισταμένως σοι ἐδόκουν, ὦ μακάριε, πλὴν ἀοίδιμον ταύτην λέγεις. ΛΥΚ. τί δέ ἐστιν αὐτῆς τοὔνομα; ΠΟΛ. πάνυ καὶ τοῦτο γλαφυρόν, ὦ Λυκῖνε, καὶ ἐπαφρόδιτον. ὁμώνυμος γάρ ἐστι τῇ τῆς Ἀβραδάτου ἐκείνῃ τῇ καλῇ. οἶσθα πολλάκις ἀκούσας Ξενοφῶντος ἐπαινοῦντός τινα σώφρονα, καὶ καλὴν γυναῖκα; ΛΥ. νὴ, Δία, καὶ ὡσαύτως γε ὁρῶν αὐτὴν, ὅτῳ διατέθειμαι, ὁπότε κατ' ἐκεῖνό που μάλιστα γιγνώσκων γιγνομαι, καὶ μνημονεύω καὶ ἀκούω λεγούσης αὐτῆς, ἃ πεποίηται λέγουσα, καὶ ὡς ὡπλίζε τὸν ἄνδρα, καὶ οἷα ἐς τὸ θέατρον πέμπουσα αὐτὸν ὅτε τὴν μάχην.

A Quòd autem per omnia amabili quadam elegantia niteat, hoc Gratiæ erit officium, aut potiùs omnium quotquot vſpiam ſunt Gratiæ atque Cupidines chorum ducentes. Quis talem imitatione aſſequi poſſit imaginem? POL. Diuinum quoddam opus producis ô Luciane, & profectò ab ipſo Ioue demiſſum cœlitus, & cuiuſmodi apud ſuperos abſolutum eſſe credibile eſt. Quid autem rei ipſam facientem vidiſti? LVC. Codicillos habebat in manibus, duabus partibus complicatos: videbatúrque alteram iam perlegiſſe, alteram verò etiamdũ legendo perluſtrare. Porrò autem inter pro-
B grediendum neſcio quæ verba cum quadam ex pediſequis faciebat: neque enim tam clarè vt exaudiri poſſet, loquebatur: verũtamen tenuiter ridendo, ô Polyſtrate, dentes oſtẽdebat, Dij boni, quã albos, quàm mediocres, quàm aptè inter ſe cõſtitutos! Sicubi ſegmentum aut monile vidiſti pulcherrimũ nitidiſſimis & æquali magnitudine pollentibus margaritis cõfectum, tam concinna decentique ſerie erant enati. Plurimum verò decoris & ornatus illis accedebat ex labiis perpulchrè rubentibus. Elucebant itaque ipſi
C Homerico ebori recenter ſecto ſimiles. Neque verò alij alios deformi latitudine excedebant, aut alij cæteris altiùs eminebant, aut præcedendo extabant, cuiuſmodi in multis eſt cernere, ſed erat vna omnibus æqualitas, idémque color, & magnitudo eadem, cãdem ſerie connexis. In ſumma, magnæ admirationis ſpectaculum de ſe præbebat, omnem humanæ formoſitatis venuſtatem exuperans. POL. Quieſce parũper. Iam enim planè intelligo quam tu mulierem dicas: his omnibus quæ dixiſti, atque adeò ex ipſa patria coniecturam facienti mihi cognita eſt, tum quòd eunuchos quoque illam comitãtes eſſe confirmaſti, & per Ioquem etiam milites. Regis vxorem ô beate, illam videlicet multis nominibus memorabilem tu memoras. LVC. Et quod illi nomen eſt? POL. Planè & illud nimis dulce & delicatũ ô Luciane, & omnibus modis amabile. Etenim cognominis eſt formoſæ illi Abradatæ cõiugi. Haud dubiè enim nouiſti, ſæpenumero audito Xenophõte modeſtam quampiã & formoſam admodum mulierẽ collaudante. LVC. Sanè per Iouem quaſi illam oculis coràm intuerer, ita animo affectus ſum quotieſcunque eum Xenophontis locum perlego: ac tantùm non illam loquentem audio, dum quæ facta ſint, commemorat, & quemadmodum maritũ armis induat, tum qualis erat eundem in pugnam emandans.

Panthea *ſcilicet. Vide lib 6. Cyropædia*

POL. Atqui tu,ô optime, illã tanquam fulgur prætercurrens ſaltem ſemel conſpexiſti: videriſque facilia & prompta illa, nimirum corpus & formam, illuſtrare laudibus: cæterùm dotes animi quibus prædita eſt, intuentium oculis non ſunt obuiæ: neque compertum habes quanto præcellat iſta pulchritudine qua mens illius exornata eſt, quæque corporis forma longè præſtantior, deabúſque cõformior eſſe ſolet. At ego, qui & familiaritate illi iunctus ſum, & ſæpe in colloquium veni, nimirum conterraneus illi exiſtens, planè earum rerum certus ſum. Quippe, quod nec tibi obſcurum eſſe opinor, mihi mioris eſt morum ſuauitatem, humanitatem, animi magnitudinem, modeſtiam & pudicitiam formoſitati anteponere. Digna enim ſunt quæ modis omnibus corporis dotibus anteferantur: quoniam planè abſurdum foret, atque factu ridiculum, ſi quis veſtitus cultũ atque munditiem præ corpore admiraretur. Porrò autem ea mihi demũ omnibus numeris abſoluta pulchritudo eſſe videtur, quoties in idem concurrunt anima exculta virtutibus, & corpus amabili forma exornatũ. Omnino enim non paucas tibi commonſtrare poſſum corporis equidem & formæ elegãtia viſendas, & ſcitulas, & nitidas, cæterùm formæ præſtantiam morum fœditate deturpantes, adeò vt id quod ſolum in tam ſpecioſo corpore laudãdum fuerat, ferè emoriatur atque flaccеſcat, reprehenſioni & turpitudini obnoxium, ac planè præter dignitatem, heræ tam prauæ, vitioſæ nimirum animæ, conuerſans. Et ſanè tales templis Ægyptiis iudicio meo videntur eſſe perſimiles. Illic enim ipſum quidem delubrum forinſecus pulcherrimum eſt, ſimul atque maximum, ſumptuoſis lapidibus extructum atque compoſitum: cæterùm ſi intus Deum requiſieris, aut ſimiam inuenies, aut ciconiam, aut hircum, aut felem. Eius generis mulieres non parum multas paſſim eſt cernere. Proinde corporis nitor & venuſtas non ſufficit, niſi veris & iuſtis ornamentis decorata & exculta ſit. Non autem dico vt veſtimentis purpureis & aureis, aut gemmeis monilibus exornata ſit, ſed iis quę prędixi, nempe morum elegantia, virtute, temperãtia, æquitate, humanitate, ac aliis, quocũque tandem fine comprehenduntur. LV. Proinde ô Polyſtrate ſermonem penſabis ipſa menſura (quod aiunt) aut etiam cumulatiùs (potes enim) ac quandã animi imaginem adumbratam nobis oſtẽdes, ne tãtùm ex dimidio illã admiremur. POL. Durã & difficilem mihi iniungis prouinciam ô amice:

Pulchritudo abſoluta.

Ægyptiorum templa ridicula.

ΠΟΛΥ. Ἀλλ', ὦ ἄριστε, σὺ μὲν ὥσπερ τινα ἀστραπὴν παραδραμοῦσαν ἅπαξ εἶδες αὐτὴν, καὶ ἔοικας τὰ πρόχειρα ταῦτα, λέγω δὲ τὸ σῶμα καὶ τὴν μορφὴν, ἐπαινεῖν. τὴν δὲ τῆς ψυχῆς ἀγαθῶν ἀθέατος εἶ, οὐδὲ οἶδα ὅσον τὸ κάλλος σκιά ἐστιν αὐτῆς, μικρῷ τινι ἀμείνων, καὶ προσδέχεσθαι τὸ σῶμα. ἐγὼ δὲ, συνήθης γάρ εἰμι, καὶ λόγων κοινώνησα πολλάκις, ὁμοεθνὴς ὤν, καὶ γὰρ ὡς οἶδα καὶ αὐτὸς, τὸ ἥμερον καὶ φιλάνθρωπον, καὶ τὸ μεγαλόφρον, καὶ σωφροσύνην, καὶ παιδείαν, πρὸ τοῦ κάλλους ἐπαινῶ· ἄξια γὰρ πρόσχρίσθαι ταῦτα τοῦ σώματος· ἐπεὶ ἄλογον ἂν εἴη, καὶ γελοῖον, ὥσπερ εἴ τις τὴν ἔδαφα πρὸ τοῦ σώματος θαυμάζοι. Ὁ δ' ἐντελὴς κάλλος, οἶμαι, τοῦτό ἐστιν, ὁπόταν ἐς ταὐτὸ συνδράμῃ ψυχῆς ἀρετὴ, καὶ εὐμορφία σώματος. ἀμέλει πολλὰς δή σοι δείξαιμι, μορφῆς μὲν δοκούσας, τὰ δ' ἄλλα αἰσχυνούσας ὁ κάλλος, ὡς καὶ μόνον φθεγξαμένων, ἀποθανεῖν αὐτὸ, καὶ ἀπορραίνεσθαι, ἐλεγχόμενόν τε, καὶ ἀσημαινομένῳ, καὶ πρὸς ἀξίαν σεμνὸν, πονηρᾷ τινι διανοίᾳ τῇ ψυχῇ· καί γε αἱ τοιαῦται, ὅμοιαί μοι δοκοῦσι τοῖς Αἰγυπτίοις ἱεροῖς· κἀκεῖ γὰρ, αὐτὸς μὲν ὁ νεὼς, καλλίστός τε, καὶ μέγιστος, λίθοις τοῖς πολυτελέσιν ἠσκημένος, καὶ χρυσῷ, καὶ γραφαῖς διαπρεπέσι· ἔνδον δὲ, ἰὼ ζητῆς τὸν θεὸν, ἢ πίθηκός ἐστιν, ἢ ἶβις, ἢ τράγος, ἢ αἴλουρος. τοιαύτας πολλὰς ἰδεῖν ἔνεστιν. οὐ τοίνυν ἀπόχρη τὸ κάλλος, ἰὼ μὴ κεκόσμηται τοῖς δικαίοις κοσμήμασι. λέγω δὴ οὐκ ἐσθῆτι αἰλουρικῇ, καὶ ὄρμοις, ἀλλ' οἷς πρόσθεν εἶπον ἐκείνοις, ἀρετῇ, καὶ σωφροσύνῃ, καὶ ὁπλισκείᾳ, καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὁπόσοις ταῦτα ὅρος ἐστίν. ΛΥΚΙΝ. σκοπῶ, ὦ Πολύστρατε, μῦθον ὑμῖν μύθου ἀμείψασθαι αὐτῷ τῷ μέτρῳ, φασὶν, ἢ καὶ λῴον, δώσασθαι γὰρ, καί τινα εἰκόνα γραφάμενος τῆς ψυχῆς, ὑπόδοξον, ὡς μὴ ἐξ ἡμισείας θαυμάζοιμι αὐτήν. ΠΟΛ. οὐ μικρὸν, ὦ ἑταῖρε, τὸ ἀγώνισμα προστάττεις·

ὑ γὰρ ὅμοιον ὃ πᾶσι τοῖς φανὲς ἐπαινέσαι, καὶ τὰ ἄδηλα ἐμφανίσαι τῷ λόγῳ. καί μοι δοκῶ συνεργῶν καὶ αὐτὸς δεήσεσθαι τοῖς τὴν εἰκόνα, ὑ πλαστῶν, οὐδὲ γραφέων μόνων, ἀλλὰ καὶ φιλοσόφων, ὡς τοῖς τοὺς ἐκείνων κανόνας ἀποβῆναι ὃ ἄγαλμα, καὶ δῆξαι καὶ τὴν ἀρχαίαν πλαστικὴν κατεσκευασμένον. καὶ δὴ πεποιήσθω. ἀυδήσατω μὴν ὃ τοῦτον, καὶ λίγξατω, καὶ ὃ, γλυκίων μέλιτος ἀπὸ τῆς γλώττης, τοῖ αὐτῆς μᾶλλον ἢ τοῖ τοῦ Πυλίου γέροντος ἐκείνου, ὁ Ὅμηρος αὐ εἴρηκε. πᾶς δὲ ὁ τόνος τοῦ φθέγματος, οἷος ἀπαλώτατος, οὔτε βαρὺς, ὡς εἰς ὃ ἀνδρῶδες ἡρμόσθαι, οὔτε πάνυ λεπτὸς, ὡς ἠλύτατός τε εἶναι, καὶ κωμῳδῆ ἔκλυτος, ἀλλ' οἷος γοῦν αὖ παιδὶ μήπω ἠβάσκοντι, ἁδὺς, καὶ τοῖσιν, καὶ ῥᾳδίως ὑποβυσσόμενος ἐς τὴν ἀκοὴν, ὡς καὶ παυσαμένης, ἔναυλον εἶναι τὴν βοὴν, καί τι λείψανον ἐνδιατρίβειν, καὶ τοῖσομβεῖν τὰ ὦτα, καθάπερ ἠχώ τινα ὑποτείνουσαν τὴν ἀκρόασιν, καὶ ἴχνη τῶν λόγων μελιχρὰ ἄττα, καὶ πειθοῦς μεσὰ ὅτι τῆς ψυχῆς ἀπολιμπάνουσαν. ὁπότε δὲ καὶ ὃ καλὸν ἐκεῖνο ἄδῃ, καὶ μάλιστα τοῖς τὴν κιθάραν, τότε δή τι ποτε, ὥρα μὴν σιωπᾶν τὰ ὦτα ἀλκυόσι, καὶ τέττιξι, καὶ τοῖς κύκνοις. ἄμουσα γὰρ ὡς τοῖς ἐκείνων ἅπαντα· καὶ τὴν Παιδίονος εἶπῃς, ἰδιώτης καὶ εἰκαίη, καὶ ἄτεχνος, εἰ καὶ πολυηχία τὴν φωνὴν ἀφίησιν. Ὀρφεὺς δὲ, ἢ Ἀμφίων, οἵπερ ἐπαγωγότατοι ἐγένοντο τῶν ἀκροατῶν, ὡς καὶ τὰ ἄψυχα ὑπακολέσασθαι τοῖς ὃ μέλος, ἀυδὴν αὖ, οἶμαι, εἴ γε ἤκουσαν, καταλιπόντες ἂν τὰς κιθάρας, παρεστήκεσαν σιωπῇ, ἀκροώμενοι. ὃ γὰρ τῆς τε ἁρμονίας ὃ ἀκριβέστατον ἅπασαν φυλάττειν, ὡς μὴ παραίνειν τι τοῦ ῥυθμοῦ, ἀλλ' εὐκαίρῳ τῇ ἄρσει, καὶ θέσει ἁρμόττεσθαι ὃ ἆσμα, καὶ σιωπὴν εἶναι τὴν κιθάραν, καὶ ὁμοχρονεῖν τῇ γλώττῃ ὃ πλῆκτρον, ἢ ὃ διαφὲς τῶν δακτύλων, καὶ ὃ εὐκαμπὲς τῶν μελῶν, πόθεν αὖ τοῦτο ὑπῆρχε τῷ Θρᾳκὶ ἐκείνῳ, ἢ τῷ αἰὰ τὸν Κιθαιρῶνα μεταξὺ βοσκομένῃ, ἢ κιθαρίζειν μιγεῖσῃ; ὥστε ἦν πόλε, ὦ Λυκῖνε, ἢ ἀδύσης αὐτῆς ἀκούσῃ,

neque enim perinde facile atque promptum eſt, ea quæ obſcura ſunt, oratione retegere, quàm id quod manifeſtum eſt omnibus, laude extollere. Videor verò & ipſe ad hanc imaginem exprimendam multorum egens eſſe operæ, nõ fictorum ſaltem & pictorum, ſed philoſophorum etiam, vt ad illorum canonẽ & regulam hoc ſimulacrum rectè abſoluatur, & in lucem ad antiquam plaſticen formatum producatur. Sed ad rem accingamur. Sit ergo primùm fandi facultate prædita, ac dulci voce inſtructa, vt orationem melle dulciorem de illius fluxiſſe veriùs quàm de ſenis illius Pylij concionatoris lingua, Homerus dixiſſe videatur. Omnis autem verborum & loquelæ tonus, cuiuſmodi delicatiſſimus eſſe ſolet, neque nimiùm graui & aſpero tinnitu inſonet, quaſi ad virilem vocem informatus ſit: neque rurſus nimiùm tenui, quaſi impensè effœminatus aut fermè fractus ſit, ſed qualis eſſe ſolet pueri nondum pubeſcentis, dulcis & blandus, comiter & manſuetè in auditum ſemet inſerens, vt etiã illa loqui deſinente, verba audita iucundo murmure tinniant, ac quædam dulciſſimæ vocis reliquię aliquantiſper perdurent, auréſque blando ſuſurro circunſonẽt. Tum quandam Echo alterna vocis imitatione auditum prorogantem imitetur, mellitiſſima quædam verborum veſtigia, neque non perſuaſionis pleniſſima, in animo audientium relinquens. Cæterùm quando voce illa tinnula canere adorta fuerit, præcipuè verò ad citharam, tum verò tempus eſt ex æquo tacendi & halcyonibus & cicadis & canoris oloribus: aliena enim à Muſis hæc ſunt omnia, ſi ad hanc collata fuerint. Et ſi Pandionis natam dixeris, rudis & inepta eſt, quanquã vocem multiſonam edere ſoleat. Orpheus autem & Amphion (à quibus maximè motos auditorum animos eſſe conſtat, quíque ſyluas & ſaxa ſequentia cantus dulcedine ad ſe pertraxerunt) illi, vt ego opinor, ſi hanc audiſſent, poſthabitis citharis adſtitiſſent auſcultantes cum ſilentio. Quippe omnes harmoniæ rationes accuratiſſimè obſeruare, vt ne quid rhythmus deliret, ſed tempeſtiua decentíque eleuatione atque depreſſione modulari ac emenſurare concentum, præterea voce per omnia reſpõdere citharæ, vtque plectrum à lingua nõ diſcrepet, aptíque digitorum tactus, & agilis membrorum flexibilitas, vndénam hæc ſuppetiſſent huic Thraci, ac illi in Citheronẽ boues paſcenti? Itaque Luciane, ſi quãdo illam cantantem audieris,

Vocis ſuauitas & ſermonis.

non ampliùs illatam à Gorgonibus monſtrificam vllam immutationem patieris, lapis factus ex homine, ſed Sirenum modulantium virtutem qualiſnam ſit cognoſces. Ita enim ſat ſcio adductus demulceberis, vt patriæ ac familiarium tibi obreptura ſit obliuio. Atque etiam auribus cera obſtructis, per cerã quoque oppoſitam penetrabit iucundiſſimæ vocis modulatio: tantam cantando voluptatẽ audientibus exhibet. Terpſichores aut Melpomenes aut Calliopes vocem dixeris, infinita & omnifaria aurium animorúmque demulcimenta in ſe complectẽtem. Vt vno verbo dicam, optarim cum primis talem mihi & tam cõcinnam modulandi rationem auditã, cuiuſmodi par eſt per talia labia & dentes illos emiſſam erumpere. Viſa verò eſt & tibi hæc eadẽ quam dico: itaque & auditam eſſe exiſtima. Sed enim exacta & perfecta linguæ eloquentia, ac vocis Ionicæ puritas, tum illa in familiari colloquio extemporalis dicendi facultas atque ſuauitas, quæ gratiis Atticis vbique conſperſa eſt, & condita, ne admiranda quidem eſt. Habet enim hoc à maioribus quaſi hæreditario iure patrium, neque alia ratione conueniebat illã in hac peregrinatione Athenienſium eſſe participem. Atqui ne illud quidem admiratione mihi proſequendum videtur, poëticis lectionibus illam voluptuosè oblectari & gaudere, candémque multo iam tempore ſtudiosè in illis verſari, quando vnà cum Homero eiuſdem vrbis ciuis ſit & incola. Vnam equidem Luciane illius iucundæ & amœnæ vocis ac modulationis imaginem expreſſam eſſe vides, ſi quis tenuiter admodum exprimere ſtuduerit. Iam verò & alias non oſcitanter conſidera. Neque enim vnam ſaltem, ſicut tu, ex multis compoſitam conſilium eſt abſoluere, (nã hoc eſſet perexile & ieiunum, tum more graphico abſolutum, ex tot formis támque multiplicibus ſpeciebus hinc inde collectam vnam corporis pulchritudinẽ componere, ſibiipſi diſcrepantem) ſed omnibus animi virtutibus vna imago depingatur, imitata formam archetypi. LVCIA. Diem feſtum & epulas publicas omnifariam inſtructas mihi annuncias, ô Polyſtrate. Videris itaque multo cumulatiùs menſuram mihi remetiri. Proinde perge admetiẽdo: nulla enim nunc res eſt qua perinde mihi poſſis gratificari. POL. Ergo quoniã omnium honeſtarum liberalíumque diſciplinarum cognitio neceſſaria eſſe putatur, maximè verò earum quæ vſu ac meditatione conſtant, age & illam iam conſtituemus multifariam quãdam, ac multiplici venuſtate conſpicuã, ne qua in parte fingendi artificio te inferiores appareamus.

A οὐκέτι δὲ τῶν Γοργόνων μόνον ἔσῃ πεποιθώς,
λίθος ὀξ ἀνθρώπου γιγόμενος, ἀλλὰ καὶ δὲ τῶν
Σειρήνων εἴσῃ, ὁποῖόν τι ἐῶ. προεκπέξῃ γὰρ, ὃ
οἶδ', ὅτι κεκηληπμένος, πατρίδος καὶ οἰκείων
ἐπιλαθόμενος· καὶ ἐῶ κηρῷ ἐπιφράξῃ τὰ ὦτα,
καὶ διὰ τοῦ κηροῦ διαδύσεταί σοι δὲ μέλος.
τοιοῦτόν τι ἀκουσμά ἐστι Τερψιχόρης τινὸς, ἢ
Μελπομένης, ἢ Καλλιόπης αὐτῆς παίδευ-
μα, μυεία τὰ θέλγητρα, καὶ πανοῦργα ἐν ἑαυ-
τῷ ἔχον. ἑνί τε λόγῳ σειρήνων, φαίην ἄν,
τοιαύτης μοι τῆς ᾠδῆς ἀκούειν νόμιζε, οἵαν εἰ-
κὸς εἶναι τὴν διὰ τοιούτων χειλῶν, δι' ἐκείνων
B δὲ τῶν ὀδόντων ἐξιοῦσαν. ἐώρακας δὲ καὶ αὐ-
τὸς, ἐῶ φημι, ὥστε δ' ἀκηκοέναι νόμιζε. ὃ μὲν
γὰρ ἀκριβὲς τοῦτο τῆς φωνῆς, καὶ καθαρῶς Ιωνι-
κὸν, καὶ ὅτι ὁμιλοῦσαν σωμύλην, δ' πολὺ τ' Ατ-
τικῶν χαείτων ἔχουσα, οὐδὲ θαυμάζειν ἄξιον·
πάτριον γὰρ αὐτῇ, δ' συγγενικὸν, οὐδὲ ἄλ-
λως ἐχρῆν, μετέχουσάν τῶν Αθηναίων κατ'
οἰκίαν. οὐδὲ γὰρ ὤδην ἐκεῖνο θαυμά-
σαιμ' ἄν, εἰ καὶ ποιητοῦ χαίροι, καὶ τὰ πολλὰ ταύ-
τῃ ὁμιλοῖ, τῶν Ομήρου πολίτης ὄντα. μία μοῦ
δή σοι, ὦ Λυκῖνε, καλλιφωνίας αὕτη, καὶ ᾠδῆς
C εἰκών, ὡς ἄν τις ὀπὶ τὸ ἔλαττον εἰκάσειε. σκέ-
ψαι δὲ δὴ καὶ τὰς ἄλλας, οὐ γὰρ μίαν ὥσπερ
σὺ δὴ ἐκ πολλῶν σεσωπεῖς, ὑπιδεῖξαι διέγνω-
κα, ἦττον γὰρ τοῦτο, καὶ γραφικῶς σεσωπε-
λεσθέν, κάλλιον ποσαῦτα, καὶ πολυίδεες ἢ ἐκ
πολλῶν ἀποτελοῦν αὐτὸ αὑτοῦ αἰσθανόμενον·
μοῦν, ἀλλ' αἱ πᾶσαι τῆς ψυχῆς ἀρεταί, καθ'
ἑκάστην, εἰκὼν μία γεγράφεται· ποιεῖς δ' ἀρ-
χέτυπον μεμιμημένην. ΛΥ. ἑορτὴν, ὦ Πο-
λύστρατε, καὶ πανδαισίαν ἐπαγγέλλῃς. ἔοικας
δ' οἶμαι λοιὸν ὡς ἀληθῶς ἀποδώσειν μοι δ
μέτρον. ὑπομένῃ δ' οὖν, ὡς ἔστιν ὅ, τι καὶ
D ἄλλο ποιήσας, μᾶλλον χαρίσαιό μοι. ΠΟ.
δοκοῦ ὑπὲρ πάντων καλῶν παιδείαν ἡγεῖ-
σθαι καὶ μάλιστα τούτων, ὁπόσα με-
λέτης τε, φέρε καὶ ταύτην ἤδη συγκοσμήσωμεθα,
ποικίλην μέν τοι, καὶ πολύμορφον, ὡς μηδὲ
κατὰ τοῦτο ἀπολειπώμεθα τῆς σῆς πλαστικῆς.

καὶ δὴ γεγράφθω πάντα συλλήβδην τὰ ἐκ τῆ Ἑλικῶνος ἀγαθὰ ἔχουσα, οὐχ ὥσπερ ἡ Κλειὼ, καὶ ἡ Πολύμνια, καὶ ἡ Καλλιόπη, καὶ αἱ ἄλλαι, ἔν τι ἑκάστη ὁπισαμοῦν, ἀλλὰ πασῶν, καὶ πρὸς ἔτι, τὰ Ἑρμοῦ καὶ Ἀπόλλωνος. ὁπόσα γὰρ ἡ πιναὶ μέθεσις ἀφελκομένους, ἐξευρίσκασιν, ἢ συγγραφῆς ἰσορρήκασιν, ἢ φιλόσοφοι προηνέγκασι, πᾶσι τούτοις ἡ εἰκὼν κεκοσμήσθω· οὐκ ἄρα τῆ ὁπτικῆ χρῆσθαι μόνον, ἀλλ' ἐς βάθος δὲ σοφοῖς ὅτι φαρμάκοις ἐς κόρον καταβαφῆσα. καὶ συγγνώμη, εἰ μηδὲν ἀρχέτυπον ὑπιδεῖξαι τούτης δυναίμην τῆς γραφῆς. οὐ γὰρ ἐάν τ' ἄ, ὅτι τοιοῦτον ἐν τοῖς πάλαι, παιδείας πέρι μνημονεύεται, πλὴν ἀλλά εἴ γε δοκεῖ, αὐτικείσθω καὶ αὕτη· οὐ μεμπτὴ γὰρ, ὡς ἐμοὶ φαίνεται. ΛΥΚ. καλλίστη μὲν, ὦ Πολύστρατε, καὶ πάσαις ταῖς γραμμαῖς ἀπηκριβωμένη. ΠΟ. μὴ δὲ τούτου, ἡ τῆς σοφίας καὶ συνέσεως εἰκὼν γραπτέα. δεήσει δὲ ἡμῖν ἐνταῦθα πολλῶν τῶν τοιούτων, ἀρχαίων τῶν πλείστων, ἑνὸς μὲν καὶ αὐτοῦ Ἰωνικοῦ. γραφῆς δὲ, καὶ δημιουργοὶ αὐτοῦ, Αἰσχίνης, Σωκρατικὸς ἑταῖρος, καὶ αὐτὸς Σωκράτης, μιμητικώτατοι τεχνιτῶν ἀπάντων, ὅσοι καὶ μετ' ἔρωτος ἔγραφον. τοῦτο δὲ ἐκ τῆς Μιλήτου ἐκείνην Ἀσπασίαν, ἣ καὶ ὁ Ὀλύμπιος θαυμασιώτατος καὶ αὐτὸς σοφιστῶν, οὐ φαύλην συνέσεως τοῦτο παράδειγμα παρεθέμην, ὁπόσον ἐμπειρίας πραγμάτων, καὶ ὀξύτητος ἐς τὰ πολιτικὰ, καὶ ἀγχινοίας, καὶ δριμύτητος ἐκείνη παρεσιῶ, τοῦτο πρῶτον ὅτι τοῦ ἡμετέραν εἰκόνα μεγαλαγωμένην ἀκριβῶς τῇ σάθμῃ. πλὴν ὅσον ἐκείνη μὲν σὺν μικρῷ πινακίῳ ἐγέγραπτο, αὕτη δὲ καὶ λοιπὰ ὅσα μέγεθος ἔχει. ΛΥΚ. πῶς τοῦτο φῄς; ΠΟΛ. ὅτι, ὦ Λυκῖνε, οὐκ ἰσομεγέθεις εἶναι φημὶ τὰς εἰκόνας, ὁμοίας οὔσας· οὐ γὰρ ἴση, οὐδὲ ἐοικὼς Ἀθηναίων ἡ τότε πολιτεία, καὶ ἡ παροῦσα τῶν Ῥωμαίων δύναμις. ὥστε εἰ καὶ τῇ ὁμοιότητι ἡ αὐτὴ, ἀλλὰ τῷ μεγέθει γε ἀμείνων αὕτη, ὡς αὖ ἐπὶ πλατυτάτου πίνακος κεχαραγμένη. δεύτερον δὲ καὶ τρίτον παράδειγμα,

A Et sanè ita pingatur, vt omnia bona comprehensim possideat, quibuscunque Helicon affatim atque abundanter affluit: nequaquam verò vt Clio aut Polymnia, aut etiam vt Calliope, vtque omnes aliæ, quarum vnaquæque vnius tantùm rei perita excellenter præcellit: verùm nostra omniũ ex æquo gnara & prudens sit: præterea nec minùs Mercurij atq; Apollinis dotibus prædita sit. Quæcunque enim poëtæ lepidissimis celebrata versiculis in lucẽ dederunt, quæcũque à scriptoribus classicis, literis ac memorię prodita sunt, quæcunque philosophi extulerunt laudibus, hisce simul omnibus imago præ-
B clarissimè exornata sit. Neque verò tantùm penicillo obiter colorata, sed pigmentis penitus imbuta, & ad satietatem vsque tincta sit. Et ignoscendum est, si nullum huius picturæ archetypũ queam ostendere: neque enim vspiam in veteribus de eiusmodi absoluta disciplinarum cognitione facta extat mentio. Verùntamen, si videtur, & hæc sacra superis dedicetur: neque enim, vt mea fert ratio, vspiam culpari potest. LVCIA. Elegantissima profectò, ô Polystrate, ac omnibus cùm numeris tum lineis absolu-
C ta. POL. Iam deinceps post hanc ipsius quoque sapientiæ & intelligentiæ imago depingenda est. Opus autem nobis erit ad hanc absoluendam exemplis quamplurimis, præcipuè verò multis veteribus, ac vno quidem, & illo Ionico. Cæterùm pictores & artifices illius erunt Æschines familiaris Socratis, atque ipse etiam Socrates, imitãdi dexteritate omnes longo interuallo post se relinquentes, qui aliqua cũ gratia & Venere vnquam pinxerunt aliquid. Aspasiam porrò illam Milesiam, quâ cum & Olympius ipse maximè admirandus conuersatus est, exem-
D plum intelligentiæ non malum proponentes, quanta rerum peritia, quanto in officiis ciuilibus acumine, quanta denique industria atque solertia perpolita fuerit, hoc omne ad nostram hanc imaginem translatum accurata amussi applicabimus, præterquã quòd illa modica in tabula depicta fuerat, hæc verò colossæa pollet magnitudine. LVC. Quorsum ista dicis? POL. Quoniam ego Luciane, nequaquam æqualiter magnas imagines esse opinor similes existentes. Nequaquam enim similis est vetus Athenicnsium Resp. ac præsens Romanorum potentia. Itaque etsi similitudine illa respondeat, hæc tamen potior est magnitudine, veluti in latissimam depicta tabulam. Deinde secundũ & tertium exemplum, si lubet producamus,

nimirum illam Theano, ac verſificatricẽ Leſbiam, vnà cum Diotima. Theano quidem animi magnitudinem ad picturam conferet: Sappho autem inſtitutę vitæ iucunditatem adferet. Porrò Diotimę non tantùm vt illam laudauit Socrates, ſimilis erit, verùm illi omnibus ingenij ornatiſſimi dotibus comparata reſpondebit. Itaque & hanc Luciane imaginem dedicatam ſuſpende. LVC. Per Iouem Polyſtrate nimiùm admirandam. Sed enim tu ô amice alias quoque benignitatis ac humanitatis imagines perge depingere, quæ morum manſuetudinem, tum placidam erga egentes comitatem conſueuit oſtendere. PO L. Proinde & illa Theani comparetur illi, nempe Antenoris coniugi, neque non Aretæ, & filiæ eius Nauſicaæ: præterea ſi qua alia infortunæ indulgentis affluẽtia animi modeſtiam obtinuit. Deinceps verò poſt hanc Modeſtiæ imago depingatur, ac oſtenſę erga conuerſantem beneuolentię, vt iuxta illam Icari filiam maximè modeſta & pudica ſit, quemadmodum ab Homero adumbrata eſt. Talem enim Penelopes effinxit imaginem, atque etiam per Iouem propter nominis affinitatem, etiam Abradatæ coniugis, cuius paulo antè mentionem fecimus. LVC. Omnibus profectò modis & hanc præclarè abſoluiſti imaginem ô Polyſtrate: iámque fermè exprimendarum imaginum finem attigiſti: nullas enim animi ac laudum partes prætermiſiſti. POL. Nondum omnes: ſummum enim & maximæ laudis caput omiſſum eſt. Dico verò, cùm in tantam rerum magnitudinem euecta ſit, vt neque faſtu ob blandientis fortunæ proſperitatem intumeſcat, neque vltra humanæ ſortis menſuram efferatur, temere fortunæ confidens, ſed ſeruata æquabilitate animi, ſe ipſam cohibeat, nihil procacius aut inſolẽtius, quod aliis foret moleſtię, animo concipiens, ſed vt erga accedentes populariter affecta ſit, ac dextris copulatis eoſdem benignè atque amãter ſuſcipiat. Tãto enim his quibuſcũ ſermonem conferunt, ſunt acceptiores, quãto altiori fortuna euectę, nihil ſuperbi faſtidij, aut contemptus tragici præ ſe ferunt: veluti omnes illi qui ſua potentia non in hoc vtuntur, vt procaciter contemnant alios, ſed potiùs vt benignè aliorũ ſubleuent inopiã, illi ſoli acceptis à fortuna bonis maximè digni habẽdi ſunt: ac ſoli illi inuidentię malum poſſunt effugere.

A Θεανώ τε ἐκείνη, καὶ ἡ Λεσβία μελοποιός, καὶ Διοτίμα ὅπῃ ζωύπαις. ἡ μὲν, ὃ μεγαλόνοια, ἡ Θεανὼ, συμβαλλομένη εἰς τὴν γραφήν· ἡ Σαπφὼ δὲ, ὃ γλαφυρὸν τῆς προαιρέσεως. τῇ Διοτίμᾳ δὲ, οὐχ ἁ Σωκράτης ἐπῄνεσεν αὐτὴν, ἐοικυῖα ἔσῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλλην σωφροσύνην τε, καὶ συμβουλίαν. τοιαύτη σοι καὶ αὐτὴ, Λυκῖνε, ἀπεικάσθω ἡ εἰκών. ΛΥΚ. νὴ Δί', ὦ Πολύκρατε, θαυμάσιος ὅσα. σὺ δὲ, ἄλλας γράφε, τὰς τῆς χρηστότητος, ὦ ἑταῖρε, καὶ φιλανθρωπίας, ἃ ὃ ἥμερον ἐμφανὴς τῷ ζόπου, καὶ
B πρὸς τοὺς δεομένους προσιών. ΠΟ. εἰκάθω οὖν κἀκείνη αὐτὴ Θεανοῖ τε ἐκείνῃ τῇ Ἀντήνορος, καὶ Ἀρήτῃ, καὶ τῇ συγατρὶ αὐτῆς τῇ Ναυσικάᾳ, καὶ εἴ τις ἄλλη ἐν μεγέθει πραγμάτων εὐφρόνησε πρὸς τὴν τύχην. ἑξῆς δὲ μετὰ ταύτην, ἡ τῆς σωφροσύνης αὐτῆς γεγράφθω, ἣ τῆς πρὸς τὸν σύνοικον βουλήσεως, ὡς κατὰ τὴν τῆ Ἰκαρίου μάλιστα εἰς τὴν σωφροσύνην, καὶ τὴν πρόφρονα, ὑπὸ τῆ Ὁμήρου γεγραμμένην. τοιαύτην γὰρ τὴν τῆς Πηνελόπης εἰκόνα σκῆπτος ἔγραψεν, ἡ κατὰ, νὴ Δία,
C κατὰ τὴν ὁμώνυμον αὐτῆς, τὴν τῆ Ἀβραδάτα, ἧς μικρὸν ἔμπροσθεν ἐμνημονεύσαμεν. ΛΥ. παγκάλλιστα καὶ ταύτην, ὦ Πολύκρατε, ἀπειργάσω, κατὰ σχεδὸν ἤδη τέλος σοι ἔχουσιν αἱ εἰκόνες· ἅπασαν γὰρ ἐπελήλυθας τὴν ψυχὴν, καὶ τὰ μέρη ἐπαίνων. ΠΟ. οὐκ ἄπασαν· ἔστι γὰρ τὰ μέγιστα τῶν ἐπαίνων παρειλείπεται. λέγω δὲ ὃ σὺ τηλικούτῳ ὄγκῳ γνώμῃ αὐτὴν, μήτε τύφον ὑπὸ τῇ εὐπραξίᾳ περιβάλλεσθαι, μήτε ὑπὲρ ὃ ἀνθρώπινον μέτρον ἐπαίρεσθαι, πιστεύσασαν τῇ τύχῃ· φυ-
D λάττειν δὲ ὑπὲρ τὴν ἰσοπέδου ἑαυτὴν, μηδὲν ἀπειρόκαλον ἢ φορτικὸν φρονοῦσαν, καὶ τοῖς προσιοῦσι δημοτικῶς τε, καὶ οὐκ ἐν τῷ ὁμοίου προσφέρεσθαι, καὶ δεξιώσεις, καὶ φιλοφροσύνας φιλοφρονεῖσθαι. τοσούτῳ γὰρ ἥδιον τοῖς προσομιλοῦσιν, ὅσῳ καὶ τοσῷδε μείζονος ὄμφης γενόμενα, τοσόνδε πραότητα ἐμφαίνουσιν· ὡς ὁπόσοι τῷ μέγα δύνασθαι μὴ πρὸς ὑπεροψίαν, ἀλλὰ πρὸς εὐποιΐαν, ἐχρήσαντο, ὅτοι καὶ ἄξιοι μάλιστα τῶν παρὰ τῆς τύχης δοθέντων ἀγαθῶν ὤφθησαν. καὶ μόνοι δὴ οὗτοι δικαίως τὸ ὑπέρογκον ἀφέφυγεν. οὐ-

δεὶς γὰρ ἂν φθονήσαι τῷ τοιούτῳ, ὦ μετεωρίζοιτο ὅτι τοῖς ἀτυχήμασιν αὐτὸν ὁρᾷ, καὶ μὴ κατὰ τὸν Ὁμηρικὸν ἄτλον ἐκεῖνον ἐπ' ἀνδρῶν κεφάλας βεβηκότα, καὶ ὑποδεέστερον πατοῦντα. ὅταν οἱ ταπεινοὶ τὰς γνώμας, πάροισιν ἀπειρηκαλίᾳ τῆς τύχης· ἐπειδὴν αὖθις ἡ τύχη μηδὲν τοιοῦτον ἐλπίσασι, ἄφνω ἀναβιβάσῃ ἐς ὑπερόγκους τινάς, καὶ μετάρσιον ὄγκημα, οὐ μένουσιν ὅτι τῶν ὑπαρχόντων, οὐδὲ ἀφορῶσι κάτω, ἀλλ' ἀεὶ πρὸς τὸ αἴσιον βιάζονται. δυσχεραίνω ὥσπερ ὁ Ἰκάριος, ταχέντος αὐτοῖς πάχους τοῦ κηροῦ, καὶ τῶν πτερῶν διαῤῥυέντων, γέλωτα ὀφλισκάνουσιν ὅτι κεφαλὴ εἰς πέλαγη καὶ κλύδωνα ἐμπίπτοντες. ὅσοι δὲ κατὰ τὸν Δαίδαλον ἐχρήσαντο τοῖς πτερυγίοις, καὶ μὴ πάνυ ἐπήρθησαν, εἰδότες ὅτι οὐκ κηροῦ ἀλλ' αὐτοῖς πεποιημένα· ἐπαμύνονται δὲ πρὸς τὸ ἀνθρώπειον πλῆθος, καὶ ἠγάπησαν ὑψηλότεροι μόνον τῶν κυμάτων ἐκθέοντες, ὥστε μηδὲ νοτίζεσθαι αὐτοῖς ἀεὶ τὰ πτερὰ, καὶ μὴ προσέχειν αὐτὰ μόνῳ τῷ ἁλίῳ, οὗτοι δὲ ἀσφαλῶς τε ἅμα καὶ σωφρόνως διέπτησαν· ὅθεν καὶ τούτων ἄν τις μάλιστα ἐπαινέσειε. δυσχεραίνω καὶ ἄξιον πάντων ἀπολαμβάνειν τὸν καρπὸν, ὀλιγωρίων ταῦτά τε αὐτῇ πρόσεστιν ἔχειν τὰ πτερὰ, καὶ ὅτι πλοῦν ὑπερῥεῖν πάλαι. ΛΥΚΙΝΟΣ. καὶ οὕτως, ὦ Πολύστρατε, γινέσθω. ἀξία γὰρ οὐ τὸ σῶμα μόνον, ὥσπερ ἡ Ἑλένη, καλὴ οὖσα, καλλίων δὲ καὶ ἐρασμιωτέρα ἐπ' αὐτῷ τῷ ψυχῷ σκέπουσα. ἔφερεν δὲ ἡ βασιλεὺς τοῦ μεγάλου, χρηστῷ καὶ ἡμέρῳ ὄντι, καὶ τοῦτο μὴ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν, ὁπόσα ἔστιν αὐτῷ, δύσκολον εἶναι, ὡς ἐπ' αὐτῷ καὶ φῦναι γυναῖκα τοιαύτην, καὶ συνοδεῦσαι αὐτῷ, ποθεῖν αὐτόν. οὐ γὰρ μικρὸν τοῦτο εὐδαιμόνημα γυνὴ, ᾧτινι ἂν τις εὐλόγως τὸ Ὁμηρικὸν σκῆπτρον εἴποι, χρυσείῳ μὲν αὐτὴν Ἀφροδίτῃ ἐοικέναι τὸ κάλλος, ἔργα δὲ, αὐτὴν Ἀθηναίᾳ ἰσοφαρίζειν. γυναικὶ γὰρ σοφῇ οὐκ ἂν τις ῥᾳδίως ἐμβλέψειε αὐτῇ, οὐ δέμας, οὐδὲ φυὴν, φησὶν Ὅμηρος,

A Nemo enim facilè ei fortunato inuidebit, quem prosperis rebus affluentibus moderato vtentem animo conspexerit, neque iuxta Aten Homericam illam super hominum capita incedentem, ac inferiorem calcantem. Quod plerunque euenire solet iis qui humili atque abiecto sunt animo, fortunæ arridentis procacitate intemperanter efferati. Postea enim quàm à fortuna nil tale sperantes, ex improuiso sublimes in currum quēdam volatilem euecti sunt: intra fortunæ mediocritatē consistero nequeunt, neque deorsum elatos torquent oculos, sed semper nituntur in arduum. Quare non ratò vel- *Iliad. 7.*

B vti Icarus liquefacta illis quàm celerrimè cera, ac alis defluentibus, pet pręceps in marinos fluctus deuoluuntur, spectatoribus risum exhibentes. Quotquot autem instar Dædali, alarum vtuntur remigio, neque admodum in sublime elati volant, certè quòd alæ ex cera illis conglutinatæ sunt, rerum autem abundantiam ad humanæ vitæ societatem subleuādam expromunt, neque non contenti sunt saltem ab vndis paulo altiores inferri, adeò

C vt crebrò etiā alas volando humefaciant, nec solis æstui & feruoribus casdē liquefaciendas exhibent, illi tutò iuxta ac moderatè volatu vtūtur: quem cursum quispiam & in hac maximis efferre laudibus iure optimo possit. Quocirca digniſſimū etiam ab omnibus fructum percipit, optantibus vt hæ alæ quamdiutiſſimè illi permaneant, bonis subinde affatim affluentibus. LVC. Sic quidem fiat, ô Polystrate: neque enim corporis venustate solùm conspicua est, vt Helenam admiranda forma fuisse cōstat: sed animo quoque lepido & amabili talibus expolita dotibus spectantes ad se allicit. Digna verò magno illo rege, māsueto existente & af-

D fabili, habenda est, vt hac quoque præcipua fœlicitatis parte cū alijs bonis innumeris quibuscunq; amplissimè instructus est, fruatur: vt sub illius imperio ea quoque forma & virtute mulier nata sit, & quę cum illo cōuersans arctissimo desiderio eum cōplectatur. Quippe haudquaquam mediocris fœlicitatis mulier existimanda est, de qua aliquis Homericum illud cōmodissimè dicere possit, quòd cum aurea Venere de formositatis palmario contendere possit, ingenioſis autem operibus Mineruam æquiparare. Neque facilè quispiā ex omni mulierum numero aliquam illi comparabit, neque corporis neque ingenij gloria, vt idem ait Homerus,

neque item mente, & artificiosis operibus. POL. Vera sunt quæ dicis, ô Luciane. Quare si consultum factu tibi videtur, commixtis iam in vnum imaginibus, & ea quam tu corporis effinxisti, & iis quibus ego mentis ingeniíque dotes adumbraui, vnam ex omnibus compositam collecto libello omnibus contemplandam admirandámque exhibeamus, & iis qui hoc ætatis degunt apud superos, tum etiam illis qui paulo pòst futuri sunt. Itaque longè, vt mea fert opinio, hæc erit stabilior & diuturnior, quàm vlla fuit aut Apellis imago, aut Parrhasij, aut Polygnoti. Eáque ipsa multo plus gratiæ spectantibus exhibuit, quatenus non ex ligno aut cera aut coloribus formata, sed solertia atque industria à Musis ad hoc adscitis expressa est: quæ haud dubiè imago omnium accuratissimè absoluta futura est, & corporis elegantiam, & virtutes animi iuxtà contemplandas ostendens.

A οὔτ' αὖ φρένας, οὔτέ τι ἔργα. ΠΟΛΥ. ἀληθῆ φῄς, ὦ Λυκῖνε, ὥστε εἰ δοκεῖ, ἀναμίξαντες ἤδη τὰς εἰκόνας, ἣν τε σὺ ἔπλασας, πλὴν τοῦ σώματος, καὶ αὖ ἐγὼ τῆς ψυχῆς ἐγράψαμεν, μίαν ἐξ ἁπασῶν σκεψόντες, βιβλίον καταθέμενοι, προθῶμεν ἅπασι θαυμάζειν, τοῖς γε νῦν οὖσι, καὶ τοῖς ὑστερον ἐσομένοις. μονιμωτέρα γοῦν τῆς Ἀπελλοῦ, καὶ Παρράσιου, καὶ Πολυγνώτου γράφοιτ' ἄν, καὶ αὐτὴ σκεύη τοσοῦτον τῆς τοιούτων κεχαρισμένη, ὅσῳ μὴ ξύλου, καὶ κηροῦ καὶ χρωμάτων πεποίηται,
B ἀλλὰ παῖς τοσῇδε Μουσῶν ὀπυίοιας εἴκασαι, ἥτις ἀκριβεστάτη εἰκὼν γράφοιτ' ἄν, σώματος κάλλος, καὶ ψυχῆς ἀρετὴν ἅμα ἐμφαίνουσα.

ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΕΙΚΟΝΩΝ.

PRO IMAGINIBVS. Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

Apologia hæc est eorum quæ superiore dialogo, nimio extollendi studio, vltrà quàm decet, ac pium est, de Panthea dicta videri poterant. Priore igitur loco Polystratus accusationem ac reprehensionem Pantheæ recenset, quæ hisce duobus capitibus potissimùm continetur. Primò, quòd immodicè ac nimiùm illã laudarit Lucianus. Deinde quòd etiam cum Dijs illam compararit: quorum prius contra modum atque officium verè laudantium sit, & adulatoris specië pr.e se ferat: alterum verò etiam impium, & periculosum, & ab illius natura & ingenio alienum: adeóque contraria sibi ipsi facere Lucianum, qui cùm tantùm illius modestiã prædicet, interim vltra Deos eandem efferat. Hanc accusationem postea etiam ex sua persona confirmat Polystratus, hortatúrque vt scriptum siue encomium hoc mutet. Ad quæ Lucianus ita respondet, primùm, vt dicat se neque adhucdum satis laudasse illam, nedum nimiùm: & quicquid huius fecerit, ex libertate atque officio laudatorum feciſſe: neque hoc adulatorum esse: nam alia ratione alióque fine adulatores laudare, atque verè laudantes: eáque omnia exemplis ac rationibus ostendit. Alterum autem, quòd illam cum Diis contulerit, ita defendit, non esse in eo aliquam impietatem, aut insolentiam. Neque enim illam cum Diis ipsis, sed cum eorum imaginibus ac statuis comparasse. Deinde etiamsi hoc feciſſet, aliorum tamen exempla extare, quibus factum hoc suum tueatur, qui non modò homines cum Diis contulerint, sed & Deorum nomina sibi vsurparint. Ideóque non esse periculum hinc aliquod metuendum, cùm idem antea tam multi etiam philosophi fecerint.

POLYSTRATVS. LVCIANVS.

POLYSTRATVS. EGO, Luciane, inquit mulier, aliàs quidem magnam tuam erga me beneuolentiam euidenter perspexi: tum etiam honorē ex libello edito per te mihi habitum, nō obscurè animaduerti. Neque enim ita effusè quispiã me laudaret, nisi beneuolētia adductus talia scri-

C Γώσοι, ὦ Λυκῖνε, φησὶν ἡ γυνὴ, τἀμὲ ἄλλα, πολλὴν εὐδοκιμήσεως τὴν εὔνοιαν τοῦ ἐμὲ, καὶ πρώην ἐκ τοῦ συγγράμματος. ἐγὼ γὰρ οὐ οὕτως ἀφειδὴς τις, εἰ μὴ καὶ μετ' εὐνοίας σπου-

γράφετο. Ὃ γὴ ἐμὲν ὡς αὖ εἰδῇς, τοιόνδε ἐστίν· ἀ-
δὲ ἄλλως μὲν χαίρω τοῖς κολακικοῖς τὸν τρό-
πον, ἀλλά μοι δοκοῦσιν οἱ τοιοῦτοι, ῥᾴστης ἕνεκα,
ἧκιστα ἐλεύθεροι τὴν φύσιν. ἐν γὴ τοῖς ἐπαίνοις
μάλιστα, ὅταν τις ἐπαινῇ με, φορτικὰς καὶ ὑ-
περμέτρους ποιούμενος τὰς ὑπερβολάς, ἐρυθριῶ
τε, καὶ ὀλίγου δεῖν ὑπιφέρομαι τὰ ὦτα, καὶ ὁ
τρόπος χλιδὴν μᾶλλον ἢ ἐπαίνῳ ἐοικέναι
μοι δοκεῖ. μέχρι γὰρ τοῦ δε, οἱ ἔπαινοι ἀνεκτοί
εἰσιν, εἰς ὅσον αὖ ὁ ἐπαινούμενος γνωρίζῃ ἑαυ-
τὸν τῶν λεγομένων τρόσω ἐόντα. Ὃ δὲ καὶ
τοῦτο, ἀνήκεστον ἤδη, καὶ κολακεία σαφής. καίτοι
πολλὰς οἶδα, ἔφη, χαίρουσας, εἴ τις αὐτὰς ἐ-
παινοῖ, καὶ ἃ μὴ ἔχουσι προσαπτοι τοῦ λόγου·
οἶμαι, εἰ γρᾶς οὔσας, δαιμονίζοι τῆς ἀκμῆς· ἢ
ἀμόρφους ὄντας, ὁ Νιρέως κάλλος, ἢ ὁ Φάωνος
τρεπτείη. οἴονται γὰρ καὶ τῷ ἐπαίνῳ ἀνηβᾶν
σοφίσματι καὶ τὰς μορφὰς, καὶ αὖθις αὐτὴν
ὁδὸν αὖτις, ὥσπερ ὁ Πελίας φέτο. Ὃ γὴ, οὐκ ἄτοπα
ἔλεγεν. πολλῷ γὰρ αὖ ὁ ἔπαινος ἐμοὶ τίμιος, εἴ τι καὶ
ἔργον αὐτὸν ἀπολαβεῖν δύναιτο ἐμὲ τῆς
τοιαύτης ὑπερβολῆς. νῦν γὴ, ὁμοίον μοι δοκεῖ-
σιν, ἔφη, πάσχειν, ὥσπερ αὖ εἴ τινι ἀμόρφῳ τρο-
σωπεῖον καλὸν μορφὴν ἐπιθεῖτο τις φέρων, ὁ γὴ μέ-
γα ὑπὸ τῷ κάλλει φρονοίη, καὶ ταῦτα, τοιαύ-
της ὄντι, καὶ ὑπὸ τοῦ τυχόντος συντεθρύφθαι
δύναμθαι. ὅτε καὶ γελοιότερος αὖ φαίνοιτο, αὖθις
τρόσωπος φανείς, οἷος ὢν ὑφ' οἵῳ κέκρυπτο· ἢ
καὶ, ἐν Διΐ, εἴ τις ὑποδηταίμενος κολοβρύης, μι-
κρὸς αὐτὸς ὤν, ἐρίζοι τοῖς μετέθυς τοῖς ἀπὸ
ἰσοπέδου ὅλῳ πήχει ὑπερέχουσιν. ἐμέμνητο
γὰρ καὶ τινός· ἔφη γυναικά τινα τῶν ὑπερ-
φανῶν, καὶ μὰ δία, καλὴν καὶ κόσμιον, μικρὸν
γὴ, καὶ πολὺ τοῦ συμμέτρου ἀποδέουσαν, ἐπαφ-
θῆναί τρός τινος ποιητοῦ ἐν ἀσμασι, τότε δία,
καὶ ὅτι καλή τε καὶ μεγάλη ἦν· αἰχείρῳ δ' αὐτῆς
εἴκαζεν ὀκτώνους ὄβριμές τε, καὶ ὄρθιον. τὴν
μὲν δὴ γαύνυσθαι ἐπαινῷ, καθάπερ αὐξα-
νομένην τρὸς ὃ μέγος, καὶ τὴν χεῖρα ὑπιπτεύειν.

beret. At vt nescius non sis quo ego sim animata animo, sic de me planè persuasum habe: Neque aliàs quidem hominibus ad assentandum eruditis gaudere soleo, sed qui sunt eiusmodi, subdoli prestigiatores mihi esse videntur, ac minimè natura liberi. Cæterùm in laudibus quoties quispiam præter modum me extulerit, modestis ac immoderatis amplificationibus attollens atque exaggerans omnia, pudore quodã afficior, nec parum abest quominùs ferè semper aures obstruere soleã. Eáq; res subsannatione magis & risu quã laude mihi digna videtur. Eatenus enim laudes tolerabiles atque ferendæ sunt, quatenus ille qui laudatur, sibi conscius est, ab his quæ dicuntur, se non discrepare, sed parẽ esse encomio. Quodcunque super hoc additum fuerit, alienum est, & apertæ assentationis suspicione non carebit. Atqui ego permultos noui, inquit, quibus voluptati est si quis eos laudibus cohonestans, etiam ea orationi adiecerit, à quibus longè latéque alieni sunt, veluti si quis confectæ ætatis vetulos ob iuuenilium annorum vigorem felices pronunciauerit: aut illis qui informi sunt corpore, Nirei aut Phaonis adiũgat pulchritudinem. Siquidem arbitrantur immodicis laudũ testimoniis suas formas immutatum iri, & senem denuo repubescere: qua in opinione Peliam quoque fuisse non sum ignara. Hoc verò longè secus se habet: nã laus res esset quantiuis precij, si illa quoque re perinde frui possemus ex eiusmodi dementiente superiectione. Iam verò tale quiddam mihi pati videtur, inquit, ita falsò laudati, ac si quis cuipiam turpi facie atque deformi, laruam admodum venustam afferens apponat, porrò ille ob pulchritudinem sibi vehementer placeret; præsertim cũ hæc ab illo auferri possit, & ab occurrente cõminui: vnde maiori quoque risu subsannandus foret, natiuæ faciei deformitate detecta, quã adscititia forma occultauerat. Aut per Iouem, si quis pusilla statura existens, indutis cothurnis super magnitudine contendat cum iis qui toto cubito ex æquo illi collati eum excederent. Mentionem faciebat & huiusmodi cuiuspiam. Aiebat, mulierem quandam ex matronis primariis, aliàs quidem pulchram & lepidam, corpore autem pusillam, & cui multum de iustæ staturæ mensura deesset, à quodam poëta carminibus celebratam, cùm ob alias quidem virtutes quamplurimas, tum quòd forma esset scitula, & corpore magno & prægrandi: cuius staturam & longitudinis rectitudinem assentator ille Populo conferre non dubitabat. Cæterùm illam laudum illecebris vehementer lætatã esse, quasi mendaci carminis assentatiuncula aliquid exiguo corpusculi modulo accessisset; manúmque gestiendo concussisse:

porrò autem poëtam hoc illi crebriùs oc- A cinuiſſe, cùm videret mulierem laudibus vehementer delectari: donec quiſpiam ex præſentibus admoto ad aurem eius capite, dixiſſet illi, Deſine ô amice, ne mulierem etiam exurgere facias. Non diſſimile quiddam huic, multo tamen magis ridiculum, affirmabat feciſſe Seleuci vxorem Stratonicen, quæ poëtis oblato talento certamen propoſuit, quicunque maiori arte atque ingenio eius comam laudibus illuſtraſſet. Atqui caput habe- *Stratonices caluitium.* bat turpi deformatum caluitio, cui ne pauci quidem capilli inerant. Sed enim cùm deformiter calua eſſet, omnibus exploratum habentibus, ex diuturno morbo ægrotanti capillos defluxiſſe, nihilo ſecus tamen audiebat à poëtis execrandis illis aſſentatoribus, hyacinthinos illius crines dicentibus, & molles quoſpiã capillorum globos nectentibus, ac apiis nuſquam exiſtentem cæſariem comparantibus. Itaque hæc omnia deridebat, vnde adulãdi materia aſſentatoribus ſuppetit. Addebat præterea, illud nõ in laudibus tantùm vſu venire ſolere, ſed in picturis quoque eaſdem aſſentandi & decipiendi occaſiones homines ſtudiosè quærere. Gaudent enim, inquit, mortales pictoribus, cùm primis verò illis, à quibus paulo formoſiores depicti ſunt. Eſſe autẽ nonnullos, qui eiuſmodi artificibus iniungerent etiam, vt aut aliquid deformitatis aut magnitudinis naſo detraherent, aut oculorum nigritiem atriorem depingerent, aut aliud quiddam quod ſuæ formæ adiectũ concupiuerint. Deinde fraudulenter imponunt alienas imagines coronantibus, quæ nullo modo illis reſpondent ſimilitudine. Hæc atque eiuſmodi dicere ſolebat, alia quidem in libello tuo collaudans, hoc vnum autem minimè ſufferens, quòd illam deabus Iunoni atque Veneri comparaueris. Longè enim iſta me, ait, aut potiùs omnem humanam naturam excedunt. Cæterùm egò ne illud quidem vnquam in votis habui, vt priſcis heroidibus, nimirum Penelopę & Aretæ & Theani, meam formam conferret: tantum abſit vt Deabus omnium maximis & præſtantiſſimis comparari poſtularim. Etenim vehementer, inquit, res diuinas horreo, atq; ſuperſtitioſo animo reuereor. Itaque periculum eſt, ne vt Caſſiepéa eam laudẽ cupidè ac deſideranter affectaſſe videar. Atqui Nereidibus hæc tantùm formæ præſtantia opponebatur, Iunonem & Venerem religiosè coluit. Quocirca, Luciane, iſta te facta recantatione iuſſit tranſcribere, aut ipſas Deas teſtatura eſt hæc ipſa ſe inuita per te ſcripta eſſe.

τὸν ποιητὴν τε πολλάκις ὃ αὐτὸ ἄδην, ἐρᾷ ὑπὸ ὡς ἥδιστο ἐπαινεμένην, ἄχρι δὴ τῶν παρόντων τινὰ προσκύψαντα πρὸς οὖς, εἰπεῖν αὐτῷ, Πέπαυσο, ὦ οὗτος, μὴ δὲ ἀναστῆναι ποιήσῃς τὴν γυναῖκα. τοῦτο μὲν πλησίον ἦν, καὶ μακρῷ τούτου τελειότερον, Στρατονίκην ποιῆσαι, τὴν Σελεύκου γυναῖκα. τοῖς γὰρ ποιηταῖς ἀγῶνα προθεῖναι αὐτὴν περὶ παλαίστου, ὅστις αὐ ἄμφιον ἐπαινέσαι αὐτῆς τὴν κόμην· κεῖται φαλακρὰ ἐτύγχανεν οὖσα, καὶ οὐδὲ ὅσας ὀλίγας ἂς ἑαυτῆς τρίχας ἔχουσα, καὶ ὅμως οὕτω διακειμένη τὴν κεφαλήν, ἁπάντων εἰδότων ὅτι οὐ νόσῳ μαχεσᾶς τοῦτο B ἐπεπόνθει, ἤκουε τῶν καταρατῶν ποιητῶν, ὑακινθίνας μὲν τὰς τρίχας αὐτῆς λεγόντων, καὶ ἄλλας τινὰς πλοκάμους ἀπαπλεκόντων, καὶ στελίνοις μὲν δὲ ὅλως οὔσας εἰκαζόντων. ἀπιθάνων οὖν τῶν τοιούτων καταλήψεως, τῶν προσχόντων αὐτοῖς τοῖς κόλαξι, καὶ προσετίθει ὅτι μὴ οὐκ ἐπαίνοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν γραφαῖς τὰ ὅμοια πολλοὶ κολακεύεσθαί τε, καὶ ὀξαπατᾶσθαι θέλουσι. χαίρουσι γοῦν, ἔφη, τῶν γραφέων ἐκείνοις μάλιστα, οἳ αὐτοῖς τὸ εὐμορφότερον αὐτοῖς εἰκάσουσιν· εἰ δέ τινας, οἳ καὶ προσγράψουσι τοῖς τεχνίταις, ἢ ἀφελεῖν τι τῆς ῥινὸς, ἢ μελανίτερα γράψαι τὰ ὄμματα, ἢ ὅ, τι αὐ ἄλλο ὑπομνήσουσιν αὐτοῖς προσφυές, εἶτα λαθάνειν αὐτοὺς δηλονότι εἰκόνας στεφανοῦσας, καὶ οὐδὲν αὐτοῖς ἐοικυίας. ταῦτα γοῦν καὶ τὰ τοιαῦτα ἔλεγε, τὰ μὲν ἄλλα ἐπαινῶν τῆς συγγράμματος, ἓν δὲ τοῦτο οὐ φέρουσα, ὅτι θεὰς αὐτὴν, Ἥρᾳ καὶ Ἀφροδίτῃ, εἰκάσας. ὑπὲρ ἐμὲ, γάρ, φησι, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ ἅπασαν αὐθρωπίνην φύσιν τὰ τοιαῦτα. ἐγὼ δέ σε οὐδ' ἐν φρασὶ ἠξίωσα, τῆς ἡρωίναις παραγράψαι με, Πηνελόπῃ, καὶ Ἀρήτῃ, καὶ Θεανοῖ, οὐχ ὅπως θεαῖς τῆς ἐρίσαις, καὶ γὰρ αὖ καὶ τόδε πάνυ ἔφη, τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς, δεισιδαιμόνως καὶ φοβερῶς ἔχω. δέδοκα τοίνυν μὴ κατὰ τὴν Κασσιέπειαν εἰ δόξω, τὸν τοιοῦτον ἔπαινον παρασιεμένη. κεῖται Νηρηΐσιν ἐκείνη αὐτεξετάζετο, Ἥρᾳ δὲ καὶ Ἀφροδίτην ἔστεργεν. ὥστε, ὦ Λυκῖνε, μεταγράψαι σε τὰ τοιαῦτα ἐκέλευσεν, ἢ αὐτὴ μὲ μαρτύρασθαι τὰς θεὰς, ὡς ἀκούσης αὐτῆς γεγραφας.

σε δὲ

πὶ δὲ εἰδέναι ὅτι ἀπλάστῳ αὐτῷ τὸ βιβλίον, οὕτω τῶν ἐνόσουν ὡς τοῦ νῦν σοι δηλωθέντος, ἢ μάλα βλασφήμως τοὺς θεοὺς ἐδόκει τε αἰσθήμασιν ἑαυτῆς, καὶ πλημμέλημα τοῦτο δόξειν, εἰ ὑπολαμβάνοι τὴν ἐν Κνίδῳ τὴν ἐν Κῆποις ὁμοίαν λέγεσθαι. καί σε ὑπεμίμνησκε τῶν τελευταίων ἐν τῷ βιβλίῳ περὶ αὐτῆς εἰρημένων, ὅτι μετρίαν καὶ ἄτυφον ἔφης αὐτῷ, οὐκ αἰσχυνομένην τοῦ ἀνθρωπίνου μέτρου, ἀλλὰ τοῦ σχήματι τῷ τῶν ποιημάτων. ὁ δὲ, ταῦτα εἰπὼν, ὑπὲρ αὐτὸν τὸν οὐρανὸν ἀναβιβάζεις τὴν γυναῖκα, ὡς καὶ θεᾶς αὐτῷ ἀπεικάζειν. ἧττόν δέ σε μηδὲ ἀξιοῦντα τὸν Ἀλέξανδρον, ὃς τὸν ἀρχιτέκτονα ὑπερηφανοῦντα τὸν Ἄθων ὅλον μεγαλομανίᾳ, καὶ μορφώσειν πρὸς αὐτὸν, ὡς ὁ ὄρος ἄπαν εἰκόνα γλύφασθαι τῆς βασιλέως, ἔχοντα δύο πόλεις ἐν ταῖν χερσῖν, οὐ προσήκατο τὴν περιττείαν τῆς ὑποσχέσεως, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτὸν ἡγησάμενος τὸ τόλμημα, ἔπαυσε τὸν ἀνδριάντα, καὶ πιθανὸς κολακεύειν ἀπλάστοτα, καὶ τὸν Ἄθω χῶν χώραν ἐᾶν ἐλθεῖν, μηδὲ καταμικρύνειν ὄρος οὕτω μέγα πρὸς μικρὸν σώματος ὁμοιότητα. ἐπῄνεσε δὲ καὶ τὸν Ἀλέξανδρον τῆς μεγαλοψυχίας, καὶ ἀνδριάντα μείζω τούτου τοῦ Ἄθω ἐλέγχειν ἀπὸ ἀνεσάντα, ἐν ταῖς τῶν ἀεὶ μεμνησομένων δόξαις· καὶ γὰρ μικρᾶς εἶναι γνώμης ὑπερεκδύειν ὕστερον δόξαν τιμῆς. καὶ ἑαυτῷ οὖν τὸ μὴ πλάσμα σου ἐπαινεῖν, ἐν τῷ ὑπείκειν τῇ εἰκόνι, μὴ γνωρίζειν δὲ τὴν ὁμοιότητα· μὴ γὰρ εἶναι τῶν τηλικούτων ἀξίαν, μηδὲ ἐγγύς, ὅτι μηδὲ ἄλλην τινὰ γυναῖκά γε ἔσεσθαι. ὥστε ἀφίησί σοι ταύτην τὴν τιμὴν, καὶ προσκυνεῖσθαι σου τὰ ἀρχέτυπα σχήματα. σὺ δὲ, τὰ ἀνθρώπινα ταῦτα ἐπαινῶν αὐτῷ, μηδὲ ὑπὲρ τὸν πόδα ἔχειν τὸ ὑπόδημα, μηδὲ ὀπίσω μίσῃ μέ, φησὶν, ἐμπεσεῖν τῷ ἀνδρί. καὶ ἐκεῖνο δέ σοι εἰπεῖν ἐπετέλλατο, Ἀκούω, ἔφη, πολλῶν λεγόντων (εἰ δὲ ἀληθῆς, ὑμεῖς οἱ ἄνδρες ἴστε) μηδὲ Ὀλυμπιάσιν δόξαι τοῖς νικῶσι μείζους τῶν σωμάτων ἀνεσάναι τοὺς ἀνδριάντας, ἀλλ' ὀπιμελεῖσθαι τοὺς Ἑλλανοδίκας,

A Te autem scire voluit, quòd libello non mediocriter diserucietur, ita propalam obambulante vt nunc is à te informatus est, non nimiùm pie neque sanctè admodum Deorum cultum perdocens. Existimabat verò ab omnibus se visum iri non vulgari peccato obnoxiam, si sustineret Veneri Gnidiæ aut Hortensi se dici similem. Quare te eorum quæ libelli tui in extremis à te de illa prolata sunt, iussit vt submonefacerem, quibus eius animi moderationem omnis fastus nesciam testatus es, quippe quæ super humanam mensuram semet non efferret, sed terræ vicina seruata mediocritate volaret. His ille
B dictis, nunc sui oblitus super ipsum cœlũ mulierem extollit, Deabus illam assimilans. Postulat verò à te ne semet Alexandro incogitantiorem esse putes, qui architecto quopiam pollicente se Atho totum trãsformaturum, & ad eius simulachrum accõmodaturum, vt totius mõtis vastissima moles regis effigiem obtineret, duas in manibus vrbes habentem: tam prodigiosis pollicitationibus non accessit animo, sed opus architecti viribus maius esse opinatus, hominis temerariã audaciam compescuit, non admodum
C credibiliter Colossorum magnitudinem effingendo assequentem. Iussit itaque vt suo loco Atho intactum relinqueret, neque montem ita magnum ad tam parui corpusculi similitudinem imminueret. Laudabat autem Alexãdrum animi magnitudinis, dicẽs illum sibi hoc facto maiorem statuã quàm Atho erexisse in hominum animis, apud quos eius rei memoria nunquã esset intermoritura: neque enim pãrui aut abiecti erat animi, honorẽ adeò amplũ atque inusitatum contẽnere. Quin se quoque tuum figmentũ laudare aiebat, neque non imaginum indu-
D stiam admirari: cæterùm similitudinem non agnoscere. Quippe nequaquam dignam esse tãtis ac talibus, & minimè harum esse affinem, sed ne aliam quidẽ mulierem vllam ad eas posse aspirare. Itaque libenter tuos admirandos honores ei habitos tibi remittit, téque orat vt natiuo ac proprio archetypo suam faciem adumbres, vtque humano more illã laudibus illustres, neque pedis modum excedat calceus: ne os quoque mihi, inquit, fortè illi occurrenti obturet. Illud quoque vt tibi exponerem, mihi in mandatis dedit. Audio, inquit, multis confirmantibus (num autem verum sit, vobis viris exploratè compertum) neque victoribus Olympicis maiores corpore statuas erigi concessum esse, sed curæ esse Hellanodicis,

vt ne vnus quidem veritatem excedat temere, atque exactissimè statua expendatur ad athletæ certamen & corporis quantitatem. Quocirca tibi videndum est, inquit, neeunde mentiendi causſam ſumamus in menſura, ac deinde Hellanodicæ veſtram ſubuertant imaginem. Hæc profectò ab ipſa dicta ſunt. Cæterùm, tu Luciane, eam cogitationẽ ſuſcipe, vt diligenter conſideres, quo pacto libellum mutatum aliter exornes, eáque auferas, ne impietate adductus in Deos flagitiosè pecces, veluti ipſa omniũ grauiſſimè iſta tulit, ac planè inter legẽdum inhorreſcebat animo, ac deas vt ſibi eſſent propitiæ, ſuppliciter precabatur. Et ſanè ignoſcendum eſt ſi muliebre quiddam paſſa eſt. Atqui ſi veritas non diffitenda eſt, ego mihi ipſe tale quiddam dixiſſe viſus ſum. Quippe initiò audiens delictum non animaduerti, oculos in ſcripta defixos habens. Poſtea verò quàm illa mihi fecit indicium, incipio & ipſe ſentire de illis non diſſimilia. Ac propemodum conſimile quiddam paſſus ſum, quod in iis quæ intuemur, ſæpenumero nobis euenit. Cõtemplantes enim quippiam in propinquo ſub ipſis oculis conſtitutum, nequaquam accuratè peruidere poſſumus: at ſi iuſto interuallo diſiuncti illud intuemur, omnia liquidiùs comparent obtutui, & quæ bene, & quæ ſecus ſe habuerint. Iam hãc hominem exiſtentem Iunoni conferre ac Veneri, quid aliud eſt quàm præfractè eleuare tantarum Dearum exiſtimationem? Siquidem in eiuſmodi comparationibus, non tam quod modicum eſt, collatione creſcit & maius fit, quàm quod maius eſt, imminuitur, dum ad id quod vilius fuerat, pertrahitur. Exempli gratia, ſi duo pariter incederent, alter quidẽ corpore prægrandi, alter verò per ætatem admodum exiguo, penè humi repens, tandem ſi æquandi eſſent, ne alter alterum longitudine excederet: illud nunquam breuiore quantumuis ſemet extendente fiet, etiãſi ſummis pedibus ipſe ſemet arrexerit: At ſi eadem ipſis longitudinis obtinonda eſt æqualitas, maior ille demittat caput neceſſe eſt, ac ſe humiliorem oſtẽdat oportet. Non ſecus in eiuſmodi accidit imaginibus: neque enim perinde tantis incrementis hominis virtus augetur Deo comparati, quàm Dei magnitudo imminuitur, ad id quod vilius eſt, inæqualiter deriuata. Atque ſi quis terreſtrium imperitus ad cœleſtia oratione temere raperetur, minorẽ ille ſuſpicandi cauſsã præſtaret hominibus, hoc à ſe impietatis impulſu factũ eſſe.

A ὅπως μηδὲ εἷς ὑπερβάλληται τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὸν ὀξέπαισιν τῶν ἀνδριάντων ἀκριβεστέραν γίγνεσθαι τῆς τῶν ἀθλητῶν ἐξετάσεως. ὥστε ὅρα, ἔφη, μὴ αἰτίαν λάβωμεν ψεύδεσθαι ἐν τῷ μέτρῳ, καθ' ἡμῶν αἰσχρὸν φάσιν οἱ Ἑλλανοδίκαι τὴν εἰκόνα. Ταῦτα μὲν ἔλεγεν ἐκεῖνα. σὺ δ' σκόπει, ὦ Λυκῖνε, ὅπως μεταχειρίσῃ τὸ βιβλίον, καὶ ἀφαιρήσῃ τὰ τοιαῦτα, μηδὲ σφαλῇς πρὸς ὃ ἦλθον, ὡς ἐκεῖνα πάνυ γε αὐτὰ ἐδυσχέρανε, καὶ ὑπέφειπε μεταξὺ διαγινωσκομένων, καὶ παρῄτητο τὰς θεὰς ἵλεως εἶναι αὐτῇ, καὶ συγγνώμην, εἰ γυναικεῖόν τι ἐπαθε. καίτοι εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ αὐτῷ ἐμοὶ τοιοῦτόν τι εἰπεῖν ἔδοξε. ὃ μὲν γὰρ πρῶτον B ἀκούων, οὐδὲν ἐπελημμέλησα, ἐπορῶν τοῖς γεγραμμένοις. ἐπεὶ δὲ ἐκείνη ἐπεσημήνατο, κἀγὼ αὐτὸς ἀρχόμην τὰ ὅμοια γιγνώσκειν ἐκείνῃ· καὶ πρᾶγμα πλησίον τι ἔπαθον, οἷς ὅτε τῶν ὁρωμένων πάσχομεν. ἰὼ μοί πόθεν εἰσῆλθεν σκεπτόμενόν τι, καὶ ὑπὸ τὴν ὀφθαλμὸν αὐτὴν, οὐδὲν ἀκριβὲς διαγινώσκομεν· ἰὼ δ' ἀποστάντες, ἐν τῷ συμμέτρῳ διαστήματος ἴδωμεν, ἅπαντα σαφῶς καταφαίνεται· τὰ δὲ, καὶ τὰ μὴ C ὅπως ἔχοντα. ὃ δὴ καὶ θεσπέσιον ἦσθημεν, Ἀφροδίτην καὶ Ἥραν εἰκάσαι, τί ἄλλο, ἢ αὐτίκρυς ἐστὶν ὑπελίττειν τὰς θεάς; ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις, οὐχ ὅτων ὁ μικρὸν μεῖζον γίγνεται τῇ παραθέσει, ὡς ὁ μεῖζον ἀποσμικρύνεται, πρὸς ὃ παπεινότερον καθαπτώμενον· οἷ, εἴ τινες ἅμα ἐβαδίζομεν, ὁ μὲν, μέγιστος, ὁ δὲ, πάνυ τῇ ἡλικίᾳ χαμαίζηλος, εἶτα δεήσειεν ἀπισῶσαι αὐτοὺς, ὡς μὴ ὑπερέχοι θατέρου τὸν ἕτερον, οὐ τὸ βραχυτέρου ὑπεραπατεινόμενον τοῦτο γνοίητ' ἄν, καὶ ὅτι μάλιστα ἀκροποδητὶ ἐπεγείρῃ ἑαυτόν· ἀλλ' εἰ μέλλοιεν ὁμήλικες φανεῖσθαι, ὁ μείζων ἐκεῖνος ὀπτικῶς, καὶ παπεινότερον ἀποφανεῖ ἑαυτόν. ὡσαύτως D γὰρ καὶ ἐπὶ ταῖς τοιαύταις εἰκόσιν, οὐχ ὅτως ἄν θεσπέσιος μείζων γίγνεται, ἢν τις αὐτὸν θεῷ ἀπεικάζῃ, ὡς ὃ θεῖον ἀνάγκη ἐλαττοῦσθαι πρὸς ὃ ἀνθρώπειον ὀπτικλώμενον. καὶ εἰ μὲν ὑπὸ ἀπορίας τῶν ὀπτικείων, ὅτι τὰ οὐράνια ἐκτείνοιτό τις τὸν λόγον, ἢ πόνα ἂν ὁ τοιοῦτος αἰτίαν ἔχοι ἀπὸ ἀσεβείας αὐτὸ δρᾶν.

σὺ δὲ τοσαῦτα ἔχων κάλλη γυναικῶν, Ἀφρο-
δίτῃ καὶ Ἥρᾳ εἰκάσαι αὐτὼ ἐτόλμησας, ὃ-
δὲν δεον· ὥστε ὁ ἄγαν τοῦτο καὶ ὀπίφθονον, ἀ-
φαίρει, ὦ Λυκῖνε. ὃ γὰρ τοῖς τοῦ βίου τρόπου ὁ
τοιοῦτον, ὃς οὐδὲ ἄλλως ῥᾴδιός τοῖς ἐ-
παίνοις καὶ προθύμους ὧν ἐτύγχανες· ἀλλὰ
νῦν σὺ οἶδ' ὅπως ἀθρόαν πεποίησαι τὴν
μεταβολὴν, ὑπερβαλλόμενος· καὶ οὐ τοῦ
πέως φθάνομεν, ἅπαντες ἐν τοῖς ἐπαίνοις ἀνα-
πέφηνας. ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνο αἰσχυνθῇς, εἰ
μεταρρυθμιεῖς τὸν λόγον ἤδη ἠλαδεδομένον·
ἐπεὶ καὶ Φειδίαν φασὶν ὕστερον ποιῆσαι, ὁπότε
ἐξεργάσατο τοῖς Ἠλείοις τὸν Δία. φαίνεται γὰρ
αὐτὸν κατόπιν τῶν θυρῶν, ὁπότε πρῶτον
ἀναπετάσας ἐπεδείκνυε τὸ ἔργον, ἐπακούειν
τῶν ἀπιόντων τι, ἢ ἐπαινούντων· ἠτιᾶτο δὲ,
ὁ μὲν, τὴν ῥῖνα, ὡς παχεῖαν, ὁ δὲ, ὡς ὀλι-
γωτέρου τὸ πρόσωπον, ὁ δὲ ἄλλος, ἄλλό
non paucos profectò diuiniores istis ostendero negotiatores, atque inter hos, præcipuos Phœnices, qui non in Pōtum, neque ad Mæotidem vsque, aut Bosporum tantùm, enauigant, verùm quaquauersus Græcum ac Barbarum mare permetiūtur. Hi siquidem omnem oram, & omne littus (vt ita dixerim) perscrutati in annos singulos, extremo demum autumno in suam patriam reuertūtur: quos scilicet ad eandem rationem pro diis habeto, idque etiamsi complures illorum caupones ac salsamentarios esse reperies. TOXA. Audi nunc ô vir admirande, considerāque quanto nos, qui Barbari vocamur, rectiùs vobis de bonis viris sentiamus. Siquidem in Argo atque Mycenis ne sepulchrum quidem vllum insigne videre est Orestis ac Pyladis: apud nos verò & templum ostenditur ambobus illis communiter sacrum, ita vt par erat amicis: & hostiæ offeruntur, reliquúsque omnis honos. Porro quod hospites erant, non Scythæ, id verò nihil obstat quominus boni viri iudicentur: neque enim perpendimus cuiates sint viri honesti ac probi: neque inuidemus, si cùm amici non fuerint, res egregias gesserunt: quin magis admirantes ea quæ patrarunt, ab ipsis factis domesticos ac nostrates illos ducimus. Quod autem potissimùm stupentes in illis viris efferimus, illud est, quòd nobis visi sunt amici inter sese longè optimi extitisse, atque aliis exemplo fuisse, quasique legem statuisse quemadmodum oportet amicos omnem inter se communicare fortunam: simúlque promeruisse vt à Scythis, qui in amicitiæ laude primas tenerent, colerentur. Itaque quæcunque alter cum altero, vel alter pro altero tulit, ea maiores nostri descripta in columna ærea reposuerunt in templo Orestis: ac leges statuerunt, vt ea columna prima esset institutio disciplináque liberis suis, si meminissent quæ in illa essent ascripta. Itaque penè patris quisque sui nomen citiùs obliuisceretur, quàm res gestas Orestis ac Pyladis ignoraret. Quin & in porticu templi eadem quæcunque in columna notantur, priscorum picturis adumbrata visuntur: nempe Orestes vnà cum amico nauigans, deinde fracta inter abruptas cautes ipsorum naue comprehensus, & ad victimā adornatus: iámq; Iphigenia initiat eos. Ex aduerso verò in altero pariete idem iam vinculis exutus, depictus est,

ac Thoantem occidens, multóſque ex Scythis alios. Poſtremò ſoluentes, abducta Iphigenia, ac dea. Porro Scythæ fruſtra ſcapham adoriuntur iam nantem, hęrentes gubernaculis, ac conſcendere conantes. Deinde re fruſtra tentata, alij quidem ex eis ſaucij; alij verò eius rei metu compulſi, natatuſemet in ſolum recipiũt: vbi vel maximè liceat perſpicere quantam alter in alterum beneuolentiam prę-
ſtiterit in conflictu cum Scythis. Fecit enim pictor vtrunque de hoſtibus in ſemet ruentibus ſecurum, propellentem autem eos qui in alterum feruntur, ac præ illo iaculis occurrere conantem, pro nihilóque ducentem ſi intereat ipſe, modò ſeruet amicum, vel ſuo ipſius corpore præueniens excipiénſque ictus in illum intentos. Iam verò tantam illorum beneuolentiam, atque in rebus triſtibus communionem, fidem, humanitatem, veritatem, denique conſtantiam alterius in alterum amoris, hæc haudquaquam humana putauimus eſſe, verùm animi cuiuſdam præſtantioris, quàm pro more vulgarium iſtorum mortalium, qui donec ſecundis ventis nauigatur, amicis indignantur, niſi ex æquo participes fiant rerum lætarum: quòd ſi vel paululum eis venti reflare cœperint, aufugiunt, ſolos in periculis deſerentes. Enimvero & illud noueris, nihil amicitia melius arbitrantur Scythæ, neque eſt in quo Scytha magis glorietur, quàm in adiutandis amicis, communicãdíſque rebus acerbis: quemadmodum neque probrum apud nos maius vllum, quàm amicitiæ deſertorem videri. Has ob res Oreſtem ac Pyladem veneramur, quòd præſtantes extiterint in Scytharum virtutibus, atque in amicitia præcellentes: id quos nos omnium maximè admiramur. Appellationem quoque ex his illorum factis impoſuimus, vt Coraci vocentur, quod quidem noſtra in lingua perinde ſonat, ac ſi quis dicat, Dij amicitiæ præſides.

MNE. Hui Toxaris, profectò non arcu modò valuerunt Scythæ, bellicíſque in rebus cęteris antecelluerunt, verùm videntur & ad orandum perſuadendúmque omnium aptiſſimi. Vnde mihi cùm dudum ſecus videretur, nunc eidem meritò feciſſe videmini, qui ſic Oreſtem ac Pyladem in deorum numerum retuleritis. Verùm illud me fugerat, vir optime, quòd pictor quoque bonus eſſes.

ἐ φονεύων τὸν Θόαντα, ἐ πολλοὺς ἄλλους τῶν Σκυθῶν· ἐ τέλος, ἀποπλέοντες, ἔχοντες τὴν Ἰφιγένειαν, καὶ τὴν θεόν. οἱ Σκύθαι δὲ, ἄλλως ἐπιλαμβάνονται τῶν σκάφους ἤδη πλέοντος, ἐκκρεμαννύμενοι τῶν πηδαλίων, ἐ ἐπιχειροῦντες πειρώμενοι, εἶτ' οὐδὲν αὐτοῖς ὄντες, οἱ μὲν αὐτῶν, τραυματίαι, οἱ δὲ, καὶ δέει τούτου, ἀπονήχονται πρὸς τὴν γῆν· ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα ἴδοι τις ἂν ὁπόσην ἔχουσιν ἀλλήλων εὔνοιαν ἐπιδεικνύμενοι ἐν τῇ πρὸς τοὺς Σκύθας συμπλοκῇ. πεποίηκε γὰρ ὁ γραφεὺς ἐκάτερον, ἀμυνομένων μὲν τῶν καθ' ἑαυτὸν πολεμίων, ἀμυνόμενον δὲ τοὺς ὑπὲρ ἐκείνου ἀπειλημμένους θατέρῳ, καὶ πρὸ ἐκείνου ἀπειλημμένων πειρώμενον τοῖς τοξεύμασι, ἐ πρὸ οὐδενὸς ποιούμενον, εἰ ἀποθανεῖται, σώσας τὸν φίλον, καὶ τὴν ἐπ' ἐκείνου φερομένην πληγὴν προαρπάσας τῇ αὐτοῦ σώματι. τοσαύτην δὲ εὔνοιαν αὐτῶν, ἐ τὴν ἐν τοῖς ὅλοις κοινωνίαν, ἐ ὅ πιστὸν, καὶ φιλέταιρον, ἐ ὁ ἀληθὲς, καὶ βέβαιον τῶν πρὸς ἀλλήλους ἔρωτος, οὐκ ἀνθρώπινα τοῦτα φήθημεν εἶ), ἀλλά τινος γνώμης βελτίονος, ἢ κατ' τοὺς πολλοὺς τούτους ἀνθρώπους, οἳ μέχρι μὲν κατ' ὄργην ὁ πλοῦς εἴη, τοῖς φίλοις ἀγανακτοῦσιν, εἰ μὴ ὁπόσης κοινωνήσουσι τῶν ἡδέων· εἰ δέ τι καὶ μικρὸν ἀντιπνεύσειεν αὐτοῖς, οἴχονται, μόνους τοὺς κινδύνους ἀπολιπόντες. καὶ γὰρ οὖν καὶ τόδε ὅπως εἰδῇς, οὐδὲν Σκύθαι φιλίας μεῖζον οἴονται εἶ), οὐδὲ ἔστιν ἐφ' ὅτῳ ἂν τις Σκύθης μᾶλλον σεμνύναιτο, ἢ ὅτι τῶν συμπονῆσαι φίλῳ ἀνδρὶ, καὶ κοινωνῆσαι τῶν δεινῶν· ὡς τῷ οὐδὲν ὄνειδος μεῖζον παρ' ἡμῖν, τοῦ προδότην φιλίας γεγονέναι δοκεῖν. διὰ ταῦτα Ὀρέστῃ καὶ Πυλάδῃ τιμῶμεν, ἀρίστους νομισθέντας τὰ Σκυθῶν ἀγαθὰ, καὶ ἐν φιλίᾳ διενεγκόντας, ὃ μόνον ἡμᾶς ἀπάντων θαυμάζομεν, καὶ τοιοῦτοι ὅτι τούτοις αὐτοὺς ἐθέμεθα, Κοράκους καλεῖσθαι· τοῦτο δέ ἐστιν, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ φωνῇ, ὡς περ ἂν εἴ τις λέγοι, φίλιοι δαίμονες.

ΜΝ. ὦ Τόξαρι, ὡ μόνον ἄρα τοξεύειν ἀγαθοὶ ἦσαν Σκύθαι, καὶ τὰ πολεμικὰ τῶν ἄλλων ἀμείνους, ἀλλὰ ἐ ῥῆσιν εἰπεῖν, ἀπάντων πιθανώτατοι. ἐμοὶ γοῦν τέως ἄλλως γιγνώσκοντι, ἤδη καὶ αὐτῷ δίκαια ποιεῖν δοκεῖτε, ὅτως Ὀρέστην ἐ Πυλάδην ἐκθειάσαντες. ἐλελήθεις δέ με, ὦ γυναῖε, καὶ γραφεὺς ἀγαθὸς ὤν.

πάνυ γε· ὦ ἀναργῶς ἐπεδείξας ἡμῖν τὰς ἐν A Admodum enim euidenter oſtendiſti
τῷ Ορεστείῳ εἰκόνας, καὶ τὴν μάχην τῶν ἀν- nobis quæ ſunt in Oreſtis templo, pi-
δρῶν, καὶ τὰ ὑπ' ἀλλήλων πεπόνθατα. πλὴν cturas pugnámque virorum, alterique
ἀλλ' οὐκ ἂν οἶμαι ἄν ποτε πεισθῆναι δόξαι pro altero ſuſcepta vulnera. Tametſi
τὴν φιλίαν ἐν Σκύθαις· ἄτε γὰρ ξένους καὶ non putaram amicitiam vſqueadeo cul-
ἀγρίους ὄντας αὐτοὺς, ἔριδα μὲν ἀεὶ σώζειν, tam fuiſſe quondam apud Scythas:
καὶ ὀργὴν, καὶ θυμὸν, φιλίαν δὲ μηδὲ πρὸς τοὺς magis autem, quòd barbari eſſent at-
οἰκειοτάτους ἐπιμαρτύρεσθαι· τεκμαιρόμενος τοῖς que agreſtes, ſimultate quidem, ira, ra-
τε ἄλλοις, ἃ περὶ αὐτῶν ἀκούομεν, καὶ ὅτι κα- biéque perpetuò committi: amicitiam
τεσθίουσι τοὺς πατέρας ἀποθανόντας. ΤΟ. verò ne in familiariſſimos quidem ex-
Εἰ μὲν καὶ τἆλλα ἡμᾶς τῶν Ἑλλήνων, καὶ δι- ercere ſolitos: ídque coniiciens, cùm
καιότεροι τὰ πρὸς τοὺς γονέας, καὶ ὁσιώτεροι ex aliis quæ de illis audimus, tum ex
ἐσμὲν, οὐκ ἂν ἐν τῷ παρόντι φιλοτιμηθείην B hoc, quòd progenitores ſuos vita de-
πρὸς σε· ὅτι δ' οἱ φίλοι Σκύθαις πολὺ πιστό- functos deuorant. TOXA. An nos
τεροί τῶν Ἑλλήνων φίλων εἰσὶ, καὶ ὅτι φιλίας Græcis, cùm aliis in rebus, tum in
λόγος πλείων παρ' ἡμῖν, ἢ παρ' ὑμῖν, ῥᾴδιόν his quæ ad parentum attinent cultum,
ἐστι δεῖξαι· καὶ πρὸς θεῶν τῶν Ἑλλήνων, μὴ ſanctiores magiſque pij ſimus, in præ-
πρὸς ἀηδόνα μοι ἀκούσῃς, ἵνα εἴπω τι ὧν ſentiarum haudquaquam contenderim:
κατεμαθόμην, πολὺν ἤδη χρόνον ὑμῖν συγγι- quòd autem noſtrates amici longè fide-
νόμενος. ὑμᾶς γάρ μοι δοκεῖτε τοὺς μὲν περὶ liores ſint amicis Græcis, quódque a-
φιλίας λόγους, ἄμεινον ἄλλων εἰπεῖν ἂν δύ- micitiæ ratio maior apud nos quàm apud
νασθαι, τὰ ἔργα δ' αὐτῆς, ἃ μόνον οὐ καὶ ἀξίδμα vos, haud difficile fuerit docere. Ac per
τῶν λόγων οὐκ ἀμελεταῖς, ἀλλ' ἀπόχρη ὑμῖν ἐ- deos Græcorum, ne tibi moleſtum ſit
παινέσαι τε αὐτὴν, καὶ δόξαι ἡλίκον ἀγαθόν C audire, ſi quæ perſpexi, dixero, mul-
ἐστιν· ἐν δὲ ταῖς χρείαις πεσόντες τοὺς λό- tum iam temporis apud vos verſatus.
γους, δραπετεύετε, οὐκ οἶδ' ὅπως, οὐκ μέσων vos enim mihi videmini præclariùs cæ-
τῶν ἔργων. καὶ ὁπότ' ὑμῖν οἱ τραγῳδοὶ τὰς teris de amicitia verba poſſe facere,
τοιαύτας φιλίας ὑπὸ τὴν σκηνὴν αἰωρούμενοι vim verò factáque illius adeo non ſo-
πέμπουσιν, ἐπαινεῖτε, καὶ ὑπικροτεῖτε, καὶ lùm pro ſermonum dignitate non ex-
κινδυνεύουσιν αὐτοῖς ὑπ' ἀλλήλων, οἱ πολ- ercere, vt ſat vobis ſit prædicare eam,
λοὶ δ' ὑπὸ δακρύετε, αὐτοὶ δὲ, οὐδὲν ἄξιον ἐπαί- & quantum ſit bonum, oſtendere: at
νου ὑπὲρ τῶν φίλων προέρεσθαι θαμᾶτε, vbi vſu venit, deficientes à ſermoni-
ἀλλ' ἵν' που φίλος δεηθεὶς τύχῃ, αὐτίκα μά- bus, neſcio quomodo, è medio negotio aufugitis. Cæterùm quum Tragœ-
λα, ὥσπερ τὰ ὀνείρατα οἴχονται ὑμῖν οὐκ πο- di in ſcenam progreſſi, iſtiuſmodi ami-
δῶν ἀποπτάμεναι αἱ πολλαὶ οὐκ ἄφρονα πρᾶγ- D citias vobis repræſentant, plerique lau-
δία, τοῖς κενοῖς τούτοις καὶ κωφοῖς προσώποις datis, atque applauditis, ac pro ſe mu-
ἐοικότας ὑμᾶς ἀπολιποῦσαι, ἃ διηρημένα τὸ tuò periclitantibus illis lacrymatis, ip-
στόμα, καὶ παμμέγεθες κεχηνότα, οὐδὲ τὸ σμι- ſi verò nihil dignum laude pro ami-
κρότατον φθέγγεται· ἡμεῖς δὲ ἔμπαλιν, ὅσον cis præſtare audetis: quin ſi quando
γε δὴ λαμβάνομαι ἐν τοῖς περὶ φιλίας λόγοις, forte accidat vt egeat amicus, ibi pro-
τοσοῦτον ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῖς πλεονεκτοῦμεν. tinus non ſecus atque inſomnia, procul
εἴη δ' οὖν δοκεῖ, ὅτῳ νῦν ποιῶμεν, τοὺς μὲν πα- auolantes euaneſcunt vobis multæ illæ
λαιοὺς φίλους ἀφεμένους ἐᾶσωμεν, εἴ τινας, ἢ ἡ- tragœdiæ, vóſque ſimiles relinquunt
μᾶς, ἢ ὑμᾶς τῶν πάλαι καταριθμεῖν ἔχομεν· inanibus iſtis ac mutis perſonis, quæ
ἐπεὶ καθά γε ὅτι πλεονεκτεῖτε αὖ, πολλοὺς καὶ diducto rictu, atque immane hiantes,
ἀξιοπίστους μάρτυρας ἴσως ποιησάμενοι, ne minimum quidem loquuntur. At
nos è diuerſo, quo ſumus in dicendo de
amicitia poſteriores, hoc in præſtanda ea
præcedimus. Quare, ſi videtur, ita in
præſentiarum agamus, priſcos illos ami-
cos valere ſinamus, ſi quos vel nos vel vos
ex his qui olim fuêre, recenſere vale-
mus, quando iſta quidem parte vos ni-
mirum ſuperaueritis, compluribus ac gra-
uibus adductis teſtibus, nempe poëtis,

qui Achillis & Patrocli amicitiam, tum Theſei Pirithoíque, neque non aliorum neceſſitudinẽ, pulcherrimis verſibus carminibúſque contexuerunt. Quin paucos quoſdam in medium afferamus ex his qui noſtra ipſorum memoria fuerunt, atque eorum res geſtas exponamus: ego quidem Scythicas, tu verò Græcanicas. Et in his vter ſuperarit, melioráque produxerit amicorum exempla, is & victor eſto, ac ſuam ipſius victoriam promulgato, tanquam qui pulcherrimum honeſtiſsimúmque certamen decertarit: adeò vt ego quidem non paulò malim mihi in ſingulari victo certamine dextram amputari (nam ea eſt apud Scythas victo pœna) quàm in amicitia quopiam inferior iudicari, præſertim Græco, ipſe Scytha quum ſim. MNE. Quanquam eſt haud mediocris negotij, cum viro, ita vt tu es, bellatore, ſingulari certamine congredi, tum admodum inſtructo miſſilibus ac penetralibus narrationibus, haud tamen vſque adeò ignauiter tam citò vniuerſam deſerens Græciam, tibi ceſſero. Etenim vehementer abſurdum fuerit, quum duo illi tantum viceriint Scytharum, quantum fuiſſe declarant tum fabulæ, tum vetuſtæ veſtræ picturæ, quas paulo antè ſcitè admodum repræſentabas: Græcos omneis, tot nationes, tot ciuitates, nullo defendente vinci abs te. Nam iſtuc ſi fiat, non dextram, quemadmodum apud vos ſolet, ſed linguam execari conueniat. Sed vtrum ſpectare nos oportet, numerúm ne eorum quæ amicè quis geſſerit, an magis quo plures alter vter amicos referre poterit, hoc victoria dignior videbitur? TOX. Nequaquam, imò non multitudine vis horum ſpectetur; verùm ſi quæ tu narrabis facta, his quæ narrabo, videantur præſtantiora, magiſque penetrantiá: tum nimirum etiamſi numero paria ſint, opportuniora magiſque lethalia mihi facient vulnera: ac penè memet ad ictus accommodabo. MNE. Probè loqueris. Statuamus igitur quot erunt ſatis. TOXA. Mihi quidem ſatis fore videtur ſi vterque quinque narret exempla. MNE. Itidem mihi videtur: ac prior dicito, verùm adiuratus, nimirum non niſi vera dicturum: alioqui fingere eiuſmodi, non admodum fuerit difficile, palàm autem refelli non queant. Porrò ſi iuraris, nefas ſit nõ habere fidem. TOX. Iurabimus, ſi quid etiam iureiurando opus eſſe cenſes.

τῷ Ἀχιλέως καὶ Πατρόκλου φιλίαν, καὶ τῷ Θησέως καὶ Πειρίθου, καὶ τὴν ἄλλων ἑταιρείαν, ἐν καλλίστοις ἔπεσι, καὶ μέτροις ῥαψῳδοῦσας. ὀλίγους δέ τινας προχειρισάμενοι, τῶν καθ' ἡμᾶς ἀνδρῶν, καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν διηγησάμενοι, ἐγὼ μὲν, τὰ Σκυθικά, σὺ δὲ, τὰ Ἑλληνικά· καὶ ὁπότερος δὴ ἂν τούτοις κρατῇ, καὶ ἀμείνους παράσχηται τοὺς φίλους, αὐτός τε νενικηκὼς ἔσται, καὶ τὴν αὑτοῦ ἀνακηρύξῃ, κάλλιστον ἀγῶνα καὶ σεμνότατον ἀγωνισάμενος· ὡς ἔγωγε πολὺ ἥδιον ἂν μοι δοκῶ μονομαχῶν ἡττηθεὶς, ἀποτμηθείην τὴν δεξιάν, ὅπερ τῆς Σκυθικῆς ὀπτίμιόν ἐστιν, ἢ χείρων ἄλλου κρίνεσθαι φιλίαν κεκριμένος, ᾧ ταῦτα, Ἕλλησι, Σκύθης αὐτὸς ὤν. MNH. ἔστι μὲν, ὦ Τόξαρι, ὁ φαῦλον ὂν ἔργον μὲν δὴ οἵῳ σοὶ, πολεμικῇ μονομαχῆσαι, πάνυ δυσχερὲς καὶ τεθηγμένους προσκυασμένῳ τοὺς λόγους· οὐ μέντοι ἀγεννῶς γε οὕτω καταπροδοὺς ἂν βεβαιεῖ ὁ Ἑλληνικὸν ἅπαν, ὑποχωρήσομαί σοι. καὶ γὰρ δὴ εἰ καὶ πάνδεινον, ὑπὲρ δυοῖν μὲν ἐκείνοιν ἡττηθεῖναι τοσούτους τῶν Σκυθῶν, ὁπόσους οἵ τε μῦθοι δηλοῦσι, καὶ αἱ ὑμέτεραι παλαιαὶ γραφαὶ, ἃς μικρῷ πρόσθεν δὴ μάλα ἐξεταζόμενος· Ἕλληνας δὲ πάνυ πολλοὺς, τοσαῦτα ἔθνη, καὶ τοσαύτας πόλεις ἐρήμους ὑπὲρ σοῦ ἀλῶναι. εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐ τὴν δεξιὰν ὥσπερ ὑμεῖς, ἀλλὰ τὴν γλῶτταν ἀποτμηθῆναι καλόν· πότερον δὲ ὠφεῖλε χρὴ τὸν ἀριθμὸν ἡμῖν τῶν φιλικῶν τούτων πρόξεων, ἢ ὁπόσῳ δή τις πλείους ἔχῃ λέγειν, τοσούτῳ εὐπορώτερος δόξειεν ἂν πρὸς τὸν νίκην; TO. ἥδομαι. ἀλλ' ὠφείλω μὲν ἐν τῷ πλήθει αὐτῶν ὁ κρατῶν, ἀλλ' εἰ ἀμείνους, καὶ εἰ τιμιώτεροι φαίνοιντο αἱ σαὶ τῶν ἐμῶν, ἴσαι τὸν ἀριθμὸν οὖσαι· καιριώτερα δηλονότι ἐργάσονταί μοι τὰ τραύματα, καὶ θᾶττον ἐνδώσω πρὸς τὰς πληγάς. MNH. εὖ λέγεις, καὶ ὠφείλω τὸν ὁπόσα ἰκνεῖσθαι. TOΞ. πέντε ἐμοὶ γε δοκοῦσιν ἑκατέρῳ. MNH. κἀμοὶ δοκεῖ, πρότερος δὲ λέγε, ἀλλὰ ἐπομοσάμενος ἢ μὴν ἀληθῆ ἐρεῖν. ἄλλως γὰρ ἂν πλάττειν τὰ τοιαῦτα, οὐ πάνυ χαλεπόν· καὶ ὁ ἔλεγχος ἀφανής. εἰ δὲ ὀμόσας, οὐχ ὅσιον ἀπιστεῖν. TO. ὀμούμεθα, εἴ τι καὶ ὅρκου δεῖν νομίζεις.

ΜΝΗ. τίς δέ σοι τῶν ἡμετέρων θεῶν; ἆρ' ἱκανὸς ὁ Φίλιος; ΤΟΞ. καὶ μάλα· ἐγὼ δὲ τὸν ὅρκον ὅμοσμαί σοι ἐν τῇ ἐμῇ τῇ γλώττῃ. ΜΝΗ. ἴστω τοίνυν ὁ Ζεὺς ὁ Φίλιος, ἃ μέλλω ὁπόσα αὖ λέγω πρὸς σέ, ἢ αὐτὸς εἰδὼς, ἢ παρὰ ἄλλων, ὁπόσον οἷόν τε ἦν, δι' ἀκριβείας ἐκπυθανόμενος, ἐρεῖν, μηδὲν πρὸς ἐμαυτοῦ ὑπερεπαχθῶν. καὶ πρώτιστά γέ σοι τὴν Ἀγαθοκλέους καὶ Δημίου φιλίαν διηγήσομαι, ἀοίδιμον ἐν τοῖς Ἴωσι γενομένην. Ἀγαθοκλῆς γὰρ οὗτος ὁ Σάμιος, οὐ πρὸ πολλοῦ ἐγένετο, ἄριστος μὲν ἐς φιλίαν ὡς ἔοικε, τἄλλα δὲ οὐδὲν ἀμείνων Σαμίων τῶν πολλῶν, οὔτε ἐς ὃ γένος, οὔτε ἐς τἄλλα εὐπορίαν. Δημίᾳ δὲ τῷ Λυσίωνος Ἐφεσίῳ, φίλος ἐκ παίδων ἦν· ὁ δὲ Δημίας ἐπλούτει ἄρα εἰς ὑπερβολήν· καὶ ὥσπερ εἰκὸς, νεόπλουτον ὄντα, πολλοὺς καὶ ἄλλους εἶχε περὶ αὐτὸν, ἱκανοὺς μὲν συμπίειν, καὶ πρὸς ἡδονὴν σκώπτειν, φιλίας δὲ πλῆθος ὅσον ἀποδέοντας. τέως μὲν οὖν καὶ τούτοις καὶ ὁ Ἀγαθοκλῆς ἐξηπάτητο, καὶ σκώπτων, καὶ σκώπτοντι αὐτοῖς, οὐ πάνυ χαίρων τῇ τοιαύτῃ ἀστειότητι· καὶ ὁ Δημίας, ὡσπερεὶ αὐτὸν ἐπιμόρφου εἶχε τῶν κολάκων· τελευταῖον δὲ, καὶ περιέκοπτε, τὰ πολλὰ ὑπερημένων, καὶ φορτικὸς ἐδόκει, καὶ παρωμιμήσκων καὶ τῶν παρόντων, καὶ φυλάττειν παραγγέλλων, ἃ μὴ πολλῶν κεκμάτων ὁ πατὴρ αὐτῷ κτησάμενος, κατέλιπεν ὥστε δῆθεν ζῶπα, καὶ δὴ ὅτι τοὺς κώμους ἐπῄνει ἐπ' αὐτὸν, ἀλλὰ μόνος μετ' ἐκείνων κωμάζειν, λανθάνειν πειρώμενος τὸν Ἀγαθοκλέα· καὶ δή ποτε ὑπὸ τῶν κολάκων ἐκείνων ὁ Δήμιος διαπείθεται, ὡς ἐρᾷη αὐτοῦ Χαρίκλεια, Δημώνακτος γυνὴ, ἀνδρὸς ὑπερφανοῦς, καὶ πρώτου Ἐφεσίων τὰ πολιτικά· καὶ γράμματά τε εἰσφοίτα παρὰ τῆς γυναικὸς αὐτῷ, καὶ στέφανοι ἡμιμάραντοι, καὶ μῆλά τινα ἀποδεδηγμένα, καὶ ἄλλα ὁπόσα αἱ μαστροποὶ ὅτι τοῖς νέοις μηχανῶνται, καὶ μικρὸν αὐτοῖς ὑπιτεχόμεναι τοὺς ἔρωτας, καὶ αἰσθανόμενοι, ὃ πρῶτον ἐρᾶσθαι νομίζοντας· ἐπαγωγότατον γὰρ τοῦτό γε μάλιστα τοῖς καλοῖς τῶν νεανίσκων, ἄγχειν αὐτοὺς λάθρᾳ εἰς τὰ δίκτυα ἐμπεσόντας. ἡ Χαρίκλεια δὲ ὡς ἀστεῖον μὲν γύναιον, ἑταιρικὸν δὲ σκῶπτον,

A MNES. At quis tibi è diis noſtratibus? num ſatisfaciat Iupiter Philius? TOX. Et maximè. Ego quoque tibi noſtratem iurabo, meapte in lingua. MNE. Teſtis igitur eſto Iupiter Philius, quæcunque dicturus ſum apud te, ea nimirum vel quæ viderim ipſe, vel quæ ab aliis, quoad fieri potuit, diligentiſſimè perceperim, narraturum, nihil ex me ipſo comminiſcentem, alleuantémque. Ac primo quidem loco, Agathoclis Diniæque amicitiam referam, quæ apud Ionas eſt celebratiſſima. Nam Agathocles hic, qui Samius fuit, non ita pridem vixit, vir in amicitia quidem præcipuus, ita vt re declarauit: cæterùm reliquis in rebus vulgo Samiorum nihilo præſtantior, neque genere, neque cæteris item opibus. Huic cum Dinia Epheſio Lyſionis filio amicitia à puero interceſſerat. Porrò Dinias ſupra modum ditatus eſt, & quemadmodum ſolent ij qui nuper opes nacti ſunt, complures & alios ſecum habebat, ſatis quidem idoneos illos & ad compotandum, & ad voluptariam conſuetudinem, ab amicitia verò longè alieniſſimos. Atque inter hos interim habebatur Agathocles, conuiuebátque & compotabat illis, non admodum approbans eam viuendi rationem. Dinias autem nihilo hunc potiorem habebat, quàm cæteros adulatores Tādem etiam offendere cœpit, crebriùs obiurgans, moleſtúſque videbatur, quippe qui admoneret eum maiorum, præciperétque vt ſeruaret quæ multo labore parta pater illi reliquiſſet: adeò vt ob hæc ne ad comeſſationes quidem illum deinceps adhiberet, ſed ſolus cum illis comeſſaretur, celare cupiens Agathoclem. Demum ab aſſentatoribus illis miſero perſuaſum eſt quòd adamaretur à Charicleа Demonactis vxore, viri illuſtris, atque inter Epheſios in honoribus ciuilibus primarij. Iam & literulæ à muliere ad illum ventitabant, & ſerta ſemimarcida, & mala quædam admorſa, denique quicquid ad hæc lenæ machinantur in adoleſcentes, quò paulatim illis amorem artibus quibuſdam inſerant, primúmque hac incēdant opinione, quòd ſeſe credant amari. Nam plurimum illicit & hoc, præſertim eos qui ſibi formoſi videntur: donec imprudentes in caſſes inciderint. Erat autem Charicleа vrbana quidem & elegans muliercula, at ſupra modum meretricia,

Amicorū I. par. Agathocles & Dinias.

sempérque illius, quicunque fortè adiiſ- A
ſet, etiam ſi quis admodum leuiter con-
cupiuiſſet: quin ſi vel aſpexiſſes duntaxat, protinus adnuebat: nec vllo pacto metuendum erat ne quando recuſaret Chariclea: admirabilis autem alioqui artifex, quaviſque meretrice doctior allicere amatorem, & ambiguus quum adhuc eſſet, totum ſubigere: at quum iam teneretur, incitare, ac magis magiſque accendere, nunc ira, nunc blandimentis, ac mox faſtidio, deinde iniecta ſuſpicione, quaſi ad alium ſeſe deflexura eſſet: poſtremò omni ex parte egregiè docta erat mulier & abſoluta, artibúſque omnigenis in amantes inſtructa. Hanc igitur tum Diniæ adulatores accerſiuerant in adoleſcentulum, multáque aſſimulabant quò eum in amorem Charicleæ impellerent. Illa porrò quæ complureis iam adoleſcentes iugularat, & innumerabiles amores fuerat mentita, domóſque opulentas euerterat, varium quoddam atque inexpugnabile malum: vbi nacta manibus eſt ſimplicem, & huiuſmodi artium imperitum adoleſcentulum, haudquaquam amittebat ex vnguibus: ſed vndique oppugnans tentánſque, vbi iam omnium C
eſſet compos, tum ipſa dum captat, capta periit, tum infelici Diniæ innumerabilium malorum extitit cauſſa. Nam primùm quidem ſtatim literulas illa ad illum dat, ac ſubinde miſſitat ancillulam, quæ renunciaret vt fleret, vt vigilaret, poſtremò vt miſera præ amore ſuffocatura eſſet ſeſe: donec iam beatus ille perſuaſus, ſibi formoſus eſſe videretur, atque Epheſiorum vxoribus præter cæteros adamabilis. Ac tandem in congreſſum adductus eſt multis precibus exoratus. Et ex eo quidem tempore facilis iam erat coniectura, fore D
vt caperetur à muliere formoſa, & ad voluptatem congredi docta, & in loco flere, & inter loquendum miſerabiliter ſuſpirare, & iam abeuntem amplecti, & adeunti obuiam occurrere, & formam colere ſic vt maximè placitura eſſet: interdum vel voce vel cithara canere: quibus omnibus in Diniã vſa eſt. At vbi ſenſit excruciari, iámque amore illaqueatum, ac ſubiugum eſſe factum: aliud ad hæc excogitat, quo miſerum ſubuertat: grauidam ſe ex eo ſimulat (nam hoc quoq; efficax ad magis ac magis inflammandum ſtultum amantem.)

καὶ τῶν προστυχόντος ἀεί, ἢ εἰ πόθεν ἐπ' ὀλίγῳ ἐλευθεροφρόνησέ τις, καὶ εἰ προσίδοι τις μόνον, θᾶττον ἐπέπνευε, καὶ δέος οὐδὲν ἦν, μή ποτε αὐτείποι Χαρίκλεα. δεινὴ δὲ καὶ τἄλλα τεχνίτις, πρὸς ὃν μέν τινα βούλει τῶν ἑταιρῶν ὑπτιάσασθαι ἐρασθήν· καὶ ἀμφίβολον ἔτι ὄντα, ὅλον ἑαυτὸν ποιήσασθαι, καὶ συνεχόμενον ἤδη ὑπερτεῖναι, καὶ προσεκκαῦσαι, ἄρτι μὲν ὀργῇ, ἄρτι δ' ἡδυλογίᾳ. καὶ μετ' μικρόν, ὑποφίᾳ, καὶ πρὸς ἕτερον ἀποκλίνειν δοκεῖν, ἢ ὅλη συγκεχύσθαι ἀπορίᾳ ἔχεσθαι ἡ γυνή· καὶ πολλὰ μηχανήματα προεσκεύαζε τῶν ἐρασθέντων. τοῦτον οὖν τότε οἱ Δινίου κόλακες προσλαμβάνουσιν ὑπὸ δ μειρακίου, καὶ τὰ πολλὰ ὑπερχωμῴδουν, συνωθοῦντες αὐτὸν εἰς τὸν ἔρωτα τῆς Χαρικλείας. ἡ δὲ, πολλοὺς ἤδη νέους συντεταχηλίσασα, καὶ μυρίους ἔρωτας ὑποκριναμένη, καὶ οἴκους πολυταλάντους ἀναδήσασα, ποικίλον τι καὶ πολυγύμναστον κακὸν, παραλαβοῦσα εἰς τὰς χεῖρας ἁπλοϊκὸν καὶ ἄπειρον τῶν τοιούτων μηχανημάτων νεανίσκον, οὐκ ἀνῆκεν ἐκ τῶν ὀνύχων, ἀλλὰ προσέχουσα πολυτρόπως, καὶ δῃοπείρασα, ὅτε ἤδη πολυτάπασιν ἐκκέκαυται, αὐτή τε ἀπώλετο ὑπὸ τῆς ἄγρας, καὶ τῷ κακοδαίμονι Δινίᾳ μυρίων κακῶν αἰτία ἐγένετο. ὃ μὲν γὰρ προῆν ἀθύρων ἐκδίκως ἐπ' αὐτὸν καθίει τὰ γράμματα, καὶ συνεχῶς πεμπομένην τὴν ἄβραν, ὡς ἐδάκρυσε, καὶ ἐπηγρύπνησε, καὶ τέλος, ὡς ἀπάγξει ἑαυτὴν ἡ ἀθλία ὑπὸ τῆς ἔρωτος, ἕως δὴ ὁ μακάριος ἐπείσθη καλὸς εἶναι, καὶ ταῖς Ἐφεσίων γυναιξὶ προσποθητός. καὶ που συνελήφθη πολλὰ ἱκετευθείς. καὶ ὃ σπουδὴν ἤδη ῥᾷον, ὡς ὃ εἰκὸς ἀλῶσεσθαι ἔμελλεν ὑπὸ γυναικὸς καλῆς, καὶ προὔς ἡδονὴν τε ὁμιλῆσαι ὑπισταμένης, καὶ σὺν χειρῶν δακρύσαι, καὶ μεθυσθῆναι τῶν λόγων, ἐλεεινῶς ὑποστενάξαι, καὶ ἀπιόντος ἤδη, λαβέσθαι, καὶ εἰσελθόντι προσδραμεῖν, καὶ καλλωπίζεσθαι, ὡς δὴ μάλιστα ἀρέσαι, καὶ που καὶ ᾄσαι, καὶ κιθαρίσαι· οἷς ἅπασι καὶ τῶν Δεινίου ἐκέχρητο. καὶ ἐπεὶ ἤσθετο πονήρως ἔχοντα, καὶ δυσφόρως ἤδη τῆς ἔρωτι, καὶ τάχα που γελωμένου, ἄλλο ὑπὲρ τούτοις ἐπενόει, καὶ τὸν ἄθλιον ἀπώλλυε. κύειν τε γὰρ ἐξ αὐτοῦ σκηπτέα (ἱκανὸν δὲ καὶ τοῦτο, δόλῳ ἑκάστην προσεκπυρῶσαι).

καὶ οὐκέτι ἐφοίτα πρὸς αὐτὸν, φυλάττεσθαι A Neque postea commeabat ad illum,
ὑπὸ τ' αἰδοῦς λέγουσα, πεπυσμένην τ' ἔρωτα· affirmans à viro obseruari sese, qui iam
ὁ δ' οὐκέθ' οἷός τε ἦν φέρειν τὸ πρᾶγμα, amorem persensisset. Hic verò rem
οὐδὲ ἠνείχετο μὴ ὁρῶν αὐτὴν, ἀλλὰ ἐδάκρυε, iam non vltrà ferre potis erat: neque
καὶ τὰς κόλακας ἐσέπεμπε, καὶ τοὔνομα durare quibat quum illam non aspiceret,
τῆς Χαριξλείας ἐπεβοᾶτο, καὶ τὴν εἰκόνα sed lacrymabatur, adulatoréque ad se-
περιβαλὼν αὐτῆς (ἐπεποίητο γὰρ λίθου λευκοῦ) se accersebat, ac Charicleæ nomen in-
ἐφίλει, καὶ τέλος, καταβαλὼν ἑαυτὸν εἰς τὸ clamabat: imaginémque illius ample-
δάφος, ἐκυλίετο, καὶ λύπη ἦν ἀκριβὴς τὸ xus (candido enim lapide fecerat) eiu-
πρᾶγμα. τὰ μὲν γὰρ δῶρα, ἃ κατ' μῆλα καὶ labat. Demum in solum abiiciens sese,
στέφανοι ἀπεδίδοτο αὐτῇ, ἀλλὰ σωμοικίαι iactabatur: planéque res extremæ de-
ὅλαι, καὶ ἀγροὶ, καὶ θεράπαιναι, καὶ ἐσθῆτες mentiæ speciem obtinebat. Siquidem
βύσσου, καὶ χρυσὸν ὁπόσον ἐθελήσοι. καὶ τί γὰρ, B munera reddita sunt mulieri, non pro
ἐν βραχεῖ ὁ Λύσωνος οἶκος ὀνομαστότατος τῶν malorum aut corollarum pretio, sed so-
ἐν Ἰωνίᾳ γυόμενος, ἐξωλώλητο ἤδη, καὶ ἐξεκέ- lidæ domus, agri, famulæ, vestes florulen-
νωτο· εἶτα ὡς ἤδη αὖος ἦν, ἀποληψόμενος αὐ- tæ, auri quantum optaret. Quid multa?
τὸν, ἄλλον τινὰ Κρῆτα νεανίσκον τῶν ὑπο- Breui Lysionis domus, quæ antea inter
χρύσων, ἐθήρα, καὶ μετέβαινεν ἐπ' ἐκεῖνον, ἃ Iones nobilissima, exhausta est, atque
πρὸ ἤδη αὐτοῦ, κἀκεῖνος ὑπέτρεχεν. ἀμελούμε- exinanita. Deinde vbi iam exuccus es-
νος δ' ὑπ' ὧν ὁ Δφνίας, οὐχ ὑπὸ τ' Χαρικλείας set, eo relicto alium quempiam adole-
μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν κολάκων (καὶ γὰρ scentulum Cretensem, bene nummo-
ἐκεῖνοι ἤδη τὸν Κρῆτα τὸν ἐρώμενον μετελη- tum venata est, atque ad illum desci-
λυθότα) ἔρχεται καὶ τὸν Ἀγαθοκλέα, καὶ uit. Iam videlicet illum adamabat: at-
πάλαι εἰδότα ὡς ἔχοι πονηρῶς τὰ πράγματα que is quidem credebat. Itaque Di-
αὐτῷ, καὶ αἰδούμενος ὁ πρῶτον, ὅμως ἐπι- nias neglectus non à Charielea modò,
τῆδες ἐποιήσατο, τήν τ' ἔρωτα, τήν τ' ἀπορίαν, verùm etiam ab assentatoribus (nam isti
τὴν τ' ὑπερφίαν τῆς γυναικὸς, τὸν αὐτόχειρα τὸν Κρῆτα, quoque ad Cretensem amatorem iam
καὶ τέλος, ὡς οὐ βιώσοιτο μὴ οὐχὶ συνὼν τῇ Χα- desciuerant) abit ad Agathoclem, iam-
ριξλείᾳ. ὁ δὲ, ἀκαιρον εἶναι νομίσας τὸ τούτῳ C pridem non inscium quàm illi res mi-
ἀπομνημονεύσαι τὰ Δφνίᾳ, ὅτι οὐ προσίετο serè haberent. Ac pudescens quidem
μόνον αὐτὸν τῶν φίλων, ἀλλὰ τοὺς κόλακας αὐτοῦ initiò, tamen exposuit omnia: amo-
πρότερον, τότε, ὡς μόλις εἶχε παρῆσαν οἰ- rem, egestatem, arrogantiam mulie-
κίαν ἐν Σάμῳ, ἀπεμπολήσας, ἦκεν αὐτῷ τὴν ris, riualem Cretensem: in summa,
τιμὴν κομίζων, τάλαντα. λαβὼν δὲ ὁ non victurum sese, nisi cum Charielea
Δφνίας, οὐκ ἀφανὴς οὐδὲ ὡς τὸ πρὶν τῇ Χαριξλείᾳ, D consuetudinem haberet. Ille verò in-
καλὸς πάλιν αὖθις γεγονὼς· καὶ αὖθις ἡ tempestiuum esse ratus id temporis ex-
ἄθρα, καὶ τὰ γράμματα, καὶ μέμψις, ὅτι μὴ probrare Diniæ, quapropter ex ami-
πολλοῦ χρόνου ἀφίκετο, καὶ οἱ κόλακες συνέ- cis vnum sese non admisisset, sed tum
θεον, ὑπεπαλαμησόμενοι, ὁρῶντες ἐδωδίμον quidem assentatores suos sibi antepo-
ἔτι ὄντα τὸν Δφνίαν. ὡς δ' ἐπανέρχετο ἥξειν πρὸς suisset; diuendita, quam vnam habe-
αὐτὴν, καὶ ἦκε περὶ τὸν δεῖπνον ὕπνον, καὶ ἔνδον bat in Samo, domo paterna, pretium
ἦν ὁ Δημώναξ ὁ τῆς Χαριξλείας ἀνὴρ, εἴτε illi attulit, talenta tria. Quæ simul at-
καὶ ἄλλως αἰσθόμενος, εἴτε ἐκ στόματος que recepisset Dinias, haud clàm erat
τῆς γυναικὸς (ἀμφω γὰρ λέγεται) ἐπφυσας, Charicleæ: rursus subitò formosus fa-
ὥσπερ ἐκ λόχου, τὸν τε αὐλὸν ἀπο- ctus: rursus ancilla, & literulæ, & ex-
κλείσαι ἐκέλευε, καὶ συλλαμβάνειν τὸν Δφνίαν, postulatio, quòd iam diu sese non adis-
set: concurrerunt item adulatores ap-
plaudentes, vt viderunt Diniæ adhuc es-
se quod daret. Cùm autem pollicitus es-
set sese venturum ad illam, veniss étque
primo ferè somno, esséque intus Demo-
nax, Charicleæ maritus, siue quòd alio-
qui præsenserat, siue de composito prodi-
tionéque vxoris (nam vtrunque fertur)
exiliens velut ex insidiis, & atrium iu-
bet occludere, & Diniam comprehendi,

ignem ac flagra minitans, neque non gladium tanquam in mœchum educens. Ille porrò reputans quibus in malis esset, veste quopiam, de proximo, vt iacebat, arrepto, tum ipsum occidit Demonactem, in tempus adigens: tum Charicleam: atque hanc quidem non ictu vno, verumetiam & veste sæpius, & postea Demonactis gladio feriens. At famuli interea muti stabant, rei nouitate attoniti: deinde comprehendere conati, quum in hos quoque ferro insiliret, ipsi quidem aufugerunt, Dinias autem clàm sese subduxit, tanto patrato facinore. Et ad auroram vsque apud Agathoclem diuersabatur: paritérque & quæ facta essent reputabant, & quid in posterum esset euenturum, considerabant. Vt autem diluxit, milites aderant (iam enim res erat diuulgata) comprehensúmque Diniam, nec hunc inficiantem homicidium, adducunt ad præfectum qui per id tempus Asiam moderabatur. Hic eum ad Persarum regem remittit. Nec ita multo pòst relegatus est Dinias in Gyaron insulam, ex Cycladibus vnam, damnatus à rege, vt in ea, quoad viueret, exularet. Agathocles autem cùm reliquis in rebus nunquam abfuerat, tum pariter soluit in Italiam, & amicorum solus vnà est in iudicium comitatus, neque vsquam defuit officio. Porrò vbi iam in exilium profectus est Dinias, ne tum quidem desertus est ab amico: quin potiùs ipse suapte sponte damnatus versabatur in Gyaro, simúlque cum illo exulem agebat. At quum iam rerum necessariarum omnium inopia laborarent, locans seipsum purpurariis, vnà cum aliis vrinabat; quódque hinc partum est, referens, Diniam alebat. Quin & ægrotanti diutissimè inseruiuit: & vbi vita defunctus est, noluit vnquam in patriam reuerti, verùm inibi perseuerauit in insula, pudori sibi fore ratus, si vel mortuum amicum deseruisset. Hoc tibi Græci factum amici retulerim, quod quidem non ita pridem accidit: haud enim scio si anni quinque præterierint quòd Agathocles in Gyaro mortem obiit. TOXA. At vtinam iniuratus ista Menippe dixisses, videlicet quò mihi fas esset eis non habere fidem. Adeò Scythicum quendam amicum Agathoclem istum descripsisti: quin vereor ne quem & alium isti similem narres.

πῦρ καὶ μάστιγας ἀπειλῶν, καὶ ξίφος ὡς ὀπὶ μοιχὸν ἀπασάμενος. ὁ δὲ, συνιδὼν οὗ κακῶς ἔχει, μοχλόν τινα πλησίον κείμενον ἁρπάσας, αὐτόν τε ἀποκτείνει τὸν Δημώνακτα, παίσας εἰς τὸν κρόταφον· καὶ τὴν Χαρίκλειαν, οὐ μιᾷ πληγῇ ταύτῃ, ἀλλὰ καὶ τῷ μοχλῷ πολλάκις, καὶ τῷ ξίφει τῷ Δημώνακτος ὕστερον. οἱ δ' οἰκέται τέως μὲν ἐστήκασιν ἄφωνοι, τῷ παραδόξῳ τοῦ πράγματος ἐκπεπληγμένοι, εἶτα πειρώμενοι συλλαμβάνειν, ὡς καὶ αὐτοῖς ἐπῄει μετὰ τὸ ξίφος, ἔκφοβοι μὲν ἐγένοντο, ὁ Δεινίας δὲ ἐξέρχεται, τηλικοῦτον ἔργον ἐργασάμενος· καὶ ὅ μέχρι τῆς ἕω παρὰ τῷ Ἀγαθοκλεῖ διέτριβεν, ἀναλογιζόμενοι τὰ πεπραγμένα, καὶ περὶ τῶν μελλόντων, ὅ, τι ἀποβήσεται σκοποῦντες. ἕωθεν δὲ οἱ στρατηγοὶ παρῆσαν (ἤδη γὰρ ὁ πρᾶγμα διεβεβόητο) καὶ συλλαβόντες τὸν Δεινίαν, ἤδη αὐτὸν ἔξαρνον ὄντα μὴ κεχρῆσθαι, ἀπάγουσι παρά τὸν ἀρμοστήν, ὃς ἦρχε τηνικαῦτα τῆς Ἀσίας τότε· ὁ δὲ, βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ ἀναπέμπει αὐτόν· καὶ μετ' οὐ πολὺ κατεπέμφθη ὁ Δεινίας εἰς Γύαρον νῆσον τῶν Κυκλάδων· ἐν ταύτῃ φυγὴν εἰς ἀεὶ τεταγμένος ὑπὸ τοῦ βασιλέως. ὁ δὲ Ἀγαθοκλῆς, καὶ πάλαι μοι συνών, καὶ συναπῆρεν εἰς τὴν Ἰταλίαν, καὶ συνῳκήθη εἰς τὸ δικαστήριον μόνος τῶν φίλων, καὶ περὶ αὐτὸν διέτριβεν. ἐπεὶ δὲ ἤδη ἔφυγε ὁ Δεινίας, οὐδὲ τότε ἀπελείφθη τοῦ ἑταίρου· καταδικάσας δὲ αὐτὸς ἑαυτῷ, διέτριβεν ἐν Γυάρῳ, καὶ συνέφυγεν αὐτῷ· καὶ ὅπως πανταπασιν ἠπόρησαν τῶν ἀναγκαίων, ἀποδὺς ἑαυτὸν τῆς πορφυρείας, συνεργατεύετο, καὶ τὸ γινόμενον ἐκ τούτου ἀπέφερεν, ἔτρεφε τὸν Δεινίαν, καὶ νοσήσαντα δὲ βαρέως ἐθεράπευσε, καὶ ἀποθανόντος, οὐκέτι ἐπεμελήθη εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἠθέλησεν, ἀλλ' αὐτοῦ ἐν τῇ νήσῳ ἔμεινεν, αἰσχυνόμενος καὶ τεθνεῶτα ἀπολιπεῖν τὸν φίλον. τοῦτό σοι ἔργον φίλου Ἕλληνος, ἅ περὶ πολλοῦ γιγνόμενον, ἐπεὶ γὰρ οὐκ οἶδα εἰ πέντε διελήλυθεν, ἀφ' οὗ Ἀγαθοκλῆς ἐν Γυάρῳ ἀπέθανε. ΤΟ. καὶ εἴθε γε, ὦ Μήνιππε, ἀνώμοτος ὢν ταῦτα ἔλεγες, ἵνα καὶ ἀπιστεῖν αὖ ἐδυνάμην αὐτοῖς, ὅτῳ Σκυθικόν τινα φίλον τὸν Ἀγαθοκλέα τοῦτον διηγήσω· πλὴν δέδοκά μοί τινα καὶ ἄλλον ὅμοιον εἰπεῖν αὐτῷ.

ΜΝΗ. ἄκουε τοίνυν καὶ ἄλλον, ὦ Τίξαρι, Εὐθύδικον τὸν Χαλκιδέα. διηγεῖτο δέ μοι περὶ αὐτοῦ Σίμυλος ὁ ναύκληρος ὁ Μεγαρικός, ἐπομοσάμενος ἢ μὴν αὐτὸς ἑωρακέναι ὃ ἔργον. πλεῦν μὲν γὰρ ἔφη ἐξ Ἰταλίας Ἀθήναζε σὺν δύσιν Πλειάδος, συλλογιμαίους τινὰς ἀνθρώπων κομίζων, ἐν οἷς τούτοις εἶναι τὸν Εὐθύδικον, καὶ μετ' αὐτοῦ, Δάμωνα τὸν Χαλκιδέα, καὶ τῶν ἐταίρων αὐτοῦ ἡλικιώτας ὄντας, τὸν μὲν Εὐθύδικον, ἐρρωμένον, καὶ καρτερόν· τὸν δὲ Δάμωνα, ὕπωχρον, καὶ ἀσθενικὸν, ἅτε ἐκ νόσου μακρᾶς, ὡς ἐδόκει, ἀνισάμενον. ἄχρι μὲν οὖν Σικελίας, εὐτυχῶς δι' ἁπλοΐας ἔφη ὁ Σίμυλος σφᾶς ἐπιπλεῦσαι· ἐπεὶ δὲ τὸν πορθμὸν διεπεράσθησαν, καὶ αὐτοῖς ἤδη τοῦ Ἰονίου ἔπλεον, χειμῶνα μέγιστον ὑποπεσεῖν αὐτοῖς. καὶ τὰ μὲν πολλὰ, τί ἂν τις λέγοι, τρικυμίας τινὰς, καὶ προβόλους, καὶ χαλάζας, καὶ ἄλλα, ὅσα χειμῶνος κακά; ἐπεὶ δὲ ἤδη σφᾶς κατὰ τὸν Ζάκυνθον εἶναι ἀπὸ φιλῆς τῆς χερσαίας πλέοντας, ἔπι καὶ σπείρας τινὰς ἐπιτεταμένας, ὡς ῥᾷστον ὑποδέχεσθαι τῆς ὁρμῆς, περὶ μέσας νύκτας, οἷς ἐν τοσούτῳ σάλῳ παπαίνοντα τὸν Δάμωνα, ἐμεῖν ἐσκεκυφότα εἰς τὸν θάλασσαν· εἶτα, οἶμαι, τῆς νεὼς διαγούσης ἐς ὃ κεκύφει μέρος ὑπὸ κλίσεως, καὶ τοῦ κύματος σὺν αὐτῷ ῥύμης, ἐκπεσεῖν αὐτὸν ὑπὲρ τὸν κεφαλὴν ἐς τὸ πέλαγος, τὸν δὲ γυμνὸν τὸν ἄθλιον, ὡς δὴ καὶ ῥᾷον διώσασθαι νῆν· οὕτως οὖν δοκεῖν πνιγόμενον, καὶ μόγις ἑαυτὸν ἀνέχοντα τοῦ κλύδωνος· τὸν δὲ Εὐθύδικον, ὡς ἤκουσε (τυχεῖν γὰρ γυμνὸν ἐν τῇ δίνῃ ὄντα) ῥίψαι ἑαυτὸν εἰς τὸν θάλασσαν, καὶ καταλαβόντα τὸν Δάμωνα ἤδη ἀπαγορεύοντα (φαίνεσθαι γὰρ ὑπὸ πολὺν χρόνον, τὸ σελήνης καταλαμπούσης) συμπεριλαβεῖν, καὶ συγκουφίζειν. σφᾶς δὲ, ὑπὸ μὲν αὐτοῖς βοηθεῖν, καὶ ἐλεεῖν τὴν συμφορὰν τοῦ ἀνδρός, μὴ διώσασθαι δὲ, μεγάλῳ τῷ πνεύματι ἐλαιωμένους, πλὴν ἐκεῖνά τε ποιῆσαι, φελλούς τε γὰρ πολλοὺς ἀφεῖναι αὐτοῖς, καὶ τῶν κοντῶν τινας, ὡς ὑπὸ τούτων ἀπονήξαιντο, εἴ πῃ αὐτῶν περιτύχοιεν, καὶ τέλος, καὶ τὸν σκάφην αὐτὸν, ὑμικρὸν οὖσαν. σύνοισθον οὖν πρὸς θεῶν, ὦ τίνα δῆτα τὴν ἄλλην ὑπόδειξιν ὑπεδείξαντο εὐνοίας βεβαιοτέραν πρὸς ἄνδρα φίλον, ἐν νυκτὶ ἐκπεσόντα εἰς πέλαγος ὕπνου ἠγελωμένον, ἢ κοινωνήσας τοῦ θανάτου;

A MNE. Audi iam & alium Toxari, Euthydicum Chalcidenſem. Retulit autem mihi de hoc Simylus nauclerus Megarenſis, adiurans profectò ſe teſte rem factam eſſe. Aiebat enim nauigaſſe ſeſe ex Italia Athenas, circiter Pleiadum occaſum, collectitios quoſdam homines vehentem: in his fuiſſe Euthydicum, vnáque cum hoc Damonem Chalcidenſem eiuſdem amicum. Ac natu quidem eos æqualeis fuiſſe: verùm Euthydicum valentem robuſtúmque: Damonem contrà ſuppallidum atque valetudinarium, quaſi qui nuper (vt apparebat) ex diuturno morbo reualuiſſet. Itaque ad Siciliam B vſque feliciter aiebat Simylus nauigaſſe ipſos. Cæterùm vbi tranſmiſſo freto, in ipſo iam Ionio mari nauigarent, tempeſtatem maximam eis incubuiſſe. Quid autem attinet multa referre? immaneis quaſdam procellas ac ſinuoſas, tum grandines, & ſi quæ alia tempeſtatis mala? Vt verò iam haud procul abeſſent à Zacyntho, nuda nauigantes antenna, præterea & funes quoſdam trahētes, quò nimirum vim impetúmque fluctus exciperent: circiter noctis medium, Damonem, qui in tanta iactatione nauſearet, vomuiſſe in C mare propendentem. Deinde, vt coniicio, naue vehementiùs in eam partem in quam ille propendebat, inclinata, ſimúlque propellente fluctu excidiſſe eum prono capite in pelagus: neque nudum tamen, videlicet vt miſero vel natare commodè liceret. Mox itaque ſuccłamaſſe cùm præfocaretur, víxque ſeſe ab vndis ſuſtolleret. Porrò Euthydicum ſimul atque audiſſet (nam forte fortuna nudus in ſtrato tum erat) abieciſſe ſemet in mare, arreptóque Damone, qui iam deficiebat (diutiùs enim iſta videri poterant, luna ſcilicet relucente) vnà iuxta illum naſſe, ac ſubleuaſſe. Ac voluiſſe quidem illis opitulari ſeſe, miſeratos virorum calamitatem, verùm nequiſſe, quòd vento præualido raperentur. Illud tamen feciſſe, ſubera complura ad illos proieciſſe, tum ex contis aliquot, vt ab his ſuſpenſi natarent, ſi quem fortè ex eis nanciſcerentur, poſtremò ſcanſoria quoque tabulata, quæ quidem erant neutiquam exigua. Cogita iam per deos, quod aliud grauius beneuolentiæ documētum quiſquam edere queat in hominem amicum, qui noctu decidiſſet in mare vſque adeò ſæuiens, quàm communicata morte?

II. par. Euthydicus & Damon Chalcidenſes.

Iámque adeò mihi ante oculos pone imminentes procellas, fragorem aquæ ſeſe agglomerantis, ſpumam vndique efferueſcentem, noctem, ac deſperationem, ad hæc illum iam præfocari incipientem, víxque vndis extantem, manúſque porrigentem amico: hunc autem incontanter inſilientem, ſimúlque nantem, prorſúſque ſolicitum ne ſe prior Damon interiret. Sic enim profectò cognoſces quòd haud ingenerosum hunc quoque amicum, videlicet Euthydicum, retulerim. TOXAR. Vtrùm perierunt viri, Mneſippe, an ſalus quæpiam ex inſperato illis contigit? Adeò ego illis non mediocriter timui. MNE. Bono animo es Toxaris, ſeruati ſunt, quin hodiéque Athenis agunt ambo, philoſophiæ dantes operam. Nam Simylus ea demum narrare poterat, quæ noctu videre licuit, hunc delapſum, illum deſilientem, ſimúlque nantes, quatenus per noctem dabatur aſpicere. Porrò quæ poſt hæc acciderint, Euthydicus ipſe narrat. Primùm quidem, ſubera quædam fortè nactos, ſuſpendiſſe de his ſeſe, atque ita hærentes fluitaſſe, fanè quàm incommodè. Deinde vbi tabulata conſpexiſſent, iam ſub auroram annaſſe, conſcenſiſque illis, commodè deinde nantes appuliſſe Zacynthum. Poſt hos autem, qui neutiquã mali ſunt, vt ego quidem autumo, accipe iam tertium, nihilo iſtis inferiorem. Eudamidas Corinthius Aretæo Corinthio & Charixeno Sicyonio amicis vtebatur, & iis quidem opulentis, quum ipſe pauperrimus eſſet. Hic vita decedens, teſtamentum reliquit aliis quidem fortaſſe deridiculum, tibi verò haud ſcio an tale ſit appariturum, viro probo, & apud quem amicitia in pretio ſit, quiſque vel cum præcipuis in ea certare queas. Sic enim in eo ſcriptum erat: Lego Aretæo quidem matrem meam alendam, atque in ſenecta fouẽdam: Charixeno verò filiam meam elocandam cum dote, quanta ab illo maxima dari poterit. (Erat autem illi mater anus, ac filiola iam matura nuptiis.) Si quid autem interim acciderit alterutri, huius quoque partem, inquit, alter habeto. Huiuſmodi lecto teſtamento, ij qui tenuitatem quidem Eudamidæ nouerant, at amicitiam quæ illi cum his viris interceſſerat, ignorabant, rem pro ludo iocóque ducebant. Nemo certè aderat qui non cum riſu diſcederet,

III Eudamidas, Aretæus, Corinthij, & Charixenus Sicyonius.

Α καί μοι ἐπ' ὀφθαλμῶν λάβε τὰ ἐπηρεάσαντα τῷ κυμάτων, τὸν ἠχῆ τοῦ ὕδατος ὑπηχοῦμενον, τὸν ἀφρὸν ἀναζέοντα, τὰ νύκτα, καὶ τὴν ἀπόγνωσιν, εἶτα ἀποπνιγόμενον ἤδη, καὶ μόγις ἀνακύπτοντα, καὶ τὰς χεῖρας ὀρέγοντα τῷ ἑταίρῳ, τὸν δὲ, ὑπερπηδῶντα θᾶττον, καὶ συννέοντα, καὶ δεδοίκοτα μὴ τοῦτον ἀπόληται αὐτοῦ ὁ Δάμων. ὅτῳ γὰρ ἂν μάθοις, ὡς οὐκ ἀγεννῆ σοι καὶ τοῦτον φίλον τὸν Εὐθύδικον διηγησάμενον. ΤΟ. πότερον δὲ ἀπώλοντο, ὦ Μνήσιππε, οἱ ἄνδρες, ἢ τις αὐτοῖς ἐκ παραλόγου σωτηρία ἐγένετο; ὡς ἔγωγε ὑπὲρ μετρίως δέδοικα ὑπὲρ Β αὐτῶν. ΜΝ. θαῤῥεῖ, ὦ Τόξαρι, ἐσώθησαν, καὶ ἔτι καὶ νῦν εἰσιν Ἀθήνησιν, ἀμφω φιλοσοφοῦντες. ὁ μὲν γὰρ Σίμυλος, ταῦτα μόνα εἶχε λέγειν, ἃ ποτε εἶδε τῆς νυκτός· τὸν μὲν, ἐκπεπτωκότα, τὸν δὲ, ὑπερπηδῶντα, καὶ νηχομένους, ἐς ὅσον ἐν νυκτὶ καθορᾶν ἐδύνατο. τὰ δὲ ἀπὸ τούτου, οἱ ἀμφὶ τὸν Εὐθύδικον αὐτοὶ διηγοῦνται. Ὁ μὲν γὰρ πρῶτον, φελλοῖς τισι παρεπεσόντας, αἰσθέσθαι ὅτι τούτων ἑαυτοῖς, καὶ ἀπονήχεσθαι πονήρως· ὕστερον δὲ τῷ ἀποβάθρᾳ ἰδόντας, ἤδη πρὸς ἕω, παρανήξασθαί τε αὐτῇ, καὶ C ὃ λοιπὸν ὑπερβαίνοντας, θύμβρῳ παρεικελῶσαι τῇ Ζακύνθῳ. μετ' ὀλίγον τούτοις δὲ φαίνεσθαι ὄντας, ὡς ἔγωγ' ἂν εἰκάσαιμι, ἀκμαιότερον ἤδη τὸν ἄλλον σῶμα πρὸς ἔργα αὐτῶν. Εὐδαμίδας Κορίνθιος, Ἀρεταίῳ τῷ Κορινθίῳ, καὶ Χαριξείνῳ τῷ Σικυωνίῳ, φίλοις ἐχρῆτο ὑπάρχουσι δὲ πένητι αὐτὸς ὢν· ἐπεὶ δὲ ἀπέθνησκε, διαθήκας ἀπέλιπε, τοῖς μὲν ἄλλοις, ἴσως γελοίας, σοὶ δ' οὐκ οἶδα εἰ τοιαύτας δόξουσιν, ἀνδρὶ ἀγαθῷ, καὶ φιλίαν πρώτην, καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτῇ πρωτείων ἀμιλλωμένῳ. ἐτέλα πο D γὰρ ἐν αὐταῖς, Ἀπολείπω Ἀρεταίῳ μὲν τὴν μητέρα μου τρέφειν, καὶ γηροκομεῖν, Χαριξείνῳ δὲ, τὴν θυγατέρα μου ἐκδοῦναι μετὰ πλείστου, ὁπόσην ἂν πλείστην δύνηται (ἦν δὲ αὐτῷ καὶ μήτηρ πρεσβῦτις, καὶ θυγάτριον ὡραῖον ἤδη γάμου) εἰ δέ τι ἄτερος αὐτῶν ἐν τοσούτῳ πάθοι, καὶ τὰ ἐκείνου μερίδα, φησὶν, ἐχέτω ὁ ἕτερος. τούτων οὐ διαγνωσθέντων τῶν διαθηκῶν, οἱ τὴν πενίαν μὲν εἰδότες τοῦ Εὐδαμίδα, τὴν φιλίαν δ', ἣ πρὸς τοὺς ἄνδρας ἦν αὐτῷ, ἀγνοοῦντες, ἐν παιδιᾷ τὸ πρᾶγμα ἐποιοῦντο, καὶ οὐδεὶς ὅστις οὐ γέλωτ' ἀπηλλάττετο,

οἵ Ἀρεταῖος καὶ Χαρίξενος οἱ εὐδαίμονες, κληρον λαμβάνονται, λέγοντες, εἴπερ ἀποπίσουσιν Εὐδαμίδα, καὶ ζῶντες αὐτοὶ κληρονομήσονται τοῦ τεθνεῶτος· οἱ κληρονόμοι δὲ, οἷς ταῦτα κατελέλειπτο, ὡς ἤκουσαν, ἦλθον εὐθὺς βεβαιοῦντες τὰ ἐν τῇ διαθήκῃ. ὁ μὲν οὖν Χαρίξενος, πέντε μόνας ἡμέρας ὕστερον, ἀπέθανεν· ὁ δὲ Ἀρεταῖος, ἄριστος κληρονόμος γενόμενος, τόν τε ἐκείνου, καὶ τὸν αὑτοῦ μειράκιον τρέφει τε τὸν Εὐδαμίδα τὸν μητέρα, καὶ τὴν θυγατέρα ἣν πολλοῦ ἐκδέδωκεν, ἀπὸ πεντήκοντα πέντε, ὧν εἶχε, δύο μὲν τῇ αὑτοῦ θυγατρὶ, δύο δὲ τῇ τοῦ φίλου ἐπιδοὺς, καὶ τὸν γάμον γε αὐταῖν ὑπὲρ μιᾶς ἡμέρας ἠξίωσε γενέσθαι. τί σοι δοκεῖ, ὦ Τόξαρι, ὁ Ἀρεταῖος οὗτος; ἆρα φαῦλον παράδειγμα φιλίας προσῆκεν, τοιαῦτα κληρονομήσας, ἃ μὴ προσῆκε τὰς διαθήκας τῶν φίλων; ἢ πήξομεν καὶ τοῦτον ἐν ταῖς τελείαις ψήφοις μίαν τῶν πέντε εἰ; TO. Ἀλλ' οὗτος μὲν καλός· ἐγὼ δὲ, τὸν Εὐδαμίδα πολὺ μᾶλλον ἐθαύμασα τῆς θαῤῥοῦς, ὃ εἶχε πρὸς τοὺς φίλους. ἐδήλου γὰρ ὡς ἂν αὐτὸς αὖ τὰ ὅμοια ἔπραξεν ἐπ' ἀμφοῖν, εἰ μὴ ἂν ἐν διαθήκαις ταῦτα ἐγεγράφατο, ἀλλὰ πρὸ τῶν ἄλλων ἦκεν αὖ ἄγραφος κληρονόμος τῶν τοιούτων. MN. Οὐ λέγεις· τέταρτον δέ σοι διηγήσομαι, Ζηνόθεμιν τὸν Χαρμόλεω, Μασσαλίηθεν· ἐδείχθη δέ μοι ἐν Ἰταλίᾳ πρεσβεύοντι ἐπὶ τῆς παρεμβολῆς, καλὸς ἀνὴρ, καὶ μέγας, καὶ πλούσιος, ὡς ἐδόκει· προσῆκτο δὲ αὐτῷ γυνὴ ὅτι ζεύγους ὀδιπορεούσῃ, τά τε ἄλλα εἰδεχθὴς, καὶ ξηρὰ τὸ ἥμισυ τὸ δεξιὸν, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένη, πολυλώβητόν τι καὶ ἀπρεπὲς μορμολύκειον. εἶτα ἐπεὶ ἐθαύμασα εἰ καλὸς οὗτος, καὶ ὡραῖος ὤν, ἀνέχεται παρεζευγμένῳ τοιαύτην αὐτῷ γυναῖκα, ὁ δείξας μοι αὐτὸν, διηγεῖτο τὸν δυσκλεῆ τοῦ γάμου, ἀκριβῶς εἰδὼς ἕκαστα· Μασσαλιώτης δὲ καὶ αὐτὸς ἦν. Μενεκράτει γὰρ, ἔφη, τῷ πατρὶ τῆς δυσμόρφου ταύτης, φίλος ἦν ὁ Ζηνόθεμις, πλουτοῦντί τε καὶ τιμωμένῳ ὁμοτίμως ὤν. χρόνῳ δὲ ὁ Μενεκράτης ἀφῃρέθη τὴν οὐσίαν ἐν καταδίκης, ὅτε καὶ καὶ ἄτιμος ἐγένετο ὑπὸ τῶν ἑξακοσίων, ὡς ἀποφηνάμενος γνώμην ἐπάξιον. ὅτῳ δὴ οἱ Μασσαλιῶται κολάζομεν, ἔφη,

A quòd eiusmodi hæreditatem Aretæus & Charixenus essent accepturi, felices videlicet: atque ita aiebant: Si quidem persoluent Eudamidæ, superstites etiam ipsi hæreditatem tradent mortuo. At hæredes quibus ista erant legata, vt audierũt, venerunt illico, agnoscẽtes ratáq; facientes ea quæ erant testamẽto mandata. Itaque Charixenus quinque duntaxat dies superstes, diem obiit. Aretæus autem optimus successor factus, tum illius, tũ suo ipsius susceptο onere, & matrem alit Eudamidæ, & filiam non ita pridem elocauit, ex quinque talentis quæ possidebat, duobus in propriæ filię dotem, duobus in
B amici filiam erogatis. Ac nuptias ambarum eodem die fieri voluit. Quid tibi, Toxaris, Aretæus iste videtur? nũmnam leue amicitiæ argumentum exhibuisse, adita huiusmodi hęreditate, neque deserto amici sui testamento? an hunc quoque in perfectis idoneísque calculis ponimus, vt sit vnus è quinque? TOX. Et iste quidem egregius: quanquam equidem Eudamidam multo magis ob fiduciam admiratus sum, qua fuit erga amicos: declarauit enim quòd & ipse eadem fuisset facturus erga illos, tametsi non essent ea
C scripta in testamento, verùm ante alios venisset non scriptus taliũ hæres. MNE. Probè dicis. Sed quartum iam tibi narrabo, Zenothemin Charmolëi, Massilia oriundum: commonstrabatur autem mihi in Italia, patrię nomine legatum agenti, vir decorus, procerus, ac diues, vt apparebat. Assidebat illi vxor in rheda iter facienti, cùm alioqui deformis, tum dimidia, nempe dextra, corporis parte manca, alteróque capta oculo, teterrimum quoddam & refugiendum terriculum. Deinde cùm demirarer, si decorus ille quum esset ac venustus, sustineret
D eiusmodi mulierem sibi adiunctam: is qui mihi eum commonstrabat, caussam exponit quare in id matrimonium incidisset: nouerat enim compertè omnia: nam ipse quoque Massilienſis erat. Menecrati (inquit) huius fœdæ patri, amicus erat Zenothemis, viro diuiti ac honorato ipse iisdem rebus par. Deinde aliquanto pòst facultatibus exutus est ex condemnatione Menecrates, quo tempore pariter infamis, & ad capessendos magistratus inidoneus est iudicatus à sexcentis viris, tanquam qui sententiam iniquam pronuntiasset. Ad hunc autẽ modum, inquit, nos Massiliẽses, mulctamus,

IIII. Zenothemis Massiliensis, & Menecrates.

si quis corruptè iudicet. Grauiter itaque A ferebat Menecrates, primùm, quòd esset condemnatus: deinde, quòd è diuite pauper: postremò, quòd ex nobili repentè factus esset infamis ac reiectitius. At præter cætera eum ipsa discruciabat filia iam nubilis, vtpote annos nata decem & octo, quam ne cum omni quidem patris substantia quam ante condemnationem possederat, dignatus fuisset quisquam ingenuus ac pauper facilè accipere, quæ tã infelici fuerit forma. Quin & concidere dicebatur, idque circa lunam crescẽtem. Hæc vbi apud Zenothemin deploraret, Bono, inquit, animo es Menecrates. Neque enim ipse egebis necessariis, & filia B tua dignum aliquem suo genere sponsum inuenerit. Atque hæc eloquutus statim apprehensa illius dextra, deduxit domum: ibique opes, quæ illi multæ erant, partitus est cum illo: ac cœna parari iussa, conuiuio accepit amicos, & in his Menecratem, veluti iam è necessariis cuipiam persuasisset vt puellam in matrimonium acciperet. Posteaquam autem conuiuium peregerant, libassentque Diis, tum verò plenum illi calicem porrigens, Accipe, inquit, Menecrates à genero symbolum affinitatis, poculum: nam hodie ducturus sum ego filiam tuam Cydimacham: dotem autem iam olim accepi talenta quinque & viginti. Illo verò respondente, Absit, ne feceris ô Zenothemis, néve ipse vsque adeo insaniam, vt te neglectum, qui & iuuenis es, & formosus, conspiciam cum deformi puella ac debilitata coniugatum: Hæc, inquam, illo loquente hic sponsam adiunctam tollens, abduxit in thalamum: ac paulo pòst prodiit, ea deuirginata: atque ex eo tempore cum illa viuit, supra modum diligens, & quemadmodum vides, circumferens eam. Et non solùm non pudet matrimonij, verumetiam perinde atque glorians de eo, sic ostentat, propterea quòd negligit corporis formam ac fœditatem, ad hæc opes & famam: tantùm amici rationem habet Menecratis, neque arbitratur eum sexcentûm virûm sentẽtia deteriorem esse factum, quantum ad necessitudinem. Quanquam pro his iam illi gratiam retulit fortuna, ad hunc modum: Puellus enim ei formosissimus ex illa deformissima susceptus est. Neque diu est quòd tollens hunc pater, intulit in curiam, frondibus oleaginis coronatum, ac pullis amictum,

εἴ τις τὸ δόγμα γράψειεν. ἐλυπεῖτο οὖν ὁ Μενεκράτης, καὶ ὅτι τῇ καταδίκῃ, καὶ ἐπεὶ ἐκ πλουσίου πένης, καὶ ἐξ ἐνδόξου ἄδοξος ὑπ' ὀλίγῳ ἐγένετο. μάλιστα δὲ αὐτὸν ἐλύπει θυγάτηρ αὐτῇ, ὑπήλικος ἤδη, καὶ ὀκτωκαιδεκέτης οὖσα, ἣν οὐδὲ μετὰ πάσης τῆς οὐσίας τῆς πατρῴας, ἣν γε πρὸ τῆς καταδίκης ἐκέκτητο, ἠξίωσεν ἂν τις τῶν γε εὐγενῶν, καὶ πενήτων, ῥᾳδίως προσλαβέσθαι, οὕτω κακοδαίμονα οὖσαν τὴν ὄψιν. ἐλέγετο δὲ καὶ καταπίπτειν πρὸς τὴν σελήνην αὐξανομένην. ὡς ὑπὲρ τούτων πρὸς τὸν Ζηνόθεμιν ἀποδυρόμενον, θάρρει, ἔφη, ὦ Μενέκρατες, οὔτε γὰρ ἀπορήσεις τῶν ἀναγκαίων, καὶ ἡ θυγάτηρ σου ἄξιον τῆς γένους εὑρήσει νυμφίον τινά· καὶ ταῦτα ἅμα διεξιών, λαβόμενος αὐτὸν τῆς δεξιᾶς, ἦγεν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ τὴν τε οὐσίαν πολλὴν οὖσαν, ἐπείμανε πρὸς αὐτόν· καὶ δεῖπνον πρόσκλητους ἑλὼν καλέσας, εἰστία τοὺς φίλους, καὶ τὸν Μενεκράτην, ὡς δή τινα τῶν ἑταίρων πεπειρᾶσθαι τῆς κόρης τὸν γάμον. ἐπεὶ δὲ ἐδεδείπνηντο αὐτοῖς, καὶ ἔσπεισαν τοῖς θεοῖς, ἐπεὶ δὴ μεστὴν αὐτῷ τὴν φιάλην προτείνας, C Δέδεξο, εἶπεν, ὦ Μενέκρατες, πρὸς τὸν γάμον ἐμοῦ φιλοτησίαν· ἄξομαι γὰρ ἐγὼ τήμερον τὴν θυγατέρα Κυδιμάχην. τὴν προῖκα δὲ πάλαι εἴληφα, τάλαντα πέντε καὶ εἴκοσι· τὴν δὲ, ἅπαγε λέγοντος, μὴ σύγε, ὦ Ζηνόθεμι, μὴ οὕτω μανείην, ὡς προΐδεῖν σε, νέον καὶ καλὸν ὄντα, κόρῃ αἰσχρᾷ καὶ λελωβημένῃ συγκαταζυγνύμενον. ὁ δὲ, ταῦτα διεξιόντος, ἁρπάσας τὴν νύμφην, ἀπῆγε εἰς τὸν θάλαμον· καὶ μετ' ὀλίγον προσῆλθε, διακορήσας αὐτήν. ἃ δ' ἐκείνη σιωπῇ ὑφαίνων, καὶ πρώτη ὡς ὀρθῶς προσαγόμενος αὐτήν· ἢ οὐχ D ὅπως ἥκιστα αἰσχύνῃ τὸν γάμον, ἀλλὰ καὶ σεμνολογῶν ἔοικεν, ὑπερηφανύμενος ὡς καταφρονῶν τὸ ἐν σώματι καλὸν, καὶ αἰσχρὸν, καὶ πλοῦτον, καὶ δόξης, ἀφορᾷ δὲ εἰς τὸν φίλον, καὶ τὸν Μενεκράτην. τοιοῦτος οἴεται χείρων προῖκα τὸ ψήφισμα τῶν ἑξακοσίων γεγενέναι. πλὴν ἤδη γε τούτων ὅπως αὐτὸν ἠμείψατο καὶ ἡ τύχη· παιδίον γὰρ κάλλιστον ἐκ τῆς αἰσχίστης αὐτῷ ταύτης ἐγένετο· καὶ προῖκα γε, ἐπεὶ ἀράμενος αὐτὸ εἰσεκόμισεν ὁ πατὴρ τὸ βουλευτήριον, ἀλλὰ ἐξεμιλλᾶτο, καὶ μέλανα ἀμπεχόμενον, ὡς

ὡς ἐλεεινότερον φανεῖν ὑπὲρ τῦ πάππου, ὁ μὲν βρέφος ἀνεγέλασε πρὸς τοὺς συλλαβόντας, καὶ σπαρασσόμενος τὸν χαίρε. ἡ συλλὴ δ' ὑπακλαυθεῖσα πρὸς αὐτὸ, ἀφῆκε τῷ Μενεκράτει τὴν κατάδικην, καὶ ἤδη ὑπάρχει ὅστις τηλικοῦτον σωτῆρα χρησάμενος πρὸς τὸ σωέδριον. Τοιαῦτα ὁ Μασσαλιώτης ἔλεγε τὸν Ζηνόθεμιν εἰργάσθαι ὑπὲρ τῦ φίλου, ὡς ὀφῆς, ὦ μικρὰ, οὐδὲ ὑπὸ πολλῶν ἂν Σκυθῶν γιόμενα· οἵτε καὶ τὰς παλλακὰς ἀκριβῶς τὰς καλλίστας ἐκλέγεσθαι λέγουσι). λοιπὸς ἡμῖν ὁ Πέμπτος· καί μοι δοκῶ οὐκ ἄλλον ἐρεῖν, Δημητρίου τὸν Σουνιέως ὑπολαμβάνοντος. σωνεκπλεύσας δὲ εἰς τὴν Αἴγυπτον ὁ Δημήτριος, Ἀντιφίλῳ τῷ Ἀλωπεκῆθεν, ἑταίρῳ οὐκ παίδων ὄντι, καὶ σωεφήβῳ, σωιλῶν, καὶ σωεπαιδεύετο, αὐτὸς μὲν, τὴν Κωικὴν ἀσκησιν ἀσκούμενος ὑπὸ τῷ Ροδίῳ ἐκείνῳ σοφιστῇ· ὁ δὲ Ἀντίφιλος, ἰατρικὴν ἄρα ἐμελέτα. ἐν δή ποτε ὁ μὲν Δημήτριος ἔτυχεν εἰς τὴν Αἴγυπτον ἀποδημῶν ἐπὶ θέαν τῶν πυραμίδων, καὶ τὸ Μέμνονος. ἤκουε γὰρ ταύτας ὑψηλὰς ὅσας, μὴ παρέχειν σκιὰν· τὸν δὲ Μέμνονα, βοᾶν πρὸς αἰθέλοντα τὸν ἥλιον. Τούτων ὑπεθυμήσας Δημήτριος, θέας μὲν τὰς πυραμίδων, ἀκροάσεως δὲ τὸ Μέμνονος, ἀναπλεύσας ἐπὶ τὸν Νεῖλον, ἕκτον ἤδη μῆνα, ὑπολείπων τὸν Ἀντίφιλον. ὁ δὲ σὺν τοσούτῳ συμφορᾷ ἐχρήσατο, μάλα γυναῖόν τινος φίλου δεόμενος. οἰκέτης γὰρ αὐτῦ Σύρος, ὄνομα, καὶ τὸν πατρίδα, ἱεροσύλοις ποσὶ χρησάμενος, συνεισῆλθέ τε αὐτοῖς εἰς τὸ Ἀνουβείειον, καὶ ἀποσυλήσαντες τὸν θεὸν, χρυσᾶς τὰς φιάλας δύο, καὶ κηρύκιον χρυσοῦν καὶ τοῦτο, καὶ κυνοκεφάλους ἀργυρεῖς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, κατέθεντο πρώτα παρὰ τῷ Σύρῳ· εἶτ' ἐμπεσόντες (ἐάλωσαν γάρ τι ἀπεμπολῶντες) ἅπαντα ὑπ' αὐτοῦ ἔλεγον πρεσβεύμενοι ὑπὸ τῦ ἔχοντος, καὶ ἀγόμενοι ἦσαν ὑπὸ τὴν οἰκίαν τῦ Ἀντιφίλου, καὶ τὰ φορεῖα ἐξέφερον ὑπὸ κλίνῃ τινὶ, ἐν σκότει κείμενα. ὅτε οὖν Σύρος ἐδέδετο ὑπὸ, καὶ ὁ δεσπότης αὐτῦ Ἀντίφιλος· οὗτος μὲν καὶ μεταξὺ ἀκροώμενος τῦ διδασκάλου, ἀναστατθείς, ἐξῆλθε δὲ οὐδείς· ἀλλὰ καὶ οἱ τέως ἑταῖροι, ἀπεστρέφοντο ὡς ὁ Ἀνουβείειον συλήσαντα, καὶ ἀσέβημα αὐτῷ ἡγοῦντο εἰ, εἰ συνέπιόν ποτε

A quò plus miserationis auo conciliaret. At infans arridebat iudicibus, & manibus complodebat. Itaque curia commota super illo, remisit mulctam Menecrati: atque ille iam rei famæque restitutus est, eiusmodi patrono vsus apud iudices. Hæc affirmabat Massilienſis Zenothemin amici gratia fecisse, haud mediocria, sicuti vides, neque qualia passim Scythæ factitant, qui concubinas formosissimas summa cura diligere dicuntur. Restat nobis quintus. Neque verò mihi videor alium quempiam debere dicere Demetrio Sunienſi præterito. Nauigarat in Ægyptum Demetrius vnà cum Antiphilo Alopecensi, quicum illi iam inde à teneris annis fuerat amicitia, atque ephebus ephebo conuixerat, paritérque fuerat eruditus, ipse quidem Cynicam disciplinam sequutus sub Rhodio illo sophista, Antiphilus verò medendi scientiam exercuerat. At hoc temporis fortè profectus fuerat in Ægyptum, ad spectaculum Pyramidum, Memnoníſque. Nam audiuerat, illas, quum essent sublimes, vmbram non iacere: Memnonem autem vocem edere exoriente sole. Harum igitur rerum cupiditate adductus Demetrius, videlicet vt Pyramidas intueretur, ac Memnonem audiret: sextum iam mensem aduerso Nilo nauigabat, relicto Antiphilo, quòd is itinere atque æstu defessus esset. Huic autem interea calamitas incidit, quæ singularem quempiam amicum postularet. Nam puer eius vt nomine, ita & patria Syrus, inita societate cum sacrilegis aliquot, vnà cum illis in Anubis templum irrupit: sublatóque Deò, ad hoc phialis aureis duabus, tum caduceo, aureo & hoc, neque non cynocephalis argenteis, atque id genus aliis, omnia apud Syrum deposuerat. Deinde fortè comprehensi, (capti enim fuerant diuendentes nescio quid) rem omnem protinus confessi sunt, districti in rota: deportatíque venerunt in ædes Antiphili: ibi res furto sublatas deprome-bant, sub lectica quadam in abdito conditas. Syrus itaque illico vinctus, vnáque herus huius Antiphilus: atque is quidem interea dum præceptorem audit, auulsus. Nec opitulabatur quispiam: quin magis hi qui fuerant hactenus amici, auersabantur hominem, tãquam qui templum Anubis sacrilegio compilasset: seséque impiari credebant, si cum illo bibissent;

V. par. Demetrius Sunienſis, & Antiphilus Alopecensis.

aut ediſſent. Porrò duo qui reliqui erant pueri, quicquid erat in domo, conuaſantes, fuga diſceſſerunt. In vinculis igitur erat miſer Antiphilus multum iam temporis: habitus interim omnium, quantum in carcere erat, ſontium ſceleſtiſſimus. Porrò præfectus carceris Ægyptius, homo ſuperſtitioſus, ratus ſeſe gratum facere deo, atque illius vlciſci vices, grauis Antiphilo imminebat. Quòd ſi quando defenderet, affirmans ſe nihil eiuſmodi patraſſe, impudens habebatur: atque hoc nomine multo etiam magis erat inuiſus. Subægrotabat itaque iam, maléque habebat: nec mirum: quippe qui humi cubaret, idque etiam noctu, neque crura ſineretur protendere, ligno incluſa: nam per diem cataſta ſtringebatur, altera manu vincta ferro: at noctu cogebatur totus in vinculis eſſe. Ad hæc inſuper domicilij pædor ac præfocatio, multis ibidem vinctis, locúmque anguſtũ prementibus adeò, vt vix reſpirarent, tum ferri ſtridor, ac ſomnus exiguus, hæc omnia moleſta erant, atque intoleranda: nimirum homini eiuſmodi rerum inſueto, miniméque ad tam durum vitæ genus exercitato. Quum verò iam deficeret, ac ne cibum quidem capere poſſet, reuerſus eſt tandem & Demetrius, nihil dum ſciens eorum quę acciderant. Vt autem cognouerat quo in loco res eſſet, ſtatim q; curriculo ad carcerem veniſſet: tum quidem admiſſus non eſt, propterea quòd veſpera iam eſſet, & carceris cuſtos iamdudum occluſis foribus dormiebat, miniſtris excubias agere iuſſis. At mane quum eſſet ingreſſus, multis videlicet precibus admiſſus, accedens, multo tempore quęrebat Antiphilum: quippe malorum multitudine ſic immutatum, vt cognoſci non quiret. Circumiens igitur, è vinctis vnumquemque contemplabatur, eorum more qui familiarium cadauera iam marcida facta requirunt in ſtragibus. Quòd ni nomen fuiſſet eloquutus, Antiphilum Denomenis filium: ne longo quidem tempore potuiſſet agnoſci quiſnam eſſet: vſqueadeo præ malis erat transfiguratus. Vt verò ad vocem agnitam reſpondiſſet, atque adeunte illo comam diduxiſſet, eam à vultu abigens, ſordidam atque impexam, oſtendit ſeſe quis eſſet. Hic ambo collapſi ſunt, oculis obortacaligine in tam inopinato ſpectaculo. Verùm aliquanto pòſt, poſteaquam & ipſe ſibi redditus,

ἢ σωφρονίσθησθαι αὐτῷ. καὶ οἱ λοιποὶ δὲ τῶν οἰκετῶν, δύο ὄντες, ἅπαντα ἐκ τῆς οἰκίας συσκευασάμενοι, ᾤχοντο φεύγοντες. ἐδέδετο οὖν ὁ ἄθλιος Ἀντίφιλος πολιὼ ἤδη χρόνον, ἀπαθὴς κακῶν, ὅσοι ἦσαν κακοῦργοι ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, μιαρώτατος τῶν ἁπάντων δοκῶν. καὶ ὁ μὲν τῶν δεσμῶν Αἰγύπτιος δεισιδαίμων ἀνὴρ ἄθεος, ὥετο χρῆναι καὶ πικραίνειν τὸν θεὸν, βαρὺς τῷ Ἀντιφίλῳ ἐφέστως. εἰ δέ ποτε ἀπολογοῖτο λέγων, ὡς οὐδὲν τοιοῦτον εἴργασται, ἀναίσχυντος ἐδόκει, καὶ πολὺ πλέον ὅτι τοῦτο ἐμισεῖτο. ἐπεὶ νόσῳ τοιᾷδε ἤδη, καὶ πονήρως εἶχεν, οἷ εἰκὸς χαμαὶ καθεύδοντα, καὶ τῆς νυκτὸς, οὐδὲ ἀποτείνειν τὰ σκέλη ἐλευθέρως, ἐν τῷ ξύλῳ καθειρχθέντα· τῆς μὲν γὰρ ἡμέρας ὁ κλοιὸς ἦρκε, καὶ ἡ ἑτέρα χεὶρ πεπεδημένη· εἰς δὲ τὸν νύκτα, ἔδει ὅλον καθεδεδέσθαι· καὶ μὲν καὶ τῆς οἰκήματος ἡ δυσοσμία, καὶ ὁ πνίγος, ἐν τούτῳ πολλῶν δεδεμένων, καὶ ἐστενοχωρημένων, καὶ μόλις ἀναπνεόντων, καὶ τῆς σιδήρου ὁ ψόφος, καὶ ὕπνος ὀλίγος, ταῦτα πάντα χαλεπὰ ἦν, καὶ ἀφόρητα, οἵῳ αὐτοῖς ἐκείνων ἀήθη, καὶ ἀμελετήτῳ πρὸς οὕτω σκληρὸν τὸν διαιτᾶσθαι. ἀπαγορεύοντος δὲ αὐτῷ, καὶ μηδὲ σῖτον αἴρεσθαι θέλοντος, ἀφικνεῖται ποτε καὶ ὁ Δημήτριος, οὐδὲν εἰδὼς τῶν ἤδη γεγενημένων. καὶ ὅπως ἔμαθεν, ὡς εἶχεν, αὐτὸς ὅτι τὸ δεσμωτήριον, δρομαῖος ἐλθών, τότε μὲν οὐκ εἰσεδέχθη, ἑσπέρα γὰρ ἦν· καὶ ὁ δεσμοφύλαξ πάλαι κεκλεικὼς τὸν θύραν, ἐκάθευδε, θορυβῶν τοῖς οἰκέταις παραχελευσάμενος· ἔωθεν δὲ εἰσέρχεται, πολλὰ ἱκετεύσας καὶ πρελθών, ὅτι πολὺ μᾶλλον ἐζήτει τὸν Ἀντίφιλον, ἄδηλον ἔτι τῶν κακῶν γεγενημένον, καὶ θεώμενος, αἰσχυντηλῶς καθ' ἕκαστον τῶν δεδεμένων, ὥσπερ εἰώθεσαν οἱ τοὺς οἰκείους νεκροὺς, ἤδη ἐώλους ὄντων αἰσχυντοῦντες ἐν ταῖς παρατάξεσι. καὶ εἴ γε μὴ τοιοῦτον ἐδόκησεν, Ἀντίφιλον Δημομένους, καὶ ὅτι πολὺ ἡμίονον αὐτὸν ὄστις ἦν, τοσοῦτον ἥλαττον ἔτι τῶν δεινῶν. ὡς δὲ τὸν φωνὴν αἰσθόμενος ἀνεβόησε, καὶ προσιόντος, διαστείλας τὸν κόμην, καὶ ἀπάγων τοῦ προσώπου αὐχμηρὸν καὶ συμπεπλεγμένον, ἔδοξεν αὐτὸν ὄστις ἦν, ἄμφω μὲν αὐτίκα πίπτουσιν ἐκπλαγέντες ὅτι τῇ ἀπροσδοκήτῳ θέᾳ. χρόνῳ δὲ ἀναλαβὼν αὐτόν τε

καὶ τὸν Ἀντίφιλον ὁ Δημήτριος, καὶ ἕκαστα, ὡς εἶχεν, ἐκπυθόμενος πρὸς αὐτοῦ, θαρρῆσαί τε προσκελεύεται· καὶ διελὼν ὁ τριβώνιον, ὃ μὲν ἥμισυ αὐτὸς ἀναβάλλεται, ὃ λοιπὸν δὲ, ἐκείνῳ δίδωσιν, ἃ εἶχε πιναρὰ καὶ ἐκτετυχωμένα ῥάκη περιαιρούμενος, καὶ ὃ ἀπὸ τούτου, πρώτα ἕκαστον στενῶν, ἐπιμελούμενος αὐτοῦ, καὶ θεραπεύων. προσαδοὺς γὰρ ἑαυτὸν τοῖς ἐν τῷ λιμένι ἐμπόροις, ἕως εἰς μέσην ἡμέραν, ὑπηρέτει ἐπιτηδείως· ἐκ δὲ τούτου πλείονος ἀπέφερεν ἀγοράζων. εἶτ' ἐπανελθὼν ἐκ τοῦ ἔργου, μέρος μὲν τῆς μισθοῦ τῷ δεσμοφύλακι καταβαλών, πρᾳότερον αὐτὸν ἐποίει· εἰρηνικῶς δὲ ἀπειργάζετο αὐτόν. ὃ λοιπὸν δὲ εἰς τὴν τοῦ φίλου θεραπείαν ἱκανῶς αὐτῷ διήρκει· καὶ τὰς μὲν ἡμέρας στενῶν τῷ Ἀντιφίλῳ, προσαμυδούμενος· ἐπεὶ δὲ νὺξ κατάσχοι, ὀλίγον ἀπὸ τῆς θύρας τοῦ δεσμωτηρίου, στιβάδιόν τι ποιησάμενος, καὶ φύλλα ὑποδησάμενος, αἰεπαύετο. χρόνου μὲν οὖν τινα οὕτω διῆγον, εἰσιὼν μὲν ὁ Δημήτριος ἀκωλύτως, ῥᾷον δὲ φέρων τὴν συμφορὰν ὁ Ἀντίφιλος, ὕστερον δὲ ἀποθανόντος τοῦ δεσμωτηρίου λῃστοῦ τινος ὑπὸ φαρμάκων, ὡς ἐδόκει, φυλακή τε ἀκριβὴς ἐγένετο, καὶ οὐκέτι πρόσω τις ἐς τὸ οἴκημα τοῦ λελυμένων. ἐφ' οἷς ἀπορῶν, καὶ ἀνιώμενος, ὅτι ἔχων ἀνῶσαι πρᾶγμα τῷ ἑταίρῳ, προσαγγέλλει ἑαυτὸν, προσελθὼν τῷ στενάρχῃ, ὡς εἴη κεχοινωνηκὼς τῆς ὁπῆς τὸν Ἄνουβιν ὑπορύξας· ὡς δὲ τοῦτο εἶπεν, ἀπήγετο αὖθις εἰς τὸ δεσμωτήριον, καὶ ἀφεὶς προσέτι τὸν Ἀντίφιλον (τοῦτο γὰρ μόλις πολλὰ ἱκετεύσας τὸν δεσμοφύλακα, ὀξέφρακτον προσέτι αὐτῷ πλησίον τοῦ Ἀντιφίλου, καὶ ὑπὸ τῷ αὐτῷ κλοιῷ δεδέσθαι) ἔνθα δὴ μάλιστα ἐδήξε τὴν ὀδύνην, ὡς εἶχέ πρὸς αὐτὸν, ἀμελῶν μὲν τῶν καθ' ἑαυτὸν δεινῶν· καίτοι σώσοντι αὐτὸς ὑπομιμνήσκων ὅπως ἐκφύγοι μάλιστα καὶ κλεπτόμενος, καὶ ἥκιστα ἀνιῷτο· ὥστε ῥᾷον ἔφερον μετ' ἀλλήλων κακοπαθοῦντες. χρόνῳ δέ τι προσπεσὸν, ἔπαυσεν ὅτι πλέον αὐτοῖς δεσμευθῆναι εἰς γὰρ τῶν δεδεμένων, οὐκ οἶδ' ὅτου, ῥίνης διαπρήσας, καὶ συναμίσας πολλοὺς τῶν δεσμῶν προσλαβών, ἀποκρίμνῃ τε πρὸς ἅλισιν, ἣ ἐδέδετο ἐξῆς, τῶν κλοιῶν εἰς αὐτὴν διφρουμένων, καὶ ἀπολύει ἅπαντας· οἱ δὲ ἀποκτείναντες δυοῖν δεοῖν ὀλίγοις ὕστερον τοῖς φύλαξι, ἐκπηδῶσιν ἀθρόοι.

& Antiphilum recipiens Demetrius, de singulis esset illum diligenter percontatus, bono animo esse iubet. Tum dissecto pallio, dimidiato quidem induitur ipse, reliquum autem illi donat, detractis illi putribus atque detritis quibus erat opertus panniculis: atque ex eo die modis omnibus illi aderat, curam eius agens, inseruiénsque. Locans enim sese iis qui versabantur in portu mercatoribus, à mane ad medium vsque diem oneribus gestandis non parum lucri faciebat. Deinde ab opere reuersus, mercedis partem carcerario in manum dabat, quò illi mansuetum hunc ac pacatum redderet. De reliquo autem in amici curam affatim suppeditabat. Atque interdiu quidem aderat Antiphilo, quò illum consolaretur: vbi verò nox occupasset, pro carceris foribus facto ex herbis torulo, substratisque frondibus, acquiescebat. Et in hunc quidem modum aliquandiu degebant: vt Demetrius nullo vetante ingrederetur, atque ob id mitiùs ferret calamitatem Antiphilus: donec extincto in carcere latrone quopiam, idque, vt putabatur, veneno: & custodiæ exactissimè obseruatæ, neque deinde quisquã admissus in domicilium vinculis liber. Quas ob res dubius atque anxius, quum alia via non pateret, qua liceret amico adesse: adito præfecti collega, seipsum defert, tanquam in irruptione templi Anubis communem operam addidisset. Id simul atque confessus est, abductus est illico in carcerẽ, ac ductus ad Antiphilum. (Nam hoc magnis precib. vix obtinuerat à carcerario, vt proximè Antiphilo, atque eadem in trabe vinciretur.) Hic igitur vel maximè declarauit quanto in illum fuerit amore, quum sua ipsius incommoda negligeret, cùm & ipse interim ægrotaret: illud autem curæ haberet; quo pacto fieri posset vt ille & quamplurimum dormiret, & minimùm angeretur: Atque ita commodè tolerabant, communicatis inter ipsos malis: donec aliquanto pòst tale quiddam accidit, quod finem fermè eorum imponeret calamitati. Siquidem è vinctis quispiam haud scio vnde nactus limam, adiunctis coniuratis captiuorum plerisque, catenam insecuit qua seriatim erant adstricti, cyphonibus in hanc insertis, soluítque omnes. Qui quidem facilè trucidatis (quippe paucis) custodibus, conglobati prosiliêre

atque hi quidem illico quò quisque poterat, dissipati: postea plerique sunt comprehensi. Porrò Demetrius & Antiphilus inibi remanserunt, Syro quoque retento, qui iam aufugere parabat. Vt autem diluxisset, Ægypti præses cognito quod accidérat, emisit quidem qui illos insequerentur: accersitis autem iis qui erant cum Demetrio, soluit à vinculis, collaudatos, quòd soli non aufugissent. At illis haudquaquam sat erat vt hoc titulo dimitterentur: clamabat autem Demetrius, sibíque non mediocribus in rebus iniuriam fieri prætendebat, si pro maleficis habiti, viderentur vel commiseratione, vel ob id laudis quòd non aufugissent, dimitti. In summa compulêre iudicem vt caussam exactiùs excuteret. At hic vbi reperit nihil eos commeritos, collaudatos illos, Demetrium autem seorsum quoque admiratus, liberos esse iussit, consolatus super pœnam quam tulerant præter ius in vincula coniecti. Quinetiam ambos muncre prosecutus est, idque de suo: Antiphilum drachmarum decem millibus: bis tanto Demetrium. Ac Antiphilus etiam nunc quidem in Ægypto est: Demetrius autem sua quoque viginti millia relinquens amico, concessit in Indiam, profectus ad Brachmanas, tantum hoc loquutus Antiphilo, meritò sibi iam ignoscendum videri quòd tum ab eo discederet: neque enim sibi opus fore pecunia, quoad is perseueraret esse qui erat, videlicet qui possit paucis esse contentus: neque illum ampliùs egere amico, quippe cui res iam feliciter haberent. Huiusmodi sunt, Toxaris, amici Græci. Quòd ni initiò notasses nos, tãquam qui verbis nos iactaremus; idem profectò relaturus eram tibi complures orationes, atque eas egregias, quas Demetrius habuerit in iudicio: cùm interim pro se ipso nihil responderet: pro Antiphilo verò lacrymas funderet, atque etiam supplex esset: totámque caussam in sese reciperet, donec Syrus flagris cæsus, ambos eos liberos fecit. Hos igitur paucos è plurimis, quos mihi primùm memoria suggessit, tibi narrauerim præclaros ac firmos amicos. Quod reliquum est, iam decedens à narratione, tibi dicendi partes trado. Tu porrò vti Scythas his non inferiores referas, sed longè præstantiores, tibi ipsi curæ fuerit, si quid de dextra solicitus es, ne ea tibi præcidatur.

A ἐκεῖνοι μὲν οὖν ὃ πρῶτον ἕκαστος ἐδύνατο ἕκαστος διεσπαρέντες, ὕστερον συνελήφθησαν οἱ πολλοί. ὁ Δημήτριος δὲ, καὶ ὁ Ἀντίφιλος, τὸν Σύρον ἔμφυλον, καὶ τὸν Σύρου λαβόμενοι ἔδησαν. ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, μαθὼν ὁ τῶν Αἰγυπτίων ἔπαρχος τὸ συμβεβηκὸς, ἐπ' ἐκείνους μὲν ἔπεμψε τοὺς διωξομένους, μεταγαγὼν δὲ τοὺς ἀμφὶ τὸν Δημήτριον, ἀπέλυσε τῶν δεσμῶν, ἐπαινέσας ὅτι μόνοι οὐκ ἀπέδρασαν· ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνοί γε ἠγάπησαν, ἕως ἀφιέμενοι· ἔδοα δὲ ὁ Δημήτριος, καὶ δεινὰ ἐποιεῖτο ἀδικεῖσθαι σφᾶς ὀλίγου, εἰ δόξουσι κακοῦργοι ὄντες, ἐλέῳ ἢ ἐπαίνῳ τῶν μὴ ἀποδρᾶναι, ἀφεθῆναι. καὶ τέλος, ἐπειδὴ κατέστησε τὸν δικαστὴν, ἀκριβῶς τὸ πρᾶγμα ἐξετάσαι. ὁ δὲ, ἐπεὶ ἔμαθεν οὐδὲν ἀδικοῦντας, ἐπαινέσας αὐτοὺς, τὸν Δημήτριον δὲ πολλὰ θαυμάσας, ἀφῆκε, προσμισθωσάμενος ὅτι τῇ κολάσει, ἐπειδὴ ἐχρῆτο ἀδίκως δεδεκότες, ἑκάτερον δωρησάμενος, πρὸ αὐτοῦ δραχμαῖς μὲν μυρίαις τὸν Ἀντίφιλον, δὶς τοσαύταις δὲ τὸν Δημήτριον. ὁ μὲν οὖν Ἀντίφιλος, ἔτι καὶ νῦν ἐν Αἰγύπτῳ ἐστίν. ὁ δὲ Δημήτριος, ἐκ τοῦ αὐτοῦ δισμυρίας ἐκείνῳ B καταλιπὼν, ᾤχετο ἀπιὼν εἰς τὴν Ἰνδικὴν, πρὸς τοὺς Βραχμᾶνας, τοσοῦτον εἰπὼν πρὸς τὸν Ἀντίφιλον, ὡς συγγνωστὸς ἂν εἰκότως νομίζοιτο, ἤδη ἀπολιπὼν αὐτόν· ὅτε γὰρ αὐτὸς δέοιτο τῆς χρημάτων, ἔστ' ἂν αὐτὸς ᾖ ὅσπερ ἐστὶν, ἀρκείσεσθαι ὀλίγοις δυναμένῳ· ὅτε ἐκείνῳ ἐπὶ δεῖν φίλῳ, μυρίων αὐτῷ τῆς πενίας μεμνημένων. Τοιοῦτοι, ὦ Τόξαρι, οἱ Ἕλληνες φίλοι. εἰ δὲ μὴ προδιεβεβλήκεις ἡμᾶς, ὡς ὄντι ῥήμασι μέγα φρονοῦντας, καὶ αὐτὸς ἂν σοι τοὺς λόγους διεξῆλθον πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ὄντας, οὓς ὁ Δημήτριος εἶπεν ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ὑπὲρ αὐτοῦ μὲν οὐδὲν ἀπολογούμενος, ὑπὲρ τοῦ Ἀντιφίλου δὲ, καὶ δακρύων προσέτι, καὶ ἱκετεύων, καὶ ὃ πάνυ ἐφ' ἑαυτὸν ἀναδεχόμενος, ἄχρι μαστιγούμενος ὁ Σύρος, ἀμφοτέρους ἀφῆκαν αὐτούς. ἐγὼ μὲν οὖν τοὺς τοιούτους ὀλίγους ἀπὸ πλείόνων, οὓς πρώτους ἡ μνήμη ὑπέβαλε, διηγησάμην σοι, ἀγαθοὺς καὶ βεβαίους φίλους. καὶ τὸ λοιπὸν ἤδη καταβὰς ἀπὸ τοῦ λόγου, σοὶ τὴν ῥῆσιν παραδίδωμι· σὺ δὲ ὅπως μὴ χείρους ἐρεῖς τοὺς Σκύθας, μηδὲ πολλῷ τούτων ἀμείνους, αὐτῷ σοι μελήσει, εἴ τι C τῆς δεξιᾶς πεφρόντικας, ὡς μὴ ἀποτμηθείης αὐτήν.

ἀλλὰ χρὴ ἄνδρα ἀγαθὸν εἶναι· ἐπεὶ καὶ γελοῖα ἂν πάθοις, Ὀρέστῃ μὲν καὶ Πυλάδῃ πάνυ σοφιστικῶς ἐπαινέσας, ὑπὲρ δὲ τῆς Σκυθίας φαῦλος ῥήτωρ φανούμενος. ΤΟ. Εὖγε, ὦ Μνήσιππε, ὅτι καὶ προτρεπόμενός με πρὸς τὸν λόγον, ὡσπερ ἂ πάνυ σοι μέλον, εἰ ἀποτμηθείης τὴν γλῶτταν, κατηθεὶς ἐν τοῖς λόγοις· πλὴν ἀρξομαί γε ἤδη, μηδὲν ὥσπερ σὺ καλλιλογηπάμενος, ἃ γὰρ Σκυθικόν τοῦτο, καὶ μάλιστα ἐπειδὴ τὰ ἔργα ὑπὲρ φθέγξηται τοὺς λόγους. προσδοκήσας δ' μηδὲν τοιοῦτο πρὸ ἡμῶν, οἷα σὺ διεξελήλυθας ἐπαινῶν; εἴ τις ἀπροίκιον ἔγημεν αἰκρᾶν γυναῖκα, ἢ εἴ τις ἀργύριον ἐπέδωκε γαμουμένῃ γυναικεῖ, φίλῳ ἀνδρὸς, δύο τάλαντα, καὶ, νὴ Δί', εἴ τις πρέσχεν ἑαυτὸν δεδησόμενον, ὅπως προθύμῳ τῷ μικρὸν ὕστερον λυθήσεται. πάνυ γὰρ εὐτελῆ ταῦτα, καὶ μεγαλοψυχόν τι ἀνθρώπῳ ἢ ἀνδρῶν ἑνὶ ὄντι. ἐγὼ δέ σοι διηγήσομαι φόνους πολλοὺς, καὶ πολέμους, καὶ θανάτους ὑπὲρ τῶν φίλων, ἵν' εἰδῇς ὡς παρ' ἡμῖν τὰ ὑμέτερα ἐστὶ, καὶ τὰ Σκυθικὰ ἐξεπάξεται. καίτοι οὐδὲ ἀλόγως αὐτὸ πεποίηκατε, ἀλλὰ εἰκότως τὰ μικρὰ ταῦτα ἐπαινεῖται· οὐδὲ γὰρ οὐδέ εἰσιν ὑμῖν ἀφορμαὶ ὑπὲρ μεγάλης, πρὸς ἐπίδειξιν φιλίας, ἐν εἰρήνῃ βαθείᾳ βιοῦσιν, ὥσπερ ἐν γαλήνῃ πλοῖοις, εἰ ἀγαθὸς ὁ κυβερνήτης ἐστί· χειμῶνος γὰρ δεῖσαι σοὶ πρὸς τὸ διαγνῶσιν πρὸ ἡμῶν ἦν, συνεχεῖς οἱ πόλεμοι, ἢ ἐπελαύνομεν ἄλλοις, ἢ ὑποχωροῦμεν ἐπιοῦσιν, ἢ συμπεσόντες, ὑπὲρ νομῆς, ἢ λείας, μαχόμεθα· ἔνθα μάλιστα δεῖ φίλων ἀγαθῶν, καὶ δι' τοῦτο, ὡς βεβαιότατα συνθέμεθα τὰς φιλίας, μόνον τοῦτο ὅπλον ἄμαχον καὶ δυσπολέμητον εἶναι νομίζοντες. πρότερον δέ σοι εἰπεῖν βούλομαι, ὃν τρόπον ποιούμεθα τοὺς φίλους, οὐκ ἐκ τῶν ποτῶν, ὥσπερ ὑμεῖς, οὐδ' εἴ συνέφηβός τις, ἢ γείτων ἐὼν· ἀλλ' ἐπειδή τινα ἴδωμεν ἀγαθὸν ἀνδρα, καὶ μεγάλα ἔργα πράττειν δυνάμενον, ὅτι τοῦτον ἅπαντες σπεύδομεν. καὶ ὥσπερ ὑμεῖς ἐν τοῖς γάμοις, τοῦτο ἡμεῖς ὅτι τῶν φίλων παῖδα αἰτοῦμεν, ὅτι πολὺ μνηστευόμενοι, καὶ πάντα ὁμοῦ πρόθυμοι πράττοντες, ὡς μὴ δόξωμεν ὑπό τινος ἡττᾶσθαι τῆς φιλίας, μηδὲ ἀπόλειπεσθαι δόξωμεν εἶναι. καὶ ἐπειδή τις ἱκανὸς ἤδη φίλος ἢ, σὺν θεῷ δ' ἀπὸ τούτου,

A Verùm oportet ſtrenuum præſtare virum. Etenim res quædam vehementer ridicula tibi contigerit, ſi cùm Oreſtem ac Pyladem admodum ſophiſticè laudaris, pro Scythia dicens, orator ignauus appareas. TOXA. Rectè tu quidem, Mneſippe, qui quidem ad dicendum etiam exhortaris: perinde quaſi nihil ſolicitus ſis ne tibi lingua excecetur, victo in narrationibus. Sed iam exordiar, nihil quidem quemadmodum tu, verbis phalerans atque exornans (neque enim is Scytharum mos) præſertim quum res ipſæ longè magis loquantur, quàm verba. Nihil autem eiuſmodi expecta-
B ueris à nobis, cuiuſmodi in commemorando laudibus extuliſti: puta ſi quis ſine dote duxerit deformem mulierem: aut ſi quis amici filiæ nubenti pecuniolam donauerit, duo talenta: ac per Iouem, ſi quis ſponte eat in vincula, quum certò ſciat ſe paulo pòſt eſſe ſoluendũ. Admodum enim leuia iſta, neque quicquam ineſt in his vel magni negotij, vel virile quod ſit. Cæterùm ego tibi referam multas cædes, belláque & mortes, amicorum cauſſa ſuſceptas, vt intelligas veſtra iſta luſum eſſe ſi cum Scythicis conferantur.
C Neque tamen iſtuc ſine cauſſa facitis, ſed meritò parua iſta miramini, propterea quòd non ſunt vobis admodum graues occaſiones declarãdę amicitiæ, quippe in alta pace viuentibus: quemadmodum nec in tranquillitate queas ſcire, bonus ſit gubernator, nécne: tempeſtate enim tibi opus fuerit ad hoc vt dignoſcas. At apud nos bella perpetua, & aut inuadimus alios, aut cedimus inuadentibus, aut vbi fortè cõcurrimus, pro paſcuis prędáque pugnamus. Hìc potiſſimùm opus eſt bonis amicis, eóque quamfirmiſſimè conſtituimus amicitias, ſola hæc arma
D inuicta atque inexpugnabilia eſſe iudicantes. Priùs autem volo tibi commemorare quo ritu faciamus amicos, non ex poculis, quemadmodum vos, neque ſi quis æqualis ſit, aut vicinus: verùm vbi ſtrenuum quempiam virum conſpexerimus, quique præclara facinora patrare poſſit, in hũc omnes ſtudio incumbimus: & quod vos in ambiendis coniugiis, id nos in amicis non grauamur, diu quaſi procos agentes, nihilque non facientes, ne videlicet fruſtremur amicitia, néve reiecti eſſe videamur. At vbi iã in amicitias cęteris repulſis delectus eſt quiſpiam, protinus fœdus initur, ac iuſiurandum,

Quomodo amicos eligant Scytha.

quod sit maximum, nimirum & victuros A eos pariter, & mortem oppeturum, si sit opus, alterum pro altero. Atque ita facimus. Etenim simul atque incisis digitis sanguinem in calicē destillauerimus, summisque intinctis gladius ambo pariter admouentes biberimus, non est quicquam quod deinde nos queat dirimere. Admittuntur autem ad huiusmodi fœdera ad summum tres. Nam qui multis sit amicus, is eo loco habetur apud nos, quo communes istæ atque adulteræ vxores: arbitramurque iam non perinde firmam illius amicitiam fore, posteaquam est in plures partes dissecta. Exordiar autem ab his quæ nuper Dandamis fecit. Dandamis enim hic in conflictu cum Sauromatis, quum esset captiuus abductus eius amicus Amizocas: Quin potiùs antè tibi iurabo nostrum iusiurandum, quandoquidem istuc initiò sum pollicitus. Non enim per Ventum & Acinacem, quicquam mentiturus sum apud te de Scythicis amicis. MNE. Equidem tuum iusiurandum haud magnopere desiderabam: proinde rectè facis, qui nullum deorum iures. TOX. Quid tu narras? An non tibi videntur esse dij, Ventus & Acinaces? Adeóne te fugit quod nihil sit ma C ius mortalibus vita ac morte? Per hæc vtique iuramus, quoties per Ventum & Acinacem iuramus: videl cet per Ventū, tanquam qui vitæ sit causſa: per Acinacem verò, vt qui mortis sit author. MNES. Atqui si ista idonea causſa est; profectò multos alios quoque deos estis habituri tales, qualis est Acinaces: puta iaculum, lanceam, venenum, funem, atque his consimilia: quandoquidem varius est iste deus interitus, atque innumerabiles aperit vias, quibus ad illum sit aditus. TOXA. Vide quàm contentiosè nunc, quámque litigiosè istuc facis: dum me- D dio sermone interpellas me, excutisq; ac disturbas orationem meam. At ipse loquente te, silentium agebam. MNE. Age, non sum istuc postnac facturus, Toxaris: & optimo iure obiurgas: quare perge confidenter quod restat dicere: perinde quasi nec adsim dum loqueris: adeò tibi silebo. TOXA. Quartus igitur agebatur dies Dandamidi & Amizocæ, ex quo amicitiam inierant, ac mutuum sanguinem pariter biberant: Venerant interea in regionem nostram Sauromatę cum equitū decem millibus: peditū autem ter tantum adueniſse ferebatur.

Iusiurandum Scytharum.

Ibar. Dandamis & Amizoca.

ὁ μέλιχος, ἢ μὴν καὶ διώσεταί μετ' ἀλλήλων, καὶ ἀποθανεῖται, ἢν δέῃ, ὑπὲρ τοῦ ἑτέρου τὸν ἕτερον, ἢν ὅτου ποιῶμεν. ἀφ' ἧς γὰρ σπεύδοντες ἅπαξ τοῖς δακτύλοις, ἐκπαλάξωμεν τὸ αἷμα εἰς κύλικα, καὶ τὰ ξίφη ἄκρα βάψαντες, ἅμα ἀμφότεροι ὑποσχόμενοι, πίωμεν, οὐκ ἔστιν ὅ,τι τὸ μὴ τῶθ' ἡμᾶς διαλύσειν αὖ. καὶ ἐρεῖται ἤδη τὸ μέλιχον ἄγει τελῶν ἐς τὰς συνωμοσίας εἰσιέναι· ὡς ὅστις αὖ πολύφιλος ἦ, ὅμιλος ἡμῖν δοκεῖ ταῖς γυναιξὶ ταύταις, καὶ μοιχευομέναις γυναιξί. καὶ οἰόμεθα οὐκέθ' ὁμοίως ἰσχυρὰν τὴν φιλίαν αὐτοῦ εἶ), πρὸς πολλὰς θυσίας διαιρεθῆναι. Ἀρξομαι δ' ἀπὸ τῶν Δανδάμιδος πρόσθεν γεγονότων. ὁ γὰρ Δανδαμις, ἐν τῇ πρὸς Σαυρομάτας συμπλοκῇ, ἀπαχθέντος αἰχμαλώτου Ἀμιζώκου τοῦ φίλου αὐτοῦ· μᾶλλον δ' ἂν πρότερον ὀμοῦμαί σοι τὸν ἡμέτερον ὅρκον, ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἐν ἀρχῇ διωμολογησάμην, ἃ μὲν γὰρ τὸν Ἄνεμον, καὶ τὸν Ἀκινάκην, οὐδὲν πρὸς σέ, ὦ Μνήσιππε, ψεύδομαι ἐρῶν πρὸς τῶν φίλων τῶν Σκυθικῶν. MN. ἐγὼ μὲν ἃ πάνυ σε ἐμφύοντος ἐδεόμην, σὺ δ' ὅμως ἃ ποιεῖν, ἃ δεινὰ θεῶν ἐπωμόσω. TO. τί σὺ λέγεις; ἃ σοὶ δοκοῦσιν, ὁ Ἄνεμος καὶ ὁ Ἀκινάκης, θεοὶ εἶ); ἃ πᾶς ἄρα ἠγνόησας, ὅτι αὐθρώποις μεῖζον οὐδὲν ἔστι ζωῆς τε καὶ θανάτου; ὁπότε μὲν οὖν τὸν Ἄνεμον καὶ τὸν Ἀκινάκην ὀμνύομεν, ταῦτα ὀμνύομεν, ὡς τὸν μὲν Ἄνεμον, ζωῆς αἴτιον ὄντα, τὸν Ἀκινάκην δὲ, ὅτι ἀποθνήσκειν ποιεῖ. MN. ἢ μὲν εἰ διά γε τοῦτο, ἢ ἄλλως αὖ ἔχει τε πολλοὺς θεούς, οἷος ὁ Ἀκινάκης ἐστὶ, τὸν ἰὸν, καὶ τὸν λῃστὴν, καὶ κώνωπα, καὶ βρόχον, καὶ τἄλλα τοιαῦτα. ποικίλος γὰρ ἐστὶν ὁ θεὸς ὁ θάνατος, καὶ ἀπείρους τὰς ἐφ' ἑαυτὸν πρόσοδους ἀνοίγων ὁδούς. TO. ὁρᾷς, τοῦτο ὡς εἰκὸς ποιεῖς, καὶ δικαιότατα, ὑποκρούων μεταξὺ καὶ διαφθείρων μου τὸν λόγον· ἐγὼ δὲ, ἡσυχίαν ἦγον, σοῦ λέγοντος. MN. ἀλλ' οὐκ αὖθις γε, ὦ Τόξαρι, ποιήσω τοῦτο, πάνυ γὰρ ὀρθῶς ἐπετίμησας· ὥστε θαρρῶν, τό γε ὑπὲρ τούτου λέγε, ὡς μηδὲ πρόσθεν ἐμοῦ τοῖς λόγοις, ὅτου σιωπήσομαί σοι. TO. τετάρτη μὲν ὡς ἡμέρα τῆς Φιλίας Δανδάμιδι καὶ Ἀμιζώκῃ, ἀφ' ἧς ὃ ἀλλήλων αἷμα συνεπεπώκεσαν· ἦκον δὲ ἡμῖν ὅτι μὲν χώραν Σαυρομάται, μυρίοις μὲν ἱππεῦσιν· οἱ πεζοὶ δ', τρὶς ποσῷ τι ἐπελελυθέναι ἐλέγοντο.

οἷα δὲ ὑ προσφοιτώντων τὴν ἔφοδον αὐτῶν, A
σκιπεσόντες, ἀπρόφαντοι μὲν τοῖς πέροισι, πολλοὺς
δὲ τῶν μαχίμων κτείνουσι· τοὺς δὲ, καὶ ζωντας,
ἀπάγουσι, πλὴν εἴ τις ἔφθη διανηξάμενος
εἰς τὸ πρόσω τοῦ ποταμοῦ, ἔνθα ἡμῖν τὸ ἥμισυ
τοῦ στρατοπέδου, καὶ μέρος τῶν ἁμαξῶν ἦν· οὕ-
τω γὰρ ἐσκιωώσαμεν τότε, οὐκ οἶδα ὅ, τι δό-
ξαν τοῖς ἀρχιπλανοῖς ἡμῶν, ἐπ' ἀμφοτέρας
τὰς ὄχθας τοῦ Τανάϊδος. θύθις οὖν ἥ τε λεία
προσεπλημμύετο, καὶ τὰ αἰχμάλωτα συνείλκετο,
καὶ τὰς σκηνὰς διήρπαζον, καὶ τὰς ἁμάξας κα-
τελαμβάνοντο, αὐτανδρους τὰς πλείστας ἁλι-
σκομένας. καὶ οἱ ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ὑβρίζοντες B
τὰς παλλακίδας, καὶ τὰς γυναῖκας. ἡμεῖς δὲ
ἠνιώμεθα τῷ πράγματι. ὁ δὲ Ἀμιζώκης
ἁλόμενος (ἑαλώκει γὰρ) ἐβόα τὸν Φίλον ὀνο-
μαστὶ, κακῶς δεδεμένος, καὶ ὑπεμίμνησκε
τῆς κύλικος, καὶ τοῦ αἵματος. ὧν ἀκούσας ὁ
Δανδάμις, οὐδὲν ἔτι μελλήσας, ἀπρόφατον
ὁρώντων, διενήχεται εἰς τοὺς πολεμίους· καὶ οἱ
μὲν Σαυρομάται, διηρμένοι τοὺς ἄκοντας,
ὥρμηντο ἐπ' αὐτὸν, ὡς κατακεντήσοντες· ὁ
δὲ, ἐβόα τὸν Ζίριν. τοῦτο δὲ ὧν τις εἴπῃ, οὐκέτι
φονεύουσιν αὐτὸν, ἀλλὰ δέονται, ὡς ὑπὲρ λύ- C
τρων ἥκοντα. καὶ δὴ ἀναχθεὶς πρὸς τὸν ἄρ-
χοντα αὐτῶν, ἀπῄτει τὸν Φίλον· ὁ δὲ λύτρα
ἤτει· μὴ γὰρ προήσεσθαι, εἰ μὴ μεγάλα
οἱ παρ' αὐτοῦ λάβοι. ὁ Δανδάμις δὲ, ἃ μὲν εἶ-
χον, φησὶν, ἅπαντα διήρπασαι ὑφ' ὑμῶν, εἰ δέ
τι δυνάμην γυμνὸς ἀποτελέσαι, ἕτοιμος ὑ-
ποσχέσθαι ὑμῖν, καὶ προστάττε ὅ, τι ἂν θέλῃς· εἰ
βούλῃ δὲ, ἐμὲ αὐτὶ τούτου λαβὼν, καταχρῆ-
σαι πρὸς ὅ, τι σοι φίλον. ὁ δὲ Σαυρομάτης,
Οὐδὲν ἔφη δεῖ ὅλως κατέχεσθαί σε, καὶ τοῦ-
το, Ζίριν ἥκοντα· σὺ δὲ, ὧν ἔχεις μέρος κα- D
βαλὼν, ἄγου τὸν Φίλον. ἤρετο ὁ Δανδάμις ὅ, τι
καὶ βούλεται λαβεῖν, ὁ δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἤτησεν.
ὁ δ' αὐτίκα προέχειν σκηπτὸν αὐτοῖς κάπει-
δὴ ὡξεκέκεντρωτο, καὶ ἤδη τὰ λύτρα εἶχον οἱ Σαυ-
ρομάται, προσκαλεσὼν τὸν Ἀμιζώκην, ἐπεστήριξε,
ἐπορεύοντο αὐτοὶ, καὶ ἅμα διανηξάμενοι, ἀ-
πεσώθησαν πρὸς ἡμᾶς. τοῦτο γὰρ ὑμνούμενον προ-
εμηθήσατο ἅπαντας Σκύθας, καὶ ἤκειν ἡγεῖτο
σὺμμιξον, ὁρῶντες ὅτι τὸ μέγιστον ἡμῖν τῶν ἀγα-
θῶν, οὐκ ἀπήγαγον οἱ πολέμιοι, ἀλλ' ὅτι ἔτι
παρ' ἡμῖν ἡ ἀγαθὴ γνώμη, καὶ ἡ πρὸς τοὺς φί-

Ij nimirum quum in nos irruissent imparatos, neque expectantes illorum insultum, omnes quidem cedere cogũt, complures autem repugnantes occidunt, nonnullos & viuos abducunt, nisi si quis effugerat tranans in vlteriorem fluminis ripam, vbi nobis dimidium copiarum, & pars curruum erat. Sic enim id temporis castra fueramus metati, haud scio quo consilio Archiplanorum, id est ducum nostrorum, ad vtranque Tanaidis ripam. Protinus itaque & prædas abigebant, & captiua abducebant, & tentoria diripiebant, & curribus potiebantur, atque iis plerisque cum viris captis: & sub oculis nostris concubinas vxoresque nostras constuprabant. Nos porrò rem indignè tulimus. At Amizoca quum duceretur (erat enim captus) nominatim inclamauit amicum, miserè vinctus: simúlque calicis & sanguinis commonefecit. Quod simul atque exaudierat Dandamis, nihil etiam contatus, spectantibus omnibus tranauit ad hostes. Ibi Sauromatæ densatis telis irruerunt in illum, iam confixuri, nisi succlamasset, Zirim. Hoc verbi si quis sonuerit, postea non interimunt, sed recipiunt, tanquam dedentem sese pretio redimendum. Móxque ad illorum ducem adductus, reposcebat amicum: Ille redemptionis pretium postulabat. Neque enim priùs dimissurum sese, nisi maximum pro illo recepisset. Tum Dandamis: Quę possidebam, inquit, ea omnia à vobis direpta sunt: quòd si quid est quod nudus præstare queam, id sum paratus polliceri vobis: & imperato quicquid voles: & si ita vis, meipsum huius in locum recipe, & abutere ad quodcunque tibi lubitum erit. Ad hæc Sauromata: Nihil, inquit, opus retinere te: præsertim cùm temet dedideris. Quin tu parte eorum quæ possides, tradita, amicum abducito. Rogat illico Dandamis, quidnam vellet accipere. Ille oculos postulat. Atque hic protinus exhibuit eruendos. Deinde vbi essent exacti, iámq; pretium persolutum esset Sauromatis, recepto Amizoca, reuersus est innitens illi: vnáque tranantes, incolumes ad nos redierunt. Id factum, animum reddebat Scythis omnibus, neque iam victos esse rebantur sese, quum viderent, quod apud nos esset bonorum maximum, id nondum esse abductum ab hostibus: verùm superesse egregiam mentem, & in ami-

cos fidem. At idem Sauromatis formidinem non mediocrem incutiebat, reputantibus cum cuiuſmodi viris, ſi ſe præparaſſent, eſſent pugnaturi: tametſi tum quidem ex improuiſo ſuperaſſent: proinde ſub noctem relictis maxima ex parte pecoribus, incenſíſque curribus, fuga ſeſe ſubduxerunt. Porrò Amizoca non tulit diutiùs, vt videret ipſe, amico cæco Dandamide, ſed ipſus ſemet exoculauit. Atque ita ſedent ambo, omnique honore à populo Scytharum publicitus aluntur. Quid tale, Mneſippe, vos referre poſſetis, etiam ſi quis tibi donet vt poſſis vel decem alios ad iſtos quinque adiungere, etiam citra iuſiurandum, ſi ita vis, vt & multa liceat affingere? At ego tibi rem nudam expoſui. Tu verò ſi quem talem narraſſes, non ſum neſcius, quantas adornandæ rei gratia phaleras narrationi fueris admixturus, quemadmodum ſupplicarit Dandamis: & quomodo ſit excæcatus, & quæ dixerit, & quo pacto redierit, & quemadmodum exceperint eum Scythæ, aggratulantes, benéque ominantes, atque id genus alia: cuiuſmodi vos ad demulcendas aures ſoletis artificio quodam addere. Audi igitur & alium huic parem Belittam, huius Amizocæ conſobrinum. Is vt detractum ex equo à leone Baſthen amicum conſpexiſſet (nam fortè ſimul erant in venatu) iámque leo circumplexus illum, iugulo admotus eſſet, atque vnguibus laniaret, deſiliens & ipſe, inuolauit in tergum beluæ, reflexítque, in ſeſe prouocans, auerténſque, atque inter dentes digitos inferens, conatus quoad licuit, Baſthen è rictu leonis eximere, donec leo omiſſo illo iam ſemimortuo, ad Belittam ſeſe conuertit, atque ipſum quoque circumplexus occidit. At ille moriens (nam tanto anteuertit) acinacem in leonis pectus defixit. Itaque pariter exanimati ſunt omnes: nos autem ſepeliuimus eos, duobus aggeſtis tumulis inter ſe vicinis, altero amicorum, altero è regione leonis. Iam tertio loco tibi referam Mneſippe, Macentæ, Lonchatæ, & Arſacomæ amicitiam. Hic enim Arſacomas deperibat Mazæam Leucanoris filiam, qui regnabat in Boſporo tum quum legatione fungeretur ſuper tributo quod Boſporani ſemper nobis pendere ſoliti, id temporis tertium iam menſem vltra diem legitimum diſtulerant.

II. par. Belittæ & Baſthes.

III. Macentes, Lonchates & Arſacomas.

λὰς πίστις. καὶ τοὺς Σαυρομάτας ὁ δ' αὐτὸς μετρίως ἐφόβησε, λογιζομένους πρὸς οἵους ἄνδρας ἐν παρασκευῇ μαχοῦνται, εἰ καὶ ἐν τῷ ἀπροσδοκήτῳ τότε ὑπεχώρουν, ὥστε νυκτὸς ἐπιγενομένης, ἀπολιπόντες τὰ πλεῖστα τῆς βοσκημίας, καὶ τὰς ἁμάξας ἐμπρήσαντες, ᾤχοντο φεύγοντες. ὁ μὲν οὖν Ἀμιζώκης, οὐκέτι ἠνέσχετο βλέπειν αὐτὸς ὁπὶ τυφλῷ τῷ Δανδάμιδι, ἀλλὰ τυφλώσας καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν, ἀμφότεροι κεῖνται) ὑπὸ τῆς κοινῆς τῶν Σκυθῶν δημοσίᾳ μετὰ πάσης τιμῆς τρεφόμενοι. τί τοιοῦτον, ὦ Μνήσιππε, ὑμεῖς ἔχοιτε ἂν εἰπεῖν, εἰ καὶ ἄλλους σοὶ δέκα δοίη τις ὅτι τοῖς πέντε καταριθμήσαιμι, αἰωμότους εἰ βούλοι, ὡς καὶ πολλὰ ὑπερψεύδομαι αὐτοῖς; καίτοι ἐγὼ μόνῳ σοὶ γυμνὸν τὸ ἔργον διηγησάμην· εἰ δὲ σὺ τινὰ τοιοῦτον ἔλεγες, ᾧ οἶδα, ὁπόσα ἂν κομψὰ ἐγκατέμιξας τῷ λόγῳ, οἷα ἱκέτευεν ὁ Δανδάμις, καὶ ὡς ἐτυφλοῦτο, καὶ ἃ εἶπε, καὶ ὡς ἐπέμπηκε, καὶ ὡς ὑπεδέξαντο αὐτὸν ἐπευφημοῦντες οἱ Σκύθαι, καὶ ἅμα οἷα οἷος μηχανᾶσθαι εἰώθατε πρὸς τὴν ἀκρόασιν. ἄκουε γοῦν καὶ ἄλλου ἰσότιμον, Βελίττου, Ἀμιζώκου πάππου ἀνεψιόν· ὃς ἐπεὶ καταπαλαίσας ἵππου ὑπὸ λέοντος εἶδε βάσθην τὸν φίλον (ἅμα γὰρ ἔτυχον θηρῶντες) καὶ ἤδη ὁ λέων περιπλακεὶς αὐτῷ, ὑπερπεφυκὼς τῷ λαιμῷ καὶ τοῖς ὀδοῦσιν ἐπαίροντος, καταπηδήσας καὶ αὐτὸς, ἐπιπίπτει κατόπιν τοῦ θηρίου, καὶ περιέσπα, πρὸς ἑαυτὸν προσύρων, καὶ μεταξὺ, διὰ τῶν ὀδόντων μεταξὺ διείρων τοὺς δακτύλους, καὶ τὸν βάσθην, ὡς οἷόν τε ἦν, ὑπεξελκύσαι πειρώμενος τοῦ δήγματος. ἄχρι δὴ ὁ λέων ἀφεὶς ἐκεῖνον ἡμιθνῆτα ἤδη, ὅπῃ τὸν Βελίτταν ἀπεστράφη, καὶ συμπλακεὶς, ἀπέκτεινε κἀκεῖνον· ὁ δὲ, ἀποθνήσκων, ὃ γοῦν τοσοῦτον ἔφθη, πατάξας τῇ ἀκινάκῃ τὸν λέοντα εἰς ὃ στέρνον, ὥστε ἅμα πάντες ἀπέθανον, καὶ ἡμεῖς ἐθάψαμεν αὐτοὺς, δύο τάφους ἀναχώσαντες πλησίον, ἕνα μὲν τῶν φίλων, ἕνα δὲ καὶ αὐτικρὺ τοῦ λέοντος. Τρίτην δέ σοι διηγήσομαι, ὦ Μνήσιππε, τὴν Μακέντου φιλίαν, καὶ Λογχάτου, καὶ Ἀρσακόμα. ὁ δὲ Ἀρσακόμας οὗτος, ἦρχεν Μαζάμας τοῦ Λευκανόρους, τοῦ βασιλεύσαντος ἐν Βοσπόρῳ, ὁπότε ἐπρεσβεύετο παρ' ἡμῶν ἀσμοῦ, ὃν οἱ Βοσπορανοὶ ἀεὶ φέροντες ἡμῖν τότε ἤδη δίπηχυ μῆνα ὑπερῆμερον ἐπεφύλαττον.

ὂν τῷ δείπνῳ χρυσῷ ἰδὼν τὴν Μαζάιαν, με-
γάλην καὶ καλὴν παρθένοι, ἤρα, & πονηρῶς
εἶχε. τὰ μὲν δὴ πρῶτα περὶ τὴν φόρων διεπέπρα-
κτο ἤδη, καὶ ἐχρημάτιζεν αὐτῷ ὁ βασιλεύς, &
εἰσία, ἤδη αὐτὸν ἀποπέμπων. ἔθος δέ ἐστιν ἐν
Βοσπόρῳ, τοὺς μνηστῆρας ὅτι τῷ δείπνῳ αἰ-
τεῖν τὰς κόρας, καὶ λέγειν οἵ τινες ὄντες, ἀξιοῦ-
σι καταδεχθῆναι ὅτι τὸν γάμον. καὶ δὴ καὶ τότε
ἔτυχον ἐν τῷ δείπνῳ πολλοὶ μνηστῆρες πα-
ρόντες, βασιλῆς, καὶ βασιλέων παῖδες, καὶ Τι-
γραπάτης ὁ τῶν Λαζῶν δυνάστης, καὶ Ἀδύρ-
μαχος, ὁ Μαχλυίνης ἄρχων, καὶ ἄλλοι πολλοί.
δεῖ δὲ τὸν μνηστῆρα ἕκαστον προσαγγείλαντα B
ἑαυτὸν, ὅστις μνηστευσόμενος ἥκει, δεῖπνον ἐν
τοῖς ἄλλοις, κατακείμενον ἐφ' ἡσυχίας· ἐπει-
δὰν δὲ παύσωνται δεῖπνοῦντες, αἰτήσαντα φιά-
λην, σπεῖσαι τῆς τραπέζης, καὶ μνη-
σθέντα τοῦ παιδὸς, πολλὰ ἐπαινοῦντα ἑαυ-
τὸν, ὅστις ἢ πλούτου, ἢ δυνάμεως ἔχει.
πολλῶν οὖν καὶ τῶν δεόντων ἀφ' ἑαυτῶν, καὶ
αἰτησάντων, καὶ βασιλείας καὶ πλούτους κα-
ταριθμησαμένων, τελευταῖος ὁ Ἀρσακόμας
αἰτήσας τὴν φιάλην, οὐκ ἔσπεισεν (οὐ γὰρ ἔθος
ἡμῖν ἐστὶν ἀκρατον τὸν οἶνον, ἀλλὰ ὕβρεως εἶναι δοκεῖ C
τοῦτο εἰς τὸν θεόν) πιὼν δὲ ἅμα εἶπε, Δός μοι, ὦ
βασιλεῦ, ἔφη, τὴν θυγατέρα σου Μαζάιαν,
γυναῖκα ἔχειν, πολὺ ὑπερτηδειοτέρῳ τούτων
ὄντι, ὅσα γε ὑπὲρ τῷ πλούτῳ καὶ τοῖς κτή-
μασι. τοῦ δὲ Λευκάνορος θαυμάσαντος (ἠπί-
στατο γὰρ πένητα τὸν Ἀρσακόμαν, καὶ Σκυθῶν
τὸν πολλῶν) καὶ ἐρωτῶντος, Πόσα γὰρ κτήνη, ἢ
πόσας ἁμάξας ἔχεις, ὦ Ἀρσακόμα; τοιοῦτα γὰρ
ὑμεῖς πλουτεῖτε· Ἀλλ' οὐκ ἁμάξας, ἔφη, ἔχω,
οὐδὲ ἀγέλας, ἀλλ' εἰσί μοι δύο φίλοι καλοὶ,
καὶ ἀγαθοὶ, οἷοι οὐκ ἄλλῳ Σκυθῶν. τότε μὲν D
οὖν ἐγελάσθη ὅτι τούτοις, καὶ προῆλθε, καὶ με-
θύων ἔδοξεν. ἕωθεν δὲ προσκριθεὶς τῶν ἄλλων
Ἀδύρμαχος, ἔμελλεν ἀπάξειν τὴν νύμφιον ἐς
τὴν Μαιῶτιν, παρὰ τοὺς Μάχλυας. ὁ δὲ Ἀρ-
σακόμας ἐπανελθὼν οἴκαδε, μιμνύει τοῖς φί-
λοις, ὡς ἀτιμασθείη ὑπὸ τοῦ βασιλέως, καὶ
ταπεινωθείη ἐν τῷ συμποσίῳ, πένης εἶναι δόξας.
καίτοι, ἔφη, ἐγὼ διηγησάμην αὐτῷ τὸν πλοῦτον,
ὁπόσος ἐστί μοι, ὑμᾶς, ὦ Λογχάτα καὶ Μακέν-
τα, καὶ τὴν εὔνοιαν τὴν ὑμετέραν πολὺ ἀμείνω
καὶ βεβαιοτέραν τῆς Βοσπορανῶν δυνάμεως.

A In conuiuio igitur quum Mazæam vi-
disset proceram atque decoram virgi-
nem, amore captus est, grauitérque di-
scruciabatur. Iam itaque quæ de tribu-
tis agebantur, erant transacta: respon-
derátque illi Rex, conuiuióque accipiebat,
mox illum dimissurus. Est autem mos in
Bosporo, vti proci in conuiuio petant
puellas, narrantes quinam sint, quibús-
que rebus freti decreuerint eas in ma-
trimonium accipere. Atque id tempo-
ris forte fortuna multi aderant in con-
uiuio proci, reges, ac regum filij: in his
erat & Tigrapates Lazorum princeps,
& Adyrmachus Machlynæ dux, aliique
cum his permulti. Oportet autem vnum-
quenque procum posteaquam exposuit
quis sit, & qua fiducia ad ambiendas
nuptias accesserit, conuiuari cum reli-
quis, tacitúmque accumbere: deinde
peracto conuiuio, postulata phiala vi-
num in mensam effundere, atque ita
sponsam ambire, multùm interea col-
laudantem sese, quo genere, quibus o-
pibus, qua sit potentia. Ad hunc igitur
modum cùm multi iam libassent, postu-
lassentque, regna & opes commemo-
rantes: tandem Arsacomas postulata
phiala non libauit (neque enim mos a-
pud nos vinum effundere, quin magis
contumelia ista esse iudicatur in Deum)
sed hausitim bibens, Da mihi rex, in-
quit', filiam tuam Mazæam vxorem,
qui multo sum potior istis, quantum
ad opes ac possessiones attinet. Leu-
canore verò admirante (sciebat enim
rex pauperem Arsacomam, ac de ple-
be Scytharum esse) percontantéque,
Quantum pecorum, aut quantum ha-
bes plaustrorum Arsacoma? nam iis re-
bus vos diuites estis. Imò nec plaustra,
inquit, possideo, nec armenta, verùm
sunt mihi duo amici, honesti, probí-
que, quales alij Scytharum nemini. Ac
tum quidem ista dicens risus est, con-
temptuique habitus, visúsque temulen-
tus: mane verò reliquis prælatus est A-
dyrmachus: iámque sponsam abducturus
erat in Mæotidem ad Machlyenses. Por-
rò Arsacomas domum reuersus, amicis
indicat quemadmodum reiectus esset à
Rege, risuique habitus in conuiuio, cùm
pauper esse putaretur. Atqui dixeram, in-
quit, illi, quantas haberem opes, nempe
vos ô Lonchata atque Macēta: vestrám-
que beneuolentiam longè præstare mul-
tóq; firmiorem esse Bosporanorū opibus.

Verùm hæc dicentem me ſubſannauit, A contemſítque: & Adyrmacho ſcilicet Machlyenſi tradidit aſportandam ſponſam, quòd aureas phialas ſe diceret habere decem, præterea currus quaternis ſedilibus octoginta: ad hęc ouium boúmque multam copiam. Sic videlicet antetulit fortibus viris pecorum multitudinem, operoſa pocula, & currus graues. Proinde, ô amici, dupliciter excrucior: nam & Mazæam amo, & iniuria mihi inter tantum hominum illata, non mediocriter mordet animum meum. Arbitror autem & vos ex æquo iniuria affectos eſſe. Etenim ad vnumquenque è nobis tertia contumeliæ pars pertinebat: ſi modò ita viuimus, quemadmodum cœpimus quum coniungeremur: nimirum vt vnus homo ſimus, iiſdem dolentes iiſdémque gaudentes. Imò, inquit Lonchates, vnuſquilibet è nobis totus iniuria afficiebatur tum quum in te iſta fierent. Quomodo igitur, inquit Macentes, his in rebus agemus? Per partes, inquit Lonchates, negotium ſuſcipiamus. Atquè ego quidem recipio, Arſacomæ me caput apportaturum Leucanoris. Tu verò ſponſam ereptam huic adducas oportet. Ita fiat, inquit: at tu Arſacoma, inter hæc (nam his peractis veriſimile eſt exercitu ac bello fore opus) hîc mane, quò contrahas & appares arma, equos, atque aliarum rerum vim quantam potes maximam. Facillimè autem plurimos adiunxeris: partim quòd ipſe ſtrenuus, partim quòd nobis non pauci ſunt familiares. Maximè verò ſi deſederis in tergore bouis. Hæc vbi placuiſſent, hic quidem quantum potuit, rectà profectus eſt in Boſporum, puta Lonchates: alter, id eſt Macentes, ad Machlyenſes: eques vterque. At Arſacomas domi manens, & cum æqualibus contulit, & ex familiaribus vim hominum armauit. Demum & in tergore bouis deſedit. Conſuetudo autem de ſedendo in tergore bubulo, huiuſmodi eſt apud nos: Vbi quis ab alio læſus eſt, cupitque vlciſci, neque par eſſe pugnæ videtur: tum boue immolato, carnes fruſtulatim conciſas igni torret. Dehinc ipſe porrecto humi corio, ſedet in eo, in tergum reductis manibus, more eorum qui à cubitis vincti ſunt. Et hoc quidem apud nos maximum eſt ſupplicandi genus. Appoſitis autem bouis carnibus,

ἀλλ' ἐμοῦ ταῦτα διεξιόντος, ἡμᾶς μὲν ἐχλεύαζε, καὶ κατεφρόνει, Ἀδυρμάχῳ δὲ τῷ Μάχλυϊ, παρέδωκεν ἀπάγειν τὴν νύμφην, ὅτι χρυσᾶς γε φιάλας ἐλέγετο ἔχειν δέκα, καὶ ἁμάξας τετρακλίνους ὀγδοήκοντα, καὶ τοσαῦτα, καὶ βοῦς πολλούς· οὕτως ἄρα τοσετίμησεν ἀνδρῶν ἀγαθῶν δοσκήματα πολλά, καὶ σκεύη τοιαῦτα, καὶ ἁμάξας βαρείας. ἐγὼ δὲ, ὦ φίλοι, δι' ἀμφότερα αἰσχύνομαι, καὶ γὰρ ἐρῶ τῆς Μαζαίας, καὶ ἡ ὕβρις οὐ τοσούτοις ἀνθρώποις οὐ μετρίως μου καθῆκεν· οἶμαι δὲ καὶ ὑμᾶς ὁπόσης ἠδικῆσθαι. ὁ γὰρ τρίτον μέρος ἑκάστῳ ἡμῶν τῆς ἀτιμίας, εἰ γε οὕτω διοδμῶν, ὡς ἀφ' οὗ συνελήλυθαμεν, εἷς ἄνθρωπος ὄντες, καὶ τὰ αὐτὰ αἰσχόμενοι, καὶ τὰ αὐτὰ χαίροντες. οὐ μόνον, ἐπεῖπεν ὁ Λογχάτης, ἀλλὰ καὶ ἕκαστος ἡμῶν ὅλος ὕβριζεν, ὁπότε σὺ τοιαῦτα ἔπαθες. Πῶς οὖν, ὁ Μακέντης ἔφη, χρησόμεθα τοῖς παροῦσι; διελώμεθα, ἔφη ὁ Λογχάτης, τὸ ἔργον. κἀγὼ μὲν ἐπαγγέλομαι Ἀρσακόμᾳ τὴν κεφαλὴν κομιεῖν τὴν Λευκανόρος, σὲ δὲ χρὴ τὴν νύμφην ἐπαναγαγεῖν αὐτῷ. Οὕτω γινέσθω, ἔφη. σὺ δὲ, ὦ Ἀρσακόμα, ἐν τοσούτῳ (εἰκὸς γὰρ καὶ στρατείας, καὶ πολέμου ὃ μὴ τοῦτο δεήσειν ἡμᾶς) αὐτοῦ παρεμένων, συνάγαγε, καὶ παρασκεύαζε ὅπλα, καὶ ἵππους, καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν ὡς πλείστην. ῥᾴστα δ' ἂν πολλοὺς προσαγάγοις, αὐτός τε ἀγαθὸς ὤν, καὶ ἡμῖν οὐκ ὀλίγων ὄντων οἰκείων· μάλιστα δὲ εἰ καθέζοιο ὅπῃ τῆς βύρσης τοῦ βοός. ἔδοξε ταῦτα, καὶ ὁ μὲν ἐχώρει, ὡς εἶχεν, αὐτοῦ ὅπῃ τοῦ Βοσπόρου ὁ Λογχάτης· ὁ Μακέντης δὲ, ὅπῃ τοὺς Μάχλυας ἱππότης ἑκάτερος· ὁ δὲ Ἀρσακόμας, οἴκοι μενῶν, τοῖς τε ἡλικιώταις διελέγετο, καὶ ὡπλίζε δυνάμιν τῶν τε οἰκείων· τέλος δὲ, καὶ ὅπῃ τῆς βύρσης ἐκαθέζετο. Τὸ δὲ ἔθος ἡμῖν τὸ περὶ τὴν βύρσην οὕτως ἔχει· ἐπειδάν τις ἀδικηθεὶς ὑπό τινος ἑτέρου, ἀμύνασθαι βουλόμενος, ἴδῃ καθ' ἑαυτὸν ὅτι ἀξιόμαχος ὤν, σοφῶς ἱερεύσας, τὰ μὲν κρέα καταχόψας, ἥψησεν, αὐτὸς δὲ, ἐκπετάσας χαμαὶ τὴν βύρσην, κάθηται ἐπ' αὐτῆς, εἰς τύπον παραγαγὼν τὼ χεῖρε, ὡσπερ οἱ ἐκ τῶν ἀγκώνων δεδεμένοι. καὶ τοῦτό ἐστιν ἡμῖν ἡ μεγίστη ἱκετηρία. παρακαθημένων δὲ τῶν κρεῶν τῷ βοΐ,

Consuetudo sedendi in tergore bubulo.

προσιόντες οἱ οἰκεῖοι, καὶ τῶν ἄλλων ὁ βουλόμενος, μοῖραν ἕκαστος λαβών, ὀπίσω τῇ βύρσῃ τὸν δεξιὸν πόδα, ὑπισχνεῖται καὶ δώσειν, ὁ μὲν, πέντε ἱππέας πρὸς ἑξὴν ἀσίτους, καὶ ἀμίσθους, ὁ δὲ, δέκα, ὁ δὲ, πλείους, ὁ δὲ, ὁπλίτας πεζοὺς, ὁπόσους ἂν δύνηται), ὁ δὲ, μόνον ἑαυτὸν, ὁ πένεστατος. ἀθροίζεται γοῦν ὀπίσω τῆς βύρσης πολὺ πλῆθος ἐνίοτε, καὶ τὸ τοιοῦτον στράτευμα, βεβαιότατόν τε ἐστὶ συμμῖξαι, καὶ ἀπροσόμαχον τοῖς ἐχθροῖς, ἅτε καὶ ἔνορκον ὄν. τὸ γὰρ ὀπισθοβῆσαι τῆς βύρσης, ὅρκος ἐστίν. ὁ μὲν οὖν Ἀρσακόμας ἐν τούτοις ἦν. καὶ ἡ θεράπαινα αὐτῷ ἱππεῖς μὲν ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους, ὁπλίτας δὲ, καὶ πεζοὶ, στρατιὰν ἀμφότερα δισμυρίους. ὁ δὲ Λονχάτης, ἀγνοούμενος, προελθὼν ἐς τὸν Βόσπορον, προσέρχεται τῷ βασιλεῖ διοικουμένῳ τι τῆς ἀρχῆς, καὶ φησὶν, ἥκειν μὲν ἀπὸ τῶν κοινῶν τῶν Σκυθῶν, ἰδίᾳ δὲ αὐτῷ μεγάλα πράγματα κομίζων. τοῦ δὲ, λέγειν κελεύσαντος, Οἱ μὲν Σκύθαι, φησὶ, τὰ κοινὰ ταῦτα, καὶ τὰ καθ' ἡμέραν ἀξιοῦσι, μὴ διαβαίνειν τοὺς νομέας ὑμῶν ἐς τὸ πεδίον, ἀλλὰ μέχρι τοῦ Τραχώνος νέμειν· τοὺς δὲ λῃστὰς, οὓς αἰτιᾶσθε ὡς κατέχοντας ὑμῶν τὴν χώραν, ἃ φασιν ἀπὸ κοινῆς γνώμης οὐκ πέμπεσθαι, ἀλλὰ ἰδίᾳ ἕκαστον ὅτι τοῦ κέρδους κωλύειν· εἰ δέ τις ἁλίσκοιτο αὐτῶν, σὲ κύριον εἶναι κολάζειν. ταῦτα μὲν οὖν οἱ ἐπεσταλκασιν. ἐγὼ δὲ, μηνύω σοι μεγάλην ἔφοδον ἐπιφέρειν ἐφ' ὑμᾶς τὸν Ἀρσακόμαν τοῦ Μαριάντα, ὃς ἐπρέσβευε πρώην πρὸς σὲ, καὶ οἶμαι, διότι αἰτήσας τὴν θυγατέρα, οὐκ ἔτυχε παρὰ σοῦ, ἀγανακτεῖ, καὶ ὅτι τῆς βύρσης ἑβδόμην ἡμέραν ἤδη κάθηται, καὶ στρατὸς οὐκ ὀλίγος αὐτῷ. Ἤκουσα, ἔφη ὁ Λευκάνωρ, καὶ αὐτὸς ἀθροίζεσθαι δύναμιν ἀπὸ βύρσης· ὅτι δ' ἐφ' ἡμᾶς στρατεύσεται, καὶ ὅτι Ἀρσακόμας ὁ ἐλαύνων ἐστὶν, ἠγνόουν. Ἀλλ' ὅτι σὲ, ἔφη ὁ Λονχάτης, ἠδικηκὼς ἐμοὶ δὲ ἐχθρὸς ὁ Ἀρσακόμας ἐστὶ· καὶ ἄθλεται διότι προτιμῶμαι αὐτῷ ὑπὸ τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ ἀμείνων τὰ πολλὰ δοκῶ εἶναι· εἰ δέ μοι ὑποσχοῖο τὴν ἑτέραν σου θυγατέρα Βαρκέτην, οὔτε τἄλλα αἰσχίω ὑμῶν ὄντι, οὐκ εἰς μακρὰν σοι ἥξω, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κομίζων. Ὑπισχνοῦμαι, ἔφη ὁ βασιλεὺς,

A adeuntibus domeſticis, præterea ſi quis alius velit, quiſque partem ſibi ſumit, ac dextro pede tergum bouis calcans, pro facultate pollicetur, hic quidem equites præbiturum ſe quinque ſuopte cibo, ſuóque ſtipendio: ille decem, alius plures: alius armatos pedites quot poſſit: atque qui pauperrimus, ſeipſum duntaxat. Colligitur itaque in tergo bouis ingens nonnunquam multitudo. Et huiuſmodi quidem exercitus & certiſſima fide cohæret, & hoſtibus expugnatu difficillimus eſt: non aliter quàm ſi iureiurando eſſet adactus. Nam in tergum aſcendiſſe, inſtar iuriſiurandi eſt. Arſa-
B comas igitur his in rebus procurandis ſatagebat: coierúntque illi equites quidem circiter quinquies mille: tum armati ac pedites promiſcuè vicies mille. At Lonchates vbi ignotus peruenit in Boſporum, Regem adit, tractantem quiddam de regni negotiis, aitque venire quidem ſeſe publico Scytharum nomine, ſed priuatim res maximas apportare. Ille vbi dicere iuſſiſſet: De publicis, inquit, negotiis, hæc impræſentiarum denunciant Scythæ, ne veſtri paſtores in planitiem vſque tranſgrediantur, ſed in-
C tra Trachonem paſcant. Cæterùm latrones de quibus expoſtulatis, quòd regionem veſtram incurſent: negant eos publico conſilio emitti, ſed priuatim ſui quenque lucri cauſa prædari. Quòd ſi quis illorum deprehendatur, tui arbitrij eſſe, vt in eos animaduertas. Hæc quidem illi denunciant. At ego tibi indico, grauem in vos inſultum futurum ab Arſacoma Mariantæ filio, qui nuper legatum egit apud te: idque opinor, quum filiam tuam poſtularit, non aſſecutus ſit abs te: ob id indignatur, ſedétque in tergore taurino ſeptimum iam diem,
D contractúſque illi eſt exercitus haud exiguus. Audiui (inquit Leucanor) & ipſe, cogi vim copiarum in tergum bouis. Quòd autem aduerſum nos cogerentur, quódque Arſacomas huius rei dux eſſet, id verò me fugerat. Atqui in te, inquit Lonchates, hic apparatus conſtituitur. Mihi autem inimicus eſt Arſacomas, grauitérque fert quòd ſibi præferar à natu maioribus, & quòd in omnibus illo videar eſſe præſtantior. Quòd ſi mihi ſpoponderis alteram filiam tuam Barcetin, alioqui nec indigno veſtra affinitate, breui tibi reuerſus caput eius apportauero. Spondeo, Rex inquit,

videlicet ſupra modum formidine correptus, propterea quòd non ignoraret quam ob cauſſam iratus eſſet Arſacomas: nimirum ob nuptias: tum aliàs quoque metuerat ſemper Scythas. At Lonchates, Iurato, inquit, te præſtiturum pacta, neque inficiaturum. Id cùm fieret, iámque reſupinatus in cœlum iurare vellet: Abſit, inquit, vt hîc: ne quis ſpectantium coniiciat qua gratia iuremus: quin potiùs hoc templum Martis ingreſſi, occluſis foribus iuſiurandum edamus, vbi nullus exaudiat. Nam ſi quid horum inaudierit Arſacomas, vereor ne me ante bellum immolet, manu iam nunc non parua cinctus. Introëamus, inquit Rex: vos autem abſiſtite quamlongiſſimè: neque quiſquam ad templum adeat, quem ego non accerſiuero. Poſteaquam igitur ipſi quidem introgreſſi ſunt, ſatellites autem procul abſtiterunt: vibrato gladio, ſimúlque altera manu obturato ore, ne vociferaretur, ictum in pectus adegit. Deinde caput deſectum, ſub chlamyde tenens prodibat, quaſi confabulans interim cum illo, breuíque ſeſe dicens affuturum, tanquam ad negotij quippiam emitteretur ab illo. Atque ita reuerſus eò vbi equum vinctum reliquerat, conſcenſo illo redequitauit in Scythiam. Porrò nemo eſt eum inſequutus, quippe diu ignorantibus Boſporanis quod acciderat, tum vbi reſciſſent, factiosè de regno decertantibus. Hæc itaque geſſit Lonchates, præſtitítque promiſſum, allato Leucanoris capite. Porrò Macentes in via factus certior ſuper his quæ in Boſporo acciderant, peruenit ad Machlyenſes: primúſque illis nuntium attulit de Rege trucidato. At populus, inquit, te Adyrmache, gener cùm ſis, ad regnum vocat. Proinde fac vt ipſe prior occupans, imperium arripias, in rebus perturbatis obortus, puella verò te ſequatur à tergo in curribus. Facilè enim iſthoc pacto tibi conciliaueris multitudinem Boſporanorum, vbi Leucanoris filiam conſpexerint. Ego porrò non ſolùm Alanus ſum, verùm etiam ſponſæ tuæ cognatus maternus: ſiquidem noſtra è gente Maſteram Leucanor aſciuit vxorem. Et nunc tibi adſum, miſſus à Maſteræ fratribus qui ſunt in Alania, denunciantibus vt quàm potes ocyſſimè te recipias in Boſporum,

μάλα δειδὼς ὠμόμοσε· ἔγνω γὰρ τὴν αἰτίαν τῆς ὀργῆς τῆς Ἀρσακόμα, τὴν ὅτι τὰς γάμους, καὶ ἄλλως, ἀεὶ ἐφοβεῖτο τοὺς Σκύθας. ὁ δὲ Λογχάτης, Ὄμοσον, ἔφη, ἢ μὴν φυλάξαι τὰ συνθήκας, μηδὲ ἀπρήσασθαι. ἤδη τούτων ὠμοσμένων, καὶ ἐπεὶ ἀνατείνας εἰς τὸν οὐρανὸν, ἤθελεν ὀμνύειν, Μὴ σύγε οὕτω, εἶπε, μή τις ἐπίδηται τῶν ὁρώντων ἐφ' ὅτῳ ὀμνύωμεν, ἀλλ' εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἄρεος τουτὶ εἰσελθόντες, ὀπισθοσάμενοι τὰς θύρας, ὀμνύωμεν, ἀκουσάτω δὲ μηδείς. εἰ γάρ τι τούτων πύθοιτο Ἀρσακόμας, δέδοικα μὴ πρόθυσηταί με τοῦ πολέμου, χεῖρα δὲ μικρὸν ἤδη παρειλημμένος. Εἰσίωμεν, ἔφη ὁ βασιλεύς, ὑμεῖς δὲ ἀπόστητε ὅτι πορρωτάτω· μηδεὶς δὲ πρόσω εἰς τὸν νεὼν, ὃν τινα μὴ ἐγὼ καλέσω· ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν εἰσῆλθον, οἱ δορυφόροι δὲ ἀπέστησαν, ἀσπασάμενος τὸν ἀκινάκην, ὀπισχὼν τῇ ἑτέρᾳ τὸ στόμα, ὡς μὴ βοήσαι, παίει πρὸς τὸν μαστόν· εἶτα ἀποτεμὼν τὴν κεφαλὴν, ἐπὶ τῇ χλαμύδι ἔχων, ἐξῄει, μεταξὺ διαλεγόμενος δῆθεν αὐτῷ. καὶ δὴ τάχεων ἤξειν λέγων, ὡς δὴ ὅτι τι πεμφθεὶς ὑπ' ἐκείνου. ὡς δ' ὅτως ὅτι τὸν τόπον ἀφικόμενος, ἔνθα δεδεμένον κατέλειπε τὸν ἵππον, ἀναβὰς, ἀφίππασατο εἰς τὴν Σκυθίαν. δίωξις δὲ οὐκ ἐγένετο αὐτῷ, ὅτι πολὺ ἀγνοησάντων τὸ γενόμενον τὴν Βοσπορανῶν, καὶ ὅτε ἔγνωσαν, περὶ τῆς βασιλείας στασιαζόντων. ταῦτα μὲν ὁ Λογχάτης ἔπραξε, καὶ τὴν ὑπόσχεσιν ἀπεπλήρωσε, τοῦ Ἀρσακόμα κομίσας τὴν κεφαλὴν τοῦ Λευκανόρους. ὁ Μακέντης δέ, κατ' ὁδὸν ἀκούσας τὰ περὶ Βοσπόρῳ γενόμενα, ἦκεν ἐς τοὺς Μάχλυας, καὶ πρῶτος ἀγγείλας αὐτοῖς τὸν φόνον τοῦ βασιλέως, Ἡ πόλις σοί, ἔφη, ὦ Ἀδύρμαχε, σὲ γαμβρὸν ὄντα, ὅτι τὴν βασιλείαν καλεῖ, ὥστε, σὺ μὲν πρόθυμος γενόμενος, κατάλαβε τὴν ἀρχὴν, τεταραγμένοις τοῖς πράγμασιν ὀπτανόμενος. ἡ κόρη δέ, κατόπιν σοι ὅτι τὰ ἅρματα ἐπέσθω, ῥᾷον γὰρ οὕτω προσάξεις Βοσπορανῶν τοὺς πολλοὺς, ἰδόντες τὴν Λευκανόρους θυγατέρα· ἐγὼ δέ, Ἀλανός τε εἰμι, καὶ τῇ παιδὶ ταύτῃ συγγενὴς μητρόθεν· πρὸς ἡμῶν γὰρ ἔσχε τὴν Μάστειραν, ἠγάγετο δὲ Λευκάνωρ· καὶ νῦν σοι ἧκω παρὰ τῶν Μαστείρας ἀδελφῶν, τῶν δὲ Ἀλανίᾳ, παρακελευομένων, ὅτι τάχιστα ἐλαύνειν ὅτι τὸν Βόσπορον, καὶ μὴ

καὶ μὴ προϊδεῖν ἐς Εὐβίοτον προελθοῦσαν τὴν ἀρχὴν· ἐς ἀδελφὸς ὢν νόθος Λευκάνορος, Σκύθαις μὲν ἀεὶ φίλος ὄντι, Ἀλανοῖς δ' ἀπεχθεται. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν ὁ Μακέντης, ὁμόσκυλος καὶ ὁμόγλωττος τοῖς Ἀλανοῖς ὤν· κοιναὶ γὰρ ταῦτα Ἀλανοῖς καὶ Σκύθαις· πλὴν ὅτι οὐ πάνυ κομῶσιν οἱ Ἀλανοὶ, ὥσπερ οἱ Σκύθαι· ἀλλὰ ὁ Μακέντης καὶ τοῦτο εἴκασε αὐτοῖς, καὶ ἀποκεκάρκει τῆς κόμης, ὁπόσον εἰκὸς ἦν ἐλαττον κομᾶν τὸν Ἀλανὸν τοῦ Σκύθου· ὥστε πιστεύετο δι' ταῦτα, καὶ ἐδόκει Μασσαγέτας καὶ Μαζαίας συγγενὴς εἶ). Καὶ νῦν, ἔφη, ὦ Ἀδύρμαχε, ἑτοιμός εἰμι σοὶ ὅτι τὸν Βόσπορον, ἢν ἐθέλῃς, μόνον τε εἰ δέοι, καὶ τὴν παῖδα ἄγειν. τοῦτο, ἔφη, καὶ μᾶλλον, ὦ Ἀδύρμαχε, ἐθελήσαιμ' ἄν, ἀφ' ἅμματος ὄντα σε, Μαζαίαν ἄγειν. ἐγὼ μὲν γὰρ ἅμα ἡμῖν ἴῃς ὅτι τὸν Βόσπορον, ἵππων ἑνὶ πλείοις ἂν χροίμεθα· εἰ δέ μοι τὴν γυναῖκα ἄγοις, αὐτὶ πολλῶν ἂν γένοιο. Ταῦτα ἐγένετο· καὶ ὁ μὲν ἀπήλαυνε, τῷ δαδοῦχῳ τῷ Μακέντῃ ἄγειν τὴν Μαζαίαν, πρῴην ἔτι οὖσαν. ὁ δὲ, ἡμέρας μὲν ὅτι τῆς ἁμάξης ἦγεν αὐτὴν· ἐπεὶ δὲ νὺξ κατέλαβεν, ἀναθέμενος ὅτι τὸν ἵππον (ἐτεθεράπευκει δὲ ἄλλον ἕνα σφίσιν ἵππον ἕπεσθαι) ἀναπηδήσας ἐς αὐτὸν, οὐκέτι τῷδε τὴν Μαζαίαν ἤλαυνεν, ἀλλ' ἀποτραπόμενος εἰς τὴν μεσόγαιαν, ἐν δεξιᾷ λαβὼν τὰ Μιτραίων ὄρη, διενυκτέρευεν μεταξὺ τὴν παῖδα, τελευταῖος ἐτέλεσεν ἐκ Μαχλυόνων ἐς Σκύθας. καὶ ὁ μὲν ἵππος αὐτὸν, ὅπῃ ἐπαύσατο τοῦ δρόμου, μικρὸν ὑπερβὰς, ἀπεθηκεν. ὁ δὲ Μακέντης, ἐξελείσας τὴν Μαζαίαν τῷ Ἀρσακόμᾳ, Δέδεξο, εἶπε, καὶ παρ' ἐμοῦ τὴν ὑποδοχήν. τοῦ δὲ πρὸς ὃ αὐέλπιστον τοῦ θεάματος καταπλαγέντος, καὶ χάριν ὁμολογοῦντος, Παῦε, ἔφη ὁ Μακέντης, ἄλλον με ποιῶν σαυτοῦ. ὃ γὰρ χάριν ἐμοὶ ὁμολογεῖν ἐφ' οἷς ἔπραξα τούτοις, τοιόν δέ ἐστιν, ὡσπερ αἰ ἡ ἀριστερά μου χάριν εἰδείη τῇ δεξιᾷ, ὅτι πρωθεῖσθαί ποτε αὐτὴν ἐθεράπευσε, καὶ φιλοφρόνως ἐπεμελήθη καμούσης. γελοῖα τοίνυν ἂν ἡμεῖς νῦν ποιοῖμεν, εἰ πάλαι ἀναμιχθέντες, ἂν ὡς οἷόν τε ἐν, εἰς ἕνα συνελθόντες, ἔτι μέγα νομίζοιμεν εἶναι, εἰ ὁ μέρος ἡμῶν ἔ τι χρηστὸν ὑπὲρ ὅλου τοῦ σώματος·

cæterùm Vulcanus claudus eſt, vnus ex mechanicis camino & igne artem fabrilem exercens: Prometheus verò quondam etiam in crucem actus eſt. Quid autem patrem tuum commemorem, quem etiamnum vinculis conſtrictum tartareis ſub vmbris agere conſtat? Quinetiam nefandis amoribus vos capi perhibent, ac vulneribus indignè violari: præterea aliquando ſeruili conditione hominibus eſſe deuinctos: quemadmodum fratrem tuum Laomedonti dicto audientem fuiſſe, Apollinem verò apud Admetum egiſſe in ſeruitio inficiari non potes. Hæc quum ita ſint, non videtur mihi ſolida eſſe & ſyncera veſtra felicitas: ſed ſunt quidem veſtrûm nonnulli felices & egregiè beati, ſunt rurſus qui non item. Mitto enim vt latrocinio non ſecus atque nos diſpoliemini, neque non à ſacrilegis compilemini, atque ex ditiſſimis ad extremam rerum anguſtiam in puncto temporis redigamini. Non pauci verò ex vobis etiam conflati ſunt, aurei aut argentei exiſtentes, quibus videlicet hoc fataliter decretum fuerat. IVPITER. Vide vt verba contumeliæ plena in nos euomas Cyniſce: ac te fortaſſe illorum aliquando pœnitebit, intemperantis linguæ pœnas ſufferentem. CYNI. Tolle minas ô Iupiter: certò enim perſuaſum habeo, nihil me mali paſſurum, quod ante te mihi Parca ſufferendum non deſtinauerit: quoniam neque illos ipſos ſacrilegos ſupplicio per te affectos video, ſed plurimi manus veſtras indemnes effugiunt. Opinor verò in fatis non eſſe vt capti ſcelerum pœnas expendant. IVPIT. Nónne dicebam aliquem eſſe illorum qui diſputationibus ſuis deorum prouidentiam tollerent? CYN. Nimiùm pertimeſcis illos Iupiter, nec ſcire poſſum cuius gratia. Proinde omnia quæcunque dixero, illorum doctrinam eſſe exiſtimas. Ego verò ab alio quouis potiùs quàm à te veritatem perueſtigarem. Cæterùm & hoc perlibenter ex te quærerem, quęnam ipſa vobis eſſet prouidentia: nunquid vna ex Parcarum numero, an Dea quæpiam his longè potentior, tanquam illarum regina? IVPIT. Iam & antè tibi dictum eſt, nullo modo fas eſſe te harum rerum nihil non noſſe. Tu verò ſub initium cùm dixiſſes te vnum quiddam quæſiturum, nullum finem facis apud me de rebus eiuſmodi friuolis ac ſcitu parum neceſſariis nugandi. Et iam quidem diſputationis tuę ſummam, quò tendat, perſpicio, nempe vt planum facias, in rebus humanis nihil fieri noſtra prouidentia.

A ὁ δὲ Ἥφαιστος, χωλός ὅστ, βαίαυστός τις ἢ πυείτης τὴν τέχνην· ὁ Προμηθεὺς δὲ, καὶ ἀνεσκολοπίσθη ποτέ· τὸν γὰρ πατέρα σου τί ἂν λέγοιμι, πεδήτην ἔτι ὄντα ἐν τῷ ταρτάρῳ; καὶ ἐρᾷν δέ, φασιν, ὑμᾶς καὶ πεῤῥώσκεσθαι, καὶ δουλεύειν ἐνίοτε ὑφ' ὑμῖν τοῖς ἀνθρώποις, ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὸν σὸν ἀδελφὸν ὑφ' ὑμῖν τῷ Λαομέδοντι, καὶ παρὰ τῷ Ἀδμήτῳ τὸν Ἀπόλλω. Ταῦτα δέ μοι οὐ πάνυ ὑδαίμονα εἶναι δοκεῖ, ἀλλ' ἐοίκασιν ὑμῖν οἱ μὴ πάνυ τυχεῖς τε καὶ ὑμοιεγεῖς εἶναι, οἱ δὲ, ἔμπαλιν. ἐῶ γὰρ λέ-
B γειν ὅτι καὶ ληστεύεσθε, ὥσπερ ἡμεῖς, καὶ περιτυλᾶσθε ὑπὸ τῶν ἱερσύλων, καὶ ἐκ πλουσιωτάτων πενέσθαι ἐν ἀκαρεῖ χρόνου γίγνεσθε. πολλοὶ δὲ καὶ κατεχωνεύθησάν ἤδη, χρυσοῖ, ἢ ἀργυροῖ, ὄντες, οἷς τοῦτο εἱμάρτο δηλαδή. ΖΕΥΣ. ὁρᾷς; Ταῦτ' ἤδη ὑβρεισικέ, ὦ Κυνίσκε, φῄς· καί σοι πάχα μεταμελήσῃ ποτὲ αὐτῶν. ΚΥ. Φείδου, ὦ Ζεῦ, τῶν ἀπειλῶν, εἰδώς σοῦ μὲν πεισόμενον, ὅτι μὴ καὶ τῇ Μοίρᾳ τῷ σοὶ ἔδοξεν. ἐπεὶ οὐκ ἀνδρὶ ἀνδρὶ ἐκείνους ὁρῶ
C τοὺς ἱερσύλους κολαζομένους, ἀλλ' οἵγε πλῆθει ἀφοβήτοις ὑμᾶς· οὐ γὰρ εἱμάρτο, οἶμαι, ἀλώναι ἀνδρί. ΖΕΥΣ. οὐκ ἔλεγον ὡς ἄρ' ἐκείνων τις εἶ, τῶν ἀναιρουμένων τὴν πρόνοιαν τῷ λόγῳ; ΚΥ. πάνυ, ὦ Ζεῦ, δέδοκται ἀνδρί, οὐκ οἶδ' ὅπου ἔνεκα. πάντα γοῦν ὁπόσα ἂν εἴπω, οἷς ἐκείνων παιδεύματα εἶναι. ἐγὼ δὲ, τῷδέ τινος ἂν ἄλλου πάλαι θεὸς, ἢ τῷδέ σοι μάθοιμι; ἥδιον δ' ἂν καὶ τοῦτο ἐροίμην σε, τίς ἡ πρόνοια ὑμῖν αὕτη ἐστὶ, Μοῖρα τις, ἢ καὶ ὑπὲρ
D ταύτας θεός, ὥσπερ ἀρχουσα καὶ αὐτῶν ἐκείνη; ΖΕΥΣ. ἤδη σοι καὶ πρότερον ἔφην ἀθέμιτον εἶναι πάντα σε εἰδέναι· σὺ δ' εἴ τι ἐν ἀρχῇ ἐρωτήσῃς φήσας, ἀπαύστῳ πρός με ταῦτα λεπτολογούμενος. καὶ ὁρῶ ὅτι σοι τὸ κεφάλαιόν ἐστι τοῦ λόγου, ὑποδεῖξαι ἀδήλους ἡμᾶς προνοουμένους τῶν ἀνθρώπων.

ΚΥΝ. Οὐκ ἐμὸν τοῦτο, ἀλλὰ σὺ μικρὸν ἔμ- A CYN. Non meum hoc quidem est, sed
προσθεν ἔφησθα τὰς Μοίρας εἰδέναι τὰς πάν- tu paulo antè constanter affirmasti Par-
τα διατελούσας, εἰ μὴ μεταμέλοι σοι ἐκεί- cas esse, quarum dispensatione guberna-
νων, καὶ μεταθέσθαι αὖθις τὰ εἰρημένα, καὶ rentur & efficerentur omnia: nisi iam ho-
ἀμφισβητεῖτε τῆς διαμελείας, πρωσάμενοι rum verborum te pœniteat, ac quæ dicta
παρ' ἐμοῦ βοηθείαν. ΖΕ. ἀδαμῶς· ἀλλ' ἡ Μοῖ- sunt, reuocanda putes, propulsóque fato
ρα δι' ἡμῶν ἕκαστα διατελεῖ. ΚΥ. μανθάνω, de habenda cura deliberaris. IVP. Ne-
ὑπηρέται καὶ δοῦλοί τινες τῶν Μοιρῶν quaquam, sed Parca nostra ope effecta
εἶναι φατέ. πάλαι δὲ καὶ ὅτως ἔγνωσται αὐ- reddit singula. CYN. Intelligo: ergo
τοῖς αἱ πρόνοιαι, ὑμᾶς ὄντας, ὥσπερ σκάφην τινά, Parcarum famulos atque ministros vos
καὶ ἐργαλεῖα ἐκείνῃ αὐτῶν. ΖΕ. πῶς λέγεις; esse perhibetis. Verùm & sic illæ sunt,
ΚΥ. ὥσπερ, οἶμαι, καὶ τὸ σκέπαρνον τῷ τέκτο- quas cuncta prouidere certum est: vos
νι, καὶ τὸ πρίσμιον, συνεργεῖ μέν πῃ πρὸς τὴν B autem non secus atque fabrilia quædam
τέχνην, οὐδεὶς δὲ ἂν εἴποι ὡς ταῦτα τεχνίτης illarum instrumenta habendi estis. IVP.
ἐστιν, ἀλλ' ἡ ναῦς ἔργον τοῦ σκεπάρνου, ἢ τοῦ Qua ratione isthuc dicis? CYN. Ea nē-
πρισμίου, ἀλλὰ τοῦ ναυπηγοῦ· ὅτως καὶάλε- pe, quemadmodnm & ascia fabro ligna-
γον, ἢ μὴν ναυπηγουμένη ἕκαστα, ἢ εἱμαρμένη rio, & terebrum cooperando nonnihil af-
ἐστὶν ὑμῖν δὲ, ἅτε πρίσμια καὶ σκέπαρνα ἐστὶ fert ad artem perficiendam adminiculi.
τῶν Μοιρῶν. καὶ ὡς ἔοικεν, οἱ αὐλητοὶ δίον Nemo tamen, qui quidem compos sit ra-
τῇ Εἱμαρμένῃ θύειν, καὶ πρὸ ἐκείνης αἰτεῖν tionis, dixerit hæc ipsa esse artificem: ne-
παλαιά· οἱ δὲ, ἐφ' ὑμᾶς ἴασι, προσόδοις καὶ que nauis ascię aut terebri opus dicenda
τιμαῖς γεγηθότες, οἱ δὴ τοῦδε τοῦ Εἱμαρ- est, sed eius qui nauem fabricauit. Non
μένου τιμῶντες αὖ, εἰς δέον αὐτὸ ἐπαγόμενον. dispari ratione singula fabricans fatum
οὐ γὰρ οἶμαι δύνασθαί τινα τῶν δὲ αὐτοῖς ἐπὶ τοῖς C putandum est: cæterùm vos sororum fa-
Μοίραις ἀλλάξαι, καὶ μεταθέσθαι τι τῶν talium ascię & terebra estis tantummo-
ἐξ ἀρχῆς δοξάντων ὀρθῶς ἑκάστου. ἢ γοῦν do. Et, quemadmodum non iniquum vi-
Ἄτροπος, οὐκ ἀνάσχοιτο ἄν, εἴ τις εἰς τοὐναν- detur, homines multo iustiùs Fato sacra
τίον τρέψειε τὸν ἄτρακτον, ἀναλύων ὁ Κλω- facere debebant, ac ab illo bonorum lar-
θοῦς τὸ ἔργον. ΖΕ. σὺ ἤδη, ὦ Κυνίσκε, οὐδὲ gitionem postulare: cùm illi interim ad
τὰς Μοίρας τιμᾶσθαι πρὸς τῶν ἀνθρώπων vos cursitent, prece ac muneribus deue-
ἀξιοῖς, ἀλλ' ἔοικας ἅπαντα συγχεῖν προαι- nerantes. At neque si fatum sacrificiis &
ρεῖσθαι. ἡμᾶς ὄν, εἰ μηδενὸς ἄλλου ἕνεκα, τοῦ votis colerent, rectè mihi facere vide-
γε μαντεύεσθαι, καὶ προμηνύειν ἕκαστα τῶν rentur. Neque enim opinor vllo mo-
ὑπὸ τῆς Μοίρας κεκυρωμένων, δικαίως τι- do fieri posse, vt Parcis quoque hoc im-
μώμεθα ἄν. ΚΥΝ. Ὅλον μὲν ὄλον, ἄχθεσθαι, ὦ D mutare liceat, neque non aliquid eo-
Ζεῦ, προϊδέσθαι τὰ μέλλοντα, οἷς γε ὁ φυ- rum subuertere, quæ initiò illarum de-
λάξασθαι αὐτὰ, πανταχοῦ ἀδύνατον, εἰ μὴ creto immobili de singulis irreuocabili-
τοῦτό γε φῂς, ὡς προμαθὼν ὡς ὑπ' αἰ- ter statuta sunt. Proinde nequaquam æ-
χμῆς σιδηρᾶς τεθνήξει, δύναιτ' ἂν ἐκφυ- quo animo sufferret Atropos, siquis in
γεῖν τὸν θάνατον, καθείρξας ἑαυτὸν· μὴ ἀδύνα- contrarium stamen coli torserit, labo-
τον· ὀξάγκῃ γὰρ αὐτὸν ἡ Μοῖρα κυνηγετήσουσα, καὶ rem Clothus dissoluens. IVPIT. Tu
καθαδώσει τῇ αἰχμῇ. καὶ ὁ Ἄδραστος, δείσας τὸν iam Cynisce neque parcas quidem ipsas
σὺν ἀφεὶς τὸν λόγχην, ἐκείνῃ μὲν ἁμαρτήσεται, ab hominibus colendas esse contendis,
sed vidêre mihi omnia non illibenter vel-
le confundere. Nos verò, vt maximè a-
liam ob caussam nullam, certè ob diuina-
tionem & oracula, neque nō eorum præ-
dictionem, quæ singula, de quouis rato
consilio decreta sunt, iure optimo coli-
mur. CYN. In summa, nihil vtilitatis
affert, ô Iupiter, eorum præscientia, qui-
bus ea obseruatione deuitare nullo mo-
do concessum est: nisi in hoc dicas, vt is
qui certus sit hasta ferrea se moriturum,
mortem queat effugere, ipsa videlicet in
cistam concluſa. Atqui fieri non potest, siquidem educet illum Parca ad venandum,
& hastæ obiiciet. Ac Adrastus emissa in suem cuspide, ab illa quidem aberrabit:

Confutat oracula & prædictiones, ab effectu & incertitudine.

Historia est apud Herodotū lib. 1.

porrò Crœsi filium perempturus est, quasi violento quopiam Parcarum decreto feratur in iuuenem. Sed neque illud quod Laio datum est, risu caret, nempe illud, *Cauesis diis nolentibus prolem seras*: ait enim, *Natum sobole suscepta, occidet te filius.* Etenim superuacaneam atque adeò infrugiferam opinor esse admonitionem earum rerum quæ non possunt non fieri. Quippe post acceptum oraculum, & prolem suscepit, ac deinceps à filio peremptus est. Quare non video quamobrem & mercedem exigatis propter vaticinium. Vt interim silentio præteream, quòd obliqua & ambigua, & quæ in vtranque partem referri possunt, non paucis respondere soleatis, non admodum clarè explicantes, num ille traiecto Hale suum ipsius imperium euersurus esset, an Cyri. Vtrunque enim potest oraculum. I V P. Erat, ô Cynisce, Apollini quædam aduersus Crœsum caussa simultatis & iracūdię, propterea quòd illum pertentauerat, carnes ouillas ac testudinem vnà elixando. C Y N I. At enimvero cōueniens atque adeò æquum & bonum fuerat, vt cùm deus esset, ab omni iracundia foret alieniſſimus. Verùm, vt mea fert opinio, fortasse ita in Fatis fuit, vt Lydus ille oraculo deciperetur, ac iam olim ne perspicua futura inaudiret, illius stamini Parca adneuerat. Vnde liquet vaticiniū quoque vestrum, illius maximam esse partem. I V P. Nobis verò nihil facis reliquum, sed (vt video) nequicquam dei sumus, qui neque prouidentia aliqua res humanas dispensare soleamus, neque sacrificijs digni esse videamur, sed reuera asciarum terebrorúmque instar sumus. Ac sanè videris me iure optimo ad hunc modum superbè contemnere, quòd cùm fulmine armatus sim, sustineam te impunè talia aduersus nos cōtumeliosè differentem. C Y N. Feri ô Iupiter, si mihi fatale est fulmine percussum interire: neque te ob ictum quicquam in ius vocabo, sed potiùs ipsam Clotho, per tē vulnus mihi incutientem. Neque fulmen quidem ipsum accusabo, quasi tam infelicis ruinæ causſa mihi extitisset. Veruntamen hoc quoque vos interrogabo, nempe te & Fatum, cæterùm tu mihi illius loco respondeas velim: etenim minis tuis hoc in memoriam mihi reuocasti. Quî fit tandem vt omissis tot sacrilegis, præterea tot criminosis & violentis & periuris hominibus dissimulanter posthabitis, vnam aliquam ilicem aut lapidem, aut nauis velum nihil mali vnquam per iniustitiam meritæ, fulmine feriatis?

Eod. lib.

Φονεύσῃ δὲ τὸν Κρίσου παῖδα, ὡς αὖ ἀπὸ ἰσχυρᾶς προστάγματος τῆς Μοίρας φερομένου τοῦ ἀκοντίου ὅπῃ τὸν νεανίσκον. Ὃ μὲν γὰρ Λαΐῳ καὶ γελοῖον, ὅ,

Μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα, δαιμόνων βίᾳ,

Εἰ γὰρ τεκνώσῃς (φησὶ) παῖδα, ἀποκτενεῖ σε ὁ φίλος. προϊδεῖν γάρ, οἶμαι, ἢ προδαίνεσθαι πρὸς τὰ πρώτως οὕτω ξυνοσούμενα. Σοὶ γάρτοι μετὰ τὸν γρησμὸν, καὶ ἔσπαρε, καὶ ὁ φὶς ἀπέκτεινεν αὐτόν. ὥστε οὐχ ὁρᾷ αὖθ' ὅπου ἀπαντεῖτε τὸν μαθὸν ὅπῃ τῇ μαντικῇ. ἐᾷ γὰρ λέγειν ὡς λοξὰ καὶ ἐπαμφοτερίζοντα τοῖς πολλοῖς χρᾶν εἰώθατε, οὐ πάνυ ἀποσαφοῦντες, εἰ ὁ τὸν Ἅλυν διαβὰς, τὴν αὐτοῦ ἀρχὴν καταλύσῃ, ἢ τὴν τοῦ Κύρου. ἄμφω γὰρ δυνατὰ ὁ χρησμός. Ζ Ε. ἰὼ πῆς, ὦ Κυνίσκε, τοῦ Ἀπόλλωνι ὀργῆς αἰτία πρὸ τοῦ Κρίσου, ὅτῳ ἐπειρᾶτο ἑκάστοτε αὐτοῦ ἀρνεῖα κρέα, καὶ χελώνην ἐς ὃ αὐτὸ ἕψων. ΚΥΝ. ἐχρῆν μὲν μηδὲ ὀργίζεσθαι, νῦν ὅτε, πλὴν ἀλλὰ ὃ ἐξαπατηθῆναι τοῦ Λυδοῦ ὑπὸ τοῦ χρησμοῦ, ἐπέπρωτο, οἶμαι. καὶ ἄλλως, ὃ μὴ σαφῶς ἀκούσας τὰ μέλλοντα ἡ Εἰμαρμένη ἐπέκλωσεν. ὥστε καὶ ἡ μαντικὴ ὑμῶν, ἐκείνης μέρος ἐστίν. Ζ Ε. ἡμῖν δὲ οὐδὲν ἀπολείπεις, ἀλλὰ μάτην θεοί ἐσμεν, οὔτε Περσικαί τινα εἰσφερόμενοι εἰς τὰ προστάγματα, οὔτε τῆς θυσιῶν ἄξιοι, καθάπαξ πρόπρυμνα, ὡς ἀληθῶς, ἢ σκέπαρνα; καί μοι δοκεῖς εἰκότως μου κατατρέχειν, ὅτι κεραυνὸν ὡς ὁρᾷς δικελλημένος, ἀνέχομαί σε τοσαῦτα καθ' ἡμῶν διεξιόντα. ΚΥΝ. βάλλε, ὦ Ζεῦ, εἴ μοι κεραυνῷ πληγῶναι εἵμαρται, καί σε οὐδὲν αἰτιάσομαι τῆς πληγῆς, ἀλλὰ τὴν Κλωθώ, τὴν δι' ἐμοῦ πρεσβεύσασαν. οὐδὲ γὰρ τὸν κεραυνὸν αὐτὸν φαίην ἂν αἴτιόν μοι γενέσθαι τῶν παθημάτων. πλὴν ἐκεῖνό γε ὑμᾶς ἐρήσομαι, καὶ σέ, καὶ τὴν Εἱμαρμένην. σὺ δέ μοι καὶ ὑπὲρ ἐκείνης ἀπόκριναι· ἀνέμνησας γάρ με, ἀπειλήσας. τί δήποτε πυκνὰ ἱερόσυλος, καὶ λῃστὰς ἀφέλης, καὶ τοσούτους ὑβριστὰς καὶ δειλούς, καὶ ὀπτόρχας, δρυὸν τινα πολλάκις κεραυνώσας, ἢ λίθον, ἢ νεὼς ἱστίον, ὑδὲν ἀδικήσαντος;

σιότε, χρηστόν τινα, τὸν ὅσιον ὁδιπόρον; τί σιωπᾷς, ὦ Ζεῦ, ἢ σοὶ τοῦτο μεθέμις εἰδέναι; ΖΕΥΣ. οὐ γάρ, ὦ Κυνίσκε. σὺ δὲ πολυπράγμων τις εἶ, καὶ σὲ οἶδ' ὅτιν ἔσπα ἥκεις μοι συμπεφορηκώς. ΚΥΝΙ. σὲ μὲν οὐκοῦν μηδὲν ἔχειν ὑμᾶς ἔρωμαι, σέ τε, καὶ τὴν Πεφνοίαν, καὶ τὸν Εἰμαρμένην, τί δήποτε Φωκίωνα μὲν ὁ χρηστὸς, ἐν τοσαύτῃ πενίᾳ καὶ ἀσθενείᾳ τῶν ἀναγκαίων, ἀπέθανε, καὶ Ἀριστείδης πρὸ αὐτοῦ· Καλλίας δὲ ὁ Ἀλκιβιάδης, ἀκόλαστα μειράκια, ὑπερεπλήτων, καὶ Μίδίας ὁ ὑβριστὴς, καὶ Χάροψ ὁ Αἰγινήτης, κίναιδος ἀνθρωπος, τὴν μητέρα λιμῷ ἀπεκτενώς· καὶ πάλιν, Σωκράτης μὲν, προεδόθη τοῖς ἕνδεκα, Μέλητος δὲ, οὐ προεδόθη· καὶ Σαρδανάπαλος μὲν ἐβασίλευσε, θῆλυς ὤν· Περσῶν δὲ τοσοῦτοι καλοὶ κἀγαθοὶ ἄνδρες, ἀνεσκολοπίζοντο πρὸς αὐτοῦ, δίχα μὴ πρέσκοντο τοῖς γιγνομένοις. ἵνα δὲ ὑμῖν μὴ τὰ νῦν λέγω καθ' ἕκαστον ἐπεξιών, τοὺς μὲν πονηροὺς, εὐδαιμονοῦντας, καὶ τοὺς πλεονέκτας, ἀθλιωτέρους δὲ καὶ φορτικωτέρους, τοὺς χρηστοὺς, ἐν πενίᾳ καὶ νόσοις, καὶ μυρίοις κακοῖς πιεζομένους. ΖΕ. οὐ γὰρ οἶδα, ὦ Κυνίσκε, πλίνθος μετὰ τὸν βίον οἱ πονηροὶ ταῖς κολάσεσι ὑπομένουσιν, ἢ ἐν ὅσῃ οἱ χρηστοὶ εὐδαιμονίᾳ διάγειν δοκοῦσιν; ΚΥΝ. Ἀδὲω μοι λέγεις, καὶ Τιτυοὺς, καὶ Ταντάλους. ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν τι καὶ τοιοῦτόν ἐστιν, εἴσομαι ὅταφὲς ἐπιδημῶ ἀποθάνω· ὃ δὲ νῦν ἔχει, ἐβουλόμην τὸν ὁποσονοῦν τοῦτον χρόνον εὐδαιμόνως διαβιώσας, ὑπὸ ἑκκαίδεκα γυπῶν κείρεσθαι ὃ ἦπαρ ἀποθανών, ἀλλὰ μὴ ἐνταῦθα διψήσας, ὥσπερ ὁ Ταντάλος, ἐν μακάρων νήσοις πίνειν μετὰ τῶν ἡρώων, ἐν τῷ Ἠλυσίῳ λειμῶνι καθαχείμενος. ΖΕΥΣ. τί φῄς; ἀπιστεῖς εἶναί τινας χολάσεις, καὶ τιμὰς, καὶ δικαστήριον, ἔνθα δὴ καὶ ἐξετάζεται ὁ ἑκάστου βίος; ΚΥΝ. ἀκούω τινὰ Μίνω Κρῆτα δικάζειν κάτω τὰ τοιαῦτα· καί μοι ἀπόκειναί τι καὶ ὑπὲρ ἐκείνου· σὸς γὰρ υἱὸς εἶναι λέγεται.

A Non rarò quoque hominem frugi, & viatorem ſpectatæ ſanctimoniæ? Quid verò compreſſis labiis obticuiſti Iupiter? An fortaſſe ne hoc quidem me noſſe fas eſt? IVP. Sanè nefas eſt te iſta inquirere. Tu verò extremè curioſus es, adeò vt me fugiat, quînam tibi voluptati ſit iſtis me obtundere. CYN. Proinde ne que hoc à vobis perquirendum mihi videò, nempe à te & Fato & Prouidentia, quamobrem Phocion vir ſanctus & iuſtus, in tanta omnium rerum inopia atque anguſtia diem ſuum obierit, tum eriam ante ipſum Ariſtides: Callias autem & Alcibiades nepotes intemperantiſſimi, omnium affluentia exuberabant; nequenon Midias multis ſceleribus coopertus, ac Charops Æginetes, homo maſcula Venere extremè infamis, à quo matrem ſuam fame necatam pro certo conſtat. Contrà Socrates vndecimviris ttaditus eſt, Meletus verò non item. Ad hæc cur Sardanapalus mollis atque effœminatus, deliciiſque totus fractus, regnauerit, Perſarum verò tot ac tanti viri virtute longè optimi atque clariſſimi eius iuſſu in crucem ſubacti ſunt; propterea quòd factis illius parum delectabantur: vt taceam quæ in præſens fiunt: longum enim eſſet ſingulis percenſendis immorari, quemadmodum mali & facinoroſi per omnem vitam facilè agant, & feliciter omnibus rebus affluentes; cæterùm boni ducantur & ferantur paupertate, morbis, & cæteris infinitis malis impliciti, ærumnosè conflictantes. IVP. An ignoras Cyniſce, quanta ſupplicia & cruciatus poſt hanc vitam prauos & ſceleratos homines manere ſoleant, aut in quanta felicitate victuri ſint boni? CY. Orcum mihi narras, & Tityos, & Tantalos. Ego verò ſi quid talium rerum eſt, haud obſcurè cognoſcam vbi fato D functus fuero. Quantum autem ad præſens attinet, velim vt quantumcunque hoc temporis in viuis mihi exigendum eſt, ego interea omni felicitate perfunctus, tandem mortuus à ſedecim vulturibus iecur meum depaſceretur: verùm non vt hîc in vita ſiti preſſus, quemadmodum fertur Tantalus, in beatorum inſulis cum heroibus biberē, in Elyſio prato conſtitutus. IVP. Quid ais? An non credis eſſe quædam parata ſupplicia, & pœnas malis deſtinatas, & honores ac forum iudiciale vbi ſingulorum vita habita ratione cognoſcendi expenditur? CYN. Audio Minoa quendam Cretenſem infrà talibus rebus cognoſcendis atque diiudicandis dare operam: ac mihi ſuper illo quoque reſponde, éſtne tuus, vt fertur, filius?

IVP. Quamobrem verò iſta de illo quę- A ris Cyniſce? CYN. Quos maximè affi-
cit ſupplicio? IVP. Prauos videlicet, cuius generis ſunt parricidæ & ſacrilegi.
CYN. Quos autem ad heroum contubernium amandare ſolet? IVP. Nempe bonos, & ſanctitate vitæ præcellentes, quique ſemet virtute excoluerũt. CYN. Cuius verò gratia hoc facit ô Iupiter? IVP. Propterea quòd illi ſupplicio, ij verò honore remunerandi ſunt. CYN. Cæterùm ſi quis nolens & inuito animo mali aliquid deſignauerit, num & hunc ſupplicio afficiendum condemnat? IVP. Nequaquam. CYN. Proinde neque ſi quis inuitus boni aliquid fecerit, eum honore dignabitur? IVP. Nequaquam. CYN. Itaque haud conuenit illi ô Iupiter, vllum neque honore ornare, neque ſupplicio afficere. IVP. Quî verò nullum? CYN. Quoniam nihil nos homines animo voluntario facimus, ſed neceſſitate quadam ineffugibili ad hoc compulſi: ſi tamen vera ſunt illa quæ antè cõfeſſus es, nempe Parcam eſſe omnium rerum cauſſam Iam ſi quis alterum peremerit, Parca in culpa eſt, quæ admiſit parricidium Si quis ſacrilegio deorum fana compilauerit, facinus à Parca ſibi C iniunctum admiſit. Quocirca ſi Minos rectè vti velit iudicio, multo æquius Fatum pro Siſypho puniet, & Parcam pro Tantalo. Quid enim illi iniuſtè egerunt, quando iuſſis dicto audientes fuerint? IVP. Ampliùs quidem vel reſpondere tibi indignum facinus exiſtimo, talia præſertim interroganti. Audax enim es, & Sophiſta: ac iam quidem te relicto abeo. CYN. Debebam equidem adhuc & hoc ex te quæſiſſe, vbinam locorum Parcæ degerent, aut quomodo res tantas tam exacta cura & cogitatione queant aſſequi, præſertim illis tantùm tribus exiſtentibus. Etenim laborioſam & minimè felicem atque iucundam vitam mihi videntur agere, tantis implicitæ negotiis. Et quemadmodum veriſimile eſt, ipſæ quoque fato parum propitio & fauente in lucem ſunt editę. Itaque ego, ſi mihi daretur optio, nequaquam cum illarum vitam meam commutauerim, verùm eligerem potiùs vt adhuc egentiùs agerem, quàm vt colo Parcarum aſſiderem, tantis negotiis & difficultatibus referto, obſeruans ſingula. Cæterùm ſi tibi graue eſt ô Iupiter ad hæc reſpondere, etiam his contenti erimus ad quæ reſpondiſti. Satis enim eſt quòd de fato & prouidentia ſermonem non celaueris. Reliqua fortaſſe in fatis non eſt vt audiam.

ΖΕ. τί δὲ καὶ δι' αὐτὸν ἐρωτᾷς, ὦ Κυνίσκε;
ΚΥ. τίνας κολάζῃ μάλιστα; ΖΕ. τοὺς πονηροὺς δηλαδή, οἷς ἀνδροφόνοις, καὶ ἱεροσύλοις.
ΚΥ. τίνας δὲ τῷδε τοὺς ἥρωας ἀποπέμπει;
ΖΕ. τοὺς ἀγαθοὺς τε, καὶ ὁσίους, καὶ κατ' ἀρετὴν βεβιωκότας. ΚΥ. τίνος ἕνεκα, ὦ Ζεῦ;
ΖΕ. ὅτι οἱ μὲν τιμῆς, οἱ δὲ, κολάσεως ἄξιοι.
ΚΥ. Εἰ δέ τις ἀκουσίου τι δεινὸν ἐργάσαιτο, κολάζεσθαι καὶ τοῦτον δικαιοῖ; ΖΕ. οὐδαμῶς. ΚΥ. ἆρ' οὖν εἴ τις ἄκων τι ἀγαθὸν ἔδρασεν, οὐδὲ τοῦτον τιμᾷν ἀξιώσεις αὖ; ΖΕ.
ἔγωγ' οἶμαι. ΚΥ. οὐδένα ἄρα ὀρθῶς, ὦ Ζεῦ,
Β οὔτε τιμᾷν οὔτε κολάζειν αὐτῷ προσήκει.
ΖΕ. πῶς οὐδένα; ΚΥ. ὅτι οὐδὲν ἑκόντες οἱ ἄνθρωποι ποιοῦμεν, ἀλλά τινι ἀνάγκῃ ἀφύκτῳ κεκελευσμένοι, εἴ γε ἀληθῆ ἐκεῖνά ἐστι τὰ ἔμπροσθεν ὡμολογημένα, ὡς ἡ Μοῖρα, πάντων αἰτία· καὶ διὰ φονεύσῃ τις, ἐκείνη ἐστὶν ἡ φονεύσασα, καὶ διὰ ἱεροσυλῇ, προστεταγμένον αὐτῷ δρᾷ. ὥστε εἴ γε τὰ δίκαια ὁ
Μίνως δικάζειν μέλλοι, τῷ Σισύφῳ κολάσεται, Ϲ τῷ Μοίρᾳ, ἀντὶ τοῦ Ταντάλου· τί γὰρ ἐκεῖνοι ἠδίκηκότε, πει-
θόντες τοῖς ἐπιτάγμασιν; ΖΕ. οὐκ ἐπιδὲ ἀποκρίνεσθαί σοι ἄξιον, τοιαῦτα ἐρωτῶντι· θρασὺς γὰρ εἶ, καὶ σοφιστής· καί σε ἄπειμι ἤδη καταλιπών. ΚΥ. ἐδεόμην μὲν καὶ ἐπὶ τοῦτο ἔρεσθαι, ποῦ αἱ Μοῖραι διατρίβουσιν, ἢ πῶς ἐφικνοῦνται τῆς ὑπεμελείας τῶν τοσούτων ἐς ὀλεθρώτατον, καὶ ταῦτα, τρεῖς οὖσαι. ὑπὸ πόνου γάρ
τινα, καὶ οὐκ ἄμοιρον μοι δοκοῦσι βιοῦν τὸν βίον, τοσοῦτ' ἔχουσαι προστάγματα, καὶ ὡς ἔοικεν, ὑπὸ πολλῶν καὶ ταχὺ χρῃζῇ Εἱμαρμένῃ ἐλλιπήσοντ. ἐγὼ γοῦν, εἴ μοι αἵρεσις δοθείη,
οὐκ ἂν ἀλλαξαίμην πρὸς αὐτὰς τὸν ἐμαυτοῦ βίον, ἀλλ' ἑλοίμην, ἂν ἔτι πενέστερος διαβιοῦναι, ἢ παρ' ἑκάστην κλωθὼν ἄτρακτον, τοσούτων προστιμῶν μεσὸν ὑπιτήρων ἕκαστα. εἰ
δὲ μὴ ῥᾴδιόν σοι ἀποκρίνασθαι πρὸς ταῦτα, ὦ Ζεῦ, καὶ τούτοις ἀγαπητόν μοι, οἷς ἀπεκρίνω. ἱκανὰ γὰρ ἐμφανίσας τὸν περὶ τῆς Εἱμαρμένης καὶ Προνοίας λόγον· τὰ λοιπὰ δ' ἴσως οὐκ εἰμοῖρα ἀκοῦσαί μοι.

ΖΕΥΣ ΤΡΑΓΩΔΟΣ.

IVPITER TRAGOEDVS.

Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

Eiusdem propè argumenti & hic dialogus est, nisi quòd hic Epicureum etiam quendam introducit, qui deos omnino negat vllos esse, nedum prouidentia sua mundum gubernare : fortuitóque ac temere omnia geri contendit. Deinde & ipsa tractatio in plures personas spargitur, ac tota dramatica est. Principiò enim Iupiter fingitur audita disputatione Timoclis Stoici & Damidis eius quem modò dixi, Epicurei, grauiter incensus, ac metu pariter atque dolore commotus esse. Cuius rei caussam dum ceteri ab eo inquirunt, eandémque disputationem ab iisdem illis iterum instaurari audiunt, tandem consiliis mutuò inter se collatis, generale deorum omnium concilium super eadem re congregandum decernitur. Conuocatis itaque per præconem Mercurium vniuersis, & iisdem pro sua cuique dignitate assignatis sedibus, cùm diu inter se de consessu altercati fuissent, postremò, imperato silentio, Iupiter cum magna perturbatione totum negotium ac summam disputationis illius exponit, admonens, & ob oculos imminente posito periculo exhortans, vt in commune omnes consulere, & malo huic remedium aliquod quærere velint. Primus igitur accepta dicendi potestate Momus, graui obiurgatione deorum securitatem ac negligentiam reprehendit, vt qui & malos euehi sinant, & contra bonos ac iustos opprimi, neque responsa certa & expedita hominibus dent, neque etiam poëtarum scripta aboleri faciant, per quæ, stupra, adulteria, bella ac seditiones ipsorum euulgentur: quare quicquid huius accidat, ipsorum culpa atque inertia accidere. Atque hinc oratione ad ipsum Iouem conuersa, etiam exemplis hæc cõfirmat. Post quem cùm alij alia censerent, omnium ferè sententias idem confutat vel quòd per se absurdæ & inutiles essent, vel quòd absurda & incommoda ex iis secutura. Præcipuè verò Apollinis consilium reprehendit; cuius etiam oraculum super eũctu & victoria disputationis huius prolatum, ob vanitatem irridet. Ob quæ Hercules, cùm ipse postremus sententiam dixisset, audirétque fatis prohiberi sese quominus sacra ac templa sua vi contra impios tueri posset, eò tandem redit, vt dicat se malle apud inferos esse, atque ibi ab vmbris metui, quàm inter deos contemni, ac pro nihilo haberi. Quæ dum ita geruntur, interea noua occasione fingitur Hermes ille Agoræus, qui Athenis ad porticum Pœcilen consecratus stabat, properè aduenire, ac nuntiare, disputationem Damidis & Timoclis iterum iam inceptam esse, & ad eam magnam hominum multitudinem confluere. Relicto igitur concilio, ad auscultandum omnes conuertuntur. Porrò tota Timoclis disputatio in hoc versatur, Deos esse, ac prouidentia illorum omnia gubernari: idque argumentis hisce confirmat. Primò ab ordine ac cursu rerum naturalium, quæ omnes suis ac certis vicibus redeant ac varientur. Deinde authoritatibus & testimoniis poëtarum, Homeri & Euripidis. Post hæc communi consensu gentium, quæ deos venerentur sacrificiis & aris constitutis. Inde & ab effectis, quia oracula dent, & fulmina Iupiter iaciat. Postea autem & à minori, collatione ac similitudine à nauium gubernatoribus sumpta, quòd vt illi nauigia sua, sic deorum prouidentia mundum administret. Vltimo etiam à signo & consequenti, quia are deorum sint, quæ nullo modo futuræ fuerãt, nisi & dij essent. Ad quæ singulatim respõdens Damis, primùm argumentum de naturali rerum ordine, à diuisione diluit, etsi talia quædam fiant, non tamen eum ordinem à Diis ideo certum constitutum esse, confutatione, vt apparet, non satis efficaci. Authoritates autem poëtarum, ab ipsorum officio & contrariis testimoniis eleuat. Consensum præterea gentium, ab eo quòd quanquam deos colant, non tamen eosdem omnes, & quidam etiam fœda ac turpia pro Diis habeant, impugnat. Deinde oracula & fulmina eiusmodi esse ait, vt hæc ex naturali caussa fiant, Ioue iam olim in Creta sepulto, illa autem ambigua & obscura nihil certi prædicant. Similitudinem verò nauclerj dissoluit ex dissimilitudine rerum comparatarum, ostendens diuersa omnia in hoc mundo atque in nauibus esse. Vltimum à signo locum, vt frigidum ac friuolum, eludere tantùm satis habet.

Interlocutores, Mercurius, Minerua, Iupiter, Iuno, Neptunus, Venus, Colossus, Momus, Apollo, Hercules, Hermagoras, Timocles, Damis.

MERC. O Iupiter, quid animo cogitabundo tecum comminiſcens loqueris, pallidus obambulans, ac Philoſophi colorem vultu præ te ferens? Quin mecum iſta communicas, & me propter rerum difficultatem qua premeris, in conſilium adhibes? Haud enim famuli tui nugas habebis contemptui. M I N.

Sanè magne parens, hominũ rex atque deorũ,
Te precor en glaucis oculis Tritonia Pallas,
Fare age, ne celes, quòd ſint hæc cognita nobis:
Quod te conſilium dubio ſub pectore verſat?
Cur gemis? & tacito pallor ſubſurgit in ore?

I V P. Nunquam grauis res vlla ſic dici poteſt: Non paſſio, non vllus vſpiam dolor, Sed nec calamitas vlla ſic tragica & mala eſt, Quæ ſit dolori conferenda cœlitum. M I. O Phœbe, qualibus incipit proœmiis! I V P. O peſſimum genus mortalium, Túque ô Prometheu, me quibus afflixti malis? M I. Quid eſt? nec enim celabis hæc domeſticos. I V P. O murmur ingens fulminis magnicrepi, Quid vtilitatis addis aut affers mihi? MI. Compeſce iracundiam, ſi tragica magniloquentia, quemadmodum illi, tibi pares eſſe nequeamus. Neque enim totum Euripidem deuorauimus, vt tibi dictis poëticis è fabula petitis ſubſeruiamus. I V N. An nobis obſcuram eſſe opinaris triſtitiæ tuæ cauſſam, cuiuſmodi ſit? I V P. Noſti nequaquam, etſi grauius quiddam boës. I V N. Noui ecaſtor dolorum tuorum ſummam, quibus diſcruciaris, neque tamen vociferor aut coccyzo, quippe quę iam ſæpenumero præter morem eiuſmodi per te ſim paſſa contumeliam. Valde igitur credibile eſt iterũ aut Danaës cuiuſpiã, aut Semeles, aut Europæ inuẽtæ amore te angi: deinde verò aſſumpta imagine aut tauri aut ſatyri, aut aurum te factum velle per impluuium in ſinum amatæ puellæ influere. Hoc enim haud dubitanter ſignificãt crebri iſti tui gemitus, & ſuſpiria, neque nõ lacrymæ. Præterea pallor quoque non alterius rei quàm amoris argumentum eſt certiſſimum. I V P. O beata, quæ res noſtras in amore & talibus ludicris ſitas eſſe opinaris I V. Et quid aliud te niſi hoc ſolicitat, Iouem exiſtentẽ? I V P. In extremum diſcrimen res noſtrę perductę ô Iuno, & planè, vt eſt in prouerbio, in acie nouaculæ cõſtitutæ ſunt, vt aut colamur ampliùs, oblatis in terra ſactis fruentes,

A Ζεῦ, τί σιωπῇς, καὶ τί μόνας σαυτῷ λαλῇς, ὠχρὸς ὥσπερ Ἐπιμηθεύς, φιλοσόφου δὲ χρῶμα ἔχων; ἐμοὶ παρρησιάσου, λάβε με σύμβουλον πόνων, μὴ καταφρονήσῃς οἰκέτου φλυαρίας.

ΑΘΗΝ.

Ναὶ πάτερ ἡμέτερε χρονίδη, ὕπατε κρειόντων,
Γνωσμήν σε θεὰ γλαυκῶπις, πρινοθρύπα,
Ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ, ἵνα εἰδόμεν ἤδη,
Τίς μῆτις δάκνῃ σε κατ' φρένα, καὶ κατὰ θυμόν;
Ἢ τί βαρὺ στενάχῃς, ὠχρὸς τέ σε εἶλε παρειάς;

ΖΕ. Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος, Οὐδὲ πάθος, οὐδὲ συμφορὰ πραγῳδική, Ἧς οὐκ ἂν αἴροιτ' ἄνθρωπος ἢ θεῶν φύσις. ΑΘΗ. Ἄπολλον, οἵοις φερμείοις ἄρχῃ λόγων. ΖΕ. Ὦ παλιγκότους, ὀδύνια γῆς παιδεύματα, Σύτ', ὦ Προμηθεῦ, οἷά μ' εἴργασαι κακά. ΑΘ. τί δ' ἔστι; πρὸς θεῶν γὰρ οἰκεῖον ἔρᾳς. ΖΕ. ὦ μεγαλοσμαράγου στρεπτᾶς ῥοίζημα, τί μοι ῥέξῃς; ΑΘ. κοίμισον ὀργάν, εἰ μὴ χωμῳδεῖν ὥσπερ ἴσμεν δυνάμεθα, μηδὲ τὸν Εὐριπίδην ὅλον καταπεπώκαμεν, ὥστε σοι τραγῳδραματουργεῖν. ΗΡ. ἀγνοῶν ἡμᾶς νομίζῃς τὴν αἰτίαν τῆς λύπης, ἥτις ἐστί σοι; ΖΕ. οὐκ οἶδ', ἐπεὶ τοι καὶν ἐκκώκυες μέγα. ΗΡ. οἶδα δὲ κεφάλαιον αὐτό, ὧν πάσχεις, ὅτι ἐρωτικόν ἐστιν, ἃ μὲν κωκύω γε, τὸ ἔθος ἤδη πολλάκις ὑπερβαθεῖσα τὸ σοὶ τὰ τοιαῦτα. εἰκὸς γοῦν ἤτοι Δανάην τινά, ἢ Σεμέλην, ἢ Εὐρώπην αὖθις βούλεσθαί σε αἰτᾶσθαι τὸ τῆς ἔρωτος, εἶτα βάλλεσθαι χρυσὸν, ἢ σάτυρον, ἢ ταῦρον γενόμενον, ῥυῆναι δι' τῆς ὀρόφης εἰς τὸν κόλπον τῆς ἀγαπωμένης. τὰ σημεῖα γὰρ ταῦτα, οἱ στεναγμοὶ, καὶ τὰ δάκρυα, καὶ ὁ ὠχρὸς εἶ), οὐκ ἄλλου του, ἢ ἔρωτός ἐστιν. ΖΕ. ὦ μακαρία, ἥτις ἐν ἔρωτι, ἐς τοιαύτας παιδιὰς, οἷς τὰ ἡμέτερα πρόσωπα εἶ). ΗΡΑ. ἀλλά τί ἄλλο, εἰ μὴ τοῦτο αἰτιᾶσαι, Δία ὄντα; ΖΕ. ἐν ἐσχάτοις, ὦ Ἥρα, τὰ θεῶν πρόσωπα, καὶ τοῦτο δὴ τὸ τῆς λόγου, ὅτι ξυρὸς ἔσχεν, εἴτε χρὴ ἡμᾶς τιμᾶσθαι ἔτι, καὶ τὰ γέρα ἔχειν τὰν τῇ γῇ,

εἴτε καὶ ἠμελημένοι πᾶσι, καὶ ὃ μηδὲν εἶναι δοκεῖν. HP. μῶν γίγαντάς τινας ἡ γῆ ἔφυσεν; ἢ οἱ Τιτᾶνες τὰ δεσμὰ διαῤῥήξαντες, καὶ τῆς φυλακῆς ὑπερκρατήσαντες, αὖθις ἡμῖν ἐναντία ἀίρονται τὰ ὅπλα; ZE. θάρσει, τὰ κέρδιον ἀσφαλῶς ἔχοντα θεοῖς. HPA. τί οὖν ἄλλο δεινὸν αὖ γέγονεν; οὐχ ὁρῶ γάρ, ὅτε μὴ τὰ τοιαῦτα σοῦ γε λυποῦσι, ἐφ' ὅτῳ Πῶλος, ἢ Ἀριστόδημος, αὐτὶ Διὸς ἡμῖν ἀναπέφηνας. ZE. Τιμοκλῆς, ὦ Ἥρα, ὁ Στωϊκὸς, καὶ Δάμις ὁ Ἐπικούρειος, θεὸς, οὐκ οἶδα ὅτου σοφίσματος ἀρξάμενοι τοῦ λόγου, παρῳκίας τοιαύτας διελεγόμην, παρόντων μάλα συχνῶν, καὶ δοκίμων ἀνθρώπων· ὅπερ μάλιστα καὶ ἰώμενόν με, καὶ ὁ μὲν Δάμις, οὔτ' εἶναι θεοὺς ἔφασκεν, οὐδ' ὅλως τὰ γιγνόμενα ἐπισκοπεῖν, ἢ ἀμελεῖν· ὁ Τιμοκλῆς δὲ ὁ βέλτιστος, ἐπειρᾶτο ξυναγωνίζεσθαί μοι, εἶτα ὄχλου πολλοῦ ἐπιῤῥυέντος, σχεδὸν πᾶσαν ἐλθεῖν τὴν συνουσίαν. διελύθημεν γὰρ εἰσαῦθις ὑπισχνούμενοι τὰ λοιπὰ συνθήσεσθαι, καὶ νῦν μετέωροι πάντες εἰσὶ τοῖς τοῦ ἀκροάσεων, ὁπότεροις κρατήσῃ, καὶ ἀληθέστερα δόξῃ λέγειν. ὁρᾶτε τὸν κίνδυνον, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ πᾶσι τὰ ἡμέτερα, εἰς ἑνὶ ἀνδρὶ κινδυνεύεται; καὶ δυοῖν θάτερον, ἢ προεῖσθαι ἀνάγκη τὰ ἡμέτερα, ἐνόμισται μεῖον εἶναι δόξαντα, ἢ πιθέσθαι ὥσπερ τοῖς τοῦ Τιμοκλῆς ἀντέρημα λέγουσιν. HP. δεινότατα, ὡς ἀληθῶς, καὶ οὐ μάτην, ὦ Ζεῦ, ἐπτερωμένους αὐτοὺς. ZE. σὺ δέ, ὦ Δαναΐς τινος, ἢ Ἀντιόπης, εἶναί μοι λόγον ἐν παρέχῳ τοσούτῳ τινὶ δή; ὦ Ἑρμῆ, καὶ Ἥρα, καὶ Ἀθηνᾶ, προφάσει ἄν ἄρα; συνδεδόκητε γὰρ καὶ αὐτοὶ ὃ μέρος. EP. ἐγὼ μὲν ὅτι ὁ κοινὸν φημι δεῖν τινὶ ὑπισχνεῖσθαι ἐπαναγαγεῖν, ἐκκλησίαν συναγόμενα. HP. κἀμοὶ ταῦτα συνδοκεῖ, ἅπερ καὶ τούτῳ. AΘ. ἀλλ' ἐμοὶ ταναντία δοκεῖ, ὦ πάτερ, καὶ μὴ συνταράξῃς τὸν οὐρανὸν, μηδὲ δῆλον εἶναί σε θορυβώδους παραδείγματι, παράσχῃς δὲ ἰδίᾳ ταῦτα, ὅς ἂν κρατήσῃ μοὶ ὁ Τιμοκλῆς λέγων, ὁ Δάμις δὲ καταγελασθεὶς ἀπίοι ἐκ τῆς συνουσίας.

A aut neglectui demur, ab omnibus habiti contemptui, ac nullius quidem momenti esse videamur. IVN. Nunquid terra Gigantes produxit iterum? aut, Nunquid Titanes disruptis vinculis, deuictáque custodia rursum aduersus nos arma & vim parant? IVP. Confide: nam res inferæ cœlestibus extra omne sunt periculum. IVN. Quid ergo aliud rei grauis & acerbæ accidit? Neque enim video, quando talia nihil te conturbant, quamobrem nobis Polus aut Aristodemus pro Ioue apparueris. IVP. Timocles ille Stoicus ô Iuno, & Damis Epicureus, heri nescio quo initio in eam delati disputationem de prouidentia differuerũt in magna probatorum hominum frequentia, & celebritate populari: id quod omnium maximè me cõturbauit animo. Ac Damis quidem neque Deos esse, neque omnino eorum quæ fierent, curã vllam habere, aut ea ordine gubernare, impudẽter affirmare nõ verebatur: cęterùm optimus ille Timocles nostras partes omni studio tueri conabatur. Deinde multa turba hominũ certatim accurrentium confluente, nullum finem sortita est disputatio. Etenim hoc fœdere inito ab vtrisque, discessum est, vt in diem posterum deintegro reliqua nondum discussa accuratiùs examinarent atque perpenderent. Et nunc omnes suspenso ad audiendum inhiant animo, vter victoriam adepturus sit, ac veriora prolaturus. Videtis periculũ, quàm omnibus modis in angustum res nostræ coactæ sunt. In vno viro periclitamur, & ex duobus alterum euenire necesse est: vt aut omnia nostra habeantur contemptui, & solùm inania quædã videantur vocabula: aut vt ea pietate colãtur, quàm priùs culta sunt, si Timocles disputando superior euaserit. IV. Periculosissima profectò sunt illa, nec temere Iupiter more tragico propter illa efferebare. IVP. Tu verò Danaës aut Antiopes alicuius potiundę cogitatione me implicitum esse opinabare, cũ ita examinatum me esse cõspiceres. Quid igitur ô Mercuri & Iuno & Minerua nobis faciẽdum est? quin & vos consilij prõptè inuenti partem expromitis? M E. Ego quidem coacto properè consilio hanc rem communi omnium deliberationi offerendã esse existimo. IVN. Et ego huius accedo sententiæ. MI Atqui mihi diuersum videtur ô pater, ne videlicet excitato tumultu cœlũ terrore cõpleas, né ve palam fiat hanc ob rem te tumultuari aut cõsternari animo. Cęterùm priuato tecum consilio effectum reddas, vt Timocles disceptando potiatur victoria, Damis verò omnium risui expositus atque subsannatus, ex disputatione abeat.

MER. Atqui iſta non manebunt obſcura & tacita, Iupiter, cùm philoſophis in propatulo futura ſit diſceptatio. Ac tu quidem tyrannum agere videberis, ſi de tantis rebus ad omnes communiter pertinentibus, cum reliquis nihil communicaueris. IVP. Quin ergo iam vt in cõcionem veniant proclamas, vt mox præſtò ſint omnes? MER. Rectè mones. Heus vos ſuperi ocyus in conſilium omnes conuenite: ne cunctemini: confluite omnes: venite maximis de negotiis collaturi cõſilia. IVP. Adeóne nudis ô Mercuri verbis & ſimplicibus, ad hæc ſolutis, præconem agis, præſertim maximis de rebus deos conuocans? MER. Et quînam alia ratione expetis Iupiter? IVP. Rogas? Æquum eſſe opinor, vt præconium tuum nonnullis verſiculis ac magniloquentia poëtica exornes, vt hac impulſi ſtudioſiùs & frequentiùs confluant. MER. Sanè: veruntamen hoc poëtarum & rhapſodorum eſt officium. Porrò ego minimè ſum poëticus, adeò vt præconium quoq; corrupturus ſim, ſi verſiculis conſarcinatis & malè cohærentibus proclamarem. Ac tiſui ero omnibus ob verſiculorum ſtructuram parum concinnam. Itaque & Apollinem in dandis oraculis rideri à nonnullis video, dum multa ſecuro animo inuoluit, & data opera obſcurat, ne omnino audientes otio indulgeant, ſed expendant verſiculos. IVP. Proinde Mercuri Homericos verſiculos pleroſque admiſce præconio, quemadmodum ille nos conuocare conſueuit. Credibile autem eſt illorum te commeminiſſe. MER. Profectò non admodum promptè & callidè, tamen periculum faciam:

Ergo Deûm nemo nec mas nec fœmina deſit,
Inſuper Oceani ſint omnia flumina præſtò,
Omnes ſumma Iouis Nymphæ quoque tecta frequentent:
Cuncti in concilium greſſu properate citato,
Vos quibus oblatis cedunt ſua munera ſacris,
Præterea quotquot mediæ ſeu fortè ſecundæ
Claſſis erunt, ſeu quos claſſis tenet vltima, ſeu
Obſcura penitus diuorum ſorte fruuntur, (qui
Degentes, pingues cupidi nidoris ad aras.

IVP. Euge ô Mercuri, optimum egiſti præconem, ac iam plenis viis conueniunt. Quapropter aſſumens illos in ſedes colloca, pro ſua quenque dignitate. Priores quidem ſedes occupẽt aurei, poſt hos locentur argentei, deinceps verò ſubſequantur quotquot ſunt elephãtini,

ΕΡ. Ἀλλ' οὔτε ἀγνοήσεται ταῦτα, ὦ Ζεῦ, ὁ φανερῷ ἐσομένης τῆς ἔριδος τοῖς φιλοσόφοις, καὶ σὺ δόξεις τυραννικὸς εἶναι, μὴ κοινούμενος περὶ τῶν οὕτω μεγάλων, καὶ κοινῶν ἅπασιν. ΖΕ. ἀκούω ἤδη κηρύττειν, καὶ προέχεσθαι ἅπαντας. ΕΡ. ὀρθῶς γὰρ λέγεις. ἰδοὺ δὴ εἰς ἐκκλησίαν συνέλθετε οἱ θεοί· μὴ μέλλετε, ξυνέλθετε πάντες, ἥκετε, περὶ μεγάλων ἐκκλησιάσομεν. ΖΕ. οὕτω φιλεῖ, ὦ Ἑρμῆ, καὶ ἁπλοϊκὰ καὶ πεζὰ κηρύττειν, καὶ ταῦτα, ὅτι τοῖς μεγίστοις συγκαλῶν; ΕΡ. ἀλλὰ πῶς γάρ, ὦ Ζεῦ, ἀξιοῖς; ΖΕ. ὅπως ἀξιῶ; ἀποσεμνύεσθαι φημὶ δεῖν ὃ κήρυγμα μέτροις τισὶ, καὶ μεγαλοφωνίᾳ ποιητικῇ, ὡς μᾶλλον συνέλθοιεν. ΕΡΜ. ναί. ἀλλ' ἐποποιῶν, ὦ Ζεῦ, καὶ ῥαψῳδῶν τὰ τοιαῦτα· ἐγὼ δὲ, ἥκιστα ποιητικός εἰμι· ὥστε διαφθερῶ ὃ κήρυγμα, σκώπτων ἢ σοβαρὰ ξυνείρων, ἢ γέλωτος ἕνεκα πρὸς αὐτῶν ὅτι τῇ ἀμουσίᾳ τῶν ἐπῶν. ἐρῶ γοῦν καὶ τὸν Ἀπόλλω γελώμενον ἐπ' ἐνίοις τῶν χρησμῶν, καίτοι ὀστικρυσταλλοῦντα τὰ πολλὰ τῆς μαντικῆς ἀσαφείας, ὡς μὴ πολὺ σχολὴν ἄγειν τοὺς ἀκούοντας ἐξεταζοντας τὰ μέτρα. ΖΕ. ἀκούω, ὦ Ἑρμῆ, τί ὁμήρου ἐπῶν ἐξαπατᾷς τὰ πολλὰ τῷ κηρύγματι, ὡς ἐκεῖνος ἡμᾶς συνεκάλει, μεμνῆσθαι δέ σε εἰκός. ΕΡ. ὁ πολὺ μᾶλλον ἅπτομαι τῶν ῥαψῳδῶν, ἢ σὺ χείρων, πειράσομαι δὲ ὅμως·

Μήτέ τις ὧδε θαλάσσα θεὸς, καὶ μήτε τις ἄρσεν,
Μηδ' αὐτὴ ποταμὸς μυθέτω, νόσφι Ὠκεανοῖο,
Μηδέ τε νυμφάων, ἀλλ' ἐς Διὸς ἔλθετε πάντες
Εἰς ἀγορὴν, ὅσοι τε κλυτὰς δαίνυσθ' ἑκατόμβας,
Ὅσσοι τ' αὖ μέσσατοι, ἢ ὔσσατοι, ἢ μάλα πάγχυ
Νώνυμοι, βωμοῖσι παθὲ κνίσησι κάθηνται.

ΖΕ. εὖγε, ὦ Ἑρμῆ, ἄρτια κεκήρυκταί σοι, καὶ συνιάσι γὰρ ἤδη· ὥστε παραλαμβάνων, κάθιζε αὐτοὺς, κατὰ τὴν ἀξίαν ἕκαστον, ὡς αὐ ὕλης ἢ τέχνης ἔχῃ· ὁ πρεσβύτης μὲν, τοὺς χρυσοῦς, εἶτα ὁπὸ τούτοις, τοὺς ἀργυροῦς, εἶτα ἑξῆς, ὁπόσοι ἐλεφαντῖνοι,

εἶτα τοὺς χαλκοῦς, ἢ τοὺς λιθίνους, ἢ ὁ αὐλῶν τούτοις, οἱ Φειδίου μόνου, ἢ Ἀλκαμένους, ἢ Μύρωνος, ἢ Εὐφρανόρους, ἢ τῶν ὁμοίων τεχνιτῶν, προτετιμήσθων· οἱ συρφετώδεις δὲ ἅτοι, καὶ ἄτεχνοι, πόρρω που στενωθέντες, καθεδοῦνται σιωπῇ, μία πληροῦντες μόνον τὴν ἐκκλησίαν. ΕΡ. ἔσται ταῦτα, καὶ καθεδοῦνται, ὡς προσῆκεν. ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν προσχρῆν εἰδέναι, ὦ τίς αὐτῶν χρυσοῦς μόνον, καὶ πολυτάλαντος ἢ τὴν ὀλκήν, οὐκ ἀκριβὴς δὲ τὴν ἐργασίαν, ἀλλὰ κομιδῇ ἰδιωτικὸς, καὶ ἀσύμμετρος, πρὸς τῶν χαλκῶν τῶν Μύρωνος, καὶ Πολυκλείτου, καὶ τῶν Φειδίου, καὶ Ἀλκαμένους τῶν λιθίνων. καθεδεῖται, ἢ προτιμητέαν χρὴ νομίζειν τὴν τέχνην. ΖΕ. ἐχρῆν μὲν οὕτως, ἀλλ' ὁ χρυσὸς ὅμως προτιμητέος. ΕΡ. μανθάνω, ὅτι πλουτίνδην κελεύεις, ἀλλὰ μὴ ἀειστίνδην καθίζειν, καὶ ἀπὸ τιμημάτων ἥκετε οὖν εἰς τὴν προεδρίαν ὑμῶν οἱ χρυσοῖ. ἐοίκασι δ' οὖν, ὦ Ζεῦ, οἱ βάρβαροι μόνοι, προεδρεύσειν μόνοι, ὡς τοὺς γε Ἕλληνας ὁρᾷς ὁποῖοί εἰσι, χαλκεύοντες μέν, καὶ θυμοειδεῖς, καὶ τῇ τέχνῃ ἐσχηματισμένοι, λίθινοι δὲ, ἢ χαλκοῖ ὅμως ἄπωθεν, ἢ οἵγε πολυτελέστατοι αὐτῶν, ἐλεφαντίνοι, ὀλίγον ὅσον τοῦ χρυσοῦ ὀβολίσκον ἔχοντες, ὡς ὑπεχρῶσθαι, καὶ ἐπυγάσθαι μόνον, τὰ δὲ ἔνδον, ξύλοι, καὶ ἔστι μυῶν ἀγέλας ὅλας ἐμπολιτευομένας σκέπουσι. ἡ Βενδὶς δὲ αὕτη, καὶ ὁ Ἄνουβις ἐκεῖνοι, καὶ πρὸς αὐτὸν, ὁ Ἄττις, καὶ ὁ Μίθρης, καὶ μᾶλλον ὅλοι ὁλόχρυσοι, καὶ βαρεῖς, καὶ πολυτίμητοι ὡς ἀληθῶς. ΠΟ. καὶ ποῦ τοῦτο, ὦ Ἑρμῆ, δίκαιον, τὸν κυνοπρόσωπον τοῦτον προκαθίζειν μου τὸν Αἰγύπτιον, καὶ ταῦτα, Ποσειδῶνος ὄντος; ΕΡ. ναί. ἀλλὰ σὲ μὲν, ὦ ἐνοσίχθονος, χαλκοῦν ὁ Λύσιππος καὶ πτωχὸν ἐποίησεν, οὐκ ἐχόντων τότε Κορινθίων χρυσόν. σοὶ δὲ ὅλοις μετάλλοις πλουσιώτερός ἐστιν. ἀνέχεσθαι οὖν χρὴ παρεωσμένον, καὶ μὴ ἀγανακτεῖν, εἴ τις ῥίνα τηλικαύτην χρυσῆν ἔχων, προτιμήσεταί σου. ΑΦΡΟ. ὀκνῶ, ὦ Ἑρμῆ, καὶ μὲ λαθὼν, ὑπὸ τοῖς προεδρίοις που καθίζῃ· χρυσῆ γάρ εἰμι.

his postremò succedant æneiatque lapidei. Verùm in his etiam ipsis Phidiæ, aut Alcamenis, aut Myronis, aut Euphranoris, aut talium cõsimilium artificum gratia præhonorentur. Cæterùm vulgares illi nulla arte nobiles, longè alicubi concluſi in angulum locentur cum ſilentio, complentes tantùm concionem. MER. Fient iſta vt imperas, ac ſua quiſque vt par eſt ſede dignabitur. Atqui hoc neutiquam promptum aut noſſe procliue eſt, ſi quis illorum aureus fuerit, ac multitudine talentorum præponderet, opere verò non ita inſignis ſit, ſed priuato penè ac vulgari, & minimè artificioſo, ſi Myronis æneis ac Polycleti & Phidiæ & Alcamenis lapideis conferatur, quónam locandus ſit, ſi artem præferendam eſſe putas. IVP. Oportebat quidem ad hunc modum fieri, ſed tamen aurum anteferendum eſt. MER. Intelligo, nempe iubes vt per opulentiores delectu habito, non ex optimatibus electim locentur, atque etiam à pretio. Proinde venite priora ſedilia occupaturi vos aurei. Attamen, vt vides Iupiter, ſoli barbari præſidebunt. Etenim cuiuſmodinam Græci ſint, animaduertis, pleni quidem venuſtate ac gratia, neque non vultu honeſto & liberali, & quantum ad artificij præſtantiam attinet, probè culti & perpoliti, non tamen niſi lapidei aut æneivniuerſi: aut qui ex illis maximis ſunt ac ſumptuoſiſſimis impenſis fabricati, elephantini ſunt, modicum ab aſperſo auro ſplendorem retinentes, quippe quo tantùm colorati ſunt, paulóque facti nitidiores: cæterùm intus ſublignei quidem illi, totáque muſcarum examina internè conuerſantia cooperientes. Porrò autem ipſa Bendis, & Anubis ille, & propter hunc Attis, præterea Mithres, in vniuerſum ex ſolido auro conflati ſunt, & graues, & multi re vera pretij. NEP. Et quî hoc tibi iuſtum videtur Mercuri, vt Ægyptium illum canino rictu deformem, mihi anteferre non verearis, præſertim Neptuno exiſtenti? MER. Rectè dicis: at te quidem ô Neptune Lyſippus tantùm fecit æneum & pauperem, quippe Corinthiis tunc aurum non habentibus: hic autem omnibus metallis longè eſt opulentior. Vides itaque patienter & placatè hoc tibi ſufferendum eſſe, ſi huic poſtponaris: neque indignandum eſt, ſi is cui tantus naſus eſt aureus tibi, prælatus fuerit. VENVS. Proinde Mercuri, me quoque aſſumptam transfer ad Deos aureos qui præſident: ſum enim aurea.

ἀπὸ τιμημάτων. *hoc eſt, ſecundùm cenſum.*

MER. Minimè ô Venus, quantũ quidem ego video: sed nisi prorsus hallucinor aut cæcutio, ex lapide candido, ex monte Pentheli excisо, opinor, cùm ita visum esset Praxiteli, Cnidiis Venus facta tradita es. VE. Atqui grauissimum simul ac fide dignissimum testem Homerum tibi producam, sursum ac deorsum suis in rhapsodiis auream Venerem me esse perhibentem. MER. Sed enim ille ipse quoque Apollinem prædiuitem & opulentũ esse affirmat: nihilo secus tamen iam ipsum[1] in extremis sedentem conspicies, à latronibus contumeliosè affectum, atque etiam fidibus citharæ compilatum. Quare & tu contenta esto, æqui bonique consulens si non prorsus in locum seruilem & sordidum detrusa, concioni interesse cogare. [2] COLOSSVS. Quis verò mecum in contentionem descendere audeat, cùm & Solem me esse conspiciatis, & tanta mole spectabilem? Cæterùm si non magno admodum ingenio & artificio Rhodij me sculpere dignati sunt, tamen & alios pari arte ad nostri archetypum sedecim deos aureos formauerunt: quapropter ratione probabili omnium pretiosissimus meritò æstimandus essem. Artis verò atque operis præstantia & nobilitas, tanta pensatur magnitudine. MER. Quid verò facto opus est, ô Iupiter? si quidem & hoc non mediocrem mihi affert iudicandi difficultatem. Etenim cùm ad materiam oculos deflexero, totus quidem æneus est: porrò cùm apud animum meum perpendo ex quot talentis conflatus est, præter[3] hippada quingentos excusurus est modios. IVPIT. Quorsum verò attinebat & hunc interesse concioni, sua magnitudine aliorum paruitatem expositurum contemptui, neque non ob dignam sedem nos perturbaturum? Verumenimuero ô Rhodiorum optime, & si maximè omnibus aureis anteponendus esses, quomodo præsidere possis, nisi cæteri omnes exurgant foras, vt soli tibi ad sedendum locus pateat atque sufficiat, omni spatio vel alteris tantùm natibus occupato? Quocirca rectissimè feceris, si stans concioni intentus fueris, inflexo in cõcilium capite. MER. Ecce rursus altera in discernendo mihi difficultas obiicitur: ærei enim estis vtrique, eiusdémq; artificij, nimirum in Lysippi officina vterque formatus: & quod maximum est, generis nobilitate pares, vtpote Iouis filius Dionysus ille cum Hercule. Vter ergo illorum anteferendus est alteri? siquidẽ de loco pugnant inter se, vt vides. IV. Nimiùm verò cunctamur Mercuri:

Pentheli pagus Atticus fuit, ad tribum Antiochidem pertinens, vt Stephan. & Pentheli cus mons ibidem, vbi latomiæ fuere, vt Pausanias in Attic. 1 Interzausias, Græce, quæ sunt tria dicta Athenien sium erat. 2 Rhodium intelligit, de quo Plin. li. 34. c. 7.

3 Hippas, classis vna erat Atheniensium. Vid. Plutar. in Solone.

ΕΡ. ἀχ ὅσα γε, ὦ Ἀφροδίτη, καὶ μὲ ἐρᾷν, ἀλλ' εἰ μὴ πόρρω λημῶ, λίθου τ' λευκοῦ Πεντέληθεν, οἶμαι, λιθοτμηθεῖσα, εἶτα δίξαν οὕτω Πραξιτέλει, Ἀφροδίτη γνωμένη, Κνιδίοις πρεσβεύσης. ΑΦ. καὶ μὲν ἀξιόπιστόν σοι μάρτυρα τὸν Ὅμηρον παρέξομαι, αἰωρῶ κἀτω τῇ ῥαψῳδίᾳ χρυσῆν με τιθεὶς Ἀφροδίτην εἶναι λέγοντα. ΕΡ. εἰ δὲ καὶ τὸν Ἀπόλλω ὁ αὐτὸς πολύχρυσον ἔφη εἶναι, καὶ πλούσιον· ἀλλὰ νῦν ὄψει κἀκεῖνον ἐν τοῖς ζυλίταις που καθήμενον, ἀπεσφαιρωμένον γε ὑπὸ τῶν λῃστῶν, καὶ τοὺς κόλοπας τῆς κιθάρας περισεσυλημένον, ὥστε ἀγάπα καὶ σὺ μὴ πόρρω ἐν τῷ ἠπείρῳ ἐκκλησιάζουσα. ΚΟΛ. ἐμοὶ δὲ τίς ἂν ἐλθοῦσα τολμήσειεν, ἡλίῳ τε ὄντι, καὶ τηλικούτῳ τὸ μέγεθος; εἰ δ' οὖν μὴ ὑποφυᾶ, μηδ' ὑπερμεγέθη οἱ Ῥόδιοι κατασκευάσασθαί με ἠξίωσαν, ἀπὸ τοῦ ἴσου τελέσματος, ἑκκαίδεκα χρυσοῖς θεοῖς ἐπεποίητο, ὥστε ἀπάλογον πολυτελέστερος ἂν νομιζοίμην, εἴ τις εἴη ἡ τέχνη, εἴ τῆς ἐργασίας τὸ ἀκριβὲς ἐν μεγέθει τοσούτῳ. ΕΡ. τί, ὦ Ζεῦ, χρὴ ποιεῖν; δυσκριτον γὰρ ἐμοὶ γοῦν εἰς τοῦτο. εἰ μὲν γὰρ ἐς τὸν ὕλλον ἀποβλέποιμι, χαλκοῦς ἐστιν· εἰ δὲ λογιζοίμην ἀφ' ὁπόσων παλάντων κεχάλκευται, ὑπὲρ τοὺς πεντακοσιομεδίμνους, καὶ τὸν ἵππαδα δῶν εἶη. ΖΕ. τί γὰρ ἔδει πρᾶγμα καὶ τοῦτον ἐλέγξοντα τὸν τῶν ἄλλων μικρότητα, καὶ ἐνοχλήσοντα τῇ καθέδρᾳ; πλὴν ἀλλ', ὦ Ῥόδιων ἄριστε, εἰ καὶ ὀπιμάλισα περιμητέος εἶ τῶν χρυσῶν, πῶς ἂν καὶ περεδρεύοις, εἰ μὴ δεήσει αἰτεῖν πόδας, ὡς μόνος καθεζοιο, τὸν πύκα ὅλλον ἑτέρα τῶν πυγῶν ὑπιλαβών; ὥστ' ἄμεινον ποιήσεις ὀρθοστάδην ἐκκλησιάζων, ὑπικεκυφὼς τῷ σφενδόνῃ. ΕΡ. ἰδοὺ πάλιν ἄλλο δύσλυτον καὶ τοῦτο. χαλκὼ μὲν γὰρ ἀμφοτέρω ἐσόν, καὶ τέχνης τῆς αὐτῆς, Λυσίππου ἑκάτερον τὸ ἔργον, καὶ ὁ μέγιστον, ὁμοτίμῳ τὰ ἐς γένος, ἅτε δὴ παῖδες ὄντες Διός, ὁ Διόνυσος οὑτοσί, καὶ Ἡρακλῆς. πότερος οὖν αὐτῶν προκαθεδεῖται; φιλονεικοῦσι γὰρ ὡς ὁρᾷς. ΖΕ. δέομαι σοῦν, ὦ Ἑρμῆ, πάλαι

πάλαι δέον ἐκκλησιάζειν· ὥστε νῦν μὲν ἀναμίξ καθιζόντων, ἔνθα αὖ ἕκαστος ἐθέλει, εἰσαῦθις δὲ ἀποδοθήσεται τοῖς τούτων ἐκκλησιάζειν· καγὼ εἴσομαι τότε λοιπόν τινα χρὴ ποιήσασθαι τὴν τάξιν ἐν αὐτοῖς. ΕΡΜ. ἀλλ', Ἡράκλεις, ὡς θορυβοῦσι τὰ κοινὰ, καὶ τὰ καθ' ἡμέραν ταῦτα βοῶντες ἀφανομαὶ, ποῦ ὁ νέκταρ, καὶ ἡ ἀμβροσία ἐπέλιπε; ποῦ αἱ ἑκατόμβαι; κοιναὶ ταὶ θυσίαι; ΖΕ. κατασιώπησον αὐτοὺς, ὦ Ἑρμῆ, ὡς μάθωσιν ὅτου ἕνεκα ξυνελέγησθε, καὶ τὰς λήρους τούτους ἀφέντες. ΕΡ. οὐχ ἅπαντες, ὦ Ζεῦ, τὴν Ἑλλήνων στωμύλλουσιν. ἐγὼ δὲ, ὃ πολύγλωσσός εἰμι, ὥστε καὶ Σκύθαις, καὶ Πέρσαις, καὶ Θραξὶ, καὶ Κελτοῖς στωμύλλειν χρυσίον. ἄμεινον οὖν, οἶμαι, τῇ χειρὶ σημήνῃ, καὶ τοὐμὲν κελεύεσθαι σιωπᾶν. ΖΕ. οὕτω ποίει. ΕΡ. σὺ δὲ, ἀφωνότερος γενοῦ ταῖς τῶν σοφιστῶν. ὥστε ὥρα δημηγορεῖν· ὁρᾷς, πάλαι πρὸς σὲ ἀποβλέποντες, προσμένουσί τί καὶ ἐρεῖς. ΖΕ. ἀλλ' οἶδα μὲν, ὦ Ἑρμῆ, οὐκ ἀνὴσαμι πρὸς σὲ εἰπεῖν ἐμὸν ὄντα, οἶσθα ὅπως θαρραλέος ἀεὶ, καὶ μεγαληγορεῖς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις· ΕΡ. οἶδα, καὶ ἐδεδίειν γε ἀκούων σου δημηγορουμένου. καὶ μάλιστα ὁπότε σε ἠπείλησα αἰωρήσειν ἐκ βάθρου τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλατταν, αὐτοῖς θεοῖς, τὴν σφῶν ἐκείνην τὴν χρυσῆν καθείς. ΖΕ. ἀλλὰ νῦν, ὦ τέκνον, οὐκ οἶδα, εἴτε ὑπὸ μεγέθους τῶν ἐφεστώτων δεινῶν, εἴτε καὶ ὑπὸ πλήθους τῶν παρόντων (πολυθεωτάτη γάρ ὡς ὁρᾷς ἡ ἐκκλησία) δέος τι παράγνωμαι τὴν γνώμην, καὶ ὑπόκωφος εἰμι, καὶ ἡ γλῶττά μοι πεπεδημένη ἔοικε· τὸ δὲ ἀτοπώτατον ἀπόρρητον, ἐπιλέλησμαι τὸ προοίμιον ἀπορρήτων τῶν λόγων, ὃ προδιεσκευασάμην, ὡς δὴ προσωποποιήσασθαι μοι ἡ ἀρχὴ δόξειε τοῦ λόγου. ΕΡ. ἀπολώλεκας, ὦ Ζεῦ, πάντα, οἱ δὲ, ὑποπτεύσουσί τι σιωπὴν, καί τι ὑφήμενα κακὸν ἀκούσεσθαι προσδοκῶσιν, ἐφ' ὅτῳ σὺ δὴ μέλλεις. ΖΕ. βούλει γοῦν, ὦ Ἑρμῆ, τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο προοίμιον ἀναρρᾴψω πρὸς αὐτούς; ΕΡ. τὸ ποῖον; ΖΕ. Κέκλυτέ μευ πάντες τε θεοὶ, πᾶσαί τε θεαιναι.

iamdudum concionatum esse oportuit. Quare in præsens quidem nullo habito discrimine sessum eant promiscuè, vbi cuique visum fuerit: deinceps verò hisce de rebus cogetur deintegro concilium, ac deinde certum habebo qui mihi hac in re ordo constituendus sit. MERC. Sed ô Hercules, quàm pro more solito tumultuantur, cum vociferatione quotidianam illam distributionem efflagitantes, Vbi est nectar? vbi relicta ambrosia? vbi sunt hecatombæ? vbi sacrificia? IVP. Compesce illos Mercuri indicto silentio, vt intelligant cuius gratia accersiti sint, eiusmodi nugis posthabitis. ME. Atqui non omnes Græcam linguam capiunt, Iupiter: ego verò varias linguas minimè sonare calleo, vt Scythis & Persis & Thracibus ac Celtis intelligibilia prædicem. Consultius itaque factu opinor, si manu signo dato, silentium imposuero. IVP Quin ergo facis? MER. Euge, Pythagoricis taciturniores tibi facti sunt: itaque iam tempus est concionandi. Vides vt omnes oculos in te coniectos habeant, cupidè atque desideranter expectantes quidnam dicturus sis? IVP. At quod ego patior, Mercuri, cur tibi exponere verear, filio existenti meo? Haud tibi obscurũ esse reor, quàm impendiò audax ego semper & magniloquus in concionibus esse soleam. MERC. Satis *Iliad. 8.* compertè noui, ac profectò magno metu consternatus eram, concionantem te audiens, maximè verò quando minabaro te terram ex ipsis fundamentis euulsam, & pontum vnà cum diis sursum tracturum aurea illa catena ex alto demissa. IV. Atqui nunc ô fili, nescio quomodo, siue præ magnitudine periculorum impendentium, siue præ multitudine præsentium (conuentus enim, vt vides, est frequentissimus) animus confusa mente mihi penitus obstupuit, planèque subtrepidat, & lingua constricta esse videtur. Et quod omnium est absurdissimum, orationis quoque multum diúque meditatæ proœmium mihi excidit, quod adornaueram, vt exordio erga illos vterer bellissimo atque luculentissimo. MER. Perdidisti omnia ô Iupiter, cæterùm illi tuo silentio in suspicionem venient, ac grande aliquod malum se audituros expectabunt, cuius gratia tu ita lentè & cunctanter ad dicendum progrederis. IVPITER. Vis ergo Mercuri, Homericum illud proœmium illis occinam? MERCVRIVS. Qualénam? IVPITER. *O superi dictis animos attendite nostris.*

MERC. Apage: iam enim abundè satis ista sub initium nobis per contumeliam inculcasti. Veruntamen, si consultum videtur, versiculorum odiosam difficultatem missam facito: cæterùm vnam aliquam ex Demosthenis orationibus aduersus Philippum habitis, quæcunque argumento tuo appositissima videbitur, desume, pauca quædam immutans. Facies hoc multorum rhetorum exemplo, quibus idem facere nunc solenne est.

IVPITER. Rectè sanè dicis, consarcinatam quandam rhetoricam, neque non promptam, & facilem, perplexis & animo hęsitantibus. Proinde facto aliquando principio exordiar. Pro magna pecuniarum copia, ô viri Dei, vos electuros opinor, si palam vobis fieret, quid tandem illud sit, cuius gratia in hunc cœtum estis accersiti. Quod cùm ita sit, consentaneum est vt me dicentem attentis audiatis animis. Porrò ô Dij, præsens quidem tempus emissa voce propemodum loquitur, instantibus periculis omni conatu ac studio nobis occurrendum esse. Nos autem ad hæc summa ope prouidenda parum solicitè affecti videmur. Iam verò quoniam Demosthenis subsidiaria verba me deficiunt, hæc ipsa vobis manifestiùs declarare statui, propter quæ perturbatus animo, conuocata concione concilium coëgerim. Heri enim, vt nemini vestrûm obscurum esse opinor, cùm Mnesitheus nauclerus ob seruatam ex vndis nauem, quę ad Capharei scopulos fermè illisa periisset, sacra persoluisset, accepti epulis in Piræo conuiuium agitabamus, quotquot nostrûm à Mnesitheo vocati eramus ad sacrificium. Deinde oblatis libaminibus, vos alius aliò, quò cuiusque ferebat animus, secessistis: porrò autem ego (necdum enim profunda erat vespera) in vrbem regressus sum, vt tempore pomeridiano otiosus ab animo deambularem in Ceramico: simul mecum sedula agitatione Mnesithei tenue ac frugale, ne dicam sordidum, conuiuium perpendebam, qui cùm sedecim Deos epulis acciperet, solummodo gallum sacrificauit, senem quidem illum, ac iam muco & pituita laborantem. Thuris præterea grana quatuor iam prorsus putrida, adeò vt prunis iniecta statim extinguerentur, vt neque summas nares emergente fumo contingerent, præcipuè verò cùm totas hecatombas amplè & liberaliter polliceretur, iam naui appropinquante scopulis certo inclusa periculo. Interea dum hæc mecum voluerem in animo, ad porticum Variam progrediendo delabor:

Ex prima Olynthiaca.

ΕΡΜ. ἄπαγε, ἱκανὰ καὶ πρὸς ἡμᾶς πεπρώνηταί σοι τὰ πρῶτα. πλὴν εἰ δοκεῖ, ὃ μὴν φορτικὸν τῶν μέτρων, ἄφες· σὺ δὲ, τὴν Δημοσθένους δημηγορικὴν τὴν κατὰ Φιλίππου λαβών τινα αὐτῶν ἐθέλοις, σκώμμα, ὀλίγα διαλλάξων. ὅτω γοῦν οἱ πολλοὶ νῦν ῥήτορες ποιοῦσιν. ΖΕΥΣ. Οὐ λέγεις, σκώμμόν τινα ῥητορείαν, καὶ ῥαψῳδίαν ταύτην ὑκκαιεσι τοῖς ἀπροσδιόνυσοις. ἄρξομαι δ' οὖν ποτε· Ἀντὶ πολλῶν αὖ, ὦ ἄνδρες θεοί, χρημάτων, ἡμᾶς ἐλέσθαι νομίζω, εἰ φανερὸν γένοιτο ὑμῖν, ὅ,τι δήποτε ἄρα τοῦτό ἐστιν, ἐφ' ὅτῳ νῦν σπουδάζητε. ὅτε γάρ τοσοῦτον τοῦτ' οὖτος ἔχει, προσήκει προθύμως ἀκροᾶσθαί μου λέγοντος. ὁ μὲν οὖν πρῶτον καιρὸς, ὦ θεοὶ, μονονουχὶ λέγει, φωνὴν ἀφιεὶς, ὅτι τῶν παρόντων ἐρρωμένως ἀντιληπτέον ἡμῖν ἐστιν· ἡμεῖς δὲ, πάνυ ὀλιγώρως ἔχειν δοκοῦμέν μοι πρὸς αὐτά. βούλομαι δὲ ἤδη, καὶ γὰρ ὅτι λείπει ὁ Δημοσθένης, αὐτὰ ὑμῖν δηλῶσαι σαφῶς, ἐφ' οἷς ἀθροισθεὶς, σπουδάσαι τὴν ἐκκλησίαν. χθὲς γάρ, ὡς ἴστε, Μνησιθέου τοῦ ναυκλήρου σώσαντος τὰ σωτήρια ὅτι τῇ νηὶ ὀλίγου δεῖν ἀπολουμένῃ πρὸς τὸν Καφηρέα, εἰστιώμεθα ἐν Πειραιεῖ, ὁπόσους ἡμῶν ὁ Μνησίθεος ὅτι τὴν θυσίαν ἐκάλεσεν. Ἔπειτα μετὰ ταῦτα σπονδὰς, ὑμεῖς μὲν ἄλλος ἄλλῃ ἐτράπεσθε, ὡς ἑκάστῳ ἔδοξεν. ἐγὼ δὲ (οὐδέπω γὰρ πάνυ ὀψὲ ἦν) ᾠχόμην εἰς ὃ ἄστυ, ὡς περιπατήσαιμι ὃ δείλινον ἐν Κεραμεικῷ, σὺν ὧν ἅμα τῷ Μνησιθέου τὴν μικρολογίαν· ὃς ἑκκαίδεκα θεοὺς ἑστιῶν, ἀλεκτρυόνα μόνον κατέθυσε, γέροντα κἀκεῖνον, ἤδη καὶ κορυζῶντα, καὶ λιβανωτοῦ χόνδρους τέτταρας, οὓς μόλα βδρωτιῶντας, ὡς αὐτίκα ἀποσβεσθῆναι τὰ ὠμόφακα, μηδὲ ὅσον ἄκρα τῇ ῥινὶ ὀσφραίνεσθαι τοῦ καπνοῦ παραφέροντος· καὶ ταῦτα, ἑκατόμβας ὅλας ὑποσχόμενος, ὁπότε ἡ ναῦς ἤδη προσεφέρετο τὰ σκόπελα, καὶ σὺν τοῖς ἐμπόροις. ἐπεὶ δὲ ταῦτα σὺν ὧν, γίγνομαι κατὰ τὸν Ποικίλον,

ὁρῶ πλῆθος ἀνθρώπων παμπολυ συνεχη- A vbi consistens, ex improuiso inusitatam
κός· οἱους μὲν, ἔνδον ἐν αὐτῇ τῇ στοᾷ, πολ- hominum multitudinem conspicio, par-
λοὺς δὲ καὶ ἐν τῷ ὑπαίθρῳ, καί τινας tim quidem illorum intra porticum, par-
βοῶντας, καὶ διαπτεινομένους ὑπὲρ τῶν δώκων tim verò ipso sub Ioue: insuper nonnul-
καθημένους· εἰκάσας οὖν ὅπερ ἦν, φιλοσό- los vociferantes, ac mira peruicacitate
φους τινὰς τῶν ἐριστικῶν τούτων, ἐβουλήθην disceptantes, inque sedibus considen-
ὑπελθὼν, ἀκοῦσαι αὐτῶν ὅ, τι καὶ λέγοιεν. καὶ tes. Tandem verò rem ipsam facilè con-
ἔτυχον γὰρ νεφέλην τῶν παχειῶν περιβε- iectura assequutus, nempe Philosophos
βληκὼς, σχηματίσας ἐμαυτὸν εἰς τὸν ἐκεί- esse ex contentiosis illis & rixosis, volui
νων τρόπον· καὶ τὸν πώγωνα ὑπερπασάμε- propiùs admoto gressu, exploratiùs intel-
νος, ὃν μάλα εἶχειν φιλοσόφῳ· καὶ δὴ πα- ligere quidnam illud esset cuius gratia
εισελθὼν εἰς τοὺς πολλοὺς, εἰσέρρυμην ἀ- inter sese tantopere digladiarentur. Ac
γνοούμενος ὅστις εἴην. εἰσκα δὲ τὸν Επι- B me illico nube ex crassioribus illis circū-
κούρειον Δάμιν, τὸν ὑπερτελεστον, καὶ Τιμο- uolutum, illorum habitu exornaui: pro-
κλέα τὸν Στωϊκὸν, ἀνδρῶν βέλτιστον, σκλη- lixáque barba attracta, per omnia non
ρότατα πρὸς ἐρίζοντας. ὁρῶ Τιμοκλῆν, καὶ ineptè philosopho similem turbæ me-
ἰδρῶ, καὶ τῷ φωνῷ ἤδη ἐξεκεκωφὸς ὑπὸ met immisi. Multis verò qui mihi obsi-
τῆς βοῆς· ὁ Δάμις δὲ, ὁ Σαρδόνιον ὑπογε- stebant, cubito è via protrusis, ingredior,
λῶν, ἔτι μᾶλλον παρώξυνε τὸν Τιμοκλέα. omnibus ignorantibus quis essem. Cæ-
ἦν δὲ ἄρα περὶ ἡμῶν ὁ πᾶς λόγος αὐτοῖς. ὁ terùm intra turbam iam consistens, of-
μὲν γὰρ κατάρατος Δάμις, ὥτε περιφρονεῖν fendo Damin illum Epicureum, homi-
ἡμᾶς ἔφασκε τῶν ἀνθρωπίνων, ὥτε ὑποπτεύειν nem perditissimum, ac Timoclea Stoi-
τὰ γινόμενα πρὸ αὐτοῖς, οὐδὲν ἄλλο, ἢ μη- cum, virorum longè optimum, pertina-
δὲ ὅλως ἡμᾶς εἶ) λέγων. τοῦτο γὰρ αὐτῷ δη- C cissimè disceptantes. Itaque Timo-
λαδὴ ὁ λόγος ἐδύνατο, καὶ ἦσαν τινες, οἱ cles largo sudore perfluens, præ nimio
ἐπῄνουν αὐτόν. ὁ δ' ἕτερος τὰ ἡμέτερα ὁ clamore iam penè vocem amiserat: Da-
Τιμοκλῆς ἐφρόνει, καὶ ὑπερεμάχετο, ἠγα- mis verò risu Sardonio diffluens, magis
νάκτει, καὶ πάντα τρόπον συνηγωνίζετο, ac magis Timoclea exasperabat. Por-
τῷ ὑπιμέλεσθαι ἡμῶν ἐπαινῶν, καὶ διεξιών, rò omnis illorum sermo de nobis habe-
ὡς εὐ κόσμῳ τε, καὶ τάξει τῇ προσηκούσῃ batur. Etenim execrandus ille Damis,
ἀξηρτήμεθα, καὶ διαπρεπῶς ἔκαστα. καὶ humanarum rerum nihil à nobis pro-
εἶχε μὲν τινας καὶ αὐτὸς τοὺς ἐπαινοῦντας. uideri affirmabat, neque eorum quæ
πλὴν, ἐκεκμήκει γὰρ ἤδη, καὶ πονηρῶς in terris fierent, quicquam nobis curæ
ἐφώνει, ὃ τὸ πλῆθος εἰς τὸν Δάμιν ἀπέβλε- esse: breuiter, nihil aliud quàm in vni-
πε. συνεὶς δὲ ἐγὼ τὸ κινδυνεύόμενον, τῷ uersum nos non esse. Tanta vi com-
νύκτα ἐκέλευσα περιχυθεῖσαν, διαλυ- D probandi eius valuit oratio, erántque
σαι τὸν συνοδοιπορον. ἀπῆλθον οὖν, εἰς τὴν nonnulli qui laudarent illum. Alter ve-
ὑστεραίαν συνελθόντες εἰς τέλος ἐπεξελθεῖν rò, nempe Timocles, nostra optimè sen-
τὸ σπέρμα, κἀγὼ παρεμπορῶν τοῖς tientes propugnabat, indignabatúrque,
πολλοῖς, ἐπῄκουον μεταξὺ ἀπιόντων οἰκα- ac omnibus modis hostem pugnis inua-
δε πρὸ αὐτοῖς, ἐπαινούντων τὰ τοῦ Δάμιδος, dens lacessebat, curam & sedulitatem
καὶ ἤδη πολὺ αἰσθομένων τὰ ἐκείνου. nostram collaudans, ac planum faciens
cùm ex mundo, tum omnium rerum
conuenienti ordine, Deos esse: quód-
que per nos ordinatim disponerentur
singula. Nec defuerunt quibus & ille
fuit admirationi, eius orationem non
improbantibus. Verùm iam extremè de-
fessus erat, ac grauiter & laboriosè lo-
quebatur. Vniuersa autem turba in
Damin coniectos habebat oculos. Cæ-
terùm cùm ego Deorum existimatio-
nem periclitantem animaduerterem,
iussi noctem ocyus circumfusam conuentum dissoluere. Abierunt ergo ex com-
posito vt die postero inchoatam de diis disputationem ad finem deducerent. In-
de ego multis me domum abeuntibus comitem adiungens, inter eundum audie-
bam, Damidis verba certatim in cœlum ferri, atque à pluribus supra modum probari.

Præstò tamen aderant etiam qui dicerent nihil esse præiudicandum, sed expectandum si quid in crastinum ipse quoque Timocles dicturus esset. Hæc fermè sunt quorum gratia vos conuocari iussi. Non modica verò sunt hæc ô Dij, si ratione diligentiùs inita consideraueritis omnem nostrum cultum, omnem gloriam nostram ac prouentum ipsos esse homines. Porrò autem illi si persuasi in eam cogitationẽ discesserint, aut omnino deos non esse, aut si sint, res tamen humanas nulla illorum administrari prouidentia: periculum est ne omnia nobis in terris negentur sacrificia, subtrahantur munera, cultus intercipiantur, ac nequicquã sublimes in cœlo collocati cum fame conflictemur, diebus festis & solennitatibus, & certaminibus, & sacris, & ludis nocturnis & pompis orbati. Super tantis itaque rebus in præsentia quidem æquum esse opinor vt omnes collatis cõsiliis accuratè perpendamus si quam imminentibus periculis salutem inuenire queamus. Tum qua potissimùm ratione adiutus Timocles potiatur victoria, ac veriora dixisse videatur; Damis verò cõuictus atque confusus, auditoribus risui exponatur. Cæterùm ego Timocli non admodum confido, quasi per omnia destitutus auxilio victurus esset, nisi nonnihil opis per nos illi allatum fuerit. Facito Mercuri præconium quod lege fieri cautum est, vt surgentes consulant. MERCVR. Audi, ac silentio linguam cohibe, ne turba. Quem ex Diis maioribus animus ad concionandum impellit, quibus consentaneum est? Quid ergo rei est? Nemo surgit in medium, sed cuncti ora tenetis, fortasse earum rerum magnitudine, quæ expositæ sunt, obstupefacti. MOMVS. *At vos sic muti tellus fiatis & vnda.* Ego verò si mihi cum quadam dicendi libertate copia fandi concessa fuerit, permulta haberem ô Iupiter quæ impræsentiarum conferrem in medium. IVPIT. Confidenter dic ô Mome, atque interrito animo. Videre enim vtile quiddam ad rem præsentem liberè proloquuturus. MOM. Proinde ô Dei agite cuncti, attentissimis estote animis. Ego enim iam olim admodum expectabam in eam difficultatem res nostras delapsuras, ac multos eiusmodi Sophistas nobis suppullulaturos iamdudum prospexi animo, à nobis ipsis tam abominandæ atque inauditæ audaciæ caussam suscipientes. Et sanè per æquitatem indignum facinus est eam ob rem irasci Epicuro, aut eius assectis, eiúsque disciplinæ successoribus, si talia de nobis suspicati sunt.

A ἦσαν δὲ καὶ οἱ μὴ ἀξιοῦντες προκατεγνωκέναι τῶν ἀκουσόντων, ἀλλὰ προσμένειν, εἴπερ καὶ ὁ Τιμοκλῆς ἄμεινον ἐρεῖ. τοῦτ' ἔστιν ἐφ' οἷς ὑμᾶς συνεκάλεσα, οὐ μικρὰ, ὦ θεοί, εἰ λογίζεσθε ὡς ἡ πᾶσα μοὶ ἡμῖν τιμὴ, καὶ δόξα, καὶ προσόδος, οἱ ἄνθρωποί εἰσιν. εἰσὶ οὖν οἳ πεισθεῖεν ἢ μηδὲ ὅλως θεοὺς εἶναι, ἢ ὄντας, ἀπρονοήτους εἶναι σφῶν αὐτῶν, ἄθυτα, καὶ ἀγέραστα, καὶ ἄπεμπα ἡμῖν ἔσεσθαι τὰ ἐκ γῆς, καὶ μέτεσθαι ἐν οὐρανῷ καθεδούμεθα, λιμῷ ἐχόμενοι, ἑορτῶν ἐκείνων, καὶ πανηγύρεων, καὶ ἀγώνων, καὶ θυσιῶν, καὶ παννυχίδων, καὶ πομπῶν στερούμενοι. ὡς οἴων γὰρ τηλικούτων φημὶ δεῖν ἀπαντᾶν ὁπόσον τι σωτήριον τοῖς παροῦσι, καὶ ἀφ' ὅτου κρατήσει μοὶ ὁ Τιμοκλῆς, ἢ δόξει ἀληθέστερα λέγειν. ὁ Δάμις δὲ, καταγελασθήσεται πρὸς τῶν ἀκουόντων· ὡς ἔγωγε οὐ πάνυ τῷ Τιμοκλεῖ πέποιθα, ὡς κρατήσει καθ' ἑαυτὸν, ἰὼ μὴ καὶ τὰ παρ' ἡμῶν αὐτῷ προσληφθῆναι. κήρυττε, ὦ Ἑρμῆ, τὸ κήρυγμα τὸ ἐκ τοῦ νόμου, ὡς ἀνιστάμενοι συμβουλεύοιεν. ΕΡΜ. ἄγε, σίγα, μὴ παράγετε, τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν τελείων θεῶν, οἷς ἔξεστι; τί τοῦτο, σοβεῖς ἀνίστασθαι, ἀλλ' ἡσυχάζετε, πρὸς τὸ μέγεθος τῶν ἠγελημένων ἐκπεπληγμένοι; ΜΩΜ.

B

C

Αλλ' ἡμεῖς μοὶ ἄπαντες ὕδωρ καὶ χάος γένοισθε. ἐγὼ δὲ, εἴγέ μοι μὴ παρρησίας λέγειν δοθείη, πολλὰ ἂν, ὦ Ζεῦ, ἔχοιμι εἰπεῖν. ΖΕΥΣ. λέγε, ὦ Μῶμε, πάνυ θαῤῥῶν. δῆλος γὰρ εἶ ὅτι τὸ συμφέρον τι παῤῥησιαζόμενος. ΜΩ. ἐκοῦσιν ἀκούετε, ὦ θεοὶ πάντες, τά γε ἀπὸ καρδίας, φασὶν, ἐγὼ γὰρ καὶ πάνυ προσεδόκων ἐς τὸ δὲ ἀμηχανίας προσήσεσθαι τὰ ἡμέτερα, καὶ πολλοὺς τοιούτους ἀναφυήσεσθαι ἡμῖν σοφιστὰς, παῤ' ἡμῶν αὐτῶν τὴν αἰτίαν τῆς τόλμης λαμβάνοντας. καὶ, μὰ τὴν Θέμιν, οὔτε τῷ Ἐπικούρῳ ἄξιον ὀργίζεσθαι, οὔτε τοῖς ὁμιλητὰις αὐτοῦ, εἰ ἀφαδόχοις τῶν δογμάτων, εἰ τοιαῦτα περὶ ἡμῶν ὑπειλήφασιν.

D

ἢ τί γὰρ αὐτοῖς ἀξιώσαιτέ τις αὖ φρονεῖν, ὁπόταν ὁρῶσι τοσαύτην ἐν τῷ βίῳ τὴν παραχυθεῖσαν; καὶ τοὺς μὲν χρηστοὺς αὐτῶν, ἀμελουμένους, ἐν πενίᾳ, καὶ νόσοις, καὶ δουλείᾳ καταφερομένους· πανοπονήρους δὲ καὶ μιαροὺς ἀνοσίους ἀσεβημονοῦντας, καὶ ὑπερπλουτοῦντας, καὶ ὑπερτάτοις τοῖς κρείττοσι, καὶ τοὺς ἱεροσύλους καὶ κολαζομένους, ἀλλὰ διαλανθάνοντας· ἀνασχολοπιζομένους δὲ, καὶ τυμπανιζομένους ἐνίοτε τοὺς οὐδὲν ἀδικοῦντας; εἰκότως πίνω ταῦτα ὁρῶντες, ὅταν διαρρηδὴν καὶ ἡμῖν, ὡς οὐδὲν ὄλως ὄντων, καὶ μᾶλλον ὅταν ἀκούσωσι τῶν χρησμῶν λεγόντων,

Ὡς Δημάρατος τὸν Ἄλυν, μεγάλην ἀρχὴν καταλύσας. οὐ μὴν ὅτι γε θηλυτέρων, εἴτε τῶν αὐτῶν, εἴτε τῶν τῶν πολεμίων καὶ πάλιν,

Ὦ θεία Σαλαμὶς, ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν. καὶ Πέρσαι γὰρ, οἶμαι, καὶ Ἕλληνες, γυναικῶν τέκνα ἦσαν. ὅτε μὴν γὰρ πάλιν τῶν ῥαψῳδῶν ἀκούσεσιν ὅτι καὶ ἐρῶμεν, καὶ πεινῶσκόμεθα, καὶ δουλεύομεν, καὶ δεσμούμεθα, καὶ σασιάζομεν, καὶ μυρία ὅσα τοιαῦτα ἔχομεν, καὶ ταῦτα, μακάριοι καὶ ἄφθαρτοι ἀξιοῦντες εἶναι, τί ἄλλο ἢ δικαίως καταγελῶσι, καὶ οὐδενὶ λόγῳ πίθηται τὰ ἡμέτερα; ἡμεῖς δὲ ἀγανακτοῦμεν, εἴ τινες δυσσεβεῖς ὄντες, καὶ πάνυ αἰσχροὶ, διελέγχουσι ταῦτα, καὶ τὴν τοιαύτην ἡμῶν πλανῶνται, δέον ἀγαπᾶν εἴ τινες ἡμῖν ἐπιθύουσι, τοιαῦτα ἐξαμαρτάνουσι. καί μοι σὺ ταῦτα, ὦ Ζεῦ (μόνοι γὰρ ἐσμὲν, καὶ οὐδεὶς ἄθεος πάρεστιν ἐν τῷ συλλόγῳ ἔξω Ἡρακλέους, καὶ Διονύσου, καὶ Γανυμήδους, καὶ Ἀσκληπιοῦ, τῶν παρεγγράπτων τούτων) ἀπόκριναί μοι μετ' ἀληθείας, εἴ ποτέ σοι ἐμέλησεν ἐς τοσοῦτον τῶν ἐν τῇ γῇ, ὡς ἐξετάσαι οἵτινες αὐτῶν οἱ φαῦλοι, ἢ οἵτινες οἱ χρηστοί εἰσιν· ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποις. εἰ γοῦν μὴ ὁ Θησεὺς ἐκ Τροιζῆνος εἰς Ἀθήνας ἰὼν, ὁδοῦ παρέργου ἐξέκοψε τοὺς κακούργους, ὅσον ἐπὶ σοὶ τῇ σῇ προνοίᾳ, οὐδὲν ἂν ἐκώλυε ζῆν ἐκπυφώσαντας τὸν ὁδῷ καθιζόντων σφαγὰς, τὸν Σκείρωνα, καὶ τὸν Πιτυοκάμπτην,

A Quam enim æquam opinionem de nobis illis habendam esse contendat quispiam, quando tantam omnium rerum perturbationem in vita videant? Bonos quidem ex illis, vt quisque agit vitam maximè inculpatam, potissimùm negligi, paupertate, morbis, ac iugo seruili indignissimè afflictos opprimi: cæterùm homines facinorosos, nefariis sceleribus contaminatissimos, honore & dignitate priores esse, diuitiis extructissimis affluere, melioribus imperitare? Quinetiam sacrilegos nullis suppliciis mulctari, verùm concessa impunitate tutò latêre: in crucem verò subigi, ac variis modis pulB sari eos qui nihil mali sunt commeriti per iniustitiam delinquentes? Hæc itaque cùm videant, iure optimo talem de nobis opinionem obtinent, nihil prorsus nos esse. Maximè verò quando oracula prædicentia audierint, quale est illud,

Traiecto Hale maximum subuertes imperium. haudquaquam planè manifestantia, num suum ipsius, an hostium imperium subuersurus sit. Et iterum, *Herodotus libr.*

Vxorum Salamis charissima pignora perdes. *Ibid. lib. 7.*

Etenim & Persæ, vt opinor, & Græci iuxtà è mulieribus editi sunt. Cæterùm auditis etiam rhapsodis illis, quòd & amori operam demus, quòd vulneremur & seruiamus, quòd vinculis constringamur, quòd motis seditionibus dissideamus, atque id genus innumeris aliis rebus satis ridiculè simus impliciti, præsertim cùm beati atque immortales esse contendamus: quid verò aliud perinde quàm riderent, facerent, ne flocci quidem nostram diuinitatem æstimantes. Nos porrò indignè ferimus si qui sunt homines nõ prorsus vecordes, & mentis inopes, qui ista differunt, ac omnem nobis prouidentiam extorquent è manibus: cùm potiùs contentos nos esse oporteat, si nobis etiamC dum nonnulli sacra facerent, talia flagitiosè delinquentibus. Ac mihi hoc loco, ô Iupiter (soli enim sumus, nec vllus hominum in hoc cœtu præstò est, extra vnum Herculem ac Dionysum & Ganymedem & Æsculapium, qui nothi sunt, & Dij ascriptitij) cum veritate respondeD quando verò in tantum res humanæ tibi curæ fuere, vt habita ratione perpendisses quînam illorum praui & mali, aut iusti ac boni essent? Haudquaquam verò in hanc curam vnquam te incubuisse dixeris. Itaque nisi Theseus ex Trœzene Athenas profectus, iugulasset in itinere maleficos, sanè quantum ad te & prouidentiam tuam attinet, nihil obstaret quominus viuerent & Scyron & Pityocãptes,

& Cercyon, aliique innumeri parricidiis & latrocinio viatoribus negotium valde securi facessentes. Ac nisi Euristeus homo cùm iustus, tum multùm prouidens, singulari humanitate impulsus, singulis apud quosque diligenter exploratis, hunc famulum suum emisisset, hominē manu promptum, factíque strenuum, & ad obeunda pericula ac labores suscipiendos interritum, nunquam tibi ô Iupiter Lernæa Hydra in mentem venisset, nunquā aues Stymphalides curæ fuissent, multo minùs equi Threicij. Quando verò Centaurorum contumeliosæ temulentię memor fuisses vnquam? Atqui, si verum proferendum est, tantùm compressis manibus in Olympo desidemus, tantùm hoc inconniuenter obseruantes, si quis litet atque sacrificet, ac circa aras incēso thure vaporet. Porrò autem res cæteræ temere iuxta fluxum feruntur, vt quisque illas fortuitò attraxerit. Itaque meritis nostris digna ac iusta patimur, atque etiam ampliùs patiemur, vbi homines post pusillum suspicientes animaduerterint nihil se vtilitatis consequi, tametsi nobis sedula pietate sacrificarint, & oblatis libaminibus litauerint. Deinde breui videbis, ab ipsis Epicureis nos rideri contemptissimè, haberi pro abiectissimis, Metrodoros verò & Damidas suis disputationibus inualescere, propugnatores autem nostros ab illis iugulari. Quare nostrarum erat partium, his rebus finem imponere, ac periculis emergentibus mederi, illísque summa ope obniti, quorum opera hæc eò perducta sunt. Equidem quod ad me attinet, non valde periclitabor si despectus ero. Neque enim olim in eorum censebar numero, quibus honos habebatur, rebus vestris adhuc stantibus & florentibus, vobísque oblato sacrificio fruentibus. IVPITER. Enimvero hunc ô cœlites delirantem & nugantem missum faciamus, semper aliàs quoque asperum obiurgatorem agentem. Est enim, vt præclarè dixit admirandus ille Demosthenes, criminari & insectari, atque etiā obiurgare, cuiuis volenti promptum ac facile. Cæterùm demonstrare qua ratione rebus præsentibus commodissimè succurratur, profectò consultoris officium est non nisi impensè cordati. Quod quidem vos alios sedulò facturos etiam hoc tacente constantissimè persuasum habeo. NEP. Ego quidem aliàs, quod vobis obscurum non est, sub vndis dego, & in profundo marinæ Reip. procurationem obiens, pro virili quoad eius fieri potest, nauigantes seruo, puppésque sursum ac deorsum magna cura deduco, neque non violentam ventorum rabiem mollio atque demulceo:

A καὶ Κερκύονα, καὶ τοὺς ἄλλους. ἢ εἴγε μὴ ὁ Εὐρυσθεὺς, αὐὴρ δίκαιος, καὶ προνοητικὸς, ὑπὸ φιλανθρωπίας ἀναπεπταμένος τὰ πρὸ ἑκάστοις, ἐξέπεμπε τουτονὶ τὸν οἰκέτην αὐτοῦ, ἐργατικὸν αὐθρωπον, καὶ προθυμον εἰς τοὺς πόνους, ἅ Ζεῦ, σὺ ὀλίγου ἐφεῤῥντισας αὐτῆς Ὑδρας, καὶ τῶν ὀρνέων, καὶ ἵππων τῶν Θρακικῶν, καὶ τῆς Κενταύρων ὕβρεως, καὶ προνοίας. ἀλλ' εἰ χρὴ παλιν ἃ λέγειν, καθήμεθα, τοῦτο μόνον ὑπιτηρουντες, εἴ τις θύοι, καὶ κριθὰς ἐπὶ τοὺς βωμοὺς. καὶ ἄλλα ἂν ῥοιῶ φέρεται,

B ὡς αὐ τύχοι ἕκαστον ὧν δεόμεθα. τοιγαροῦν εἰκότα νῶν πάσχομεν, καὶ ἔτι πεισόμεθα, ἐπειδὴ κατ' ὀλίγον οἱ ἄνθρωποι ἀναπεπτωκότες, ὑπερόπτουσιν ἡμῶν ὄφελος αὐτοῖς ὄν, εἰ θύοιεν ἡμῖν, καὶ τὰς σπονδὰς πέμποιεν. εἶτ' ἐν βραχεῖ ὄψει καταγελωντας μὲν τοὺς Ἐπικούρους, καὶ Μητροδώρους, καὶ Δαμίδας, κεκτυμβώρους δὲ, καὶ ἀποσφαττομένους ὑπ' αὐτῶν, τοὺς ἡμετέρους στωικούς, ὥστε ἡμέτερον αὐ εἶναι παύειν, καὶ ἰᾶσθαι τὰ τοιαῦτα, τῶν καὶ ἐς τὸ δὲ αὐτὰ πραγμάτων. Μὰμὼ δὲ οὐ μέγας ὁ κίνδυνος,

C εἰ ἄτιμος ἔσῃ, σὺδὲ γὰρ πάλαι τῶν ἡμυμνιῶν ἐῶ, ὑμῶν ἔτ' ὀλιγωρούντων, καὶ τὰς θυσίας καρπουμένων. ΖΕΥΣ. τοῦτον μὲν, ὦ θεοὶ, ληρῶ ἐάσωμεν, ἀεὶ πραχθὲν ὄντα, καὶ ὑπιτιμητικόν. ἔστι μὲν γὰρ, ὡς ὁ θαυμασὸς Δημοσθένης ἔφη, ὃν μὲν ἐγκαλέσαι, καὶ μέμφασθαι, καὶ ὑπιτιμῆσαι, ῥᾴδιον ἐκ τῶν βουλομένου πάντος· ὃν δὲ ὅπως τὰ παρόντα βελτίω γένηται, συμβουλεῦσαι, τοῦτ' ἔμφρονος ὡς ἀληθῶς συμβούλου· ὅσῳ οἱ

D ἄλλοι, ὦ οἶσθ', ὅτι ποιήσετε, καὶ τούτου σιωπῶντος. ΠΟΣΕΙΔ. ἐγὼ τὰ μὲν ἄλλα ὑποδρύχιός εἰμι, ὡς ἴστε, καὶ ἐν ὑγρῷ πολιτεύομαι, κατ' ἐμαυτὸν εἰς ὅσον ἐμοὶ δυνατὸν σώζων τοὺς πλέοντας, καὶ ὑποπέμπων τὰ πλοῖα, καὶ τοὺς ἀνέμους καταμαλάττων.

ὅμως δ' οὖν (μέλει γάρ μοι καὶ τῶν ἀνθρώπων) φημὶ δεῖν τὸν Δάμιν τοῦτον, ἐκποδὼν ποιήσασθαι πρὶν ὁπότε τῷδε ἔλθειν ἥκειν, ἤτοι χερσαίῳ τινὶ, ἢ ἄλλῃ μηχανῇ, μὴ καὶ ὑπερέρχηται λέγων. φῄς γάρ, ὦ Ζεῦ, πιθανόν τινα εἶναι αὐτόν. ἅμα γὰρ καὶ δείξομεν αὐτοῖς, ὡς μετερχόμεθα τοὺς τὰ τοιαῦτα καθ' ἡμῶν διεξιόντας. ΖΕΥΣ. παίζεις, ὦ Ποσείδον, ἢ τέλεον ὑπιλέλησαι; οὐδὲν ἐφ' ἡμῖν τῶν τοιούτων ἐστὶν, ἀλλ' αἱ Μοῖραι ἑκάστῳ ὑπισχνοῦνται, τὸν μὲν, χερσαίῳ, τὸν δὲ, ξίφει, τὸν δὲ, πυρετῷ, ἢ φθόῃ, ἀποθανεῖν. ἐπεὶ εἴ γε μοι ἐπ' ἐξουσίας ἦν τοὺς ἁλόντας ἰῷ, εἷα- σα ἂν οἴει τοὺς ἱεροσύλους τοξεύειν ἀπελθεῖν ἀχερσαιώτους ἐξ Ὀλυμπίας, δύο μου τῶν πλοκάμων ἀποκειρασάσης, ἓξ μνᾶς ἑκάτερον ἕλκοντα; ἢ σὺ αὐτὸς τοξεύσας ἂν ὁ Γερσαῖος τὸν ἁλιέα τὸν ἐξ Ὠρεοῦ, ὑφαιρούμενόν σου τὴν τρίαιναν; ἄλλως τε, καὶ δόξομεν ἀγανακτεῖν, λελυπημένοι τῷ τοξεύματι, καὶ δεδιέναι τοὺς λόγους τοὺς τοῦ Δάμιδος, καὶ δι' αὐτὸ ἀποσκευάζεσθαι, τὸν ἄνδρα οὐ τοξεύσαντες ἀντεξεταθῆναι αὐτῷ τῷ Τιμοκλεῖ· ὥστε τί ἄλλο, ἢ ἐξ ἐρήμης κρατεῖν οὕτω δόξομεν; ΠΟΣ. καὶ μὴν σκύτομόν τινα τοιοῦτον ὑμῖν ὑπενοησάμην ἐγωγε τοξεύσειν. ΖΕΥΣ. ἄπαγε, ξυνοίδεν ὃ σκεύασμα, ὦ Ποσείδον, καὶ κομιδῇ παχύ, τοξαναιρήσειν τὸν ἀνταγωνιστὴν, ὡς ἀποθάνῃ ἀπήγητος, ἀμφήκεστον ἔτι, καὶ ἀδιάκριτον καταλιπὼν τὸν λόγον. ΠΟΣ. σκοπῶ ἄμεινόν τι ὑμεῖς ὑπενοήσατε ἄλλο, εἰ πάμπαν οὕτως ὑμῖν ἀποτεθύνηται. ΑΠΟΛ. εἰ καὶ τοῖς νέοις, ἔτι καὶ ἀγενείοις ἡμῖν ἐφῆτο ἐκ τοῦ νόμου δημηγορεῖν, ἴσως ἂν εἴποι τι συμφέρον εἰς τὸ διασκέψιν. ΜΩ. ἢ μὴν σκέψις, ὦ Ἀπολλον, οὕτω τοξεῖ μεγάλων, ὥστε μὴ καθ' ἡλικίαν, ἀλλὰ κοινὸν ἅπασι τοξεῖσθαι τὸν λόγον. χαίειν γὰρ εἰ καὶ τοξεῖ τῶν ἐσχάτων κινδυνευόντες, περὶ τῆς ἐν τοῖς νόμοις ἐξουσίας συμβουλευόμεθα. σὺ δὲ καὶ πάνυ ἤδη ἔννομος εἶ δημηγορεῖς, τροπαλαῖ μὲν ἐξ ἐφήβων τετηνώς,

A nihilo secus tamen & earum quæ hîc aguntur rerum cura me habet solicitum. Proinde Damin è medio tollendum esse opinor, priusquam ad contentionem descenderit, aut ictu fulminis, aut alia quapiam machina, ne disputando victor euadat. Siquidem perhibes illum Iupiter omnes persuadendi vias ac artes callere. Quo facto illud quoque testatum faciemus, nos supplicium de illis sumere, qui ista aduersus nos petulanter affirmant. IVP. Ludis, ô Neptune, aut præfiniti ordinis oblitus es? Nihil enim tale in nostra manu situm est, verùm Parcæ sunt quæ cuique fatali lege decernunt, hunc quidem fulmine, alterum B ferro, tertium febricula, quartum tabe consumptum interire. Etenim si meæ facultatis fuisset punire maleficos, dimisissem scilicet nuper sacrilegos nullo ictos fulmine ex Olympia, cùm duos torti capillitij nodos mihi detondissent, sex minas vtrunque ponderantem? Aut tu ipse dissimulanter neglexisses in Geræsto piscatorem illum ex Oreo, qui furtim tibi tridentem abstulerat? Accedit his, quòd etiam indignanter & iracundè ferre videbimur hoc facto perturbati, & Damidis sermones perhorrescere, ac propterea insidiosè moliti, ne C nobis expectandum esset dum ille ex aduerso cum Timocle compositus congrederetur. Quo quid aliud quàm desertam caussam vincere videbimur? NEPTVN. Atqui compendiosam ad parandam victoriam ego me viam excogitasse arbitrabar. IVPIT. Apage furiosum & illiberale consilium ô Neptune, ac propemodum pingue & stolidum, de tollendo ante tempus aduersario, vt nondũ conuictus mortem oppetat, relicta in ambiguo disputatione. NEPT. Proinde D vos aliud quod factu sit præstantius, excogitate, si mea consilia vobis tantopere repũdianda videntur. APOL. Si nobis quoque natu iunioribus, & nondum barbatis, per legem concederetur concionandi copia, fortasse vtile quiddã & frugiferum afferrem in medium rei super qua deliberatis. MOMVS. Equidem ea nobis est ô Apollo de rebus ita arduis proposita deliberatio, vt non ætatis respectu, sed communis vtilitatis seruandæ gratia omnibus quoque sermo sit

propositus. Quàm verò lepidum esset atque festiuum, si in extremis periclitantes discriminibus, circa legis facultatem atque licentiam ambitiosè disceptaremus? Cęterùm tu iam admodum cõcionator es legitimus, nempe iam olim ex ephebis egressus,

Videtur alludere ad aram xij. deorũ, quæ Athenis fuit, cuius & Thucydides lib. 6. meminit.

præterea in duodecim virorum tabulam relatus. Ac parum abeſt quominus etiam in Saturni concilio verſatus ſis. Quare non eſt quòd iuueniliter te geras erga nos, verùm ſumpta audacia confidenter quæcunque tibi optima factu viſa ſunt, proloquere: neque propterea pudore afficiare, quòd imberbis exiſtens concioneris, præſertim cùm ita profunda barba tibi ſit filius Æſculapius. Quin etiam alioqui non indecorum tibi erit, id ætatis maximè ſpecimen aliquod ſapientiæ exhibere, ne fruſtra videare in Helicone conſediſſe vnà cum Muſis philoſophando. APOL. Atqui nequaquam penes te eſt ô Mome facultas eiuſmodi permittendi, ſed penes Iouem: qui ſi fandi poteſtatem mihi dederit, fortaſſe quippiam expromam non ineruditum aut inconditum, ſed quod ei quæ mihi in Helicone fuit conuerſationi reſpondeat. IVPIT. Dic inquam ô fili: iam enim permiſi tibi. APOL. Timocles ille vir profectò non malus eſſe videtur; & pius, & qui diſputationes Stoicas ad vnguem excuſſerit, vnde compluribus quoque conuerſatur iuuenibus propter exactam Philoſophiæ cognitionem, & mercedem non mediocrem hac ratione colligit, perſuadendi facultate impẽdiò pollens, quoties priuatim inter diſcipulos diſſerendo verba facit: cæterùm in hominum frequenti cœtu aut celebritate populari ad dicendum infantiſſimus & timidiſſimus exiſtit, voce inſtructus vulgari ac planè barbara, ita vt ineptè & vitiosè dicendo in conuentibus, non rarò auditoribus riſum excutere ſoleat, nihil aptè inductum connectens, ſed argumentis putidis & barbaris commiſcet omnia. Maximè verò omnium hoc illi vſu venit quoties eloquentiſſimus videri geſtit. Enimuero alioqui quod ad id ingenij acumen attinet, vir eſt perſpicaciſſimæ intelligentiæ, & mentis planè diuinæ, quemadmodum teſtantur illi quibus res Stoicæ propiùs atque compertiùs notæ ſunt. Dicendo verò atque interpretando præ imbecillitate corrumpit pleraque omnia, non valde planum faciens quid ſibi velit, verùm ænigmatum inuolucris non diſſimilia proponens obſcurat omnia. Ac rurſus multo inuolutiora ad quæſtiones propoſitas reſpondere illi moris eſt. Porrò auditores parum intelligentes quid affectata obſcuritate ſibi velit, ferè ſubſannant eum. Conſentaneum autem eſſe opinor, perſpicuè & ſignificanter dicere: cui rei plurima cura impendenda eſt, vt audientes, ea quæ loquimur, nullo cum faſtidio intelligant. MO. Equidem hoc rectè dixiſti Apollo, collaudatis iis qui in ora-

A ἐγλεγραμμένος δὲ ἐς τὸ τῶν δώδεκα λῃξιαρχικόν· καὶ ὀλίγου δεῖν, τῆς ὅτι Κρόνου βουλῆς ὤν. ὥστε μὴ μεμφικιόν σοὶ πρὸς ἡμᾶς, ἀλλὰ λέγε θαῤῥῶν ἤδη τὰ δοκοῦντα, μὴ αἰδεσθεὶς, εἰ ἀγένειος ὤν, δημηγορήσεις· καὶ ταῦτα, βαθυπώγωνα καὶ βύθιον ὑπὸ τοῦ γένους ἔχων τὸν Ἀσκληπιόν. ἄλλως τε, καὶ πρέπον αὖ εἴη σοι νῦν μάλιστα ἐπιφαίνειν τινὰ σοφίαν, εἰ μὴ μάτην ἐν τῷ Ἑλικῶνι καθῆσθαι, ταῖς Μούσαις συμφιλοσοφῶν. ΑΠΟΛ. Ἀλλ' οὐ σὲ, ὦ Μῶμε, χρὴ τὰ τοιαῦτα ἐφιέναι τὸν Δία δὲ, καὶ ὧ σοῦτ κελεύσῃ, τάχ' ἂν

B τι σὺν ἀμούσῳ εἴποιμι, ἀλλὰ τῆς ἐν τῷ Ἑλικῶνι μελέτης ἄξιον. ΖΕΥΣ. λέγε, ὦ τέκνον, ἐφίημί γάρ. ΑΠΟΛΛ. ὁ Τιμοκλῆς οὗτ ἔοικε χρηστὸς ἀνὴρ, καὶ φιλόθεος, καὶ τοὺς λόγους πόνῳ ἠκρίβωκε τοὺς Στωϊκούς· ὥστε καὶ σεμνύεσιν ὅτι φιλοσοφίαν πολλοῖς τῶν νέων, καὶ μαθηταῖς σὺν ὀλίγοις ὅτι τούτῳ συλλέγει, σφόδρα πιθανὸς ὤν, ὁπότ' ἰδίᾳ τοῖς μαθηταῖς διαλέγοιτο· ἐν πλήθει δὲ εἰπεῖν, ἀτολμότατός ὅστ, καὶ τῇ φωνῇ ἰδιώτης, καὶ μιξοβάρβαρος, ὥστε

C γέλωτα ὀφλισκάνειν διὰ τοῦτο ἐν ταῖς συνουσίαις, οὐ σεμνείρων, ἀλλὰ βαττολογῶν, καὶ παραπόμπιμος, καὶ μάλιστα ὁπότ' οὕτως ἔχων, καὶ καλλιῤῥημοσύνῃ ὀπιδείκνυσθαι βούληται· σεμνῦναι μὲν γάρ, ἐς ὑπερβολὴν ὀξύς ὅστ, καὶ λεπτολογώμενον, ὡς φασιν οἱ ἀμείνον τὰ τῶν Στωϊκῶν εἰδότες. λέγων δὲ, καὶ ἐρμηνεύων, ὑπ' ἀσθενείας διαφθείρῃ αὐτὰ, καὶ συγχεῖ, σὺν ἀποσαφῶν ὅ, τι βούλεται, ἀλλ' αἰνίγμασιν ἐοικότα ποιητείνων, καὶ πάλιν αὖ πολὺ ἀσαφέστερα

D πρὸς τὰς ἐρωτήσεις ἀποκεινόμενος. οἱ δὲ, ὑ σεμνιέντες, καταγελῶσιν αὐτῦ. δεῖ δὲ, οἶμαι, σαφῶς λέγειν, καὶ τούτου μάλιστα ποιεῖσθαι πολλὴν τὴν πρόνοιαν, ὡς συνήσουσιν οἱ ἀκούοντες. ΜΩ. τοῦτο μὲν ὀρθῶς ἔλεξας, ὦ Ἀπολλον, ἐπαινέσας τοὺς

σαφῶς λέγοντας, εἰ καὶ μὴ πάνυ ποιῇς σὺ τοῦτο ἐν τοῖς χρησμοῖς, λοξὸς ὢν, καὶ ψευδόδης, καὶ ἐς ὃ μεταίχμιον ἀσφαλῶς ἀπορρίπτων τὰ πολλὰ, ὡς τοὺς ἀκούοντας, ἄλλου δεῖσθαι Πυθίου τοῦ τὴν ἐξήγησιν αὐτῶν. ἀπαρ τί ὃ ὅτι τοῦτῳ συμβουλεύῃς; πῶς ἴασιν ποιήσασθαι τῆς Τιμοκλέους ἀδυναμίας ἐν τοῖς λόγοις; ΑΠΟΛ. σιωπήσεσθον, ὦ Μῶμε, εἴ πως δυνηθείημεν αὐτῷ παρασχεῖν ἄλλον τῶν δεινῶν τούτων ἐρμηνέα καθ' ἀξίαν, ἀφ' οὗ ἂν ἐκεῖνος ἐνθυμηθεὶς ὑποβάλῃ. ΜΩ. ἀγνόησον τοῦτο ὡς ἀληθῶς εἰρηκας, ἔτι παιδαγωγοῦ τινος δεόμενον, συνήγορον ἐν στοιᾷ φιλοσόφων τοῦ δήσασθαι, ἑρμηνεύσοντα τοῖς παροῦσι, ἅ ἂν δοκῇ Τιμοκλεῖ ἢ τὸν μὲν Δάμιν, αὐλοῦ ὑποπόωτον, ἢ δι' αὐτοῦ λέγειν, τὸν δὲ, ὑποκριτὴν τοῦ ἐξερμηνεύοντα, ἰδίᾳ τοῖς ὃ ὅς ἐκείνῳ ὑποβάλλῃ τὰ δοκοῦντα· τὸν δὲ ὑποκριτὴν ῥητορεύειν, ὅσῃ' αὐτὸν ἴσως συνιέντα ὅ, τι ἀκούσεται. ταῦτα πῶς οὐ γέλως ἂν εἴη τοῦ πλήθους; ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἄλλως ὑπονοήσομεν. σὺ δὲ, ὦ θαυμάσιε, (φῂς γὰρ ἢ μάντις εἶναι), καὶ μισθοὺς οὐκ ὀλίγους ὅτι τοῦ τοιούτου ἐξέλεξας, ἄγε τοῦ ἢ πλίνθους χρυσᾶς ποτε εἰληφέναι) τί οὐκ ἐπιδείξῃ ἡμῖν ἤδη καιρὸν τινὰ τέχνης, ὥσπερ ὁπότεροι τῶν σοφιστῶν κρατήσεις λέγων; οἶσθα γάρ που ὃ ἀποβησόμενον, μάντις ὤν. ΑΠ. πῶς, ὦ Μῶμε, δυνατὸν ποιῆσαι ταῦτα, μήτε τρίποδος ἡμῖν παρόντος, μήτε θυμιαμάτων, ἢ πηγῆς μαντικῆς, οἵα ἡ Κασταλία ἐστίν; ΜΩ. οὐκοῦν; ἀποδιφθάσεις τὸν ἔλεγχον, ὁ τῷ ψεύδῃ ἐλόμενος. ΖΕ. ὄμοσον, ὦ τέκνον, εἰπέ, ἢ μὴ παρέσῃς τῇ συκοφαντίᾳ τούτῳ ἀφορμὰς δίδοντα, καὶ χλευάζῃ τὰ σά, ὡς ὅτι τρίποδι, ὑδατι, λιβανωτοῦ κείμενα· ὥστ' εἰ μὴ ἔχεις ταῦτα, γεγυμνώσθαί σε τῆς τέχνης. ΑΠΟΛΛ. ἄμεινον μὲν ἴσως, ὦ πάτερ, ἐν Δελφοῖς, ἢ Κολοφῶνι, τὰ τοιαῦτα ποιῆσαι, ἀπόντων μοι τῶν χρησίμων παρόντων, ὡς ἔθος. ὅμως δὲ, ὑπὸ γυμνὸς ἐκείνων, ἢ ἄσκευος πειράσομαι θεσπίζειν ὁποτέρου ὃ κράτος ἔσται· ἀλλὰ δέξεσθε δὲ, εἰ μὴ ἐμμέτρως λέγοιμι.

tionibus perſpicuitate vtuntur: quãquam tu hoc ipſum in promendis atque reddendis oraculis non admodum vſurpare ſoleas, ancipitia & ambiguitate intricata multa in medium ſecurè proiiciens, adeò vt audientes, alio, ad interpretãdum oracula, opus habeant Pythio. Sed quid eſt quod adfers cõſilij? Quo remedio Timoclis in dicendo infantiæ ſuccurrendũ eſſe exiſtimas? APOL. Si quo modo patronum illi ô Mome queamus adiungere alium, qui facultate dicendi polleat, eáque pro dignitate eloquatur, quæcunque Timocles excogitata illi effanda ſuggeſſerit. MO. Non ſapit profectò hoc quod dixiſti, pilos, ſed adhuc pædagogi eget adminiculo, de patrono in conuentu Philoſophorum adiungendo, ad præſentes interpretaturo quæcunque Timocli dictu neceſſaria viſa fuerint: Damis verò ipſe per ſe loquatur: porrò alter interpretis vtatur opera, priuatim in aurem illi ſuſurrans quæcunque ſibi placuerint: cæterùm interpres rhetoricetur, cùm neque ipſe fortaſſe quicquam ex his intellecturus ſit, quæ Timoclem ſuggerentem audierit. Hæc quomodo turbæ non videri poſſint extremè ridicula? Atqui hoc alia via aggrediamur, quando hac parum ſucceſſit. Tu verò ô admirande (etenim & vatem eſſe te confirmas, ac mercedem non mediocrem his præſtigijs cumulaſti, donec aliquando & lateres aureos conſecutus es) cur non data iam occaſione in tempore aliquod egregium artis tuæ ſpecimen exhibes, prædicens nobis penes quem ex Sophiſtis diſputaturis futura ſit victoria? Siquidem cùm augurij peritia excultus ſis, credibile eſt futurarum rerum euentum te prædiuinare poſſe. APOL. Quî hoc vllo pacto fieri poſſit Mome, neque præſente nobis tripode, neque thymiamatis, nec fonte augurali, cuiuſmodi eſt Caſtalia? MO. Vide vt confutatus tergiuerſeris dum in anguſto conſtringeris. IVP. Attamen dic, ô fili, neque huic ſycophantę calumniandi occaſionem, tuáque ſubſannandi, concedas, quaſi omnis tua vaticinandi peritia in tripode & aqua & thure ſita ſit: adeò niſi hæc tibi præſtò ſint, omni arte priuatus ſis. APOL. Equidem iſta in Delphis aut Colophone meliùs à me fieri poterant, ô pater, oraculis omnifariam, vt aſſolet, mihi præſentibus. Attamen vel ſic his omnibus nudus imparatúſque tentabo prædicere vtrùm ſecutura ſit victoria. Suſcipietis verò haud dubiè, niſi verſiculis incluſum oraculum protulero.

MO. Dic modò: vide vt clara & aperta proferas Apollo, quæ nullo patrono egeant, aut interpretis requirant operam. Etenim nequaquam iam ouilla caruncula aut teſtudo in Lydia coquitur. Verùm quibus de rebus nobis ſit propoſita deliberatio, non te præterit. IVP. Quid ô nate dicturus es? Quàm verò quæ oraculi prædictionem antecedunt, quàm plena terroris ſunt? nempe color pallore immutatus, oculi hinc inde mobiles, comarum ſemet erigentium horror, motus corporis furore incertus, ac omnino omnia numinis præſentiam teſtantia, plena ſunt myſteriorum atque terriculi. APOL.

Percipe faticani diuûm miracula Phœbi
Lite ſuper dura, quam conſtituêre Sophiſtæ
Clamoſi, largis armati vocibus omnes.
Multa quidem varij alterno clamore tumultus
Miſcentes, ſtiua complebunt roſtra carinæ.
Aſt vbi iam curuo comprenderit vngue cicadam
Vultur, poſtrema cornices voce ſonabunt,
Excipiet ſperata ſuos victoria mulos.
Verùm aſinus feriet longo ſua pignora cornu.

IVPIT. Cur autem ſublato cachinno riſiſti ô Mome? Atqui iſta minimè riſu proſequenda ſunt, quæ noſtris ceruicibus iam imminent. Deſine verò ſedato riſu, infeliciſſime, aut immodicis cachinnis præfocaberis. MOM. Et quînam riſum queam comprimere ô Iupiter, tali, tam claro & perſpicuo audito oraculo? IVPIT. Quin igitur & nobis interpretaris quidnam ſibi velit? MO. Valde quidem aperta & liquida, ita vt nihil nobis opus ſit Themiſtoclis opera. Siquidem perſpicuè hoc teſtatur oraculum, hunc videlicet eſſe præſtigiatorem, nos autem aſinos clitellarios, ac per Iouem etiam mulos, qui tam facilè perſuaſi, illius verbis credamus, neque tantum habeamus mentis aut cerebri, quantum habent locuſtæ. HER. Ego verò pater, tametſi inter ſuperos inquilinus ſim & adſcititius, tamen quæ noſtris rebus in præſens vſui fore viſa ſunt, non grauàbor exponere. Cùm enim iam ad diſputandum in vnum coierint, tunc ſi Timocles ſuperior euaſerit, ſinemus conuentus de nobis habiti diſceptationem progredi: ſin res ſecus ceſſerit, tunc ego ipſam porticum cõcuſſam radicitus ſuper Damin præcipitabo, ne homo execrandus ore blaſphemo ampliùs nos inuadat.

Alludit ad hiſtoriam Cræſi, quæ eſt lib. 1. Herodo.

Alludit ad hiſtoriam Themiſtoclis, quæ eſt apud Herodotum lib. 7.

ΜΩΜ. λέγε μόνον, ὡς φῂς δὲ, ὦ Ἀπόλλον, ἐς μὴ σιωπήσεσθε ἐς αὖτις ἐς ἑρμηνέως δεόμενα. ἐς γὰρ οὐκ ἀρνεία κρέα, ἢ χελώνη νῦν ἐν Λυδίᾳ ἕψεται· ἀλλὰ οἶσθα ὡς ἐπὶ ὅπου ἡ σκέψις. ΖΕΥΣ. τί ποτε ἐρᾷς, ὦ τέκνον; ὡς τά γε ἀφ' ἑαυτοῦ, ταῦτα ἤδη φοβερά· ἡ χρόα τετραμμένη, οἱ ὀφθαλμοὶ περιφερεῖς, κόμη ἀνασεσυρμένη, κίνημα κορυβαντῶδες, καὶ ὅλως, κατάχημα πᾶν τὸ, καὶ φρενοβλαβὲς, καὶ μυστικόν. ΑΠ.

Κέκλυτε μαντιπόλου τόδε θέσφατον Ἀπόλλωνος,
Ἀμφ' ἐλάδος χρυσέης, τῇ αἱ ἔρες ἐτήσαντο
Ὀξυβόαι, μύθοισι κορυσσόμενοι πυκινοῖσι.
Πολλὰ γὰρ ἔνθα κἀνθα μόθου ἑτεραλκέϊ κλωμῷ,
Ταρφέος ἀχέα κόρυμβα καταπλήσσουσιν ἐχέτλης.
Ἀλλ' ὅτ' ἂν αἰγυπιὸς γαμψώνυχος ἀκρίδα μύρμῃ,
Δὴ τότε λοίσθιον ὀμβροφόροι κλάγξουσι κορῶναι.
Νίκη δ' ἡμιόνων, ὁ δ' ὄνος θοὰ τέκμαρ κορύσσῃ.

ΖΕΥΣ. τί τοῦτο ἀνεκάλεσας, ὦ Μῶμε, καὶ μάλα γελοῖα τὰ ἐν ποσὶ παῦσαι κακόδαιμον, ἀποπνιγήσῃ γὰρ τοῦ γέλωτος. ΜΩ. καὶ πῶς δυνατὸν, ὦ Ζεῦ, ἐφ' οὕτω σαφῆ καὶ προδήλῳ πρᾶγμα χρησμῷ; ΖΕΥΣ. σὺ μὲν οὖν ἤδη καὶ ἡμῖν ἑρμηνεύοις ἂν αὐτὸν, εἴπερ καὶ λέγοι. ΜΩ. πάνυ προδήλως, ὥστε δεῖν ἡμῖν Θεμιστοκλέους δεήσει. φησὶ γὰρ ὁ λόγιος οὑτοσὶ διαῤῥήδην, ὅταν μὲν ἐπὶ τοῦτον, ἡμᾶς δὲ ὄνους χαμαιλίους, νὴ Δία, καὶ ἡμιόνους, τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ, οὐδὲν ὅσον αἱ ἀκρίδες τὸν νοῦν ἔχοντας. ΗΡΑ. ἐγὼ δὲ, ὦ πάτερ, εἰ καὶ μέτοικός εἰμι, οὐκ ὀκνήσω ὅμως τὰ δοκοῦντά μοι εἰπεῖν. ὁπότε γὰρ ἤδη συνελθόντες διαλέγονται περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς, ἐὰν μὲν ὁ Τιμοκλῆς νικήσῃ, ἐάσομεν προχωρεῖν τὰ συνοίσοντα καθ' ἡμῶν· ἐὰν δέ τι ἕτερον ἀποβαίνῃ, τότε ἤδη τὰ σαυτοῦ ἔργα, εἰ δοκεῖ, διασείσας, ἐμβαλῶ τοῖς Δαναοῖς, ὡς μὴ κατάφορος ὤν, ὑβρίζῃ ἐς ἡμᾶς.

ΜΩΜ. Ηφαιστε, ἰὼ Ηφαιστε, ἀγρίκην τὴν εἰρηκας, καὶ δεινῶς Βοιώτιον, ξυναπολέσαι σὺν τοσούτοις, καὶ τοσούτοις τὴν σοφὴν, αὐτῷ Μαραθῶνι, καὶ Μιλτιάδῃ, καὶ Κυναιγείρῳ; καὶ πῶς ἂν τούτων συμπεσόντων, οἱ ῥήτορες ἐπὶ ῥητορεύοιεν, τίνα μείζην εἰς τοὺς λόγους ἐπιθήσουσιν ἀφορμήν; ἄλλως τε, ζῶντί μοί σοι, δυνατὸν ἰὼ τί τοιοῦτο· ἀφ' ὧν δὲ θεὸς γεγένησαι, μεμάθηκας, οἶμαι, ὡς αἱ Μοῖραι μόναι τὰ τοιαῦτα δυνάμεναι, ἡμᾶς δὲ, αὐτῷ ἄμοιρόι ἐσμέν. ΗΡ. ὀκνῶ ὁπότε τὸν λέοντα, ἢ τὴν ὕδραν ἐφόνευον, αἱ Μοῖραι δ' ἐμοῦ ὀκνηρὸν ἐποίησαν; ΖΕΥΣ. καὶ μάλα. ΗΡ. ἐγὼ οὖν ἰὼ τις ὑβρίζῃ εἰς ἐμὲ, ἢ περισυλῶν μου τὸν νεὼν, ἢ ἀναθεὶς ἔπων ὃ ἄγαλμα, εἰ μὴ ταῖς Μοίραις πάλαι δεδογμένον ἦν, οὐκ ἂν ἐπιτρίψαιμι αὐτόν; ΖΕ. ὠδαμῶς. ΗΡ. ὀκνῶ ἄκουσον, ὦ Ζεῦ, μὴ πρόρρησις. ἐγὼ γὰρ, ὡς ὁ κωμικὸς ἔφη, ἀγρικός εἰμι, τὸ σκάφιον, σκάφιον λέγων. εἰ τοιαῦτά ἐστι τὰ ὑμέτερα, μαχεῖν χαίρειν φράσας ταῖς ἐνταῦθα ἡμῶν, καὶ χιόνι, καὶ ἱερείων αἵματι, κατίημι εἰς τὸν ἅδην, ὅπου με γυμνὸν ἔχοντα τὸ τόξον, καὶ τὰ εἴδωλα φοβηθήσεται τὰ ὑπ' ἐμοῦ πεφονευμένων θηρίων. ΖΕ. ἄγε, οἴκοθεν ὁ μῦθος, φασὶν ἀπέσωσας γοῦν τῷ Δάμιδι ταῦτα εἰπεῖν ὑποβάλλων· ἀλλά τίς ὁ σπουδὴ προῆσιν ὅστις ἐστὶν, ὁ χαλκοῦς, ὁ βύρσαμμος, ὁ βυρσείραφος, ὁ ἀγχαῖος τὴν αἰάδεσιν τῆς κόμης; μᾶλλον δ' ὁ σὸς, ὦ Ερμῆ, ἀδελφός ἐστιν, ὁ ἀγορᾶιος, ὁ περὶ τὴν Ποικίλην. πίτης γοῦν αὐτὸν ἐπέπλησται, ὁσημέραι αὐτὸν πλατύνομος ὑπὸ τῶν ἀνδριαντοποιῶν. τί, ὦ παῖ, δρομαῖος ἡμῖν ἀφῖξαι; ἢ που τι ὀκνηρὸν νεώτερον διαλήλυθε; ΕΡ. ὑφ' ἥμεγα, ὦ Ζεῦ, καὶ μυείας τῆς σπουδῆς δεόμενον. ΖΕ. λέγε ἤδη, εἴ τι καὶ ἀνύσει ἡμᾶς ἐπαμυνάμενον λέληθεν. ΕΡ. ἐτύγχανον μὲν ἄρτι χαλκουργῶν, ὑποπιπλάμενος στέρνον τε, καὶ μετάφρενον· ἁρμόττει δέ μοι τέλειος ἀμφὶ σώματι πλαθεὶς, παρῃώρητο μεμηλῇ τῇ τέχνῃ, σφαλίδα χόγχῃ πᾶσαν ἐντυπούμενος· ὁρῶ δ' ὄχλον σείοντα,

A MO. Hercules, heu Hercules, quàm immane & barbarum est quod dixisti, & vehementer Bœoticum consilium, eadem opera volens tot vnà cum sceleſto Damide exitio absumere, ad hæc ipsam quoque porticum vnà cum Marathone & Miltiade atque Cynægiro diruere? Et quonam pacto his collapsis rhetores ampliùs debito fungerentur declamandi officio, maximo ad conscribendas orationes argumento priuati? Equidem ista viuenti tibi licuisset perpetrare: ex quo verò in Deorum numerum relatus es, factus & ipse diuinitatis particeps, didicisti, vt opinor, solas Parcas effecta redde- B re posse talia: porrò nos eiusmodi perficiendæ facultatis expertes esse. HER. Proinde, quando leonem aut Hydram claua illisa letho dedi, Parcæ per me ista operatæ sunt? IVPI. Sanè verò. HER. Ac nunc si quis contumelia petulanter me impeteret, aut templum nefario sacrilegio compilaret, aut statuam meam subuerteret, nisi iam olim Parcis visum foret, non conteram illum scilicet? IVP. Nequaquam. HER. Ergo me cum libertate dicentem quæ sentio, audi ô Iupiter. Ego enim, vt comicus ait, homo C sum agrestis & rusticus, ligonē, ligonem vocans. Si ad hunc modum res nostræ se habent: honoribus, nidori, ac sacrificiorum sanguini, quibus hîc fruimur, lōgum valere iussis, in Orcum descendam, vbi me nudum arcum habentem, saltem demortuorum vmbræ & idola pertimescent, propter feras terribiles ac monstra à me passim trucidata. IVPI. Euge testem, quod aiunt, domo adductum. Conseruasti igitur Damidi ista ad dicen- *Hermes Agoraus, qui ad Pœcilē areus stat, vt & Pausanias annotauit.*
dum subiiciens. Sed quis tanto accedit properandi studio? nempè æreus ille est, probè politus, & exactè expressus, sublimata in morem priscorum coma. Magis D verò tuus est ô Mercuri frater, forensis ille, cuius circa porticum Variam crebra est cōuersatio: proinde pice oppletus est, quippe qui in dies singulos à statuariis refingitur. Quid hoc nate, cur tanto cursu ad nos contendis? Nunquid nouarum rerum quippiam è terris annuncias? HERMAG. Ingens quiddam ô Iupiter, quódque summam & maximam requirat operam & diligentiam. IVPI. Quin ergo actutum expromis sicubi aliquid fortè mali nobis ignorātibus subortum sit? HERMAG. Cùm ad porticum iam fabricarer æreus, ac pérque dorsum pérque pectus iungerer, & factus ineptè corpori thorax meo appendêret, nec arte dispari foret ex ære totus additus mihi balteus, turbam video tumultuantem accurrere,

Ibi enim illorum effigies & tota Marathonia pugna depicta erat, vt Pausanias testatur.

uâ cum duo ſophiſtici certaminis ibant periti, fronte triſti ac pallida pugiles, Damis, &. IVPIT. Parce precor optime Hermagora verbis intonare tragicis. Noui enim quos dicis. Sed age hoc mihi expedi, non iam dudum conſertis manibus in pugnam deſcenderunt? HERM. Nondum, ſed adhuc in initio velitaris pugnæ ac intra teli iactum cõſtituti ſunt, funda iaculantes: & alternis eminùs conuiciis mutuò ſe petunt. IVPIT. Quid ergo nobis porrò faciendum eſt ô ſuperi? an non prolato capite auſcultandum? *Nam Homerus cœli oſtiarias fecit.* Quocirca Horæ oſtiariæ iam auferant à ianua peſſulum, ac deductis nubibus Olympi portas reſerent. O Hercules, quanta multitudo hominum ad audiendum confluxit! Cæterùm Timocles ille non admodum mihi placet, ita perturbato animo trepidans, funditus hodie perditurus eſt omnia. Neque enim dubiis argumentis indicat, nullo modo Damidis impreſſionem ac impetum ſe perpeſſurum. Sed quod nobis factu eſt facillimum, vota pro illo faciamus nobiſcum, ac tacitè, ne Damis inaudiat iſta. TIMO. Quid verò ais Dami ſacrilege? nullos eſſe Deos, neque eoſdem quicquam in rebus humanis prouidere? DA. Non: ſed tu mihi priùs reſponde, quo ſermone perſuaſus illos eſſe credidiſti? TIM. Nequaquam, ſed tu mihi ô ſcelerate reſpõde. DA. Non inquam, ſed tu. IVP. Hac equidem vna ratione noſter præpollet multo maximè: nam vocaliùs & intenſiùs exaſperat omnia. Euge verò ô Timocles, multa mala in hominem perditum ingere conuicia. In hoc enim omnis tua vis ſita eſt, vt maximè aliàs ipſis piſcibus mutiorem te eſſe declaret, os tibi opprimens. TIM. Atqui per Mineruam, prior tibi nunquam reſpondebo. DA. Proinde ô Timocles, roga. Siquidem in hoc iam viciſti, poſtquam iuraueris. ſed enim, ſi videtur, citra blaſphemias. TIM. Rectè mones ô execranda bellua. Nullane videntur tibi ſuperi vti prouidentia? DA. Nulla. TIM. Quid ais? omnia ergo fortuitò contingunt, & citra Deorum prouidentiam? DAMIS. Sanè verò. TIM. Neque vllius Dei cura quicquam ordinatur aut diſponitur? DAMIS. Non. TIM. Cuncta verò temere feruntur, & caſu fortuito? DA. Sanè. TIM. Cæterùm vos ciues iſta audientes impune ſuffertis huius execrandas in deos blaſphemias, nec ſceleratum hunc ſaxis obruitis? DA. Quid verò hominum animos in mè exaſperas, ô Timocles?

καὶ τινας δύο ὠχροὺς κεκεφικότας, πυγμάχους σοφισμάτων, Δάμιν τε, καὶ. ΖΕΥΣ. παύου, ὦ Ἑρμαγόρα βέλτιστε, τραγῳδῶν. οἶδα γὰρ οὓς τινας λέγεις, ἀλλ' ἐκφύσει μοι φράσον, εἰ πάλαι συγκροτεῖται αὐτοῖς ἡ ἔρις. ΕΡ. οὐδέπω, ἀλλ' ἐν ἀκροβολισμοῖς ἔτι ἦσθε, ἀποσφενδονῶντες ἀλλήλοις, πόρρωθεν πολυλοιδορούμενοι. ΖΕ. τί οὖν ἔτι χρὴ ποιεῖν λοιπόν, ὦ θεοί, ἢ ἀκροᾶσθαι θᾶττον φαύσας αὐτῶν; ὥστε ἀφαιρείτωσαν αἱ Ὧραι τὸν μοχλὸν ἤδη, καὶ ἀπάγουσαι τὰ νέφη, ἀναπετάσωσι τὰς πύλας τοῦ οὐρανοῦ. Ἡράκλεις, ὅσον ὁ πλῆθος ὅτι πρὸς ἀκρόασιν ἀπήντηκασιν. ὁ δὲ Τιμοκλῆς οὗτος, ὑπόπτερόν τινα ἔοικε τεθορυβῆσθαι, καὶ παραπλόμενος, ἀπολεῖ πάντα τοῦτ' ἐκεῖνον. δῆλος γοῦν ὅτι οὐδὲ αὐτὰ ἐρρῶσθαι τῷ Δάμιδι δυνησόμενος, ἀλλ' ὥσπερ ἡμῖν δυνατώτατον, εὐχώμεθα ὑπὲρ αὐτοῦ σιγῇ, ἐφ' ἡμείων, ἵνα μὴ Δάμις γε πύθηται. ΤΙΜΟ. τί φῄς, ὦ ἱερόσυλε Δάμι, θεοὺς μὴ εἶναι, μηδὲ προνοεῖν τῶν ἀνθρώπων; ΔΑΜ. οὐκ, ἀλλὰ σὺ πρότερος ἀπόκριναί μοι, ᾧ πίνι λόγῳ ἐπείσθης εἶναι αὐτούς. ΤΙΜΟ. οὐμνύω, ἀλλὰ σύ, ὦ μιαρέ, ἀπόκριναι. ΔΑ. οὐμνύω, ἀλλὰ σύ. ΖΕ. ταυτὶ μὲν οὐδαμοῦ ὁ ἡμέτερος ἄμεινον καὶ εὐφωνότερον πραχύνεται. ἴθι, ὦ Τιμόκλεις, ἐπὶ τὴν βλασφημίαν· σὲ γὰρ τοῦτο σοι, ὃ κρότος ὡς τἄλλα, ἱδρῶτα ἀποφανῇ, ὑπισχνούμενον. ΤΙΜΟ. ἀλλά, μὰ τὴν Ἀθηνᾶν, οὐκ αὖ ἀποκρινάμενός σοι πρότερος. ΔΑ. ὀκνοῖς, ὦ Τιμόκλεις, ἐρώτα· ἐκρέμασας γὰρ τοῦτό γε, ὀμόσας· ἀλλ' αὖθις τὴν βλασφημίαν, εἰ δοκεῖ. ΤΙΜ. οὐ λέγεις, εἶπε θᾶττον μοι, οὐ δοκοῦσί σοι, ὦ κατάρατε, πρόνοιάν τινα θεοί, ΔΑ. ἀδαμῶς. ΤΙΜ. τί φῄς; ἀπρονόητα οὕτω ταῦτα πάντα; ΔΑ. ναί. ΤΙ. ἦ γοῦν τινι θεῷ πάσχεται ἡ τῶν ὅλων ἐπιμέλεια; ΔΑΜ. οὔ. ΤΙΜ. πάντα δὲ εἰκῇ φέρεται ἀλόγῳ τῇ φορᾷ; ΔΑ. ναί. ΤΙ. εἶτ' αὖ θεσπροὶ ταῦτα ἀκούοντες, ἀνέχεσθε, καὶ οὐ καταλεύετε τὸν ἀλιτήριον; ΔΑ. τί τοὺς ἀνθρώπους ἐπ' ἐμὲ παροξύνῃς, ὦ Τιμόκλεις;

ἢ τίς

ἢ τίς ὢν, ἀγαναχτεῖς ἐπ' ἐμοὶ τοῖς θεοῖς, καὶ A Aut quémnam te esse dicam, qui Deorum gratia magno aduersus me stomacho exacerbatus es, præsertim illis ipsis nequaquam indignè ferentibus? Iam enim olim ista audientes, nondum vlla re mala aut acerba me affecerunt: nescio tamen si ista audiunt. TIM. Audiunt ista, ô Dami, audiunt, cæterùm in aliud tempus grauibus suppliciis te excarnificandũ reseruant. D A. Et quando illi de me cogitando tantum à rebus suis sibi sumerent otij, tot ac tantis, vt tu mihi perhibes, districti occupationibus, res quæ sunt per mundum innumeras disponentes, adeò vt te quoque nondum ob tua B nefanda periuria dignis suppliciis affecerint, neque non ob cætera nefaria flagitia, ne & mihi necessitate coacto ad conuitia & maledicentiam propter probra falsò obiecta confugiendum sit? Et me hercle non video quo certiore argumento suam testatam facere possint prouidentiam superi, quàm si te malum & nefarium malis exemplis cruciatum perderent. Atqui pro certo constat illos peregre esse profectos, supra Oceanum fortasse, ad inculpatos Æthiopas. Solent enim crebrò ad illos ire comessatum, & *Alludit ad Homeri locum Ilia. 1.* C profectò nonnunquam inuocati. T IMO. Quid ad tam impudentem & blasphemam contumeliam tibi respondeam ô Dami? D A. Nimirum illud quod iam olim auidissimè audire desiderabam, nempe qua ratione persuasus, Deos prouidere existimas. TIM. Equidem ipso rerum quotidie accidentium ordine primùm ad hoc credendum inductus sum, nempe quòd Sol subinde diurni spacij cursu suum iter conficiat: ad eundem quoque modum Luna perpetuo tenore eat ac redeat. Tum alterna stellarum vicissitudo, & plantæ è terra succrescentes, & animantia in dies singulos nascentia. Quódque eadem tanta industria procreata sic alantur, sic moueantur, sic cogitent, sic incedant. quódque ea sit ratio ædificandi, ea incidendi coria. Quę omnia, aliáque id genus innumera mihi clarissima & certissima vidẽtur esse diuinæ prouidentiæ indicia. D A. Tu quidem Timocles quæstionem discerpis: neque enim clarum aut certum est, num horum quodque disponente prouidentia conficiatur. Cæterùm quòd hæc fiant, nec ipse negauerim: non tamen ideo mox persuasus sum vt credam ista necessariò ac quodam coactu prouidentiæ fieri. Iam enim aliàs incepta sunt, & nunc pari vicissitudine eadémque via constituuntur: tu verò harum rerum ordinem necessitatem vocas. Deinde videlicet indignaris si quis à sententia tua dissentit, cùm ea quæ fiant, enume-

τοῦτα, ἐκείνων αὐτῶν οὐκ ἀγαναχτούντων; οἵ γε οὐδὲν δεινὸν ἀκηκοότες με πάλαι ἀκούοντες, εἴ γε ἀκούουσι. TIM. ἀκούουσι γὰρ, ὦ Δάμι, ἀκούουσι, καί σε μετέπειτα ποτὲ χρόνῳ ὕστερον. Δ Α. καὶ πότε αὖ ἐκεῖνοι σχολὴν ἀγάγοιεν ἐπ' ἐμὲ, τοσαῦτα, ὡς φῄς, πράγματα ἔχοντες, καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ ἄπειρα ὄντα, οἰκονομούμενοι; ὥστε οὐδέ σέ πω ἠμύναντο ὧν ὑβρικεῖς ἀεὶ, καὶ τῶν ἄλλων, ἵνα μὴ βλασφημεῖν καὶ αὐτὸς ἀναγκάζωμαι τοῖς τὰ συγκείμενα. καίτοι οὐκ ὀρθῶς πινα δὴ ἄλλως ὑπόληψιν τῆς B ἑαυτῶν προνοίας μείζω ἐξενεγκεῖν ἐδύναντο, ἢ σὲ κακὸν, κακῶς ὑβρίσαντες, ἀλλὰ δῆλοί εἰσιν ἀποδημοῦντες ἐπ' τὸν Ωκεανὸν ἴσως μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας. ἐθος γάρ ἀὐτοῖς σπανίως ἰέναι πρὸς ἀνθρώπους ὑπὲρ δαῖτα, καὶ ἀμπαυγέλτως ἐνίοτε. TIM. τί προὸς τοσαύτην αἰσχυντίαν εἴποιμι, ὦ Δάμι; Δ Α. σκόπει, ὦ Τιμόκλες, ὁ πάλαι ἐγὼ ἐπόθουν ἀκοῦσαί σου, ὅπως ἐπείσθης οἴεσθαι προνοίαν τοῖς θεοῖς. TIMO. ἡ πάντις με πρώτη τῶν γιγνομένων ἔπεισεν, ὁ ἥλιος ἀεὶ τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἰὼν, καὶ σελήνη κατὰ ταὐτὰ, καὶ ὧραι περιπόλωσαι, C φυτὰ φυόμενα, καὶ ζῷα γεννώμενα, καὶ αὐτὰ ταῦτα ὅπως δυμηχάνως κατεσκευασμένα, ὡς πέφυσθαι, καὶ κινεῖσθαι, καὶ σύνοψιν, καὶ βαδίζειν, καὶ πτερύγεσθαι, καὶ σκυτοτομεῖν, καὶ πάντα ταῦτα προνοίας ἔργα εἶναί μοι δοκεῖ. Δ Α. αὐτό που ὃ ζητούμενον, ὦ Τιμόκλες, σπαρπάζεις. οὐδέπω γὰρ δῆλον, εἰ προνοίᾳ τούτων ἕκαστον ὑπέστη· ἀλλ' ὅτι μὲν τοιαῦτα ἐστὶ τὰ γιγνόμενα, φαίην ἂν κἀγὼ· οὐ μὴν αὐτίκα D πεπεῖσθαι ἀνάγκη, τὸ ὑπό τινος προμηθείας αὐτὰ γίγνεσθαι. ἔνι γὰρ τὰ ἄλλως ἀρξάμενα, νῦν ὁμοίως, τὰ κατὰ ταὐτὰ σπείσασθαι, σὺ δὲ, τάξιν αὐτῶν ὀνομάζεις τὴν ἀνάγκην. εἶτα δηλαδὴ ἀγαναχτήσεις, εἴ τις σοι μὴ ἀκολουθοίη, τὰ γιγνόμενα μὴ, ὁποῖά ἐστι, κατα-

res ac laudibus efferas, existimans hisce demõstrasse etiam vnumquodque illorũ immutari posse prouidentia. Itaque iuxta Comicum, hoc profectò quod adduxisti, friuolum est: proinde aliud adducito. TIM. Equidem ego in ea sum sententia, vt putem aliam demõstrationem huic rei comprobandæ mihi non esse adducendam: attamen ego te interrogabo, cæterùm tu mihi respondé. Videtúrne tibi Homerus fuisse poëtarum præstantissimus? D A. Et valde quidem. TIMO. Huic ergo ipsi ego fidem habui, Deorum prouidentiam haud obscurè asserenti. D A. Atqui ô admirande, poëtã me hercule excellentem fuisse Homerum, omnes tibi haud difficulter assentimur: porrò autem testem super hisce rebus fide dignum aut hunc aut alium poëtam vllum esse, id verò nullo modo concedimus. Neque enim veritatis proferendæ curam illis fuisse constanter opinor, sed vt audientium animos verborum lenociniis atque dulcedine demulcerent. Quapropter & versiculos cantillant, & fabularum inuolucris perstrepunt, ac breuiter super fumo machinantur omnia. Perlibenter verò ex te audirem, quibúsnam Homeri dictis maximè in hanc opinionem esses adductus. Nunquid iis, quæ de Ioue memoriæ prodidit, quomodo illum insidiosè petitum vinclis constringere voluerint & filia & frater & vxor eius? Et nisi Thetis indignum facinus miserata, Briareum Ioui in auxilium aduocasset, optimus ille Iupiter nobis constrictus atque discerptus fuisset. Pro quibus memor dati à Thetide beneficij, ludit Agamemnonem somnio quodam fallaci immisso, in hoc, vt multi ex Achiuis hostili manu peremptí occumberent. Vide verò quàm non facile & prõptum Ioui fuerit fulminis extorti incendio inflammare Agamemnonem, nisi miseris modis illum decepisset. Aut illa fortasse omnium maximè tibi audienti fidem fecerunt, quemadmodum Diomedes Veneris manum vulnere violauerit, atque etiam Martem ipsum Mineruæ impulsu. Aliquanto verò pòst ipsi cælites furore collapsi, singulari inter sese certamine mixtim masculi & fœminæ prælíati sunt. Ac Minerua quidem Martem superatum prosternit, quippe quem tardatum ac fessum vulnere, opinor, quod paulo antè à Diomede acceperat, adorta sit. *Contra Latonam sic erat Cyllenia proles.* Aut fortè ea quæ super Diana nugatus est, probabiliter tibi dicta visa sunt, quemadmodum ipsa nimiùm querula indignanter & maligniè tulerit quòd sola ad epulas conuiuales ab Oeneo vocata non fuerat:

A εἰθισμένῳ, καὶ ἐπαινοῦντι, οἰομένῳ δὲ ἀποδέξειν ταῦτα εἰ), τὴν τοσαύτην ἀμφισβήτησιν ἀλλαχόθεν ἄρασθαι αὐτὴν ἄκαιρον. ὥστε κατὰ τὸν κωμικὸν, τοῦτό μὲν ἀπόμοιρόν μοι ἔστω, ἄλλο δέ μοι λέγε. TIM. ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι καὶ ἄλλης ἔτι τούτοις δεῖν ἀποδείξεως. ὅμως δ' οὖν ἐρῶ, ἀπόκριναι γάρ μοι. Ὅμηρός σοι δοκεῖ ἄριστος ποιητὴς γενέσθαι; Δ A. καὶ μάλα. TIM. ὁκουοῦν ἐκείνῳ ἐπείθόμην, τὴν τοσαύτην περὶ θεῶν ἐμφάνισιν. Δ A. ἀλλ', ὦ θαυμάσιε, ποιητὴν μὲν ἀγαθὸν Ὅμηρον γενέσθαι, πάντες σοι συνομολογήσουσι, μάρτυρα δὲ ἀληθῆ B τοσοῦτον, ἔθ' ἑκάτερον, ἔτε ἄλλον ποιητὴν οὐδένα. ἔτε γὰρ ἀληθείας μέλειν αὐτοῖς οἶμαι, ἀλλὰ τὴν κηλοῦσας ἀκοὰς, καὶ ὅλως τοῦτο, μέθοις τε καταδοῦσι, καὶ μύθοις κατηχοῦσι, καὶ ὅλως, ἄπαντα ὑπὲρ τοῦ τερπνοῦ μηχανῶνται. ἀπὲρ ἥδέως ἂν ἀκούσαιμι οἷς ποτὲ μάλιστα ἐπείσθης τὸν Ὅμηρον. ἆρα οἷς περὶ τοῦ Διὸς λέγει, ὡς ἐπεβούλευον σφῶσιν αὐτὸν ἡ θυγάτηρ, καὶ ὁ ἀδελφὸς, καὶ ἡ γυνή; καὶ εἴτε μὴ τὸν Βριάρεων ἡ Θέτις ἐκάλεσεν, ἐλεήσασα ὃ μηνόμενον, ἐπεπέδητο ἂν ἡμῖν ὁ βέλτιστος Ζεὺς, σφαραγθείς. αἰθ' ὧν καὶ ἀποµιμνησθεὶς τῆ Θέτιδι τὸ εὐεργέτημα, ὄζαπατᾷ τὸν Ἀγαμέμνονα, ὄνειρόν τινα ψευδῆ ἐπιπέμψας, ὡς πολλοὶ τῶν Ἀχαιῶν ἀπόθοιεν. ὁρᾷς; ἀδυνάτου γὰρ ἦν αὐτῷ, κεραυνὸν ἐμβαλόντι, καταφλέξαι τὸν Ἀγαμέμνονα αὐτὸν, αἰδοῦ γε ἀπατεῶνα εἶ) δοκεῖν. ἢ σκῆπτόν σε μᾶλλον εἰς τὸν πίστιν ἐπεσπάσατο ἀκούοντα, ὡς Διομήδης μὲν ἔβλαψε τὸν Ἀφροδίτην, εἶτα τὸν Ἄρη αὐτὸν, Ἀθηνᾶς τοῦ βέλους, μὴ μικροῦ D δεῖν, αὐτοῖς συμπεσόντες οἱ θεοὶ, ἐμονομάχουν ἀναμὶξ ἄρρενές τε, καὶ θήλειαι, καὶ Ἀθηνᾶ μὲν, Ἄρει καταγωνίζεται, ἅτε καὶ πεπονηκότα, οἶμαι, ἐκ τοῦ βάματος, ὃν τοῦδε τοῦ Διομήδους εἰλήφει. Λητοῖ δ' αὐτέῃ σῶκος ἐοικυῖος Ἑρμῆς. ἢ τὰ τοῖς τοῦ Ἀρτέμιδος σοι πιθανὰ ἔδοξεν, ὡς ἐκείνη μεμψιμοιρούσα, ἠγανάκτησεν, ὅ κληθεῖσα ἐφ' ἑστίασιν ὑπὸ τοῦ Οἰνέως.

Iliad. 5.

Iliad. 9.

ἐγὼ δι' τοῦτο, σοῦ τινα ὑποφυᾶ, καὶ αὐτὸ- A ac propterea aprum inusitatę magnitudinis ac roboris inauditi in regionem illius immisit. Nunquid ergo talia legentem te persuasit Homerus? IVP. Papæ! quanta turbæ acclamatio ô superi consecuta est Damin collaudantis! Noster verò hæsitanti & perplexo similis esse videtur. Proinde animo meticuloso turbatus subtrepidat, ac planè clypeum se abiecturum haud obscurè præ se fert. Et iam quidem circumfert oculos, vbinam è turba elapsus aufugiat. TIMOC. Proinde neque Euripides quicquam sani tibi dicere videtur, quoties in scenam introductis Diis, perspicuè indicat, illorum auxilio bonos ex heroibus seruari, improbos autem propter impietatem crudeliter perdi? DA. Atqui Timocles, philosophorum generosissime, si hæc facientes poëtæ tragici te persuaserunt, necessum est alterum ex his duobus consequi, vt aut Polum & Aristodemum & Satyrum deos esse existimes, aut Deorum personas esse hæc ipsa, nempe calceos ac tunicas ad pedes vsque porrectas, & chlamydes & chirothecas & ventriculos & corpuscula, aliáque id genus innumera, quibus illi tragœdiam exornare solent: quod ego absurdissimum esse arbitror. Alioqui per se quoties nulla necessitate vrgente suam in fabulis opinionem explicat? Audiuistine vnquam & hæc ab illo prolata liberè: Vides supernum simul & immensum æthera, Terram humidis circa tenentem in brachiis? Illum, Iouem arbitrare, necnon hanc, deam. Et rursus: Quicunque Iupiter Deus sit, nescio, Nisi quòd Iouem sermone vulgi audiuerim. TIM. Proinde omnes homines & gentes turpiter decipiuntur, deos esse existimantes, eorúmque dies festos magna religione celebrantes. DA. Euge ô Timocles, quoniam in memoriam mihi reuocasti gentium opinionem, quam de diis obtinent. Ab illa verò maximè licet intelligere quàm nihil firmum & stabile in se habeat quæ de Diis fertur oratio. Multa enim est & conturbata opinionum confusio, ac planè alij alia opinantur. Siquidem Scythæ Acinaci sacrificant, Thraces Zamolxidi homini fugitiuo, quem ex Samo ad illos delatum esse constat, Phryges autem Lunæ, Æthiopes diei, Cyllenij Phaleti, columbæ Assyrij, Persæ igni, Ægyptij aquæ: ac omnibus quidem Ægyptiis aqua pro Deo communiter colitur. Cæterùm priuatim Memphitis quidem bos, deus est,

ταρον τινὰ ἀλκὴν, ἐπαφῆκεν ὅτι τινὶ χώραν αὐτῷ. ἆρα οὖν τὰ τοιαῦτα λέγων σε Ὅμηρος πέπεικε; ΖΕ. Βαβαί. ἡλίκον, ὦ θεοὶ, ἀνεβόησε τὸ πλῆθος, ἐπαινοῦντες τὸν Δάμιν· ὁ δ' ἡμέτερος, ἀπορουμένῳ ἔοικε· δέδιε γοῦν, καὶ περιστρέφει, καὶ δῆλός ἐστιν ἀπορρίψων τινὰ ἀσπίδα, καὶ ἤδη παρεσκόπει οἱ πρέχειδες, ἀποδράσεται. ΤΙ. ὑπὸ δὲ Εὐριπίδης ἆρά σοι δοκεῖ λέγειν τι ὑγιές, ὁπότ' ἂν αὖ εἰς αἰσίαν σάλπιγγος τοὺς θεοὺς ὅτι τινὶ σκηνῇ, δῆλον ὡς σώζοντας μὲν τοὺς χρησοὺς τῶν ἡρώων, τοὺς πονηροὺς δὲ, καὶ τινὰ ἀσεβοῦντα καὶ σε, ὀλοφυρομένους; ΔΑ. Ἀλλ', ὦ γενναιότατε φιλοσόφων Τιμόκλεις, εἰ ταῦτα ποιοῦντες οἱ τραγῳδοὶ πεπείκασί σε, ἀναγκαῖον δυοῖν θάτερον, ἢ τοὺς Πῶλον, καὶ Ἀριστόδημον, καὶ Σάτυρον, ἡγεῖσθαί σε θεοὺς εἶναι τότε, ἢ τὰ τοιαῦτα τῶν θεῶν αὐτά, καὶ τοὺς ἐμβάδας, καὶ τοὺς ποδήρεις χιτῶνας, καὶ χλαμύδας, καὶ χειρίδας, καὶ τοιαυτηρίδιον, καὶ σωμάτια, καὶ πάλιν, οἷς ἐκφῦσαι σπλάγχνοις τὴν τραγῳδίαν, ὅπερ καὶ γελοιότατον οἶμαι. ἐπεὶ καθ' ἑαυτὸν ὁπότε ὁ Εὐριπίδης, μηδὲν ἐπειγούσης τῆς χρείας, τὴν δραμᾶτ' ἂν τὰ δοκοῦντα οἱ λέγῃ, ἀκούσῃ αὐτοῦ ποτε παῤῥησιαζομένου, Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ, τὸν δ' ἄπειρον αἰθέρα, Καὶ γῆν πελιξ ἔχουθ' ὑγρᾶς ἐν ἀγκάλαις, Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν. καὶ πάλιν, Ζᾶς, ὅστις ἐστὶν ὁ Ζᾶς· ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδα, πλὴν λόγῳ κλύων. καὶ τὰ τοιαῦτα. ΤΙΜ. Ὁρῶ· ἀπάντων ἀνθρώπων, καὶ τῶν ἐθνῶν, ἐξαπατωμένων, θεοὺς νομίζοντες, καὶ πανηγυρίζοντες. ΔΑ. Εὖγε, ὦ Τιμόκλεις, ὅτι μ' ὑπεμνησας τῶν κατὰ τὰ ἔθνη νομιζομένων, ἀφ' ὧν μάλιστα σαφῶς τις ἂν, ὡς τὰ τῶν θεῶν ἐστὶ βέβαιον ὁ περὶ θεῶν λόγος πῶς ἔχει. πολλὴ γὰρ ἡ ταραχὴ, καὶ ἄλλοι ἄλλα νομίζουσι, Σκύθαι μὲν, Ἀκινάκῃ θύοντες, καὶ Θρᾷκες Ζαμόλξιδι, δραπέτῃ ἀνθρώπῳ ἐκ Σάμου, ὡς αὐτοῖς ἥκοντι, Φρύγες δὲ, Μήνῃ, καὶ Αἰθίοπες, ἡμέρᾳ, καὶ Κυλλήνιοι, Φάλητι, καὶ Ἀσσύριοι, περιστερᾷ, καὶ Πέρσαι, πυρὶ, καὶ Αἰγύπτιοι, ὕδατι. καίτοι μὲν ἅπασι κοινὸν τοῖς Αἰγυπτίοις τὸ ὕδωρ, ἰδίᾳ δὲ, Μεμφίταις μὲν, ὁ βοῦς, θεός·

Peluſiotis verò cepe: iam aliis ciconia aut crocodilus, aliis cynocephalus, aut feles, aut ſimia. Præterea vicatim, his quidem dexter humerus deus eſt, cæteris verò è regione habitãtibus, ſiniſter. Item aliis dimidia pars capitis, aliis poculum Samium, aut catinus. Nónne hæc tibi videntur riſu proſequenda eſſe, ô bone Timocles? M O. Nónne prædicebam ô Dij iſta omnia ventura in propatulum, ac fore vt exactè indagarentur? I V P I. Dixiſti ô Mome, & nos rectè obiurgaſti. Ego verò his omnibus diligenter emendatis mederi conabor præſenti euitato periculo. T I M O. Atqui tu ô deorum hoſtis acerrime, oracula & rerum futurarum prædictiones, cuius opus eſſe dices? nonne deorum, eorundémque prouidentiæ? D A. Tace verò de oraculis, virorum optime, alioqui ex te quæram, cuius rei gratia illorum potiſſimùm mentionem feceris. Nunquid illius gratia, quod Pythius Lydo reſpondit? Quàm verò callidè ſermone vſus eſt ancipiti, cuiuſmodi ſunt quædam Mercuriales imagunculæ duplices, & vtrinque ſimiles, ad quancunque illarum partem te verteris: an potiùs Græſus traiecto Hale, ſuum ipſius, an Cyri imperium ſubuerſurus eſt? Attamen non paucis talentis Sardianum illud exitium vocem hanc ambiguam mercatum eſt. M O. Hæc ipſa ô ſuperi vir iſte commemorat, quæ omnium maximè pertimui. Vbi nunc noſter eſt feſtiuus ille citharœdus? Quin profectus tuam exiſtimationem ipſe tueris obiecta refellendo? I V P. Tu quidem nos mactas, ô Mome, nequaquam in tempore nunc obiurgationibus increpans. T I M O. Vide qualia facis ô ſcelerate Dami, qui propemodum ipſa quoque Deorum ſimulacra vnà cum aris non verearis ſubuertere. D A. Haud omnes aras ſubuerti cupio, ô bone Timocles. Quid enim mali adferunt, ſi thymiamatum odore & fragrantia plenæ ſint? Cæterùm Dianæ aras quæ in Tauris ſubſtructæ feruntur, non illibenter funditus euerſas viderem, ſuper quas ipſa virgo conuiuium magna alacritate agitare ſolet. I V P I T. Vnde verò nobis hoc inſuperabile malũ obiicitur? Quàm nulli deorum parcit hic vir, nullius numen reueritus, ſed tanquam ex plauſtro magna libertate omnes carpit ac lacerat, nullóque diſcrimine in vniuerſos debacchatur, iuxtà ſontes atque innocẽtes?

Πλησιστώτας δὲ, κρόμμυον· καὶ ἄλλοις, ἴβις, ἢ κροκόδιλος, καὶ ἄλλοις, κυνοκέφαλος, ἢ αἴλουρος, ἢ πίθηκος· καὶ ἐπὶ κῶμας, τοῖς μὲν ὁ δεξιὸς ὦμος θεός· τοῖς δὲ κατ' ἀντικρύ οἰκοῦσιν, ἄτερος, καὶ ἄλλοις, κεφαλῆς ἡμίτομον, καὶ ἄλλοις, ποτήριον κεραμεοῦν, ἢ τρύβλιον. Ταῦτα πῶς οὐ γέλως ἐστὶν, ὦ καλὲ Τιμόκλεις; M Ω. οὐκ ἔλεγον, ὦ θεοὶ, ταῦτα πάντα ἥξειν εἰς τὸ μάφανες, καὶ ἀκριβῶς ἐξεταθήσεσθαι; Z E Y Σ. ἔλεγες, ὦ Μῶμε, καὶ ἐπιτίμας ὀρθῶς, καὶ ἐγὼ πειράσομαι ἐπανορθώσασθαι αὐτὰ, ἵνα μὴ ἐν ποσὶ κινδύνου ἀφανίζωμαι. T I. ἀλλ', ὦ θεοῖς ἐχθρὲ σὺ, τοῖς χρησμοῖς, καὶ παραγορεύσεις τῶν ἐσομένων, τίνος ἕνεκα εἶπεν, ἢ θεὸν, καὶ τῆς προνοίας τῆς ἐκείνου; Δ A M. σιώπησον, ὦ ἄριστε, περὶ τῶν χρησμῶν, ἐπεὶ ἐρήσομαί σε, τίνος αὐτῶν μάλιστα μεμνῆσθαι ἀξιοῖς. ἆρ' ἐκείνου, ὃν τῷ Λυδῷ ὁ Πύθιος ἔχρησεν; ὃς ἀκεφάλως ἀμφήκης ἐστὶ, καὶ δίπροσωπος, οἷοί εἰσι τοῦ Ἑρμοῦ ἔνιοι, διπλοῖ, καὶ ἀμφοτέρωθεν ὅμοιοι, καὶ πρὸς ὁποτέραν αὖ αὐτῶν μέρος διαστραφήσῃ· ἢ τί μᾶλλον, ὁ Κροῖσος διαβὰς τὸν Ἅλυν, τοῦ αὐτοῦ ἄρξει, ἢ τοῦ Κύρου καταλύσει; καίτοι οὐκ ὀλίγων ταλάντων ὁ Σαρδιανὸς ἐκεῖνος ὄλεθρος, ὃ ἀμφιδέξιον τοῦτο ἔπος ἐπρίατο. M Ω. αὐτά που, ὦ θεοὶ, αὐτὴ διεξέρχεται, λέγων, ἃ ἐγὼ ἐδεδίειν μάλιστα. πολὺ νῶν ὁ καλὸς ἡμῖν κιθαρῳδὸς; ἀπολόγησαι αὐτῷ κατελθὼν πρὸς ταῦτα. Z E Y Σ. σὺ ἡμᾶς διαφάτιζε, ὦ Μῶμε, οὐκ ἐν καιρῷ νῦν διαπίπτων. T I M O. ὅρα οἷα ποιεῖς, ὦ ἀλιτήριε Δάμι, μονονουχὶ τὰ ἕδη αὐτὰ τῶν θεῶν ἀναστρέπεις τῷ λόγῳ, καὶ βωμοὺς αὐτῶν. Δ A M. οὐ πάντας ἔγωγε τοὺς βωμοὺς, ὦ Τιμόκλεις. τί γὰρ ἂν δεινὸν ἀπ' αὐτῶν γίγνεται, εἰ θυμιαμάτων καὶ ὀδωδίας μεστοί εἰσι; τοὺς δὲ ἐν Ταύροις τῆς Ἀρτέμιδος, ἡδέως ἂν ἐπεῖδον, οὐκ ἄθρουν ὅπῃ κεφαλῇ αἰωρεπομένους, ἐφ' ὧν τοιαῦτα ἡ παρθένος εὐωχουμένη ἔχαιρε. Z E Y Σ. τουτὶ πόθεν ἡμῖν τὸ ἄμαχον κακὸν ἐπῆκται, ὡς δαιμόνων οὐδενὸς ἀνὴρ φείδεται, ἀλλ' ἐξ ἀμαξίης πρηνισάζεται, καὶ Μαρσύᾳ ἐξείης, ὅστ' ἄπιος, ὅστε καὶ σκιῇ.

ΜΩ. ϗ μὰν ὀλίγους ἀν, ὦ Ζεῦ, τοὺς αἰτίους ἀφεγὶς ἐν ἡμῖν· καὶ που πάλαι προϊὼν ὁ ἀνθρωπος, ἅψεται καὶ τῶν κορυφαίων τινός. ΤΙΜΟ. οὐδὲ βροντῶντος αὐτοῦ τοῦ Διὸς ἀκούεις, ὦ θρασύτατε Δάμι; ΔΑ. καὶ πῶς ἂν μέλλω βροντῆς ἀκούειν, ὦ Τιμόκλεις; εἰ δὲ ὁ Ζεὺς ὁ βροντῶν ἐστι, σὺ ἂν ἄμεινον εἰδείης, ὅτι ἐκεῖθέν ποθεν πρὸς τῶν θεῶν ἀφιγμένος. ἐπεὶ οἵ γε ἐκ Κρήτης ἥκοντες, ἄλλα ἡμῖν διηγοῦνται, τάφον τινὰ κεῖθι δείκνυσθαι, καὶ σήλιον ἑστάναι, δηλοῦντα ὡς οὐκέτι βροντήσειεν αὖ ὁ Ζεύς, τεθνεὼς πάλαι. ΜΩΜ. τοῦτ' ἐγὼ πρὸ πολλοῦ ἠπιστάμην ἐροῦντα τὸν ἄνθρωπον. τί δ' οὖν, ὦ Ζεῦ, ὠχριάκας ἡμῖν, καὶ συγχροτεῖς τοὺς ὀδόντας ὑπὸ τοῦ δέους; θαρρῶν χρὴ, καὶ τῶν τοιούτων ἀνθρωπίσκων καταφρονεῖν. ΖΕ. τί λέγεις, ὦ Μῶμε, καταφρονεῖν; οὐχ ὁρᾷς ὅσοι ἀκούουσι, καὶ ὡς συμπεπεισμένοι εἰσὶν ἤδη καθ' ἡμῶν, καὶ ἀπάγειν αὐτοὺς ἀναδησάμενος τῶν ὤτων ὁ Δάμις; ΜΩ. ἀλλὰ σὺ ὁπότερον, ὦ Ζεῦ, θελήσεις, σφρὶν χρυσείαν καθεὶς, ἄπαντας αὐτοὺς,

Αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαις αὐτῇ τε θαλάσσῃ.

ΤΙΜΟ. εἰπέ μοι, ὦ κατάρατε, πότε πλοῦς ἤδη ποτέ; ΔΑ. ϗ πολλάκις, ὦ Τιμόκλεις. ΤΙΜ. οὕτω ἔφερεν ὑμᾶς τότε ὁ ἄνεμος ἐμπίπτων τῇ ὁδῷ, ϗ ἐμπιπλὰς τὰ ἀκάτια· ἢ οἱ ἐρέσσοντες; οὐκυβέρνα δὲ εἷς τις ἑφεζὼς, ϗ ἔσωζε τὸν ναῦν; ΔΑ. ϗ μάλα. ΤΙΜ. εἶτα ἡ ναῦς μὴν οὐκ ἂν ἔπλει, μὴ κυβερνωμένη, ὃ δὲ ὅλον τοῦτο ἀκυβέρνητον οἴει, ϗ αὐτομάτου φέρεσθαι; ΔΑ. ὕτε σωφρονεῖς ταῦτα ὦ Τιμόκλεις, ϗ ἰσχυρῶς τῷ παραδείγματι· ἀλλ', ὦ θεοφιλέστατε Τιμόκλεις, τὸν μὲν κυβερνήτην οὐδὲν εἶδες ἄν, ἀεὶ τὰ συμφέροντα ἐπινοοῦντα, καὶ πρὸς τὸ καιρὸν παρασκευαζόμενον, ϗ προσάπτοντα τοῖς ναύταις, ἀλλ' ἰσιστέλες δὲ οὐδὲ ἄλλο γε οὐδέν τι εἶχεν ἡ ναῦς, ὃ μὴ χρήσιμον πρώτως ϗ ἀναγκαῖον ἦν πρὸς τὴν ναυτιλίαν αὐτοῖς. ὁ δὲ σὸς οὗτος κυβερνήτης, ὃν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ νηὶ ἐφεστάναι ἄξιοις, ϗ οἱ συνναῦται αὐτῷ, οὐδὲν βλέπων, οὐδὲ κατὰ τὴν ἀξίαν διαπράττονται·

A ΜΟ. Atqui perpaucos inter nos reperies ô Iupiter à culpa immunes. Statim verò progressus homo vnũ ex optimatibus inuasurus est. TIM. Neque Iouem ipsum audis ô Deorum impugnator, cientem tonitrua? DA. Et quonam pacto ô Timocles non audirem tonitrua? Cæterùm num ciens tonitrua sit Iupiter, ipse melius calles, qui in Deorum immortalium concilio quondam conuersans, inde huc delatus es. Quanquam illi qui huc ex Creta frequenter commeant, longè alia nobis atque tu commemorare solent, sepulchrum quoddam illic ostendi, iuxtáque positam columnam, indicantem B non amplius Iouem tonare, sed iam olim fato functum esse. MO. Enimuero hoc iam multo antè non ignorabam hominem dicturum. Quid ergo Iupiter ita albescens expalluisti, ac dentes præ tremore concutis? Bonum habere animum conuenit, ac tales homunciones magna mente contemnere. IVP. Quid ais ô Mome, contemnere? Nónne vides quanta hominum frequentia ista differentem audiat, tum quemadmodum iam persuasa ista de nobis constãter credat, iámque illos sententiæ suæ dissidentes abducat C Damis ab aure reuinctos? MO. At tu Iupiter, quando lubitum est, aurea ex alto demissa catena, omnes illos vnà cum Terra & Oceano haud difficulter sursum trahere poteris. TIMO. Dic mihi hominum sceleratissime, nunquámne nauigasti? DA. Ac sæpenumero ô Timocles. TIMO. Proinde nonne ferebat id temporis vos ventus illapsus in carbasum, ac puppim propulit; aut remigantes: cæterùm vnus supernè assistens gubernaculo, nauim regendo seruauit? DA. Maximè. TIMOC. Deinde nauis nullo modo nisi gubernaretur, posset progredi: tu D verò vniuersum hoc omne citra gubernatoris & ducis operam temere sursum ac deorsum ferri existimas? DAMIS. Euge significanter ista Timocles atque firmiter exemplo corroboras. Sed enim ô Deorum amantissime, gubernatorem illum quidem vidisti, nunquam non ea quæ ex vsu sunt nauigantium, considerantem animo, ac ante tempus necessaria adornantem, neque non nautis quæ factu sunt conducibilia, imperantem: tota verò nauis nihil habet inutile, aut temere importatum, quod illorum alicui necessitati non sit addictum. Cæterùm tuus ille gubernator, cui tu magnæ illius nauis regendæ curam attribuis, & eius connautæ, nihil cum ratione, nihil ex dignitate ordinant aut instituunt:

ſed ſi fuerit rudens, ad puppim vſque protenditur, vtrique verò pedes ad proram. Ipſæ autem anchoræ nonnunquam ſunt aureæ, cætera pars plumbea. Quinetiam inferiora nauis colore variegata sũt, porrò ſuperiora invenuſta atque informia. Præterea ipſis ex nautis cernere eſt hunc quidem inertem, & ab omni arte nautica alienum, & ad labores obeundos meticuloſum, dimidia aut tertia parte drachmę dignum. At verò eum qui ad vrinandum ſit impiger, & ad excurrendum ad antemnas vſque appoſitus, quique ad gubernandum vtilia omnia ad vnguem calleat, hunc exhauriendæ tantùm ſentinę deſtinatum eſſe videmus. Eadem quoque rerum facies circa eos eſt, qui à remigando immunes ſunt, vbi verbero quiſpiam cæteris honore & præſidentia prælatus iuxta gubernatorem ſedere atque coli conſpicitur. Mox alius quiſpiam cinædus ſpurciſſimus, aut impiatus parricidio, aut contaminatus ſacrilegiis, præ aliis habitis honoribus veneratur, & nauis ſumma apprehendit faſtigia. Porrò autem non pauci ſpectatę cùm gratię tum probitatis viri in ſeceſſu carinæ in anguſtum locum coacti ab improbioribus, & quantum ad veritatem & rectam viuendi rationem attinet, deterioribus, indignis modis calcantur pedibus. Conſidera verò apud animum tuum, quemadmodum Socrates & Ariſtides & Phocion nauigarint, qui ne victu quidem neceſſario pro ſufficienti copia inſtructi fuerint, neque pedes in nudas tabulas per ſentinam potuerunt extendere: contrà quanta in omnium rerum vbertate & affluentia Callias atque Midias & Sardanapalus molliter & luxuriosè vixerint ſuper omnes homines aduerſus illos expuentes. Eiuſmodi verò in tua naui contingunt ô ſapientiſſime Timocles, propter quod etiam infinita fiunt naufragia. At enim ſi gubernator quiſpiam aſſiſtens videret, ac ordine ſingula facienda imperaret, primùm quidem nequaquam ignoraret, qui boni, qui item mali eſſent ex nauigantium numero. Deinde cuique pro ſua dignitate conuenientem prouinciam obeundam traderet, & locum meliori-

A Ἀλλ' ὁ μὲν πρῶτος, εἰ τύχοι, εἰς τὴν πρύμνην ἀποτέταται, οἱ πόδες δὲ, εἰς τὴν πρῶραν ἀμφότεροι· καὶ ἄγκυραι μὲν αἱ ἄγκυραι ἐνίοτε, ὁ χλωίσκος δὲ, μολιβδοῦς· καὶ τὰ μὲν ὕφαλα, καταγραφα, τὰ δὲ ἔξαλα τῆς νεὼς, ἄμορφα· καὶ αὐτῶν δὲ τῶν ναυτῶν ἴδοις ἂν τὸν μὲν, ἀργὸν, καὶ ἄτεχνον, καὶ ἄτολμον πρὸς τὰ ἔργα, δημοσίᾳ, ἢ τεμοσίᾳ τὸν δὲ, καταχολυμβῆσαί τε ἄοκνον, καὶ ὑπὲρ τὴν κεραίαν αἰαπηδῆσαι ῥᾴδιον· καὶ εἰδότα τῶν χρησίμων ἕκαστα, μόνον τοῦτον αὐτῶν πρωστεταγμένον. τὰ δὲ αὐτὰ καὶ ἐν τοῖς

B ὑποβάταις, μαστιγίαι μὲν τινα, ἐν πρεσβυρίᾳ, πρῶραι δὲ τὸν κυβερνήτην καθήμενον, καὶ ἀφεστῶτα ὄμμυον, καὶ ἄλλον κίναιδον, ἢ παιγνιοίαν, ἢ ἱερόσυλον, ἐπορκήσαντα· καὶ τὰ ἄκρα τῆς νεὼς κατειληφότα· χαλεπῶς δὲ πολλοὶ ἐν μυχῷ τῶν σκάφους γενόμενοι, καὶ ὑπὸ τῶν πρὸς ἀλήθειαν χρηστῶν πατούμενοι. ἐννόησον γοῦν ὅπως Σωκράτης μὲν καὶ Ἀριστείδης ἔπλευσε, καὶ Φωκίων, οὐδὲ τὰ ἄλφιτα δίχορτα ἔχοντες, οὐδὲ ἀποτεῖναι τοῖς πόδας δυνάμενοι ὅπῃ γυμνῶν τῶν σανίδων· πρῶραν δὲ τὸν αὐτὸν· ἐν ὅσοις

C δὲ ἀγαθοῖς Καλλίας, καὶ Μιδίας, ὁ Σαρδανάπαλος ἐτρυφῶντες, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς καταπτύοντες. τοιαῦτα ἐν τῇ νηΐ σου γίγνεται, ὦ σοφώτατε Τιμόκλης· διὰ τοῦτο αἱ ναυαγίαι μυρίαι. εἰ δέ τις κυβερνήτης ἐφεστὼς, ἑώρα, καὶ διέτασσεν ἕκαστα, πρῶτον μὲν οὐκ ἂν ἠγνόησεν οἵτινες οἱ χρηστοὶ, καὶ οἵτινες οἱ φαῦλοι τῶν ἐμπλεόντων, ἔπειτα ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἀξίαν τὰ πρέποντα ἀπενείμαν ἄν, χώραν τε τὴν ἀμείνω τοῖς ἀμείνοσι πρὸ αὐτῶν αἴρω, τὴν κάτω δὲ, τοῖς χείροσι, καὶ συνήπτες ἔστιν οἷς ἀμείνους ἢ συμβούλους ἐποίησεν ἄν· καὶ τῶν ναυτῶν ὁ μὲν πρόθυμος, ἢ πρόφρων ἐπιμελητὴς ἀπεδέδεκτ' ἄν, ἢ τοίχου ἄρχων, ἢ πρῶτος πρὸ τῶν ἀλλων· ὁ δ' ὀκνηρὸς, καὶ ῥᾴθυμος, ἐπαίετ' ἂν τῶν καλωδίῳ πεντάκις τὴν ἡμέραν τὴν κεφαλήν.

D

ores in ſuperiore parte nauis apud ſe obtinendum deligeret, infrà verò deteriorem peioribus. Præterea præſtantiores quoque in conſilium ſocios ſibi adiungeret: tum ex nautis, quo quiſque foret cùm manu tum mente promptior, illi quidem proræ regendæ curam delegaret, huic laterum tuendorum officium daret, porrò autem alteri in omnes imperium credidiſſet: cæterùm ignaui ſegnities per diem quinquies cæſi in vinculis emendaretur fuſtibus.

ὥστέ σοι, ὦ θαυμάσιε, ὃ τῆς νεὼς τοῦτο παράδειγμα, κινδυνώδες εἰσεπεφάφθαι, καὶ τοῦ κυβερνήτου τετυχηκός. ΜΩ. Ταῦτά μοι ἤδη κατ' ῥοῦν τοῦ χωρεῖ τῷ Δαμοῖ, καὶ πλοίοις ἐπὶ τὸν νικῶν φέρεται. ΖΕΥΣ. ὀρθῶς, ὦ Μῶμε, εἰκάζεις. ὁ μὲν γὰρ ἔνι ἰσχυρὸν ὁ Τιμοκλῆς ἐπινοεῖ, ἀλλὰ τὰ κοινὰ ταῦτα, καὶ καθ' ἡμέραν ἄλλα ἐπ' ἄλλοις διαπεπλεγμένα πρόχειρα ἐπάγων. TIM. ὁκουῦν ἐπεὶ τῆς νεὼς τὸ παράδειγμα οὐ πάνυ σοι ἰσχυρὸν ἔδοξεν εἶναι, ἄκουσον δὴ τοῦ ἱερέως, φασὶν, ἄγκυραν, καὶ ὡς οὐδεμιᾷ μηχανῇ ἀπορρήξεις. ΖΕ. τί ποτε ἄρα ἐρεῖ; TI. ἴδοις γὰρ εἰ ἀκόλουθα ταῦτα συλλογίζομαι, καὶ εἴ πῃ αὐτὰ δυνατόν σοι διελέγξαι. Εἰ γὰρ εἰσὶ βωμοὶ, εἰσὶ καὶ θεοί· ἀλλὰ μὴν εἰσὶ βωμοὶ, εἰσὶν ἄρα καὶ θεοί· τί πρὸς ταῦτα φῄς; ΔΑ. ἵνα πρότερον γελάσω εἰς κόρον, ἀποκεινδυνεύσω σοι. TIMO. ἀλλ' ἔοικας οὐδὲ παύσεσθαι γελῶν, εἰπὲ δὲ ὅμως ὅπῃ σοι γελάσιμον ἔδοξε τὸ εἰρημένον εἶναι. ΔΑΜ. ὅτι οὐκ αἰσθάνῃ ἀπὸ λεπτῆς χορδῆς ὀλιγαμένος σου τὴν ἄγκυραν, καὶ ταῦτα, ἱερὰν οὖσαν. τὸ γὰρ εἶναι θεούς, τοῦ βωμοὺς εἶναι συνδήσας, ἰσχυρὸν οἷός ποιήσασθαι ἀπ' αὐτῶν τὸν ὅρμον. ὥστε ἐπεὶ μηδὲν ἄλλο τούτου φῄς ἔχειν εἰπεῖν ἱερώτερον, ἀπίωμεν ἤδη. TIMO. ὁμολογεῖς οὖν ἡττῆσθαι πρὸς ἀπιών; ΔΑ. ναὶ, ὦ Τιμόκλεις. σὺ γὰρ ὥσπερ οἱ ὑπό τινων βιαζόμενοι, ὑπὸ τοὺς βωμοὺς ἡμῖν καταπέφευγας. ὥστε, νὴ τὴν ἄγκυραν τὴν ἱερὰν, ἐθέλω σπείσασθαι ἤδη πρὸς σὲ, ἐπ' αὐτῷ τε τῷ βωμῷ, ὡς μηκέτι πρὸς τούτων ἐλαιολοιμῶ. TIMO. εἰρωνεύῃ ταῦτα πρὸς ἐμὲ τυμβορύχε, καὶ μιαρὲ, καὶ καθάπαξ τε, καὶ μασιγία, καὶ κάθαρμα. οὐ γὰρ ἴσμεν οὔ τινος μὲν παῖς εἶ, πῶς δὲ ἡ μήτηρ σου ἐπορνεύετο; ὡς καὶ τὸν ἀδελφὸν ἀπέκτεινας, καὶ μοιχεύῃς, καὶ τὰ μειράκια ἀφροδείρεις λιχνότατε, καὶ αἱμαχμοτάτε. μὴ φεῦγε δ' οὕτω, ἕως καὶ πρὸ ἐμοῦ πληγὰς λαβὼν ἀπέλθῃς· ἤδη γάρ σε τούτῳ τῷ ὀστράκῳ ἀποθραύσω, παμμίαρον ὄντα.

A Quare, ô admirande, periculum est ne exemplum quod de naui adduxisti, subuersum sit, quippe quod gubernatorem malum & imperitum nactum sit. MOM. Hæc quidem ex voto ac iuxta fluxũ succedunt Damidi, & iam plenis velis fertur ad victoriam. IVPIT. Rectè putas ô Mome. Etenim nihil firmi Timocles excogitat, sed communia illa & protrita & quotidiana, quæ nullo negotio refelluntur, alia aliis agglomerando ingerit. TIM. Proinde quando exemplum de naui productum, parum firmum & vehemens tibi visum est: audi iam nunc sacram (quod aiunt) anchoram, & quam
B nulla machina perrupturus es. IVPIT. Quídnam dicturus est? TIMO. Haud dubiè enim cognosces num ista syllogismis probabilibus collegero, & num aliqua ratione ea confutare queas. Etenim si sunt aræ, sunt etiam dij: atqui sunt aræ, sunt ergo etiam dij. Quid habes quod ad ista vel mussites? DA. Vbi priùs ad satietatem risero, respondebo tibi. TIMO. At videris nunquam ridendi finem facturus: attamen effare obsecro, quam ob rem ista tibi dicta tam ridicula visa sunt? DAM. Propterea quòd non senseris à tenui chordula anchoram tibi esse alligatam, præsertim sacram existentem. Si-
C quidem ex hoc quod coniunctim inferre postulas, propterea deos esse, quia aræ sunt, firmam existimas ab illis impressionem te fecisse. Quocirca quãdo aliud te negas habere firmius, abeamus in præsentia. TIMO. Fateris ergo priùs ex arena discedens te victum esse? DA. Ita profectò ô Timocles. tu enim quemadmodum ii qui ad supplicium repetuntur ab aliquo, ad aras nobis confugisti. Itaque per sacram illam anchoram ego iam oblatis sacris aduersus te libare con-
D stitui, ac super ipsas quidem aras, ne posthac de his ampliùs contendamus. TIMO. Ista quidem cauillaris illudendi mihi gratia, mortuorum deprædator sceleste, execrande, mastigia, propudium. Neque enim nobis compertum est quo patre natus sis: quomodo autem mater tua lasciua meretrix, pudicitiam in quæstu habuerit, scimus: tum quemadmodum fratris cæde ac sanguine manus tuas impiaueris: qui mulieres ingenuas mœchus infamis constuprare, ipsos verò iuuenes corrumpere soles, homo gulæ ac ventri deditissime, atque impudentissime. Ne igitur fuga te priùs subducas, quàm à me acceptis plagis contusus abieris: iam enim hac testa tibi vulnus incutiam, omnibus modis scelerato ac nefario existẽti.

IVPIT. Alter quidem, ô dij, risu ac cachinnis diffluēs discedit, alter verò à tergo sequitur affatim ingerendo conuitia, cauillis insultantem Damin non perferens: planéque caput illius testa obuerberaturus esse videtur. Cæterùm vos quid super his rebus faciendum consulitis? MERC: præclarè mihi illud Comicus dixisse videtur: Graue passus es, nihil boni si consulas. Quàm enim hoc nostris rationibus admodum nocere potest, si pauci homines persuasi eam de nobis opinionem obtinentes abierint? Sunt enim permulti diuersum sentientes, plures profectò quàm Græci, nimirum promiscua illa vulgi multitudo, insuper omnes illæ gentes barbaræ. IVPITER. Atqui ô Mercuri Darij illud quod de Zopyro dixisse memoriæ proditum est, nimiùm pulchrè se habet. Quare ego quoque vnum talem præoptarim à me stare auxiliarem socium, potiùs quàm infinitas Babylonas mihi supereſſe.

ΑΖΕ. ὁ μὲν, γελῶν, ὦ θεοὶ, ἄπεισιν, ὁ δ' ἀκόλουθος λοιδορούμενος, ἄφρων καταγνωσόμενος τὸν Δάμιν· καὶ ἔοικε παταξειν αὐτὸν τῷ κεφαλίῳ ἐς τὸ κεφάλιον. ἡμεῖς δὲ τί ποιοῦμεν ὅτι τοῦτο; ΕΡ. ὀρθῶς ἐκέλευσέ μοι ὁ κωμικὸς εἰρηκέναι δοκεῖ, Οὐδὲν πέπονθας δεινὸν, ἂν μὴ χρήσῃ ποιῇ. τί γὰρ ἂν τοσοῦτον κακὸν, εἰ ὀλίγοι αὐθέφτοι πεπεισμένοι τοῦτο, ἀπίασι; πολλοὶ γάρ εἰσιν οἱ παναντία γιγνώσκοντες, πλείους Ἑλλήνων, ὁ πολὺς λεώς, καὶ ὁ σύρφαξ, βάρβαροί τε πάντες. ΖΕ. ἀλλ' ὦ Ἑρμῆ, ὃ τοῦ Δαρείου πάνυ καλῶς ἔχον ἐστὶν, ὃ εἶπεν ὅτι τοῦ Ζωπύρου· ὥστε καὶ αὐτὸς ἐβουλόμην ἂν ἕνα τοιοῦτον ἔχειν οἷ τὸν Δάμιν, σύμμαχον, ἢ μυρίας μοι Βαβυλῶνας παραχθῆν.

ΟΝΕΙΡΟΣ, ἢ ΑΛΕΚΤΡΥΩΝ.

SOMNIVM, seu GALLVS.

Erasmo Roterodamo interprete.

ARGVMENTVM.

Hoc dialogo diuitiarum atque potentiæ incommoda molestiásque persequitur, ostendens quàm contrà tranquilla res paupertas sit, si modò sit sorte sua contenta. Facit autem hoc veluti collatione quadam. Nam in priore quidem parte dialogi Micyllus somnium exponendo suum, Eucratis cuiusdam opulenti cœnas, diuitias, luxum, & quæcunque vulgo speciosa & expetenda videntur, extollit, adiecto etiam encomio auri, tum ab exemplis, tum ab effectu & vsu & cæteris amplificato. In posteriore autem parte, Gallus, qui ex Pythagora in auem transformatus, cum hero suo Micyllo colloquens introducitur, diuitum cùm priuatorum ac ciuium, tum regum atque potentum molestias, curas & pericula recenset, quæ illis & belli & pacis temporibus, præterea etiam circa valetudinem, quam luxus & crapulæ istæ labefactant, accidere solent; additis etiam exemplis eius rei, & hypotyposi quadam, dum fingitur idem vi pennarum suarum reseratis ædium foribus ad ipsas diuitum cellas Micyllum perducere, & coràm, illa quæ verbis narrauerat, spectanda exhibere. Cæterùm omnia hæc ita rursum Lucianus agit, vt non minùs interim Pythagoram quoque vt impostorem ac præstigiatorem quendam sugillet, quippe qui ridiculas & absurdas, & à natura quoque abhorrentes sui transformationes commentus fuerit, & multa eiusmodi, docendi simulatione tradiderit, quibus, hominibus deceptis, solùm sibi auctoritatem compararit. Deinde & Stoicos eodem more suo corripit vt arrogantes ac fastuosos, qui in rebus friuolis sapientiam affectent, & officiorum obseruantes videri cupiant, in cæteris verò neque domesticis neque publicis hominum conuersationibus appositi atque idonei sunt. Omnino autem festiuissimus iocus est, Gallum cum hero suo ridiculè adeo ac familiariter nugari, & interim tamen sapientiùs philosophari quàm quemuis in schola philosophum.

Interlocutores, MICYLLVS, GALLVS.

Αλλά σε, ὦ κάκιστε ἀλεκτρυών, ὁ Ζεὺς αὐτὸς ὀλοίατο, φθονερὸν οὕτω, καὶ ὀξύφωνον ὄντα, ὃς με πλουτοῦντα, καὶ ἡδίστῳ ὀνείρῳ ξυνόντα, καὶ θαυμασὴν δαιμονίαν δαιμονῶντα, βαθύτερόν τι καὶ μεγαλοπρεπὲς ἀναβοήσαντα, ἐπήγειρας, ὡς μηδὲ νύκτωρ ζῆν πλέον μιαρωτέραν πενίαν δραφύγοιμι. κάκιστε εἶγε χρὴ τερμηρεῖσθαι τῇ τε ἡσυχίᾳ, πολλῆ ἔτι οὔσῃ, καὶ τῷ κρύει, μηδέπω με ὀρθρινὸν ὥσπερ εἰώθει ἀποκναίοντι (γνώμων γὰρ οὗτός μοι ἀψευδέστατος, περιτελλουσης ἡμέρας) οὐδέπω μέσαι νύκτες εἰσίν. ὁ δὲ, ἄυπνος οὗτος, ὥσπερ ὁ χρυσοῦς ἐκεῖνο κώδιον φυλάττων, ἀφ' ἑσπέρας ὠδὰς ἤδη κέκραγεν. ἀλλ' οὔτι χαίρων γε ἀμισοδμῃ γὰρ ὠδὰς σε, ἰὼ μόνον ἡμέρα γλύπτα, σωτείρων τῇ βακτηρίᾳ· νῦν γάρ μοι περάγματα παρέξεις, ἀναπηδῶν ἐκ τοῦ σκότου. ΑΛΕΚ. Μίκυλλε δέσποτα, ὤμην τί χαρίσασθαί σοι, φθάνων τὰς νυκτὸς, ὁπόσον δυνάμην, ὡς ἔχοις ὀρθρευόμενος διανύειν τὰ πολλὰ τῶν ἔργων. ἰὼ ἐγὼ ὡρίν ἀπατεῖλαι ἥλιον μίαν χρηπῖδα ἐργάσαιο, περιοδοῦ ἔσῃ τοῦτο ἐς τὰ ἄλφιτα πεπονηκώς. εἰ δέ σοι καθεύδειν ἥδιον, ἐγὼ μὲν ἡσυχάσομαί σοι, καὶ πολὺ ἀφωνότερος ἔσομαι τῶν ἰχθύων. σὺ δὲ ὅρα ὅπως μὴ ὄναρ πλουτῶν, λιμώττῃς ἀνεγρόμενος. ΜΙΚ. ὦ Ζεῦ τεράστιε, καὶ Ἡράκλεις ἀλεξίκακε, τί ὁ κακὸν τοῦτό ἐστιν; ἀνθρώπινος ἐλάλησεν ὁ ἀλεκτρυών. ΑΛΕ. εἶτά σοι τέρας εἶναι δοκεῖ τὸ τοιοῦτον, εἰ ὁμόφωνος ὑμῖν εἰμι; ΜΙΚ. πῶς γὰρ οὐ τέρας; ἀλλ' ἀποτρέπετε, ὦ θεοί, τὸ δεινὸν ἀφ' ἡμῶν. ΑΛΕΚ. σύ μοι δοκεῖς, ὦ Μίκυλλε, κομιδῇ ἀπαίδευτος εἶναι, μηδὲ ἀνεγνωκέναι τὰ Ὁμήρου ποιήματα, ἐν οἷς ὁ τοῦ Ἀχιλλέως ἵππος ὁ Ξάνθος, μακρὸν χαίρειν φράσας τῷ δεσπότῃ, ἔστηκεν ἐν μέσῳ τῷ πολέμῳ διαλεγόμενος, ἔπη ὅλα ῥαψῳδῶν, οὐχ ὥσπερ ἐγὼ νῦν, αὐδὴν μέτρων, ἀλλὰ καὶ ἐμαντεύετο ἐκεῖνος, καὶ τὰ μέλλοντα προεθέσπιζε, καὶ οὐδέν τι προσδόξον ἐδόκει ποιεῖν, οὐδὲ ὁ ἀκούων ἐπεκαλεῖτο, ὥσπερ σὺ τὸν ἀλεξίκακον, ἀποδίοπαγον ἡγούμενος τὸ ἄκυρμα.

A TE, sceleſtiſſime galle, cum iſta tanta inuidentia, vocéque tam acuta, ipſe perdat Iupiter, qui quidem opibus affluentem me, ac dulciſſimo in ſomnio verſantem, & admirabili felicitate fruentem, penetrabile quiddam & clamoſum reſonans, expergefeceris, adeò vt ne noctu quidem effugere liceat paupertatem, vel te ipſo longè nocentiorem. Atqui ſi coniectandum eſt, tum è ſilentio, quod etiamdum ingens eſt, tum è rigore frigoréque quod nondum me, quemadmodũ aſſolet, antelucanò morſicat titillátque (nam hic mihi certiſſimus gnomon aduentantis diei) ne medium quidem adhuc noctis eſt. Sed iſte peruigil, perinde quaſi vellus illud aureum ſeruet, ab ipſa protinus veſpera vociferari cœpit. Verùm haudquaquam impunè: ſiquidem mox pœnas de te ſumam, fuſtéq; comminuam, ſi diluxerit modò: nã nunc negotium mihi faceres, ſubſiliens in tenebris. GAL. Here Micylle, equidem arbitrabar me tibi gratũ eſſe facturũ, ſi quoad poſſem alta nocte lucẽ anteuertiſſem, quò poſſes, antelucanò ſurgens, quamplurimum operis conficere. Etenim ſi priuſquam ſol exoriatur, vel vnicam feceris crepidam, iſthuc laboris lucro tibi acceſſerit ad parandum victum. Quòd ſi tibi magis libet dormire, equidem tuo arbitratu quietẽ egero, longéque magis mutus fuero piſcibus. Cæterùm tute videto, ne per ſomnium diues, eſurias experrectus. MIC. O prodigiorum auerſor Iupiter, ô malorũ depulſor Hercules: quid hoc mali eſt? Vocem humanã ſonuit gallus. GAL. Hoccine tandem tibi prodigium videtur, ſi eadem qua vos lingua loquor? MIC. Quid? an non hoc portentum? Sed auertite Dij malum à nobis. GAL. At tu mihi videris admodum illiteratus eſſe, Micylle, nec euoluiſſe Homeri poëmata, in quibus equus Achillis; cui nomen Xanthus, poſteaquam hinnitus longum valere iuſſiſſet, medio in prælio conſtitit, differens, totóſque verſus ordine recitans, non quemadmodum nunc ego proſa oratione loquens: quinetiam vaticinabatur ille, déque futuris edebat oracula: neque quicquam prodigioſum facere videbatur: neque is qui tum audiebat, malorum auerſorem, ita vti tu facis, implorabat, quaſi rem abominandam & auertẽdam audiſſe ſeſe iudicaret.

At quid tandem facturus eras, si tibi nauis, cui nomen apud Homerum est Argo, carina fuisset elocuta, ita vt olim in Dodonæa sylua phagus per se loquens oraculum edidit? Aut si tergora directa serpere vidisses, si carnes boum mugire semiassas, coctásque, verubus transfixas? Ego verò quum Mercurij sim assessor loquacissimi, deorúmque omnium facundissimi: præterea contubernalis vobis & conuictor: haud mirum videri debet si sermonem humanum edidici. Quòd si mihi recipias taciturnum te, haudquaquam grauabor veriorem tibi caussam aperire, vnde factum sit vt eadem qua vos lingua loquar, & vnde mihi suppetat huius orationis facultas. MIC. Modò ne isthuc ipsum sit somnium, Galle, quod ita mecum loqueris: sed dicito per Mercurium, ô præclare, quid etiam aliud rei tibi sit in caussa vt istam linguam sones. Nam vt taceam, neque cuiquam proferam, quid attinet te solicitum esse? Quis enim fidem mihi sit habiturus, si cui narrem, me Gallum hæc loquentem audisse? GAL. Ausculta igitur: nam orationem ex me audies, omnium (sat scio) maximè nouam atque incredibilem. Siquidem hic qui nunc tibi gallus appareo, non ita pridem homo fui. MIC. Profectò & olim istiusmodi quiddam de vobis inaudieram, adolescentulum quempiam fuisse Gallum, Martis adamatum, atque hunc deo compotasse, collusitasséque, & in voluptatibus gessisse morem. Itaque cùm Venerem adiret Mars cum ea cubiturus, hunc quoque Gallum vnà secum adduxisse. Quoniam autem Solem potissimùm metueret, ne si è sublimi conspexisset, Vulcano se proderet: foris ad ostium adolescentulum semper relinquere solitum, cuius indicio certior fieret quando Sol emergeret. Deinde Gallum aliquando somno correptum, excubias deseruisse inscientem, Solémque nullo præsentiente imminuisse Veneri, ac Martis securè dormienti, propterea quòd confideret Gallum indicaturum fuisse si quis interuenisset. Itaque Vulcanum à Sole edoctum, eos deprehendisse, implicitos atque irretitos iis vinculis quæ iam olim in illos fuerat fabricatus. Porrò Martem, simul atque dimissus est, indignatum aduersus Gallum fuisse, atque eum in auem transmutasse, iisdem armis, vt in capite pro galea cristam obtineret.

Gallus adolescens in auem conuersus.

A κἀμοὶ τί δῶ ἐποίησας, εἰ σοι ἡ τῆς Ἀργοῦς ζῶσα ἐλάλησεν, ὥσπερ ποτὲ ἡ φηγὸς ἐν Δωδώνῃ αὐτόφωνος ἐμαντεύετο; ἢ εἰ βύρσας εἶδες ἑρπούσας, καὶ βοῶν κρέα μυκώμενα, ἡμίοπτα, καὶ ἐφθά, ὡς ἐπὶ πρόβατα τοῖς ὀβελοῖς; ἐγὼ δὲ, Ἑρμοῦ πρέσβυς ὤν, λαλίστατου καὶ λογιωτάτου θεῶν ἁπάντων, καὶ τἄλλα ὁμοδίαιτος ὑμῖν, καὶ συνέφηβος, οὐ χαλεπῶς ἔμελλον ἐκμαθήσεσθαι τὴν ἀνθρωπίνην φωνήν. εἰ δὲ ἐχέμυθός μοι δοκῶ εἶναι, οὐκ ἂν ὀκνήσαιμί σοι τὴν ἀληθεστέραν αἰτίαν εἰπεῖν τῆς παρ' ὑμᾶς ὁμοφωνίας,

B ἣ ὅθεν ἐπαρχή μοι οὕτω λαλεῖν. MIK. Ἀλλὰ μὴ ὄνειρος ἡ ταῦτά ἐστιν, Ἀλεκτρυὼν οὕτω παρὰ σὲ ἐμὲ διαλεγόμενος; εἰπὲ δ' οὖν πρὸς τὸν Ἑρμοῦ, ὦ βέλτιστε, ὅ, τι ἢ ἄλλο σοι τῆς φωνῆς αἴτιον. ὡς δὲ σιωπήσομαι, ἢ παρὰ σοῦ ἑνὸς ἐρῶ, τί σε χρὴ δεδιέναι; τίς γὰρ ἂν πιστεύσειέ μοι, εἴ τινι διηγοίμην ὡς ἀλεκτρυόνος αὐτὰ εἰπόντος ἀκηκοώς; ΑΛΕ. ἄκουε δίκαιον. προδοξότατόν σοι λόγον ἃ οἶσθ' ὅτι λέγω, ὦ Μίκυλλε. οὐδενὶ γὰρ ὁμοίως σοι ἀλεκτρυὼν φαινόμενος, οὐ πρὸ πολλοῦ ἀνθρωπος ἦν. MI. ἤκουσά τι καὶ πάλαι τοιοῦτον

C ἀμέλει περὶ ὑμῶν, ὡς ἀλεκτρυὼν τις νεανίσκος, φίλος γοῦν τοῦ Ἄρεως, καὶ συμπίνοι τῷ θεῷ, καὶ συγκωμάζοι, καὶ κοινωνοίη τῶν ἐρωτικῶν. ὁπότε γοῦν ἀφίοι πρὸς τὴν Ἀφροδίτην μοιχεύσων ὁ Ἄρης, ἐπάγεσθαι καὶ τὸν Ἀλεκτρυόνα, ἢ ἐπειδήπερ μάλιστα τὸν Ἥλιον ὑφορῷτο, μὴ κατίδῃ, ἐξείπῃ πρὸς τὸν Ἥφαιστον, ἔξω πρὸς ταῖς θύραις ἀπολείπειν ἀεὶ τὸν νεανίσκον, μιμνήσκοντα ὁπότε φαίνοι ὁ Ἥλιος· εἶτα ποτὲ καθαρχόμενον μὴ

D τὸν Ἀλεκτρυόνα, καὶ προδοῦναι τὴν φωνὴν ἀκοντα· τὸν δὲ Ἥλιον λαθόντα, ὑπισχνῆται τῇ Ἀφροδίτῃ, καὶ τῷ Ἄρει ἀφροντιδὶ διαπαιγμόν, ἐφ' ᾧ πιστεύειν τὸν ἀλεκτρυόνα μιμήσασθαι, εἴ τις ὑπνοι, ὡς οὕτω τὸν Ἥφαιστον ἀπ' Ἠλίου μαθόντα, συλλαβεῖν αὐτούς, προσβαλόντα τοῖς δεσμοῖς, ἃ πάλαι μεμηχάνητο ἐπ' αὐτούς· ἀφεθέντα δὲ, ὡς ἀφείθη, τὸν Ἄρεα ἀγανακτῆσαι πρὸς τὸν Ἀλεκτρυόνος, καὶ μεταβαλεῖν αὐτὸν εἰς τοῦτὸ ὄρνεον αὐτοῖς ὅπλοις, ὡς αὐτὶ τοῦ κράνους, τὸν λόφον ἔχειν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς.

διὰ τοῦτο ὑμᾶς ἀπολογουμένους τοῦ Ἄρεως, ὅτ' οὐδὲν ὄφελος, ἐπειδὴ ἀθρήσατε αἰσθόμενα τὸν Ἥλιον, πρὸ πολλοῦ βοᾶν, ὑποσημαινομένους τὴν αἰσθησιν αὐτοῦ. ΑΛ. φασὶ μὲν καὶ ταῦτα, ὦ Μίκυλλε. Ὃ δὲ ἐμὸν, ἕτερόν τι ἐγένετο, καὶ πρώην ἔναγχος εἰς ἀλεκτρυόνα σοι μεταβέβηκα. ΜΙΚ. πῶς; ἐθέλω γὰρ τοῦτο μάλιστα εἰδέναι. ΑΛΕ. οἶσθα ἆρα τὸν Πυθαγόραν Μνησάρχιδου Σάμιον; ΜΙΚ. τὸν σοφιστὴν λέγεις; τὸν ἀλαζόνα; ὃς νομοθετεῖ μήτε κρεῶν γεύεσθαι, μήτε κυάμους ἐσθίειν, ἥδιστον ἐμοὶ γοῦν ὄψον, ἐκτράπεζον, ἄπονον ἀποφαίνων; ἔτι δὲ καὶ πείθων τοὺς ἀνθρώπους ἐς πέντε ἔτη μὴ λαλεῖσθαι. ΑΛΕ. ἴσθι δῆτα κἀκεῖνο, ὡς πρὸ τοῦ Πυθαγόρου, Εὔφορβος ἦν. ΜΙΚ. φασὶ, φασὶ, καὶ περιφυρτὸν τὸν ἄνθρωπον, ὦ ἀλεκτρυών. ΑΛΕ. σκόπει αὐτὸς ἐγώ σοι εἰμὶ ὁ Πυθαγόρας, ὥστε παύου, ὦ ἀγαθὲ, λοιδορούμενός μοι, καὶ ταῦτα, οὐκ εἰδὼς οἵους τοὺς ἐμοὺς τρόπους. ΜΙΚ. τοῦτ' αὖ μακρῷ ἐκείνου πρωτοδίκεσον, ἀλεκτρυὼν φιλόσοφος. εἰπὲ δὲ ὅμως, ὦ Μνησάρχου παῖ, ὅπως ἡμῖν αὖθις μὲν ἄνθρωπος, ὄρνις, αὖτις δὲ Σάμιος, Ταναγραῖος ἀνεπέφηνας; ἃ πιθανὰ γὰρ ταῦτα, οὐδὲ πάνυ πιστὰ ἦν ῥᾴδιον, ἐπεὶ καὶ δύο ἤδη μοι τετηρηκέναι δοκῶ πάνυ ἀλλόκοτα ἐν σοὶ τοῦ Πυθαγόρου. ΑΛΕ. τὰ ποῖα; ΜΙΚ. ἓν μὲν, ὅτι λάλος εἶ, καὶ κεκτικὸς· ὁ δὲ, σιωπᾶν ἐς πέντε ὅλα ἔτη, σίμῃ, πρῆνες· ἕτερον δὲ, καὶ πάντελῶς ἀβέβαιον. οὐ γὰρ ἔχων ὅ, τι σοι προβάλλωμι, κυάμους ἔφερες, ὡς οἶσθα, ἔχων, ἦκες· καὶ σὺ οὐδὲν μελλήσας, ἀνέλεξας αὐτούς· ὥστε ἢ ἐψεύσθαί σοι ἀνάγκη καὶ ἄλλῳ τῳ, ἢ Πυθαγόρᾳ ὄντι προβεβιωκέναι, καὶ ὃ ἴσον ἦσθηκέναι, κυάμους φαγόντα, ὡς αὖ εἰ πρὸ κεφαλῆς τοῦ πατρὸς ἐδηδόκεις. ΑΛΕ. οὐ γὰρ οἶσθα, ὦ Μίκυλλε, ἥτις αἰτία τούτων, οὐδὲ τὰ προσφορα ἑκάστῳ βίῳ. ἐγὼ δὲ, τότε μὲν, οὐκ ἤθιον τῶν κυάμων, ἐφιλοσόφουν γὰρ· νῦν δὲ, φάγομαι αὖ, ὀρνιθικὴ γὰρ, καὶ οὐκ ἀπόῤῥητος ἡμῖν ἡ ἕδρα. ἀλλ' εἴ σοι φίλον, ἄκουε, πῶς ἐκ Πυθαγόρου τοῦτο νῦν εἰμι,

A Hanc ob causſiam, quò vos Marti purgetis, cùm iam nihil opus, simul atque Solem exorientem senſiſtis, multò antè vociferari, atque illius exortum prænunciare. GAL. Feruntur quidem & illa Micylle: at quod ego ſum narraturus, multo aliud quiddam fuit: atque adeò nuper admodum in Gallum transformatus ſum. MIC. Quónam modo? Nam iſthuc maximopere cupio cognoſcere. GAL. Audiſtin' de Pythagora quodã Mneſarchida Samio? MICYL. Num ſophiſtam illũ dicis glorioſum, qui inſtituit ne quis vel carnes guſtaret, vel fabas ederet, ſuauiſſimum mihi edulium, ſalubre & para-
B bile, à menſa ſubmouẽs? Præterea autem qui mortalibus ſuaſit ne intra quinquennium loquerentur? GAL. Scis nimirum & illud, quemadmodum priuſquam Pythagoras eſſet, Euphorbus fuerit? MICYL. Præſtigiatorem & prodigiorum artificem hominem aiunt fuiſſe, ô Galle. GAL. Ille ipſe ego tibi ſum Pythagoras. Quare parce, quęſo, mihi conuiciari, præſertim cùm ignores quibus ſim moribus. MICYL. At hoc rurſum multo etiam quàm illud portentoſius: gallus philoſophus? Attamẽ expone ô Mneſarchi gna-
C te, quî factum ſit vt ex homine auis, ex Samio Tanagræus repentè nobis prodieris. Neque enim iſta veriſimilia, neque omnino facilia creditu: quandoquidem duas quaſdam res iam mihi videor in te animaduertiſſe nimiùm alienas à Pythagora. GAL. Quas? MICYL. Alterum quidem, quòd garrulus es & obſtreperus, quum ille ſilere in ſolidos quinque annos (ſi memini) præceperit. Alterum verò planè cum illius legibus pugnat. Etenim cùm non haberem quod tibi obiicerem, fabas heri (ſicut noſti) ad te attuli: ac tu nihil cunctatus protinus eas ſublegebas:
D vnde fit vt neceſſe ſit aut ementitum eſſe te Pythagorã eſſe, quum aliud quiddam ſis: aut ſi Pythagoras es, legem prætergreſſum eſſe te, iuſque violaſſe, quum fabas ederis, perinde ac ſi caput patris comederis. GAL. Non cognouiſti Micylle quæ ſit harum rerum cauſſa, neque quæ ad vnumquodque vitæ genus conducant. Ego tum quidem non eſitabam fabas, propterea quòd philoſophus eſſem. Nunc contrà comeſurus ſim, quippe auitio congruas, neq; nobis repudiandum pabulum. Verùm ſi moleſtum non eſt, audi quemadmodum è Pythagora cœperim eſſe id quod ſum in præſentia,

Pythagoræ metamorphoſes & præſtigia.

quámque in multis vitæ generibus antehac vixerim, & quid ex vnaquaque transformatione ſim conſequutus. MIC Y. Narra quæſo: nam mihi quidem auditu iucundiſſimum fuerit, adeò vt ſi quis mihi deferat optionem, vtrùm te iſta narrantem audire malim, an rurſum felicisſimum illud ſomnium quod paulò antè vidi, videre, haud ſciam vtrum electurus ſim: vſqueadeo cognata germanáque videntur eſſe iſta tua cum ſuauiſſimis illis viſis: & ex æquo vos æſtimo, te pariter ac præclarũ illud inſomnium. GAL. Etiamnum tu ſomnium illud quod dudum tibi viſum eſt, in animum reuocas, & inania quædam obſeruas ſimulachra, atque (vti loquuntur poëtæ) euanidam quandam felicitatem memoria conſectaris? MIC. Imò illud ſcias Galle, ne vllo quidem tempore vnquam viſi illius mihi venturam obliuionem. Tantum mellis, ſomnium aufugiens in oculis mihi reliquit, vt præ illo vix queam palpebras attollere, rurſus in ſomnium coëuntes. Itaque qualem voluptatem mouent pennæ in auribus verſatę, talem titillationem mihi præbent ea quæ vidi. GAL. Nouum quendam Hercule mihi narras amorem inſomnij: ſiquidem alatum quum ſit (ſicut aiunt) metáſque volandi præſcriptas habeat ſomnium, iam ſepta trãſilit, in oculis etiam vigilantis obuerſans: adeò mellitum & euidens apparet. Quare per velim audire cuiuſmodinam ſit iſtud quod te ſupra modum delectat. MIC. Geſtio narrare. Nam dulce eſt hoc ipſum meminiſſe, & commemorare de illo quippiam. Verùm heus Pythagora, quando tu narrabis de tuis transformationibus? GAL. Vbi tu Micylle deſieris ſomniare, mélque illud ab oculis abſterſeris. Interim prior dicito, vti intelligam vtrúmne per portas eburneas, an per corneas tibi ſomnium aduolarit. MI. Neque per has, neque per illas, ô Pythagora. GAL. Atqui duas haſtantùm commemorat Homerus. MIC. Valere ſinas nugatorem illum poëtam, qui nihil de ſomniis intellexit. Paupertina fortaſſis ſomnia per iſtas commeant portas, qualia videbat ille, neque id admodum perſpicuè, quippe captus oculis. Mihi verò per aureas quaſdam portas dulciſſimum hoc aduênit ſomnium, & ipſum aureum vndique, & aureis circumamictum, & auri plurimum ſecũ adducens. GAL. Deſine optime Mida de auro fabulari.

Inſomniorum ratio ex Homero.

ἢ ἐν ὅσοις πρότερον ἐβιότευσα βίοις, καὶ ἅπινα τ' μεταβολῆς ἀπολέλαυκα ἐκβάσης. MI. λέγοις ἄν, ὡς ἐμοί γε ἡδέως ἂν ἀκούσμα γένοιτο, ὥστε εἴ τίς αἵρεσιν προτείνοι, πότερον μᾶλλον ἐθέλω σε ἀκούειν τὰ τριῶπα διεξιόντα, ἢ τὸν πονηρὸν ὄνειρον ἐκεῖνον αὖθις ὁρᾶν, τὸν μικρὸν ἔμπροσθεν, οὐκ οἶδα ὁπότερον ἂν ἕλοίμην, ἄτοπα ἀδελφὰ φαίνεται τὰ σὰ τοῖς ἡδίοσι φαντάσμασι, καὶ ἐν ἴσῃ τιμῇ ὑμᾶς ἄγω, σέ τε, καὶ τὸ πολυτίμητον ἐνύπνιον. ΑΛ. ἐπὶ γὰρ σὺ αἰσθάνῃ τὸν ὄνειρον, ὅστις ποτὲ ὁ φανείς σοι ἰῶ, καί τινα ἰνδάλματα μάταια διαφυλάττῃς, κενὸν, καὶ, ὡς ὁ ποιητικὸς λόγος, ἀμαυρούμενα τινα εὐδαιμονίαν τὴν μνήμην μεταδιώκων; MI. ἀλλ' ἀπολήσομαί ποτε, ὦ ἀλεκτρυών, ὦ ἵππου, τῆς ὄψεως ἐκείνης. ἅτοπα μοι πολὺ τὸ μέλι ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁ ὄνειρος καταλιπών, ὡς ἔοικε, μόγις ἀνοίγω τὰ βλέφαρα ἐπ' αὐτά, εἰς ὕπνον αὖθις καταπίπτοντα. οἵῳ οὖν ἐν τοῖς ὠσὶ τὰ πτερὰ ἐρεθίζεται στρεφόμενα, τοιοῦτον θρύλλον παρείχετό μοι τὰ ὁρώμενα. ΑΛ. Ἡράκλεις, δεινόν τινα φῆς τὸν ἔρωτα τὸν ἐνυπνίου, εἰ γε πτηνὸς ὤν, ὡς φασι, καὶ ὄρνιν ἔχων τῆς πτήσεως τὸν ὕπνον, ὑπὲρ τὰ ἑπτάμυια ἤδη πεδᾶται, καὶ ἐμπεπόηται τοῖς ὀφθαλμοῖς, μελιχρὸς ἅτα, καὶ ἐναργὴς φαινόμενος. ἐθέλω γοῦν ἀκοῦσαι οἷός τίς ἐστιν, ἅτα σοι τερπάμενος ὤν. MI. ἕτοιμος λέγειν. ἡδὺ γοῦν τὸ μεμνῆσθαί τι καὶ διεξιέναι τι περὶ αὐτοῦ. σὺ δὲ πείνᾳ, ὦ Πυθαγόρα, δίκην σὴν περὶ τῶν μεταβολῶν; ΑΛ. ἐπειδὴ σύ, ὦ Μίκυλλε, παύσῃ ὀνειρώττων, καὶ ἀποψήσῃ ἀπὸ τῶν βλεφάρων τὸ μέλι; τὸ νῦν δὲ, πρότερος εἰπέ, ὡς μάθω εἴτε διὰ τῶν ἐλεφαντίνων πυλῶν, εἴτε διὰ τῶν κερατίνων σοι ὁ ὄνειρος ἦκε πετόμενος. MI. οὐδὲ δι' ἑτέρας τούτων, ὦ Πυθαγόρα. ΑΛ. καὶ μὴν Ὅμηρος δύο ταύτας μόνας λέγει. MI. ἔα χαίρειν τὸν λῆρον ἐκεῖνον ποιητήν, ὃς οὐδὲν εἰδότα ὀνείρων πέρι· οἱ πένητες ἴσως ὄνειροι διὰ τοιούτων εἰσφοιτῶσιν, οἵοις ἐκεῖνος ἐώρα, οὐδὲ πάνυ σαφῶς, τυφλὸς αὐτὸς ὤν. ἐμοὶ δὲ διὰ χρυσῶν τινων πυλῶν ὁ ἥδιστος ἀφίκετο, χρυσοῦς τε αὐτὸς, καὶ χρυσᾶ πάντα περιβεβλημένος, καὶ πολὺ ἐπαγόμενος χρυσίον. ΑΛ. παῦε, ὦ Μίδα βέλτιστε, χρυσολογῶν.

ἀτεχνῶς

ἀπεχρῶς γὰρ ἐκ τῆς ἐκείνου σοι εὐχῆς ὃ ἐνύπνιον, καὶ μέταλλα ὅλα χρυσίου κεκτῆσθαί μοι δοκεῖς. ΜΙΚΥΛ. πολύ, ὦ Πυθαγόρα, χρυσίον εἶδον, πολὺ· πῶς οἷς καλόν, οἷον τινὰ αὐγὴν ἀπαστράπτον; τί ποτε ὁ Πίνδαρος φησὶ περὶ αὐτοῦ, ἐπαινῶν; ἀνάμνησον γάρ με, εἴπερ οἶσθα, ὁπότε ὕδωρ ἄριστον εἰπών, εἶτα τὸ χρυσίον θαυμάζει, ὧν ποιῶν, ἐν ἀρχῇ ὕμνου τοῦ καλλίστου τῶν ἀσμάτων ἁπάντων. ΑΛΕ. μῶν σκῶπτε ζητεῖς, Ἄριστον μὲν ὕδωρ, ὁ δὲ χρυσὸς, αἰθόμενον πῦρ ἅτε διαφέρει νυκτὶ, μεγαύχους ἔξοχα πλούτου; ΜΙΚ. νὴ Δία, αὐτὸ τοῦτο. ὥσπερ γὰρ τοὐμὸν ἐνύπνιον ἰδὼν ὁ Πίνδαρος, οὕτως ἐπῄνεσε τὸ χρυσίον. ὡς δὲ ἤδη μάθῃς οἷόν τι λῷον, ἄκουσον, ὦ σοφώτατε ἀλεκτρυών. ὅτι μὲν οὐκ οἰκότως λῷόν ἐστιν ὕδωρ, οἶσθα· Εὐκράτης γάρ με ὁ πλούσιος ἐντυχὼν ἐν ἀγορᾷ, λουσάμενον ἥκειν ἐκέλευε τινὰ ὥραν ὅπῃ τὸ δεῖπνον. ΑΛΕΚ. οἶδα πάνυ τοῦτο, πεινάσας πρὸ ὅλου τινὰ ἡμέραν, ἄχρι μοι βαθείας ἤδη ἑσπέρας ἦκες ἐντυβεβρεγμένος, οἷς πέντε ἐκείνοις κυάμοις κομίζων, οὐ πάνυ δαψιλὲς τὸ δεῖπνον ἀλεκτρυόνι ἀθλητῇ ποτε γνωμένῳ, καὶ Ὀλύμπια οὐκ ἀφαύρως ἀγωνισαμένῳ. ΜΙΚ. ἐπεὶ δὲ δειπνήσας ἐπανῆλθον, σκάφευδον εὐθύς, τοὺς κυάμους σοι ἀναβαλών. εἶτά μοι κατὰ τὸν Ὅμηρον, ἀμβροσίη δέ μιν νύκτα θεὸς τις ὡς ἀληθῶς ὑπέφης ὑπισταί. ΑΛΕΚ. τὰ μὲν δὴ τοῦ Εὐκράτους πρότερα, ὦ Μίκυλλε, διήγησαι, καὶ ὅ δεῖπνον, οἷς ἐχρῆτο, καὶ τὰ ἐν τοῦ συμποσίου πάντα. κωλύει γὰρ οὐδέν αὖθις σε δειπνεῖν, ὥσπερ ὄνειρόν τινα τοῦ δείπνου ἐκείνου προφάγοντα, καὶ ἀναμηρυκώμενον τῇ μνήμῃ τὰ βεβρωμένα. ΜΙΚΥΛ. ἡμῖν ἐνοχλήσειν, καὶ ταῦτα διηρθρωμένος. ἐπεὶ δὲ σὺ προθυμῇ, καὶ δὴ λέγω. ἔστι μοι, ὦ Πυθαγόρα, παλαιός τις φίλος, πλουσίῳ τινὶ δειπνήσας ἐν ἀπόπτῳ τοῦ βίου, τύχῃ τινὶ ἀγαθῇ ἐντυγχάνω χθὲς τοῦ Εὐκράτους· καὶ ἐγὼ μὲν προσιόντων αὐτὸν ὡς εἰώθειν, δεδοικὼς, ἀπηλλαττόμην, ὡς μὴ καταγνώῃ αὐτὸν, ἐν πενιχρῷ τοῦ τείβωνι συμπαρόντ' ἐμοῦ. ὁ δὲ, Μίκυλλέ, φησι,

A Nam dubio procul ex illius voto istud tibi accidit insomnium, & solidas auri venas mihi duxisse videris. MIC. Multam auri vim vidi Pythagora, multam. quàm putas pulchri? quo fulgore coruscantis? Quid tandem Pindarus in illius laudem dicit? nam in memoriam redige, si quidem meministi, quum aquam præstantissimam dicens, postea aurum admiratur, idque iure, statim in initio carminis vnius omnium bellissimi. GAL. Num illud quæris,

Aqua est illa quidem optima:
Cæterùm aurum, vti candens
Ignis, ita enitens, noctibus eminet eximiè
B *Cæteras supra opes quæ* [*vnum*
Gloriam ac decus addunt.

MICYLL. Per Iouem, isthuc ipsum: perinde enim ac si insomnium meum videat Pindarus, ita prædicat aurum. Sed vt tandem cognoscas quale fuerit, ausculta iam sapientissime Galle. Meministi vt heri nullum domi cibum acceperim: siquidem Eucrates dives ille fortè mihi in foro factus obuiam, lotum me in tempore ad cœnam venire iusserat. GALLVS. Isthuc equidem planè memini. nam totum esuriebam diem, donec mihi, profunda tandem vespera domum reuersus subuuidus, vinóque madens, quinque illas fabas proferres, non admodum opiparam cœnam Gallo, qui quondam fuerit athleta, quíque Olympia non segniter olim decertarit. MICYL. Ast vbi reuersus à cœna fabas tibi obiecissem, obdormij protinus. Tum mihi, iuxta Homerum, ambrosia sub nocte diuinum quoddam haud dubiè somnium assistens. GAL. Sed priùs quæ tibi apud Eucratem acciderint, Micylle narra, & cuiusmodi fuerit cœna, quæque super cœnam acta sunt omnia. D Nihil enim prohibet te denuo cœnare, si veluti somnium quoddam eius cœnæ reducas, & quæ tum ederis, rursum commemoratione quasi rumines. MICYL. Credebam molestum futurum me, si hæc quoque retulissem: verùm posteaquam tu desideras, en id quoque narrabo. Quum nunquam antehac in vita cœnassem apud vllum diuitem, ô Pythagora, heri bona quapiam fortuna in Eucratem incidi: atque ego quidem simul atque dominum illum salutassem, ita vti consueueram, subducebam me: ne pudori illi essem, si lacera in veste fuissẽ assectatus. At ille, Micylle, inquit,

hodie natalitia filiæ celebro, plurimósq; ad conuiuium amicos inuitaui: verùm quoniam aiunt quendam ex his incõmoda esse valetudine, neque posse pariter ad conuiuium nostrum accedere: tu eius loco venito lotus: nisi ipse fortè qui vocatus est, semet adfuturum renunciarit: nã nunc quidẽ ambigit. Hoc vbi audissem, adorato diuite discedebam, omnes obsecrans deos, vt algidam febrem aliquam, aut laterum dolorẽ, aut podagram morbi auctarium immitterent valetudinario illi, cuius ego sellæ occupator, cœnæque vicarius & hæres eram vocatus. Interim hoc spacij quod vsque ad balnei tempus intercessit, longissimum seculum esse iudicabam: dum subinde respicio quot pedum esset litera, & quando illos iam lauisse cõsentaneum esset. Hîc vbi tempus tandem aduenisset, ocyus me corripio, atque abeo, nitidè admodum cultus, sic obuerso palliolo, vt qua esset parte purissimum, ea videretur. Offendo autẽ ad fores & alios cõplures, in quibus etiam illũ (gestabatur autem à viris quatuor) cuius eram subconuiua vocatus, qui malè habere dictus erat, atque id etiam præ se ferebat, quòd afflicta esset valetudine: nam ex alto gemebat, tussiebátque ac screabat velut ex abdito: quódque ægrè graderetur, totus pallidus ac tumens, annos natus circiter sexaginta: ferebatur autem philosophus quispiam esse ex his qui apud adolescentulos nugas deblaterant. At barba mirè erat tragica, id est hircina, supra quàm credi posset tõsoris egens. Porrò increpante Archibio medico, quamobrem cùm ita esset affectus, aduenissem: Non oportet, inquit, promissa deserere, præsertim hominem philosophum, etiamsi mille vrgeant & instent morbi. Putabit enim Eucrates sese à nobis haberi ludibrio. Haudquaquam, inquam ego: imò collaudabit te, si domi potiùs apud te velis emori, quàm in conuiuio animam vnà cum phlegmate excreans. Atque ille quidem præ arrogantia dissimulabat sese dicterium audisse. Haud multo pòst accessit & Eucrates iam lotus: conspectóque Thesmopolide (nam id erat philosopho nomẽ) Præceptor, inquit, probè quidem factum abs te, qui ipse ad nos veneris: tametsi nihilo deteriùs tibi fuerat futurum: siquidem etiam absenti omnia ordine missa fuissent. Hæc simul atque dixerat, introgreditur, manus illi porrigens, pariter & famulis innitenti.

Gnomonẽ horologij intelligit.

A θυγατρὸς τὴμεραν ἐσιὼ γενέθλια, & προκάλεσα τῶν φίλων μάλα πολλούς. ἐπεὶ δέ τινα φασὶν αὐτῶν μαλακῶς ἔχοντα, ἀχ οἷόν τε εἴη ξυνδειπνῆν μὲθ' ἡμῶν, σὺ αὐτ' ἐκείνου ἥκε λουσάμενος, ἵνα μὴ ὄγε κληθεὶς αὐτὸς, εἴπῃ ἀφίξεσθαι, ὡς νῦν γε ἀμφίβολός ἐστι. τοῦτο ἀκούσας ἐγὼ, προσκυνήσας, ἀπῆλθον δι' ὁμίλου ἅπασι θεοῖς ἱκέσιός τινα, ἢ πλυθεῖσιν, ἢ ποδάγραν ὑπερπέμψαι τῷ μαλακιζομένῳ ἐκείνῳ, οὗ ἔφεδρος ἐγὼ, καὶ ἀντίδειπνος, καὶ ἀφίδρυσις ἐκεκλήμην καὶ ὁ ἄχρι λουσθῇ, αἰῶνα μήκιστον ἐπηρώμην, συνεχὲς ὑπισχνούμενος, B ὁπόσα ποιῶ ὅ στοιχεῖον εἰσὶ, καὶ πηνίκα ἤδη λελουσθῇ δέοι. καὶ πειδή ποτε ὁ κηρὸς ἀφίκετο, πρὸς πάντας ἐμαυτὸν ἀπορρίψας, ἀφῆκα μυσμίως μάλα ἐσκηματισμένος, ὑπερέφας ὅ τελευταῖον, ὡς ὑπὸ τοῦ καθαρωτέρου γένοιτο ἡ ἀναβολή. καταλαμβάνω τε πρὸς ταῖς θύραις ἄλλους τε πολλοὺς, καὶ δὴ κἀκεῖνον, φοράδην ὑπὸ τεττάρων κεκομισμένον, ᾧ με ὑποδέκτην ἔδει, τὸν νοσεῖν λεγόμενον· καὶ ἐδήλου δὲ πονήρως ἔχων. ὑπέστενε γοῦν, & ὑπεβήκατο, & ἀνεχρέμπτετο C μύχιόν τι, καὶ δυς πρόσοδον, ὠχρὸς ὢν ὅλος, καὶ διαφθαρκώς, ἀμφὶ τὰ ἑξήκοντα ἔτη φαίνων. ἐλέγετο δὲ φιλόσοφός τις εἶ τῶν πρὸς τὰ μειράκια φλυαρούντων. ὁ γοῦν πώγων μάλα τραγικὸς ἦν, ἐς ὑπόβολιν κουρικὸν καὶ αἰπολικόν· δὲ Ἀρχιβίου τοῦ ἰατροῦ, ὅτι οὕτως ἔχων ἀφίκετο, Τὰ κατηγγελμένα, ἔφη, ἃ χρὴ προσδιδόναι, τὰ ταῦτα, φιλόσοφον ἄνδρα, κἂν μυρίαι νόσοι ἐμποδὼν ἱστῶνται. πείσεται γάρ Εὐκράτης ὑπερορᾶσθαι πρὸς ἡμῶν. οὐμόσαντος εἰπόντος ἐγὼ, Ἀλλ' ἐπαινέσεταί σε, μᾶ τοὺς οἴκοι θεοὺς σεαυτοῦ μᾶλλον ἀποθανεῖν ἐθέλοις, ἢ παρ' ἐν τῷ συμποσίῳ σιωπᾷ καχρεμψάμενος τὸν ψυχὸν μετὰ τοῦ φλέγματος. ἐκφυσᾶν μὲν οὖν ὑπὸ μεγαλοφροσύνης, ἃ προσεποιεῖτο ἀκηκοέναι τοῦ σκώμματος. ἐφίσταται δὲ μετ' μικρὸν ὁ Εὐκράτης λελουμένος, καὶ ἰδὼν τὸν Θεσμόπολιν (τοῦτο γὰρ ὁ φιλόσοφος ἐκαλεῖτο) Διδάσκαλέ, φησιν, οὐ μὲν ἐποίησας αὐτὸς ἥκων πρὸς ἡμᾶς· ἃ μεῖον δ' ἂν τί σοι ἐγένετο, καὶ ἀπόντι γὰρ ἅπαντα ἐξῆς ἐπέσαλτο δῦ. καὶ ἅμα λέγων, εἰσῄει χεῖρας ὀρέγων αὐτῷ, ἐπορειδομένῳ καὶ τοῖς οἰκέταις.

ἐγὼ μὲν οὖν ἀπιέναι παρεσκευαζόμην· ὁ δὲ, A Ego igitur iam abire parabam: verùm ille conuersus, vbi diu secum hæsitasset, posteaquam me tristem admodum videret, Ades, inquit, tu quoque Micylle, ac nobiscum cœna. Nam filiũ in mulierum conclaui vnà cum matre conuiuium agere iubebo, quò tibi sit locus. Ingrediebar itaque, cùm parum abfuerit vt lupus frustra hians discederem: verùm ingrediebar pudefactus, quòd Eucratis filiolum è conuiuio viderer expulisse. Ast vbi iam tempus esset vt discumberemus, primum tollentes Thesmopolin composuerunt, haud sine negotio per Iouem, quinque (si Diis placet) proceri iuuenes, ceruicalia illi supponentes vndiquaque: quò nimirum in eodem habitu permanere, ac longum etiam tempus durare posset. Deinde vbi nemo iam tolerare posset vt iuxta illum accumberet, me adductum reclinant, vt eadem in mensa essemus. Deinceps cœnabamus, ô Pythagora, opiparam quandam & variam cœnam, multóque in auro, multo item argento. Pocula erãt aurea, ministri formosi: tum cantores, & concitandi risus artifices. In summa iucundissima quæpiam erat vita: nisi quòd vnum quiddam me vehementer malè habebat, Thesmopolis obstrepens atque obturbans, virtutem nescio quam mihi commemorans, docénsque quòd duæ negationes vnicam efficerent affirmationem: quódque si dies sit, nox non sit. Nonnunquam & cornua mihi dictitabat esse: atque id genus multa philosophabatur erga me, quibus eiusmodi nihil opus: planéque voluptatem interpellatione minuebat, quum non sineret exaudiri eos qui cithara vocéque canebant. Habes Galle de cœna. GAL. Non admodum suaui Micylle: maximè posteaquam cum illo deliro sene sortitus eras accubitum. MICY. Audi nunc insomnium. Visus enim mihi Eucrates ipse, quum orbus esset liberis, nescio quomodo è vita decedere. Dehinc vbi me accersisset, ac testamentum condidisset, quo me in solidum hæredem omnium scripserat, paulo tempore superstes emori. Porrò ipse videbar adire facultates: & tum aurum argentúmque ingẽtibus quibusdam scaphis exhaurire, perpetuò subscaturiens, & affatim affluens: tum autem vestes, mensas, pocula, ministros, omnia mea, vt par erat, esse. Postea candido vehiculo vectabar resupinus, cunctis qui intuebantur, conspiciendus & admirãdus.

Diuitum speciosa ac beata.

Accurrebant permulti, ac circumequitabant, complures sequebantur. Ego interim illius indutus vestitum, & annulos gerens circiter sedecim, digitis insertos, epulum quoddam splendidum iubebam adornari, quo amicos acciperem. Iámque illi, ita vt in somnio fieri consentaneum est, aderant: iam epulæ erant comportatæ: iam potus ex animi sententia ministratus. In his quum versarer, & aureis phialis præbiberem omnibus qui aderant amicis: cùm iam inferrentur bellaria, intempestiuo tuo clamore perturbasti nobis conuiuium, mensásque subuertisti, ac diuitias illas ita dissipasti, vt in auras euanescerent. Num tibi videor iniuria stomachatus in te? nam vel treis noctes perpetuas libenter adhuc somnium illud quod mihi accidit, videre cupiam. GAL. Adeóne es auri cupidus, & opum auidus Micylle? idque ex omnibus vnum admiraris, ac felicitatem vnicam esse iudicas, si plurimum possideas auri? MYCIL. Equidem haud solus ita cogito Pythagora: quin ipse quoque, tum quum Euphorbus esses, auro atque argento comis intexto prodibas pugnaturus cum Achiuis, ídque in bello, vbi ferrum quàm aurum gestare satius fuerat. At tu etiam tum voluisti calamistris auro internexis in periculum descendere. Atque ob eam (opinor) caussam, Homerus comas tuas Gratiis similes dixit, quòd auro argentóque reuincirentur. Etenim longè nimirum meliores atque amabiliores videbantur quòd essent auro religatæ, vnáque cum eo relucerent. Neque isthuc nouum est, auricome, si tu Pantho patre prognatus, aurum in precio habuisti: quin & ipse Deorum omnium hominúmque pater ille, Saturno Rheáque progenitus, quum Argolicam illam puellam adamaret, vbi nihil inueniret amabilius in quod sese transformaret, neque quo Acrisij custodias posset corrumpere, audisti videlicet vt aurum sit factus, atque ita per tegulas illapsus potitus est ea quam deperibat. Iam verò quid tibi commemorem quàm multos vsus præbeat aurum? & vt eos quibus adfuerit, formosos & sapientes & potentes reddat, decus & gloriam illis concilians? vtque nonnunquam ex obscuris & infamibus claros ac celebres repentè efficiat? Nam nosti vicinum mihi & ciusdem artificij Simonem,

A καὶ παρέβαινον πολλοί, καὶ παρεπήδευον, καὶ εἵποντο πλείους. ἐγὼ δὲ, τὴν ἐσθῆτα τὴν ἐκείνην ἔχων, καὶ δακτυλίους βαρὺς, ὅσον ἑκκαίδεκα, ἐξημμένους τῶν δακτύλων, σκέλυον ἑστιάσιν τινα λαμπρὰν παρεσκευαζόμην εἰς ὑποδοχὴν τῶν φίλων. οἱ δὲ, ὡς ἐν ὀνείρῳ εἰκὸς, ἤδη παρῆσαν, καὶ τὸ δεῖπνον ἀρτι συνεκομίζετο, καὶ ὁ πότος συνεκροτεῖτο· ἐν τούτῳ ὄντα με, καὶ φιλοτησίας παρεπίνοντα ἐν χρυσαῖς φιάλαις ἑκάστῳ τῶν παρόντων, ἤδη τὸ πλακοῦντος σκομιζομένου, ἀναβοήσας ἀκαίρως, συνεπάρξας μοὶ ἡμῖν τὸ συμπόσιον, ἀνέζευξας δὲ B ταῖς τραπέζαις, τὸν δὲ πλοῦτον σκιὴν ἀφανεσθέντας, ὑπνέμιον φέρεσθαι παρεσκεύασας. ἆρά σοι ἀλόγως ἀγανακτῆσαι κατ' σοῦ δοκῶ, ὡς τελέαν ἂν ἤδεως ἐπὶ εἶδον τὸν ὄνειρόν μοι γλυκύμυθον; ΑΛ. ὕτω φιλόχρυσος, καὶ φιλόπλουτος, ὦ Μίκυλλε, καὶ μόνον τοῦτο ἐξ ἁπάντων θαυμάζῃς, καὶ ἡγῇ εὐδαίμονα εἶ) πολὺ κεκτῆσθαι χρυσίον; MI. οὐκ ἐγὼ μόνος, ὦ Πυθαγόρα, τοῦτο, ἀλλὰ καὶ σὺ αὐτὸς, ὁπότε Εὔφορβος ἦσθα, χρυσὸν καὶ ἄργυρον C ἐξημμένος τῶν βοστρύχων, ὅτω ἐξῆς πολεμήσων τοῖς Ἀχαιοῖς, καὶ ἐν τῷ πολέμῳ ἔνθα σιδηροφορᾶν μᾶλλον ἢ χρυσοφορᾶν ἄμφνον ἦν. σὺ ὃ καὶ ποτε ἠξίους χρυσῷ δεδεμένους τοὺς πλοκάμους ἔχων, δεικνὺς ὠιδήν. καί μοι δοκεῖ Ὅμηρος δι' ὅτι Χαρίτεσιν ὁμοίας εἰπεῖν σου τὰς κόμας, ὅτι χρυσῷ τε, καὶ ἀργύρῳ ἐσφίγγοντο· μακρῷ γὰρ ἀμείνους δηλαδὴ, καὶ ἐρασμιώτεραι ἐφαίνοντο, συναναπεπλεγμέναι τῷ χρυσίῳ, καὶ συναπολάμπουσαι μετ' αὐτοῦ. κἀμοὶ τὰ μὲν σὰ, ὦ χρυσοκόμη, μέτεια, εἰ Πάνθου υἱὸς ὢν, ἐτίμας τὸ χρυσίον. ὁ δὲ πάντων θεῶν πατὴρ, καὶ ἀνδρῶν, ὁ Κρόνου καὶ Ῥέας, ὁπότε D ἠράσθη τῆς Ἀργολικῆς ἐκείνης μειρακίου, οὐκ ἔχων εἰς ὅ, τι ἐρασμιώτερον αὐτὴν μεταβάλοι, οὐδὲ ὅπως αὖ διαφθείρῃ τοῦ Ἀκρισίου τὴν φυλακὴν, ἀκριβῶς ἤδη που ὡς χρυσίον ἐγίγνετο, καὶ ῥυεὶς διὰ τῶν τεγῶν, σωλὴν τὴν ἀναπεμένη. ὥστε τί ἄν σοι τὰ ὅπλα τούτῳ ἔτι λέγοιμι; ὅσας μὲν χρείας παρέχεται ὁ χρυσὸς· ὡς δὲ οἷς ἂν πάρῃ, καλούς τε ἀνδρας, καὶ σοφοὺς, καὶ ἰσχυροὺς ἀναφαίνει, τιμιόν τε δόξαν συναπτῶν, καὶ ἐξ ἀφανῶν, καὶ ἀδόξων, ἐνίοτε περιβλέπτους καὶ ἀοιδίμους ἐργάζεται τίθησι; τὸν γείτονα γοῦν μοι τὸν ἐμότεχνον οἶδα, τὸν Σίμωνα,

ὑπερὶ πολλοῦ δέ πνήσσμπα παρ' ἐμοὶ, ὅτε ὁ A qui paucis antè diebus apud me cœnauit,
ἔτινος ἤφωμεν τοῖς Κρονίοις, δύο τόμους τ' ἀλ- quum legumen coquerem Saturnalibus,
λάντος ἐμβαλών. ΑΛΕ. οἶδα, τὸν σιμὸν, duáſque extorum cæſuras immitterem.
τὸν βραχύ, ὃς ὃ κεραμεοῦν πρύβλιον ὑφε- GAL. Noui, Simonem illum breuem:
λόμενος, ᾤχετο ὑπὸ μάλης ἔχων, μὴ δ' qui fictilem ollulam, quæ nobis erat vni-
δεῖπνον, ὃ μόνον ἡμῖν ὑπῆρχεν. εἶδον γὰρ αὐ- ca, ſuffuratus, peracta cœna abiit ſub ala
τὸν, ὦ Μίκυλλε. ΜΙΚ. ὀκνῶ ὀκφνος geſtans. Nam ipſe vidi Micylle. MIC.
αὖτ' κλέψας, εἶτα ἐπωμόσατο θεοὺς τοσού- Atqui quum eam ſuſtulerit, tam mul-
τους. ἀλλὰ τί οὐκ ἐμιμύνες, καὶ ἐβόας τότε, ὦ tos ille deos poſtea iurabat. Sed cur non
ἀλεκτρυών, λανθάνοντάς ἡμᾶς ὁρῶν; ΑΛΕ. prodebas, ac vociferabare tum ô Galle,
ὠκύκυζον, ὃ μόνον μοι τότε δυνατὸν ἦν. τί quum nos furto ſpoliari conſpiceres?
δ' οἴει ὁ Σίμων; ἐώκεις γάρ τι περὶ αὐτοῦ GAL. Coccyzabam, quod mihi ſolùm
ἐρεῖν. ΜΙΚ. ἀνεψιὸς ἦν αὐτῷ, πλούσιος ἐς B licebat id temporis. Verùm quid Simon
ὑπερβολήν, Δεισύλος τοὔνομα· οὗτ' ζῶν ille? Nam videbare de illo dicturus ne-
μοὶ, οὐδὲ ὀβολὸν ἔδωκε τῷ Σίμωνι. πῶς ſcio quid. MIC. Ei conſobrinus erat vir
γὰρ, ὃς οὐδὲ αὐτὸς ἥπτετο τῶν χρημάτων; ſupra modum diues, nomine Drimylus:
ἐπεὶ δὲ ἀπέθανε πρῴην, ἅπαντα ἐκεῖνα is quoad viuebat, ne obolum quidem
τοῖς νόμοις, Σίμων ὁ τὰ ῥάκια τὰ πινα- donauerat Simoni: nam quî daret, cùm
κᾶ, ὁ δὲ πρύβλιον περιλείχων, ἄσμενος ἐξε- ne ipſe quidem pecunias attingeret?
λαθεὶς, ἀλουργῆ καὶ ὑσσινοβαφῆ ἀμπεχό- At ſimul atque mortuus eſt nuper, vni-
μενος, οἰκέτας, καὶ ζεῦγη, καὶ χρυσᾶ ἐκ- uerſis illis opibus, iuxta leges, Simon ille,
πώματα, καὶ ἐλεφαντόποδας τραπέζας ἔ- qui coria putria, qui patellam circum-
χων, ὑφ' ἁπάντων προσκυνούμενος, οὐδὲ lingebat, gaudens potitur, purpura oſtró-
προσβλέπων ἔτι ἡμᾶς. ἐναλιγκίως γοῦν ἐγὼ C que circunteclus: famulóſque & currus,
μὴ ἰδὼν προσιόντα, Χαῖρε, ἔφην, ὦ Σίμων. & aurea pocula, & menſas eburnis in-
ὁ δὲ ἀγανακτήσας, Εἶπατε, ἔφη, τῷ πώγω- nixas pedibus poſſidet: ab omnibus a-
νῶ, μὴ καταμικρύνῃ μου τοὔνομα· ὁ γὰρ doratur: iámque nos ne aſpicit quidem.
Σίμων, ἀλλὰ Σιμωνίδης ὀνομάζομαι. ὃ δὲ Etenim nuper quum illum procedentem conſpexiſſem, Salue, inquam, Simon. At ille indignè ferens, Edicite, inquit, mendico iſti, ne vocabulum meum diminuat: neque enim Simon, ſed Simonides appellor. Porrò (quod eſt omnium maximum) mulieres etiam illius amore capiuntur. Atque is quidem eludit eas, ac faſtidit, & alias quidem admittit comémque ſeſe præbet: aliæ porrò quæ negliguntur, necem conſcituras ſibi minitantur. Vides quantas commoditates pariat aurum: quandoquidem eos qui ſunt deformiſſimi, transfigurat, & amabiles reddit, non ſecus atque ceſtus ille poëticus. Audis inſuper & à poëtis dictum,

O aurum auſpicata res, & oſtentum optimum.

Et rurſum,

Aurum eſt quod opibus imperat mortalium.

Sed quid interim riſiſti Galle? GAL. Quoniam tu quoque per inſcitiam Micylle ſimili modo falleris opinione de diuitibus, quemadmodum vulgus: verùm (crede mihi) longè etiam ærumnoſiorem vitam viuunt, quàm vos. Hęc autem loquor, qui ipſe & pauper, & diues aliquando fuerim, atque omne vitæ genus ſim expertus. Porro paulò pòſt ipſe quoque hæc omnia cognoſces,

μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὸς εἴσῃ ἔκαστα.

χρυσὲ δαιδαλμα κάλλιστον πτερύγων. καὶ,

Χρυσὸς γάρ ἐστιν, ὃς βροτῶν ἔχει κράτη.

ἀλλὰ τί μεταξὺ ἐγέλασας, ὦ ἀλεκτρυών; ΑΛ. ὅτι σὺ ἀγνοίας, ὦ Μίκυλλε, καὶ σὺ τὰ ὅμοια τοῖς πολλοῖς δοξαπατήσας περὶ τὸν πλου- σίων. οἶδ', εὖ ἴσθι, πολὺ ἀθλιώτερον ὑμῶν τὸν βίον βιῶσι. λέγω δέ σοι, ὃς πένης, καὶ πλούσιος πολλάκις γενόμενος, καὶ ἄπορος βίᾳ πεπειραμένος· μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὸς εἴσῃ ἔκαστα.

MIC. Per Iouem tempestiuum iam est vt & tu referas quemadmodum sis transfiguratus,& quid in vnoquoque vitæ genere perspexeris. GAL. Auscultа, hoc tantùm præmonitus, me neminem feliciorem in vita,quàm tu sis,vnquam vidisse. MIC.Quàm ego sim,ô Galle? Hanc felicitatem tibiipsi imprecor. Nam videre me tibi ridendum proponere. Verùm age, narra, exordiens ab Euphorbo, quo pacto fueris in Pythagoram transformatus: deinceps ordine ad Gallum vsque. Consentaneum enim est te varias res tum vidisse,tum tulisse,nimirum tam diuersis vitæ formis.GAL. Quemadmodum initiò ab Apolline profecta anima in terram deuolarit,& corpus humanũ subierit, vt illic pœnã quandam penderet, id longum dictu futurũ sit: præterea neque mihi referre fas est,neque tibi eiusmodi audire. Verùm vbi Euphorbus factus essem. MIC. Sed ego priusquam essem is qui nunc sum,ô præclare,quisnam eram?hoc mihi priùs dicito nunquid & ego versus fuerim itidẽ vt tu? GAL.Maximè. MIC. Quis igitur eram ? si quo modo potes dicere : pervelim enim isthuc cognoscere. GAL.Tu formica fueras Indica,ex earũ genere quæ aurum effodiunt. MIC. Et postea neglexi infelix vel paucula frusta in vitam importare, quum illo essem alitus? Sed age, quid post hæc futurus sim dicito: quandoquidem consentaneum est scire te. Etenim nisi quid bonæ sit rei, iam nunc suspendero me ab ista pertica in qua nunc stas. GAL. Isthuc profectò nulla ratione possis cognoscere. Cæterùm quum Euphorbus essem (nam ad illa redeo) in Troia pugnabam : atque à Menelao necatus,aliquanto pòst tempore in Pythagoram perueni. Porrò eousque absque tecto perdurabam, donec Mnesarchus aliquando mihi domum ædificaret. MIC. Obsecro te, num absque cibo potúque? GAL. Maximè. Nihil enim istis rebus opus,nisi corpori dũtaxat. MIC. Illud igitur priùs dicito , ea quæ ad Troiam gesta sunt,num ita se habent,qualia fuisse dixit Homerus? GAL. Quînam ille scire potuisset, Micylle, qui quidem dum ista gerebantur, ipse camelus erat in Bactris? Cæterùm ego tibi tantùm effabor diuinitus , nihil id temporis eximium fuisse , neque Aiacẽ vsqueadeo magnum,neque Helenã adeò formosam, quemadmodum arbitrantur : siquidem vidi candida quãdam & procera ceruice,

ΜΙΚΥΛ. νὴ Δία, καιρός γοῦν ἤδη καὶ σὲ εἰπεῖν ὅπως ἠλλάγης, καὶ ἃ συνοίσεταί σοι βίῳ ἑκάστῳ. ΑΛΕΚ. ἄκουε, τοσοῦτόν γε παρήδως, μηδένα με σοῦ εὐδαιμονέστερον βιοῦντα ἑωρακέναι. ΜΙΚ. ἐμοῦ, ὦ Ἀλεκτρυών; οὕτω σοι γλίσχρως ἔχει; παρήλς γάρ με λοιδορήσασθαί σοι. ἀλλὰ εἰπὲ ἀπὸ Εὐφόρβου ἀρξάμενος, ὅπως ἐς Πυθαγόραν μετεβλήθης, εἶτα ἑξῆς ἄχρι τοῦ ἀλεκτρυόνος. εἰκὸς γάρ σε ποικίλα καὶ ἰδεῖν, καὶ παθεῖν, ἐν πολυμιγέσι τοῖς βίοις. ΑΛΕΚ. ὡς μὲν ἐξ Ἀπόλλωνος ὃ πρῶτον ἡ ψυχή μοι καταπαλαμήσῃ εἰς τὴν γῆν ἐνέδυ ἐς ἀνθρώπου σῶμα, οὐ πάνυ τι καταδικῶν ἐντελοῦσα, μακρὸν δὴ εἴη λέγειν, ἄλλως τε, οὔτε ὅσιον οὔτε ἐμοὶ εἰπεῖν, οὔτε σοὶ ἀκούειν τὰ τοιαῦτα. ἐπεὶ δὲ Εὔφορβος ἐγενόμην. ΜΙΚ. ἐγὼ δὲ πρό γε τούτου, ὦ θαυμάσιε, τίς ἦν, τοῦτό μοι πρότερον εἰπέ, εἰ καί ποτε ἠλλάγην ὥσπερ σύ. ΑΛΕΚ. καὶ μάλα. ΜΙΚ. τίς οὖν ἦν, εἴ τι ἔχεις εἰπεῖν; ἐθέλω γὰρ τοῦτο εἰδέναι. ΑΛΕ. σὺ μύρμηξ Ἰνδικός, τὴν ὁ χρυσὸν ἀνορυττόντων. ΜΙΚ. εἶτα ὕστερον ὁ κακοδαίμων ὀλίγον τῶν ψηγμάτων ἦκεν εἰς τὸν βίον, ὧν ἐκείνου ἀπεστερήθην; ἀλλὰ καὶ τί μοι τοῦτ' ἔσομεν, εἰπὲ εἰκὸς γὰρ εἰδέναι σε. εἰ γάρ τι ἀγαθὸν εἴη, ἀπάγξομαι ἤδη ἀφάσας ἀπὸ τοῦ πατάλου, ἐφ' οὗ σὺ ἔσηκας. ΑΛΕΚ. οὐκ ἀλλὰ μάθοις τοῦτο σοφίας μηχανῇ· πλὴν ἀλλὰ ἐπεί γε Εὔφορβος ἐγενόμην (ἐπανέρχομαι γὰρ ἐπ' ἐκεῖνα) ἐμαχόμην ἐν Ἰλίῳ, καὶ ἀποθανὼν ὑπὸ Μενελάου, χρόνῳ ὕστερον ἐς Πυθαγόραν ἦκον. τέως δὲ παρεμένομεν ἀοίκως ἐγώ, ἄχρι δή ὁ Μνήσαρχος ἐξεργάσηταί μοι τὸν οἶκον. ΜΙΚ. ἄσιτος ὢν, ὦ πάν, καὶ ἄποτος; ΑΛΕ. καὶ μάλα. οὐδὲ γὰρ ἔδη τούτων, ἢ μόνῳ τῷ σώματι. ΜΙΚ. ἐκκλίνω τὰ ἐν Ἰλίῳ πρότερόν μοι εἰπέ· τοιαῦτα ἦν οἷά φησιν Ὅμηρος γενέσθαι αὐτά; ΑΛΕΚ. πόθεν ἐκεῖνος ἦσεν, ὦ Μίκυλλε, ὃς γενόμενος ἐκείνων, κάμηλος ἐν Βακτροῖς ἦν. ἐγὼ δὲ τοσοῦτόν σοι φημὶ ὑποφθὰς, μηδὲ γενέσθαι τότε μήτε τὸν Αἴαντα οὕτω μέγαν, μήτε τὴν Ἑλένην αὐτὴν οὕτω καλήν, ὡς οἴονται. εἶδον γὰρ λευκήν μήν τινα, καὶ ὑπερμήκη τὸν τράχηλον,

ὡς εἰκάζω κύκνου γυναῖκα εἶ). πάλαι δὲ, A πάνυ πρεσβύτην, ἡλικιώτην σχεδὸν τῆς Ἑκάβης· ἐπεὶ γε Θησεὺς πρῶτον ἁρπάσας, ἐν Ἀφίδναις εἶχε· καὶ τὸν Ἡρακλέα γνώριμος· ὁ δὲ Ἡρακλῆς, πρότερον εἷλε Τροίαν καὶ τοὺς πατέρας ἡμῶν, πρὶν τότε μάλιστα. διηγεῖτο γάρ μοι ὁ Πάνθοις τοῦτο, κομιδῇ μειρακίων ὤν, ἐπιφανέναι λέγων τὸν Ἡρακλέα. MIK. τί δὲ, ὁ Ἀχιλλεὺς τοιοῦτος ἐπὶ ἄκρον τὰ πρῶτα, ἢ μῦθος ἄλλος καὶ τοῦτο; ΑΛ. ἐκείνῳ μὲν οὐδὲ συμπλακήσομαι, ὦ Μίκυλλε, νὴ Δία· οὐ γάρ σοι οὕτως ἀκριβῶς τὰ παρὰ τοῖς Ἀχαιοῖς λέγειν πόθεν γάρ, πολέμιος B ὤν; τὸν μέντοι ἑταῖρον αὐτοῦ τὸν Πάτροκλον, οὐ χαλεπῶς ἀπέκτεινα, διελάσας τῷ δόρατι. MIK. εἶτά σε ὁ Μενέλαος μακρῷ βαρύτερον· ἀλλὰ τοῦτα μὲν ἱκανῶς· τὰ Πυθαγόρου δὲ, ἤδη λέγε. ΑΛΕ. ὁ μὲν ὅλον, ὦ Μίκυλλε, σοφιστὴς οὐδεφῶς ἐπεί γάρ, οἶμαι, πάλαι ἔλεγεν. ἄλλως δὲ, οὐκ ἀπαίδευτος, οὐδ' ἀμελέτητος τῶν καλλίστων μαθημάτων. ἀπεδήμησα δὲ εἰς Αἴγυπτον, ὡς συγγενοίμην τοῖς σοφήταις C ὅτι σοφία, καὶ ἐς τὰ ἄδυτα κατελθών, ἐξέμαθον τὰς βίβλους τὰς Ὥρου καὶ Ἰσιδος, ἃς αὖθις εἰς Ἰταλίαν ἐκπλεύσας, οὕτω διέθηκα τοῖς κατ' ἐκεῖνα Ἕλλησιν, ὥστε θεὸν ἤδη με. MIKYΛ. ἤκουσα ταῦτα, καὶ ὡς δόξας δυσσεβιωκέναι ἀποθανών, καὶ ὡς ζευσιῶν τὸν μηρὸν ὑπεδείξαμό ποτε αὐτοῖς. ἐκεῖνο δέ μοι εἰπὲ, τί σοι ἐπῆλθε νόμον ποιήσασθαι μήτε κρεῶν, μήτε κυάμων ἐσθίειν; ΑΛΕΚ. μὴ ἀνάκρινε τὰ τοιαῦτα, ὦ Μίκυλλε. MIKYΛ. διατί, ὦ ἀλεκτρυών; ΑΛΕ. ὅτι αἰσχύνομαι λέγειν πρὸς σὲ τὸν D ἀληθῆ λόγον αὐτῶν. MIK. καὶ μὲν οὐδὲν ὀκνῶ ἔγωγε λέγειν πρὸς ἄνδρα συνήθη, καὶ φίλον· δεκαπέντε γάρ σε οὐκ ἂν εἴποιμι ἔτη. ΑΛΕΚ. σοφὸν ὑγιὲς, σοφὸν ἐμοὶ, ἀλλ' ἐώρων ὅτι εἰ μὲν τὰ συνήθη, καὶ τοῦτα τοῖς πολλοῖς νομίζοιμι, ἥκιστα ἐπιτιμήσουσί μοι οἱ ἀνθρωποι ἐς ὃ θαῦμα· ὅσῳ δὲ ἂν ξενίζοιμι, τοσούτῳ καινότερος ἄμεινον αὐτοῖς ἔσεσθαι. διὰ τοῦτο καινοποιῶν εἰλόμην, ἀπόρρητον ποιησάμενος τὴν αἰτίαν, ὡς εἰκάζοντες ἄλλοι ἄλλως, ἄπορροι ἐκπλήξονται,

vt hinc cygno prognatam esse adsimularent: cæterùm vehementer anum, æqualem propemodum Hecubæ. Hanc Theseus primùm raptam in Aphidnis possedit. Is vixit Herculis fermè ætate. Porrò Hercules priùs Troiam ceperat, patrum nostrorum memoria, qui per id temporis maximè florebant. Nã hęc mihi Panthus narrauit, se, cùm esset admodũ adolescẽs, vidisse Herculem. MIC. Quid autem Achilles? Num talis erat, nẽpe quauis in re præstantissimus? An & isthęc fabulamẽta sunt? GAL. Cum illo quidem congressus non sum: neque queam adeò compertè de rebus Græcorum dicere. Etenim quî scire potui, cùm hostis essem? Certè Patroclum illius amicum, haud ita magno negotio peremi lancea dissectum. MIC. Deinde te Menelaus minore negotio. Verùm istis de rebus satis: nũc res Pythagoricas refer. GAL. Illud in summa Micylle, sophista quispiam eram (oportet enim videlicet fateri verum) alioqui non imperitus, neque inexercitatus in honestissimis disciplinis. Profectus sũ autem in Ægyptum, quò cum prophetis congrederer, de sapientia communicaturus. Hîc adyta subij, atque ibi Ori & Isidis libros perdidici. Pòst rursum in Italiam renauigabã, ac Græcos iuxta ea quæ in Ægypto didiceram, ita institui, vt me proinde ac deũ suspicerent. MIC. Equidem inaudieram isthæc: præterea quemadmodum creditus fueris defunctus in vitam rediisse, vtque aureum femur illis subinde ostenderis, Verùm illud mihi dicito, quid tibi venit in mentem, vt legem statueres, vti neque carnibus neque fabis vescerentur homines? GAL. Ne perconteris ista Micylle. MIC. Quamobrem ô Galle? GAL. Nam pudet hisce de rebus verũ fateri. MIC. Atqui nõ conuenit vti id facere graueris apud hominẽ contubernalem & amicum: nam herum posthac absit vt dixerim. GAL. Nihil sani, neque præclari quicquam erat: verùm animaduertebam, si consueta modò, ac eadem quæ vulgo tradũtur à multis præcepissem, nõ fore vt mortales in admirationem adducerem, sed quo peregriniora magísque aliena proposuissem, futurum vt hoc magis nouus, magísque viderer admirãdus. Proinde instituueram in animo, nouæ quiddam rei designare, eiusmodi proposito decreto, cuius caussa esset inexplicabilis, quò videlicet aliis aliud coniectantibus, omnes redderentur attoniti:

Pythagoram taxat per stringit vt sophistam & præstigiatorem.

quemadmodum in obſcuris oraculis ſolet vſu venire. MI C. Illud vide, vt rides me tu quoque, non minùs atque Crotoniatas, ac Metaponticos, & Tarentinos, cúmque his alios, qui muti ſequuntur, tuáque adorant veſtigia, quæ tu calcata reliquiſti. Verùm vbi Pythagoram exueras, quem poſt eum induiſti? GAL. Aſpaſiam Miletenſem illam meretricem. MI C. Papæ! quid ego audio? Siquidem inter alia mulier quoque fuit Pythagoras. Itáne fuit aliquando tempus, quo tu Galle generoſiſſime oua pariebas, cúmque Pericle rem habebas, iam Aſpaſia videlicet, atque ex illo grauida facta es? Præterea lanam tondebas, tramámque deducebas? Poſtremò meretricũ in morem geſtiebas, vultúmque componebas? GAL. Iſta quidem omnia feci, tametſi non ego ſolus: verùm & ante me tum Tireſias, tum Elati proles Cæneus. Proinde quicquid in me conuitij dixeris, tantundem & in illos dixeris. MI C. Age igitur, vtra tibi vita erat ſuauior, quum vir eſſes, an cùm Pericles tecum haberet conſuetudinem? GAL. Vides cuiuſmodi iſthuc eſt quod percontaris? nempe cui ne Tireſiæ quidem expedierit reſpondere. MI C. Atqui ſi minùs fateare tu, tamen iſthuc Euripides ſatis explicuit, quum ait ſe malle ter ſub clypeo conſiſtere, quàm parere ſemel. GAL. Imò præmoneo, te paulo pòſt puerperam fore: ſiquidem & tu mulier es olim futurus, ídque ſæpius, longo nimirum ſeculorum orbe atque recurſu. MI C. Non tu pendebis ô Galle, qui quidem omneis mortales Mileſios aut Samios eſſe ducas? Nam aiunt te etiã tum quum Pythagoras eſſes, venuſta forma decorum, ſæpius Aſpaſiam fuiſſe tyranno. Verùm age, ſecundùm Aſpaſiam in quem virum aut mulierem denuo renatus es? GAL. In Cratetem Cynicum. MI C. O Caſtor, & ô Pollux, quàm diſſimile: ex ſcorto philoſophus. GAL. Deinde rex: deinde pauper: paulo pòſt ſatrapes: dehinc equus, graculus, rana, aliáque innumerabilia: perlongum enim fuerit ſingula recenſere. Poſtremò gallus, atque id ſæpius: nam hoc vitæ genere ſum delectatus. Interea & aliis diuerſis mortalibus ſeruiui, regibus, pauperibus, diuitibus: poſtremò nunc tecum viuo: rideóque quotidie, quum video te paupertatis tædio complorantem, eiulantémque, ac diuitum admirantem fortunas, propterea quòd ignores quantũ illis adſit malorum:

A καθάπερ ἐν τοῖς ἀσαφέσι τ χρησμῶν. ΜΙ. ὁρᾷς; καταγελᾷς μου καὶ σὺ ἐν τῷ μέρει τοσοῦτον, ὅσον Κροτωνιατῶν, καὶ Μεταποντίων, καὶ Ταραντίνων, καὶ τῶν ἄλλων ἀφώνων σι ἑπομένων, καὶ τοῖς ἴχνη, ἃ σὺ κατέλιπες, προσκυνούντων; ἀποδυσάμενος δὲ τὸν Πυθαγόραν, τίνα μετημφίασαι μετ' αὐτόν; ΑΛΕ. Ἀσπασίαν τὴν ἐκ Μιλήτου ἑταίραν. ΜΙ. φεῦ τῆς λήρου, καὶ γυνὴ γὰρ ἐγένετο ἐν τοῖς ἄλλοις, ὁ Πυθαγόρας; καὶ ἰὼ ποτε χρόνος, ὅτε καὶ σὺ ὠοτόκεις, ὦ ἀλεκτρυόνων γενναιότατε, καὶ σεμνὴ ἂν Περικλῆ, Ἀσπα-

B σία οὖσα; καὶ ἐκύθς ἀπ' αὐτοῦ, εἶτα ἔξαρνες, εἶτα κρόκην κατῆγες, εἶτ' ἐγκαθίζου ἐς ὃ ἑταιρικόν; ΑΛΕ. πρῶτα ταῦτα ἐποίουν, ὦ μῆνος, ἀλλὰ καὶ Τειρεσίας πρὸ ἐμοῦ, καὶ ὁ Ἐλάτου παῖς ὁ Καινεύς, ὥστε ὁπόσα ἂν ἐπισκώψῃς εἰς ἐμέ, εἰς ἐκείνους ἐπισκώψας ἔσῃ. ΜΙ. τί οὖν, πότερος ὁ βίος ἡδίων σοι ἦν, ὅτε ἀνὴρ ἦς, ἢ ὅτε σε ὁ Περικλῆς ὤπυεν; ΑΛ. οἶδας, οἷ τοῦτο πρώτησας, οὐδὲ τῷ Τειρεσίᾳ συνενεγκοῦσαν τὴν ἀπόκρισιν; ΜΙ. ἀλλὰ καὶ σὺ μὴ εἴπῃς, ἱκανῶς ὁ Εὐριπίδης διέκρι-

C νε ὃ τοιοῦτον, εἰπών, ὡς τρὶς ἂν θέλοι πρὸ ἀσπίδα στῆναι, ἢ ἅπαξ τεκεῖν. ΑΛΕΚ. καὶ μὴν ἀναμνήσω σε, ὦ Μίκυλλε, ὅτι εἰς μεκρὰν ὠδῖνα σε· ἔσῃ γάρ ποτε γυνὴ ἐν σὺ πολλῇ τῇ περιόδῳ πολλάκις. ΜΙ. οὐκ ἀπάγξῃ, ὦ ἀλεκτρυών, ἀπολλὰς οἰόμενος Μιλησίους, ἢ Σαμίους εἶ); σὲ οὖν φασι, ἐν Πυθαγόραν ὄντα τὸν ὡραῖον λαμπρὸν πολλάκις, Ἀσπασίᾳ γενέσθαι τῇ πορνίνῃ. τίς δὲ μὴ τὸν Ἀσπασίαν αἰτήρ, ἢ γυνὴ αὖθις ἀνεφάνης; ΑΛ. ὁ Κυνικὸς Κράτης. ΜΙ. ὦ

D Διοσκόρω, τῆς ἀνομοιότητος, οἵξ ἑταίρας, φιλόσοφος; ΑΛΕ. εἶτα βασιλεύς, εἶτα πένης, εἶτ' ὀλίγον, σατράπης, εἶτα ἵππος, εἶτα κολοιός, καὶ βάτραχος, καὶ ἄλλα μυρία· μακρὸν δ' ἂν γένοιτο καταριθμήσασθαι ἕκαστα, τὰ τελευταῖα δὲ, ἀλεκτρυὼν πολλάκις· ἥδιστα γὰρ τοῦτο· ἐν δὲ πολλοῖς ἄλλοις δουλεύσας βασιλεῦσι, καὶ πένησι, καὶ πλουσίοις, τὰ τελευταῖα, καὶ σοὶ νῦν συνοῦμι, καταγελῶν ὁσημέραι σοῦ ποτνιωμένου, καὶ οἰμώζοντος ὅτι τὴν πενίαν, καὶ τοὺς πλουσίους θαυμάζοντος, ὑπ' ἀγνοίας τ ἐκείνοις προσόντων κακῶν.

εἰρωνῆ ἤδεις τὰς φροντίδας αὐτῶν, ἃς ἔχουσιν, ἐλέησας ἂν ὅτι σαυτῷ πρόσθεν οἰηθείη εὐδαιμονίᾳ ἀεὶ τὸν πλούσιον. MI. σκοπῶ, ὦ Πυθαγόρα, ἢ ὅ, τι μάλιστα χαίρῃς καλούμενος, ὡς μὴ διαταράττοιμι τὸν λόγον, ἄλλοτε ἄλλον καλῶν. ΑΛΕ. ἰσόσῃ μὲν οὖν, εἴτε Εὔφορβον, εἴτε Πυθαγόραν, εἴτε Ἀσπασίαν καλῇς, ἢ Κράτητα, πάντα γὰρ ἐγὼ ταῦτά εἰμι· πλὴν ὅ νῦν ὁρώμενον τοῦτο, ἀλεκτρυόνα ὀνομάζων, ἄμεινον ἂν ποιοῖς, ὡς μὴ ἀτιμάζοις δύτελὲς εἶδος· ὃ ὄρνεον, καὶ ταῦτα, τοσαύτας ἐν αὑτῷ ψυχὰς ἔχον. MI. σκοπῶ, ὦ ἀλεκτρυών, ὅπῃ ἀπάντων σχεδὸν ἤδη τῶν βίων ἐπειράθης, καὶ πάντα οἶσθα, λέγοις ἂν ἤδη σαφῶς, ἰδίᾳ μὲν τὰ τῶν πλουσίων, ὅπως βιοῦσιν, ἰδίᾳ δὲ, τὰ τῶν πενιχρῶν, ὡς μάθω εἰ ἀληθῆ ταῦτα φῂς, εὐδαιμονέστερον ἀποφαίνων με τῶν πλουσίων. ΑΛ. ἰδοὺ δὴ οὕτως ὑπίσκεψαι ὦ Μίκυλλε, σοὶ μὲν οὔτε πολέμου πολὺς λόγος, ὡς λέγηται ὡς οἱ πολέμιοι ἐπελαύνουσιν, οὐδὲ φροντίζῃς μὴ τὸν ἀγρὸν τέμωσιν ἐμβαλόντες, ἢ τὸν κῆπον ξυμπατήσωσιν, ἢ τὰς ἀμπέλους δηιώσωσιν, ἀλλὰ τῆς σάλπιγγος ἀκούων μόνον, εἰ ἄρ' ἄρα, περιβλέπεις ὅ τι σαυτόν, οἷ πρατόμενον χρὴ σωθῆναι, ἢ τὸν κίνδυνον διαφυγεῖν. οἱ δ' ὑπολαβοῦσι μὲν καὶ ἀμφ' αὐτοῖς, αἰσθάνεται δὲ, ὁρῶντες ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀγόμενα καὶ φερόμενα ὅσα εἶχον ἐν τῇς ἀγορᾶς. καὶ ἵν' τε εἰσφέρῃ δέῃ, μόνοι καλοῦνται· ἵν' τε ἐπεξίωσι, προκινδυνεύουσι στρατηγοῦντες, ἢ ἱππάρχοῦντες· σὺ δὲ οἰσυΐνῳ ἀσπίδα ἔχων, εὐσταλὴς, καὶ κοῦφος, εἰς σωτηρίαν ἕτοιμος ἑστάθαι τὰ ὀπώνια, ἐπειδὰν θύῃ ὁ στρατηγὸς νενικηκώς· ἐν εἰρήνῃ τε αὖ, σὺ μὲν τῶν δήμου ὤν, ἀναβὰς εἰς ἐκκλησίαν, τυραννῇς τῶν πλουσίων, οἱ δὲ, φείδονται, καὶ ὑποπτήσσουσι, καὶ δεδιότες ἱλάσκονταί σε. λουτρὰ μὲν γὰρ ὡς ἔχεις καὶ ἀγῶνας καὶ θεάματα καὶ τἆλλα ἅπαντα ἐκεῖνοι πονοῦσι, σὺ δὲ ἐξεταστὴς καὶ δοκιμαστὴς πικρὸς ὥστε δεσπότης, οὐδὲ λόγου μεταδίδοις ἐνίοτε, κἂν σοι δέχῃ, κατεχαλάζησας αὐτῶν ἀφθόνους τοὺς λίθους, ἢ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἐδήμευσας· οὔτε δὲ συκοφαντεῖν δέδοικας αὐτὸς, οὔτε λῃστὴν,

alioqui si curas noris quibus illi distringũtur, teipsum profecto riseris, qui antea credideris, eum qui sit opulentus, statim felicissimum esse omnium. MIC. Ergo Pythagora, aut quod maximè gaudeas appellari, ne confundam orationem, si te nunc hoc, nunc illo nomine compellem. GAL. Nihil intererit, siue Euphorbum, siue Pythagoram, siue vocaris Aspasiam, siue Cratetem, quãdoquidem ista omnia sum vnus: nisi quòd rectiùs feceris, si (id quod impræsentiarum esse videor) gallũ me voces, ne auem hanc parui ducere contemneréque videare, præsertim cùm tam multas contineat animas. MICY. Ergo Galle, quandoquidem omnia penè viuendi genera iam expertus es, atque omnia cognita habes, age dilucidè mihi narrato quæ sint peculiaria diuitũ ad vitæ rationem, quę pauperum propria: quò videlicet cognoscam, veré ne illuc affirmes, me diuitibus esse feliciorem. GAL. En hunc ad modum interim perpende Micylle. Te quidem non magnopere tangit cura belli, si quando rumor sit aduentare hostes: neque solicitus es ne in agros incursantes populentur, néve hortum proculcent, proterántque, aut vineas vastent: sed simul atque tubam audieris, si tamen audieris, de te ipso vno circunspectas, quò deflexus seruari queas ac discrimen effugere. Contrà illi tum de sese soliciti sunt, tum animo discruciantur, quum de mœnibus quicquid opum posidebant in agris, id omne tolli deportaríque conspiciunt. Ac siue inferendum est aliquid in ærarium, soli accersuntur: siue in prælium exeundum, periclitantur, aut peditum turmis, aut equitum alis præfecti. Tu interim vimineum gerens clypeum, expeditus ac leuis es ad saluti consulendum, paratus victoriale conuiuium agere, si quando victor exercitus sacra fecerit. Rursum pacis tempore, tu quidem quum de plebe sis, ingressus in concionem, tyrannidem in diuites obtines: illi verò trepidant pauitántque, ac largitionibus choragiísque te placant: siquidem quò tibi balnea, ludi, spectacula, reliquáque id genus abundè suppeditent, ea omnia curant illi. At tu, censor, & acerbus expensor, perinde quasi dominus, ne alloquio quidem interdum dignaris illos: quòd si tibi collubitum sit, ingentibus saxis in illos degrandinas, vel facultates eorum publicas facis: ipse neque calumniatorem metuis neque latronem,

ne tollat aurum, vel ædium conſcenſo fa-
ſtigio, vel pariete perfoſſo: neque neceſſe
habes rationibus occupari, neque exa-
ctionibus: neque tibi cũ ſceleratis diſpen-
ſatoribus conflictãdum eſt: neque tantas
in ſolicitudines diſtraheris, verùm ſimul
atque crepidã vnam perfeceris, merce-
démq; retuleris ſeptem obolos, ſero ſurgis
crepuſculo, & ſi libuerit, lauaris: tum
empto ſaperda quopiam, aut mænide pi-
ſciculo, aut paucis ceparũ capitulis, temet
ipſe oblectas, canens plerunque, optimá-
que cum paupertate philoſophans, adeò
vt eas ob res ſalubri ſis valentíque corpo-
re, obdurueríſque aduerſus gelu: ſiquidẽ
labores qui te exacuũt muniúntque, cer-
tatorem haudquaquam contemnendum
reddunt aduerſum eas res, quę compluri-
bus inexpugnabiles eſſe videntur. Atque
hinc nullus ex morbis illis grauioribus
impetit te. Quòd ſi quando leuis ceperit
febricula, paulo negotio eam medicatus,
protinus exilis, inedia temet inde excu-
tiens. Illa porrò fugit illico: quippe me-
tuens te, quem videat etiam frigore ali,
ſaturúmque fieri, ac medicorum certis il-
lis recurſibus longum plorare renuncian-
tem. At illi ex aduerſo propter intempe-
rantiam vitæ, quid tandem mali non ha-
bent infelices; podagras, phtiſes, pulmo-
num exulcerationes, aquas intercutes?
Nam hæc omnia à ſumptuoſis illis con-
uiuiis naſcuntur. Proinde quicunque ex
his Icari in morem (vt ferè faciunt) ſeſe
attollunt, propiúsque ſe Soli admouent,
haud cogitantes quòd alas habeant cera
agglutinatas, ingentem nonnunquã ſtre-
pitum mouent. Cæterùm qui Dædali
exemplo non admodum ſublimia neque
excelſa appetunt, verùm humilia, terræ-
que vicina, adeò vt cera nonnunquam
ſalis aſpergine madeſceret, ii tutò ple-
runque ac citra diſcrimen tranſuolarunt.
MICYL. Moderatos iſtos & cordatos
narras. GAL. Verùm aliorum Micylle
naufragia fœdiſſima conſpicias: nempe
vbi Crœſus reuulſis alis riſum exhiberet
Perſis, conſcenſo rogo: aut Dionyſius
quum abdicatus tyrannide, Corinthiorũ
in vrbe, ludi literarii magiſtrũ ageret, poſt
geſtum tantum imperium, puellos com-
pellens vt ſyllabas connecterent. MIC.
Dic mihi Galle: tu quum rex eſſes (nam
ais te regem quoque fuiſſe) cuiuſmodi
tandem id vitæ genus experiebaris? Mi-
ni tum felix eras, quandoquidem id quod
eſt bonorum omnium caput, poſſidebas.

A μὴ ὑφέλκηται ὁ χρυσίον, ὑπορύσας ὁ θρίγ-
κιον, ἢ διορύξας τὸν τοῖχον, ὅτε πράγματα
ἔχῃς λογιζόμενος, ἢ ἀπαιτῶν, ἢ τοῖς κακοῦρ-
γοις οἰκονόμοις διαπυκτεύων, καὶ πρὸς τοσαύ-
τας φροντίδας λογιζόμενος· ἀλλὰ κρηπῖδα
σαυτελέσας, ἑπτὰ ὀβολοὺς τὸν μισθὸν ἔχων,
ἑσπέρας πρὸς δείλην ὀψίαν λουσάμενος ἢν
δοκῇ, σαπρίδην τινὰ, ἢ μαινίδας, ἢ κρομμύων
κεφαλίδας ὀλίγας ὠριάμενος, βύρραινίς
σαυτὸν, ἄδων τὰ πολλὰ, καὶ τῇ βελτίστῃ πε-
νίᾳ πρὸς φιλοσοφῶν· ὥστε διὰ ταῦτα, ὑγιαί-
νῃς τε, & ἔῤῥωσαι τὸ σῶμα, καὶ διακαρτερῇς
B πρὸς τὸ κρύος. οἱ πόνοι γάρ σε πρὸς ἅπαντες
τες, οὐκ οὖν καταφρόνητον ἀπαγωνιστὴν ἀπο-
φαίνουσι πρὸς τὰ δοκοῦντα τοῖς ἄλλοις ἀμά-
χα εἶναι. ὥστε οὐδέν σοι τῶν χαλεπῶν τούτων
νοσημάτων ἐπιβουλεύει. ἀλλ' ἰὼ ποτὲ καῦσος
πυρετὸς ἐπιλάβηται, πρὸς ὀλίγην ὑπηρετή-
σας αὐτῷ ἀνεπήδησας οὖθυς, ἀποσφαλμὸς
τῇ ἀσιτίᾳ, ὁ δὲ, φεύγει αὐτίκα φοβηθεὶς σε·
ψυχρόν τε ὁρῶν ἐμφορούμενον, καὶ μακρὰν οἱ-
μωζόν λέγοντα τοῖς ἰατρικοῖς παραύδοις· οἱ δὲ
ἐπ' ἀκρασίας ἆθλοι, τί τῶν κακῶν οὐκ ἔχου-
C σι, ποδάγρας, καὶ φθόας, & παρυδρωπίας, καὶ
ὑδέρους; ταῦτα γὰρ τῶν πολυτελῶν ἐκείνων
δείπνων ἀπόγονα. τοιγαροῦν οἱ μὲν αὖτ', ὥσ-
περ ὁ Ἰκαρος, ἐπιπολὺ αἴροντες αὑτοὺς, καὶ
πλησιάσαντες τῷ ἡλίῳ, οὐκ εἰδότες ὅτι κη-
ρῷ ἥρμοσο αὐτῶν ἡ πτέρωσις, μέγαν ἐνίοτε τὸν
πάταγον ἐποίησαν, ὅτι κεφαλὼ ἐς πέλαγος
ἐμπεσόντες· ὅσοι δὲ τὸν Δαίδαλον μὴ πά-
νυ μετέωρα μηδὲ ὑψηλὰ ἐφρόντισαν, ἀλλὰ
παρὰ γῆν, ὡς νοτίζεσθαι ἐνίοτε τῇ ἅλμῃ τὸν
κηρὸν, ὡς ὁ πολὺ ἄνοι ἀσφαλῶς διέπλησαν.
MI. ἐπῄνεσάς τινας καὶ σπουδῇ λέγεις. ΑΛ.
D τί μὴν τε ἄλλων, ὦ Μίκυλλε, ἂς ναυαγίας
πολὺ αἰσχρὰς ἴδοις ἄν, ὅταν ὁ Κροῖσος πρὸ-
τεπλημμένος τὰ πρόσφορα γέλωτα παρέχῃ Πέρ-
σαις, ἀναβαίνων ἐπὶ τὸν πυρὰν, ἢ Διονύσιος
καταδυθεὶς τὴν τυραννίδος, ἐν Κορίνθῳ γράμ-
ματα διδάσκῃ, μὴ τηλικαύτην ἀρχὴν, παι-
δία συλλαβίζειν ἀναγκάζων. MI. εἰπέ μοι, ὦ
ἀλεκτρυών, σὺ δὲ ὁπότε βασιλεὺς ἦθα (φὴς
γὰρ & βασιλεῦσαι) ποίου τινὸς ἐπειρᾶσθε
ἐκείνου τοῦ βίου; ἦπου πολυθρύλητον ἦθα, ὃ
χρὴ δ', ἐπ' ὀστῶν τῶν ἀγαθῶν ἀπόντων, ἔχον.

ΑΛΕΚ. μηδὲ ἀναμνήσῃς με, ὦ Μίκυλλε, οὕτω πεισάθλιος ἐγὼ τότε. τοῖς μὲν ἔξω πᾶσιν, ὅσῳ ἔφηθα, πάνυ δαίμων εὐδοκῶ, ἔνδον δὲ, μυρίαις ἀνίαις σεσῶν. ΜΙ. ποίαις τούταις; παράδοξα γὰρ, καὶ οὐ πάνυ πιστὰ φῄς. ΑΛΕΚ. ἤρχομην, οὐκ ὀλίγης χώρας, ὦ Μίκυλλε, παμφόρου τινός, καὶ πλήθει ἀνθρώπων, καὶ κάλλει τῶν πόλεων ἐν ταῖς μάλιστα θαυμάζεσθαι ἀξίας, ποταμοῖς τε ναυσιπόροις καταῤῥεομένης, καὶ θαλάττῃ ὁρμοις χρωμένης. καὶ στρατιὰ μὲν πολλὴ, καὶ ἵππος συγκεκροτημένη, καὶ δορυφορικὸν οὐκ ὀλίγον, καὶ τριήρεις, καὶ χρημάτων πλῆθος ἀπείρων, καὶ χρυσὸς ὁ κοῖλος πάμπολις, καὶ ἡ ἄλλη τῆς ἀρχῆς παρασκευὴ πᾶσα, ἐς ὑπερβολὴν ἐξεσκευασμένη· ὥστε ὁπότε παρίοιμι, οἱ μὲν πολλοὶ, προσεκύνουν, καὶ θεόν τινα ὁρᾶν ᾤοντο, καὶ ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις στενάζοντες ὠφέλουν με, οἱ δὲ, καὶ ὅτι τὰ τέγη αἴροντες, ἐν μεγάλῳ ἐτίθεντο ἀκριβῶς ἑωρακέναι τὸ ξόανον, πλὴν ἐφεστρίδα, τὸ διάδημα, τοὺς παρεμπορίους, τοὺς ἑπομένους· ἐγὼ δὲ εἰδὼς ὁπόσα με ἰδιώτην καὶ ἔσφηλεν, ἐκείνοις μὲν συγγνώμης τῆς ἀγνοίας συνεπέγνωσκον, ἐμαυτὸν δὲ ἠλέουν, ὅμοιον ὄντα τοῖς μεγάλοις ἐκείνοις Κολοσσοῖς, οἵοις ἢ Φειδίας, ἢ Μύρων, ἢ Πραξιτέλης ἐποίησεν. ἐκείνων γὰρ ἕκαστος, τὰ ἐκτὸς, ὁ μὲν, Ποσειδῶν ἢ Ζεύς ὅτι παγκαλὸς, ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος ξυνειργασμένος, κεραυνὸν, ἢ ἀστραπὴν, ἢ τρίαινάν ἔχων τῇ δεξιᾷ· ἐγὼ δὲ ὑποκύψας ἴδοις τὰ ἔνδοθεν, ὅπῃ μοχλοὺς τινας καὶ γόμφους, καὶ ἥλους διαμπὰξ πεπερονημένους, καὶ κορμοὺς καὶ σφῆνας, καὶ πῆξαι, καὶ πῆλον, καὶ τοιαῦτα τινὰ πολλὰ ἀμορφίαν ἐστοιχειωμένα· ἐγὼ λέγω μεγάλων πλῆθος, ἢ μεγάλων ἐμπολιτευόμενον αὐτοῖς ἐνίοτε. τοιοῦτόν τι καὶ βασιλεία ἐστίν. ΜΙΚΥΛ. οὐδέπω ἔφηθα τὸν πῆλον, καὶ τοὺς γόμφους, καὶ μοχλοὺς, οἵ τινες εἶεν τῆς ἀρχῆς, οὐδὲ τὸ ἀμορφίαν ἐκείνων τὸ πολλὸν, ἥτις ἐστίν. ὡς τό γε ἐξελαύνειν ἀποβλεπόμενον, καὶ τοσούτων ἀρχοντα, καὶ προσκυνούμενον δαιμονίως, ἔοικεν οὕτως Κολοσσιαίῳ παραδείγματι.

A GAL. Ne mihi in memoriam regeras ô Micylle: vsqueadeo supra modum infelix tum eram. Nam quo ad res externas, quemadmodum dixisti, planè fortunatus esse videbar: at intĕtus innumerabilibus curis distringebar. M I C. Quibus tandem curis? Nam rem prorsus absurdam neque credibilem narras. G A L. Equidem imperabam regioni neutiquam exiguæ, Micylle, omniugarum rerum feraci, tum incolarum frequentia, neque non vrbium pulchritudine cum primis admirandæ: præterea fluminibus nauigabilibus, ac mari portuoso commodæ. Ad hęc exercitus ingĕs, equitatus spectatissimus B atque excellens; satellitium haud exiguum; triremes, pecuniarum vis maior quàm vt posset numerari, vasorũ argenteorum plurima copia, reliquáque omnis illa principatus tragœdia, strepitúsque & apparatus supra quàm credi queat, extructus atque accumulatus. Itaque quum prodirem, plerique adorabant, deum quempiam intueri sese rati: alíque trudentes alios concurrebant, quò me conspicerent: nonnulli conscensis tectis, magni æstimabant si plenè contemplari licuisset quadrigam, stragulam, diadema, C tum anteambulones, & eos qui à tergo comitabantur. Ego inter hæc mihi conscius quantæ me res discruciarent, versaréntque: illos quidem propter inscitiam venia dignos iudicabam, at mei ipsius miserescebat, qui prægrandibus illis Colossis viderer persimilis, quales vel Phidias, vel Myron, vel Praxiteles fabricatus est. Etenim illorum quisque, quo ad ea quæ foris apparĕt, Neptunus ipse est, aut Iupiter, mirificè decorus, auro eboréque compactus: & aut fulmen, aut fulgur, aut tridentem fuscinam dextra sustinet: cæterùm si immisso capite quæ sunt intus D inspicias, videbis vectes quosdam, paxillos, & clauos introrsum prominentes, neque non vimina, cuneósque, & picĕ sublitam, & aliam item id genus deformitatem intrinsecus inhabitantem. Omitto recensere muscarũ mustelarúmque vim, quæ nonnunquam in eis mansitant. Huiusmodi quædam res nimirum regnum quoque videtur. M I C. Nondum explicuisti lutum & clauos, & vectes, quinam fuerint in imperio, neque fœditatĕ illam plurimam quænam sit: nam istum ad modum vectari, tam multis imperarĕ mortalibus, ac numinis instar adorari, hactenus quidem cum Colossi exemplo quadrat.

Siquidem hoc quoque diuinum quiddam & admirandum: nunc autem quæ sunt intra Colossum, exponito. GAL. Quid primo loco tibi referam Micylle? vtrùm metus, curas mordaces, suspiciones, odium quo regem persequuntur ij qui cum illo viuunt, insidias, atque eas ob res somnum rarum, & hūc ipsum pertenuem, ac plena tumultus insomnia, cogitationes perplexas, spes semper improbas: an otij penuriā, & occupationes, iudicia, expeditiones, edicta, fœdera, consultationes? quibus rebus fit vt ne per somnium quidē aliqua re suaui frui liceat, verùm vt omnibus de rebus solus dispiciat necesse est, milléq; negotia sustineat:

Quippe nec Atriden Agamemnona dulcis habebat
Somnus, multigenas versantem pectore curas.

Idque quum reliqui omnes Achiui sterterent. Adde quòd Lydum illum discruciat filius mutus: Persam verò Clearchus ad Cyrum desciscens: atque alium quempiam Dion cum Syracusanis nonnullis ad aurem communicans. Rursum alium quendam vrit Parmenion collaudatus. Item Perdiccā Ptolemæus, Ptolemæum Seleucus. Quin illa quoque molestiā afferunt, amasius per vim non sponte conuiuens, concubina alio gaudens, tum si qui defectionem parare dicātur, aut duo quatuórve satellites inter sese consusurrantes. Porrò (quod est omnium grauissimum) amicissimi quique vel maximè sunt formidādi, sempérque metuendum ne quid magni mali ab illis exoriatur. Nam alius à filio veneno necatus est: alius item ab amasio. Alium simile quoddam fortassis mortis genus eripuit. MICYL. Apagesis, atrocia miráque sunt ista quæ narras ô Galle. Mihi igitur multo sit tutius operæ cerdonicæ pronum incumbere, quàm ex aurea bibere phiala comiter delatum hausturn, cæterùm cicuta aconitóque temperatum. Nam mihi quidem hoc vnum est periculi, vt si paulum aberret smilion, deflectátque à recta incisione, summum secantis digitum exiguo sanguine tingat: at isti, quemadmodum narras, lethifera agunt conuiuia, atque id innumerabilibus in malis constituti. Deinde vbi conciderint, persimiles esse videntur tragœdiarum histrionibus. Nam multi, sicut videre licet, quo ad Cecropes sūt scilicet, aut Sisyphi, aut Telephi, diademata gestant,

A θαυμάσιον γάρ τι καὶ τοῦτο. σὺ δὲ καὶ τὰ ἔνδον ἤδη τοῦ Κολοσσοῦ λέγε. ΑΛΕΚ. τί πρῶτον εἴπω σοι, ὦ Μίκυλλε, τοὺς φόβους, καὶ τὰς δήλωσεις, καὶ ὑποψίας, καὶ μῖσος ὃ πολλοὶ τῶν συνόντων, καὶ ἐπιβουλάς, καὶ ὅσα τούτων, ὕπνον τε ὀλίγον, ὑπερπόλαιον κάκεῖνον, καὶ ταραχῆς μεστὰ ὀνείρατα, καὶ ἐννοίας πολυπλόκους, καὶ ἐλπίδας ἀεὶ πονηράς, καὶ τὸ ἀσχολίαν, καὶ χρηματισμούς, καὶ δίκας, καὶ στρατείας, καὶ προστάγματα, καὶ συνθήματα, καὶ λογισμούς; ὑφ' ὧν οὐδὲ ὅναρ ἀπολαῦσαί τινος ἡδέος ἐξήνεται, ἀλλὰ ἀνάγκη ὑπ' ἀπόνων μόνον ὀδυνᾶσθαι, καὶ μυρία ἔχειν πρόβλητα.

Οὐδὲ γὰρ Ἀτρεΐδην Ἀγαμέμνονα,
Ὕπνος ἔχε γλυκερός, πολλὰ φρεσὶν ὁρμαίνοντα.

καὶ τούτων, ῥεζόντων Ἀχαιῶν ἀπόνων. λυπεῖ δὲ τὸν μὲν Λυδὸν, υἱὸς κωφὸς ὤν· τὸν Πέρσην δὲ, Κλέαρχος, Κύρῳ ξενολογῶν· ἄλλον δὲ Δίων, πρὸς οὓς ποτὶ τὴν Συρακοσίων νεωτερισμὸν· καὶ ἄλλον Παρμενίων ἐπαινούμενος, καὶ Περδίκκαν Πτολεμαῖος, καὶ Πτολεμαῖον Σέλευκος· ἀλλὰ κἀκεῖνα λυπεῖ, ὁ ἐρώμενος, πρὸς ἀνάγκην ξυνών, καὶ παλλακὶς ἄλλῳ χαίρουσα, καὶ ἀποστήσεσθαί τινες λεγόμενοι, καὶ δύ' ἢ τέτταρες τῶν δορυφόρων πρὸς ἀλλήλους διαψιθυρίζοντες. ὃ δὲ μέγιστον, ὑποπτεύεσθαι δεῖ τοὺς φιλτάτους μάλιστα, κἀξ ἐκείνων ἀεί τι δεινὸν προσδοκᾶν ἐλπίζειν. ὁ μὲν γοῦν ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀπέθανεν ἐκ φαρμάκων, ὁ δὲ καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ ἐρωμένου, τὸν δὲ ἄλλον, ἴσως ὁμοιότροπος θάνατος κατέλαβεν. ΜΙ. ἄπαγε. δεινὰ ταῦτα φῄς, ὦ ἀλεκτρυών. ἐμοὶ γοῦν πολὺ ἀσφαλέστερον σκυτοτομεῖν ὑπερκύψαντι, ἢ πίνειν ἀπὸ χρυσῆς φιάλης, κωνείῳ καὶ ἀκονίτῳ συμμεμαχεσθείσῃ φιλοτησίαν· ὁ δὲ κίνδυνος, ἐμοὶ μὲν, εἰ παρολισθοῖ τὸ σμιλίον, καὶ ἀμύρῃ τῆς τομῆς τῆς ἐπὶ βύβλου, ὀλίγον τι αἱμάξαι τοῦ δακτύλου ἐντεμόντα· οἱ δὲ, ὡς φῄς, θανάσιμα διώκουσι, καὶ ταῦτα, μυρίοις κακοῖς συνόντες. εἶτ' ἐπειδὴ πέσωσιν, ὁμοίοι μάλιστα φαίνονται τοῖς τραγικοῖς ὑποκριταῖς, ὧν πολλοὺς ἰδεῖν ἔστι, τοὺς μὲν, Κέκροπας δῆθεν ὄντας, ἢ Σισύφους, ἢ Τηλέφους διαδήματ' ἔχοντας,

B

C

D

ἐξίφη ἐλεφαντόκωπα, καὶ θαῖσσον κόμιλλον, καὶ χλαμύδα χρυσόπαστον. ἰὼ δὲ, οἷα πολλὰ γίγνεται, ὥστε σκρούσας τις αὐτῶν, ἐν μέσῃ τῇ σκηνῇ καταπέσῃ, γέλωτα δηλαδὴ παρέχῃ τοῖς θεαταῖς, τ' ὥστε σωπεῖν μὲν σπουδάζοντος αὐτοῦ διαδήματι, ἡμιμελείνης δὲ τῆς ἀληθοῦς κεφαλῆς τὸν ὑποκριτὴν, καὶ τῶν σκελῶν θατέρου γυμνωμένων, ὡς τῆς τε ἐσθῆτος τὰ ἔνδοθεν φαίνεσθαι ῥάκια, δύσχημα ὄντα, καὶ τῶν ἐμβάδων τὴν ὑποδεσιν ἀμορφοτάτην, καὶ οὐκ ἐκ λόγου τοῦ ποδός. ὁρᾷς ὅπως με καὶ εἰκαίως ἐδίδαξας ἤδη, ὦ βέλτιστε ἀλεκτρυών; ἀλλὰ τυραννὶς μὲν, οἷόν τι ὤφθη οὖσα, ἵππος ἦ, ἢ κύων, ἢ ἰχθύς, ἢ βάτραχος ὁπότε γοῦν, πῶς ἔφερες σεαυτὸν τὸν βίον τοῦτον; ΑΛ. μακρὸν τοῦτον αἰτιᾷς τὸν λόγον, καὶ ὃς τοῦ παρόντος καιροῦ, πλὴν τόγε κεφάλαιον, οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἀποσαμονέστερος τῶν βίων ἔδοξέ μοι τοῦ ἀνθρωπείου, μόναις ταῖς φυσικαῖς ἐπιθυμίαις καὶ χρείαις ἐμμεμετρημένος. τελώνιόν γ' ἵππου, ἢ συκοφαντίδα βάτραχον, ἢ σοφιστὴν κολιόν, ἢ ὀψοποιὸν κώνωπα, ἢ κίναδον ἀλεκτρυόνα, καὶ πάλλα, ὅσα ὑμεῖς ἐπιτηδεύετε, οὐκ ἂν ἴδοις ἐν ἐκείνοις. ΜΙ. ἀλλὰ μὴ ταῦτα ἴσως, ὦ ἀλεκτρυών. ἐγὼ δὲ ὅγε πάσχω, οὐκ αἰσχυνοῦμαι πρὸς σὲ λέγων. οὐδέπω δυνάμην ἀπομαθεῖν τὴν ἐπιθυμίαν, ἰὼ οὐ παίδων εἶχον πλούσιος γενέσθαι. ἀλλά μοι καὶ τουτὶ τὸ ὄφθαλμῷ ἔσπηκεν, ἐπιθεκνύμενον ὁ χρυσίον. καὶ μάλιστα ἐπὶ τῷ καταφάτῳ Σίμωνι ἀποπίπτομαι, τρυφῶντι ἐν ἀγαθοῖς πολλοῖς. ΑΛ. ἐγώ σε ἰάσομαι, ὦ Μίκυλλε, καὶ ἐπεὶ καὶ ἔτι νύξ ἐστιν, ἐξαναστὰς ἕπου μοι, ἀπάξω γάρ σε πρὸς αὐτὸν σκότον τὸν Σίμωνα, καὶ εἰς τοὺς τῶν ἄλλων πλουσίων οἴκους, ὡς ἴδοις οἷα τὰ παρ' αὐτοῖς ἐστι. ΜΙ. πῶς τοῦτο; κεκλῃσμένων τῶν θυρῶν, καὶ μὴ τοιχωρυχεῖν με σὺ ἀναγκάσῃς; ΑΛ. ἠδαμῶς, ἀλλ' ὁ Ἑρμῆς, οὗπερ ἱερεύς εἰμι, ὀξαίρετον ἔδωκέ μοι τοῦτο, ἰὼ τῆς ὀπισθίου πλεῖον ὃ μήκιστον, ὃ δὴ ἀπαλότητα ποικιλωτέρα ἐστί. ΜΙ. δύο δ' ἔστι σοι τοιαῦτα. ΑΛ. τὴν δεξιὰν τοίνυν, ὅτῳ ἂν ἐγὼ ἀποπέμψας ταύτην ἔχειν, ἐς ὅσον ἂν βούλωμαι, ἀοίγητε ὁ τοιοῦτος πᾶσιν θύρην δυνατὸς ἔσται, καὶ ὁρᾶν τὰ πάντα, οὐχ ὁρώμενος αὐτός.

A argenteísque capulis gladios, comámque ventilantem, & auro intertextam chlamydem. Quòd si quis (qualia nimirum permulta solent accidere) impulsos illos media in scena præcipites det, risum profectò moueant spectatoribus; videlicet persona vnà cum ipso diademate contrita, vero autem actoris capite luxato, cruribúsque maxima ex parte renudatis: vt iam interioris amictus quàm miseri sint panni, fiat perspicuum: ac cothurnorum quos pedibus induxerunt; appareat deformitas; haudquaquam ad pedis modum respondentium. Vide vt me iam similitudines conferre docueris, optime Galle. Cæterùm tyrannis talis B quædam res tibi visa est esse: verùm vbi equus esses, aut canis, aut piscis, aut rana, quomodo eam vitæ rationem ferebas? G A L. Istum quem nunc suscitas sermonem, & longior sit, neque huius temporis. Illud autem vnum in genere dixerim, nullam ex omnibus vitam mihi non visam tranquilliorem vita humana, naturalibus duntaxat cupiditatibus & vsibus circunscriptam. Siquidem publicanum equum, aut sycophantam ranam, aut sophistam graculum, aut popinatorem culicem, aut cinædum gallum, atque id genus alia, quæ vos studio comminiscimini, haudquaquam inter illos videbis. M I C. Quæ dicis, ô Galle, fortassis vera sunt: verùm non me pudebit apud te fateri quod mihi accidit. Haud vnquam quiui dediscere cupiditatem illam à puero mihi insitam, videlicet vt diues euadam. Quin nunc quoque somnium illud ob oculos versatur, aurum ostentans: potissimùm autem sceleratus ille Simon excruciat, qui quidem tantas inter opes delicietur. G A L. At ego te isto leuabo morbo Micylle, tametsi nox etiamdum est. Surge modò, ac sequere me. Siquidem ad ipsum te Simonem adducam, atque in aliorum diuitum ædes, quò nimirum videas quomodo res habeant apud illos. M I C. Isthuc quo pacto, clausis foribus? Num me parietes transfodere compelles? G A L. Nequaquam; verùm Mercurius, cui sum sacer, hoc optãti mihi largitus est, vt si quis longissimam caudæ plumam, quæ ob mollitiem inflectitur. M I C. Atqui duas habes eiusmodi. G A L. At dextram ex his auulsam cuicunque ego gestandam dedero, is quoad voluero, fores omneis poterit aperire, cunctáque videre, ipse inuisibilis.

Nulla vita molestior humana.

MIC. Equidem ignorabam, ô Galle, te præstigiarum quoque peritum esse. Porrò si mihi isthuc semel præstiteris, videbis illico Simonis vniuersas opes huc deportatas: nam eas huc rediens transferam: at ille rursum circumrodet ebibétque putria coria, quibus consueuit soleas compingere. GAL. Atqui nefas sit isthuc facere: siquidem Mercurius illud mihi mandauit, vt si quis pennam tenens, istiusmodi quippiam partarit, vociferans furem proderem. MIC. Rem neutiquam verisimilem narras, nempe, Mercurium, quum ipse sit fur, non sinere alios vt idem faciant: sed tamen abeamus. Nam aurum auferam, si modò possim. GAL. Pennam priùs reuellito. Quid hoc rei? ambas reuulsisti. MIC. Tutius hoc quidem ô Galle, tum tibi minùs fœdum sit futurum, ne altera caudæ parte mutilatus claudices. GAL. Age sanè: sed vtrùm Simonem priùs adimus, an alium quempiam diuitum? MIC. Haud aliò, imò ad Simonem, qui videlicet pro disyllabo tetrasyllabus esse affectet posteaquam diues euasit. Sed iam ad fores accessimus. Quid igitur deinceps facio? GAL. Pennam feræ admoue. MIC. Ecce autem, dij boni, ostium perinde atque claui resiliit. GAL. Perge porrò præcedens. Vides illum vigilantem ac supputantem? MIC. Video per Iouem, & quidem ad obscurã siticulosámque lucernam. Præterea pallet, haud scio vnde, Galle, totúsque exaruit, atque extenuatus est, mirum ni curis: neque enim auditum est illum alioqui malè habere. GAL. Ausculta quid dicat: siquidem intelliges quibus de caussis ad eum modum sit affectus. SIMON. Nimirum septuaginta illa talenta tutò admodum sub lectica defossa sunt, neque quisquam alius omnino vidit. At verò sedecim illa Sosylus equiso vidit me sub præsepe occultantem. Itaque de curando stabulo nõ est admodum solicitus, quanquam nec aliàs admodum laboris appetens. Verisimile est autem illum multo etiam his plura sustuliss̃e. Nam vnde alioqui Tibius heri tam ingens salsamentum illi obsonio proposuiss̃et? Tum autẽ aiunt illum monile emisse vxori drachmis quinque. Heu misero mihi. Hi omnia mea dissipabunt bona. Quid quòd ne pocula quidem sat in tuto mihi recondita sunt, quum sint multa? Vereor enim ne quis ea suffosso pariete tollat.

ΜΙ. ἐλελήθης με, ὦ ἀλεκτρυών, ϗ σὺ γόης ὤν. ἐμοὶ δ' οὕτω λῷ τῦτο ἅπαξ παθόντι, ὅσα τὰ Σίμωνος πλούτια ἐν ὑπαγκεῖ δεῦρο μετενηνεγμένα· μετρίσω γὰρ αὖθις πρελθών. ὁ δὲ, αὖθις περιτρώξεται, ἀποπίνων τὰ καττύματα. ΑΛ. ὦ Ἥμις ἡμέαθαι τῦτο. παρῄνεσέ γὰρ ὁ Ἑρμῆς μὴ πιοῦσάν τι ἐργάσηται ὁ ἔχων ὃ πτερὸν, αἰαβοήσομαί με, καλαφωνῆσαι αὐτόν. ΜΙ. ἀπίθανον λέγεις· κλέπτην τὸν Ἑρμοῦν αὐτὸν ὄντα, τοῖς ἄλλοις φθονεῖν τοιούτου. ἀπιωμὲν δ' ὅμως· ἀφέξομαι γὰρ τοῦ χρυσίου, ἂν δύνωμαι. ΑΛ. ἀπίτλον, ὦ Μίκυλλε, πρότερον ὃ πτίλον· τί ῦτο; ἄμφω ἀπέτιλας; ΜΙ. ἀσφαλέστερον ἦτως, ὦ ἀλεκτρυών, ϗ σοὶ ἦττον ἄμορφον ὃ πρᾶγμα αὖ εἴη, ὡς μὴ χωλαίοις δεῖ θάτερον τῆς οὐρᾶς μέρος. ΑΛ. εἶεν· ὅτι τὸν Σίμωνα πρῶτον ἀπιμεν, ἢ πρὸ ἄλλου τινὰ τῶν πλουσίων; ΜΙ. οὐμῶν, ἀλλὰ πρὸς τὸν Σίμωνα, ὃς αὐτὶ δισυλλάβου, τετρασύλλαβος ἤδη πλυτήσας εἴη ἄξιοῖ. ϗ δὴ πρόεσμεν ὅτι τάχος θύρας. τί οὖν ποιῶ ὃ μὴ τῦτο; ΑΛ. ὅτιθες ὃ πτερὸν ὅτι ὃ κλῄθρον. ΜΙ. ἰδοὺ δή, ὦ Ἡράκλεις, ἀναπεπέτακεν ὡσπερ κλῇδι ἡ θύρα. ΑΛ. ἡγοῦ ἐς ὃ πρόσθεν, ὅπως αὐτὸν ἀγρυπνοῦντα, ϗ λογιζόμενον; ΜΙ. ὁρῶ, νὴ Δία, πρὸς ἀμυδρόν γε ϗ διαῤῥῶντα τὴν θρυαλλίδα, ϗ ὠχρὸς ἦ ἔστιν. ὁκνεῖ οἶδ' ὁπόθεν, ὦ ἀλεκτρυών, ϗ κατέσκληκεν ὅλος, ὀκτετηκὼς τοῦ φρονεῖν δηλαδή, οὐ γὰρ νοεῖν ἄλλως ἐλέγετο. ΑΛ. ἄκουσον ἃ φησιν, εἴσῃ γὰρ ὅθεν οὕτως ἔχει. ΣΙ. ὁκοιῶ πάλαι τὰ μὲν ἑβδομήκοντα ἐκεῖνα, πάνυ ἀσφαλῶς ὑπὸ τῇ κλίνῃ κατορώρυκται, ϗ οὐδεὶς ὅλως εἶδε· τὰ δὲ ἑκκαίδεκα, εἶδε Σωσύλος ὁ ἱππικόμος ὑπὸ τῇ φάτνῃ καλαχρύπτοντά με. ὅλως γοῦν πρὸς τὸν Ἱππωνᾶ ὀκτὶν ἀ πάνυ ὀτιμελής, ἄλλως τ' οὐδὲ φιλόπονος ὤν· εἰκὸς δὲ διπλᾶσθαι πολλῷ πλείω τούτων. ἢ πόθεν γὰρ ὁ Τίβιος παρέσχεν αὐτῷ οὕτω μέγαν ὠψώνησιν ἐχθές; ἐλέγετο δὲ τῇ γυναικὶ ἑλλόβιον ἐωνῆσθαι πέντε δραχμῶν· ὅλως πάμα οὗτοι σαθρῶσι τὰ κακοδαίμονος. ἀλλ' οὐδὲ τὰ ἐκπώματα ἐν ἀσφαλεῖ μοι ἀπόκειται, τοσαῦτα ὄντα. δέδοικα γοῦν μή τις ὑπορύξας τὸν τοῖχον, ὑφέληται ταῦτα.

πολλοὶ φθονοῦσι, καὶ ἐπιβουλεύουσί μοι, καὶ μάλιστα ὁ γείτων Μίκυλλος. ΜΙ. νὴ Δία, σοὶ γὰρ ὅμοιος ἐγώ, καὶ τὰ ῥύβδια ὑπὸ μάλης ἀπειμὶ ἔχων. ΑΛ. σιώπησον, ὦ Μίκυλλε, μὴ καταφωράσῃ παραυτίκα ἡμᾶς. ΣΙ. ἄριστον γοῦν ἄγρυπνον αὐτὸν φυλάττειν· ἅπασαν περείμι δρομαίαν ἐν κύκλῳ τὴν οἰκίαν· τίς οὗτος; ὁρῶ σέ τε, ὦ τοιχωρύχε, καὶ Δία· ἐπεὶ κίων γε ὢν τυγχάνεις, οὐκ ἔχω. ἀριθμήσω αὖθις ἀνορύξας τὸ χρυσίον, μή τί με καὶ φθάσῃ διελεγχθέν. ἰδοὺ πάλιν ἐψοφησέ τις ἐπ' ἐμέ, δηλαδὴ πολιορκούμενος, καὶ ἐπιβουλεύομαι παρὰ ἀπάντων. ποῦ μοι τὸ ξιφίδιον, αὐτὸν λάβω τινά; θάπτωμαι αὖθις τὸ χρυσίον. ΑΛ. τοιαῦτα μέν σοι, ὦ Μίκυλλε, τὰ Σίμωνος. ἀπιώμεν δὲ καὶ ἐπ' ἄλλον τινά, ἕως ἔτι ὀλίγον τῆς νυκτός λοιπόν ἐστιν. ΜΙ. ὁ κακοδαίμων, οἵᾳ βιοῖ τὸν βίον· ἐχθροῖς ὄντως πλουτεῖν χρὴ κἀμοὶ νῦν παίξας αὐτὸν, ἀπελθεῖν βούλομαι. ΣΙ. τίς ἐπάταξέ με; ληστεύομαι ὁ δυστυχής. ΜΙ. οἴμοι, καὶ δραγυπνῶ, καὶ ὅμοιος γίγνομαι τῷ χρυσῷ, τοσοῦτος ὤν. ἡμᾶς δὲ, εἰ δοκεῖ, Γνίφωνα τὸν δημόσιον ἴδωμεν, οὐ μακρὰν γὰρ οἰκεῖ. αὐτὴ ἡμῖν ἡ θύρα. ΑΛ. ὁρᾷς ἐπαγρυπνοῦντα καὶ τοῦτον ὑπὸ φροντίδων, ἀναλογιζόμενον τοὺς τόκους, καὶ τοὺς δακτύλους κατασκληκότα, ὃν δεῖσθαι μέλλει ὀλίγον πρὸ τούτων λιπόντα, σίλφιον, ἢ ἐμπίδα, ἢ κωνώπιον ἰδεῖν; ΜΙ. ὁρᾷς κακοδαίμονα, καὶ ἀξιόπιστον αὐθέκαστον, οὐδὲ νῦν πολὺ τοῦ σίλφης, ἢ ἐμπίδος ἀμείνονα διοιῶντα· ὡς γὰρ ἅπας ἐκτέτηκεν ὅλος ὑπὸ τῶν λογισμῶν. ἐπ' ἄλλον ἀπιώμεν. ΑΛ. ἀλλὰ τὸν σὸν Εὐκράτην, εἰ δοκεῖ· καὶ ἰδοὺ γὰρ ἀνέῳκται καὶ αὐτοῦ ἡ θύρα, ὥστε εἰσίωμεν. ΜΙ. ἅπαντα ταῦτα μικρὸν ἔμπροσθεν ἐμὰ ἦν. ΑΛ. ἔπειτα σὺ οὐθενόπολις τὸν πλοῦτον; ὁρᾷς γοῦν τὸν Εὐκράτην αὐτὸν μοι ὑπὸ τοῦ οἰκέτου προσδύτην ἄνδρα ὄντα. ΜΙ. ὁρᾶν, νὴ Δία, καταπυγοσύνην τινὰ, καὶ παχυπάσμιον, καὶ ἀσελγαίνειν δοκοῦντα ἀνδρικώτερον τὴν γυναῖκα δὲ ἑτέρωθι ὑπὸ τοῦ μαγείρου μοιχευομένην καὶ αὐτήν. ΑΛ. τί οὖν ἐθέλοις ἂν καὶ τούτων κληρονομεῖν, ὦ Μίκυλλε, καὶ πάντα ἔχειν τὰ Εὐκράτους; ΜΙ. μηδαμῶς, ὦ ἀλεκτρυών· λιμῷ τοίνυν ἀπολοίμην ἢ τοιοῦτόν τι πείσωμαι.

A Complures mihi inuident, atque insidias parant: præter cæteros autem Micyllus iste vicinus. M I C. Ita per Iouem. Nam tibi sum similis, ac patellas sub ala gesto. G A L. Tace Micylle, ne protinus ipso in furto nos prodas. S I M O N. Optimum igitur fuerit, vt ipse insomnis seruem. Omnem obibo domum, in orbem obambulans. Quis iste? Video te per Iouem ô parietum perfossor: posteaquam es columna, bene res se habet. Pernumerabo denuo refossum argentum, ne quid fortè dudum me fugerit. En rursum obstrepuit mihi nescio quis. Nimirum obsideor, atque insidiis B appetor ab omnibus. Vbi mihi gladius, si quenquam deprehendero? Rursum aurum defodiamus. G A L. Sic tibi habent, ô Micylle, res Simonis. Sed abeamus ad alium quempiam, donec noctis adhuc aliquantulum supereſt. M I C Y L. O miser, cuiusmodi viuit vitam! hostibus eueniat ad hũc modum diuites esse. Itaque pugno illi in maxillam illiso, volo discedere. S I M O N. Quis me pulsauit? Latrocinio despolior miser. M I C Y L. Plora ac vigila, aurique similis corpore reddaris, quandoquidem illi affixus ac deditus es. Nos autem, si C videtur, Gniphonem fœneratorem visamus. Nam nec is procul hinc habitat. Ipsæ nobis suapte sponte fores patuerunt. G A L. Vides hunc quoque curis inuigilantem, & vsurarum rationes iterantem digitis contortis? cui propemodum relictis his omnibus sit in silpham aut culicem aut muscam abeundum. M I C Y L L. Equidem video miserum ac vecordem hominem, ne nunc quidem multo meliorem viuere vitam, quàm silphæ aut culicis: adeo totus & hic à curis & rationibus est extenuatus. Nunc ad alium eamus. G A L. Ad D tuum, si videtur, Eucratem. En tibi fores per se patuêre. Quin introimus? M I C. Paulò antè hæc omnia mea erant. G A L. At etiam nunc tu diuitias somnias? Vides igitur Eucratem ipsum quidem à famulo, virum natu grandem? M I C. Video profectò quiddam haudquaquam virile. Porrò altera ex parte ipsam item vxorem à coquo constuprari. G A L. Quid ergo? Num optaris & horum hæres existere Micylle, cunctáque possidere quæ sunt Eucratis? M I C. Haudquaquã Galle: imò fame citiùs interierim, quàm id genus quippiã patrarẽ.

Valeat aurum & conuiuia. Duo oboli mihi potiores diuitiæ sunt, quàm si à domesticis mihi domus perfodiatur. GAL. Sed iam nunc, quandoquidem dies fermè diluxit, domum ad nos redeamus. Reliqua rursus aliàs videbis Micylle.

A χαιρέτω ὁ χρυσίον, καὶ τὰ δεῖπνα, δύο ὀβολοὶ ἔμοι γε πλουτος ὄντι μᾶλλον, ἢ τοιχωρυχεῖσθαι ὑπὸ τῶν οἰκετῶν. ΑΛ. ἀλλὰ ναῦν, ἡμέρα γὰρ ἤδη ἀμφὶ ὁ λυκαυγὲς αὐτό, ἀπίωμεν οἴκαδε πρὸς ἡμᾶς. τὰ λοιπὰ δὲ, εἰσαῦθις ὄψῃ, ὦ Μίκυλλε.

ΙΚΑΡΟΜΕΝΙΠΠΟΣ, ἢ ΥΠΕΡΝΕΦΕΛΟΣ.

ICAROMENIPPVS, siue HYPERNEPHELVS, D. Erasmo Roterodamo interprete.

ARGVMENTVM.

Quod suprà in specie, idem hîc in genere tractat. Reprehendit enim in vniuersum omnium hominum tum priuatorum, tum etiam regum ac principum, omnia facta ac studia, siue ea priuata sint, siue etiam ad cultum ac religionem deorum pertineant. Præcipuè autem philosophos, vt semper aliàs, insectatur, quos indicat non modò circa res humanas incerta ac stulta docere, verùm etiam de rebus sublimibus, de mundo, de deo, de prouidentia diuina, & id genus aliis, absurda atque impia quædam tradere, quæ neque viderint ipsi, neque aliunde cognouerint. Atque hæc omnia sub Menippi nomine, quem aliàs quoque vt philosophis infestum atque inimicum exhibet. Hunc enim fingit, cùm videret hominum res incertas & ridiculas esse, cuperétque veritatem naturæ ac virtutem cognoscere, ad philosophos sese contulisse. Qui cùm multa quidem ac speciosa habitu ac verbis pollicerentur, doctrina autem inter se diuersa atque aliena quædam traderent, neque ipsi sibi consentirent, pro veritate nugas quasdam docendo: postremò consilij inopem, de cœlo conscendendo, ac ipsarum illarum rerum experimento capiendo cogitasse. Assumptis igitur & affectis alis, Dædali exemplo in cœlum subuolasse: vbi primùm circa Lunam facto ceu diuerticulo quodam, contemplatum esse omnia quæcunque in terris siue publicè, siue priuatim & in occulto quoque geruntur, non modò à regibus & principibus, verumetiam à ciuitatibus, populis, diuitibus & plebeiis. Deinde autem in cœlo ea vidisse, quæ stultè ac ridiculè Iupiter circa hominum vota, sacrificia, iuramenta, & cætera officia dispensanda exercet; quæque item alij Dij, in conuiuiis, in concionibus, & cæteris, non quidem ipsi agere solent, sed à stultis & imperitis hominibus agere creduntur. Vtrobique autem grauem de philosophis querelam audiuisse: Nam Lunam quidem de contumeliis quibus ab illis afficeretur, conquestam esse: propterea quòd ab aliis lumen furtiuum habere, ab aliis ceu speculum supra Oceanum suspensa esse diceretur. Iouem autem omnem illorum vitam, mores, sectas, habitum, doctrinam, facinora domestica, & linguæ petulantiam, accusasse: præcipuè autem contra Epicureos, vt qui Deos omnino vllos negarent esse, incensum fuisse. Porrò tituli ratio hæc est, quòd vt Icarus alatus in altum subuolasse dicitur, ita hîc Menippus quoque cœlum alatus conscendit, vnde & alter titulus ὑπερνέφελου additur, quasi dicas, eius qui supra nubes ascendit. In primis memorabilis & propria descriptio illa Philosophorum est, qua Iupiter in concilio deorum illos depingit. Fuit autem, vt hoc quoque addamus, Menippus quidem reuera Cynicus philosophus, natione Phœnix ac seruus natus, de quo Laërtium vide.

MENIPPVS. AMICVS.

MENIPPVS. TER mille igitur erant B stadia à terra vsq; ad lunã, vbi prima nobis fuit mansio. Porrò hinc sursum ad Solem parasangę fermè quingẽtæ. Rursũ ab hoc vsque ad ipsum deniq; cœlũ, arcẽque Iouis in edito sitam, tantũ ferè spatij fuerit, quantũ aquila probè, succinctè, atque expeditè queat vno die peragere.

Ο Υκοῦν τρισχίλιοι μὲν ἦσαν ἀπὸ γῆς στάδιοι μέχρι πρὸς τὸν σελήνην, ὁ πρῶτος ἡμῖν σταθμός. τοὐντεῦθεν δ', ἕως τὸν ἥλιον αὖθις διασταδίαι πως πεντακόσιοι. ὃ δ' ἀπὸ τούτου, ἐς αὐτὸν ἤδη τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν ἀκρόπολιν, τὸν τοῦ Διὸς αὐλῶνα, καὶ ζῶντα χρὴ εἶναι τὸν εὐζώνῳ ἀετῷ μιᾶς ἡμέρας.

ΕΤ. τί ταῦτα πρὸς Χαείτων, ὦ Μένιππε, ἀστρονομεῖς, καὶ ἠσυχῇ πως αὐαμετρᾷς; πάλαι γὰρ ἐπακροώμην σε παραγελῶντα, ἡλίους καὶ σελήνας, ἔτι δὲ τὰ φορτικὰ ταῦτα σταθμούς τινας, καὶ παρασάγγας ὑποξενίζοντος. ΜΕ. μὴ θαυμάσῃς, ὦ ἑταῖρε, εἰ μετέωρα καὶ δι' ἀέρος δοκῶ σοι λέγειν· ὃ κεφάλαιον γὰρ δὴ πρὸς ἐμαυτὸν λογίζομαι τῆς ἐναγχος ἀποδημίας. ΕΤ. εἶτα, ὦ γαθὲ, καθάπερ οἱ Φοίνικες, ἄστροις ἐτεκμήρω τὴν ὁδόν; ΜΕ. οὐ, μὰ Δία, ἀλλ' ὑπ' αὐτοῖς ἄστροις ἐποιούμην τὴν ἀποδημίαν. ΕΤ. Ἡφίκλης, μακρόν τινα τὸν ὄνειρον λέγῃς, εἴγε σαυτὸν ἔλαθες καταχοιμηθεὶς παρασάγγας ὅλας. ΜΕ. ὄνειρον γάρ, ὦ παῖ, δοκῶ σοι λέγειν, ὃς ἀρτίως ἀφῖγμαι παρὰ τοῦ Διός; ΕΤ. πῶς ἔφησθα; Μένιππος ἡμῖν Διοπετὴς πάρεστιν ἐξ οὐρανοῦ; ΜΕ. καὶ μάλα ἐγώ σοι περὶ αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ πρώτου Διὸς ἥκω τήμερον, θαυμάσια καὶ ἀκούσας καὶ ἰδών· εἰ μὲν ἀπιστεῖς, καὶ αὐτὸ τοῦτο ὑποθεφάνομαι, ὅτι σοι πίστεως δυστυχεῖν. ΕΤ. καὶ πῶς ἔγωγε ὦ θεασάσιε καὶ Ὀλύμπιε Μένιππε, ἡμῖν ὁ αὐτὸς, καὶ θνητὸς ὤν, ἀπιστεῖν δυναίμην ὑπερφέλῳ ἀνδρί; καὶ ἵνα καθ' Ὁμηρον εἴπω, τῶν ὑπερνιφάων ἑνί; ἀλλ' ἐκφανά μοι φράσον, εἰ δοκεῖ, τίνα τρόπον ἦρθης ἄνω, καὶ ὁπόθεν ἐπρίω κλίμακα τηλικαύτην τὸ μέγεθος; τὰ μὲν γὰρ ἀμφὶ τὴν ὄψιν, ὑπὸ πρώτου ἔοικας ἐκείνου τοῦ Φρυγὸς, ὥστε καὶ ἡμᾶς εἰκάζειν καὶ σὲ οἰκοφθόρητά που, ἀναρπασον γενόμενον παρὰ τοῦ ἀετοῦ. ΜΕ. σὺ μὲν πάλαι σκώπτων δῆλος εἶ, καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, εἴ σοι τὸ παράδοξον τοῦ λόγου, μύθῳ δοκεῖ παραφέρειν· ἀτὰρ οὐδὲν ἐδέησέ μοι πρὸς τὴν ἄνοδον, οὔτε τῆς κλίμακος, οὔτε παιδικὰ γλυφάδαν τοῦ ἀετοῦ. οἰκεῖα γὰρ ἐμοὶ τὰ πτερά. ΕΤΑΙ. τοῦτο μὲν ἤδη καὶ ἀπ' αὐτὸν Δαίδαλον ἔφασθα, εἴγε πρὸς τοῖς ἄλλοις, ἐλελήθεις ἡμᾶς ἱέραξ τις, ἢ κολοιὸς ἐξ ἀνθρώπου γλυπτός. ΜΕ. ὀρθῶς, ὦ ἑταῖρε, καὶ οὐκ ἄπο σκοποῦ εἴκασας. τὸ Δαιδάλου γὰρ ἐκφυὲς σόφισμα τῶν πτερῶν καὶ αὐτὸς ἐμηχανησάμην. ΕΤΑΙ. εἶτα, ὦ πολυμηχανώτατε πάντων, οὐκ ἐδεδοίκεις μὴ σὺ που τῆς θαλάσσης καταπεσών, Μενίππειόν τι πέλαγος ἡμῖν ὥσπερ ὁ Ἰκάριον ἀποδείξῃς ὑπὸ τοῦ σεαυτοῦ ὀνόματος;

A AMIC. Dic mihi per Gratias. Menippe, quæ ſunt iſta quæ de aſtris loqueris, ac tacitus tecum ſupputas? Etenim iamdudum te aſſectans, audio ſoles & lunas, præterea autem & magnifica iſta, manſiones ac paraſangas, peregrina quædam commemorantem. MEN. Ne mireris amice, ſi ſublimia aëriáque tibi videor loqui: nam ſummã apud me reputo nuper actæ peregrinationis. AMIC. Nimirum Phœnicum exemplo viam ſtellis notaras. MEN. Haudquaquam per Iouem: quin magis ipſis in ſtellis ſum peregrinatus. AM. Papæ! longum profectò ſomnium mihi narras: ſiquidem totas edormiſti paraſangas inſciens. MEN. Quid ais? ſomnium tibi referre videor, qui modò ab ipſo Ioue ipſe reuerſus adſum? AMIC. Quid audio? Itáne Menippus nobis à Ioue delapſus ades è cœlo? MEN. Ita ſanè: ego tibi ab ipſo illo ſummo Ioue hodie venio, rebus interim dictu miris & auditis & conſpectis. Quod ſi non credis, equidem hoc ipſo nomine ſupra modũ gaudeo, cùm ſupra fidem eſſe video meam felicitatem. AMIC. Et quo pacto diuine atque Olympie Menippe, mortalis cùm ſim ac terreſtris, queam nõ credere viro qui nubes ſuperarit, quíque, vt Homericis dicam verbis, iam ſis cœlitũ è numero vnus? Verùm illud mihi dicito, ſi moleſtum non eſt, quibus modis in altum ſubuectus es, aut vnde nactus ſcalas tanta magnitudine? Nam quantum ad faciem ac formam attinet, non es admodum ſimilis illi Phrygio: vt coniectare poſſimus te quoque ab aquila raptũ fuiſſe, quò pocillatoris alicubi munere fungereris. MEN. Non me clam eſt te iamdudum irridere. Neque verò id omnino mirum, ſi narrationis nouitas tibi fabulæ videtur aſſimilis. Cęterùm ad conſcenſum nihil mihi erat opus neque ſcalis, neque vti pueri illius in morem ab aquila raperer: propterea quòd alæ mihi eſſẽt propriæ. AMIC. Iam verò iſtud quod narras, vel ipſum Dædali factum ſuperat. Siquidem præter alia, nobis inſcientibus miluius quiſpiã aut graculus ex homine factus es. MEN. Rectè amice, neq; procul à ſcopo conieciſti. Etenim illud Dædali de alis inuentum ipſe quoque ſum machinatus. AMIC. At interim omnium audaciſſime, non veritus es ne tu quoque alicubi in mare delapſus, Menippeum aliquod pelagus tibi cognomine redderes, quemadmodũ ille Icarium?

MEN. Nequaquam. Siquidem Icarus cùm alas haberet cera agglutinatas, eáque quamprimum ad Solem esset liquefacta: defluxis alis non mirum si decidit. At nobis citra vllam ceram erant pennæ. AMIC. Istud quî fieri potuit? Iam enim haud scio quo pacto paulatim me adducis vt vera videantur quæ narras. MEN. Ad hunc fermè modum: Aquilam egregiè magnam, tum autem & vulturem validum arripui. His cùm alas vnà cum ipsis brachiis præsecuissem: Quin potiùs, si vacat, totius commenti rationem ordine tibi percensebo. AMI. Mihi quidem vel maximè vacat: adeò sublimis à sermone tuo pendeo! iámque ad narrationis finem inhio. Ne verò me negligas, per Iouem amicitiæ præsidem, auribus in aëre suspensum ob tuam narrationem. MEN. Ausculta igitur. Neque enim ciuile fuerit, si spectem amicum ore hiante relictum, eúmque, quemadmodum tu ais, ab auribus suspensum. Ego igitur cùm expendens ea quæ sunt in vita mortalium, protinus omnes res humanas reperissem ridiculas, humiles, instabiles, nempe opes, imperia, magistratus: contemptis his, atque horum studio, adiectóque animo ad ea quæ verè sunt bona: conatus sum ab his tenebris emicare, & ad vniuersi naturam suspicere. Atque hîc mihi multam attulit hæsitationem, primùm hic ipse qui à sapientibus appellatur mundus. Neque enim inuenire poteram, neque quo pacto factus fuisset, neque quo opifice, neque quod esset illius vel initium, vel finis. Deinde cùm particulatim contemplarer, multo etiam magis ambigere sum coactus, quippe qui viderem stellas temere per cœlum disiectas. Tum Solem ipsum, qui tandem esset, scire gestiebam. Super omnia verò, quæ Lunæ accidebant, mihi videbantur absurda, ac planè mira: putabámque caussam aliquam arcanam & inexplicabilem esse, cur illa subinde speciem formámque variaret. Quinetiam fulgur emicans, tonitru erumpens, tum pluuia, nix, grando, è sublimi demissa, videbantur hæc quoque omnia coniectu difficilia, quæque nullis notis deprehendi possent. Itaque cùm ad eum modum essem affectus, optimum factu ratus sum, vt horum vnumquodque à philosophis istis perdiscerem. Siquidem existimabam illos veritatem omnem docere posse.

ΜΕ. οὐδαμῶς. ὁ μὲν γὰρ Ἰκαρος, ἅτε κηρῷ τὼ πτέρωσιν ἡρμοσμένος, ὅπῃ πάχιστα πρὸς τὸν ἥλιον ἐκφυὲς ἐτάκη, πτεροῤῥυήσας, εἰκότως κατέπεσεν· ἡμῖν δὲ ἀκήρατα ἦν τὰ ὠκύπτερα. ΕΤ. πῶς λέγεις; ἤδη γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως πρέμα με προσάγεις πρὸς τὸ ἀληθὲς τῆς διηγήσεως. ΜΕ. ὧδέ πως· ἀετὸν μὲν μεγέθη συλλαβών, ἐπὶ δὲ γῦπα τῷ κρατεῖν, ἀποτεμὼν αὐτῶν τὰς πτέρυγας τὰ πλευρά, μᾶλλον δὲ ἐκ πάσης ἀρχῆς τὸ ὀπίσθιον, εἴ σοι σχολή, δίειμι. ΕΤ. πάνυ μὲν οὖν, ὡς ἐγώ σοι μετέωρός εἰμι ὑπὸ τῶν λόγων, καὶ πρὸς τὸ τέλος ἤδη κέχηνα τῆς ἀκροάσεως, μηδὲ πρὸς Φιλίου με παρίδῃς, αἰῶρα που τῆς διηγήσεως ἐκ τῶν ὤτων ἀπηρτημένον. ΜΕ. ἄκουε τοίνυν. οὐ γὰρ ἀστεῖόν γε τὸ θέαμα, κεχηνότα φίλον, ἐγκαταλιπεῖν, καὶ ταῦτα, ὡς σὺ φῂς, ἐκ τῶν ὤτων ἀπηρτημένον. ἐγὼ γὰρ ὅπῃ τάχιστα ἐξετάζων τὰ κατὰ τὸν βίον, γελοῖα, καὶ ταπεινά, καὶ ἀβέβαια τὰ ἀνθρώπινα πράγματα εὕρισκον, πλούτους λέγω, καὶ ἀρχάς, καὶ δυναστείας, καταφρονήσας αὐτῶν, καὶ πρὸς ταῦτα σπουδῆς, ἀφελέσθαι τῶν ἀληθῶς σπουδαίων ἐπειρώμην, καὶ μοι συνῆν, πολλήν τινα παρεῖχε τῇ ἀπορίᾳ, πρῶτον μὲν αὐτὸς οὗτος ὁ ὑπὸ τῶν σοφῶν καλούμενος κόσμος. οὔτε γὰρ εἶχον εὑρεῖν οὔθ' ὅπως ἐγένετο, οὔτε τὸν δημιουργόν, ὅστις ἄρχων, οὔθ' ὅ, τι τὸ τέλος ἐστὶν αὐτοῦ. ἔπειτα δὲ κατὰ μέρος ἐπισκοπῶν, πολὺ μᾶλλον ἀπορεῖν ἠναγκαζόμην· τούς τε γὰρ ἀστέρας ἑώρων ὡς ἔτυχε τοῦ οὐρανοῦ διερριμμένους, καὶ τὸν ἥλιον αὐτὸν τί ποτε ἐπιθυμῶν ἐκάστοτε εἰδέναι, μάλιστα δὲ τὰ κατὰ τὴν σελήνην ἄπορά μοι, καὶ πάντελῶς παράδοξα κατεφαίνετο, καὶ ὁ πολυειδὴς αὐτῆς τῶν σχημάτων ἀπόῤῥητόν τινα τὴν αἰτίαν ἔχειν ἐδοκίμαζον. οὐ μόνον δὲ καὶ ἀστραπὴ διχάσασα, καὶ βροντὴ καταῤῥαγεῖσα, καὶ ὑετός, ἢ χιών, ἢ χάλαζα κατενεχθεῖσα, καὶ ταῦτα δυσείκαστα πάντα καὶ ἀτέκμαρτα ἦν. σχολῇ γὰρ ἐπειδήπερ οὕτω διεκείμην, ἄριστον ἦν ὑπολαμβάνειν παρὰ τῶν φιλοσόφων τούτων ταῦτα ἅπαντα ἐκμαθεῖν. ἐῴμην γὰρ ἐκείνους πάντων γε ἔχειν ἂν εἰπεῖν τὴν ἀλήθειαν.

ὕπω δὴ τοὺς ἀρίστους ἀπιλεξάμενος αὐτῶν, ὡς A Quare cùm ex illis præstantissimos delegissem, quãtum mihi coniectare licebat, è vultus austeritate, éque coloris pallore, ac barbæ profunditate (mirum enim vt mihi ex ipso protinus aspectu sublimiloquos quosdam, & cœlestium rerum peritos viros præ se ferebant) his vbi memet docendum tradidissem magna pecunia (quam partim eucstigio præsentem numeraui, partim tum me persoluturum sum pollicitus, vbi ad philosophiæ summam peruentum esset) non grauabar erectus ad nugas doceri, & vniuersi dispositionem discere. At illi tantum aberant vt me pristina liberarent insciti, vt B in maiores etiam dubitationes coniecerint: principia nescio quæ, ac fines, tum insecabilia, inania, syluas, ideas, atque id genus alia mihi quotidie offundẽtes. Verùm illud interim mihi videbatur omniũ esse grauissimum, quòd cùm nihil inter illos conueniret, verùm pugnantia diuersáque inter se omnia loquerentur: tamen postulabant vt sibi fidem haberem: ac ad suam quisque rationem me conabatur adducere. AMIC. Rem absurdam narras, si viri cùm essent sapientes, inter sese de rebus factiosè dissidebant, neque de iisdem eadem probabant. MEN. Atqui rideres amice, si audieris illorum atrogãtiam, & in differendo prodigiosam confidentiam: qui quidem cùm humi ingrederentur, nihilóque præstantiores essent nobis qui super terram ambulamus, ne cernentes quidem acutiùs quàm quiuis alius adstans, nonnulli cęcutientes etiam senio atque inertia: tamen & cœli terminos perspicere sese profitebantur: solem quoque ipsum dimetientes: & ea quæ supra lunam sunt, aggredientes. Ac perinde quasi ex ipsis delapsi stellis, ita & magnitudinem illarum & figuram explicabant. Ac sæpenumero cùm fortè ne illud quidem certò scirent, quot stadiis à Megara abessent Athenę: tamen spatiũ quod interest inter Solem & Lunam, quot esset cubitorum, audebant pronuntiare: tum aëris altitudinem, maris profunditatem, terræ ambitum dimetientes. Ad hęc circulos depingebant, ac triangulorum figuras super quadrangulos inducentes: neque non sphæras quasdam picturatas, cœlum scilicet ipsum metientes. Iam verò illud an non insulsum, & insignis arrogantiæ, quòd cùm de rebus vsqueadeo incertis loquantur, nihil tamen ita proponunt, quasi coniecturis ducantur?

De cœlo & rebus sublimibus.

ἐπὶ τεκμηρίοις, τοιούτοις τε σκυθρωπότητι, καὶ χρόας ὠχρότητι, καὶ γνεία βαθύτητι (μάλα γὰρ ὑψηγόραι τινὲς, καὶ μετεωρολογούμενοι οἱ ἄνδρες αὐτίκα μοι κατεφαίνοντο) τούτοις ἐγχειρίσας ἐμαυτὸν, καὶ συχνὸν ἀργύριον, ὃ μὲν, αὐτόθεν ἤδη καταβοήσων, ὃ δὲ, εἰσαῦθις ἀποδώσων ὅτι κεφαλαίῳ τῆς σοφίας ὁμολογησάμενος, ἠξίουν μετεωρολέσχης τε διδάσκεσθαι, καὶ τὴν τῶν ὅλων διακόσμησιν καταμανθάνειν. οἱ δ', ἴσως τὸν ἄρρα ἐδέησάν με τῆς παλαιᾶς ἐκείνης ἀγνοίας ἀπαλλάξαι, ὥστε καὶ εἰς μείζους ἀπορίας φέροντες ἐνέβαλον, ἀρχάς τινας, καὶ τέλη, καὶ ἀτόμους, καὶ κενὰ, καὶ ὕλας, καὶ ἰδέας, καὶ τὰ τοιαῦτα ὁσημέραι μου καταχέοντες. ὁ δὲ πάντων ἐμοιγε οὖν ἐδόκει χαλεπώτατον, ὅτι μηδὲν ἄτερος θατέρῳ λέγοντες ἀκόλουθον, ἀλλὰ μαχόμενα πάντα, καὶ ἀνεπιστία, ὅμως πείθεσθαί τέ με ἠξίουν, καὶ πρὸς τὸν αὑτοῦ λόγον ἕκαστος ὑπάγειν ἐπειρῶντο. ΕΤ. ἄρτιον λέγεις, εἰ σοφοὶ ὄντες οἱ ἄνδρες, ἐστασίαζον πρὸς ἀλλήλους περὶ τῶν ὄντων, καὶ οὐ τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ἐδόξαζον. ΜΕ. καὶ μὴν, ὦ ἑταῖρε, γελάσῃ ἀκούσας τὴν τε ἀλαζονείαν αὐτῶν, καὶ τὴν ἐν τοῖς λόγοις τερατουργίαν· οἵτε γοῦν μόλις ὅτι γῆς βεβηκότες, καὶ μηδὲν τῶν χαμαὶ ἐρχομένων ἡμῶν ὑπερέχοντες, ἀλλ' ἴσως οὐδὲ ὀξύτερον τὸ πλησίον διορῶντες, ἔνιοι δὲ καὶ γήρως, ἢ ἀργίας ἀμβλυωττοντες, ὅμως οὐρανοῦ τε πέρατα διαμετρεῖν ἐφασκον, καὶ τὸν ἥλιον παρεμέτρουν, καὶ τοῖς ὑπὲρ τὴν σελήνην ἐπεβάτευον, καὶ ὥσπερ ἐκ τῶν ἀστέρων καταπεσόντες, μετέθεσάν τε αὐτῶν, καὶ σχήματα διεξήεσαν· καὶ πολλάκις, εἰ τύχοι, μηδὲ ὁπόσοι σταδίοι Μεγαρόθεν Ἀθήναζε εἰσὶν ἀκριβῶς ἐπιστάμενοι, ὃ μεταξὺ τῆς σελήνης, καὶ τοῦ ἡλίου χωρίον ὁπόσων εἴη πηχῶν ὃ μέγεθος, ἐτόλμων λέγειν, ἀέρος τε ὕψη, καὶ θαλάττης βάθη, καὶ γῆς περιόδους διαμετρούμενοι, ἔπι δὲ κύκλους καταγράφοντες, καὶ τρίγωνα, ὅπερ τετραγώνοις διαγραμμίζοντες, καὶ σφαίρας τινὰς ποικίλας, τὸν οὐρανὸν δηθεν αὐτὸν ὅπερ μετρούμενοι. ἔπειτα δὲ κἀκεῖνο πῶς οὐκ ἄγνωμον αὐτῶν, καὶ πάντελῶς τετυφωμένον, ὃ περὶ τῶν οὕτως ἀδήλων λέγοντας, μηδὲν ὡς εἰκάζοντας ἀποφαίνεσθαι;

verùm ſupra modum contendunt, neque vllum vincendi locum aliis relinquunt: tantùm non iureiurando confirmantes, Solem maſſam eſſe candefactam: incoli Lunam: ſtellas aquam potare, ídque Sole veluti ſitula quadam per funem demiſſa, vaporem è mari attrahente, atque illis omnibus ordine potum diſtribuente. Nam quanta ſit in dictis pugnantia, id haud difficile fuerit cognoſcere. Iam mihi ſpecta per Iouem, num illorum decreta inter ſe conſentiant, ac non magis longiſſimis diſſita interuallis: quãdoquidem primùm de ipſo mundo varia eſt ſententia: cùm aliis & ingenitus, & nunquam interiturus eſſe videatur: rurſum alii & opificem illius, & fabricandi modum eloqui ſint auſi. Quos equidem cum primis admirabar; propterea quòd cùm Deum quendam rerum omnium opificem præpoſuiſſent, non illud etiam adderent, vel vnde is eſſet profectus, aut vbi loci conſiſteret, cùm omnia fabricaretur. Nam ante vniuerſi exortum non poſſis vel tempus vel locum imaginari. AMI. Prorſus audaces quoſdam Menippe homines, ac prodigiorum auctores mihi narras. MENIP. Quid autem ſi iam audias, vir optime, quæ differant & de ideis, & de incorporeis: tum quæ de finito & infinito nugantur? Nam & his de rebus acriter inter ſe digladiantur, dum alij fine circumſcribunt vniuerſum: alij contrà finem illud neſcire exiſtimant. Quin inſuper quidam ex iſtis complures eſſe mundos demonſtrabant, damnantes eos qui de hoc velut vno quopiam illorum diſputarent. Rurſum alius, neſcio quis vir, haudquaquam amicus paci, bellum rerum omnium parentem eſſe cenſebat. Nam de diis quid iam attinet loqui? cùm his Deus eſſet numerus, illi rurſus per canes & anſeres ac platanos deierarent: deinde alij reliquis omnibus diis expulſis, vni ſoli rerum omnium imperium tribuebant: ita vt mecum etiã animo diſcruciarer, cùm tantam audirem deorum inopiam. E diuerſo alij liberaliores, multos deos faciebant: ac diſſectis illis, hunc aliquem primum deum appellabant: his ſecundas aut tertias diuinitatis partes tribuebant. Ad hæc alij incorporeum quiddam & informe putabant eſſe numen, alij corpus eſſe imaginabãtur. Deinde non omnes erant in hac opinione, vt putarent diis eſſe curæ res mortalium:

De mundo.

De Deo.

ἀλλ' ὑπερδιατείνεσθαί τε, καὶ μηδεμίαν τοῖς ἄλλοις ὑπολιμπάνειν ἀπολιμπάνειν, μόνον καὶ ὀμνύντες, μύδρον μὲν εἶναι τὸν ἥλιον, κατοικεῖσθαι δὲ τὴν σελήνην, ὑδατοποτεῖν δὲ τοὺς ἀστέρας, καὶ τῷ ἡλίῳ καθάπερ ἰμαντί τινι πίνειν ἐκ μάδα ἐκ τῆς θαλάττης ἀναπεμπόντος, καὶ ἅπασιν αὐτοῖς ὃ ποτὸν ἐξῆς διανέμοντος. τὴν μὲν γὰρ ἐναντιότητα, ὁπόση τῶν λόγων, ῥᾴδιον καταμαθεῖν· καὶ σκόπει πρὸς Διὸς εἰ οὐ γλίσχρων ὄντι τὰ δόγματα, καὶ μὴ πάνυ πολὺ διεστηκότα. πρῶτα μὲν γὰρ αὐτοῖς ἡ περὶ τοῦ κόσμου γνώμη διάφορος, εἴτε τοῖς μὲν, ἀγένητός τε, καὶ ἀνώλεθρος εἶναι δοκεῖ· οἱ δὲ, καὶ τὸν δημιουργὸν αὐτὸν, καὶ τῆς κατασκευῆς τὸν τρόπον, εἰπεῖν ἐτόλμησαν· οὓς καὶ μάλιστα ἐθαύμαζον, θεὸν μέν τινα τεχνίτην τῶν ὅλων ἐφιστάντας, ὅπου δὲ ποτε ἵδρυτο δὲ οὔτε ὅθεν ἤρχετο, οὔτε ὅπου ἔστω, ἕκαστα ἐπιτηδεύετο. καίτοι πρό γε τοῦ παντὸς γενέσεως, ἀδύνατον καὶ χρόνον καὶ τόπον ὑπονοῆσαι. ΕΤΑΙ. μάλα τινὰς, ὦ Μένιππε, πολυπράγμονας, καὶ θαυματοποιοὺς ἄνδρας λέγεις. ΜΕ. τί δ' εἰ ἀκούσας, ὦ θαυμάσιε, περί τε ἰδεῶν, καὶ ἀσωμάτων, ἃ διεξέρχονται, ἢ τοὺς περὶ τοῦ πέρατός τε καὶ ἀπείρου λόγους; καὶ γὰρ αὖ καὶ αὕτη νεανικὴ αὐτοῖς ἡ μάχη· τοῖς μὲν, τέλος ὃ πᾶν περιγράφουσι, τοῖς δὲ, ἀτελὲς τοῦτο εἶναι ὑπολαμβάνουσιν. ἀλλὰ καὶ παμπόλλους τινὰς εἶναι τοὺς κόσμους ἀπεφαίνοντο, καὶ τὴν ὡς περὶ ἑνὸς αὐτῶν διαλογισμῶν κατεγίγνωσκον. ἕτερος δέ τις, οὐκ εἰρωνικὸς αἰνὴρ, πόλεμον τῶν ὅλων πατέρα εἶναι ἐδόξαζε. περὶ μὲν γὰρ τῶν θεῶν, τί χρὴ καὶ λέγειν; ὅπου τοῖς μὲν, ἀριθμὸς τις ὁ θεὸς ἦν· οἱ δὲ, καὶ κυνῶν, καὶ χηνῶν, καὶ πλατάνων ἐπόμνυντο. καὶ οἱ μὲν, τοὺς ἄλλους ἅπαντας θεοὺς ἀπελάσαντες, ἑνὶ μόνῳ τῷ τῶν ὅλων ἄρχειν ἀπένεμον. ὥστε ἠρέμα καὶ ἀηδιᾶσθαί με, τοσαύτην ἀπορίαν θεῶν ἀκούοντα. οἱ δὲ ἐμπαλιν ὑπεδαψιλεύοντο, πολλούς τε αὐτοῖς ἀπέφαινον, καὶ διελόμενοι, τὸν μὲν τινα, πρῶτον θεὸν ἐπεκάλουν, τοῖς δὲ, τὰ δεύτερα καὶ τρίτα ἔνεμον τῆς θεότητος· ἔστι δὲ, οἱ μὲν, ἀσώματόν τι καὶ ἄμορφον ἠρώτων τὸ θεῖον· οἱ δὲ, ὡς περὶ σώματος αὐτὸ διεροῶντο. εἶτα καὶ πρόνοιαν τῶν καθ' ἡμᾶς πρᾶγμα ὑπὸ πᾶσιν ἐδόκουν οἱ θεοί·

ἀλλ' ἦσάν τινες, οἱ τῆς συμπάσης ἀπημελείας
ἀφέντες, ὥσπερ ἡμεῖς εἰώθαμεν ἀπο-
λύειν τὰς λειτουργίας τοὺς πρεσβύτας. οὐδὲν
γὰρ ὅμοιον μὴ τοῖς κωμικοῖς δορυφορήμασιν ἐοι-
κότας ἀφέσεις εἰσάγουσιν. ἔνιοι δὲ, ταῦτα πάντα
ὑπερφυῶς, οὐδὲ τὸν ἀρχὸν εἶναι θεὸν τι-
νας ὑπέλαβον, ἀλλ' ἀδέσποτον καὶ ἀνηγεμόνευ-
τον φέρεσθαι τὸν κόσμον ἀπελίμπανον. τοι-
γάρτοι ταῦτα ἀκούων, ἀπιστεῖν μὲν οὐκ ἐπέλ-
λων ὑψηρεμέταις τε, καὶ πυγμαίοις ἀνδράσιν.
ἠμηχάνουν γε ὅπη τῶν λόγων τραπόμενος,
ἀνεπίληπτόν τι αὐτῶν λέξομι, καὶ ἀπαθὲς μα-
τέρα μηδαμῆ παρεπόμενον. ὥστε δὴ ὁ
Ὁμηρικὸν ἔκεινο ἀτεχνῶς ἔπασχον· πολλάκις
μὲν γὰρ ἀνώρμησα πιστεύειν τινὶ αὐτῶν, ἕτερος
δέ με γνώμης ἔρυκεν. ἐφ' οἷς ἅπασιν ἀμηχα-
νῶν, ὅτι γῆς μὲν, ἀκούσεσθαί τι περὶ τούτων
ἀληθὲς, ἀπηλπίκουν. μίαν δὲ τῆς συμπάσης ἀπορίας ἀπαλλαγὴν ἑαυτῷ ἔσεσθαι, εἰ
αὐτὸς πτερωθείς πως, ἀνέλθοιμι εἰς τὸν οὐρανόν. τούτου δέ μοι πρόφασιν τὴν ἐλπίδα, μά-
λιστα μὲν καὶ ἡ ἐπιθυμία, ἔπειτα ὁ λογοποιὸς Αἴ-
σωπος, ἀετοῖς καὶ κανθάροις ἐνίοτε, καὶ κα-
μήλοις βάσιμον ἀποφαίνων τὸν οὐρανόν. αὐτὸν
μὲν οὖν πτερόφυῆσαί ποτε τοιαύτῃ μηχα-
νῇ δυνατὸν εἶναί μοι κατεφαίνετο. εἰ δ' ὑπὸς
ἢ ἀετῶν πτερύγιον περὶ (ταῦτα γὰρ μόνα
ἱκανὰ ἔσεσθαι πρὸς μέγεθος ἀνθρωπίνου σώμα-
τος) τάχα ἄν μοι τὴν πεῖραν προχωρῆσαι. καὶ
δὴ συλλαβὼν τὰ ὄρνεα, δεξιὰν μὲν τὴν δεξιᾷ
πτέρυγα, τὴν ὑπὸς δὲ, τὴν ἑτέραν ἀπέτεμον
ὡς μάλα· εἶτα δεσμήσας, καὶ κατὰ τοὺς ὤμους
τελαμῶσι καρτεροῖς ἁρμοσάμενος, καὶ πρὸς
ἄκραις ταῖς ὠκυπτέρυξι λαβάς τινας ταῖς χερσὶ
προσκυδάσας, ἐπειρώμην ἐμαυτῷ ὀλίγον
πρόσω, ἀναπηδῶν, καὶ ταῖς χερσὶν ὑπηρε-
τῶν, καὶ ὥσπερ οἱ χῆνες ἐπὶ χαμαιπετοῦς ἐ-
παιωρούμενος, καὶ ἀκροβατῶν ἅμα μετὰ τῆς
πτήσεως. ἐπεὶ δὲ ὑπήκουέ μοι τὸ πρᾶγμα,
θαρραλεώτερον ἤδη τῆς πείρας ἠπτόμην· καὶ
ἀνελθὼν ὅτι τὴν ἀκρόπολιν, ἀφῆκα ἐμαυ-
τὸν μετὰ τῆς ῥιπῆς, φέρων ἐς αὐτὸ τὸ θέατρον.
ὡς δὲ ἀκινδύνως κατεπτόμην, ὑψηλὰ ἤδη
καὶ μετέωρα ἐφρόνουν, καὶ ἄρας ἀπὸ Πάρ-
νηθος, ἢ ἀπὸ Ὑμηττοῦ, μέχρι Γερανείας ἐπε-
τόμην, εἶτ' ἐκεῖθεν, ὅτι τὸν Ἀκροκόρινθον ἀπο-

A verùm erant nonnulli qui eos omni cura liberantes, haud aliter atque nos consueuimus ætate defectos à ministeriis dimittere: nihilo aliusmodi eos inducunt, quàm cuiusmodi in comœdiis induci solent satellitia. Iam alii superantes hæc omnia, ne esse quidem vllos omnino deos credebant: sed mundum nullo domino, nullóque duce temere ferri sinebant. atqui cùm hæc audiebam, verebar non habere fidem viris altifremis, ac probè barbatis: neque tamen inueniebam ad cuius dicta me verterem, vt aliquam illorum sententiam nanciscerer irreprehensam, ac nequaquam ab alio subuersam. *De diuina prouidentia.*

B Itaque planè tandem Homericum illud mihi vsu veniebat. Nam sæpenumero animus incitabat, vt huic alicui illorum crederem, sed me mens diuersa vetabat. In quibus omnibus cùm perplexus hæsitarem, desperabam futurum vt super his verum aliquid in terris audirem: cæterùm vnica tantùm via, vniuersa dubitatione liberari posse, si ipse alis aliqua ratione additis, in cœlum ascenderem. Eius rei conficiendæ spem mihi præbuit primùm ipsa cupiditas: deinde fabularum scriptor Æsopus: qui aquilis

C ac scarabeis, interdum & camelis cœlum adiri potuisse demonstrat. Verùm vt mihi ipsi alæ prouenirent aliquando, id nulla ratione fieri posse videbatur: cæterùm si vulturis aut aquilæ alas induissem (nam has solas sufficere ad humani corporis modum) futurum forsitan vt mihi succederet experientia. Itaque correptis auibus, alteri dextram alam, porrò vulturi sinistram amputaui: ídque admodum scitè. Deinde quum obligassem, humerísque loris validis accommodassem, tum summis pennis ansas quasdam manibus inserēdis addidissem:

D mei ipsius periculum faciebam, primùm subsiliens, ac manibus interim subseruiens, & anserum exemplo paulum adhuc à terra volatu me sustollens, inter volandum summis interim pedibus ingrediens. Postea quum res ex animi sententia succederet, iam audaciùs etiam experimentum aggrediebar: conscensáque arce demisi me ipsum per præceps, atque inde in ipsum ferebar theatrum. Mox vbi nullo periculo deuolassem, sublimia iam & ardua cogitare cœpi: ac tollens me à Parnetho, siue Hymetto, ad Geraniā vsque volabam. Rursum inde ad Acrocorinthum subuolaui:

deinde ſupra Pholoën & Erymanthum ad Taygetum vſque. Ergo quum tandem audax facinus ſatis eſſem meditatus, iámque perfectus & altiuolus euaſiſſem, non ampliùs de pullis imitandis cogitabam: verùm conſcenſo Olympo, cibo quamleuiſſimo paſtus, inde rectà in cœlum tendere cœpi: initiò quidem oborta oculorum vertigine ob profunditatem: & poſtea ferebam & hoc quoque facilè. Verùm vbi iam ipſi lunæ vicinus eſſem, plurimúmque nubium eſſem emenſus: ſentiebam me defatigatum, maximè in ala ſiniſtra, nempe vulturina. Huc igitur diuerti, ac ſuper eam inſidens requieſcebam: in terram interim è ſublimi reſpiciens, neque ſecus quàm Homericus ille Iupiter, nunc bellacium Thracum regionem deſpiciens, nunc Myſorum, mox (ſi libuiſſet) Græciam, Perſidem, Indiámque: ex quibus omnibus varia quadam voluptate perfundebar. A M I. Ergo iſta quoque narrabis Menippe, ne vlla prorſus peregrinationis parte fraudemur: quin potiùs ſi quid obiter in itinere conſpexiſti, fac vt hoc quoque ſciamus. Nam ego ſanè haud mediocria dicturum te expecto, de terræ forma, déque omnibus quæ in terra ſunt, cuiuſmodi tibi viſa ſunt ex alto contemplanti. MENIP. At tu quidem rectè coniectas amice. Quamobrem quatenus licet, conſcenſa luna inter narrandum peregrinanti comes eſto, ſimúlque mecum contemplare totam terræ ſpeciem, habitúmque. Atque initiò quidem admodum puſillam quandam terram mihi videre videbar, multo, inquam, luna minorem: ita vt ego repentè intentis oculis diu dubitarem vbinam eſſent tanti illi montes, ac tantum mare. Quòd ni Rhodiorum coloſſum conſpexiſſem, tum Phariam turrim, haud dubiè prorſus vbinam eſſet terra, me prorſus latuiſſet: verùm iſta quòd ſint ſublimia, præque cęteris eminẽtia, præterea Oceanus paulatim ad Solem reſplendeſcens, indicabant terram eſſe id quod videbam. Mox vbi fixiùs intenderem oculos, iam mihi omnis mortalium vita cœpit eſſe conſpicua, non ſolùm ſingulæ nationes atque vrbes: ſed planè videbam nauigantes, bellantes, agricolantes, litigantes, mulieres, feras, &, vt ſummatim dicam, quicquid tellus educat alma. AMIC. Iſta quæ nunc dicis, haudquaquã ſunt veriſimilia; ac ſecum pugnantia.

εἶτα ὑπὸ Φολόης τε Ἐρυμάνθου, μέχρι τοῦ Ταύγετον. ἤδη δ' ἔν μοι τὸ τολμήματος μεμελετημένου, τέλεός τε καὶ ὑψιπέτης γιγνόμενος, οὐκ ἔτι τὰ νεοττιῶν ἐφρόνουν· ἀλλ' ὅτι τὸν Ὄλυμπον ἀναβαὶς, καὶ ὡς ἐνῆν μάλιστα κούφως ὀπτισπισάμενος, ὃ λοιπὸν ἔτεινον οὐδὲν τοῦ ἀέρος, ὃ μὲν πρῶτον, χιλιάδων ὑπὸ τοῦ βάθους, μὴ ὀφέρειν τε τοῦτο δυσχερῶς. ἐπεὶ δὲ κατ' αὐτὴν ἤδη τὴν σελήνην ἐγεγόνειν, πάμπολυ τοῦ νέφους ἀποσᾶσας, ἠθροίζομαι κάμνοντος ἐμαυτοῦ, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν ἀριστερὰν πτέρυγα τὴν γυπίνην. προσελάσας οὖν, καὶ καθεζόμενος ἐπ' αὐτῆς, διαναπαύομαι, εἰς τὴν γῆν αἰῶρον ἀποβλέπων. καὶ ὥσπερ ὁ τοῦ Ὁμήρου Ζεὺς ἐκεῖνος, ἄρτι μὲν, τὴν τῶν ἱπποπόλων Θρηκῶν καθορῶμενος, ἄρτι δ', τὴν Μυσῶν. μετ' ὀλίγον δὲ, εἰ δόξαιέ μοι, τὴν Ἑλλάδα, τὴν Περσίδα, καὶ τὴν Ἰνδικήν. ἐξ ὧν ἁπάντων ποικίλης τινὸς ἡδονῆς ἀνεπιμπλάμην. ET. ἀκούω δὲ ταῦτα λέγοις ἄν, ὦ Μένιππε, ἵνα μηδὲ καθ' ἓν ἀπολειφθῶμεν τῆς ἀποδημίας, ἀλλ' εἴ τι σοι καὶ ὁδοῦ προῆλθον ἱστόρηται, καὶ τοῦτο εἰδῶμεν. ὡς ἔγωγε οὐκ ὀλίγα προσδοκῶ ἀκούσεσθαι, σχήματος πέρι γῆς τε, καὶ τῶν ἐπ' αὐτῆς ἁπάντων, οἷά σοι αἰῶρον ὀπτισχομένῳ κατεφαίνετο. ME. καὶ ὀρθῶς γὰρ, ὦ ἑταῖρε, εἰκάζεις. διαπερᾶσαι ὡς οἷόν τε ἀναβὰς ὅτι τὴν σελήνην, τοῦτ' ἐστὶν ὃ λέγω σοι, ἀποδημίᾳ τε, καὶ σοι ἐπισκόπει τὴν ὅλην τοῦ ὅτι γῆς διάθεσιν. καὶ πρῶτόν γέ μοι πάνυ μικρὰν δόξαι τινὰ τὴν γῆν ὁρᾶν, πολὺ λέγω τῆς σελήνης βραχυτέραν· ὥστε ἐγὼ ἄφνω καταπλαγείς, ὅτι πολὺ ἀπορῶ, ποῦ εἶεν τὰ τηλικαῦτα ὄρη, καὶ ἡ τοσαύτη θάλασσα. καὶ εἴτε μὴ τὸν Ῥοδίων κολοσσὸν ἐθεασάμην, καὶ τὸν ὅτι τῇ Φάρῳ πύργον, δι' ἴσου, πάντως ἂν με ἡ γῆ διέλαθε. νῦν δ', ταῦτα ὑψηλὰ ὄντα, καὶ ἐπιφαινόμενα, καὶ ὁ Ὠκεανὸς ἀρέμα πρὸς τὸν ἥλιον ἀναστίλβων, διεσήμαινέ μοι γῆν εἶναι ὃ ὁρώμενον. ἐπεὶ δὲ ἅπαξ τὸν ὀφθαλμὸν ἐς ὃ ἀτενὲς ἀπηρσάμην, ἅπας ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος ἤδη μοι κατεφαίνετο, καὶ οὐκ ἔθνη μόνον, καὶ πόλεις, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ σαφῶς οἱ πλέοντες, οἱ πολεμοῦντες, οἱ γεωργοῦντες, οἱ δικαζόμενοι, τὰ γυναῖα, τὰ θηρία, καὶ πρὸς ἁπλῶς, ὁπόσα τρέφει ζείδωρος ἄρουρα. ET. πάντελῶς ἀπίθανα φῂς ταῦτα, καὶ αὐτοῖς ἐναντία.

ὡς γὰρ ἀρτίως, ὦ Μένιππε, τὴν γῆν ἐζήτεις Α
ὑπὸ τῶ μεταξὺ διαστήματος εἰς βραχὺ συνεσταλμένην, καὶ εἴγε μὴ ὁ κολοσσὸς ἐμήνυσέ σοι, ταχὰ ἂν καὶ ἄλλό τι φήσθης ὁρᾶν, πῶς νῦν καθάπαξ Λυγκεύς τις ἄφνω γεγονώς, ἅπαντα διαγινώσκεις τὰ ὑπὸ γῆς, τοὺς ἀνθρώπους, τὰ θηρία, μικροῦ δεῖν, καὶ τοὺς τῶν ἐμπίδων νεοττούς; ΜΕΝ. Οὐ μὲ νουθέτησας. ὁ γὰρ μάλιστα ἐχρῆν εἰπεῖν, τοῦτο οὐκ οἶδ' ὅπως παρέλιπον. ἐπεὶ γὰρ αὐτὴν μὲν ἐγνώρισα τὴν γῆν ἰδών, τὰ δ' ἄλλα οὐχ οἷός τε ἦν καθορᾶν ὑπὸ τῶν βάθους, ἅτε τῆς ὄψεως μηκέτι ἐφικνουμένης, πάνυ μ' ἰδίᾳ ὃ χρῆμα, καὶ πολλὰ Β
πράγματα παρέσχε τὸ ἀπορεῖσθαι. κατηφὴς δὲ ὄντι μοι, καὶ ὀλίγου δεῖν δεδακρυμένῳ, ἐφίσταταί κατόπιν ὁ σοφὸς Ἐμπεδοκλῆς, ἀθρακίας τις ἰδεῖν, καὶ καπνοῦ πλέως, καὶ κατακεκαυμένος. κἀγὼ μέν, ὡς εἶδον (εἰρήσεται γάρ) ὑπετάραξά τε, καί τινα σελαναῖον δαίμονα ᾠήθην ὁρᾶν. ὁ δὲ, Θαῤῥεῖ, φησὶν, ὦ Μένιππε,

Οὔτις τοι θεός εἰμι· τί μ' ἀθανάτοισιν ἐίσκεις;

ὁ Φυσικὸς οὗτός εἰμι Ἐμπεδοκλῆς. ἐπεὶ γὰρ εἰς τοὺς κρατῆρας ἐμαυτὸν φέρων ἐνέβαλον, C
ὁ καπνός με ἀπὸ τῆς Αἴτνης ἁρπάσας, δεῦρο ἀπήγαγε, καὶ νῦν ἐν τῇ σελήνῃ καθίζω ἀεροβατῶν τὰ πολλά, καὶ σιτούμενος δρόσον. ἥκω δέ σοι σὲ ἀπολύσων τῆς παρούσης ἀπορίας. μανίᾳ γάρ σε, οἶμαι, καὶ τρέφει, ὃ μὴ σαφῶς τὰ ὑπὸ γῆς ὁρᾷν. οὔκουν ἐποίησας, ἐγὼ δ', ἐγὼ, βέλτιστε Ἐμπεδόκλεις. καὶ πειθοῖ τάχιστα καταβήσομαι πάλιν ἐς τὴν Ἑλλάδα, μεμνήσομαί σοι ἐνδεῖν τέ σοι ὑπὲρ τῆς καπνοδόχης· κἂν ταῖς νουμηνίαις ἐπὶ τὴν σελήνην εἰς ἐγχανὼν ἐπεύξωμαι. D
ἀλλὰ, μὰ τὸν Ἐνδυμίωνα, ἦ δ' ὅς, οὐχὶ τοῦ μισθοῦ χάριν ἀφῖγμαι· πέπονθα δέ τι τὴν ψυχὴν, ἰδών σε λελυπημένον. ἀτὰρ οἶσθα ὅ, τι δράσας, ὀξυδερκὴς γέγονας; μὰ Δί', ἐγὼ δ' ἐγὼ, ἐὰν μή σοι τὴν ἀχλὺν πως ἀφέλῃς ἀπὸ τῶν ὀμμάτων. νῦν γὰρ δὴ λημᾷν δοκῶ μετρίως. ἔστιν οὖν, ἦ δ' ὅς, ἐμοῦ δεήσῃ. ὃ γὰρ ὀξυδερκές, αὐτὸς ἤδη γήθεν ἦκες ἔχων. τί οὖν τοῦτό ἐστιν; οὐ γὰρ οἶδ', ἔφην. οὐκ οἶσθα, ἦδ' ὅς, ἀετοῦ τὸ πτέρυγα τὴν δεξιὰν παρεκπεπλεγμένος; καὶ μάλα, ἦν δ' ἐγώ.

Etenim quum paulo antè Menippe terram requireres, propter ingens in medio interuallum in arctum contractam, adeò vt nisi colossus tibi fecisset indicium, forsitan aliud quiddam videre te credidisses: quî repentè factus Lynceus, cuncta quæ sunt in terra, dignoscis, homines, feras, ac propemodum etiam culicum nidos? MENIP. Rectè tu quidem admones: nam quod maximè dictum oportuit, id nescio quomodo præterij. Siquidem quum ipsam quidem terram conspectam agnoscerem, cæterùm reliqua non possem perspicere propter altitudinem, nimirum iam non pertingente oculorum acie, grauiter ea res me discruciabat, ac vehementer perplexum habebat. Ego quum ad hunc modum essem solicitus, ac propemodum etiam lacrymarer: adest à tergo sapiens ille Empedocles, ea specie, vt carbonarium quempiam esse diceres, cinere oppletus, atque exustus. Hunc ego quum vidissem (dicendum est enim) nonnihil perturbabar, ratus dæmonem aliquem lunarem videre me. At ille, Bono, inquit, es animo Menippe,

Nullum ego sum numen: quid me immortalibus aequas?

Sum Empedocles ille physicus: etenim vbi me præcipitem in crateras iniecissem, fumus ab Ætna raptum huc subuexit. Itaque nunc lunam incolo, aëriuagus plerunque: ac rore victito. Adsum autem hæsitantiam istam tibi adempturus: nam illud (ni fallor) malè te habet, torquétque, quòd non liceat tibi perspicuè terram cernere. Bene abs te factum est, inquam, optime Empedocles: vbi primùm deuolaro rursus in Græciam, tui memor sacrificabo tibi in fumario: atque in Nouiluniis ter ad lunam inhians vota faciã. Imò per Endymionem, inquit ille, haud huc accessi præmij gratia, sed affectio quædam mouit animum meum, quum te viderem affectum molestia: verùm scis quid facies, quò perspicax fias? Non per Iouem, inquam, nisi tu mihi forsitan caliginem amoueas ab oculis: nam in præsentia videor nõ mediocriter lippire. Atqui me, inquit ille, nihil erit opus. Etenim vt acutè videas, id ipse tecum è terra allatum habes penes te. Quid igitur est istud? inquam, neque enim noui. An ignoras, inquit, te dextram aquilæ alam indutum esse? Scio, inquam, maximè,

ſed quid alæ cum oculo? Quoniam, A inquit, aquila inter animantia cætera acutiſſimi viſus eſt: vnde ſola Solem aduerſum obtuetur: atque ita demum eſt rex & ingenua aquila, ſi non conniuentibus oculis aduerſos radios aſpiciat. Ita quidem aiunt, inquam: quare iam me pœnitet, qui non meis exemptis oculis aquilinos inſeruerim, cùm huc aſcenderem. Nam nunc ſanè dimidiatus aduenio, neque omni ex parte ſatis regaliter adornatus, quin magis adſimilis videor nothis iſtis & abdicatis. Attamen in te eſt, inquit, vt protinus alterum oculum regalem habeas. Etenim ſi aſſurges, veliſque cohibita vulturis B ala, alteram ſolam mouere, iuxta proportionem alæ dextro oculo cernes acutè: quominus altero cæcutias, nulla ratione ſuccurri poteſt, propterea quòd ad partem pertineat deteriorem. Mihi, inquam, ſatis eſt ſi vel dextra ex parte aquilino more cernam. Nihilo enim fuerit deterius, cùm mihi non rarò vidiſſe videar fabros altero oculo meliùs etiam ad regulam exæquantes ligna. Hæc locutus, ſimul ea faciebam quæ præceperat Empedocles. Ille interim paulatim ſubducens ſeſe, ſenſim C in fumum euanuit. At ſimul atque mouiſſem alam, ingens lumen mihi circumfulſit, adeò vt cuncta fierent in conſpicuo, quæ hactenus latuerant. Deflexis igitur in terram oculis, clarè videbam & vrbes, & homines, & quæ fiebant: neque ſolùm ea quæ ſub dio, verumetiam quæ domi faciebant, rati ſeſe à nemine videri. Ptolemæum vidi cum ſorore rem habentem, Lyſimacho ſtruentem inſidias filium, Antiochum Seleuci filium, nouercæ Stratonicæ clanculum innuentem, Theſſalum Alexandrum ab vxore tolli è medio, Antigonum filij vxorem adulterio ſtuprantem, Attalo venenum porrigentem filium. Rurſum ex altera parte Arſacem interficientem mulierculam, & Arbacem eunuchum gladium educentem in Arſacem. Porrò Spartinus Medus è conuiuio foras protrahebatur à ſatellitibus, calice aureo in frontem impacto. Atque his fermè conſimilia tum in Libya, tum apud Scythas ac Thraces in regiis geri licebat cernere, nempe adulterantes,

τί οὖν τῷ ἀετῷ καὶ ὀφθαλμῷ κοινόν ἐστιν; ὅτι, ἦ δ' ὅς, τῶν ἄλλων ζώων ἀετὸς ἐστιν ὀξυωπέστατος, ὥστε μόνος αὐτίον δέδορκε τῷ ἡλίῳ· καὶ τοῦτό ἐστιν ὁ βασιλεύς, καὶ γνήσιος ἀετός, ἐὰν ἀσκαρδαμυκτὶ δύνηται βλέπειν. φασὶ ταῦτα, ἐγὼ δ' ἐγώ· καί μοι ἤδη μεταμέλει, ὅτι δεῦρο ἀνιών, ἀντὶ τῶν ὀφθαλμῶν τοὺς ἀετοὺς ἐνεθέμην, τοὺς ἐμοὺς ἐξελών, ὡς νῦν γε ἡμιτελὴς ἀφῖγμαι, καὶ οὐ πάνυ βασιλικῶς ἐσκευασμένος· ἀλλ' ἔοικα τοῖς νόθοις ἐκείνοις, καὶ ἀποκηρύκτοις. καὶ μέντοι παρά σοί, ἦ δ' ὅς, αὐτίκα μάλα τὸν ἕτερον ὀφθαλμὸν ἔχειν βασιλικόν. ἐὰν γὰρ ἐθελήσῃς, μικρὸν ἀναστάς, ὑπισχνῶν τὴν πτέρυγα, ἀτέρα μὲν τὴν πέρυξαθαι, κατὰ λόγον τῆς πτέρυγος, τὸν δεξιὸν ὀφθαλμὸν ὀξυδερκὴς ἔσῃ· τὸν δ' ἕτερον, οὐδεμίᾳ μηχανῇ μὴ οὐκ ἀμβλύτερον δεδορκέναι, τῆς μελίδος ὑπὸ τῆς χείρονος. ἄλλως, ἐὰν δ' ἐγώ, εἰ καὶ ὁ δεξιὸς μόνος ἀετωδὲς βλέποι. οὐδὲν γὰρ ἂν ἔλαττον ᾖ· καὶ ἐπεὶ καὶ τοῖς τέκτοσιν πολλάκις ἐωρακέναι μοι δοκῶ, ἀτέρῳ τῷ ὀφθαλμῷ, ἄμεινον πρὸς τοὺς κανόνας ἀπευθύνοντας τὰ ξύλα. Ταῦτα εἰπών, ἐποίουν ἅμα τὰ ὑπὸ τοῦ Ἐμπεδοκλέους προκελευόμενα· ὁ δέ, κατ' ὀλίγον ὑπαπιών, ἐς καπνὸν ἠρέμα διελύετο· κἀπειδὴ ἐπῆρξα ἐπερυξάμενος, αὐτίκα με φῶς πάμμεγα περιέλαμψε, καὶ τὰ τέως λανθάνοντα πάντα διεφαίνετο. καὶ κατακύψας γοῦν ἐς τὴν γῆν, ἑώρων διαφανῶς τὰς πόλεις, τοὺς ἀνθρώπους, τὰ γιγνόμενα, καὶ οὐ τὰ ἐν ὑπαίθρῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁπόσα οἴκοι ἐπράττετο, οἰόμενοι λανθάνειν. Πτολεμαῖον μὲν σὺν ὁπτῇ τῇ ἀδελφῇ, Λυσιμάχῳ ἐπιβουλεύοντα, τὸν Σελεύκου Ἀντίοχον Στρατονίκῃ δεινεύοντα λάθρα τῇ μητρυιᾷ, τὸν δὲ Θετταλὸν Ἀλέξανδρον, ὑπὸ τῆς γυναικὸς ἀναιρούμενον, καὶ Ἀντίγονον, μοιχεύοντα τὴν ἰδίαν τοῦ γυναῖκα, καὶ Ἄτταλον τὸν υἱὸν ἐξιέντα τὸ φάρμακον. ἑτέρωθι δ' αὖ, Ἀρσάκην φονεύοντα δόλιον, καὶ τὸν εὐνοῦχον Ἀρβάκιον, ἕλκοντα τὸ ξίφος ἐπὶ τὸν Ἀρσάκιον. Σπαρτῖνος δὲ ὁ Μῆδος, ἐκ τοῦ συμποσίου ἐφ' ὧν δορυφορούμενος εἵλκετο ἔξω τῆς πόδος, σκύφῳ χρυσῷ τὸν ὀφρῦν κατηλοημένος. ὁμοῖα δὲ τούτοις ἐν τῇ Λιβύῃ, καὶ παρὰ Σκύθαις, καὶ Θραξὶ γιγνόμενα ἐν τοῖς βασιλείοις ἐξῆν ὁρᾶν, μοιχεύοντας,

φονεύοντας,

φονεύοντας, ὑποβουλεύοντας, ἁρπάζοντας, ὑπορκοῦντας, δεδοικότας, ὑπὸ τῶν οἰκειοτάτων προδιδομένους. καὶ τὰ μὲν τῶν βασιλέων τοιαῦτα παρέχε μοι τὸν θέατρον· τὰ δὲ τῶν ἰδιωτῶν, πολὺ γελοιότερα. ἐγὼ γὰρ οὖν καὶ ἐκείνους εἶδον, Ἑρμόδωρον μὲν τὸν Ἐπικούρειον, χιλίων ἕνεκα δραχμῶν, ὑπορκοῦντα, τὸν Στωϊκὸν δὲ Ἀγαθοκλέα, παρὰ μισθῶν τοῦ μαθητῆ δικαζόμενον, Κλιτίδην δὲ τὸν ῥήτορα, ἐκ τοῦ Ἀσκληπείου, φιάλην ὑφαιρούμενον, τὸν δὲ Κυνικὸν Ἡρόφιλον, ἐν τῷ καμαρωτῷ καθεύδοντα. τί γὰρ ἂν τοὺς ἄλλους λέγοιμι, τοὺς τοιχωρυχοῦντας, τοὺς δικαζομένους, τοὺς δανείζοντας, τοὺς ἀπαιτοῦντας; ὅλως γὰρ, ποικίλη καὶ πανταδαπὴ τις ὦ ἡ θέα. ΕΤΑΙ. καὶ μάλα καὶ ταῦτα, ὦ Μένιππε, καλῶς εἶχε λέγειν. ἔοικε γὰρ οὐ τὴν τυχοῦσαν ἡμῖν τερπνὴν σοι παρεχῆσθαι. ΜΕ. πάντα μὲν ἐξῆς διελθεῖν, ὦ φιλότης, ἀδύνατον, ὅπου γε καὶ ὁρᾶν αὐτὰ ἔργον δυσχερὲς ἦν. τὰ μέντοι κεφάλαια τῶν πραγμάτων, τοιαῦτα ἐφαίνετο, οἷα φησὶν Ὅμηρος τὰ ὅπλα τῆς ἀσπίδος· οὗ μὲν γὰρ ἦσαν εἰλαπίναι, καὶ γάμοι, ἑτέρωθι δὲ, δικαστήρια, καὶ ἐκκλησίαι, καθ' ἕτερον δὲ μέρος, ἕδυέ τις· ἐν γειτόνων δὲ, πενθῶν ἄλλος ἐφαίνετο, καὶ ὅτε μὲν ἐς τὴν Γετικὴν ἀποβλέψαιμι, πολεμοῦντας ἂν ἑώρων τοὺς Γέτας· ὅτε δὲ μεταβαίην ὅπῃ τοὺς Σκύθας, πλανωμένους ὅπῃ τῶν ἁμαξῶν ἦν ἰδεῖν. μικρὸν δὲ ὑπικλίνας τὸν ὀφθαλμὸν ὅπῃ θάτερα, τοὺς Αἰγυπτίους γεωργοῦντας ἐπέβλεπον. καὶ ὁ Φοίνιξ δὲ ἐνεπορεύετο, καὶ ὁ Κίλιξ ἐλῃστεύετο, καὶ ὁ Λάκων ἐμαστιγοῦτο, καὶ ὁ Ἀθηναῖος ἐδικάζετο. ἀπὸν- των πάντων ἅμα τὸν αὐτὸν χρόνον, ὥρα σοι ἤδη ὑπονοεῖν ὁποῖός τις ὁ κυκεὼν οὗτος ἐφαίνετο. ὡσπερ ἂν εἴ τις παραστησάμενος πολλοὺς χορεύτας, μᾶλλον δὲ πολλοὺς χορούς, ἔπειτα παρατάξειε τῶν ᾀδόντων ἑκάστῳ τὸ σύμφωνον ἄφωνα, ἴδοις ἂν ᾆδον μέλος. φιλοπμουμένου δὲ ἑκάστου, καὶ ὃ ἴδοις περαίνοντος, καὶ τὸν πλησίον ὑπερβαλέσθαι τῇ μεγαλοφωνίᾳ προθυμουμένου, ἅμα σὺν μηδενὶ πρὸς Διὸς οἷα χρῆναι ἂν ἡ ᾠδή. ΕΤΑΙ. πάντα πάσαν, ὦ Μένιππε, παγκόλλιος, καὶ τεταραγμένη. ΜΕΝ. καὶ μάλα, ὦ ἑταῖρε, τοιοῦτοι πάντες εἰσὶν οἱ ὅπῃ γῆς χορεύται,

A occidentes, insidiantes, rapientes, peierantes, trepidantes, nonnullos ab intimis amicis prodi. Ac regum quidem negotia huiusmodi mihi spectaculum exhibebant. Cæterùm quæ factitabant plebei, longè magis erant ridicula. Siquidem inter hos videbam Hermodorum Epicureum ob mille nummûm peierantem, Agathoclem Stoicum de mercede discipulum in ius vocantem, Cliniam rhetorem ex Æsculapij fano phialam auream suffurantem, Herophilum Cynicum in fornice dormientem. Quid enim alios commemorem, qui parietes perfoderent, qui lites agitabant, qui fœnerabant, qui re- *Plebeiorũ res ac studia.*

B poscerent? Nam varium quoddam & vndique mixtum erat spectaculum. AMI. Atqui rectè facies Menippe, si ista quoque retuleris. Consentaneum est enim te ex his non vulgarem cepisse voluptatem. MENIP. Ne fieri quidem potest, amice, vt cuncta ordine recenseam, quum spectare modò ista fuerit difficillimum: verùm rerum fastigia eiusmodi fermè videbantur, qualia refert Homerus in clypeo, vbi erant conuiuia, nuptiæque, altera ex parte iudicia, & concio-

C nes: rursum alia ex parte sacrificabat quispiam, in proximo verò conspiciebatur aliquis luctum agens. Porrò quum ad Geticam respicerem, videbam belligerantes Getas. Rursum vbi ad Scythas deflecterem, cernere erat errantes in plaustris. Mox vbi paululum in diuersam partem deflexissem oculum, spectabam agricolantes Ægyptios: Phœnix scortabatur, Cilix latrocinabatur, Lacon loris cædebatur, Athenienſis causſas agebat. Hæc omnia quum eodem tempore gererentur, cogita nunc cuiusmodi visa fuerit rerum confusio. Non aliter quàm si quis producat multos saltatores, vel potiùs multas choreas: deinde præcipiat vt omisso concentu propriam quisque cantionem canat. Deinde si certatim canat vnusquisque, & peculiarem suum cãtum absoluere studeat, vocisque magnitudine vicinum superare contendat; cogita tecum per Iouem, cuiusmodi futurus sit eiusmodi cantus. AMIC. Modis omnibus Menippe ridiculus ac confusaneus. MEN. Atqui, Amice, hoc genus sunt omnes qui in terris choreas agunt, *Gentium vitia & proprietates.*

omnisque mortalium vita ex huiusmodi constat discrepantia: quippe qui non modò sonēt absona, verùm & ornatu sint dissimili, diuersáque moueant, neque quicquam idem cogitent, donec choragus omnes è scena exigat, negans diutiùs choreas ducere oportere. Id vbi factum est, iam omnes sunt inter se simiA les, taciti, nec ampliùs confusam illam & incompositam canentes cantionem. Verùm in vario ipso ac multiformi theatro videlicet ridicula erant quę gerebantur omnia: præcipuè verò mihi risum mouebant ij qui de agrorum finibus contendebant, quíque sibi placerent hoc nomine, quòd Sicyonium agrum B colerent: aut quòd Marathonis eam partem haberent, quæ est iuxta Oenoën, aut quòd in Acarnania iugerûm mille possiderent: cùm vniuersa Græcia, quemadmodum id temporis mihi è sublimi despicienti videbatur, quatuor digitorum spatium habere videretur. Attica, nisi fallor, pro portione minima pars erat. Itaque perspexi quid esset reliquum quod diuitibus istis animos tolleret. Etenim is qui inter hos quamplurimum agri possidebat, vix vC nam ex Epicureis atomis colere mihi videbatur. Cæterùm vbi ad Peloponnesum flexissem oculos, deinde terram Cynosuræ subiectam aspexissem, veniebat in mentem, pro quantula regione, quæ nihilo esset latior lente Ægyptia, tam ingens Argiuorum ac Lacedæmoniorum multitudo cecidisset vno die. Porrò si quem conspexissem auro superbientem, quòd annulos haberet octo, phialas quatuor, magnopere ridebam & hunc. Nam Pangæum vniuersum vnà cum ipsis metallis, vix erat magnitudine micæ. AMIC. O te felicem Menippe, qui tam nouum spectaris spectaculum. D Sed age dic mihi per Iouem, ciuitates, atque homines ipsi, quanti videbantur ex alto contemplanti? MENIP. Equidem arbitror te sæpenumero formicarum concionem vidisse, aliquas in orbem obambulantes, nonnullas exeuntes, rursum has in ciuitatem redeuntes. Atque hæc quidem fimum exportat, hæc alicunde raptam fabæ tunicam, aut dimidiatum frumenti granum currens apportat. Consentaneum est autem pro ratione vitæ formicarum, esse apud illas & ædium fabros, & concionatores, & magistratus, & musicos, & philosophos.

Α κἀκ τοιαύτης ἀναρμοστίας, ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος συντέτακται, οὐ μόνον ἀπῳδὰ φθεγγομένων, ἀλλὰ καὶ ἀνομοίων τὰ σχήματα, καὶ πανταχῆ κινουμένων, καὶ οὐδὲν ὑπονοούντων, ἄχρις οὗ αὐτοῖς ἔκρουσεν ὁ χορηγὸς ἀπελάσαι τῆς σκηνῆς, οὐκ ἔτι δεῖσθαι λέγων. τοιοῦτον δὲ ὅμοιοι πάντες ἤδη σιωπῶντες, οὐκ ἔτι τὴν συμμιγῆ ἐκείνην, καὶ ἄτακτον ᾠδὴν ἀπᾴδοντες, ἀλλ' ἐν αὐτῷ γε ποικίλῳ καὶ πολυειδεῖ τῷ θεάτρῳ, πάνυ μοι γελοῖα δήπουθεν ἐῴκει τὰ γινόμενα. μάλιστα δὲ ἐπ' ἐκείνοις ἐπῆλθέ μοι Β γελᾶν, τοῖς περὶ γῆς ὅρων ἐρίζουσι, καὶ τοῖς μέγα φρονοῦσιν ὅτι τῶν Σικυωνίων πεδίον γεωργεῖν, ἢ Μαραθῶνος ἔχειν τὰ περὶ τὴν Οἰνόην, ἢ Ἀχαρνῆσι πλέθρα κεκτῆσθαι χίλια. τῆς γοῦν Ἑλλάδος ὅλης, ὡς τότε μοι ἄνωθεν ἐφαίνετο, δακτύλων οὔσης τὸ μέγεθος τεττάρων, κατὰ λόγον, οἶμαι, ἡ Ἀττικὴ πολλοστημόριον ἦν. ὥστε ἐνενόουν ἐφ' ὁπόσῳ τοῖς πλουσίοις τούτοις μέγα φρονεῖν κατελείπετο. σχεδὸν γὰρ ὁ πολυπλεC θέστατος αὐτῶν, μίαν τῶν Ἐπικουρείων ἀτόμων ἐδόκει μοι γεωργεῖν. ἀποβλέψας δὲ δὴ καὶ ἐς τὴν Πελοπόννησον, εἶτα τὴν Κυνοσουρίαν γῆν ἰδών, ἀνεμνήσθην ὁπόσου χωρίου, κατ' ὀλίγον Φακοῦ Αἰγυπτίου πλατύτερον, τοσοῦτοι ἔπεσον Ἀργείων καὶ Λακεδαιμονίων μιᾶς ἡμέρας. καὶ μήν εἴ τινα ἴδοιμι ὅτι χρυσῷ μέγα φρονοῦντα, ὅτι δακτυλίους τε εἶχεν ὀκτώ, καὶ φιάλας τέτταρας, πάνυ καὶ ὅτι τούτῳ ἂν ἐγέλων. ὁ γὰρ Πάγγαιον ὅλον, αὐτῆς μετάλλοις κεD χειμασμένον ἦν ὁ μέγεθος. ΕΤΑΙ. ὦ μακάριε Μένιππε, τῆς τῶν Ἑλλήνων θέας. αἱ δὲ δὴ πόλεις, πρὸς Διός, καὶ οἱ ἄνδρες αὐτοὶ, πηλίκοι διεφαίνοντο ἄνω; ΜΕ. οἶμαί σε πολλάκις ἤδη μυρμήκων ἀγορὰν ἐωρακέναι, τοὺς μὲν, εἰλουμένους, τοὺς δ' ἐξιόντας, ἑτέρους δὲ, ἐπανιόντας αὖθις εἰς τὴν πόλιν· καὶ ὁ μὲν τις, τὸ κόπρειον ἐκφέρει, ὁ δὲ, ἁρπάσας ποθὲν ἢ κυάμου λέπος, ἢ πυροῦ ἡμίτομον, θεῖ φέρων. εἰκὸς δὲ εἶναι πρὸς αὐτοὺς κατὰ λόγον τὸν μυρμήκων βίου, καὶ οἰκοδόμους τινὰς, καὶ δημαγωγοὺς, καὶ τοξότας, καὶ μουσικοὺς, καὶ φιλοσόφους.

πλεῖ· αὖ γε πόλις αὐτοῖς ἀνδράσι ταῖς μυρ- A
μηκίαις μάλιστα ἐῴκει τότε. εἰ δέ σοι δοκεῖ μικρὸν τὸ παράδειγμα, ὅτι, ἀνθρώπους εἰκάσαι τῇ μυρμήκων πολιτείᾳ, τοῖς παλαιοῖς μύθοις ὑπέσκεψαι τὴν Θετταλῶν. εὑρήσεις γὰρ τοὺς Μυρμιδόνας, τὸ μαχιμώτατον φῦλον, ἐκ μυρμήκων ἄνδρας γεγονότας. ὅπερ δ' οὖν πάντα ἱκανῶς ἐωράκειν, καὶ κατεγέλασά μου, διαστείσας ἐμαυτὸν, ἀνεπτόμην

Δώματ' ἐς αἰγιόχοιο Διὸς μετὰ δαίμονας ἄλλους.

ídque nunc, quando ſolam me cuncti mirantur, & veluti præſidem ſuum, ſcripto teſtantur? At ego quidem repugno tot procis ambientibus me: & pulſantibus ianuam illis, ac nomine inclamantibus me voce elata ac magna, neque aperire volo, neque etiam exaudire. Video enim illos nihil ampliùs clamore iſto hinc auferre. Iſte verò etiam ne ſic quidem ad me reuertitur, ſed ad amaſium illũ ſuum reſpicit, & quid tandem boni, ô dij, ab eo acceptum ſe ſperans, quem præter palliũ habere videt ampliùs nihil? Dixi, viri Iudices. Vos autem ſi meo iſte orationis atque verborum modo reſpondere voluerit, ne permittite. Iniquum enim foret meam contra me machærã acui. Sed iuxta amatum à ſe Dialogum illũ reſpõdeat, ſi poteſt. MER. At hoc quidem nõ perſuadebis, Rhetorica. Neque enim fieri poteſt vt hic ſolus iuxta formã & morem dialogi reſpondeat, ſed perpetua oratione ipſe quoque dicat. SYR. Poſteaquam, viri Iudices, hoc quoque malè habet aduerſariam, ſi lõgiore paulo oratione vtar, ipſo quoque eo quod dicere poſſum, ab illa accepto, multa quidem verba apud vos haudquaquam faciã: capita verò ipſa diſſoluẽdo, eorum de quibus illa me accuſauit, vobis vniuerſum negotium exinde inſpiciendum ac perpendendum relinquã: omnia enim quæcunque modò de me narrauit, ita vt ſunt, ac verè narrauit. Nam & educauit me, & mecum vnà quocunque abij profecta eſt, & Græcorũ ciuitati adſcripſit: eóque certè nomine etiam gratiã lubens egerim nuptiis iſtius. Cæterùm ob quas cauſſas relicta ea ad Dialogum hunc diuerti, de eo quæſo, viri Iudices, vt me pauliſper audiatis. Ac me cõmodi alicuius gratia nihil quicquã falſi dicere exiſtimetis. Ego enim cùm viderem hanc haudquaquã ampliùs temperantẽ eſſe, neque etiam in eo modeſto habitu permanere, quo olim ornatã ipſã Pæanienſis ille duxerat, cõptam autem, & capillos meretricio more collocãtem, præterea fuco illitam, & genas ceruſſa quoque pingentem: ſuſpicari ſtatim cœpi ac tacitè obſeruare quorſum verteret oculum. Ac cætera quidem miſſa facio: ſingulis autem noctibus angiportus quidem noſter replebatur amatoribus temulentis, & laſciuè erga illam petulantérque multa agentibus, ac fores pulſantibus, quibuſdam verò etiam vi intrò ſeſe citra omnem modeſtiã ferre audentibus.

Hæc autem ridebat,& iis quæ agebãtur, A delectabatur, ac plerunque vel de tecto proſpiciebat, canentes illos aſpera voce cantilenas quaſdam amatorias auſcultãs: vel etiam apertis clàm foribus, dum me latere iſta putat,laſciuè ſe gerebat,& ſtuprabatur ab illis. Quod cùm ego ferre nõ poſſem,accuſare quidem ipſam adulterij non placebat: ad Dialogum autem hunc in vicino habitantem accedens, rogabam vt is me recipere vellet. Atque hæc illa ſunt, Iudices, quibus ego tanta iniuria Rhetoricam affeci. Quanquam etiam ſi nihil tale ab ipſa commiſſum eſſet: tamen,puto, deceret me, virum iam propè quadraginta annos natũ, B à tumultibus quidem iſtis & cauſſis agendis deſiſtere, ac viros iudices pati quieſcere, cùm Tyrannorum accuſationibus, tum optimatium laudibus euitatis: in Academiam autẽ vel Lycéum ingreſſum, cum optimo hoc,Dialogo videlicet, vnà deambulare, paulatim ac ſenſim cum eo diſputando. Multa adhuc habens, Iudices, quæ dicere poteram, in præſentia quieſcam. Vos autem ſententiam iuriiurando iuſto conſentaneã proferte.IVST. Vter vincit? MER. Omnibus calculis Syrus,excepto vno. IVST. Apparet rhe- C torem fuiſſe aliquem qui contrariũ tulit. Heus Dialoge, ſub iiſdem iudicibus dic tu quoque. Vos autem ſedentes manete, duplicẽ accepturi mercedẽ, pro vtraque videlicet lite. DIAL. Ego verò, viri Iudices,longiorẽ quidem proferre orationem apud vos haudquaquam ſtatueram, ſed breuibus verbis, vt conſueui, rem expedire: veruntamen, vti lex eſt in iudiciis, ita peragam accuſationem: quanquam imperitus planè, atque iſtarum rerum indoctus ſim. Atque hoc ad vos exordium peractum mihi ſit. Quæ verò per iniuriam & contumelioſè ab hoc paſſus D ſum, ea ita ſe habẽt. Nam me,cùm grauis antea ac venerandus eſſem,ac de diis pleraque,& natura,& vniuerſi huius ambitu conſiderarẽ,ſublimis ſupra nubes alicubi per aërem incedens, vbi magnus ille per cœlũ Iupiter alatum currum agẽs fertur: abſtractum inde ipſe, cùm iam in ſumma conuexitate volarem,atque vltra cœlum aſcenderem,& alis confractis, æqualẽ & eiuſdem conditionis cum multitudine promiſcua fecit. Ac tragicam quidem illam atque modeſtã perſonam abſtulit mihi: comicam verò aliam, atque ſatyricam quandã impoſuit,ac tantùm nõ ridiculã.

αὐτη δὲ ἐγέλα, καὶ ἥδετο τοῖς δρωμένοις, καὶ τὰ πολλὰ ἢ προέκυπτεν ἀπὸ τῆς τέγης, ἀδόντων ἀκούουσα τραχεία τῇ φωνῇ ᾠδάς τινας ἐρωτικὰς, ἢ καὶ παρανοίγουσα τὰς θυρίδας, ἐμὲ οἰομένη λαθεῖν, ἠσέλγαινε, καὶ ἐμοιχεύετο τοῖς αὐτῶν. ὅπερ ἐγὼ μὴ φέρων, γράψασθαι μὲν αὐτὴν μοιχείας οὐκ ἐδοκίμαζον. ἐν γείτονων δὲ οἰκοῦντι τῷ Διαλόγῳ προσελθὼν ἠξίουν καταδεχθῆναι ὑπ' αὐτοῦ. ταῦτά ἐστιν, ἃ ἐγὼ τὴν Ρητορικὴν μεγάλα ἠδίκησα. κἤπει εἰ καὶ μηδὲν αὐτῇ πεπόνθοτο ἐπέπραχτο, καλῶς εἶχέ μοι ἀνδρὶ ἤδη τεταρακόντα ἔτη γεγονότι, θορύβων μὲν ἐκείνων, καὶ δίκῶν, ἀπηλλάχθαι, καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς δικαστὰς ἀτρεμεῖν ἐᾶν, καὶ τυράννων κατηγορίας, καὶ ἀριστέων ἐπαίνους ἐκφυγόντα· ἐς δὲ τὴν Ακαδημίαν, ἢ ἐς τὸ Λύκειον ἐλθόντα, τῷ βελτίστῳ τούτῳ Διαλόγῳ συμπεριπατεῖν, ἡρέμα σὺν ἀφελομένῳ. πολλὰ ἔχων εἰπεῖν, ἤδη παύσομαι. ὑμεῖς δὲ, ὄμνυτον τὴν ψῆφον ἐνέγκατε. ΔΙ. τίς νικᾷ τῇ; ΕΡΜ. πάσας ὁ Σύρος, πλὴν μιᾶς. ΔΙΚ. ῥήτωρ τις ἔοικεν εἶ) ὁ τὴν ἐναντίαν θέμενος. ὁ Διάλογος ὅτι τῶν αὐτῶν λέγει. ὑμεῖς δὲ περιμείνατε, διπλασίονα ἀποισόμενοι τὸν μισθὸν ἑκατέραις ταῖς δίκαις. ΔΙΑΛΟΓΟΣ. ἐγὼ δὲ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, μακρὸν μὲν ἀποτείνειν τοὺς λόγους οὐκ ἂν ἐβουλόμην πρὸς ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ μικρὸν ὡς ἔφθα. ὅμως δὲ ὡς νόμος ἐν τοῖς δικαστηρίοις, οὕτω ποιήσομαι τὴν κατηγορίαν, ἰδιώτης πανταπασι καὶ ἄτεχνος τῶν τοιούτων ὤν. καί μοι τοῦτο ἔστω πρὸς ὑμᾶς ὃ προοίμιον. ἃ δὲ ἠδίκημαι, καὶ προσύβρισμαι πρὸς τούτου, ταῦτά ἐστιν· ὅτι με σεμνὸν τέως ὄντα, καὶ θεῶν τε πέρι, καὶ φύσεως, καὶ τῆς τῶν ὅλων περιόδου σκοπούμενον, ὑψηλὸν αἴρω που τῶν νεφῶν ἀεροβατοῦντα, ἔνθα ὁ μέγας ἐν ὑρανῷ Ζεὺς πλίνθον ἄρμα ἐλαύνων φέρεται, καθαπάσας αὐτὸς ἤδη κἀγὼ τὴν ἀφίδα πετόμενον, καὶ ἀναβαίνοντα ἐπαφαίω τὸν ὑρανὸν, καὶ τὰ πέρα σωτείχας, ἰσοδίαιτον τοῖς πολλοῖς ἐποίησε. καὶ ὃ μὲν τραγικὸν σχῆμα, καὶ σωφρονικὸν πρόσωπεῖον, ἀφεῖλέ μου. κωμικὸν δὲ ἄλλο, καὶ σατυρικὸν, ἐπέθηκέ μοι, καὶ μικρὸν δεῖν γελοῖον.

εἶτά μοι ἐς ταὐτὸ φέρων, συνκαθείρξε μοι τὸ σχῆμα, καὶ τὸν ἴαμβον, καὶ κυνισμόν, καὶ τὸν Εὔπολιν, καὶ τὸν Ἀριστοφάνη, δεινοὺς ἄνδρας διατετρυμῆσαι τὰ σεμνά, καὶ χλευάσαι τὰ καλῶς ἔχοντα. τελευταῖον δὲ, τὸν Μένιππόν τινα τῶν παλαιῶν κυνῶν μάλα ὑλακτικὸν, ὡς δοκεῖ, καὶ κάρχαρον ἀνορύξας, καὶ τοῦτον ἐπεισήγαγέ μοι φοβερόν τινα ὡς ἀληθῶς κύνα, καὶ τὸ δῆγμα λαθραῖον, ὅσῳ καὶ γλῶν ἅμα ἔδακνε. πῶς οὖν ὁ δεινὰ ὑβρισμαι μηκέτ' ἐπὶ τῷ οἰκείου ἤθους διαφθείρεσθαι, ἀλλὰ κωμῳδῶν, καὶ γελωτοποιῶν, καὶ ποικιλόμορφος ἄλλοκότοις ἀποχρίνομαι αὐτῷ; τὸ γὰρ πρώτων ἀπρεπέστατον, χρῶμά τινα ἀδόξου κέκραμαι. καὶ οὔτε πεζός εἰμι, οὔτε ἐπὶ τῶν μετεώρων βέβηκα· ἀλλὰ ἰσοπεχεῖ μοι δίκαιον, σκυθρωπόν τι, καὶ ξένον φάσμα τοῖς ἀκούουσι δοκῶ. ΕΡΜΗΣ. τί οὖν πρὸς ταῦτα ἐρεῖς ὦ Σύρε; ΣΥ. ἀπροσδόκητον, ὦ ἄνδρες δικασταί, τὸν ἀγῶνα τοῦτον ἀγωνίζομαι πρὸς ὑμᾶς. πρώτως γοῦν μᾶλλον αὖ ἠλπισα τὸν Διάλογον, ἢ τοιαῦτα ἐρεῖν περὶ ἐμοῦ, ὃν προσελαβόμην ἐγὼ, σκυθρωπόν ἔτι τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα, καὶ ἰσοπεχῆ τῶν συνεχῶν ἐρωτήσεων κατεσκληκότα, καὶ ταύτῃ αἰδέσιμον μοὶ εἶναι δοκοῦντα, ἅτε πρώτῃ δὲ ἡδονῇ, οὐδὲ τοῖς πλήθεσι κεχαρισμένον, πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐπὶ γῆς βαίνειν ἐς τὸν ἀνθρώπινον εἴθισα τοῦτον τρόπον. μετὰ δὲ τὸν αὐχμὸν τὸν πολὺν, ἀποπλύνας, καὶ μειδιᾷν καταναγκάσας, ἡδίω τοῖς ὁρῶσι προσκρούσασα. ἐπὶ πᾶσι δὲ, τῷ κωμῳδίᾳ αὐτῷ προσέζευξα, καὶ τοῦτο, πολλῷ οἱ μηχανώμενος τῷ δύνοιδι προσαρμόσαι τῷ ἀκούοντι, οἱ πέρας τὰς ἀκροάσεις τὰς ἐν αὐτῷ διδόντες, ὥσπερ τὸν ἔχιδναν, λαβεῖν αὐτὸν εἰς τὰς χεῖρας ἐφυλάττοντο. ἀλλ' ἐγὼ οἶδ' ὅπως μάλιστα λυπεῖ αὐτὸν, ὅτι μὴ τὰ ἰσχνὰ ἐκεῖνα, καὶ λεπτὰ καὶ ἀθήμωτος πρὸς αὐτὸν συμπολεμοῦμαι, εἰ ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, καὶ, Πόσας κοτύλας ὁ θεὸς, ὁπότε τὸν κόσμον εἰργάσατο, τῆς ἀμίξεως, καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐκχύσης ὑσίας ἐνέχεεν εἰς τὸν κρατῆρα, ἐν ᾧ πάντα ἐκεφάννυτο, καὶ, Εἰ Ῥητορικὴ πολιτικῆς μορίου εἴδωλον, κολακείας δὲ τέταρτον.

Deinde in eundem locũ ad me adducta, concluſit mecum Conuitium, Iambum, Cynicam petulantiam: præterea Eupolin & Ariſtophanem, vehementes videlicet viros ad exagitandum grauia illa, & ad irridendum ea quæ præclara ac pulchra ſunt. Poſtremò autem & Menippo quodam ex antiquis illis canibus admodum latratu facili ac prõpto, vt videtur, deinde mordaci atque aſpero quoque, effoſſo, hunc quoque ad me introduxit, terribilem reuera canem; & morſu latenter inuadentem, eò nimirum quòd etiã ridendo pariter mordeat. Proinde quomodo non graui contumelia affectus videar, qui neque familiari ac proprio habitu ampliùs conſpicior, & comœdias agendo, ac riſus ciendo, argumentáque aliena tractando, quaſi quẽdam hiſtrionem illi me gero? Nam quod omnium abſurdiſſimũ eſt, temperatura quadam aliena ac noua mixtus ſum, & neque pedeſtris ampliùs ſum, neque in ſublimibus incedo: ſed planè Centauri modo compoſitum quiddam ac peregrinum ſpectrum auditoribus appareo. MER. Quid igitur ad hæc dices Syre? SYR. Inexpectatum equidem, viri Iudices, certamen hoc apud vos ſuſtineo. Quiduis enim citiùs putarã Dialogum, quàm hæc de me dicturum eſſe. Quem ego ſuſceptum tetricum adhuc pleriſque apparentem, & præ continuis interrogationibus præfractum ac durum, eóque nomine venerabundum quidem aliquid præ ſe ferentem, haudquaquam tamen omnino ſuauem, aut etiam multitudini acceptum, principiò quidem ipſum per terram incedere ad humanum hunc morem aſſuefeci: poſtea autem ſqualore iſto multo abſterſo, & ridere ipſo coacto, ſuauiorem ac gratiorem aſpicientibus exhibui. Supra omnia autem comœdiam cum ipſo coniunxi, ac per hoc multam illi beneuolentiam apud auditores conciliaui: qui antea ſpinas in eo iſtas metuentes, perinde vt Echinum, in manus ácccipere ipſum fugiebant. Cæterùm noui ego quod maximè ipſum malè habet, nempe quòd non tenuia illa atque exilia ſedendo cum eo argutari ſoleo, Sítne anima immortalis videlicet, &, Quot heminas Deus quando mundum fabricauit, ſynceræ & eodem modo ſeſe habentis ſubſtantiæ in craterem illum in quo vniuerſa miſcendo temperabat, infuderit: &, Num Rhetorica politicæ particulæ imago, adulatoriæ pars quarta ſit.

Platonem perſtringit in Phædone, Gorgia, & de legibus, &c.

Delectatur enim neſcio quo pacto huiuſmodi argutias diſputando, perinde vt illi qui ex pſora libenter fricantur. Accogitatio iſta & cura, dulcis ipſi videtur: ac magnificè ſe effert ſi dicatur quòd non cuiuſuis hominis ſit ea intelligere, quæ ipſe de ideis ſubtiliter & acutè ſpeculatur. Huiuſmodi videlicet à me quoque poſcit, & alas illas quærit, ac ſurſum aſpicit: illa interim quæ ante pedes ſunt, non videns. Nam cęterorum certè cauſſa haudquaquam, puto, accuſauerit me, quòd veſte hac Græca detracta, barbaricam ipſi induerim, & hoc, cùm barbarus ipſe videar eſſe. Iniuriam enim feciſſem, ſi legibus præteritis in ipſum talia commiſiſſem, ac patrio veſtitu graſſatorum more ſpoliaſſem. Reſpondi, Iudices, quantùm poſſibile mihi fuit. Vos autem ſimilem priori ſententiam quæſo ferte. MERC. Papæ! omnibus decem vincis. Nam ipſe ille prior ne nunc quidem eadem cum cæteris ſentit. Nimirum conſuetudo hæc illius eſt, atque omnibus perforatum calculum ferre ſolet, nec facilè deſierit optimis quibuſque inuidere. Sed vos quidem nunc abite bona cum fortuna: in craſtinum autem & de reliquis cognoſcemus.

A χαίρει γὰρ, οὐκ οἶδ' ὅπως, τὰ τοιαῦτα λεπτολογῶν, καθάπερ οἱ τὴν ψώραν ἡδέως κνώμενοι. καὶ ὁ φροντὶς αὐτῷ δοκεῖ, καὶ μέγα φρονεῖ, ὡς λέγεται, ὡς ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς ὄντι συνιδεῖν ἃ περὶ τὴν ἰδέαν ὀξυδορκεῖ. ταῦτα δηλαδὴ καὶ παρ' ἐμοῦ ἀπαιτεῖ, καὶ τὰ πτερὰ ἐκεῖνα ζητεῖ, καὶ ἀποβλέπει, τὰ ὑπὲρ τῶν ποδῶν ὑχ ὁρῶν. ἐπεὶ τἄλλα γε ἕνεκα, οὐκ αἰσθάνομαι, μεμψαίμην μοι, ὡς δοιμότατον τοῦτο Ἑλληνικὸν περιπάσας αὐτῷ, βαρβαρικὸν μετενέδυσα· καὶ ταῦτα, βάρβαρος αὐτὸς εἶναι δοκῶν. ἀδίκημα γὰρ ἂν, τὰ τοιαῦτα εἰς αὐτὸν B παρανομήσας, καὶ τὸ πάτριον ἐσθῆτα λωποδυτήσας. ἀπελελόγημαι ὡς δυνατὸν ἐμοί· ὑμεῖς δὲ, ὁμοίαν τῇ πάλαι τὴν ψῆφον φέρετε. EP. βαβαί, δέκα ὅλαις κρατεῖς. ὁ γὰρ αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ πάλαι, οὐδὲ νῦν ὁμόψηφός ἐστιν. ἀμέλει τοῦτο ἔθος ἐστὶ, καὶ πᾶσι τοῖς τετρυπημένοις σύνεστι φέρειν, καὶ μὴ παύσασθαι φθονοῦσι τοῖς ἀρίστοις. ἀλλ' ὑμεῖς μὲν, ἄπιτε ἀγαθῇ τύχῃ· αὔριον δὲ, τὰς λοιπὰς διαγνωσόμεθα.

ΠΕΡΙ ΠΑΡΑΣΙΤΟΥ, ΗΤΟΙ ΟΤΙ ΤΕΧΝΗ Η ΠΑΡΑΣΙΤΙΚΗ.

DE PARASITO, ſiue QVOD ARS SIT PARASITICA. Vincentio Obſopœo interprete.

ARGVMENTVM.

Didaſcalici generis Dialogus, in quo contendit ac docet Paraſiticam artem eſſe, eámque omnium aliarum præſtantiſſimam. Diſpoſitio & ſeries orationis plana eſt. Nam artem eſſe, principio ex diffinitione artis oſtendit, ſingulis eius partibus cum Paraſitica comparatis, videlicet quoniam & ſua ac certa principia habeat, exercitationéque & vſu conſtet, & ob finem vitæ vtilem, nempe voluptatem, exerceatur. Quòd autem voluptas vtilis vitæ finis ſit, auctoritate ac teſtimonio Homeri defendit. Et quòd hic finis Paraſiticæ magis proprius quàm Epicureorum philoſophiæ ſit, comparatione ſtudiorum ac vitæ vtrorumque probat. Deinde verò hanc omnium aliarum artium præſtantiſſimam eſſe, primùm in genere docet, collatis omnibus accidentibus, effectibus & cauſis aliarum artium, cum ijs quæ huic arti accidunt. Poſtea ſeorſim etiam Philoſophiæ & Rhetoricæ, vtpote artium cæterarum ſummis, & maximè laudatis, anteponit: Primùm quia illæ incertæ, aljs aliter de illis ſentientibus atque tradentibus. Paraſitica autem vbique eadem ac certa ſit: Deinde quia nuſquam reperiantur paraſiti affectaſſe philoſophiam aut rhetoricam: contrà autem paraſiticam Rhetores ac Philoſophi plurimi. Poſtremo ab vſu eorum qui artes has ſectantur & profitentur, duplici videlicet, altero in bellis, altero in pace. Vbi ad vtrunque tempus philoſophos & rhetores inutiles & ineptos eſſe, multis exemplis & rationibus docet: contrà autem paraſitos idoneos ac paratos maximè, idque ex Homero, & item ex hiſtorijs probat, addita etiam hypotypoſi, qua paraſitum ad prælium parantem & expedientem ſeſe deſcribit. Præterea & priuatam atque domeſticam vtrorumque vitam inter ſe comparat, multo meliores atque etiam beatiores eſſe paraſitos oſtendens, quàm vel rhetoras vel philoſophos. Sub finem ipſam artem ex locis finalibus commendat quoque, & ipſius nominis honeſtatem etymologia & analogia defendit.

TYCHIADES. PARASITVS.

Τί ποτε ἄρα, ὦ Σίμων, οἱ μὲν ἄλλοι ἄνθρωποι, καὶ ἐλεύθεροι καὶ δοῦλοι, τέχνῶν ἑκάστου τινὰ ὀπίσανται, δι' ἧς ἑαυτοῖς τε εἰσι, καὶ ἄλλῳ χρήσιμοι· σὺ δὲ, ὡς ἔοικεν, ἔργον οὐδὲν ἔχῃς, δι' ὃ αὐτί τι ἢ αὐτὸς ὠφελοιο, ἢ ἄλλῳ μεταδοίης; ΠΑΡ. πῶς τοῦτο ἐρωτᾷς, ὦ Τυχιάδη, οὐδέπω οἶδα. πειρῶ δὴ σαφέστερον ἐρωτᾶν. ΤΥ. ἔστιν ὧν τινα τυγχάνῃς ὀπισάμενος τέχνῶν, οἵᾳ μουσικήν; ΠΑ. μὰ Δία. ΤΥ. τί δὲ, ἰατρικήν; ΠΑ. οὐδ' ἑπτω τοῦτων. ΤΥ. ἀλλὰ γεωμετρίαν; ΠΑ. οὐδαμῶς. ΤΥ. τί δὲ, ῥητορικήν; φιλοσοφίας μὲν γὰ τοσοῦτον ἀπέχῃς, ὅσον καὶ κακίας. ΠΑ. ἐγὼ μὲν, εἰ οἷόν τε εἴη, καὶ πλέον. ὥστε μὴ δύκει τοῦτο καθάπαξ ἀγνοοῦντί σοι ὀνείδισαι, φημὶ γὰ κακὸς εἶναι, καὶ χείρων, ἢ σὺ δοκεῖς. ΤΥ. ναί. ἀλλὰ ταύτας μὲν ἴσως τὰς τέχνας οὐκ ἀξίωσας δι' μέγεθος αὐτῶν, καὶ δυσκολίαν, τὴν δὲ δημοτικὴν τινα, τεκτονικήν, ἢ σκυτοτομικήν; καὶ γὰ οὐδὲ πάλαι ὅτως ἔχομι, ὡς μὴ καὶ ταύτης αὖ δεηθῶσί τέχνης. ΠΑ. ὀρθῶς λέγῃς, ὦ Τυχιάδη· οὐδὲ γὰ τούτων οὐδεμιᾶς ὀπίσημαι εἰμί. ΤΥ. τίνος οὖν ἑτέρας; ΠΑ. τίνος; ὡς ἐγὼ οἶμαι, γλυκείας. ἰὼ εἰ μάθοις, καὶ σὲ ἐπαινέσῃ οἶμαι. ἔργῳ μὲν οὖν καταδεῖξαι φημὶ ἤδη σοι γεγωσκὼν, ὃ μὴ δι' τοῦτο χαλεπῶς μοι ἔχῃς· ἰὼ τίνα δὲ, αὖθις ἀκούσῃ. ΤΥ. ἀλλ' οὐκ ἀνέξομαι. ΠΑ. τόγε τῆς τέχνης, παραδοξον ἴσως φανεῖταί σοι ἀκούσαντι. ΤΥ. καὶ μὲν δι' τοῦτο σπουδάζω μαθεῖν. ΠΑ. εἰσαῦθις, ὦ Τυχιάδη. ΤΥ. μηδαμῶς, ἀλλ' ἤδη λέγε, εἰ μὴ τῷ ἄρα αἰσχύνῃ. ΠΑ. ἡ Παρασιτική. ΤΥ. κἆτα εἰ μὴ μανιώδης τις, ὦ Σίμων, τέχνῶν τοῦτων φαίη αὖ;

QVID tandem in causa est Simo, quòd cùm alii homines, siue serui sint, siue ingenui, quisque artem quādam calleat, qua cùm sibi ipsi, tum aliis sunt vtiles: tu verò, quantum ego perspicio, nulli rei aut negotio intentus es, vnde aut tu aliquem fructum caperes, aut alteri benignè impertiendo, adiumento esse possis? PAR. Quid hæc tua sibi vult interrogatio ô Tychiade? nondum enim capio: proinde planiùs ac manifestiùs me interrogato. TYC. Estne aliqua ars, cuius tu sciēs & peritus es, videlicet Musicæ? PA. Non per Iouem. TYC. Quid autem, Medicinæ? PAR. Ne illius quidem. TYC. Atqui Geometriæ? PAR. Nequaquam. TYC. Quid autem, Rhetoricæ? Nam à philosophiæ studio vsque adeò abhorres, quantum ipsius vitij cōtagium à philosophia alienum est. PAR. Atque etiam, si fieri potest, adde quiddā ampliùs. Proinde ne animū inducas hoc te mihi ignoranti exprobrare: fateor enim me ignauum esse, atque etiam tua opinione longè peiorem. TYC. Sanè, sed hasce fortasse artes propter illarum magnitudinem atque difficultatem non perdidicisti: at ex popularibus illis quam tandem tenes? num architectonicam, aut sutrinam? Neque enim ea est rerum tuarum conditio, vt non talis alicuius artis egeas adminiculo. PAR. Rectè dicis ô Tychiade: neque enim vllam illarum calleo. TYC. Quam igitur aliam? PAR. Quā? Profectò, vt mea est opinio, generosam, quam & te, si pernoueris, laudaturum planè existimo. Eandem verò opere atque re ipsa perpulchrè obire posse me dico, tametsi illā oratione explicare mihi non perinde prōptum sit. TYC. Quam tandem dicis? PAR. Nondum mihi videor super illa orationes satis studiosè exercuisse. Quòd autem vnius alicuius artis non rudis sim, hoc planè iam nosse potes. Quare nihil est quòd hoc nomine mihi sies infensior. Quamcunque autem teneam, alio tempore audies. TYC. Verùm ego omnis morę impatiēs sū. PAR. Fortasse si audires, inopinata tibi ars mea videretur. TYC. Atqui propter hoc ipsum tanto impensiùs scire laboro. PAR. Alio tempore tibi exponetur, ô Tychiade. TYC. Nequaquam, sed iam quamcunque tandem pernosti, exponito, nisi adeò te pudeat. PAR. Parasiticam. TYC. Et quis ita vesani atque dementis est animi, ô Simo, qui hanc artem esse prædicet?

PAR. Ego. Si verò ob hoc ipsum quòd aliam artē non teneā, tibi insanire videor, huius ipsius causſam mihi putato fuisſe insaniam, méque iam duriùs increpandi finem facito. Aiunt enim hanc Deam cū aliàs difficilem esſe habētibus, tum quòd delinquentes erratorum excusare solear, quasi horum omnium magistram atque auctorem culpam vniuersam in se transferentem. TYC. Ergo, Simo, Parasitica ars est. PAR. Sanè ars: atque ego illius auctor & inuentor sum. TYC. Proinde tu parasitus es? PAR. Tu quidem Tychiade probro me afficis. TYC. Atqui nō erubescis te ipse parasitum compellādo? PAR. Sanè verò: puderet enim me, nisi dicerem. TYC. Atque per Iouem, si tibi notores esſe velimus, erga alios te ignorantes quod tibi nomen esſe testabimur? num Parasitū te esſe affirmabimus? PAR. Hoc nomine compellantes longè magis me oblectabitis, quàm si Phidiam statuarium me esſe dixeritis. Quippe mea arte nō minùs gaudeo, quàm ipse Phidias Ioue à se fabricato gauisus est. TYC. Atqui hoc mihi attentiùs considerāti, res perridicula perspecta est. PAR. Quænam? TYC. Si externè scribentes ad te in epistolis, hūc tibi adiiciamus titulum: Simoni parasito. PAR. Atqui impensiùs mihi gratificaberis, quàm si hoc titulo nobis scripseris, Dioni philosopho. TYC. Quātum tu quidem hac compellatione gaudere soleas, mihi parum curæ est. Sed & aliud quiddam absurdi considerandū venit. PAR. Quodnam? TYC. Num & hæc in aliarum artium numero nobis recensenda sit, vt interrogante quopiā cuiusmodi ars sit, respondeamus, veluti de grammatica aut rhetorica interrogati solemus, Parasitica? PAR. Ego verò Tychiade, longè iustiùs hanc quā profiteor, quàm vllam aliam, artem dicendam esſe contendo. Quòd si tibi iucundum est auditu, vt opinor fore, sentētiam meam explicare non grauabor, quanquam ad hoc non admodum, vt antè dixi, præparatus aut instructus sum. TYC. Tametsi sint exigua, veritate tamen præcellent. PAR. Age sub initium artē ipsam, quo finitionis genere describatur, ad calculos expēdendam reuocemus. Ad hunc enim modum speciatim & aliis artibus pensitandis, assequemur num & hanc rectè teneamus. TYC. Quid ergo ars est, vt compertum habeas? PAR. Ars est, vt ego memoria teneo, quodā sapiente viro audito,

Diomedes lib. 2. hanc finitionem Ciceroni adscribit.

ΠΑ. ἔγωγε· εἰ δέ σοι μαίνεσθαι δοκῶ τὸ μηδεμίαν ἄλλην ὑπίσχεσθαι τέχνην, αὐτὴν αἰτίαν εἶναί μοι τὴν μανίαν δόκει, καί με τὴν εἱλκυμένην ἤδη ἀφίει. Φασὶ γὰρ τὴν δαίμονα ταύτην, τἄλλα μὲν ἄλλα, χαλεπὴν εἶναι τοῖς ἔχουσι, πράττεσθαι δὲ τὴν ἀμφοτεμῆ αὐλοῦσι, ὥσπερ διδάσκαλον, ἢ παιδαγωγὸν τούτων αἰσθανομένην εἰς αὐτὴν τὰς αἰτίας. ΤΥ. Σὺ οὖν, ὦ Σίμων, ἡ κωδωσιτικὴ τέχνη ὄστι; ΠΑ. τέχνη γάρ. κἀγὼ ταύτης δημιουργός. ΤΥ. καὶ σὺ ἄρα κωδώσιτος; ΠΑ. πάνυ ὠνείδισας, ὦ Τυχιάδη. ΤΥ. Ἀλλ' οὐκ ἐρυθριᾷς, κωδώσιτον σαυτὸν καλῶν; ΠΑ. ὐδαμῶς, αἰσχυνοίμην γὰρ ἄν, εἰ μὴ λέγοιμι. ΤΥ. Ϛ, νὴ Δία, ὁπότε σε βουλώμεθα γνωρίζειν τὴν οὐκ ὑπισχνουμένων τι, ὅτε χρήζοι μαθεῖν, ὁ κωδώσιτος δηλονότι φήσομεν; ΠΑ. πολὺ μᾶλλον τοῦτο λέγοντες ἐμέ, ἢ Φειδίαν ἀγαλματοποιόν. χαίρω γὰρ τῇ τέχνῃ οὐδέν τι ἧττον, ἢ Φειδίας ἔχαιρε τῷ Διΐ. ΤΥ. ἡμεῖς ἐκεῖνό μοι σκοποῦμεν τοιοῦτον γέλως πάμπολυς. ΠΑ. Ὁ ποῖον; ΤΥ. εἰ ταῖς ὑπισχνουμέναις αὐτῶν ὥσπερ ἔθος, ὑπογράφοιμεν Σίμωνι κωδωσίτῳ. ΠΑ. καὶ μὲν δὴ ἐμοὶ μᾶλλον χαίροις, ἢ Διόνι ὑπογράφων φιλοσόφῳ. ΤΥ. Ἀλλὰ σὺ μὲν ὅπως χαίρεις καλούμενος, οὐδέν· ἢ μικρόν μοι μέλει· σκοπεῖν δὲ δεῖ ἡμᾶς τὸ ἄλλων ἀποπίδυν. ΠΑ. τίνα μέν; ΤΥ. εἰ καὶ ταύτην ταῖς ἄλλαις τέχναις ἐγκαταλέξομεν. ὥστε ἐπειδάν τινα πυνθάνηταί τις ὁποία τις αὕτη τέχνη ὄστι, λέγειν, οἵα γραμματικὴ, ἰατρικὴ, κωδωσιτική. ΠΑ. ἐγὼ μὲν, ὦ Τυχιάδη, πολὺ μᾶλλον ταύτην, ἢ τινὰ ἑτέραν τέχνην φαίην ἄν· εἰ δέ σοι φίλον ἀκοῦσαι, καὶ ὅπως οἴομαι, λέγοιμι ἄν, καίπερ οὐ πάνυ πάσιν ὢν, ὡς ἔφθην εἰπών, ὅτι τούτου παρεσκευασμένος ὑθέν. ΤΥ. Εἰ καὶ σμικρὰ δέ, τοῖς ἀληθέσι δήπου. ΠΑ. Ἴθι δὴ τοίνυν περὶ τῆς τέχνης εἰ σοι δοκεῖ, ἥτις ποτὲ ὕσα τυγχάνει τῷ ὄντι σκοπῶμεν. οὕτω γὰρ ἐπανελθόντες αὖθις καὶ τὰς κατ' εἴδος τέχνας, εἴπερ ἄρα ὀρθῶς μετέχοιμεν αὐτῆς. ΤΥ. τί ποτ' οὖν ὄστι τέχνη, ὡς ὑπίσχνασαι; ΠΑ. πάνυ μὲν οὖν. ΤΥ. μὴ τοίνυν ὠκνεῖ λέγειν αὐτὸν, εἴπερ οἶσθα. ΠΑ. τέχνη ὄστιν, ὡς ἐγὼ Ξενομνημονεύω, σοφοῦ τινος ἀκούσας,

σύστημα ἐγκαταλήψεων ἐγγεγυμνασμένων, A πρὸς τι τέλος δύχρηστον τῷ ἐν τῷ βίῳ. ΤΥ. ὀρθῶς ἐκείνου γε εἰπόντος, οὕτως ἀπεμνημόνευσας. ΠΑ. Εἰ δὲ μετέχοι τούτων ἁπάντων ἡ παρασιτικὴ, τί αὖ ἄλλο ἢ ἐπ' αὐτὴ τέχνη εἴη; ΤΥ. τέχνη γὰρ, εἴπερ οὕτως ἔχοι. ΠΑ. Φέρε δὴ καθ' ἕκαστον τοῖς τῆς τέχνης εἴδεσιν ἐφαρμόζοντες τὸν παρασιτικὸν, εἰ σύμφωνός ἐστι, σκοπῶμεν, καὶ ὁ παρ' αὐτῆς λόγος, ἀλλὰ μὴ καθάπερ αἱ πονηραὶ χύτραι ἀκροώμεθα, μὴ κατ' ὀλίγον ἀποφθεγγόμενοι. δεῖ δῆτα οὖν καὶ ταύτην ὥσπερ καὶ πάσας τέχνας, σύστημα ἐγκαταλήψεων. B πρῶτον μὲν γὰρ δοκιμάζειν, καὶ διακρίνειν ὅστις αὖ ὀπτητὸς ἥδιστος τρέφειν αὐτόν· καὶ οὕτω παρασιτεῖν ἀρξάμενος, οὐκ ἂν μεταγνοίη. ἢ τὸν μὲν ἀργυρογνώμονα τέχνην τινὰ φήσομεν ἔχειν, εἴπερ ὀπίσαιτο διαγιγνώσκειν τά τε κίβδηλα τῶν νομισμάτων, καὶ τὰ μή. τοῦτον δὲ αὖθις τέχνης διακρίνειν τοὺς τε κιβδήλους τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοὺς ἀγαθοὺς, καὶ ταῦτα, ὥσπερ τῶν νομισμάτων, καὶ τῶν ἀνθρώπων μὴ φανερῶν ὄντων; αὐτὰ μόνοι ταῦτα καὶ ὁ σοφὸς Εὐριπίδης κατα- C μέμφεται, λέγων,

Ἀνδρῶν δ' ὅτῳ χρὴ τὸν κακὸν διδόναι,
Οὐδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι.

ᾧ δὴ καὶ μείζων ἡ τοῦ παρασίτου τέχνη πέφυκεν, εἴγε καὶ τὰ οὕτως ἄδηλα, καὶ ἀφανῆ, μᾶλλον τῆς μαντικῆς γνωρίζειν τε, καὶ οἶδε. τὸ δέ γε ὀπίσασθαι λόγοις λέγειν ὀπτητικοῖς, καὶ παράγματα παρέχειν, δι' ὧν οἰκειώσεται, καὶ δυνούσαν ἑαυτὸν τῷ τρέφοντι ἀποδείξει, ἆρ' ὑ σωφέσεως καὶ καταλήψεως ἐρρωμένης εἶναί σοι δοκεῖ; ΤΥ. καὶ μάλα. D ΠΑ. Τὸ δέ γε ἐν ταῖς ἑστιάσεσιν αὐταῖς, ὅπως πρωτος ἀπέλθη πλέον ἔχων, ἢ πρὸ δοκιμῶν τοῖς μὴ τὸν αὐτὸν αὐτῷ κεκτημένοις τέχνην αὖθις τινὸς λόγου ἢ σοφίας πλάττεσθαι οἴει; ΤΥ. ἔδαμῶς. ΠΑ. τί δὲ, τὸ ὀπίσασθαι τὰς ἀρετὰς, ἢ κακίας τῶν ὄψων, καὶ τῶν σιτίων, πολυπραγμοσύνην ἀτέχνου τινὸς εἶναί σοι δοκεῖ; ἢ ταῦτα, τὸ γλυκυτάτου Πλάτωνος οὕτωσὶ λέγοντος, Τὸν μέλλοντος ἑστιάσεσθαι, μὴ μαγειρικὸν ὄντος, σκληρᾶς ὁμήρου δοίνης, ἀκριβεστέρα ἡ κρίσις.

præceptionum exercitarum comprehensio ad vnum exitum vitæ vtilem pertinentium. TYC. Rectè sanè illius auditi verba commeministi. PAR. Iam si horum omnium particeps est Parasitica, consentaneum est & hanc nihil aliud quàm artem habendam esse. TYC. Ita profectò ars habenda est, si quidem hæc ita se habuerint. PAR. Age iam singillatim ad omnes artis species parasiticam accommodantes, num oratio illi consonet, considerabimus: sed non, quemadmodum ollæ vitiosæ dum pulsantur, ne malignè resonet. Oportet itaque & hanc, quemadmodum omnes artes, præceptionum B inuentionem in se complecti. Principiò enim præuidere atque discernere quis aptus & accommodatus sit eum alere: atque ita facto parasitandi exordio, haudquaquam pœniteat. Aut dicemus argentarios seu numularios artem quandam habere qua norint adulterina nomismata à probis sagaciter deprehendere: hunc autem citra artis adminiculum discernere posse adulterinos homines & probos, præsertim cùm veluti nomismata, hominum mores cuiusmodi sint, non statim pateant? Eadem hæc & sapiens reprehendit Euripides, C dicens:

At quo malus noscendus est mortalibus, *In Medea.*
Innatus est nulli character corpori.

Ex quo & multo præclarior Parasiti ars esse ostenditur, qui res ita obscuras & abditas magis quàm vaticinandi peritia perspicit & cognoscit. Nosse verò sermones proferre accommodos, eáque facere per quæ in familiaritatem adiungitur, quibus semet quàm beneuolentissimum suo alumno esse ostensurus sit, nunquid non singularis intelligentiæ, atque inuentionis vehementissimę tibi documentum esse videtur? TY. Admodum. PAR. Porrò autem in ipsis cõuiuiis vt abeat per D omnia plus habens, eósque exuperans qui eam artem sua negligentia sibi non parauerunt, an hoc citra rationem & singularem sapientiam Parasitum facere posse arbitraris? TYC. Nequaquam. PAR. Quid autem? nosse obsoniorum ciborúmque virtutes & vitia, num tu rudis & indocti cuiuspiam curiositatem esse existimas? Præsertim Platone generosissimo ita dicente: Qui conuiuas epulis accepturus est, nec rei coquinariæ scientiam habuerit, eius in adornando conuiuio pertenue est iudicium.

Quòd autem Parasitica nõ cognitionem solam, sed exercitationem quoque sibi vendicet, inde perdisces facillimè, quoniam aliarum artium cognitiones, & dies & noctes, & menses & annos sæpenumero inexercitatæ permanent, non tamen artes ipsæ apud possidentes depereunt. At verò Parasiti cognitiones nisi quotidie in vsu sint atque exercitio, perdunt non artem solam, vt opinor, sed ipsum quoque artificem. Parasiticæ verò vtilitatem ad vnum aliquem vitæ exitum tendentem vereor ne insaniæ sit perquirere. Ego verò quàm edere & bibere, in vita mortalium nihil inuenio vtilius aut præstantius, & citra quod vita non potest subsistere. TYC. Maximè. PAR. Atqui ne eiusmodi quidem res est parasitica, cuiusmodi est pulchritudo aut fortitudo, vt ars nulla esse videatur, sed quædam vis atque potentia. TYC. Vera dicis. PAR. Verùm neque arte caret. Quod enim arte caret, nullo modo possidenti est conducibile. Age enim si tibi ipse nauim in mari commisisses fluctibus atque procellis ingruentibus, gubernandi imperito, num euasurus es incolumis? TYC. Minimè gentium. PAR. Quid tandem obstat? an quòd arte careas, cuius ope te ipse seruare potuisses? TYC. Sanè verò. PAR. Proinde arte seruamur, imperitia verò non item. TYC. Admodum. PAR. Ergo Parasiticam artem esse constat. TYC. Artem profectò, quãtùm apparet. PAR. Atqui gubernatores quidem præclaros, & aurigas eximios, de curru non rarò delapsos esse comperi, ac nonnullos illorum luxatos atque delumbatos, porrò nonnullos prorsus extinctos: cæterùm Parasiti naufragium nullus est qui possit producere. Proinde si neque ab arte remota est Parasitica, neque facultas est aliqua, comprehensio autem præceptionum exercitarum; eandem artem esse hodie nobis fatendum est. TYC. Quantum quidem ex hoc coniecturam facio. Sed in hoc tibi vigilandum esse intelligis, vt finem aliquem generosum Parasiticæ nobis attribuas. PAR. Rectè sanè dicis: videtur autem hac finitione potissimùm explicari posse: Parasitica ars est ciborum atque potuum, & sermonum qui horum conquirendorum gratia dicendi sunt, cuius finis est voluptas. TYC. Vidêre mihi tuam artem præclarè definisse.

Parasitica definitio.

A ὅτι γε μὴν οὐκ ἐκ καταλήψεως μόνον, ἀλλὰ συγγεγυμνασμένης ἐστὶν ἡ παρασιτική, μάθοις ἂν εὐθέως ῥᾳδίως. αἱ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων τεχνῶν καταλήψεις, καὶ ἡμέρας, καὶ νύκτας, καὶ μῆνας, καὶ ἐνιαυτοὺς πολλάκις ἀσυγγύμναστοι μένουσι, καὶ ὅμως οὐκ ἀπόλλυνται παρὰ τοῖς κεκτημένοις αἱ τέχναι· αἱ δὲ τῆς παρασίτου καταλήψεις, εἰ μὴ καθ' ἡμέραν εἴη συγγυμνασίαι, ἀπόλλυσιν οὐ μόνον, οἶμαι, τὴν τέχνην, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν τεχνίτην. τὸ γὲ μὴν πρὸς τέλος ἀνήκειν τὸν τοῦ βίου, μὴ καὶ μανίας εἶναι ζητεῖν; ἐγὼ γὰρ τοῦ φαγεῖν καὶ τοῦ B πιεῖν οὐδὲν ἀνήκειν εὑρίσκω τοῦ εἶναι ὄν, οὐδὲ ζῆν γε αἰσθάνεται τούτου ὄντι. ΤΥ. πάνυ μὲν οὖν. ΠΑ. καὶ μὴν οὐδὲ ἰσχυρόν τι ἐστὶν ἡ παρασιτική, ὁποῖον ὁ κάλλος, καὶ ἡ ἰσχύς, ὥστε τέχνην μὲν μὴ δοκεῖν αὐτήν, δύναμιν δέ τινα τοιαύτην. ΤΥ. ἀληθῆ λέγεις. ΠΑ. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἀτεχνία ἐστίν. ἡ γὰρ ἀτεχνία, οὐδέποτε οὐδὲν καρποῖ τοῦ κεκτημένου. φέρε γὰρ εἰ ἐπιτρέψας σὺ σαυτοῦ ναῦν ἐν θαλάττῃ, καὶ χειμῶνι, μὴ ἐπισάμενος κυβερνᾶν, σωθείης ἄν; ΤΥ. οὐκ ἔστιν. ΠΑ. τί δὴ C ποτε, ἢ τοῦ μὴ ἔχειν τέχνην, δι' ἣν δυνήσεταί σώζειν ἑαυτόν; ΤΥ. καὶ μάλα. ΠΑ. οὐκοῦν καὶ παρασίτου ἐστὶ τῆς παρασιτικῆς, εἴπερ ἐστὶν ἀτεχνία, οὐκ ἂν ἐσώζετο; ΤΥ. ναί. ΠΑ. οὐκοῦν τέχνη σώζεται, ἀτεχνία δὲ οὔ; ΤΥ. πάνυ μὲν οὖν. ΠΑ. τέχνη ἄρα ἐστὶν ἡ παρασιτική. ΤΥ. τέχνη, ὡς ἔοικε. ΠΑ. καὶ μὴν κυβερνήτας μὲν ἀγαθοὺς, καὶ ἡνιόχους τεχνίτας ἐκπεσόντας τῶν δίφρων οἶδα ἐγὼ πολλάκις· καὶ τοὺς μὲν, ξυντεθέντας, τοὺς δὲ, καὶ πάμπαν ἀφανισθέντας· παρασίτου δὲ ναυάγιον, οὐδὲ εἷς ἔχει πρῶτον εἰπεῖν. οὐκοῦν εἰ μήτε ἀτεχνία ἐστὶν ἡ παρασιτική, μήτε δύναμις, σύγκημα δέ τι, καὶ οὐ καταλήψεων γεγυμνασμένων, τέχνη δηλονότι διωμολόγηται ἡμῖν σήμερον. ΤΥ. ὅσον οὐ τούτου, εἰκάζω· ἀλλ' ἐκεῖνο, ὅπως καὶ ὅρον ἡμῖν τινα γλυκαῖον ἀποδῷς τῆς παρασιτικῆς. ΠΑ. ὀρθῶς σύγε λέγων. δοκεῖ γὰρ δή μοι οὕτως ἂν μάλιστα διορίσθαι, παρασιτικὴ ἐστὶ τέχνη ποτέων, καὶ βρωτέων, καὶ τῶν πρὸς ταῦτα λεκτέων, τέλος δ' αὐτῆς, ἡδύ. ΤΥ. ἐπαφρόδιτός μοι δοκεῖς εἰρηκέναι τὴν σαυτοῦ τέχνην.

ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει, μὴ πρὸς ἐνίους τῶν φι-
λοσόφων μάχη σοι περὶ τοῦ τέλους ἦ. ΠΑ. Ἐ
μοὶ ἀπόχρη τε, εἰ καὶ ἔσται ὁ αὐτὸ τέλος εὐ-
δαιμονίας, καὶ παρασιτικῆς. φανήσεται δὲ οὕτως.
ὁ γὰρ σοφὸς Ὅμηρος τὸν τοῦ παρασίτου βίον
θαυμάζων, ὡς ἄρα μακάριος, καὶ ζηλωτὸς
εἶη μόνος,

Οὐ γάρ ἔγωγέ τι φημὶ τέλος χαριέστερον εἶναι,
Ἢ ὅταν εὐφροσύνῃσιν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα,

-- πάρα δὲ πλήθωσι τράπεζαι
Σίτου καὶ κρεῶν, μέθυ δὲ κρητῆρες ἀφύσσων
Οἰνοχόος φορέῃσι, καὶ ἐγχείῃ δεπάεσσι.

καὶ ὡς ἐκ ἱκανῶς ταῦτα θαυμάζων, μᾶλλον τ'
αὐτοῦ γνώμην ποιῆς φανερωτέραν, οὕτω λέγων·

Τοῦτο τί μοι κάλλιον ἐνὶ φρεσὶν εἴδεται εἶναι,
ἢ ἕτερόν τι ἐξ ὧν φησιν, ἢ ὃ παρασιτεῖν, εὐ-
δαίμονα νομίζων. καὶ μὲν οὐδὲ τῷ τυχόντι ἀν-
δρὶ προσετίθηκε τούτοις τοῖς λόγοις, ἀλλὰ τῷ
σοφωτάτῳ τῶν Ἑλλήνων. κρίνει γε εἴπερ ἐβού-
λετο Ὀδυσεὺς ὁ καὶ τοῖς Στωϊκοῖς ἐπαινεῖν
τέλος, ἐδήλωσε ταῦτα λέγων, ὅτε τὸν Φιλοκτή-
την ἀπήγαγε ἐκ τῆς Λήμνου, ὅτε ὁ Ἴλιον
ἐξεπόρθησεν, ὅτε τοὺς Ἕλληνας φεύγοντας κα-
τέσχεν, ὅτε εἰς Τροίαν εἰσῆλθεν, ἑαυτὸν μαστι-
γώσας, καὶ κακὰ καὶ Στωϊκὰ ῥάκη ἐνδύς· ἀλλὰ
τότε οὐκ εἶπε τοῦτο τέλος χαριέστερον· ἀλλὰ
μὴν ἐν τῷ τῶν Ἐπικουρείων βίῳ γεγόμενος
αὐτὸς παρὰ τῇ Καλυψοῖ, ὅτε αὐτῷ ἐξῆν
ἐν ἁβρείᾳ τε διατελεῖν, καὶ τρυφᾶν, καὶ διανεῖν
τοῖς Ἀτλαντος θυγατέρα, καὶ κινδυνεύειν πάσας τὰς
λείας κινήσεις, οὐδέποτε εἶπε τοῦτο ὃ τέλος
χαριέστερον, ἀλλὰ τὸν τῶν παρασίτων βίον.
ἐκαλοῦντο δὲ δαιτυμόνες οἱ παράσιτοι τότε.
πῶς οὖν λέγω; πάλιν γὰρ ἄξιον ἀναμνησθῆ-
ναι τῶν ἐπῶν· οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἀκούειν αὐτῶν,
μὴ πολλάκις λεγομένων. Δαιτυμόνες κα-
θήμενοι ἑξείης, καὶ, παρὰ πλήθωσι τράπεζαι
Σίτου καὶ κρεῶν. ὅτε μὲν Ἐπίκουρος σφόδρα
ἀναισχύντως ὑφελόμενος ὃ τῆς παρασιτικῆς
τέλος, τὸ κατ' αὐτὸν εὐδαιμονίας, τέλος αὐτὸ
ποιεῖ. καὶ ὅτι κλοπὴ ὃ φαγμά ἐστι, καὶ οὐδὲν
Ἐπικούρῳ μᾶλλον ἡδὺ, ἀλλὰ τῷ παρασίτῳ,
ὅτῳ μάζοις αὖ. ἐγώγε ἡγοῦμαι ὃ ἡδὺ πρῶ-
τον μὲν, ὃ τῆς σαρκὸς ἀοχλησίαν, ἔπειτα ὃ μὴ
ταράττειν καὶ ταράττης τὴν ψυχὴν ἐμπεπλῆσθαι.

A Illud tamen etiam atque etiam conſidera, ne aduerſus philoſophos aliquos de fine tibi oriatur pugna atque contentio. PAR. Atqui abundè ſufficit hunc eſſe finẽ & felicitatis & Paraſiticæ: neque aliter apparet. Siquidem Homerus ille ſapiens Paraſiti vitam admirans tanquam ſolam beatam atque felicem, ita inquit:

Haud ego finẽ vllũ meliorẽ vltrà arbitror eſſe,
Quàm ſi mente omnis populus lætetur ſuanti,
Iuxta autem menſæ ſint pane cibiſq; repletæ,
Atque pocillator dulce è cratêre falernum
Fundès diſtribuat per pocula parua bibendã.

Iam quaſi parum cumulatè hæc admiraretur, ſententiam ſuam longè pleniorem
B apertiorémque hiſce verbis facit, perfeſtiuè ſubiiciens:

Hic finis nobis pulcherrimus eſſe videtur.

haud aliud ex iis quæ dicit, beatũ ac felix, quàm paraſitari exiſtimans. Sedenim hęc verba non cuilibet è vulgo attribuit, verùm omnium ſapientiſſimo. Et ſanè ſi Vlyſſi fuiſſet in animo Stoicos ſecuto laudare finem Virtutem, potuiſſet illud dicere quãdo Philocteten ex Lemno adduxit, quando Troiam ſubuertit, quando Græcos fugam adornantes compeſcuit atque
C detinuit, quando Troiam ingreſſus eſt ſe ipſe indecoris vulneribus flagellatum afficiens, ac ſordido & planè Stoico indumento amictus. At tunc huius pulcherrimi finis nuſquam cõmeminit. Cæterùm ne tunc quidem cùm in Epicureorum vita conſtitutus apud venuſtiſſimam Calypſo verſaretur, illíque liceret in otio voluptuosè & molliter viuere, ac in omnibus deliciis Atlantidis lectum cõſcendere, neque non rebus quas animi libido ferebat, indulgere; illius pulcherrimi finis memor eſt: ſed cùm apud Phæacas paraſitum ageret. Vocabãtur autem tunc tẽporis paraſiti, dætymones. Quomodo enim dicit? Dignum enim eſt vt iterum atque iterum ſuauiſſimorum verſiculorum
D recordaremur: neq; enim ad ſatietatem audiri poſſunt, niſi ſæpius repetantur:

Dætymones ſedeant ex ordine. &,
Iuxta menſæ adſint epulis & carne repletæ.

Porrò Epicurus nimiùm impudenter hunc finem detractum paraſiticæ, ad felicitatem ſuam detorſit. Quòd autem hæc res non abſit à furto, quódque Epicuro voluptas nihil curæ ſit, ſed paraſito, ita potes colligere. Ego voluptatem exiſtimo primùm tranquillum ſtatum corporis: deinde neque mentem vlla perturbatione aut moleſta cura onerari.

Horum vtrunque parasitus assequitur, Epicurus autem ne alterutrius quidem fit particeps. Etenim cùm curiosè satis de habitu terræ, de infinitis mundis, de magnitudine solis, atque distantiis, de primis elementis, atque etiam de diis, siue sint siue non sint, déque ipso fine perueſtigãs, nunquam non digladiari soleat, semper cum aliquibus contentiosè dissidens: non humanis solùm, sed & mundanis vexationibus atteritur atque consumitur. At parasitus horum omnium securus, omnia bene se habere existimans, credénsque hæc meliori loco esse nõ posse quàm sint, cum multa securitate & animi tranquillitate, nullo istiusmodi nugarum scrupulo illi facessente negotium, edit suauissimè, ac dormit supinus, porrectis & manibus & pedibus, quemadmodum Vlysses rate ad patriam nauigans. Atqui non propter illa tantùm nulla in re Epicurus voluptatis potitur, sed etiam propter hæc. Quippe Epicurus ille, quicunque tandem fuerit ille sapiens, aut habet quod edat, aut non. Si non, ille quidem voluptuosè viuet minimè, imò ne viuet quidem. Sin autem habuerit, habebit aut à seipso, aut ab alio. Itaque si ab alio quod edat habuerit, parasitus est & ille. & non is quem se superbè venditat: Sin à seipso, voluptuosè non viuet. TY C. Quomodo verò non voluptuosè? PAR. Si enim suppetiuerit illi apud seipsum victus copia, multa, ô Tychiade, eiusmodi vitam consequi necesse est. Vide verò qualia: oportet enim eum qui voluptate duce molliter & delicatè victurus est, omnibus incidentibus cupiditatibus abundè indulgere. Aut quid tu ais? TYC. Et mihi idem videtur. PAR. Proinde ei qui re familiari ampliter instructus est, fortasse vnde libidinem suam expleat, nõ ægrè suppetet: at qui æstiuè atque tenuiter munitus erit opibus, illi harum rerum potiundi nulla supererit copia. Itaque si pauper fuerit Epicurus, sapiens esse non potest, neque vnquam voluptatis finem sibi propositum consequetur. Sed ne diues quidem copioſę pecuniæ dominus, cui per facultates suas cupiditatibus prolixè suppeditare atque inseruire promptum est, præfixum voluptatis finem nanciscetur. Quid ita tandem? Propterea quòd necesse sit eum qui sumptum de suo fecerit, in multas atque adeò odiosas illabi molestias. Iam enim illi cum coco rixandum erit, quòd parum opiparè atque apparatè edulia adornauerit. Aut si citra rixam, coci negligentiam dissimulanter habuerit, tum ferculis inconditis, & minimè delicatis vescitur, ac per hoc sperata voluptate priuatur.

A τούτων τοίνυν ὁ μὲν παράσιτος ἑκατέρων τυγχάνει· ὁ δὲ Ἐπικούρεος, οὐδὲ θατέρου. ὁ γὰρ ζητῶν περὶ χήματος γῆς, καὶ κόσμων ἀπειρείας, καὶ μεγέθους ἡλίου, καὶ ἀποσημάτων, καὶ πρώτων στοιχείων, καὶ περὶ τῶν θεῶν, εἴτε εἰσὶν, εἴτε οὐκ εἰσὶ, καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ τέλους ἀεὶ πολεμῶν, καὶ διαφερόμενος πρός τινας, οὐ μόνον ἐν ἀνθρωπίναις, ἀλλὰ καὶ ἐν κοσμικαῖς ὕλαις ὀχλήσεσιν. ὁ δὲ παράσιτος, πάντα καλῶς ἔχειν οἰόμενος καὶ πεπιστευκὼς μὴ ἄλλως ταῦτα ἔχειν ἀμείνον, ἢ ἔχει, μετὰ πολλῆς ἀδείας, καὶ γαλήνης, οὐδενὸς αὐτῷ τοιούτου πρενοχλοῦντος ἐάσαι, καὶ χειμάτων ὑπτίως, ἀφύκτως τοὺς πόδας, καὶ τὰς χεῖρας, ὥσπερ Ὀδυσεὺς ὅτι τῆς πατρίδος ἀπὸ πλέων οἴκαδε. καὶ μὲν δὴ οὐ περὶ ταῦτα μόνον οὐδὲν πρήσσει ὁ ἡδὺ τῷ Ἐπικούρῳ, ἀλλὰ καὶ κατ' ἄλλα. ὁ γὰρ Ἐπίκουρος οὗτος, ὅστις ποτέ ἐστιν ὁ σοφὸς, ἤτοι φαγεῖν ἔχει, ἢ οὔ. εἰ μὲν οὐκ ἔχει, οὐχ ὅπως ἡδέως ἂν ζήσεται, ἀλλ' οὐδὲ ζήσεται· εἰ δὲ ἔχει, εἴτε παρ' ἑαυτοῦ, εἴτε παρά ἄλλου. εἰ μὲν οὖν παρ' ἄλλου ὁ φαγεῖν ἔχοι, παράσιτός ἐστι, καὶ οὐχ ὡς λέγει· εἰ δὲ παρ' B ἑαυτοῦ, οὐχ ἡδέως ζήσεται. ΤΥ. πῶς οὐχ ἡδέως; ΠΑ. Εἰ γὰρ ἔχοι ὁ φαγεῖν παρ' ἑαυτοῦ, πολλά γε, ὦ Τυχιάδη, τῷ τοιούτῳ βίῳ παρακολουθεῖν ἀνάγκη· καὶ ἄλφιτα πόσα. δεῖ τὸν μέλλοντα βιώσεσθαι καθ' ἡδονὴν, τὰς ἐγκυμονούσας ὀρέξεις ἁπάσας ἀναπληροῦν. ἢ τί φῄς; ΤΥ. καὶμοὶ δοκεῖ. ΠΑ. Οἰκονῶ τῷ μὲν συχνὰ κεκτημένῳ, ἵνα τοῦτο πάρεχει. τῷ δὲ ὀλίγα, καὶ μηδὲν οἰκέτι· ὥστε πένης οὐκ ἂν σοφὸς γένοιτο, οὐδὲ ἐφικνοῖτο τοῦ τέλους· λέγω δὲ τοῦ ἡδέος. ἀλλ' οὐδὲ μὲν ὁ πλούσιος, ὁ παρὰ τῆς C οὐσίας ἀφθόνως ταῖς ἐπιθυμίαις χορηγῶν, δυνήσεται τοῦδε ἐφικέσθαι. τί δήποτε; ὅτι πᾶσα ἀνάγκη τὸν ἀναλίσκοντα τὰ ἑαυτοῦ πολλαῖς περιπίπτειν ἀηδίαις. τοῦτο μὲν, τῷ μαγείρῳ κακῶς σκυλάσαντι τὸ ὄψον μαχόμενον, ἢ εἰ μὴ μάγειρος, φαύλῳ παρὰ τοῦτο ἐδίοντα τὰ ὄψα, καὶ τοῦ ἡδέος ὑστερεῖν.

D

τοῦτο

τῦτο δὲ, τὰ οἰκονομοῦντι τὰ κτ' ἀγρὸν οἰκίαν, εἰ μὴ καλῶς οἰκονομοίη, μαχόμενον. ἢ οὐχ οὕτω; ΤΥΧ. νὴ Δία καμοὶ δοκεῖ. ΠΑΡ. τὰ μὲν Ἐπικούρῳ, πάντα ξυμβαίνειν εἰκὸς, ὥστε ἀδέποτε τεύξεται τῆς τέλους· τὰ δὲ παρασίτῳ, οὔτε μάγειρός ἐστιν, ᾧ χαλεπήνῃ, οὔτε ἀγρὸς, οὔτε οἰκονόμος, οὔτε ἀργύρια, ὑφ' ὧν ἀπολογούμενος ἀχθεσθείη, καὶ πάντα ἔχει, ὥστε καὶ φάγοι καὶ πίοι, μόνος οὗτος ἂν ἀπολαύοι μηδενὸς, ὢν ἀκτήνος, ἀπάγχη ἀποχλούμενος. ἀλλ' ὅτι μὲν τέχνη ἐστὶν ἡ παρασιτικὴ, καὶ ἐκ τούτων καὶ τῶν ἄλλων ἱκανῶς δέδεικται. λοιπὸν, ὅτι καὶ ἀρίστη δεικτέον, καὶ τοῦτο οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πρῶτον μὲν, ὅτι κοινὴ πασῶν διαφέρει τῶν τεχνῶν· εἶτα ὅτι καὶ ἰδίᾳ ἑκάστης. κοινῇ μὲν οὖν ἁπασῶν οὕτω διαφέρει. πάσης γὰρ τέχνης ἀνάγκη πρόσεστιν μάθησιν, πόνον, φόβον, πληγὰς, ἀφ' ὧν οὐκ ἔστιν ὅστις οὐκ ἂν ἀπέδυξατο. ταύτῃ δὲ τῇ τέχνῃ, ὡς ἔοικε, μόνῃ ἔξεστι μαθεῖν, μὴδὲ πόνου. τίς γὰρ ἀπὸ δείπνου ποτὲ ἀπῆλθε κλαίων, ὥσπερ τινὰς ἐκ τῶν διδασκάλων ὁρῶμεν; τίς δ' ὅτι δεῖπνον ἀπιὼν, ὤφθη σκυθρωπὸς, ὥσπερ οἱ εἰς διδασκαλεῖα φοιτῶντες; καὶ μὲν ὁ μὲν παράσιτος, ἐκὼν αὐτὸς ὅτι δεῖπνον ἔρχεται, μάλιστα ὀπτυμένῳ τῆς τέχνης, οἱ δὲ ταῖς ἄλλαις τέχναις μανθάνοντες, μισοῦσιν αὐτάς· ὥστε ἔνιοι δι' αὐτὰς ἀποδιδράσκουσι. τί δὲ ὑ κἀκεῖνο ἐνθυμεῖσθαί σε δεῖ, ὅτι καὶ τοὺς ἐν ἐκείναις ταῖς τέχναις προκόπτοντας, οἱ πατέρες καὶ μητέρες τοῦτοις τιμῶσι μάλιστα, οἷς καθ' ἡμέραν καὶ τὸν παράσιτον; Καλῶς, νὴ Δία, ἔγραψεν ὁ παῖς, λέγοντες, δότε αὐτῷ φαγεῖν· οὐκ ἔγραψεν ὀρθῶς, μὴ δότε. οὕτω τὸ πρᾶγμα καὶ ἔντιμον, καὶ ἐν τιμαῖς μέγα φαίνεται. καὶ μὲν αἱ ἄλλαι τέχναι, τὸ ὕστερον τῦτο ἔχουσι, μετὰ τὸ μαθεῖν, καὶ τοῖς καρποῖς ἡδέως ἀπολαμβάνουσι· πολλοὶ γὰρ, καὶ ὄψιος οἶμος ἐς αὐτό.

A Aut iam illi cum domus præfecto rem familiarem indiligenter accurante delitigandum eſt. An verò hæc ita ſe non habent? T Y C. Per Iouem idem quoque mihi videtur. P A R A S. Hæc ergo omnia vt Epicuro accidant neceſſe eſt: itaque nunquam voluptatis fine miſer ille potietur. At verò paraſito neque cocus eſt vllus cui propter incuriam iraſceretur, neque ager, neque villicus, neque argentum, quorum nomine famuli excuſationem perferens doleret: & tamen omnia habet, vt edat & bibat, ſoli illi nulla re exiſtente qua vt Epicurus perturbaretur. Iam quòd ars ſit paraſitica, & ex his iam dictis, atque aliis, B ſatis ſupérque oſtenſum eſt. Reliquum eſt vt planum faciam quàm ſit etiam omnium optima, & hoc quidem non ſimpliciter, ſed primùm declarabo quàm communiter omnes alias artes ſua anteire ſoleat præſtantia: deinde quàm etiam priuatim præcellat cæteras. Communiter ad hunc modum præſtat aliis. Etenim vniuſcuiuſque artis ſtudium, diſcendi adducere laborem, timorem ac verbera neceſſe eſt: quæ qui non deprecetur, nullus vnquam inuentus eſt. Hanc C verò artem cuius ego profeſſor ſum, ſolam, vt videtur, licet ſine labore perdiſcere. Quis enim vnquam à conuiuio flens digreſſus eſt, veluti quoſpiam videmus pueulos à præceptoribus diſcedere? Quis proficiſcens ad conuiuium vnquam triſtis atque ſeuerus conſpectus eſt, quemadmodum illi qui ludos literarios frequentare ſolent? Atqui paraſitus ſua ſponte, atque adeò volens ad cœnam vadit, artis conſequendæ omnium cupidiſſimus. Cæteri verò qui aliis artibus perdiſcendis nauant operam, eaſdem proſequuntur odio, ita D vt nonnulli aufugientes, artes ſuas ſumma deteſtatione repudient. Et cur non hoc quoque conſiderandum tibi venit, quòd eos qui in aliis artibus feciſſent aliquod operæpretium, parentes his potiſſimùm honorare ſolent, quibus paraſitum quotidie cohoneſtant? Elegantes, ita me Dij ament, inquiunt, puer pinxit literas, date illi quod edat: malignas literarum notas deſcripſit, nihil date illi. Adeò res & honore penſanda, & ſupplicio punienda eſſe videtur. Quinetiam cum cæteris artibus ita comparatum eſt, vt primum hoc poſterius habeant, poſtquam iam multo ſudore paratæ ſunt, dulcem & expetitum voluptatis fructũ ſubminiſtrant ſuis cultoribus, ad quam rem multa eſt via, nec minùs aſpera.

Cæterùm ſola ex omnibus paraſitica ſtatim initio inter diſcendum arte ſua fruitur, ac ſimul atque incepta fuerit, quantocyus eſt in quæſtu. Præterea reliquæ artes non ſaltem aliquæ, ſed omnes ſimul tantùm victus conquirendi gratia inuentæ ſunt: at paraſito actutum parata eſt alimẽtorum felix copia, ſimul atque artem exorſus fuerit. An verò non animaduertis agricolam agros colere non colendi gratia, & fabrum fabricare non fabricandi gratia? At paraſitus nihil ſectatur aliud, ſed hoc ipſum quod illius negotium eſt, & cuius gratia ei negotio intentus eſt. At hæc cui obſcura ſint, neminem eſſe arbitror, quòd ij qui reliquarum artium exercendo tractant commercia, per omne tempus afflicti laboribus viuunt ærumnosè atque infeliciter, ac vix vnũ atque alterum diem feſtum per menſem agunt, propterea quòd ciuitates aliàs quidẽ per annum, aliàs per menſem indicta ſolennitate dies feſtos agere ſoleant, & tunc animo remiſſiore lætari dicuntur: at paraſitus ferè ſingulos ſemper triginta dies agit in otio. Omnes enim dies illi videntur ſacri deorum numinibus. Præterea quibus conſilium aut animus eſt reliquis vti artibus cum aliqua laude & exiſtimatione, illi tenui frugalique victu & potu vtantur neceſſe eſt, tanquam qui morbis decumbũt impliciti. Nam qui victu paulo copioſiore, potúque largiore ſemet inuitat & oblectat, ille ſtudio minimè eſt accommodus. Accedit his, quòd reliquæ artes, ſine inſtrumẽtis, magiſtro ſuo nihil fructus afferre poſſunt. Neque enim citra tibiam tibia canere, neque citra lyram pſallere, neque abſque equo equitare quiſquam poteſt. Porrò hæc vſque adeo bona eſt, adeóque non onerosa artifici, vt omnibus etiam inſtrumentis carenti, tamen victum largè ſuppeditet, eáque commodiſſimè vti poſſit. Et, ſicut videmus, alias artes perdiſcentes, magiſtris mercedem perſoluimus: hanc autem diſcentes, præmium accipimus. Præterea aliarum artium omnium ſunt doctores quidam & profeſſores: cæterùm qui paraſiticam tradat aut doceat, nullus eſt: ſed quemadmodum Poëſis iuxta Socratem, & ipſa quidem fato quodam accedit. Quinetiam illud apud animũ tuum expẽdito, quòd alias artes, aut iter faciẽtes aut nauigantes exercere nequeamus, hac verò vti licet & in itinere, & inter nauigandũ. TYC. Admodum profectò. PAR. Atqui ô Tychiade, reliquæ artes omnes huius opem mihi deſiderare videntur, hæc verò nullius alterius egens eſt adminiculo.

A ἡ δὲ παρασιτικὴ μόνη τῶν ἄλλων βίβλους ἀπολαύει τῆς τέχνης ἐν αὐτῷ τῷ μανθάνειν, καὶ ἅμα τε ἄρχεται, καὶ ἐν τῷ τέλει ἐστίν. αἱ μὲν τοι τῶν ἄλλων τεχνῶν, οὐ πίνες, ἀλλὰ πᾶσαι, ὅτι μόνῳ τῷ ζῆν γεγόνασιν· ὁ δὲ παρασιτος, βίβλους ἔχει τῷ ζῆν ἅμα τῷ ἄρξασθαι τῆς τέχνης. ἢ οὐκ οἶσθ ὅτι ὁ μὲν γεωργὸς, γεωργεῖ, ἵ τῷ γεωργεῖν ἕνεκα, καὶ ὁ τέκτων, τεκταίνεται, ἵ τοῦ τεκταίνεσθαι ἕνεκα· ὁ δὲ παρασιτος, οὐχ ἕτερόν μέν τοι διώκει, ἀλλὰ ὃ αὐτό καὶ ἔργον ἐστὶν αὐτῷ, καὶ οὗ ἕνεκα γίγνεται. καὶ μὲν σκιαγραφεῖς ἐστὶ

B ὅστις οὐκ ἐπίσαται, ὅτι οἱ μὲν τὰς λοιπὰς τέχνας ἐργαζόμενοι, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον παλαιπωροῦσι, μίαν δὲ ἢ δύο μόνας τοῦ μηνὸς ἡμέρας ἱερὰς ἄγουσι. καὶ αἱ πόλεις ἤ, τὰς μὲν, δι' ἔτους, τὰς δὲ, ἐμμελῶσι ἑορτὰς ἐπιτελοῦσι, καὶ διαφέρειν λέγονται τότε. ὁ δὲ παρασιτος, τοῦ μηνὸς τὰς τριάκοντ' ἡμέρας ἱερὰς ἄγει· πᾶσαι γὰρ δοκοῦσιν αὐτῷ εἶ) τῶν θεῶν. ἔτι οἱ μὲν βουλόμενοι τὰς ἄλλας τέχνας καταρθοῦν, ὀλιγοσιτίας

C καὶ ὀλιγοποσίας χρῶνται, καθάπερ οἱ νοσοῦντες. πολυποσίας δὲ, καὶ πολισιτίας, οὐκ ἔστιν διαφεύγειν μανθάνειν. καὶ αἱ μὲν ἄλλαι τέχναι, χρείας ὀργάνων οὐδαμῶς τῷ κεκτημένῳ ὑπηρετεῖν δύνανται· οὔτε γὰρ αὐλῷ ἑνὶ χρεὶς αὐλεῖν, οὔτε ψάλλειν δύο λύρας, ἵππῳ χρεὶς ἱππεύειν. αὐτὴ δ' ὅπως ἐστὶν ἀγαθὴ, καὶ ἡ σαρξα τῷ τεχνίτῃ, ὥστε καὶ ὑπάρχει μηδὲν ἔχοντι ὅπλον χρῆσθαι αὐτῇ. καὶ, ὡς ἔοικε, τὰς ἄλλας τέχνας μανθάνομεν, μισθὸν διδόντες, ταύτην δ', λαμβάνοντες. ἔτι τῶν μὲν ἄλλων τεχνῶν εἰσὶ διδάσκαλοι

D πίνες, τῆς δὲ παρασιτικῆς οὐδεὶς, ἀλλ' ὥσπερ ἡ ποιητικὴ κατὰ Σωκράτην, καὶ αὕτη τινὶ μοίρᾳ παραγίγνεται. κἀκεῖνο δ' ὀκνεῖ, ὅτι τὰς μὲν ἄλλας τέχνας ὀδυόντες, ἢ πλέοντες, ἢ διωκόμενοι διαφεύγουσι. ταύτην δὲ ὅτι χρῆσθαι καὶ ἐν ὁδῷ, καὶ πλέοντι. ΤΥ. πάνυ μὲν οὖν. ΠΑ. καὶ μήν τοι, ὦ Τυχιάδη, αἱ μὲν ἄλλαι τέχναι, δοκοῦσί μοι ταύτης ἐπιθυμεῖν, αὐτὴ δὲ, οὐδεμιᾶς ἑτέρας.

ΤΥ. τί δὲ οὐχ οἱ τὰ ἀλλότρια λαμβάνοντες, ἀδικεῖν σοι δοκοῦσι; ΠΑ. πῶς γὰρ οὔ; ΤΥ. πῶς οὖν ὁ παράσιτος τὰ ἀλλότρια λαμβάνων, οὐκ ἀδικεῖ μόνος; ΠΑ. οὐκ ἔχω λέγειν. τὴν μὲν τῶν ἄλλων τεχνῶν αἱ ἀρχαὶ φαῦλαί τινες, καὶ εὐτελεῖς εἰσι, τῆς δὲ παρασιτικῆς ἡ ἀρχὴ, πάνυ γενναία τις. ὁ γὰρ προσλούμενον τοῦτο τῆς φιλίας ὄνομα, οὐκ ἄλλο τι ἢ εὐρεσις, ἢ ἀρχὴ παρασιτικῆς. ΤΥ. πῶς λέγεις; ΠΑ. ὅτι οὐδεὶς ἐχθρὸν, ἢ ἀγνῶτα ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐδὲ σπουδῇ μετρίως, ὅτι δεῖπνον καλεῖ, ἀλλὰ δεῖ πρότερον, οἶμαι, τοῦτον τὸν μέλλοντα φίλον, ἵνα κοινωνήσῃ σπονδῶν, καὶ παραπέμψῃς, καὶ τῶν τῆς τέχνης ταύτης μυστηρίων. ἐγὼ γοῦν πολλάκις ἤκουσα τινῶν λεγόντων, ποταπὸς δὲ οὗτός ἐστιν ὁ φίλος, ὅστις οὐ βέβρωκεν, οὐδὲ πέπωκε μεθ' ἡμῶν; ὡς δηλονότι τὸν συμπίνοντα, καὶ συνεσθίοντα, μόνον πιστὸν ἡγουμένων φίλον. ὅτι γε μὲν ἡ βασιλικωτάτη τῶν τεχνῶν ἐστιν αὕτη, μαθοῖς ἂν καὶ σὺ τοῦτο δὲ οὐχ ἥκιστα. τὰς μὲν γὰρ λοιπὰς τέχνας, οὐ μόνον καμοπαθοῦντες, καὶ ἱδρωτῶντες, ἀλλὰ, νὴ Δία, καθήμενοι, καὶ ἑστῶτες ἐργάζονται, ὡσπερ ἀμελεῖ δοῦλοι τῶν τεχνῶν. ὁ δὲ παράσιτος, μεταχειρίζεται τὴν αὐτὴν τέχνην, ὡς βασιλεὺς κατακείμενος. ἐκεῖνα μὲν γὰρ τί δεῖ λέγειν περὶ τῆς εὐδαιμονίας αὐτῆς, ὅτι δὴ μόνος κατὰ τὸν σοφὸν Ὅμηρον οὔτε φυτεύει χερσὶ φυτὸν, οὔτε ἀροῖ, ἀλλὰ τὰ ἄσπαρτα, καὶ τὰ αὐήροτα πάντα νέμεται. καὶ μὴν ῥητορά τε, καὶ γεωμέτρην, καὶ χαλκέα, οὐδὲν κωλύει τὴν ἑαυτῆς τέχνην ἐργάζεσθαι, ἐάν τε πονηρὸς, ἐάν τε καὶ μοχθηρὸς ᾖ, παρασιτεῖν δὲ οὐδεὶς δύναται ἢ μοχθηρὸς ὤν, ἢ πονηρός. ΤΥΧ. παπαί. οἷ χρῆμα ἀποφαίνῃ τὴν παρασιτικήν· ὥστε καὶ αὐτὸς ἤδη βούλεσθαί δοκῶ μοι παράσιτος εἶναι τοῦτου ὅς εἰμι. ΠΑΡ. ὡς μὲν τοίνυν κοινῇ πάντων διαφέρει, δεδεῖχθαί μοι δοκῶ. φέρε δὴ ὡς καὶ κατ' ἰδίαν ἑκάστης διαφέρει, σκοπῶμεν. ὁ μὲν δὴ τὰς βαναύσους τέχνας παραβαλλὼν αὐτῇ, αὐόητόν ἐστι· καὶ μᾶλλόν πως καταγελῶτος ὁ ἀξίωμα τῆς τέχνης.

ΤΥ C. Quid autem? nonne qui alienas res accipiunt, tibi iniustè agere videtur? PAR. Et quî non? TYC. Quomodo ergo parasitus aliena accipiens, solus extra iniusti noxiam habendus est? PAR. Huius quæstionis causſam tibi non possum reddere: verùm aliarũ artium principia plerunque sunt vilia atque simplicia, parasiticæ autem principium admodum generosum & illustre est. Etenim omnibus modis iactatum ac tritum illud amicitiæ nomen, nõ inueneris aliud quàm parasiticæ esse auspicium. TYC. Quomodo dicis? PAR. Quoniam nemo inimicum aut ignotum hominẽ, sed ne mediocriter quidem familiarem ad cœnam vocat: sed necessarium est vt antè cum illo amicitiam contraxerit, quàm eum libationis & mensæ participem fecerit, atque ad huius artis mysteria admiserit. Audiui ego sæpenumero dicẽtes quospiam, Cuiusmodi ille amicus est, qui neque edit neque bibit vnquam nobiscum? quasi eum qui vnà cibum capiat atque combibat, solum fidum amicum esse existimẽr. Quòd autem ars sit omnium præstantissima, inde facillimè poteris cognoscere. Etenim artes reliquas non tantùm graviter laborantes, & sudore perfluentes, sed per Iouem sedentes aut stantes exercent, quasi artibus seruiliter mancipati sint: at parasitus veluti addicto mancipio sua arte vtitur, veluti rex accumbẽs otiosus ab animo. Illa autem quorsum recensere attinet, certissima felicitatis parasiticæ documenta, quòd solus iuxta sapiẽtem Homerum, neque vllam plantam inserit manibus, neque terram versat aratro, sed citra arationem, citráque sementem omnia parasitando consequitur? Præterea rhetori aut mathematico aut fabro ærario nihil obstare video quominus artem suam exerceat, etiamsi improbus fuerit aut morio: porrò autem parasitum agere nemo potest, qui aut stultus fuerit, aut improbis moribus. TYC. Papæ! cuiusmodi rem ostendisti esse parasiticam! Itaque & me iam ea inuasit libido, vt parasitus esse cupiam pro eo qui nunc in præsens sum. PARA. Itaque quemadmodum omnibus aliis artibus potior sit parasitica communiter, abundè mihi demonstratum esse opinor. Age nunc deinceps quomodo priuatim quoque excellat singulas, considerabimus. Vt autem hanc cum mechanicis aut manuariis artibus conferam, ineptum mihi esse videtur, aut potiùs eius qui huiusce artis dignitatem indignis modis subuerteret.

Sed illud potiùs, quomodo maximas atque pulcherrimas ſua præſtantia exuperet, demonſtrandum eſt. Eſt autem in confeſſo apud omnes, rhetoricam atque philoſophiam cæteris longè celebriores haberi, quas plerique propter generoſitatem atque cognitionem omnibus anteponunt. Proinde poſteaquam oſtendero & his lõgè potiorem eſſe paraſiticam, ſatis conſtabit eandem quoque cæteris artibus vniuerſis longè latéque præſtare, *odyſſ. ζ.* veluti Nauſicaa corporis venuſtate atque proceritate omnes præcellebat famulas. Equidem communiter vtraſque excellenter anteit, & rhetoricam, & philoſophiam. Primùm quantum attinet ad artis ſubſtantiam. Illa enim ſubſiſtit, hæc *Quintil. lib. 2. c. 17.* verò minimè. Neque enim de rhetorica eadem omnium eſt ſententia, neque eandem idem omnes eſſe ſentimus, ſed nonnullis ars eſſe videtur, nonnullis ab arte ſeiuncta. Plerique etiam prauitatẽ quandam artis ſeu impoſturam eſſe exiſtimãt, alij aliud. Haud alia eſt hominum de philoſophia diſputantium opinio. Aliter enim Epicuro res philoſophicæ habere videntur, aliter Stoicis, aliter Academicis, ſecus quoque Peripateticis. Et quid multis opus eſt? Omnino alius aliam rem philoſophiam eſſe contendit & comminiſcitur: & ad hunc vſque diem neque illi ſuã obtinent ſententiam, neque ars illorum vna eſſe videtur. Ex quibus omnibus hãc mihi coniecturam facere licet, quòd ſtatim ſub initium illam artem eſſe negem, cuius nulla eſt ſubſtantia: quoniam cur tandem arithmeticam vnam eſſe videmus, quàm quòd bis duo & apud nos & apud Perſas ſint quatuor, nec diſcrepant hæc neque apud Græcos, neque apud Barbaros? At philoſophias varias atque multiplices eſſe videmus, prẽterea neque fines neque principia illarum cõcordare.

TYC. Vera dicis. Etenim vnam philoſophiam eſſe aſſeueranter affirmant, ipſi verò multarum ſunt auctores. PAR. Atqui in reliquis artibus, quanquã nonnihil diſcreparet, quiſpiam verò progreſſus illud ignoſcendum eſſe contenderet, propterea quòd alioqui perfectæ eſſent, earúmque cognitiones nõ forent ambiguæ aut mutabiles, certè ille repudiãdus non eſſet. At philoſophiam quis tanquam neceſſariam ſuſtineret vnam & ſimplicem non exiſtentem, ac ferè vbique ipſam ſecum diſcrepantem, longè magis quàm inſtrumenta quæ ſunt diuerſiſſima? Siquidem non eſt vna philoſophandi ſcientia aut ratio, poſtquam innumeras eſſe conſpicio.

A ὅτι γε μὲν τῶν μεγίστων καὶ καλλίστων τεχνῶν διαφέρῃ, δῆκτέον. ὡμολόγηται γὰρ δὴ πᾶσι πάντων, τῷ τε ῥητορικῷ, καὶ τῷ φιλοσοφίαν, αἷς διαφέρουσι γνωρίμοις καὶ ἐπισήμοις ἀποφαίνονταί τινες. ἐπειδὴ γοῦν καὶ τούτων ἀποδείξαιμι τῷ παρασιτικῷ πολὺ κρατοῦσαν, ὁμολογῆ δηλονότι τῶν ἄλλων τεχνῶν δόξῃ προφερεστάτη, καθάπερ ἡ Ναυσικάα τῶν παρθενικῶν. κοινῇ μὲν οὖν ἀμφοῖν διαφέρῃ, καὶ τῆς ῥητορικῆς, καὶ τῆς φιλοσοφίας, προθύμως κἀγὼ τῷ ὑπάρχειν. ἡ μὲν γὰρ ὑφέστηκεν, αἱ δὲ, οὔ. οὔτε δὲ B καὶ τῷ ῥητορικῷ ἔν τι, καὶ ὃ αὐτὸ νομίζομεν, ἀλλ' οἱ μὲν, τέχνῃν, οἱ δὲ, πειραστὸν, ἀτεχνίαν, ἄλλοι δὲ, κακοτεχνίαν, ἄλλοι δὲ, ἄλλό τι. ὁμοίως δὲ καὶ τῷ φιλοσοφίᾳ κατὰ τὰ αὐτά, καὶ ὡσαύτως ἔχουσιν. ἑτέρως μὲν γὰρ Ἐπικούρῳ δοκεῖ τὰ πράγματα ἔχειν, ἑτέρως δὲ, τοῖς ἀπὸ τῆς Στοᾶς, ἑτέρως δὲ, τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀκαδημίας, ἑτέρως δὲ, τοῖς ἀπὸ τοῦ Περιπάτου, καὶ ἁπλῶς, ἄλλος ἄλλῳ ἀξιοῖ τῷ φιλοσοφίαν εἶναι. καὶ μέχρι γε νῦν, οὔτε οἱ αὐτοὶ γνώμης κρατοῦσιν, οὔτε αὐτῶν ἡ τέχνη μία φαίνεται. ὃ δ' ὧν δηλονότι πεκμήρεσθαι καταλείπεται· ἄρχῃ γάρ φημι μήτε εἶναι τέχνῃν, ἧς οὐκ ἔστιν ὑπόστασις. ἐπεὶ τί δὴ ποτε ἀριθμητικὴ μὲν, μία ἐστὶ καὶ ἡ αὐτὴ, καὶ δὶς δύο παρά γε ἡμῖν, καὶ τοῖς Πέρσαις, τέτταρά ἐστι, καὶ συμφωνῇ ταῦτα καὶ τοῖς Ἕλλησι, καὶ βαρβάροις; φιλοσοφίας δὲ πολλὰς καὶ διαφόρους ὁρῶμεν, καὶ οὔτε τὰς ἀρχὰς οὔτε τὰ τέλη σύμφωνα πασῶν. ΤΥ. ἀληθῆ λέγεις. μίαν μὲν γὰρ τῷ φιλοσοφίαν εἶναι λέγουσιν· αὐτοὶ δὲ αὐτῶν πολλοί εἰσι. C ΠΑΡ. καὶ μὴν τὰς μὲν ἄλλας τέχνας, εἴ καί τι κατ' αὐτὰς ἀσύμφωνον εἴη, καὶ προέλθοι τις συγγνώμης ἀξιώσας, ἐπεὶ μέσαι τε δοκοῦσι, καὶ αἱ καταλήψεις αὐτῶν οὐκ εἰσὶν ἀμετάπτωτοι, πρόσδεκτος ἂν εἴη. φιλοσοφίαν δέ τις ὡς ἀναίσχυντον, ἀνάρχοιτο μὴ μίαν εἶναι, καὶ μηδὲ σύμφωνον αὐτὴν ἑαυτῇ μᾶλλον τῶν ὀργάνων. μία μὲν οὐκ ἔστι φιλοσοφία, ὅπερ ὁρῶ καὶ ἄπειρον οὖσαν. D

πολλαὶ δὲ οὐ δυνάνται εἶ), ἐπειδήπερ ἡ φιλοσοφία μία. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς ὑποστάσεως τῆς ῥητορικῆς τοῦτο φαίη τις ἄν. ὃ γὰρ περὶ ἑνὸς προκειμένου τούτου μὴ λέγειν ἅπαντας, ἀλλὰ μάχεσθαι εἶ) φορᾶς ἀπιδόξου, ἀπόδειξις μεγίστη τοῦ μηδὲ τὴν ἀρχὴν εἶ) τοῦτο, οὗ μία κατάληψις ὅλη ἐστί. ὃ γὰρ ζητεῖν ὅ, τί μᾶλλον αὐτῶν ἐστι, καὶ ὃ μηδέποτε ὁμολογεῖν μίαν εἶ), τοῦτο αὐτὴν αἴρει τοῦ ζητουμένου τὴν οὐσίαν. ἡ μέντοι παρασιτικὴ οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλὰ καὶ ἐν Ἕλλησι καὶ ἐν βαρβάροις μία ἐστί, καὶ κατὰ ταὐτά, καὶ ὡσαύτως. καὶ οὐκ ἂν εἴποι τις ἄλλως μὲν τοὺς δὲ, ἑτέρως δὲ τοὺς παρασιτεῖν. οὐδὲ εἰσὶν ὡς ἔοικεν οἱ παρασίτοις πρὸς, οἵ Στωϊκοὶ, ἢ Ἐπικούρειοι, δόγματα ἔχοντες διάφορα, ἀλλὰ πᾶσι περὶ ἅπαντας ὁμολογία τίς ἐστι, καὶ συμφωνία τῶν ἔργων, καὶ τοῦ τέλους. ὥστε ἔμοιγε δοκεῖ ἡ παρασιτικὴ κινδυνεύειν κατά γε τοῦτο, καὶ σοφία εἶ). ΤΥ. πάνυ μοι δοκεῖς ἱκανῶς περὶ τούτων εἰρηκέναι. ὡς δὲ καὶ τἄλλα χείρων ἐστὶν ἡ φιλοσοφία τῆς σῆς τέχνης, πῶς ἀποδείκνυεις; ΠΑΡ. ὁκνῶ ἀνάγκη πρῶτον εἰπεῖν, ὅτι φιλοσοφίας μὲν οὐδέποτε ἠράσθη παράσιτος, παρασιτικῆς δὲ πάμπολλοι ἐπιθυμήσαντες μνημονεύονται φιλόσοφοι, καὶ μέχρι γε νῦν ἐρῶσι. ΤΥ. καὶ τίνας αὖ ἔχοις εἰπεῖν φιλοσόφους, παρασιτεῖν σπουδάσαντας; ΠΑΡ. οὓς τινας μέντοι, ὦ Τυχιάδη, καὶ σὺ γιγνώσκων, ὑποκρίνῃ ἀγνοεῖν κἀμὲ, ὡς κατά τινος αὐτοῖς αἰσχύνης ἐσομένης γιγνομένης, οὐχὶ τιμῆς. ΤΥΧΙΑ. οὔ, μὰ τὸν Δί᾽, ὦ Σίμων, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἄπορῶ οὓς τινας καὶ λέγοις εἰπεῖν. ΠΑΡ. ὦ γλυκύτατε, σύ μοι δοκεῖς ἀπήχθου εἶ) καὶ τὴν διάνοιαν τῶν ἐκείνων βίους, ἐπὶ πλεῖστον δὴ καὶ ἐπιγνῶναι οὓς τινας λέγω, δύναιο. ΤΥΧΙΑ. καὶ μέντοι, νὴ τὸν Ἡρακλέα, πολλῶ δή τινες εἰσίν. ΠΑΡ. ἐγώ σοι δείξω, καὶ καταλέξω αὐτοὺς ὄντας οὐχὶ τοὺς φαύλους, οὐδ᾽ ὧν ἐγὼ δοκῶ, τοὺς ἀρίστους, καὶ ὃς ἥκιστα οἴει.

Multæ autem esse non possunt, quandoquidem philosophia vna est. Non dispar ia de rhetoricæ quoque substantia quispiam dicere possit. Nam de vna re proposita omnes nõ idem sentire & dicere, sed super præceptionibus diuersis pugnare sententiis, documentum est certissimum ne principium quidem illius artis esse probabile, cuius non est vna cognitio. Etenim quærere quid potissimùm ex illis æstimanda sit rhetorica, ac nondum fateri vnam esse, omnem eius quod quæritur, tollit essentiam. Porrò autem ipsa parasitica non perinde se habet, sed & inter Græcos & inter barbaros sui nunquam dissimilis est, sed vna atque eadem parasitandi ratio vbique. Neque quispiam dixerit, aliter hos aliter illos exercere parasiticam. Neque sunt inter parasitos, vt vides, discrepantium sectarum auctores, cuiusmodi sunt aut Stoici, aut Epicurei, dogmata habentes pugnantia, sed vna omnibus apud omnes est professio, operúmque & finis concordia. Itaque, vt mihi videtur, periculum est ne ex his omnibus iam à me adductis, parasitica quoque sit singularis & præcipua quædam sapientia. TYC. Vidêre mihi ista sufficienter disseruisse. Quòd autem & in aliis philosophia tua professione parasitica deterior existimanda sit, quomodo planum facies? PAR. Ergo illud mihi sub initiũ dictu perneccessarium est, nullum parasitum vnquam philosophiam amasse: at parasiticæ desiderio permultos arsisse philosophos testãtur historiæ: quo desiderio etiam nunc tenentur. TYC. Et quosnam memorare potes philosophos qui parasiticæ operam dederint? PAR. Eos quidem, ô Tychiade, quos neque tu ignoras, sed data opera me quoq; ignorare ciuiliter simulas, veritus ne ea ex re dedecus illis potiùs quàm honorẽ conciliem. TYC. Non per Iouem hoc mihi in mentem venerat, ô Simo, attamen vehementer animi pendeo quósnam ei rei vnquam seruientes possis producere. PARA. O generose, equidem tu mihi rudis & imperitus esse vidêre eorum qui philosophorum vitas memoriæ proditas ad posteros transmiserunt: omnino enim eosdem quos dico legere potuisses. TYC. Atqui per Herculem iam mirabiliter audire gestio qui tandem illi sint. PARA. Ego tibi eosdem demonstrabo, & nominatim perstringam, & quidem minimè malos, aut infimæ conditionis philosophos, sed vt ego opinor, ferè ex omnibus præstantissimos, & de quibus hoc vel suspicari indignũ facinus esse putasses.

Enim vero Æschines ille Socraticus, longis illis & lepidis dialogis summo sermonis nitore atque munditia conscriptis, semel venit in Siciliam, eosdem vnà secum ferens, vt si quo modo fieri posset, eorũ opera Dionysio tyranno innotesceret. Tandem verò lecto Miltiade, visus sibi non mediocrem adiunxisse & laudem & opinionem, reliquum tẽpus permansit in Sicilia, parasitans Dionysio, Socraticis disceptationibus longum valere iussis. Quid autem? nónne & Aristippus ille Cyrenæus vnus ex præstantibus & eximiis philosophis tibi esse videtur? TYC. Maximè. PAR. Et ille per id ætatis Syracusis versatus est parasitando apud Dionysium. Itaque ex omni parasitorum numero ille in maximo pretio habitus fuit apud illum. Erat enim præter cæteros ad hanc artem singulari præditus industria: quare & coquos quotidie ad illum militare solitus est Dionysius, quò apparatiùs tanto magistro artem perdiscerent culinariam. Ille sanè videtur etiam artem pro dignitate excoluisse. Quin etiam Plato vester generosissimus, & ipse non aliam ob caussam in Siciliam profectus est: ac sanè pauculos aliquot dies parasitatus, statim ab incepta parasitatione propter artis imperitiam elapsus est. Rursus autem Athenas regressus, cùm variis semet studiis exercuisset & adornasset, deinceps secunda vice in Siciliam nauigando contendit, vbi iterum pauculos aliquot dies cœnatus, ob parasitandi imperitiam Dionysio excidit. Et hæc quæ Platoni in Sicilia parum scitè parasitãti accidit aduersitas, persimilis mihi esse videtur Niciæ. TY. Et quis ea Simo de Platone tibi dixit? PAR. Equidem & alij complures: porrò autem Aristoxenus Musicus vir clarus atque memorabilis, & ipse Nelei parasitus fuit. Quòd verò Euripides apud Archelaum parasitum egerit vsque ad extremum vitæ diem, Anaxarchus autem apud Alexãdrum, planè tibi compertum est. Neque Aristoteles parasiticam intactam reliquit, sed eandem vt reliquas artes omnes exorsus est. Philosophos quẽadmodum parasiticæ operam dederint, ostendi: parasitum verò nemo vnquã poterit producere qui philosophandi captus sit desiderio. Et sanè si felicitas putanda est, neque fame discruciari, neque siti vrgeri, neque algore torqueri: hęc nemini alteri quàm parasito suppetunt. Itaque philosophorum non parum multos quispiam inuenerit & algentes grauiter & esurientes,

A Αἰσχίνης μὲν οὖν ὁ Σωκρατικὸς οὗτος, ὁ τοὺς μακροὺς καὶ ἀστείους διαλόγους γράψας, ἦλθέ ποτε εἰς Σικελίαν κομίζων αὐτοῖς, ὅπως εἰ δυνατὸν δι' αὐτῶν γνωσθείη Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ· καὶ τὸν Μιλτιάδην ἀναγνοὺς, καὶ δόξας βδελυμικέναι, λοιπὸν ἐπιδημήσας ἐν Σικελίᾳ παρασιτεῖ Διονυσίῳ, καὶ τοῖς Σωκρατικοῖς διατριβαῖς ἐρρῶσθαι φράσας. τί δ' οὐ καὶ Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος οὐχὶ τῶν δοκίμων φαίνεταί σοι φιλοσόφων; TY. καὶ πάνυ. PA. καὶ οὗτος μὲν τὸν αὐτὸν χρόνον διέτριβεν ἐν Συρακούσαις παρασιτῶν B Διονυσίῳ. πάντων γοῦν ἀμελὴς τῶν παρασίτων αὐτὸς βδελύττεται πρὸς αὐτά. καὶ γὰρ ἐν πλέον τι τῶν ἄλλων παρὰ τὸν τέχνον δίφυής· ὥστε τοὺς ὀψοποιοὺς ὁσημέραι ἔπεμπε παρὰ τοῦτον ὁ Διονύσιος, ὡς πρὸς αὐτὸν μαθησομένους. οὗτος μὲν δοκεῖ κοσμῆσαι τὸν τέχνον ἀξίως. ὁ δὲ Πλάτων ὑμῶν ὁ γενναιότατος, καὶ αὐτὸς μὲν ἦλθεν εἰς Σικελίαν διὰ τοῦτο, καὶ ὀλίγας παρασιτήσας ἡμέρας τῷ τυράννῳ, τῷ παρασιτεῖν ἐοικὼς ἀφυΐας ἔξέπεσε, καὶ πάλιν Ἀθήναζε ἀφικόμενος, ἐν C φιλοπονήσας, καὶ παρασκευάσας ἑαυτὸν, αὖθις δευτέρῳ σόλῳ ἐπέπλευσε τῇ Σικελίᾳ· καὶ δειπνήσας πάλιν ὀλίγας ἡμέρας, ἐοικὼς ἀμαθίᾳ ἐξέπεσε. καὶ αὕτη ἡ συμφορὰ Πλάτωνι περὶ Σικελίαν, ὁμοία δοκεῖ γεγενῆσθαι τῇ Νικίου. TY. καὶ τίς, ὦ Σίμων, περὶ τούτου λέγει; PAR. πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι, Ἀριστόξενος δ' ὁ μουσικὸς, πολλοῦ λόγου ἄξιος, καὶ αὐτὸς ἦν παράσιτος Νηλέως ἐκεῖ. Εὐριπίδης μὲν γὰρ ὅτι Ἀρχελάῳ μέχρι τοῦ θανάτου προσέμεινε, καὶ Ἀνάξαρχος Ἀλεξάνδρῳ, πάντες ἴσασιν. καὶ Ἀριστοτέλης δὲ τῆς παρασιτικῆς ἥρξατο μόνον, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν. φιλοσόφους μὲν οὖν, ὡς ἐγῷμαι, παρασιτίᾳ σπουδάσαντας, εὕρηκα· παράσιτον δ' οὐδεὶς ἔχει φράσαι, φιλοσοφῆν ἐθελήσαντα. καὶ μέντοι εἰ ἔστιν εὐδαίμων ὃ μὴ πεινῆν, μηδὲ διψῆν, μηδὲ ῥιγοῦν, ταῦτα οὐδενὶ ἀνθρώπῳ ὑπάρχει, ἢ παρασίτῳ. ὥστε φιλοσόφους μὲν εὕροι τις πολλοὺς καὶ ῥιγοδύντας, καὶ πεινῶντας εὕροι,

παράσιτον δὲ οὔ. ἢ σὺ οὐκ ἂν εἴη παράσιτος, ἀλλὰ δις τυχὴς τις, ἢ πλωχὸς ἀνθρωπος, ἢ φιλοσόφῳ ὅμοιος. ΤΥ. ἱκανῶς ταῦτά γε. ὅπῃ δὲ καὶ κατὰ πολλὰ διαφέρῃ φιλοσοφίας, καὶ ῥητορικῆς ἡ παρασιτικὴ, πῶς ἐπιδείκνυσι; ΠΑ. Εἰσὶν, ὦ βέλτιστε, καιροὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων βίου, ὁ μὲν τις, εἰρήνης, οἶμαι, ὅλη ἂν, πολέμου. ἐν δὴ τούτοις πᾶσα ἀνάγκη φανερὰς γίνεσθαι τὰς τέχνας, καὶ τοὺς ἐχομένους τούτων ὁποῖοί τινές εἰσι. πρότερον δὲ εἰ δοκεῖ, σκοπώμεθα τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν, καὶ τίνες ἂν εἶεν μάλιστα χρησιμώτατοι, ἰδίᾳ τε ἕκαστος αὐτῷ, καὶ κοινῇ τῇ πόλει. ΤΥ. ὡς οὐ μέτριον ἀγῶνα καταγγέλλεις τῶν ἀνδρῶν· καὶ ἐγώγε πάλαι γελῶ κατ' ἐμαυτὸν, ἐννοῶν ποῖος ἂν εἴη συμβαλλόμενος παρασίτῳ φιλόσοφος. ΠΑ. ἵνα τοίνυν μὴ πόρρω θαυμάζῃς, μηδὲ ὃ προσῆκόν σοι δοκῇ χλεύης ἄξιον, φέρε προτυποῦσθαι πρὸ ἡμῶν αὐτῶν, ἠγγέλθαι μὲν αἰφνίδιον εἰς τὴν χώραν ἐμβεβληκέναι πολεμίους, εἰ δὲ ἀνάγκη ἐπεξιέναι, καὶ μὴ προϊεσθαι ἔξω διοιουμένους τὴν γῆν· τὸν στρατηγὸν δὲ παραγγέλλειν ἅπασι εἰς τὸν καταλεγον τοὺς ἐν ἡλικίᾳ, καὶ δὴ χωρεῖν τοὺς ἄλλους· ἐν δὲ δὴ τούτοις, φιλοσόφους τινὰς, καὶ ῥήτορας, καὶ παρασίτους. πρόσεστιν οὖν ἀποδύσασθαι αὐτοὺς, ἀνάγκη γὰρ τοὺς μέλλοντας ὁπλίζεσθαι, γυμνοῦσθαι πρότερον. ἴσως δὴ τοὺς μὲν ἄνδρας, ὦ γύναι, καθ' ἕκαστον, καὶ δοκίμαζε τὰ σώματα· τοὺς μὲν τοίνυν αὐτῶν, ἅτε ἀνδρείας ἴδιος ἂν λεπτοὺς, καὶ ὠχροὺς πεφυκότας, ὥσπερ ἤδη τραυματίας πρεπομένους. ἀγῶνα μὲν γὰρ, καὶ μάχην σαφῆ, καὶ ὠθισμὸν, καὶ κόνιν, καὶ τραύματα, μὴ γελοῖον ᾖ λέγειν, διώσεσθαι φέρειν ἀνθρώπους ὥσπερ ἐκείνους τινὰς δεομένους ἀναλήψεως. ἄθρει δὲ πάλιν μεταβὰς, τὸν παράσιτον, ὁποῖός τις φαίνεται. ἆρ' οὐχ ὁ μὲν, τὸ σῶμα πρότερον πολὺς, καὶ τὸ χρῶμα ἁδρὸς, οὐ μέλας δὲ, οὐδὲ λευκὸς (τὸ μὲν γὰρ γυναικὸς, τὸ δὲ, δούλῳ πρόσεοικεν) ἔπειτα θυμοειδὴς, δεινὸν βλέπων, ὁποῖον ἡμεῖς μέγα, καὶ ὕφαιμον.

A parasitum verò nequaquam. Aut alioqui parasitus habendus non esset, sed infelix quispiam, aut mendicus circumforaneus, aut etiam philosopho similis. TYC. Hæc equidem tibi satis superque disputata sunt. At philosophia atque Rhetorica etiam reliquis potiorem esse parasiticam, quomodo comprobabis? PAR. Sunt in vita humana tempora, ô optime, alia quidē pacis, vt opinor, alia verò belli. Iam in his omnibus modis necessarium est artes cuiusmodi sint manifestas fieri: sed & illi necessum est vt se aperiant qui artibus sunt imbuti. Primùm autem, si ita tibi videtur, tempus belli subducta B ratione excutiamus, & quinam ingruente bello omnium maximè tum sibi ipsis priuatim, tum Reipub. sunt vtiles. TYC. Quàm non mediocre virorum certamen annuncias! Et ego iamdudum apud me ipse rideo, cogitabundo animo mecum considerans cuiusmodi futurus sit philosophus cum parasitō comparatus. PAR. Ne verò nimia capiaris admiratione, néve hanc rem cauillo aut subsannatione dignam existimes, age hoc totum expressis typis oculis nostris subiiciemus. Annuntiatum est ex improuiso hostes in re- C gionem irruptionem fecisse: perneccessarium autem est collecta manu illis exire obuiam: neque enim per socordiam cōmittendum est vt impune abactis pecoribus agros nostros deuastent atque depopulentur. At dux belli denunciat vt ad delectum faciendum iuuenes confluant, alij verò discedant. Sint autem inter hos nonnulli & philosophi, & rhetores, & parasiti. Itaque initiò abiectis vestimentis exuimus nos. Quippe qui armis induendi sunt, antè se denudent necesse est. Proinde intentis oculis specta ô generose vnumquenque ex ordine, habitóque D delectu probato corpora. Itaque illos propter victus indigentiam haud dubiè visurus es tenues atque pallidos, & planè corpore horrido, quasi iam confecti sint vulneribus. Quî ergo non summè foret ridiculum, affirmare eiusmodi viros perferre posse certamen, aut pugnam stataria m, aut impressionem, aut puluerem atque vulnera, qui curatione aliqua refocillandi sunt? At iam contrà ab illis regressus, parasitum quo corpore appareat, contemplare. Nunquid non ille membris præditus est planè gladiatoriis, ac colore viuo atque iucundo, neque nigro, neque rursus peralbo? (Hoc enim muliebre esset, illud seruile.) Deinde animosus quoq;, terribile quiddam obtuēs, vultu minaci & rubicūdo, quod parasitorum est proprium.

Neque enim conſultum factu videtur, hominem meticuloſum, aut fœmineis oculis præditũ, in aciem producere. Nunquid non igitur iſtiuſmodi ſit elegans & viuens armatus, elegans etiam ſi honeſtè in prælio ceciderit? Sed quorſum iſtis collationibus vtimur, cùm illorum exempla nobis in promptu parata ſint? Vt enim ſimpliciter quæ ſentio eloquar, priorum rhetorum atque philoſophorum partim extra murum in bellum progredi nunquam auſi ſunt. Quòd ſi quis etiam neceſſariò coactus militatũ egreſſus eſt, illum ego deſerta acie turpiter aufugiſſe dico. TYC. Quàm admirãda omnia, & quàm nihil exiguum aut mediocre polliceris! PAR. Nihilo ſecus tamen orationem ſemel exorſus expediam. Equidem ex rhetorum numero Iſocrates, ne ſemèl quidẽ in bellum egreſſus eſt, at ne in foro quidem iudiciali vnquam orationem habiturus aſcẽdit, propter animi puſillanimitatem. Opinor verò & ob hoc ipſum illi vocem defuiſſe. Præterea nonne Demades & Æſchines & Philocrates timore ſtatim conſternati bellum Philippo indicente, vrbẽ atque ſeipſos hoſti prodiderunt, neque non pertinaciter perſeuerarũt Athenis illius res atque negotia ſemper adminiſtrantes? adeò vt ſi quis etiam alius Athenienſium eandem ſequeretur bellandi rationem, protinus in illorum amicitiam adſciſcebatur. At verò Hyperides, & Demoſthenes, & Lycurgus, qui paulo videbantur cæteris animoſiores, tametſi in concionibus ſubinde tumultuarentur, ac Philippum contumelioſis dictis proſcinderent, quodnam memorabile facinus in eo bello quod aduerſus illum geſſere Athenienſes, ediderunt? Equidem Hyperides & Lycurgus nunquã egreſſi ſunt, ſed neque vel modicum exerto è portis capite auſi ſunt proſpicere, verùm intra murum clauſi ſedebant, iam apud ſe ipſi obſidionem perferentes, ſententiolas atque ſenatuſconſulta componentes. Sed enim anteſignanus illorum atque coryphæus, nempe Demoſthenes, cui iſta pro concionibus ciuium auribus ſubinde occinere moris erat: Philippus, Macedonum exitium, à quo ne mancipium quidem aliquis emere ſuſtineret: auſus venire in Bœotiam, priuſquam vterq; exercitus commixtus ad manus deueniret, abiecto clypeo aufugit, magna cum ignominia atque dedecore. An & hæc antea neminem commemorantem audiſti, quæ nedum Athenienſibus pro certo comperta ſunt, ſed & Scythis & Thracibus, vnde illud piaculum profectum fuerat? TYC. Iſta equidem mihi compertè nota ſunt.

A ὁ γὰρ καλὸν δεδοικὼς καὶ ϑῆλυ ὀφθαλμὸν εἰς πόλεμον φέρῃ. ἆρ' οὐχ ὁ τοιοῦτος καλὸς μὲν γέγοιτ' ἄν, ἔζων ὁπλίτης, καλὸς δὲ κἂν ἀποθάνοι καλῶς; ἀλλὰ τί δὴ ταῦτα εἰκάζειν, ἔχοντας αὐτῶν παραδείγματα; ἁπλῶς γὰρ εἰπεῖν, ὃ πολέμῳ τῶν πώποτε ῥητόρων, ἢ φιλοσόφων, οἱ μὲν ὅλως ἐπέμειναν ἔξω τῶν τείχους προελθεῖν. εἰ δέ τις καὶ διαλαχθεὶς προεδέξατο, φημὶ τοῦτον λείψαντα τὴν τάξιν, ἐπιστρέφειν. TY. ὡς θαυμάσια πρᾶγματα, καὶ οὐδὲν ἐπιχρὴ μέτριον. PA. λέγω δὲ ὅμως. τῶν μὲν τότε

B ῥητόρων, Ισοκράτης οὐχ ὅπως εἰς πόλεμον ἐξῆλθέ ποτε, ἀλλ' οὐδ' ὅτι δικαστήριον αἰέκα, δεδιὼς δηλαδὴ, οἶμαι, ὅτι οὐδὲ τὴν φωνὴν δεδοικὼς τοῦτο εἶχε. τί ἔτι; οὐχὶ Δημάδης μὲν, καὶ Αἰσχίνης, καὶ Φιλοκράτης ἐπὶ δεινοῖς δείμασι τῇ καταγελάσῃ τῆς Φιλίππου πολέμου, τὴν πόλιν παρέδοσαν, καὶ σφᾶς αὐτοὺς τῷ Φιλίππῳ, καὶ διετέλεσαν Ἀθηναίοις ἀεὶ τὰ ἐκείνου πολιτευόμενοι; ὡς εἴγέ τις ἢ ἄλλος Ἀθηναῖος, κατ' αὐτὰ ἐπολέμει, κἀκεῖνος ἂν αὐτοῖς ἦν φίλος. ὁ Υπερίδης δὲ, καὶ Δημοσθένης, ἢ Λυκοῦργος, οἵ γε δοκοῦντες ἀνδριώτεροι, καὶ ταῖς ἐκκλησίαις ἀεὶ θορυβοῦντες καὶ λοιδορούμενοι τῷ Φιλίππῳ, τί ποτε ἀπειράπαντον ἠνύσατον ἐν τῷ πρὸς αὐτὸν πολέμῳ; καὶ Υπερίδης μὲν, ἢ Λυκοῦργος, οὐδὲ ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐδ' ὅλως ἐτόλμησαν μικρὸν ἔξω παρακύψαι τῶν πυλῶν, ἀλλ' ἐντειχίδιοι κάθηντο, πρὸ αὐτοῖς ἤδη πολιορκούμενοι, γνωμίδια, ἢ προβουλευμάτια συντιθέντες. ὁ δὲ δὴ κορυφαῖος αὐτῶν, ὁ Δημοσθένης λέγων ἐν ταῖς ἐκκλησίαις συνεχῶς· Φίλιππος

D γὰρ ὁ Μακεδόνων ὄλεθρος, ὃν οὐδὲ ἀνδράποδον πρίαιτό τις ποτε, βλημένας παρελθὼν εἰς τὴν Βοιωτίαν πρὶν ἢ ξυμμίξαι τὰ στρατόπεδα, καὶ ξυμβαλεῖν εἰς χεῖρας, ῥίψας τὴν ἀσπίδα, ἔφυγε. καὶ νῦν πῶς ταῦτα παρήτερον διήκουσας ὑδενὸς, πάνυ γνώριμα ὄντα, οὐχ ὅπως Ἀθηναίοις, ἀλλὰ Θραξὶ, καὶ Σκύθαις, ὅθεν ἐκεῖνο τὸ κάθαρμα ἦν; TY. ὑπίσαμεν ταῦτα.

ἀλλ' ἔστι μὲν ῥήτορες, καὶ λόγους λέγειν ἠσκηκότες, ἀρετὴν δὲ, οὔ. τί δὲ σοὶ τῶν φιλοσόφων λέγεις; ὃ γὰρ δὴ τούτους ὥσπερ ἐκείνους ἔχεις αἰτιᾶσθαι. ΠΑ. ἔστι πάλιν, ὦ Τυχιάδη, οἱ σοὶ τῆς καθ' ἡμέραν διαλεγόμενοι, καὶ καταβοῶντες ὃ τῆς ἀρετῆς ὄνομα, πολλῷ μᾶλλον τῶν ῥητόρων φαίνονται δειλότεροι, καὶ μαλακώτεροι· σκόπει δὴ καὶ τόδε· πότερον μὲν, οὐκ ἔστιν ὅστις εἰπεῖν ἔχοι φιλόσοφον ἐν πολέμῳ τετελευτηκότα· ἢ τοι γὰρ οὐδὲ ὅλως ἐστρατεύσαντο, ἢ εἰ ἄρα ἐστρατεύσαντο, πάντες ἔφυγον. Ἀντισθένης μὲν οὖν, καὶ Διογένης, καὶ Κράτης, καὶ Ζήνων, καὶ Πλάτων, καὶ Αἰσχίνης, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ πᾶς σὺν ὁ ὄμιλος, ὅτε εἶδον τὴν παράταξιν, μόνος δὲ τολμήσας ἐξελθεῖν εἰς τὸν ἐν τῇ πόλει μάχιμον ὁ σοφὸς αὐτῶν Σωκράτης, φεύγων ἐκεῖθεν ἀπὸ τῆς Παρνηθος, εἰς τὸν Ταυρέα παλαίστραν κατέφυγε· πολὺ γὰρ αὐτῷ ἀσφαλέστερον ἐδόκει μετὰ τῶν μειρακυλλίων καθεζόμενον ὠραΐζειν, καὶ σοφισμάτια προβάλλειν τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἢ αὐτοῖς Σπαρτιάτῃ μάχεσθαι. ΤΥ. ὦ γενναῖε, ταῦτα μὲν ἤδη καὶ πρὸ ἄλλων ἐπυθόμην, ὦ μὰ Δία, σκώπτειν αὐτοὺς καὶ ὑφαρπάζειν βουλομένους· ὥστε σοὶ δοκεῖ τι μοι δοκεῖς χρείττονος τῇ σεαυτοῦ τέχνῃ καταψεύδεσθαι τῶν ἀνδρῶν· ἀλλ', εἰ δοκεῖ, ἤδη φέρε δὴ σὺ τὸν παράσιτον ὁποῖός τίς ἐστιν ἐν πολέμῳ, δὴ λέγε, δὴ εἰ ὅλως λέγεται σοὶ παράσιτός τις γενέσθαι τῶν παλαιῶν. ΠΑ. καὶ μάλα, ὦ Φιλότης, σοὶ δοκεῖς ἀνήκοος Ὁμήρου, ἀλλ' οὐ πάμπαν ἰδιώτης τύχῃ, ὅστις οὐκ ὀπτᾶται πρὸς αὐτοῦ τοὺς ἀρίστους τῶν ἡρώων παρασίτους ὄντας. ὅ, τε γὰρ Νέστωρ ἐκεῖνος, ὃ ἀπὸ τῆς γλώττης ὥσπερ μέλι ὁ λόγος ἀπέρρει, αὐτοῦ τοῦ βασιλέως παράσιτος ἦν, καὶ οὔτε τὸν Ἀχιλέα, ὥσπερ ἐδόκει τε δὴ ἦν τὸ σῶμα γενναιότατος, καὶ δικαιότατος, οὔτε τὸν Διομήδη, οὔτε τὸν Αἴαντα ὁ Ἀγαμέμνων οὕτως ἐπαινῶν τε, καὶ θαυμάζει ὥσπερ τὸν Νέστορα. οὐδὲ γὰρ δέκα Αἴαντας ἤρκει ἡγεῖσθαι αὐτῷ, οὔτε δέκα Ἀχιλλέας· πάλαι δ' ἂν ἑαλωκυίαν τὴν Τροίαν, εἰ τοιούτους ὁποῖος ἦν σοὶ ὁ παράσιτος,

A At illi quidem fuerunt rhetores, quibus ſtudio fuit concionari, & cauſſas perorare, non virtutem armis exercere. Quid autem de philoſophis habes quod dicas? Neque enim hos quemadmodum illos accuſare potes ignauiæ. P A R. Illi equidem Tychiade, qui quotidianis diſſertationibus multa de fortitudine diſputare conſueuerunt, virtutis nomen nunquam non in ore habentes, multo quàm rhetores apparent fugaciores, ignauiores, atque etiam effœminatiores. Ad hunc verò modum rem conſidera. Principiò quidem nemo eſt vſquam qui pro certo affirmare poſſit vllum philoſophum in bello B oppetiiſſe: aut potiùs in vniuerſum nunquam meruere ſtipendia: aut ſi meruerunt, omnes audita tuba aufugerunt. Equidem Antiſthenes & Diogenes, & Crates, & Zeno & Plato, & Æſchines, & Ariſtoteles, & illa vniuerſa philoſophorum turba, nunquam viderũt aciem. Solus autem ſapiens ex illorum numero Socrates ſumpta fiducia in bellum quod ciuitati fuit aduerſus Lacedæmonios, exire auſus, fuga inde ſaluti conſulens, ex Parnethe in Taurei palæſtram diuertit. Exiſtimabat enim ſibi longè fore tutius C atque ciuilius ſedenti cum puerulis ſtudiosè exornari, ac vnà ſermonem ſociantes ſophiſticis captiunculis illaqueare, quàm cum viro Spartano manus conſerere. T Y C. Ego verò iſta iam olim, ô generoſe, memorata accepi ab aliis, quibus per Iouem nequaquam voluntas erat hæc illis illudendi gratia exprobrare ſicut tibi. Itaque parum gratiæ arti tuæ conciliare vidêre, tantos viros falſis contumeliis afficiẽdo. At ſi videtur, age iam, ac mihi cuiuſmodi vir paraſitus in bello ſit, expedi, & nunquid omnino ex veteribus illis quiſpiam paraſitus fuiſſe credendus eſt. P A R. Atqui ô amice, neminem D vſqueadeo Homericę poëſeos rudem atque imperitũ eſſe exiſtimo, neque ſi prorſus à literis alienus aut idiota fuerit, qui neſciat apud illũ ex heroibus omniũ præſtantiſſimos paraſitos eſſe. Siquidem Neſtor ille, à cuius lingua, perinde vt mel, fluebat oratio, regis paraſitus fuit. Sed neque Achillem, quemadmodũ & videbatur eratq; corporis forma atque viribus excellẽtiſſimus, & iuſtiſſimus, neq; Diomedẽ, neque Aiacem Agamẽnon tantis laudibus extulit & admiratus eſt, quãto laudis teſtimonio ornauit Neſtorem. Neque enim decem Aiaces ſibi dari exoptat, neque decẽ Achilles: Quippe iam olim Troiam funditus excisã cepiſſet, ſi eiuſmodi decẽ alios milites cuiuſmodi paraſitus ille fuerat,

Neſtor.

Iliad. β.

quanquam iam confectus ſenio, habuiſſet. Quin etiam Idomenea Iouis filium eadem ratione Agamemnonis paraſitum fuiſſe confirmat. TYC. Hæc quidem & ipſe non ignoro. Nondum tamen mihi intelligere videor quomodo illi duo heroës Agamemnonis paraſiti fuerint. PA. Perlege ô generoſe verſiculos illos quibus ipſe Agamemnon Idomenea alloquitur. TYC. Quoſnam dicis? PAR.

Idomeneus.

Iliad. δ:

ſemper tibi plentor vni
Stare ſolet cyathus, velut & mihi, quando bibendi
Eſt mens, vt potes.

Inde quod dixit, ſemper pleniorem adſtare cyathum, non ita accipiendum eſt, quaſi ſemper poculum vino plenum Idomeneo & pugnanti & dormienti ſit propoſitum, ſed quòd illi per omnem vitam ſoli cum rege cœnandi facultas conceſſa fuerit, ſed non perinde vt aliis militibus certis quibuſdã diebus ad menſam vocatis. Etenim Aiacem quòd ſingulari certamine cõgreſſus cum Hectore, optimè ſe geſſerat, proceres ad Agamemnonem diuinum cœnatum abduxiſſe cõmemorat, tanquam propter virtutem in pugna editam honoratum, admodum ſera cœna apud regem apparata. At verò Idomeneus atque Neſtor ferè quotidie cũ rege cœnitabant, vt idem auctor teſtatur. Porrò Neſtor regum paraſitus mihi fuiſſe videtur multa arte induſtrius. Neque apud Agamemnonẽ primùm hanc paraſitandi artem exorſus eſt, ſed multis retro tẽporibus apud Cænea atque Exadium. Viſus verò eſt neque paraſitandi finem antè feciſſe, quàm Agamemnon diem ſuũ obiit. TYC. Equidem ille præclarus & inſignis fuit paraſitus. At ſi quos alios id genus heroas paraſitos fuiſſe noſti, hoc mihi nominatim explicare ne pigeat. PAR. Quid igitur ô Tychiade, nonne & Patroclus Achillis paraſitus tibi fuiſſe videtur, præſertim cũ nullo aliorum Græcorum fuerit deterior aut ignauior, neq; animi neque corporis dotibus, tametſi iuuenis exiſtẽs? Mihi equidẽ nulla in re ipſo Achille videtur fuiſſe inferior, ex eius operibus cõiecturam faciẽti. Etenim Hectorem perruptis portarum obicibus, ac intra munitionem iuxta naues pugnantẽ, fortiſſimè repulit, & Proteſilai nauim iam incẽſam & ardentem extinxit, quanquam in ea eſſent nõ ignauiſſimi, verùm Telamone nati & Aiax & Teucer, alter haſta ſtrenuus, alter arcu valẽs. Multos præterea ex Barbaris neci dedit: inter quos & Sarpedonem Iouis filium Achillis paraſitus peremit.

Patroclus.

Iliad. π.

καίτοι ἥρων ὢν, γραπτώτας εἶχε δέκα. καὶ τὸν Ἰδομενέα τὸν τοῦ Διὸς ἔκγονον, τῶν ἑταίρων Ἀγαμέμνονος ὁμοίως λέγει. ΤΥ. Ταῦτα μὲν καὶ αὐτὸς ἐπίσταμαι. ὅπως γε μὴν δοκῶ μοι γνώσεσθαι πῶς δὴ τὼ ἀνδρε, τοῦ Ἀγαμέμνονος ἑταίροιν ἦστον. ΠΑ. ἀναμνήσθητι, ὦ γλυκύ, τῶν ἐπῶν ἐκείνων, ὧνπερ αὐτὸς ὁ Ἀγαμέμνων πρὸς τὸν Ἰδομενέα λέγει. ΤΥ. ποίων; ΠΑ.

σὸν δὲ πλέον δέπας αἰεὶ
Ἑστήχ' ὥσπερ ἐμοί, πίεμεν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι.

οὐκοῦν ὁ αἰεὶ πλέον δέπας εἰρηκὼς, οὐχ ὅτι ὁ ποτήριον ὅλον πρὸς τοὺς πλῆρες ἑστηκὼς τῷ Ἰδομενεῖ, καὶ μαχομένῳ, καὶ καθεύδοντι. ἀλλ' ὅτι αὐτῷ δι' ὅλου τοῦ βίου μόνῳ συνεδίπνει τοῦ βασιλέως. ἀλλ' οὐχ ὥσπερ τοῖς λοιποῖς στρατιώταις τοὺς ἡμέρας τινὰς τοὺς κεκλημένους. τὸν μὲν γὰρ Αἴαντα, ἐπεὶ καλῶς ἐμονομάχησε τῷ Ἕκτορι, εἰς Ἀγαμέμνονα δεῖπνον ἄγων, φησὶ, καὶ τιμῶν ἀξιωθέντα ὑφὲ τοῦ παρὰ τοῦ βασιλέως δείπνου. ὁ δὲ Ἰδομενεὺς, καὶ ὁ Νέστωρ, ὁσημέραι συνεδείπνουν τοῦ βασιλέως, ὡς αὐτὸς φησι. Νέστωρ δὲ ἑταῖρος μοι δοκεῖ τῶν βασιλέων μάλιστα τεχνίτης ὢν ἀγαθὸς τενέσθαι. ὁ γὰρ ὅτι τοῦ Ἀγαμέμνονος ἄρξασθαι τῆς τέχνης, ἀλλὰ αὐτόθεν ὅτι Καινέως καὶ Ἐξαδίου. δοκεῖ δὲ οὐδὲ ἀναπαύσασθαι παρασιτῶν, εἰ μὴ ὁ Ἀγαμέμνων ἀπέθανε. Τοιοῦτοι μὲν γενναῖος ὁ ἑταῖρος· εἰ δὲ ὁ ἄλλους τινὰς οἶσθα, πειρῶ λέγειν. ΠΑ. τί οὖν, ὦ Τυχιάδη, οὐχὶ ὁ Πάτροκλος τοῦ Ἀχιλλέως ἑταῖρος ἦν, καὶ ταῦτα, οὐδενὸς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων φαυλότερος, ὅτε τὴν ψυχὴν, ὅτε τὸ σῶμα, νεανίας ὤν; ἐγὼ γὰρ οὐδ' αὐτῷ μοι δοκῶ τοῦ Ἀχιλλέως τεκμήρεσθαι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ χείρω εἶναι, τόν τε γὰρ Ἕκτορα ῥήξαντα τὰς πύλας, καὶ τοῖς ναυσὶν εἴσω μαχόμενον, οὕτω ἀξέωσε, καὶ τὴν Πρωτεσιλάου ναῦν ἤδη καιομένην, ἔσβεσε. καίτοι ἐπεβάτευον αὐτῆς οὐχ οἱ φαυλότατοι, ἀλλ' οἱ τοῦ Τελαμῶνος, Αἴας τε, καὶ Τεῦκρος, ὁ μὲν, ὁπλίτης ἀγαθὸς· ὁ δὲ, τοξότης. καὶ πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινε τῶν βαρβάρων, ὃν δὲ δὴ τούτοις καὶ Σαρπηδόνα τὸν τοῦ Διὸς υἱὸν, ὁ ἑταῖρος τοῦ Ἀχιλλέως.

καὶ ἀπέθανε δὲ οὐχὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως, ἀλλ' A
αὐτὸν μὲν Ἕκτορα Ἀχιλλεὺς ἀπέκτεινεν,
εἷς ἕνα, καὶ αὐτὸν Ἀχιλλέα Πάρις. τὸν δὲ
παράσιτον, θεὸς, καὶ δύο ἄνδρες ποι. καὶ τελευ-
τῶν δὲ, φωνὰς ἀφῆκεν, οὐχ οἵας ὁ γενναιότατος
Ἕκτωρ, παρεσπόνδων τὸν Ἀχιλλέα, καὶ ἱκε-
τεύων ὅπως ὁ νεκρὸς αὐτῷ τοῖς οἰκείοις ἀπο-
δοθῇ, ἀλλ' οἵας εἰκὸς ἀφεῖναι παράσιτον. ποίας
δὴ ταύτας; [σαν,

Τοιοῦτοι δ' εἴησαν μοι ἐείκοσιν αὐτεβόλη-
Πάντες καὶ πρὸ ἕθεν ὄλοντο, ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ δα-
μέντες.

ΤΥΧ. Ταῦτα μὲν ἱκανά. ὅτι δὲ μὴ φίλος, B
ἀλλὰ παράσιτος ἦν ὁ Πάτροκλος τῷ Ἀχιλ-
λέως, πειρῶ λέγειν. ΠΑ. αὐτὸν, ὦ Τυχιάδη, τὸν Πάτροκλον ὅτι παράσιτος ἦν, λέγοντά
σοι παρέξομαι. ΤΥ. θαυμαστὰ λέγεις. ΠΑ.
ἄκουε τοίνυν αὐτοῦ τῶν ἐπῶν·

Μή ἐμὰ σῶν ἀπομύθου πιθέμεναι ὀστέ' Ἀχιλλεῦ,
Ἀλλ' ὁμοῦ ὡς ἐτράφημεν ἐν ὑμετέροισι δόμοισι. καὶ πάλιν ἀποβάς,
καί νιν μὲν δὴ ἑλὼν, φησὶν, ὁ Πηλεὺς
Ἔτρεφεν ἐν δυκέως, ἐς σὸν θεράποντ' ὀνο- C
μήνῃ,

τουτέστι παράσιτον εἶχεν. εἰ μὲν τοίνυν φίλον
ἐβούλετο τὸν Πάτροκλον λέγειν, οὐκ ἂν αὐτὸν
ὠνόμαζε θεράποντα. ἐλεύθερος γὰρ ἦν ὁ Πά-
τροκλος. τίνας τοίνυν λέγει θεράποντας, εἰ μήτε τοὺς δούλους, μήτε τοὺς φίλους; τοὺς παρα-
σίτους δηλονότι· ἢ καὶ τὸν Μηριόνην τὸν Ἰδομε-
νέως ἐς αὐτὸν θεράποντα ὀνομάζει. οὕτως, οἶ-
μαι, καλυμμένων τότε τῶν παρασίτων. σκόπει
δὲ ὅτι καὶ σὺ τὸν μὲν Ἰδομενέα, Διὸς ὄντα υἱὸν, οὐκ ἀξιοῖ λέγειν ἀπάραντον Ἄρεϊ, D
Μηριόνῃ δὲ τὸν παράσιτον αὐτοῦ; τί δὲ, οὐχὶ
καὶ Ἀριστείδην δημοτικὸς ὢν, καὶ πένης, ὡς φησὶ
Θουκυδίδης φησὶ, παράσιτος ἦν Ἁρμοδίου; τί δὲ, οὐχὶ καὶ ἐραστής; ὑπῆρχον γὰρ οἱ παράσιτοι καὶ ἐρασταὶ τῶν τρεφόντων εἰσίν. οἵτινες τοί-
νυν πάλιν ὁ παράσιτος τὴν Ἀθηναίων πό-
λιν τυραννουμένην, εἰς ἐλευθερίαν ἀφείλε-
το. καὶ νῦν ἕστηκε χαλκοῦς ἐν τῇ ἀγορᾷ με-
τὰ τῶν παιδικῶν. ὅτι μὲν δὴ τοιοί δὲ ὄντες
μάλα ἀγαθοὶ, παράσιτοι ἦσαν. σὺ δὲ δὴ
ποῖόν τινα εἰκάζεις ἐν πολέμῳ τὸν παράσιτον;

A Proſtratus verò occubuit nequaquam vt alij, ſed ipſum quidem Hectorem vita ſpoliauit Achilles, at Achillem Paris, vnus vnum. Porrò autem paraſitum & Apollo & duo viri occiderunt. Ac iam moriens eas voces edidit, nō quales generoſiſſimus Hector ille, Achillem ſupplici-ter precatus vt cadauer eius ſuis ſepeliẽ-dum redderet: ſed quales par eſt paraſi-tum expirantem emittere. cuiuſmodi tandem?

Si mihi viginti duro in certamine tales
Antè occurriſſent, cunctos ego cuſpide c.e-ſos
Strauiſſem letho.

B TYC. At de his quidem abundè ſatis multa verba feciſti. Cæterùm Patroclum non amicum, ſed Achillis paraſitum fuiſſe, quo pacto teſtatum facies? PARAS. Ipſum, ô Tychiade, Patroclum quòd paraſitus fuerit, dicentem tibi exhibebo. TYCH. Admiranda dicis. PARAS. Audi igitur hoſce verſiculos:

Ne mea Pelida condi pattare ſeorſim
Oſſa, ſed amborum ſint vno tecta ſepulchro,
Sicut & antè domi nutriti viximus vnà.

Et rurſum eodem in loco:

Nam me ſuſceptum Peleus ſtudioſus alebat,
C *Nomine méque tuum noto Theraponta vocauit.*

hoc eſt, paraſitum eſſe voluit. Etenim ſi Patroclum Achillis amicum dicere voluiſſet, haud illum theraponta nominaſſet. Erat enim Patroclus liberaliòr, quàm vt Achillis ſeruus dici ſuſtinuiſſet. Quos igitur dicit eſſe therapontas? qui neque ſerui ſunt, neque amici, nempe paraſitos: quo nomine & Merionē Idomenei theraponta compellat. Atque ita tunc paraſitos dictos eſſe planè coniectura auguror. Quinetiam hoc conſidera, quamobrem Idomenea Iouis filium non dignatus ſit Marti æqualem dicere, verùm Merionem eius paraſitum. Nonne verò & Ariſtides, vir popularis exiſtens & pauper, vt inquit Thucydides, paraſitus fuit Harmodij? nonne & amator? Sunt enim paraſiti ſuorum alumnorum peramantes. Huius itaque paraſiti opera, Athenienſium Reipub. tyrannide oppreſſæ libertas iterum recuperata eſt. Et nunc in foro ſtat æneus inter reliqua ciuitatis monimenta ſpectabilis. Illi equidem cùm tanta virtute claruerint, tamen paraſitos agebant. Tu verò quonam animatum animo paraſitum in bello eſſe putas?

παράπων. Ariſtides.

Nonne ſub initium talis curato probè corpore ſumpto ientaculo prodit in aciẽ, quemadmodum & Vlyſſes fas eſſe cõtendit? Quippe cui ſtatim ſub auroræ exortum pugnandum erit, ille priùs cibum ſumat neceſſe eſt. Et quo tempore alij milites, præ metu, hic quidem galeam diligẽter adornat, ille thoracem curiosè induit, alius aliud quiddam malum belli ſuſpicãs trepidat: paraſitus vultu prorſus hilaro & exporrecto indulget epulis: ac mox poſtquam in aciem progreſſus eſt, inter primos fortiſſimè dimicat: cæterùm qui alit paraſitum, tum in ordine ſubſequitur, quem ille non ſecus atque Aiax Teucrũ, clypeo defendit. Cupit enim impenſiùs ſuum ſeruare alumnum paraſitus, quàm ſeipſum tueri incolumem. Quòd ſi etiam in bello cæſus paraſitus occubuerit, neq; imperatorem, neque militum quẽquam pudore afficit, tantum exiſtens cadauer, quali corporis dignitate quõdam in ſympoſiis accumbere ſolitus eſt: adeò vt indignũ ſit facinus, philoſophi cadauer huic appoſitum conſpici, aridum & ſordidum, prolixo barbitio informe, hominẽ prorſus miſerandum, & qui ante initum prælium mortuus ſit, imbellis atque inualidus. Quis verò eam ciuitatem non extremè contemneret, cuius tam miſerandos atque infelices cerneret ſatellites? Quis nõ eam vrbem cùm robuſtis tum animoſis auxiliatoribus egere exiſtimet, qui adeò pallidos & comatos homunciones inter militum cadauera diſperſos intuitus fuerit, cóſque qui in excubiis ſtationes agitant, nullius in bello eſſe pretij? Tales equidem ſunt in rebus bellicis paraſiti, cum philoſophis atque rhetoribus comparati. Cæterùm in pace tantùm præcellit philoſophiam paraſitica, quãtum ipſa pax bello præſtat. Ac primùm, ſi videtur, pacis loca atque ſtudia contemplemur. TYCHI. Nondum teneo quid hæc tua ſibi velit oratio: conſideremus tamen. PARAS. Igitur forum & iudicia, & palæſtras, & gymnaſia, tum venationes & ſympoſia ego ciuitatis locaeſſe dixerim. TYCHI. Et rectè ſanè. PARAS. Quòd autem paraſitus in forum cauſſas acturus non prodit, quódque in iudiciis nulli clientulorum vocatus patronus præſtò eſt, hanc ego ſubeſſe cauſſam opinor, quòd iſta loca magis ſycophãtis & rabulis illis forenſibus pateant atque cõueniant, quódq; nihil moderati in illis fieri ſoleat. Paleſtras verò atque gymnaſia vnà cũ ſympoſiis paraſitus frequentat ſedulò, quibus ſolus ille ornamẽto eſt atq; decori: quoniã quiſnam philoſophorum

A οὐχὶ πρῶτον μὲν ὁ τοιοῦτος ἀριστοποιησάμενος ἔξεισιν ὅπως τὴν παράταξιν, καθάπερ καὶ ὁ Ὀδυσσεὺς ἀξιοῖ; ἢ γὰρ δὴ οὐκ ἐν πολέμῳ μαχεσθαί φησιν ἑστάσῃ, καὶ δύεται ἅμα ἕῳ μάχεσθαι δέον· καὶ οὐ δήπου γραπτῶν γε ὄντων τῶν δέους, ὁ μὲν τις ἀκριβῶς ἁρμόζεται τὸ κράνος, ὁ δ' ἐπωμίδιον ἐνδύεται, ὁ δ', αὐτὸ τὸ δεινὸν ἐκπαθὼν τοῦ πολέμου, τρέμει, σοῦ δ', ἐαθέντος τότε μάλα φαιδρῷ τῷ προσώπῳ, καὶ μετὰ τὴν ἔξοδον διὰ μέσων ἐμφανίζεται· ὁ δὲ τρέφων αὐτὸν, ὅπισθεν ἑπόμενος, ὥσπερ Αἴας τὸν Τεῦκρον ἐκ

B τῶν σάκει καλύπτει, καὶ τὰ βέλη ἀφιεμένων, γυμνώσας ἑαυτὸν, τὸν σῖτον σῴζει· βούλεται γὰρ ἐκεῖνον μᾶλλον σώζειν, ἢ ἑαυτόν. εἰ δὲ καὶ πέσοι παράσιτος ἐν πολέμῳ, οὐκ αἰσχύνει ἐπ' αὐτῷ δήπου οὔτε λοχαγὸν, οὔτε γραπτὸν τὸν ἀγχιστεῖν, μεγάλῳ τε ὄντι νεκρῷ, καὶ ὥσπερ ἐν συμποσίῳ καλῷ κατακειμένῳ· ὡς ἄξιόν γε φιλοσόφου νεκρὸν ἰδεῖν τοῦτο παρακείμενον, ξηρὸν, ῥυπῶντα, μακρὸν πώγωνα ἔχοντα, προτεθνηκότα τῇ μάχῃ, ἀδένητον ἀνθρωπον. τίς οὐκ ἂν καταφρονήσειε τῆς πόλεως, τοὺς ὑπασπιστὰς αὐτῆς οὕτω κακοδαίμονας ὁρῶν; ὡς δ' οὐκ ἂν εἰκάσαι χλωρὰς καὶ κομήτας ὁρῶν ἀνθρωπίσκους κειμένους, τὴν πόλιν ἀπορῶσθαι συμμάχων, τοὺς ἐν τῇ εἰρκτῇ κακοῦργους ὑπειλῆσθαι τῷ πολέμῳ; τοιοῦτοί μοι ἐν πολέμῳ τροῦς ῥήτορας καὶ φιλοσόφους εἶναι οἱ παράσιτοι. ἐν εἰρήνῃ δ', ὡς σοῦ τὸν νοῦν δοκεῖ καὶ διαφέρειν παράσιτικὴ φιλοσοφίας, ὅσον αὐτὴ ἡ εἰρήνη πολέμου. καὶ τρῶτον εἰ δοκῇ, σκοπῶμεν τὰ τῆς εἰρήνης χωρία. ΤΥ. ὅπως ξυνίημι ὅτι τοῦτό πως βούλεται, σκοπῶμεν δὲ ὅμως. ΠΑ. ἴσθι δὴ ἀγορὰν, καὶ δικαστήρια, καὶ παλαίστρας, καὶ γυμνάσια, καὶ κυνηγέσια, καὶ συμπόσια ἐγωγε φαίην ἂν, πόλεως χωρία; ΤΥ. πάνυ μὲν οὖν. ΠΑ. ὁ πίνων παράσιτος, εἰς ἀγορὰν μὲν καὶ δικαστήρια οὐ πρόσιν, ὅτι, οἶμαι, τοῖς συκοφάνταις πρῶτα τὰ χωρία ταῦτα μᾶλλον προσήκει, καὶ ὅτι σοβεῖν μέτριόν ἐστι τοὺς μὲν πύκτας γυμνομένων, τοὺς δὲ παλαίστρας, καὶ τὰ γυμνάσια, καὶ τὰ συμπόσια, διώκειν, καὶ κοσμεῖν μόνος οὗτος. ἐπεὶ τίς ἂν παλαίστρᾳ φιλόσοφος,

ἢ ῥήτωρ

ἢ ῥήτωρ ἀποδὺς, ἄξιος συγκριθῆναι τῷ παρασίτου τῷ σώματι; ἢ τίς ἂν γυμνασίῳ τούτων ὀφθείς, οὐκ αἰσχύνη τὸ χωρίου μᾶλλον ὄντι; ἐγὼ μὲν ἐρημίᾳ τούτων οὐδεὶς ἂν οὕτω θηρίον ὁμόσε ἰόν. ὁ δὲ παράσιτος, αὐτά τε δήγνυντα μένει, καὶ δέχεται ῥᾳδίως, μεμελετηκὼς αὐτῶν τὰ τοῖς δείπνοις καταφερόμενα· καὶ οὔτ' ἔλαφος, οὔτε σῦς αὐτὸν ἐκπλήττει πεφευγώς, ἀλλὰ κἂν ἐπ' αὐτὸν ὁ σῦς τὸν ὀδόντα θήγῃ, καὶ ὁ παράσιτος δακὼν τὸν σῦν ἀντιθήγει· τοὺς μὲν γὰρ λαγὼς διώκει μᾶλλον τῶν κυνῶν. τὸ δὲ δὴ συμπόσιον, τίς ἂν καὶ ἁμιλλήσαιτο παρασίτῳ, ἢ παίζοντι, ἢ ἐσθίοντι; τίς δ' ἂν μᾶλλον ὠφεληθείη τις συμπόταις; πότερον ποτὲ τοὺς ᾄδοντας καὶ σκώπτοντας, ἢ αὐθέκαστος μὴ γελῶν, τὸ τερψιμβρίᾳ χείμενος, εἰς γῆν ὁρῶν, ὥσπερ ὅτι πένης, οὐχὶ συμπόσιον, ἥκων; καὶ ἐμοί γε δοκεῖ, τὸ συμποσίῳ φιλόσοφος τοιοῦτόν ἐστιν, οἷς τὸ βαλανείῳ κύων. φέρε δὴ τοῦτα ἀφέντες, ἐπ' αὐτὸν ἤδη βαδίζωμεν τὸν βίον τοῦ παράσιτου, σκοποῦντες ἅμα, καὶ παραβάλλοντες ἐκεῖνον. πρῶτον τοίνυν ἴδωμεν τίς αὐτοῦ τοῦ παράσιτου, ἀεὶ δόξης καταφρονοῦντα, καὶ οὐδὲν μέλον αὐτῷ, ὧν οἱ ἄνθρωποι οἴονται. πρὸς ῥήτορας δὲ καὶ φιλοσόφους βλέψωμεν, ἆρα πάντας, ἀλλὰ πλείστους, ἀπὸ τύφου καὶ δόξης περιέντας· καὶ ἆρα δόξης μόνον, ἀλλὰ καὶ ὀψωνίου ἐστίν, ἀπ' ἀργυρίου. καὶ ὁ μὲν παράσιτος, οὕτως ἔχει πρὸς ἀργύριον, ὡς οὐκ ἄν τις οὐδὲ πρὸς τὰς ἐν τοῖς αἰμαλοῖς ψηφίδας ἀμελῶς ἔχοι, καὶ οὐδὲν αὐτῷ δοκεῖ διαφέρειν ὃ χρυσίον τοῦ πυρός. οἵ γε μὲν ῥήτορες, καὶ ὁ δεινότερόν ἐστι, καὶ οἱ φιλοσοφοῦντες φάσκοντες, πρὸς αὐτὰ οὕτω διάκεινται κακοδαιμόνως, ὥστε τῶν μάλιστα νῦν βδελυκτῶν φιλοσόφων (πρὸς μὲν γὰρ τῶν ῥητόρων τί δεῖ λέγειν) ὁ μὲν, δικάζων δίκην, δώρων ἐπ' αὐτῇ ἐάλω· ἄλλος δὲ, μισθὸν σοφιστεύων, εἰσπράττεται τοὺς μανθάνοντας· ὁ δὲ, πρὸς τοῦ βασιλέως ὑπὲρ τοῦ σωθῆναι ὁμοίως μισθὸν αἰτεῖ, καὶ οὐκ αἰσχύνεται. ἔτι πρεσβύτης ἀνὴρ ἀφ' οὗ τοῦτο ἀποδημεῖ, καὶ μισθοφορᾷ, καθάπερ Ἰνδὸς, ἢ Σκύθης αἰχμάλωτος.

aut rhetorum, exutus vestimentis in palæstra, dignè componendus esset cum parasiti corpore? Aut quis illorum conspectus in gymnasio, non potiùs probro atque dedecore locum afficeret? Atqui ne in deserto quidem illorum quispiam irruentis alicuius beluæ impetum sustineret: at parasitus earundem vim atque ferociam fidenter expectat, ac sine negotio compescit, quippe qui easdem in conuiuiis contemnere didicerit. Sed neque ceruus neque sus setis inhorrescens parasitum conterret, sed sue aduersus illum dentes acuente, parasitus aduersus suem contrà acuit terribilis. Cęterùm lepuscu- B los magis infectatur, quàm vllus canis venaticus. Porrò autem in conuiuio quis cum parasito certamen susciperet, aut iocos ciente, aut comedente? Et quis magis conuiuarum tristitiam discutit? an ille cătillans ridicula, & ludens dicteriis: an homo potiùs nihil ridens, in sordida tritáque lacerna accumbens, terram tristis intuens, quasi ad luctum non ad symposium vocatus venisset? Ac mihi profectò tale quiddam in symposio videtur esse philosophus, quod canis in balneo. Sed age, istis posthabitis ad ipsam parasiti vitã nos conferamus, excutientes atque cõparantes illum. Primùm igitur quis est qui non C videt parasitum nunquam non contemptorem esse gloriæ, quippe cui nihil curę est quam de se opinionem homines obtineant? At verò ipsos rhetores atque philosophos, non saltem illorum aliquos, sed in vniuersum omnes, fastu atque gloria transuersos agi quispiam inuenerit, ac nõ tantùm gloriæ deditos, sed quod adhuc turpius est, argenti sitientissimos. Sed enim parasitus hoc erga pecuniã affectus est animo, quo non aliquis negligentiore erga lapillos passim proiectos in littore animatus est. Ac nihil illi inter aurum & ignem videtur esse discriminis. Rhetores autem, & quod absurdius est, etiam illi D qui philosophiæ professione se venditãt, tam auidè argento inhiant, quasi hac ratione maximam sibi nunc conciliarent, & opinionem & auctoritatẽ philosophi. De rhetoribus quid multa attinet dicere? cùm ille corruptus largitionibus causam orare soleat, alius dicendi artem profitens à discentibus mercedem exigit. Tertius à rege similiter præmiũ flagitat, non ob aliud, nisi quòd cum illo conuersationem faciat: nec pudore suffunditur. Est prætereà alius qui iam ætate cõfectus, non ob aliud peregrè proficiscitur, quàm vt lucrũ faciat, aut stipendio mereat, nõ aliter atque Indus quispiã aut Scytha captiuus.

Neque eundem pudet nominis, quòd merces sit illud quod accipit. Non solùm verò his vitiis eos inuenies obnoxios, sed sunt adhuc alij degeneris animi affectus, quibus sunt plenissimi, nempe molestæ perturbationes, iracundia, inuidentia, ac omnis generis concupiscentiæ. Parasitus autem his omnibus vacans affectibus, neque irascitur, propter animi tolerantiam, tum etiam quòd illi nemo sit cui irascceretur. Atque etiam si quando victus mentis impotentia, indignatur, nihil tamen mali aut iniuriæ, iracundiæ impulsu designat perperam: quin potiùs risum omnibus eius excandescentia excutit, ac oblectamento est conuersantibus. Minimè verò omnium perturbatur tristitia, aut vlla mentis molestia discruciatur. Etenim tam præsens illi parasitica suppeditat aduersus omnes molestias remedium, vt nulla etiam causſa existat quamobrem afficiatur tristitia. Neque enim illi sunt opes, neque domus, neque famulus vllus, non vxor, non liberi, quibus pereuntibus habentem discruciari animo omnino necesse est, si horum iacturã fecerit. Atqui neque gloriæ vllius est appetens, neq; opulentiæ: sed nec formosum quenquam desiderat. TYC. Veruntamen, ô Simo, planè consentaneum est illum ob victus indigentiam perturbari animo. PAR. Ignoras, ô Tychiade, statim initiò hunc non esse parasitũ, quicunque laborat victus inopia. Neque enim fortis, inopia fortitudinis, fortis perhibẽdus est: neque sapiens, sapientiæ penuria sapiens putandus: alioqui parasitus esse non possit. Nos enim de eo qui re ipsa parasitum agit, loquimur, non de eo qui solum parasiti nomen falsò obtinet. Iam si fortis non alia ratione, quàm præsente fortitudine fortis, & sapiens præsente sapientia sapiens habendus est: sequitur, neque parasitum, nisi parasitandi facultas suppetat, parasitum esse posse. Quare nisi hoc illi suppeditatum fuerit ab alio, nequaquam parasitus existimandus est. TYC. Proinde parasitus nunquã alimenti laborabit inopia? PAR. Ita quidem apparet. Itaq; neque huius neque alterius cuiuspiã rei gratia discruciatur animo. Verùm omnes ad vnum philosophi pariter atque rhetores, maximo semper in metu sunt. Illorum igitur plurimos plerũque ligno armatos in publicum prodire videmus: quod proculdubio non facerent, nisi armatos metuerent. Quid quòd etiam ianuas probè oppessulatas concludunt, metuentes ne quis noctu domum ingressus, illis perniciem machinetur? At parasitus ædiculæ suæ ianuam quidem claudit, sed planè incuriosè & temere, ne videlicet vẽti violentia irruens aperiat.

A καὶ τοῦδε αὐτὸ τὸ ὄνομα αἰσχύνεται, ὅτι μισθὸς ὁ λαμβανόμ. οὐχ οὕτως δ' αὐ τὰ μόνον ταῦτα τοῖς τοιούτοις, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πάθη· οἷον, λύπας, καὶ ὀργὰς, καὶ φθόνους, καὶ πονηρίας ἐπιθυμίας. ὁ γε μὴν παράσιτος, ἔξω τούτων ὢν ἁπάντων· οὔτε γὰρ ὀργίζεται δι' ἀνεξικακίαν, καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτῷ ὅτῳ ὀργισθείη. καὶ εἰ ἀναγκαστόφ δέ ποτε, ἡ ὀργὴ αὐτοῦ χαλεπὸν μέν, οὐδὲ σκυθρωπὸν οὐδὲν ἀφῃρεῖται, μᾶλλον δὲ, γέλωτα, καὶ εὐφροσύνῃ τοῖς ξυνοῦσιν. λυπεῖται γε μὴν ἥκιστα πάντων, τοῦτο τῆς τέχνης παράσκευασάσης αὐτῷ, καὶ χαριζομένης, μὴ ἔχειν ὑφ' ὅτου λυπηθείη. οὔτε γὰρ χρήματα ἔστιν αὐτῷ, οὔτε οἶκος, οὔτε οἰκέτης, οὔτε γυνὴ, οὔτε παῖδες, ὧν ἀμφιθαλούντων, πάντως ἀνάγκη ἐστὶ λυπεῖσθαι τὸν ἔχοντα αὐτά, ἐπεὶ ταῦτα ἀπόλλυσθαι. ἐπιθυμεῖ δὲ οὔτε δόξης, οὔτε χρημάτων, ἀλλ' οὐδὲ ὠφελίας τινός. TY. ἀλλ', ὦ Σίμων, εἰκός γε σοφιστὴν ἔφης λυπηθῆναι αὐτόν. ΠΑ. ἀγνοεῖς, ὦ Τυχιάδη, ὅτι ὃς ἀρχῆς οὐδὲ παράσιτός ἐστιν οὗτος, ὅστις ἄπορος ἔφης. οὐδὲ γὰρ ἀνδρεῖος, ἀπορία ἀνδρίας ἐστὶν ἀνδρεῖος, οὐδὲ φρόνιμος, ἀπορία φρενῶν ἐστὶ φρόνιμος· ἄλλως τε, οὔτε παράσιτος ἂν εἴη· προῖκα τοῦ ἡμῖν τοῦ παρασίτου ζητεῖν ὄντος, οὐχὶ μὴ ὄντος. εἰ δὲ μὴ ὁ ἀνδρεῖος λέγω, ἢ περουσία ἀνδρεότητος, καὶ ὁ φρόνιμος, παρουσία φρονήσεως, καὶ ὁ παράσιτος δὲ, παρουσία τοῦ παρασιτεῖν, παράσιτος ἔσται. ὡς εἴτε τοῦτο μὴ ὑπάρχῃ αὐτῷ, τοῦ ἄλλου τινὸς, καὶ οὐχὶ παρασίτου, ζητήσομεν. TY. σκοπῶ οὖν ποτε ἀπορήσῃ παράσιτος ἔφης; ΠΑ. ἔοικεν· ὥστε οὐδ' ὅτι τούτῳ, οὔτ' ἐπ' ἄλλῳ ἐστὶν ὅτῳ λυπηθείη αὖ. καὶ μὴν καὶ πάντες ὁμοῦ φιλόσοφοι, καὶ ῥήτορες φοβοῦνται μάλιστα· τοὺς γέ τοι πλείστους αὐτῶν ὁρᾷς τις ἂν μὴ ξύλου παρεῖσθαι. σκόπει δή που εἰ μὴ ἐφοβοῦντο ὡπλισμένους, καὶ τὰς θύρας δὲ μάλα ἐρρωμένως ἀποκλείοντας, μή τις ἄρα νύκτωρ ἐπιβουλεύσειν αὐτοῖς δεδοίκοτες. ὁ δὲ, τὴν θύραν τ' ὀρθιαίαν προστήσιν· εἰκῇ καὶ ὅτι, ὡς μὴ ὑπὸ αὐτῆς αὐοιχθείη.

θομιλῶν δὲ φόβου νύκτωρ, οὐδέν τι μᾶλλον θορυβεῖται, ἢ μὴ θομιλοῦσι· καὶ δι' ἐρημίας δὲ ἁπιὼν, αὐθις ξίφους ὁδεύει, φοβεῖται γὰρ οὐδέν οὐδαμοῦ. φιλοσόφους δὲ πολλάκις εἶδον ἐγὼ, οὐδενὸς ὄντος δεινοῦ, τόξα ἐνεσκευασμένους· ξύλα μὲν γὰρ ἔχουσι, καὶ εἰς βαλανεῖον ἁπιόντες, καὶ ἐπ' ἄριστον. παρασίτου μέντοι οὐδεὶς ἔχει κατηγορῆσαι μοιχείαν, ἢ βίαν, ἢ ἁρπαγὴν, ἢ ἄλλό τι ἀδίκημα ἁπλῶς· ἐπεὶ ὅ γε πιστὸς, οὐκ ἂν εἴη παράσιτος, ἀλλ' ἑαυτὸν ὅλως ἀδικεῖ. ὥστ' εἰ μοιχεύσας τύχοι, ἅμα τῷ ἀδικήματι καὶ τοὔνομα μεταλαμβάνει τῦ ἀδικήματος. ὥσπερ δὲ ὁ κακὸς, οὐ τὸ ἀγαθὸς ἀλλὰ φαῦλος τῆ λαμβάνει, οὕτως, οἶμαι, ὁ παράσιτος ἐάν τι ἀδικῆ· αὐτὸ μὲν τῦτο ὅπερ ἐστὶν, ἀποβάλλει, ἀναλαμβάνει δ' ὃ ἀδικεῖ. ἀδικήματα δ' οἷα τῦτα ῥητόρων καὶ φιλοσόφων ἄφθονα, οὐ μόνον ἴσμεν αὐτῶν γεγονότα καθ' ἡμᾶς, ἀλλὰ κἀν τοῖς βιβλίοις ἀπολελειμμένα ὑπομνήματα ἔχομεν, ὧν ἀδικηθέν. ἀπολογία μὲν γὰρ Σωκράτους ἐστὶ, καὶ Αἰσχίνου, καὶ Ὑπερίδου, καὶ Δημοσθένους, καὶ τῶν πλείστων ἄλλων τι ῥητόρων, καὶ σοφῶν. παρασίτου δὲ οὐκ ἔστιν ἀπολογία, οὐδ' ἔχει τις εἰπεῖν δίκην ὡς ἐν παρασίτου τινὶ γεγραμμένην. ΤΥΧ. ἀλλὰ, νὴ Δία, ὁ μὲν βίος τῦ παρασίτου, χρείττων ἐστὶ τῦ τῶν ῥητόρων, καὶ τῶν φιλοσόφων· ὁ δὲ θάνατος, φαυλότερος. ΠΑΡ. πολὺ μὲν οὖν τοὐναντίον, παρὰ πολὺ εὐδαιμονέστερος. φιλοσόφοις μὲν γὰρ ἴσμεν ἀπολλυμένοις, ἢ τοῖς πλείστοις, κακοῖς κακῶς ἀποθανόντας, τοῖς μὲν οὐκ καταδίκης ἑαλωκότας ὅτι τοῖς μεγίστοις ἀδικήμασι, φαρμάκῳ τοὺς δὲ καταφρονήσαντας τὸ σῶμα ἀπολλυμένους· τοὺς δὲ ἀπὸ δυσπεψίας φθινήσαντας, τοὺς δὲ φυγόντας. παρασίτου δὲ θάνατον, οὐδεὶς ἔχει τοιοῦτον εἰπεῖν, ἀλλὰ τὸν εὐδαιμονέστατον, φαγόντος καὶ πόντος. εἰ δέ τις καὶ δοκεῖ διαφθαρῆναι τετελευτηκέναι θανάτῳ, ἀπεπνίγησας ἀπέθανε. ΤΥΧ. ταῦτα μὲν ἱκανῶς διεμνήσθησαί σοι τὰ πρὸς τοὺς φιλοσόφους ὑπὲρ τῦ παρασίτου.

A Cæterùm noctu orto tumultu, nõ magis animo timore concutitur, quàm si nullus extitisset. Præterea per sola loca iter faciens, nullo accinctus gladio ambulat: nihil enim prorsus vspiam gentium metuit. At ego sæpenumero vidi philosophos nullius periculi ne suspicione quidē existente arcus apparātes. Semper enim baculis armati incedunt, atque etiā si quando in balneas lotum abeunt, aut vocati ad prandium. Nullus verò est qui parasitum aut adulterij, aut violentiæ, aut rapinæ, aut alterius cuiuspiam delicti insimulare possit: quoniam qui talibus vitiis esset contaminatus, iam non ampliùs parasitus foret perhibendus, sed se ipse grauissimæ iniuriæ exponeret. Itaque adulterium flagitiosè committens, vnà cum perpetrato delicto etiam flagitij nomen
B incurrit. Quemadmodum autem qui improbus fuerit, non bonus sed malus habendus est: sic quoque parasitus si quid turpiter in se admiserit, illud ipsum quod fuerat, abiicit, assumit autem id quod deliquit per flagitium. Cæterùm eius generis praua facinora permulta extant à philosophis & rhetoribus turpissimè perpetrata, quæ non nobis tantùm comperta
C sunt, vtpote quæ nostro tempore saltem designata forent, sed libris editis relicta monumenta habemus eorum facinorum quorum illi auctores extiterunt. Extat apologia Socratis, extat Æschinis atque Hyperidæ neque non Demosthenis. Ac fermè plurimorum rhetorum atque philosophorum defensiones etiam hodie leguntur. At nulla extat parasiti apologia, nec vllus est qui pro vero affirmare possit, parasito iniuriarum scriptam esse dicam. TYC. At per Iouem parásitus meliori quàm rhetores atque philosophi viuendi conditione fruitur, fato tamen deteriore absumitur. PAR. Equidem
D longè diuersum est quod dicis: nam & fato multo feliciore functus è viuis migrat parasitus. Quippe compertè exploratum habemus, philosophos ferè omnes, aut illorum maximam partem, malo extinctos esse exitio, nõnullos condemnatione iudicij in maximis flagitiis manifestò deprehensos, sumpto veneno: alios toto corpore exustos, pleroſque vrinandi difficultate absumptos, alios ex fuga retractos atque occisos. At quis tandem tali quopiam exitio parasitum sublatum esse referre potest? sed mors felicissima ferè illi contingit edenti atque bibenti. Quòd si quis etiam violenta morte defungi videtur, mortuus auolasse creditur. TY. Hæc equidem satis supérque tibi pro parasito contra philosophos decertata sunt.

Supereſt vt & illud explices, num honeſta & vtilis ſit hæc alenti poſſeſſio. Siquidem opulentiores mihi videntur paraſitos alere, tanquam officioſi, & beneuolè gratificantes illorum tenuitati: quod ego ei qui alitur, dedecus eſſe exiſtimo. PAR. Quàm ſimpliciter fatuum te eſſe conſtat, ô Tychiade, ſi hoc nequeas intelligere, hominem diuitem, etiamſi Gygis opulentiam poſſideret, ſolum edentē, eſſe pauperem? Atque ille progrediens in publicum non comitante paraſito, mendicus eſt. Et quemadmodum miles ſine armis habetur deſpectior, & veſtis ſine purpura vilior, & equus ſine phaleris leuior: ſic etiam diues egregiè & ampliter nummatus, longè apparet ſine paraſiti ſatellitio humilior atque contemptior. Atqui paraſitus quoque non parum ornamento eſt diuiti, diues paraſito non item. Alioqui neque probrum eſt, vt tu ais, huic paraſitari, vt præſtantiori deteriorem. Quòd autem opulento vtile ſit paraſitum alere, præterquam quòd ornamentum non vulgare illi adiungit, etiam ſecuritatem multam, paraſiti præſentia & comitatus diuiti ſuppeditat. Neque enim quiſpiam temere pugna adorietur diuitem qui hunc illius lateri aſſiſtentem cōſpexerit. Sed neque metuendum eſt eum veneno periturum, qui paraſitum conuiuam habuerit. Quis enim auderet inſidiis petere quempiam hoc præmandente atque præbibente? Itaque diues non tantùm à paraſito ornatur, ſed eius quoque opera à maximis periculis tutus cōſeruatur. Ita enim paraſitus propter charitatis affectum qua diuitem ex animo complectitur, omnibus ſemet obiectat periculis. Neq; tantùm cō cedit ſolum cibum ſumere, ſed vnà quoque edēs exoptat oppetere. TYC. Omnia mihi, ô Simo, ſatis diſertè diſſeruiſſe videris, nec quicquam quod ad artem tuā commendandam pertinet, prætermiſiſti: neque, vt tu dixiſti, ad hanc rem inexercitatus acceſſiſti, ſed planè omniū inſtructiſſimus atque exercitatiſſimus. Quod reliquum eſt, ſcire geſtio an paraſiti compellatio non turpis & dedecoroſa habenda ſit. PAR. Vide quod reſponſum à me exigas, ſi ſufficienter ſuper his verba tibi feciſſe videor. Reſponde verò mihi vicißim ad quæſtionem, ſi rectè factum exiſtimas. Age ὄνομα priſci illi quo vocarunt nomine? TYC. Alimenti vocabulo. PAR A. Quid autem σπεῖρε, nonne alere? TYC. Sanè verò. PAR. Eſt ergo in confeſſo, neque aliud eſſe paraſitari.

A λοιπὸν δὲ εἰ καλὸν καὶ λυσιτελές ὅστι ὃ κτῆμα τοῦτο τῷ τρέφοντι, πειρῶ λέγειν. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκοῦσιν ὥσπερ εὐεργετοῦντες ἐς τὰ μάλιστα ὑμνοι τρέφειν αὐτοὺς οἱ πλούσιοι, καὶ εἰ τοῦτο αἰσχρὸν τῷ τρεφομένῳ. ΠΑ. ὡς ἠλιθιά γέ σοι, ὦ Τυχιάδη, ταῦτα, εἰ μὴ δυνάσαι γνῶναι ὅτι πλούσιος ἀνὴρ, εἰ καὶ ὁ Γύγου χρυσίον ἔχοι, μόνος ἐαυτῶν, πένης ὅστις, καὶ τρέχων αὐτὸς ἄδοξος, ταπεινὸς δοκεῖ, καὶ ὥσπερ στρατιώτης χωρὶς ὅπλων, ἀτιμότερος, καὶ ἐφ' ἵππου αὐτὸς πορφύρας, καὶ ἵππος αὐτὸς φάλαρα, οὕτω καὶ πλούσιος αὐτὸς ἄδοξός τε, ταπεινός τις B καὶ ἀτελὴς φαίνεται. καὶ μὲν ὁ μὲν πλούσιος, κοσμεῖται ὑπ' αὐτοῦ· τὸν δὲ ἄδοξον πλούσιος οὐδέποτε κοσμεῖ. ἄλλως τε, οὐδὲ ὄνειδός αὐτῷ ὅστιν, ὡς σὺ φῄς, ὃ ἄδοξον εἶναι ἐκείνῳ δηλονότι, ὡς κρεῖττόνι χείρονα. ὅπως γε μὲν τῷ πλουσίῳ τοῦτο λυσιτελές ὅστι, ὃ τρέφειν τὸν ἄδοξον, ὧδε μάθοις ἂν ἐκ τοῦδε· τὸ κοσμεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἀσφάλεια πολλὴ ἐκ τοῦτου δορυφορείας ὑπάρχει. ὅτε γὰρ μάχη ῥᾳδίως αὖ τις ἐπιχειρήσαι τῷ πλουσίῳ, ὃν τὸν ὁρῶν παρεστῶτα· ἀλλ' ἅμα αὖ ἀποθανοῦσι φαρμάκῳ ἀδεὴς, ἔχων ἄδοξον. τίς γὰρ ἂν τολμήσειε C ἐπιβουλεῦσαι τινὶ, τοῦτου παρεσθιόντος, καὶ προπίνοντος; ὥστε ὁ πλούσιος οὐχὶ κοσμεῖται μόνον, ἀλλὰ ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων ὑπὸ τοῦ ἄδοξου σώζεται. ὅτου μὲν ὁ ἄδοξος διὰ φιλοσοφίαν, πολλὰ κίνδυνον ὑπομένει, καὶ οὐκ ἂν ἄδοξος χωρήσαι ὦ πλούσιε φαγεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν αἱρεῖται συμφαγών. TYX. πολλά μοι δοκεῖς, ὦ Σίμων, διεξελθεῖν, ὑστερήσας οὐδὲν τῆς σαυτῷ τέχνης, οὐχ ὥσπερ αὐτὸς ἔφασκες ἀμελέτητος ὤν, D ἀλλ' ὥσπερ δή τις ὑπὸ τῶν μεγίστων γεγυμνασμένος. λοιπὸν, εἰ μὴ ἄχθος αὐτὸ ὄνομά ὅστι τῆς ἄδοξιτικῆς, ἔτι λέγε μαθεῖν. ΠΑΡ. ὅρα δὴ τὴν ἀπόκρισιν, ἐάν σοι ἱκανῶς λέγεσθαι δοκῇ, καὶ πειρῶ πάλιν αὐτὸς ἀποκρίνασθαι πρὸς ὃ ἐρωτῶμενον ἢ ἄρτι σὺ φέρε γάρ, τὸν σῖτον οἱ παλαιοὶ τί καλοῦσι; TY. ἔφην. ΠΑ. πῇ, ὃ σιτεῖσθαι, οὐχὶ ὃ ἐσθίειν; TY. ναί. ΠΑ. ὁμολογοῦμεν ἄρα ὃ ἄδοξον εἶναι ὅτι οὐκ ἄλλο ὅστι.

ΤΥ. τοῦτο γὰρ, ὦ Σίμων, ὅτιν, ὃ αἰσχρὸν φαίνεται. ΠΑ. φέρε δὴ πάλιν ἀποκρίναί μοι, πότερόν σοι δοκεῖ διαφέρειν, ἢ ὁπόταν ἀμφοῖν προτεθῇ ἀμφοῖν, πότερον αἱρεῖ αὐτὸς ἕλειν, ἆρά γε πλεῖν, ἢ ἐπιπλεῖν; ΤΥ. ἐπιπλεῖν ἔγωγε. ΠΑ. τί δὲ, θρέχειν, ἢ παρατρέχειν; ΤΥ. παρατρέχειν. ΠΑ. τί δὲ, ἱππεύειν, ἢ παρεππεύειν; ΤΥ. παρεππεύειν. ΠΑ. τί δὲ, ἀκοντίζειν, ἢ παρακοντίζειν; ΤΥ. παρακοντίζειν. ΠΑ. οὐκοῦν ὁμοίως ἐθέλοις ἕλειν καὶ τὸν ἑαυτοῦ μᾶλλον παρασιτεῖν. ΤΥ. ὁμολογεῖν ἀνάγκη· καί σοι λοιπὸν, ὥσπερ οἱ παῖδες, ἀφίξομαι καὶ ἑῴος καὶ μετ' ἄριστον, μαθησόμενος τὴν τέχνην. σὺ δέ μοι αὐτὴν δίκαιος διδάσκειν ἀφθόνως, ἐπεὶ καὶ πρῶτος μαθητής σοι γίγνομαι. φασὶ δὲ καὶ τὰς μητέρας μᾶλλον τὰ πρῶτα φιλεῖν τῶν τέκνων.

A TYC. At illud ipsum Simo est, quod turpe esse apparet. PAR. Age iterum mihi responde, quid tibi discriminis esse videtur, aut vtrisque propositis vtrum electurus esses, num nauigare, an adnauigare? TYC. Ego quidem eligerem adnauigare. PAR. Quid autem, currere, an adcurrere? TY. Adcurrere. PAR. Quid autem, equitare, an adequitare? TY. Adequitare. PAR. Quid autem, iaculari, an adiaculari? TYC. Adiaculari. PAR. Proinde non alia quoque ratione pro edere parasitari sat scio quoque eligeres. TYC. Velim nolim sententiæ tuæ refragari non possum. Ac te quidem in posterum, veluti pueri, & sub auroram & à prandio accedam, arti tuæ perdiscendæ operam daturus. Tu verò eandem docebis citra inuidiam ingenuè, quoniam primus tibi ero discipulus. Perhibent autem & matres primam prolem adamare impensiùs.

B

ΑΝΑΧΑΡΣΙΣ, ἢ ΠΕΡΙ ΓΥΜΝΑΣΙΩΝ.

ANACHARSIS, seu DE GYMNASIIS.

Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

Disputant de gymnasiis siue exercitiis adolescentum, Anacharsis & Solon. Cuius rei occasio hæc fingitur: Quum Anacharsis Athenas ex Scythia profectus, vt & Solonem (qui temporibus illis prosapientissimo habebatur) audiret, & Græcorum instituta ac mores cognosceret, fortè inter cætera iuuenes Athenienses inter se luctantes, ac mutuò in luto ac puluere sese prosternentes ac volutantes aspiceret, ignarus quid agerent, aut quorsum ea contentio pertineret, rem & caussam à Solone perquirit: qui cùm exercitandi genus esse diceret, & laudem ac præmia certaminum, corollas ac poma quædam commemoraret: ille ob tam paruas res tanto & tam acri studio illos inter se contendere, prostulto ac deridendo putat. Proinde altero institutum hoc, vt suum, commendante, altero verò ceu stultitiam atque dementiam quandam ridente, paulatim eò venitur, vt Solon totam ciuitatis & informandæ iuuentutis rationem exponat. Ac primùm quidem, quibus disciplinis, quibúsque exemplis animos ac mentes ciuium informent, commemorat: deinde & corporum exercitium, & qui finis eorundem, quæque vtilitas sit, recenset. Atque ea pars propria instituti argumenti est. Cæterùm quia finem, à dissimilitudine rerum & instrumentorum, & quòd hæc puerilia, ad seria certamina ac bella parum profutura, Anacharsis iterum confutat, monétque vt iusta potiùs armorum exercitatione ad futuros casus sese parent: Solon solennium quoque ludorum auctoritatem & institùta, deinde publicum morem, & postremò etiam Lacedæmoniorum exemplum allegat: vbi tum ad Lacedæmoniorum ludos, & puerorum verberationes, ita respondet Anacharsis, vt videatur Lucianus reprehendendi magis causa illorum mentionem facere, quàm quòd inhumanitatem atque sæuitiam istam laudet. Porrò videtur interim & illud voluisse Lucianus ostendere, videlicet rationem quandam qua iuuentus institui atque informari ad rempub. bene ac rectè possit, cuiusmodi & pleraque ea sunt quæ à Platone de legibus lib. 7. & 8. de educatione & institutione iuuentutis traduntur. Adeóque breui isto Solonis sermone, omnia fermè ea Lucianus complexus est, quæ ille multis verbis & libris vix absoluit.

ANACHARSIS. SOLON.

ANACHARSIS.

HÆc verò, ô Solon, quamobrem veſtri faciunt iuuenes? Partim enim illorum complexi mutuò ſe ſupplantant, partim verò alius alium præfocat, ac verberat, & cœno ſemet immiſcent, volutãturque perinde vt ſues. Atqui initiò ſtatim exutis veſtimentis, (ſpectator enim aſſiſtebam) alter alterum viciſſim & raſit, & vnxit oleo, valde pacatè & amiciter: deinde verò neſcio qua offenſa diſſociati, mutuò ſe de loco propulerunt inuentes, frontéque arietantes concurrũt
Lucian. non ſecus atque arietes. Et vide vt ille alterum ſublatum cruribus, humi proſtrauerit, deinde in eum illapſus ſuſpiciendi facultatem non permittit, in cœnũ deorſum adigens. Poſtremò verò iam illius crura ſecundùm ventrem complexus, circumiecto gutturi cubito, miſerum ęrumnosè præfocat. Alter autem eius obuerberat humeros, ſupplicans, vt opinor, illi, ne prorſus præfocetur. Sed ne olei quidẽ gratia agunt modeſtiùs, ne luti aſpergine inquinarentur: verùm obſcurata vnctione, & luto completi, largo ſudore perfluentes, copioſam ridendi materiam mihi exibent, veluti anguillæ è manibus elabentes. Rurſus alij in aulę area hoc ipſum ſub Ioue facere conſueuerunt, neque tamen illi ipſi in cœno, ſed profundam arenam ſubiicientes in foſſa conturbant ſe mutuò: ipſique vltro ſpargunt puluerem, gallorum in morem, quominus (vt mea fert ratio) in complexibus effugiant, arena omnem lubricitatem diſcludente, aduerſariíque cõprehenſionẽ firmiorem in
Pancratium. arido ſubminiſtrãte. Cęterùm illi ſtantes erecto corpore puluеribus pleni, & ipſi mutuis ſemet afficiunt verberibus, & calcitrant. Itaque infelix ille & dentes expuenti ſimilis eſſe videtur: adeò illi os totum & arena & ſanguine oppletum eſt, palma (vt cernis) in maxillam percuſſo. Sed ne præſes quidem ille inter eos pacẽ componit, ac pugnam inducta cõcordia diſſoluit. Etenim purpura coniecturam facio hunc eſſe vnum ex illis principem. Quin animosè quoque cohortatur & laudat eum qui alteri incuſſa in faciẽ palma plagam intulit. Porrò alij alibi omnes
Saltus. aceelerantes in puluere veluti currentes ſubſiliunt, eodem in loco permanẽtes: & in altũ proſilientes, calce laceſſunt aëra.

Ἆρα δὲ ὑμῖν, ὦ Σόλων, πόνος ἕνεκα οἱ νέοι ποιοῦσιν; οἱ μὲν αὐτῶν τοὺς πλεκόμενοι, ἀλλήλους ὑποσκελίζουσιν, οἱ δὲ ἄγχουσι καὶ λυμήζουσι, καὶ ἐν τῷ πηλῷ σφαίρα φύονται καλινδούμενοι, ὥσπερ σύες. καίτοι κατ' ἀρχὰς οὐδὲν ἀποδυσάμενοι (ἑώρων γάρ) λίπα τε ἠλείφαντο, καὶ κατέψησε μάλα εἰρωνικῶς ἄτερος τὸν ἕτερον ἐν τῷ μέρει. μετὰ δὲ, οὐκ οἶδ' ὅ, τι παθόντες, ὠθοῦσί τε ἀλλήλους σφενδυκότες, καὶ τὰ μέτωπα σφαραγήσειν, ὥσπερ οἱ κριοί. καὶ ὦ ἰδοὺ ἀράμενος σκάφησί τὸν ἕτερον ἐκ τῶν σκελῶν, ἀφῆκεν εἰς ὃ ἔδαφος· εἶτ' ὄπισθεν ἐπιστὰς ὑπεσώρει, ἀνακωλῦσαι οὐκ ἐᾷ, σωφρονῶν κάτω ἐς τὸν πηλόν· τέλος δὲ ἤδη περιπλέξας αὐτῷ τὰ σκέλη καὶ τῷ μὲν ἀριστερᾷ, τὸν πῆχυν ὑποβαλὼν τῷ λαιμῷ, ἄγχει ἄθλιον· ὁ δὲ, ὑποδακρύσας ἐς τὸν ὦμον, ἱκετεύων, οἶμαι, ὡς μὴ τέλεον ἀποπνιγείη. καὶ δὴ τῷ ἐλαίου ἕνεκα φείδονται, μὴ μολύνεσθαι, ἀλλ' ἀφανίσαντες ὃ χρῖσμα, καὶ τῷ κορδύλου ἀναπλησθέντες, ἐν ἰδρῶτι ἅμα πολλῷ, γέλωτα ἐμοὶ γοῦν παρέχουσιν, ὥσπερ οἱ ἐγχέλυες ἐκ τῶν χειρῶν διολισθαίνοντες. ἕτεροι δὲ ἐν τῇ αὐλείῳ τῆς αὐλῆς ὃ αὐτὸ τοῦτο δρῶσιν· οὐκ ἐν πηλῷ δή τε, ἀλλὰ ψάμμον ταύτην βαθεῖαν ὑποδαμόμενοι ἐν τῷ ὀρύγματι παραπήγνυσί τε ἀμήλας, καὶ αὖθὶ ἑκόντες πατοῦσι τὴν χόνιν ἀλεκτρυόνων δίκην, ὡς ἀφυκτότερον εἶεν ἐν ταῖς συμπλοκαῖς, οἶμαι, τῆς ψάμμου τὸν ὄλισθον ἀφαιρούσης, καὶ βεβαιοτέραν ἐν ξηρῷ παρεχούσης τὴν ἀντίληψιν. οἱ δὲ, ὀρθοστάδην κεχυμένοι, καὶ αὖθὶ παίουσιν ἀλλήλους παρεστῶτες, καὶ λακτίζουσιν. ἔοικε γοῦν καὶ τοῖς ὀδοῦσιν ἔοικεν ἀποπτύειν ὁ κακοδαίμων· ὅτων ἅμματος αὐτῷ καὶ ψάμμου αἱματόπλησαν τὸ στόμα, πύξ ὡς ὀρθῆς παραπεσόντος ἐς τὸ γνάθον. μὴ ἁδὲ ὁ ἄρχων ὅτοσι διίσησιν αὖθις, καὶ λύει τὴν μάχην. τεκμαίρομαι γὰρ τῇ πορφυρίδι τῶν ἀρχόντων τινὰ τοῦτον εἶναι. ὁ δὲ, καὶ ἐποιχώκει, καὶ τὸν παταξάντα ἐπαινέσας, ἄλλοι δὲ ἄλλα χθὶ πάντες ἐγκωδοσι, καὶ αὐαπηδῶσιν, ὥσπερ γόντες, ὅτι τῷ αὐτῷ μιλοῦντες, καὶ ἐς ὃ αὖθὶ σφαλλόμενοι, λακτίζουσι τὸν ἀέρα.

τοῦτα οὖν ἐθέλω εἰδέναι τίνος ἀγαθοῦ αὖ εἵνα A
ποιεῖν· ὡς ἔμοιγε μανία μᾶλλον ἐοικέναι δο-
κεῖ ὃ πρᾶγμα, καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις αὖ ῥᾳ-
δίως μεταπείσαι με ὡς οὐ παραπαίουσιν οἱ
τοῦτα δρῶντες. ΣΟ. καὶ εἰκότως, ὦ Ανά-
χαρσι, τοιαῦτά σοι τὰ γυμνάσια φαίνεται,
ξένα γε ὄντα, καὶ πάμπολυ τῶν Σκυθικῶν
ἐθῶν ἀπᾴδοντα, καθάπερ καὶ ὑμῖν πολλὰ
εἰκὸς εἶ μαθήματα, καὶ ὑποπτεύματα,
τοῖς Ελλησιν ἡμῖν ἀλλόκοτα εἶ δόξαντα αὖ,
εἴ τις ἡμῶν ὥσπερ σὺ νῦν ὑπιδοι αὐτοῖς.
πλὴν ἀλλὰ θαῤῥεῖ, ὦ ταλέ. οὐ γὰρ μα-
νίας τὰ γυμνάσιά ἐστιν, οὐδ' ἐφ' ὕβρει οὕτω B
παίουσιν ἀλλήλους, καὶ κυλίουσιν ἐν τῷ πη-
λῷ, ἢ ὑποπάτοισι τὴν κόνιν· ἀλλ' ἔχει τινὰ
χρείαν οὐκ ἀτερπῆ ὃ πρᾶγμα, καὶ ἀ-
κμὴν οὐ μικρὰν ἐπάγει τοῖς σώμασιν. ἐὰν
γοῦν ἐνδιατρίψῃς ὥσπερ οἶμαί σε ποιήσειν
τῇ Ελλάδι, οὐκ εἰς μακρὰν εἶ καὶ αὐτὸς
ἔσῃ τῶν πεπηλωμένων, ἢ κεκονιμένων. οὕ-
τω σοι ὃ πρᾶγμα ἡδύ τε ἅμα καὶ λειοτε-
λὲς εἶ δόξει. ΑΝΑ. ἄπαγε, ὦ Σόλων.
ὑμῖν τοῦτα γένοιτο τὰ ὠφέλιμα, καὶ τερ-
πνά· ἐμὲ δὲ εἴ τις ὑμῶν τοιοῦτό τι ἀφροδίσῃ, C
εἴσεται ὡς οὐ μάτην διεζώσμεθα τὸν ἀκινά-
κην. ἀτὰρ εἰπέ μοι τί ὄνομα ἔθεσθε τοῖς γι-
γνομένοις, ἢ τί φαμὲν ποιεῖν αὐτούς; ΣΟ.
ὁ μὲν χῶρος αὐτὸς, ὦ Ανάχαρσι, γυμνά-
σιον ὑφ' ἡμῶν ὀνομάζεται, καὶ ἔστιν ἱερὸν Α-
πόλλωνος τοῦ Λυκίου, καὶ ὃ ἄγαλμα ὃ αὐ-
τοῦ ὁρᾷς, τὸν ὀπὶ τῇ σφαίρᾳ κεκλιμένον, τῇ ἀ-
ριστερᾷ μὲν ὃ τόξον ἔχοντα· ἡ δεξιὰ δὲ ὑφ'
τῆς κεφαλῆς ἀνακεκλασμένη, ὥσπερ ἐκ
καμάτου μακροῦ ἀναπαυόμενον δείκνυσι τὸν
θεόν. τῶν γυμνασμάτων δὲ τούτων, ὃ μὲν D
ἐν τῷ πηλῷ ἐκείνῳ, πάλη καλεῖται, οἱ δ'
ἐν τῇ κόνει, παλαίουσι καὶ αὐλεῖ· ὃ δ' παίειν
ἀλλήλους ὀρθοὺς αὐλῷ, πυγμὴν λέγο-
μεν. καὶ ἄλλα δὲ ἡμῖν ἐστι γυμνάσια τοιαῦτα
πυγμῆς, καὶ δίσκου, καὶ τοῦ ἁλέσθαι,
ὧν ἀπάντων ἀγῶνας προτίθεμεν. ᾧ δ' κρα-
τήσας, ἄριστος εἶ δοκεῖ τῶν καθ' αὐτὸν, καὶ
ἀναιρεῖται τὰ ἆθλα. ΑΝΑ. τὰ δὲ ἆθλα
τίνα ὑμῖν τοῦτά ἐστιν; ΣΟ. Ολυμπιάσι
μὲν, στέφανος ἐκ κοτίνου, Ισθμοῖ δὲ ἐκ πίτυος, ἐν Νεμέᾳ δὲ, σελίνων πεπλεγμένος·

Quocirca iſta perlibenter ſcire velim cui-
us compendij aut vtilitatis gratia factitare ſoleant. Equidem omnino hæc res mihi videtur eſſe inſania: nec quenquam eſſe arbitror, qui me facilè perſuaſum ab iſta ſententia abducturus ſit, vt non credam hos inſigniter deſipere quibus ſtudio eſt iſta facere. SO. Iſta mehercle ô Anacharſi non iniuria ita tibi videntur, cùm & peregrina ſint, & multum à moribus Scythicis abhorreant: quemadmodum & vobis non parum multas diſciplinas & corporis exercendi ſtudia eſſe veriſimile eſt, quæ nobis Græcis abſurda & aliena eſſe viderentur, ſi quis quemadmodum tu illis ſpectandis arbiter aſſiſteret. Atqui bonum habe animum, ô amice: neque enim iſta inſaniæ ſunt opera, neque impulſu contumeliæ hi mutuò ſe obuerberant, ínque cœno volutantur, aut ſemet conſpergunt puluere: ſed ineſt huic rei neceſſitas non iniucunda, neque mediocrem vigorem adiungit corporibus. Itaque ſi diutiùs, vt te planè facturũ opinor, in Græcia verſatus fueris, non in longum & tu vnus ex eorum eris numero, qui cœno oppleti ſunt aut puluere: vſqueadeo res tibi videbitur & voluptuoſa, & vtilis. ANA. Apage iſta à me ô Solon. Vobis hæc oblectamẽta vtilitatem afferant: me ſi quidem quis veſtrûm ea affecerit contumelia, ſentiet me haud nequicquam accinctum eſſe acinace. Veruntamen dic mihi, quod nomen huic rei indidiſtis, aut quídnam operis hoc facere dicamus? SO. Locus ille, ô Anacharſi, à nobis vocatur gymnaſium, éſtque templum Apollinis Lycij. Cernis autem eius ſimulacrum quod ſupra ſtatuam ſitum eſt, ſiniſtra quidem arcum gerens: dextra verò ſupra caput refracta, tanquam ex multa defatigatione Deum quieſcentem indicat. Cæterùm exercitiorum aliud quidem quod in cœno fit, Lucta vocatur. Illi verò in puluere quoque luctantur. Porrò eos qui erecto ſtant corpore, ac ſemet verberibus mutuis onerant, Pancratio decertare dicimus. Sũt præterea & alia nobis eiuſmodi gymnaſia, & pugillatus, & diſci, & ſaltus, quorum omnia certamina ſolemus proponere: quorum qui palmam adeptus fuerit, is præſtantiſſimus ex omnibus eſſe iudicatur, ac certaminis tollit præmia. ANA. Cuiuſmodi verò ſunt iſta præmia? SO. In Olympiis corona oleagina, in Iſthmiis pinea, in Nemeis ex apiis cõcinnata:

Gymnaſium.

Certaminum ſpecies & nomina.

Præmia victorum.

Porrò autem in Pythiis poma ſacerdotes Apollinis proponere conſueuerunt, cæterùm apud nos Athenienſes oleum ex oliua. Quid autem ſublatis cachinnis riſiſti Anacharſin quia hæc tibi viſa ſunt eſſe modica? A N A. Non, ſed præmia omnibus modis clara atque præſtãtia percenſuiſti ô Solon, cùm digna iis qui ea proponunt in certaminibus ob munificentiam, tum etiam athletis qui iſta nauiter conſequi ſtudeant. Itaque pomorũm gratia atque apiorum tanta antè laboriosè perferunt, & periclitantur, dum indignis modis præfocantur mutuò, ac inhoneſtis verberibus cæduntur, ita vt non liceat ſine negotio potiri malis, ſi quem cepiſſet pomorum deſiderium, aut coronari apio, aut ſertis pineis, cuius nullo luto defœdaretur facies, neque aduerſarij eius vẽtrem pede calcitraſſent. S O. Atqui ô optime, nos nõ ad nuda tantùm dona intentos habemus oculos (etenim hæc ſaltem ſigna ſunt atque indicia victoriæ, per quæ victores cognoſcuntur) cæterùm quæ hæc comitatur gloria, quauis re digna videtur eſſe victoribus: pro qua conſequenda etiam in ventrem calcitrari, præclarum eſt venãtibus gloriam ex laboribus. Neque enim hæc citra ſudorem atque laborem contingit mortalibus, ſed illius flagrantem deſiderio, oportet ſub initium multa dura perpeti: quibus nauiter perpeſſis, illi dulcis & tãtopere exoptatus finis è laboribus expectandus eſt. A N A. Húncne finem ais ô Solon dulcem atque vtilem, vt ab omnibus viridi redimiti corona conſpiciantur, atque ob victoriam laude vehantur, quorum paulò antè nemo non ob indigna verba miſertus eſt, cæterùm nunc mirifica felicitate perfruuntur ditati pomis atque apiis? S O. Noſtrarum rerum etiamnum imperitus eſſe vidêre: non multo verò pòſt alia tua erit ſuper hiſce rebus ſententia, poſteaquam in frequentiſſimos Græcorum conuentus profectus, videris tantam hominum multitudinem collectam ad illorum confluxiſſe ſpectaculum, ac theatra multis millibus hominum repleta, athletas verò ipſos diuinis efferri laudibus: porrò eum qui præconis voce victor pronunciatus fuerit, ab omnibus propemodum deum exiſtimari. A N A. Hoc ipſum quod dixiſti ô Solon, longè miſerrimum eſt, quòd non paucis præſentibus tam infanda patiuntur, ſed in tanta ſpectantium corona atque celebritate, qui acceptæ contumeliæ teſtes ſunt oculatiſſimi: illi nimirũ eos felices eſſe pronunciabũt, quos vident ſanguine perfluere,

Finis exercitationis.

Gloria labore parãda.

A Πυθοῖ δὲ, μῆλα τῶν ἱερῶν τοῦ θεοῦ πρὸ ἡμῶν δὲ τοῖς Παναθηναίοις, ὃ ἔλαιον ὃ ἐκ τῆς μορίας. τί ἐγέλασας, ὦ Ἀνάχαρσι, ἢ δῆτα μικρά σοι ταῦτα τίθησι δοκεῖ; A N A. οὐκ· ἀλλὰ πάνσοφα, ὦ Σόλων, κατέλεξας τὰ ἆθλα, καὶ ἄξια τῆς τε ἁγνείας αὐτὰ φιλοτιμεῖσθαι ὅτι τῇ μεγαλοδωρεᾷ, καὶ τοῖς ἀγωνιζομένοις αὐλοῖς ἐμφερέσι δαιδάλοις τοῖς τὰ αἱρέσεις τῶν τηλικούτων. ὥστε μήλων ἕνεκα, καὶ σελίνων, ἐθέλω τοιγαροῦν, καὶ κινδυνεύω, ἀγχομένους τοὺς ἀλλήλων, καὶ καταπλωμένους, ὡς ὀκνοῦσιν ἀτρεμούντως διαπονῆσαι μήλων ὅταν ὑπὸ θυμίας, ἢ σελίνῳ ἐστεφανῶσθαι, ἢ πίτυϊ, μήτε πηλῷ καταχεόμενον τὸ πρόσωπον, μήτε λακτιζόμενον ἐς τὴν γαστέρα ὑπὸ τῶν ἀντιπάλων. Σ O. ἀλλ', ὦ ἄριστε, οὐκ ἐς ψιλὰ τὰ διδόμενα ἡμεῖς ἀποβλέπομεν. ταῦτα μὲν γὰρ ὅτι σημεῖα τῆς νίκης, καὶ γνωρίσματα, οἵτινες οἱ κρατήσαντες. ἡδὺ δὲ καὶ ἐπαινούμενον τοῦτοις δόξα, τῶν πάντων ἀξία τοῖς νενικηκόσιν. ὑπὲρ ἧς καὶ λακτίζεσθαι καλῶς ἔχει τοῖς θρωπτομένοις τὴν ὄψιν ἐν τῷ πόνῳ. ὁ γὰρ ἀπονητὶ πρόσγειος οὐ γίνεται αὐτῇ. ἀλλὰ χρὴ τὸν ἱδρῶτα αὐτῆς, πολλὰ καὶ δυσχερῆ αἰανόμενον ἐν τῇ ἀρχῇ, τότ' ἤδη τὸ λυσιτελές, καὶ ἡδὺ τέλος ἐκ τῶν καμάτων προσμένειν. A N. τοῦτο φῄς, ὦ Σόλων, τὸ τέλος ἡδύ, καὶ λυσιτελές, ὅτι πάντες αὐξοῖς ἐφορῶσι ἐστεφανωμένους, καὶ ὅτι τῇ νίκῃ ἐπαινέσονται, πολὺ πρότερον οἰκτείραντες ὅτι ταῖς πληγαῖς. οἱ δὲ, δυδαιμονίσουσιν, αὐτὴ τῶν πόνων μῆλα καὶ σέλινα ἔχοντες. Σ O. ἄπειρος εἶ, φημὶ, τῶν ἡμετέρων ἔτι, μὴ μικρὸν ὄν, ἀλλά σοι δόξει τοῦτ' αὐτῶν· ἐπειδὴν ἐς τὰς πανηγύρεις ἀπιὼν, ὁρᾷς πόσον πλῆθος ἀνθρώπων συλλεγόμενον ὅτι τὴν θέαν τοιούτων, καὶ θέατρα μυριάνδρα συμπληρούμενα, καὶ τοὺς ἀγωνιστὰς ἐπαινουμένους, τὸν δὲ καὶ νικήσαντα αὐτῶν, ἰσόθεον νομιζόμενον. A N. αὐτὸ τοῦτο, ὦ Σόλων, καὶ δοκεῖ οἰκτρόν ἐστιν, εἰ μὴ ἐπ' ὀλίγων ταῦτα πάσχουσιν, ἀλλὰ ἐν τοσούτοις θεαταῖς, καὶ μάρτυσι τῆς ὕβρεως, οἳ δηλαδὴ δυδαιμονίσουσιν αὐτοὺς, αἵματι ῥαινομένους ὁρῶντες,

B

C

D

ἢ ἀζωμένους πρὸς τ' αὐχένων. ταῦτα γὰρ τὰ εὐδαιμονέστατα τοῖσιν τῇ νίκῃ αὐτῶν. πρὸ ἡμῶν δὲ τῶν Σκυθῶν, εἴ τις, ὦ Σόλων, ἢ παίξῃ τινὰ τῶν πολιτῶν, ἢ ἀναδέξῃ προσπεσών, ἢ ἱμάτιον περιρρήξῃ, μεγάλας οἱ πρεσβύται τὰς ζημίας ἐπάγουσι, καὶ ἐπ' ὀλίγων τῶν μαρτύρων τοῦτο παθὼν τις ὅτῳ ἐν τηλικούτοις θεάτροις, οἷα σὺ διηγῇ, τὸ Ἰσθμοῖ, καὶ τὸ ἐν Ὀλυμπίᾳ. ἐμοὶ μὲν ἄλλα τις μοι ἀγωνίᾳ, οἰκτείρειν μοι ἔπεισιν, ὧν πάσχουσι. τῶν δὲ θεατῶν, ὃς φῂς ἀπονενοῆσθαι τοὺς ἀρίστους ἐνδημεῖσθαι ἐς τὰς πανηγύρεις, καὶ πάνυ θαυμάζω, εἰ ταῦτα πράττοντες, σχολάζουσιν ὅτι τοῖς τοιούτοις. ὅδε γὰρ ἐκεῖνό πω διανοήσῃ κατανοῆσαι, ὅτι τοῦτο τερπνὸν αὐτοῖς, ὁρᾶν παυομένους γε, καὶ δεδιττομένους ἀνθρώπους, ἐς τὸν ἀλλήλων θάνατον ὁρμωμένους, καὶ στυγεροῦντας ἐπ' ἀλλήλων. ΣΟ. εἰ καιρὸς ἦν, ὦ Ἀνάχαρσι, Ὀλυμπίων, ἢ Ἰσθμίων, ἢ Πανα θηναίων, αὐτὸ ἂν σε ὃ γιγνόμενον ἐδίδαξεν, ὡς μάτην ἐσπουδάκαμεν ὅτι τοιοῦτοι. καὶ γὰρ οὕτω λέγων ἄν τις προσβιβάσειέ σε τῇ ἡδονῇ τῶν ἐνθάδε ὁρωμένων, ὡς εἰ καθεζόμενος αὐτὸς ἐν μέσοις τοῖς θεαταῖς, βλέπεις ἀρετὰς ἀνδρῶν, καὶ κάλλη σωμάτων, καὶ ὀξείας θαυμαστὰς, καὶ ἐμπειρίας δεινὰς, καὶ ἰσχὺν ἄμαχον, καὶ τόλμαν, καὶ φιλοτιμίαν, καὶ γνώμας ἀπτήτους, καὶ σπουδὴν ἄληκτον ὑπὲρ τῆς νίκης. ἐγὼ γὰρ δή οἶδα, ὡς οὐκ ἂν ἐπαύσω ἐπαινῶν, καὶ θαυμάζων, καὶ ἐπιρρώνυμι. ΑΝ. νὴ Δί', ὦ Σόλων, καὶ ἐπιγελῶν γε προσέτι, καὶ ἐπιχλευάζων. ἅπαντα γὰρ, ὁπόσα κατημελημένα ἐνθένδε, τὰς ἀρετὰς, καὶ τὰς ὀξείας, καὶ τὰ κάλλη, καὶ τόλμαν, ὁρῶ σοβαροῦ μεγάλου ἕνεκα προβαλλομένους ὑμῖν, οὔτε πατρίδος κινδυνευούσης, οὔτε χώρας πορθουμένης, οὔτε φίλων, ἢ οἰκείων προσὸν ἀμῦναι ἀπαγομένων. ὥστε τοσούτῳ γελοιότεροι δοκοῦσιν εἶναι, ἄρισοι λεγόμενοι, ὡς φῂς, ὄντες, μάτην δὲ τοσαῦτα πάσχοντες, καὶ ταλαιπωρούμενοι, καὶ αἱμώντες τὰ κάλλη καὶ τὰ μεγέθη, τῇ φλάμμᾳ, καὶ τοῖς ξυστοῖς, ὡς μήλου καὶ κοτίνου ἐγκρατεῖς γένοιντο, νικήσαντες. ἐνδὺ

A aut à ſuis aduerſariis compreſſo gutture præfocari. Hæc enim ſumma felicitas illorum præſtò eſt victoriæ. Sed enim apud nos Scythas ſi quis, Solon, vel vnum è ciuibus pulſauerit, aut obuiam factus è via detruſerit, aut veſtem diſciderit, graui mulcta in eum animaduertunt ſenes, tametſi hoc ipſum vel paucis præſẽtibus arbitris quiſpiam paſſus fuerit: taceo in tam numeroſis ſpectaculis, cuiuſmodi tu percenſes in Iſthmo celebrari, aut Olympia. Cæterùm athletarum mehercle vicem ex animo doleo, eorum nomine quæ ab illis ſufferenda ſunt. Spectatorum verò dementiam, quos tu ex omni-
B bus locis optimos quoſque ad ludos viſendos ais confluere, demiror magnopere, ſi negotiis neceſſariis poſthabitis, hiſce rebus vacare non vereantur. Nondum enim illud poſſum intelligere, quidnam oblectamenti, quid voluptatis denique hoc illis afferat, ſi videant homines cædi verberibus, atque decertantes tum humi proſterni, inque vicẽ à ſe mutuò conteri. SO. Si iam tempus eſſet Anacharſi aut Olympiorum aut Iſthmiorum aut Quinquatrium, ipſa res perfacilè docuiſſet quàm non fruſtra aut teme-
C re harum rerum ſtudioſi ſimus. Neque enim quiſpiam ita nudè percenſendo rerum quæ ibi geruntur, voluptatem illam tibi ita perſuaſerit, quaſi ipſe in mediis ſedens ſpectatoribus, virorum virtutes cerneres, & corporum excellentium formoſitates, & habiles admirandorum membrorum vigores, multáque præclara experientiæ documenta, & vim inexpugnabilem, & audaciam, & ambitioſam contentionem, & ſententias nullo modo vincibiles, atque indefatigatum pro conſequenda victoria ſtudium. Sat enim ſcio te iſta ſpectantem nullum finem facturum laudandi & exclamandi & applau-
D dendi. AN A. Et per Iouem, ô Solon, etiam ridendi & ſubſannandi. Siquidem hæc quæ enumeraſti, nempe virtutes, ac corporum habitudines & pulchritudines, & interritam audaciam, nullius magnæ rei gratia atque adeò nequicquam vobis perire video, cùm neque periclitetur patria, neque regio incendiis atque populationibus diuexetur, neque amici aut domeſtici ad iniuriam rapiantur. Itaque hoc magis mihi riſu digni videntur viri illi, vt tu ais, optimi, fruſtra tanta ſufferentes, talibúſq; difficultatibus conflictantes, & eas pulchritudines & heroicas corporũ proceritates ita turpiter arẽna atque tumentibus vulneribus fœdantes, vt parta victoria pomo aut pinu potiantur. Sem-

per verò mihi voluptati erit talium certaminum recordatio. Veruntamen dic mihi, omnibúsne athletis talia cedunt præmia? SOL. Nequaquam, sed vni ex omnibus, qui cæterorum victor extiterit. ANA. Ergo Solon pro tam obscura atque ancipiti victoria tam multi semet insanis conficiunt laboribus, præsertim nõ ignorantes vnum prorsus ex omnibus fore qui victor declarandus sit, reliquos autem vincendos, atque nequicquam verbera & vulnera miserè susceпturos? SO. Videris ô Anacharsi, Reipub. bene institutæ statum prorsus nihil intelligere. Neque enim alioqui nostræ gentis ritus atq; mores pulcherrimos in vituperationem ponneres. Nam si quãdo tibi curę erit nosse quomodo omnium optimè administranda sit Respu. tum qua ratione ciues in ea quamoptimi reddẽdi sint, laudabis haud dubiè & tu tunc illorum exercitia, neque non ambitionem cui in hisce gymnasiis dediti seruiũt. Scies quoque permultum fructus eos capere, qui his ipsis commixtus est laboribus, vtcunque nunc tibi inani studio operam dare videantur. ANA. Atqui ego, ô Solon, nullius rei gratia ex Scythia ad vos profectus sum, tantum emensus itineris, magno Euxino atque tempestuoso traiecto, quàm vt Græcorum leges perdiscerem, ac mores illorum præsens perscrutarer, tum vt optimã Reip. formã multo studio cognoscerem. Quapropter te mihi potissimùm ex omnibus Athenienſibus atque peregrinis amicum adiungendum curaui, posteaquam inaudissem & optimarum legum scriptorem, morúmque præstantissimorũ inuentorem te esse comperi, neque non vtilium institutorum interpretem, in sũma, totius Reip. formatorẽ. Itaque haudquaquam tu cupidior es me docendi, tuúmque discipulum faciendi, quàm ego sum auidus discendi, adeò vt tibi & incibatus & sitibundus assidens, quoadusque tu docendi laboribus par esse possis, dictis tuis inhians, audire te super Reipub. institutis & legibus differentem concupiscam. SO. Equidem omnia breuiter perstringere, ô amice, haudquaquam facile aut promptum est. Gradatim tamen ac pedetentim ingressus cognosces singula, cuiusmodi nobis de diis, aut parentibus, aut nuptiis, aut aliis visa atque constituta sint. Cæterùm quæ de iuuenibus decreuimus, tum quemadmodũ illis vtamur vbi iam primùm quod rectius est, sapere cœperint, & corpore maturiores facti,

A γὰρ μοι ἀεὶ μεμνῆσθαι τῶν ἄθλων, τοιούτων ὄντων. ἀπὰρ εἰπέ μοι, πότερα αὐτὰ λαμβάνουσιν οἱ ἀγωνισταί; ΣΟ. οὐδαμῶς, ἀλλὰ εἷς ἐξ ἁπάντων, ὁ κρατήσας αὐτῶν. ΑΝ. εἶτ', ὦ Σόλων, ὅτι τῷ ἀδήλῳ καὶ ἀμφιβόλῳ τῆς νίκης τοσοῦτοι πονοῦσι, καὶ ταῦτ' εἰδότες, ὅτι ὁ μὲν νικήσει, εἷς ἔσται πάντως, οἱ δὲ ἡττώμενοι, πάμπολλοι μᾶλλον ἆθλιοι πληγὰς, οἱ δὲ, καὶ τραύματα λαμβάνοντες; ΣΟ. ἔοικας, ὦ Ἀνάχαρσι, μηδέποτε εὐνομουμένης πολιτείας ὀρθῆς πεῖραν μηδὲν ἔχειν. οὐδὲ γὰρ ἂν τὰ κάλλιστα τῶν ἐθῶν ἐς φόβον ἐτίθεσο. ὧν δέ σοι μελήσει ποτὲ εἰδέναι ὅπως ἂν τὰ κάλλιστα οἰκιοῖτο πόλις, καὶ ὅπως ἀεὶ ἄριστοι γίνοιντο οἱ πολῖται αὐτῆς, ἐπαινέσῃ τότε καὶ τὰς ἀσκήσεις ταύτας, καὶ τὴν φιλοτιμίαν, ἣν φιλοτιμούμεθα περὶ αὐτάς, καὶ εἴσῃ ὅτι πολὺ ὄφελος ἔχοιτ' ἂν ἐκ παμπόνου γυμνασίου τοῖς πόνοις, εἰ καὶ νῦν μάτην ἀσυδαίζεσθαι δοκοῦσι. ΑΝΑ. καὶ μὴν, ὦ Σόλων, κατ' οὐδὲν ἄλλο ἀπὸ τῆς Σκυθίας ἦκον πρὸς ὑμᾶς τοσαύτην μὲν γῆν διοδεύσας, μέγαν δὲ τὸν Εὔξεινον, καὶ δυσχείμερον, περαιωθεὶς, ἢ ὅπως νόμους τε τοὺς Ἑλλήνων ἐκμάθοιμι, καὶ ἔθη πρὸς ὑμῶν κατανοήσαιμι, καὶ πολιτείαν τὴν ἀρίστην ἐκμελετήσαιμι. διὸ καί σε μάλιστα φίλον ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων, καὶ ξένον, προσκαλοῦμαι καὶ κλεός, ἐπειδὴ ἤκουον νόμων τε πάντων ξυγγραφέα εἶναί σε, καὶ ἐθῶν τῶν ἀρίστων εὑρετὴν, καὶ ἐπιτηδευμάτων ὠφελίμων εἰσηγητὴν, καὶ ὅλως, πολιτείας πάσης συναρμοστήν. ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις διδάσκων με, καὶ μανθάνοντα ποιούμενος, ὡς ἐγώ γε ἥδεως ἂν ἀσιτος σοι, καὶ ἄποτος παρακαθεζόμενος, ἐς ὅσον ἂν αὐτὸς διέλθοις λέγων, κεχηνὼς ἐπακούοιμι περὶ πολιτείας τινὸς καὶ νόμων διεξιόντος. ΣΟ. τὰ μὲν πάντα οὐ ῥᾴδιον, ὦ ἑταῖρε, διελθεῖν ἐν βραχεῖ· ἀλλὰ κατὰ μέρη ἐπιὼν, εἴσῃ ἕκαστα, οἷα μὲν περὶ θεῶν, οἷα δὲ περὶ γονέων, ἢ περὶ γάμων, ἢ τῶν ἄλλων δοκεῖ ἡμῖν. ἃ δὲ περὶ τῶν νέων γιγνώσκομεν, καὶ ὅπως αὐτοῖς χρώμεθα, ἐπειδὰν πρῶτον ἄρξωνται σωφρονεῖν τε τὸ βέλτιστον, καὶ τῷ σώματι ἀνδρίζεσθαι,

κὐφίσαλο τοὺς πόνους· ταῦτα ἤδη σοι διεξίμι, ὡς μάθοις ἅ τινος χάριν τοὺς ἀσκητὰς τούτους τοσοῦτοις ἐπιτείνομεν αὐτοῖς, καὶ διὰ ποῖον τὸ σῶμα κατατριβόμεθα. ἃ μόνον ἕνεκα τῶν ἀγώνων, ὅπως τὰ ἆθλα δυνάμενοι ἁρπάζεσθαι. ἐπ' ὀλίγα μὲν γὰρ ὀλίγοι πόνου ἐξ ἀπόντων χωροῦσιν, ἀλλὰ μεῖζόν τι ἁπάσῃ τῇ πόλει ἀγαθὸν ἐκ τούτου καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις τοσοῦτον περιγίνεται. κοινὸς γάρ τις ἀγὼν ἅπασι τοῖς ἀγαθοῖς πολίταις τοσοῦτος, καὶ στέφανος ἅπασι πίτυος, οὐδὲ κοτίνου, ἢ σελίνου, ἀλλ' ὃς ἂν αὐτῷ συλλαβὼν ἔχῃ τὴν αἰθερίων διδαιμονίαν· οἷς ἐλευθερίαν λέγω αὐτό τε ἕκαστον ἰδίᾳ, καὶ κοινῇ τῆς πατρίδος, καὶ πλοῦτον, καὶ δόξαν, καὶ ἑορτὰς πατρίων ἀπολαύσεις, καὶ οἰκείων σωτηρίαν· καὶ σωμάτων, τὰ κάλλιστα, ὧν αἴ τις δύναιτο γλυκάσθαι οἱ τῶνδε τὰ θεῶν. ταῦτα πάντα τῷ στεφάνῳ, ὃν φημι, συναναπέπλεκται, καὶ ἐκ τῶν ἀγώνων ἐκείνων προσλήγει. ἐφ' οἷς αἱ ἀσκήσεις αὗται, καὶ οἱ πόνοι ἄγουσιν. ΑΝ. εἶτα, ὦ θαυμάσιε Σόλων, τοιαῦτά μοι, καὶ τηλικαῦτα ἔχων ἆθλα διεξιέναι, μῆλα καὶ σίλινα δίκην, καὶ θαλλὸν ἐλαίας ἀγελαίας, καὶ πίτυν; ΣΟ. καὶ μάλα, ὦ Ἀνάχαρσι, οὐδὲ ἐκεῖνά σοι ἔτι δόξει μικρὰ εἶναι, ὁπότε ἃ λέγω καταμάθοις. ἀπό γάρ τοι τῆς αὐτῆς γνώμης γίνεται, καὶ μέρη πάντα ταῦτά ἐστι μικρὰ τοῦ μείζονος ἐκείνου ἀγῶνος, καὶ τοῦ στεφάνου, ὃν κατέλεξα τοῦ πανδαίμονος. ὁ δὲ λόγος, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐκφυγὰς τὴν τάξιν, ἐκείνων προτέρων ἐπεμνήσθη, τῶν Ἰσθμοῖ γινομένων, καὶ Ὀλυμπίασι, καὶ ἐν Νεμέᾳ. πάλιν ἀλλαχοῦ, (σχολὴ γὰρ ἄγομεν, καὶ σύ, ὡς φῄς, προθύμῃ ἀκούειν) ἀναδραμούμεθα ῥᾳδίως πρὸς τὸν λόγον, καὶ τὸν κοινὸν ἀγῶνα, δι' ὃν φημι πάντα ταῦτα ὑπομένεσθαι. ΑΝΑ. ἄμεινον, ὦ Σόλων, οὕτω· καθ' ὁδὸν γὰρ ἡμῖν ὁ λόγος μᾶλλον προχωρεῖ, καὶ τάχ' ἂν ἴσως ἀπὸ τούτων πεισθείη, μηδ' ἐκείνων ἔτι καταγελᾶν, εἴ τινα ἴδοι στεμματούμενον κοτίνῳ, ἢ σελίνῳ ἐστεφανωμένον. ἀλλ' εἰ δοκεῖ, ἐς τὸ σύσκιον ἐκβάντες ἀποκαθίσωμεν, καθίσωμεν ὑπὸ τῶν δένδρων, ὡς μὴ ἐνοχλοῖεν ἡμῖν ὑπερκεκραγότες τοῖς παλαίουσιν· ἄλλως τε (εἰρήσεται γάρ)

laborum patientes euaserint: hæc tibi in præsentia percensere mihi deliberatum est, vt intelligas cuius gratia hæc illis exercitia proponere soleamus, tum quamobrem assiduis laboribus eosdem corpora exercere cogamus. Non profectò certaminum saltem gratia, vt præmia queãt consequi (ad ea enim celebranda omnino perpauci illorum perueniunt) sed ob fructum longè maiorem, qui inde ad vniuersam manat Remp. & quo ipsi fruuntur consimiliter. Siquidem aliud quoddã commune omnibus bonis ciuibus certamen est propositum, & corona nõ pinea, aut oleagina, aut contexta ex apiis, sed quæ in se comprehensim vniuersam hominum felicitatem complectatur, nempe libertatem dico, quæ cuiusque priuatim est, & communiter patriæ: præterea diuitias, gloriam, honoris ac dignitatis gradus amplissimos, solennitatúmque patriæ fruitionem, rerum familiarium salutem: atque vt summatim dicam, pulcherrima quæque quæ à diis immortalibus quispiam assiduis votis sibi dari soleat expetere. Ex iis omnibus ea quam dixi corona concinnata est, eáque ex certamine paranda contingunt, ad quod hæc exercitia atque labores ducunt. ANA. At tu ô multis modis admirande Solon, cùm talia ac tanta mihi percensenda haberes præmia, poma atque apia commemoras, ac virentem syluestris oleæ ramum, & pinum? SO. Atqui ô Anacharsi, ne illa quidem tibi videbuntur modica, vbi quæ dicturus sum, intellexeris. Eodem enim consilio fiunt & illa, sũntque planè partes quædam exiguæ maioris illius certaminis atque coronæ per omnia felicis quam percensui. Nescio verò quo pacto oratio nostra confusa narrandi serie, ordine penitus præpostero, horum priùs cõmeminit quæ in Isthmo atque Olympiis & Nemea fieri consueuerunt. Veruntamen nos (sumus enim otiosi, & tu, vt ais, audiendi cupidus es) facilè ad principium recurremus, ac commune illud certamen cuius adminiculo omnia hæc parari cõfirmaui. ANA. Præstat equidem ita facere. Inter eundũ verò in longum nobis profluxit oratio. Et fortasse his citiùs iam persuadebor ne quem posthac ampliùs subsannẽ, quemcunque oleastro aut apio coronatũ grauiùs atque iactantiùs incedentem conspexero. Ac si videtur, sub illam opacam progressi consideamus, ne illi disceptantes sua vociferatione nos conturbent. Quin aliàs etiam Solis (quid enim dissimulem?)

sum impatiens, ita acuti & feruentis, & nudum caput infestantis. Etenim tiaram domi consultò mihi abstuli, ne solus hîc inter vos peregrino & insueto habitu obambularem. Et iam quoque anni tempus est quo sydus illud feruentissimum exoritur, quod vos Canẽ dicitis, omnia exurens, aërémque ariditate & calore infestum faciens, Sole circa meridiem supra caput assistente, & eiusmodi feruorem intolerabilem corporibus inducente. Itaque demiror quî fiat vt tu, cùm ætate sis planè confecta, non perinde vt ego sudore perfluas: neque prorsus à Sole infestari videris: neque vspiam locum vmbrosum exploras quem subires, sed æstum facilè & patienter toleras. S O. Inanes illi & superuacanei labores, ô Anacharsi, & assiduę in cœno volutationes subaërię, præterea in arena miseriæ, nobis hoc præstant, vt feruentis Solis radios facilè contemnamus: neque ampliùs egemus pileo, vt Solem à contingendo capite prohibeat. Itaque sub vmbram concedamus. Noli verò iis quæ dicturus sum, tanquam legibus mentem adhibere, vt per omnia fidem illis habeas, sed vbicunque aliquid parum rectè tibi dixisse videbor, statim illud contradicendo refelle, ac verba mea emendato. Etenim ab horum duorum alterutro me omnino haud aberraturum existimo: aut enim tibi constanter persuadebo, si non dissimulanter habueris quæ contradicenda sunt: aut ego deintegro discam quàm non rectè de his senserim atque statuerim: quo nomine vniuersa Athenienſium Respub. tibi prolixè aget gratias. Quantum me enim docueris, atque ad saniorem sententiam suadendo pertraxeris, illam maximis beneficiis tibi obstringes. Neque hoc eam celabo, sed statim in medium adferam, ac stans in senatu his verbis vniuersos cõpellabo: Ego quidem vobis, ô ciues Athenienses, leges conscripsi, quas ego Reipublicæ vtilissimas fore arbitrabar. At hic hospes (te ô Anacharsi digito cõmonstrato) tametsi oriundus est ex Scythia, vir tamen multa ornatus sapientia, aliter mihi persuasit, & disciplinis vitæque institutis longè melioribus imbuit. Itaque ob sua in Rempubl. merita, ciuitate donetur, ac æneam illi statuam apud reliquos huius vrbis proceres erigite apud Mineruam. Persuasissimum verò habe, ciues Athenienses sibi nequaquam dedecori fore existimaturos,

A οὐδὲ τὸν ἥλιον ἐπὶ ῥᾳδίως αἰεὶ φέρομαι, ὀξὺ καὶ φλογώδη ἐμπίπτοντα γυμνῇ τῇ κεφαλῇ. τὸν γὰρ πῖλόν μοι ἀφελὼν οἴκοθεν ἔδοξεν, ὡς μὴ μόνος ὢν ὑμῖν ξενίζοιμι τῷ σχήματι. ἡ δὲ ὥρα τοῦ ἔτους, ὅπερ ὁ πυρωδέστατός ἐστι τοῦ ἀστέρος (ὃν ὑμεῖς κύνα φατὲ) πάντα καταφλέγοντος, καὶ τὸν ἀέρα ξηρὸν καὶ διψαλέον ποιοῦντος, ὅτε ἥλιος κατὰ μεσημβρίαν ἤδη ὑφ' κεφαλῆς ὑπεστήκηκε, φλογμὸν τοῦτον ἀφόρητον ἐπάγων τοῖς σώμασιν. ὥστε καὶ συνθαυμάζω ὅπως γηραιὸς ἤδη αὐθέκαστος, οὔτε ἱδίεις πρὸς ὁδοιπόρος, ὡσπερ ἐγώ, ὅτι ὅλως B ἀνοχλουμένῳ ἔοικας, οὐδὲ περιβλέπεις σύσκιόν τι, ἔνθα ὑποδύσῃ, ἀλλὰ δίχα τοῦ ἡλίου διέρρως. Σ O. οἱ μάταιοι γὰρ οὗτοι πόνοι, ὦ Ἀνάχαρσι, καὶ αἱ συνεχεῖς ἐν τῷ πηλῷ κυβιστήσεις, καὶ αἱ ὑπαίθριοι ἐν τῇ ψάμμῳ ταλαιπωρίαι, τοῦτο ἡμῖν ὠφέλιμον παρέχονται πρὸς τὰς τοῦ ἡλίου βολάς. καὶ οὐκ ἐπὶ πίλου δεόμεθα, ὃς τὴν ἀκτῖνα κωλύσῃ καθικνεῖσθαι τῆς κεφαλῆς. ἀπιστοῦμαι δ' ὅμως καὶ ὅπως μὴ καθάπερ νόμους, προσέξεις οἷς δὴ λέγω πρὸς σέ, ὡς ἐξαπάντων τις εὖ ἀνδρῶν, ἀλλ' ἔνθα αὖ σοι μὴ ὀρθῶς τι λέγεσθαι δόξῃ, αὐτίκα λέγων βύθιος, τὴν διαβολὴν τῶν λόγων. δυοῖν γὰρ θατέρου πάντως οὐκ ἂν ἁμάρτοιμι, ἢ σὲ βεβαίως πεισθῆναι ἐκ τέχνης ὅπόσα οἷός δυπλεκτέα εἶναι, ἢ ἐμὲ διδαχθῆναι ὡς οὐκ ὀρθῶς γιγνώσκω περὶ αὐτῶν. καὶ ἐν τούτῳ πᾶσα ἂν σοι ἡ πόλις ἡ Ἀθηναίων, οὐκ ἂν φθάνοι χάριν ὁμολογοῦσα. ὅσῳ γὰρ δυδιδάσκῃς, καὶ μεταπείσῃς πρὸς τὸ βέλτιον, ἐκείνῳ τὰ μέγιστα ἔσῃ ὠφελημώς. οὐδὲν γὰρ αὖ ἀποκρυφαίμην αὐτῶν, ἀλλ' βύθιος εἰς τὸ μέσον καθεδοῦμαι φέρων, καὶ καταστὰς ἐν τῇ πυκνὶ, ἐρῶ πρὸς ἅπαντας, Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐγὼ μὲν ὑμῖν ἔγραψα τοὺς νόμους, οἵους ἂν ὠήμην ὠφελιμωτάτους ἔσεσθαι τῇ πόλει· ὁ δὲ ξένος οὑτοσὶ (δείξας σε ὦ Ἀνάχαρσι) Σκύθης μέν ἐστι· σοφὸς δὲ ὤν, μετεπαίδευσέ με, καὶ ἄλλα βελτίω μαθήματα καὶ ὑπετυπώσατο ἐδίδαξεν. ὥστε εὐεργέτης ὑμῶν ὁ ἀνὴρ ἀναγεγράφθω, καὶ χαλκοῦν αὐτὸν ἀναστήσατε παρὰ τοὺς ἐπωνύμους ἐν πόλει πρὸς τῇ Ἀθηνᾷ, καὶ εὖ ἴσθι ὡς οὐκ ἀχαρίστου ἡ Ἀθηναίων πόλις,

πρὸς

παρὰ βαρβάρου καὶ ξένου τὰ συμφέροντα ἐκμανθάνοντες. ΑΝ. τοῦτο ἐκεῖνο ἦν ἄρα, ὃ ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς ἤκουον τῶν Ἀθηναίων, ὡς εἶπε εἴρωνες ἐν τοῖς λόγοις. ἐπεὶ πόθεν αὖ ἐγὼ νομὰς, καὶ πλανήτης ἄνθρωπος, ἐφ' ἁμάξης βεβιωκώς, ἄλλοτε ἀλλίων γλῶ ἀμείβων, πόλιν δὲ οὔτε οἰκήσας πώποτε, οὔτε ἄλλοτε ἢ νῦν ἐωρακώς, πρὸς πολιτείας διεξίοιμι, ἢ διδάσκοιμι αὐτόχθονας ἄνδρας, πόλιν ταύτην ἀρχαιοτάτην τοσούτοις ἤδη χρόνοις ἐν εὐνομίᾳ κατῳκηκότας; καὶ μάλιστα σὲ, ὦ Σόλων, ᾧ τοῦτο, ὡς φασὶν, ἐξ ἀρχῆς καὶ μάθημα ἐγένετο, σπεύσαι ὅπως ἂν ἄριστα πόλις οἰκοῖτο, καὶ οἷς ποι νόμοις χρωμένη, εὐδαιμονήσοι. πλὴν ἀλλά σε τοῦτο ὡς νομοθέτην πειστέον σοι· καὶ ἀντερῶ σοὶ τι μοι δοκῇ μὴ ὀρθῶς λέγεσθαι, ὡς βεβαιότερον μάθοιμι. καὶ ἴσθι γὰρ ἤδη σκιφυγόντες τὸν ἥλιον, ἐν τῷ σκιερῷ ἐσμέν· καὶ καθέδρα μάλα ἡδεῖα, καὶ βῆμεθος, ὅποι ψυχρὸν τοῦ λίθου. λέγε οὖν τὸν λόγον ἐξ ἀρχῆς, καθάπερ τοῖς νέοις παιδαγωγοῦντες, ἐκ παίδων ὠθοῦς ὅτι πονηστε, καὶ ὅπως ὑμῖν ἄριστοι ἀνδρες ἀποβαίνοιεν ἐκ τῆς πλοῦ, καὶ τῶν ἀσκημάτων τούτων, καὶ τί ἡ κόνις, καὶ τὰ κυβιστήματα, σκωπτόμενος ἐρετικὰ αὐλῖς. τοῦτο γὰρ δὴ μάλιστα ἐξ ἀρχῆς ὠθοῦς ἐπόθουν ἀκοῦσαι· τὰ δ' ἄλλα εἰς ὕστερον διδάξῃ με καθ' ἡμέραν ἕκαστον ἐν τῷ μέρει. ἐκεῖνο μόνον, ὦ Σόλων, μέμνησό μοι καὶ τὴν ῥῆσιν, ὅτι πρὸς ἄνδρα βάρβαρον ἐρεῖς. λέγω δ', ὡς μὴ πρὸς πλέκῃς, μηδὲ ἀποκνήσῃς τοὺς λόγους. δέδοικα γὰρ μὴ ὑπολαμβάνωμεν τῶν πρώτων, εἰ τὰ μὴ τοῦτα πολλὰ ὑπορρέῃ. ΣΟ. σὺ τοῦτο, ὦ Ἀνάχαρσι, βουλεύσῃ ἄμεινον, ἔνθα αὖ σοι δοκεῖ μὴ πρόσω γάρ ὁ λόγος ἔσῃ), ἢ πόρρω ποι ἀποπλανᾶσθαι εἰκῇ ῥέων. ἐρήσῃ γὰρ μεταξύ ὅ, τι ἂν ἐθέλῃς, καὶ διακόψῃς αὐτὸν ὁπόταν· ἐὰν μόνον μὴ ὀξαγώνια, μηδὲ πόρρω τοῦ σκοποῦ τὰ λεγόμενα ᾖ, κωλύσει οὐδέν, οἶμαι, εἰ καὶ μακρὰ λέγοιτο. ἐπεὶ καὶ τῇ βουλῇ ἐξ Ἀρείου πάγου, ἢ περ τὰς φονικὰς ἡμῖν δίκας δικάζει, πάτριον οὕτω ποιεῖν. ὁπότε γὰρ ἀπελθοῦσα εἰς τὸν πάγον συνκαθέζηται φόνου, ἢ τραύματος ἐκ προνοίας,

A ab homine peregrino atq; barbaro ea petdiscere, quæ sunt ex vsu Reip. ANA. Hoc equidē erat quod ego de vobis Atheniensibus inaudierā, quòd in omnibus ferè sermonibus nasuti essetis illusores. Vnde enim ego homo agrestis & erro, qui omnē ætatē meam in plaustris degens contriui, subinde solū pro solo mutans, quíq; nunquam in vlla ciuitate habitaui, neque vnquam vllam nisi nunc primùm vidi, de administranda Rep. verba facerem, atque adeò docerem homines indigenas hanc vrbē clarissimam optimis legibus fundatā tātis temporibus incolentes? cum primis verò te, ô Solon? cui hoc, vt perhibent,
B statim sub initium studio ac curæ fuit, nosse quibus procurationibus Resp. quā optimè administraretur, tum quarum legum præscripto vtens, quàm florentissima atque felicissima redderetur. Veruntamen & in hoc tibi vt legumlatori mos gerendus est. Itaque tibi contradicam si qua mihi parum scitè aut rectè proponere videberis, tantùm in hoc, vt cūcta perdiscam certiùs. Et vide vt iam euitato sole simus in vmbra, neque desunt sedes percommodæ & amœnæ in hoc frigido lapide. Dic igitur orationem exorsus ab
C initio, quamobrem statim à pueris iuuenes exerceatis laboribus. Tum quemadmodum vobis viri optimi ex cœno illo & eiusmodi euadant exercitationibus. Insuper quid ad virtutem consequendam illis præstet adminiculi puluis, & istæ in cœno volutationes: hoc enim vel omniū cupientissimè statim sub initium audire desiderabam. Reliqua verò in posterum me docebis, singula suo tempore. Hoc autem inter dicendum fac Solon cogites, ad virum barbarum te verba facturum. Dico autem ne de industria orationem nectendo obscures, neque impendiò producas. Vereor enim ne prima mihi excidant, si nimiùm multa per
D te adducta fuerint. SOL. Tu quidem hoc, ô Anacharsi, longè meliùs constitues, vbicunque parum perspicua tibi videbitur oratio, aut alicubi prorsus à vero aberrare temere fluendo: licebit enim hanc tibi interrogando quotiescunque libitum fuerit, interpellare, eiúsque prolixitatem decurtare. Quanquam vbi non prorsus ab instituto aliena, aut à scopo in totum abhorrentia dicuntur, nihil vetat orationem paulo longiùs progredi: quoniam & senatui Areopagitico, cui rerum capitaliū iudicia cognoscēda sunt, à maioribus vsque accepto more ita factitare solēne est. Ingressi enim in Areopagū cōsidunt, cędis aut vulneris ex destinato inflicti,

aut incendij cauſſam cognituri: deinde vtrique iure contendentium dicendi copia permittitur. Dicunt verò alternis vicibus, & qui litem intendit, & qui reus eſt, aut ipſi per ſe, aut rhetorum ſibi conducunt operam, quibus cauſſa orãda eſt. Illi ergo quamdiu ea quæ ad rem attinent, dixerint, perferuntur à Senatu auſcultante cum ſilentio. Cæterùm ſi quis meditato procœmio orationem exorſus fuerit, vt iudicum animos aliqua beneuolentia ſibi propenſiores faciat, aut miſerationem, aut præcipuam aliquam orationis vim atque potentiam cauſſæ adduxerit, qualia permulta rhetorum filij machinantur, vt hiſce verborum præſtigiis iudicum præſtringant oculos: progreſſus actutum præco illi indicit ſilentium, non permittens rhetori ad Senatum nugandi libertatem, ac verbis cauſſæ inuoluendæ poteſtatẽ, quominus Areopagitę ea quæ facta ſunt, nudè queãt perſpicere. Itaque & te ô Anacharſi in præſens quidem Areopagitam conſtituo, ac iuxta ſenatus legem à me conditam auſculta, méque ſilentio indicto cõpeſce vbi extra cauſſam inutiliter rhetoricantem ſenſeris. Quamdiu verò ea quæ ad cauſſam attinent, dicentur, licebit orationem extendere. Neque enim ampliùs ſole ſub ardenti colloquimur, vt magnopere dolendum ſit ſi in longũ producta fuerit oratio. Sed & vmbra planè denſa eſt, & nos in præſentia otium agimus. A N A. Perbenigna ſunt iſta quæ dicis, ô Solon. Atque ego ob hæc magnam tibi habeo gratiam, quòd hac orationis tuæ digreſſiuncula etiam ea quæ in Areopago fieri conſueuerunt, mihi humaniter expoſueris, admiranda profectò, ac bonorum ſenatorum opera, veritati ſuffragantium. Iam igitur de illis diſſere, ac ego Areopagita (hunc enim me eſſe voluiſti) pro more iudicum veſtrorum tibi dicenti dabo operam. S O. Proinde paucis tibi antè audiendum eſt, quam nos de ciuitate ac ciuibus opinionem obtineamus. Siquidem nos ciuitatem non ædificia illa eſſe exiſtimamus, cuiuſmodi ſunt muri, delubra, & alia, ſed hæc tanquam corpus quoddam firmum eſſe atque immobile ad receptum & ſecuritatem hominum vrbem incolentium. Omnem verò vim atq; auctoritatem in ciuibus ſitam eſſe arbitramur. Hos enim eſſe qui cuncta implent, ſingula ordinant, omnia perficiunt atque cuſtodiunt, quali in nobis ſingulis gubernãdis officio anima fungitur. Hoc ergo intelligẽtes, ſanè ſedulam curam habemus ciuitatis corpus non negligendi, exornãtes illud,

A ἢ πυρκαϊᾶς δικάσοντες, ἀποδίδο) λόγος ἑκατέρῳ τῶν κρινομένων· καὶ λέγουσιν οἱ μὲν αὐτῶν, ὁ μὲν διώκων, ὁ δὲ φεύγων, ἢ αὐτοὶ, ἢ ῥήτορας παραβιβάζονται τοὺς ἐρωμένους ὑπὲρ αὐτῶν. οἱ δὲ, ἐς τ' αὖ μὴν τοὺς τοιούτους λέγουσιν, ἀνέχεται ἡ βουλὴ, καθ' ἡσυχίαν ἀκούουσα· ἕως δέ τις ἢ φθέγμασιν εἴπῃ τοῦ τὸν λόγον, ὡς βίαιόν τι ἀφῃρέθησαν αὐτοὺς, ἢ οἶκτον, ἢ δείνωσιν ἐξώθησεν ἐπάγοι τῷ πράγματι (οἷα πολλὰ ῥητόρων παῖδες ὅπως τοῖς δικασταῖς μηχανῶνται) προελθὼν ὁ κῆρυξ καταστέλλει τοὺς θορύβους, οὐκ ἐῶν λῆρον τοῦτον τῇ βουλῇ, καὶ

B παρεστήκειν τὸ πρᾶγμα τοῖς λόγοις, ὡς γυμνὰ τὰ γεγυμνωμένα οἱ Ἀρεοπαγῖται βλέποιεν. ὥστε ἢ σὲ, ὦ Ἀνάχαρσι, Ἀρεοπαγίτην τὸν τοῦ παρόντος ποιούμενος ἔγωγε, καὶ κατὰ τὸν τῆς βουλῆς μου νόμον, ἄκουε, καὶ σιωπᾶν κέλευε, ἕως ἂν ἅπαν καταῤῥητορευθῇ μοι. ἄμεινον δὲ οἰκεῖα τοῦ πράγματος λέγηται, ἐξέστω ἀπομηκύνειν. οὐδὲ γὰρ ὑφ' ἥλιον ἐπὶ ποιούμεθα τὸν συνουσίαν, ὡς ἄν τις ἐπιτείνοιτο ῥῆσις· ἀλλ' ἥ τε σκιὰ πυκνὴ, καὶ ἡμεῖς σχολὴν

C ἄγομεν. A N. διγνώμονά σου τοῦτο, ὦ Σόλων, καὶ ἔγωγε ἤδη χάριν σοι μικρὰν οἶδα σοι ὅπῃ τοῦτο, ὅτι παρέργου τοῦ λόγου, καὶ τοῦ Ἀρείου πάγου μνημόνια ἐδιδάξω με, θαυμάσια ὡς ἀληθῶς, καὶ ἀγαθῶν βουλευμάτων ἔργα, τοῖς ἀληθῶς οἰσύντων τὸν ζῆφον. ὅπῃ τοῦτο οὖν ἤδη λέγε, καὶ ὁ Ἀρεοπαγίτης ἐγὼ, (τοῦτο γὰρ ἔθος μοι) καὶ ἐμὸν τὸ βουλῆς ἀκούσομαί σου. Σ Ο. οὕτω δῆτα βραχέων προακουσαι χρή σε, ἃ περὶ πόλεως καὶ πολιτῶν

D ἡμῖν δοκεῖ. πόλιν γὰρ ἡμεῖς οὐ τὰ οἰκοδομήματα ἡγούμεθα εἶναι, οὔτε τεῖχη, καὶ ἱερὰ, καὶ νεωσοίκους, ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὥσπερ σῶμά τι ἑδραῖον, καὶ ἀκίνητον ὑπάρχειν ἐς ὑποδοχὴν καὶ ἀσφάλειαν τῶν πολιτευομένων, τὸ δὲ πᾶν χῶρος, ἐν τοῖς πολίταις τιθέμεθα. τούτους γὰρ τοὺς ἀναπληροῦντας, καὶ διατάττοντας, καὶ ὑπιτελοῦντας ἕκαστα, καὶ φυλάττοντας οἷόν τι ἐν ἡμῖν ἑκάστῳ ἐστὶν ἡ ψυχή. ὅτῳ δὴ τοίνυν καταμονὴ ἔσται, ὑπιμελούμεθα μὲν, ὡς ὁρᾷς, καὶ τῆς σωματώδους τῆς πόλεως, καταχωσμοῦντες αὐτὸ,

ὡς κάλλιστον ἡμῖν εἴη, ἔνδοθέν τε οἰκοδομήμασι κατεσκευασμένον, καὶ ταῖς ἔκτοθεν ἁπάσαις τειχοδομίαις, εἰς ὃ ἀσφαλέστατον περιφραγμένον. μάλιστα δὲ καὶ ὀξέως πάντος τοῦτο προσοδοῦμεν, ὅπως οἱ πολῖται ἀγαθοὶ μὲν τὰς ψυχάς, ἰσχυροὶ δὲ τὰ σώματα γίγνοιντο. τοὺς γὰρ τοιούτους, σφίσι τε αὐτοῖς καλῶς χρήσεσθαι ἐν εἰρήνῃ συμπολιτευομένους, καὶ ἐν πολέμου σώσειν τὴν πόλιν, καὶ ἐλευθέραν καὶ εὐδαίμονα διαφυλάξειν. τὴν μὲν δὴ πρώτην ἀναθρέψειν αὐτοῖς, μητράσι, καὶ πτηναῖς, καὶ παιδαγωγοῖς ὁπόσης ἐπομεν ἐπὶ παιδείας ἐλευθερίοις ἄγειν τε καὶ τρέφειν αὐτούς. ἐπειδὰν δὲ σωφρονεῖν ἤδη γίγνωνται τὴν καλῶς ἐχόντων, καὶ αἰδῶς, καὶ ἐρύθημα, καὶ φόβος, καὶ ὁπόσα θυμία τῶν ἀρίστων ἀναφύηται αὐτοῖς, καὶ αὐτὰ ἤδη τὰ σώματα ἀξιόχρεα δοκῇ πρὸς πόνους, παλαιότερα γιγνόμενα, καὶ πρὸς ὃ ἰσχυότερον σωφρονιστήριον, τηνικαῦτα ἤδη παραλαβόντες αὐτοὺς διδάσκομεν, ἄλλα μὲν τῆς ψυχῆς μαθήματα καὶ γυμνάσια προτιθέντες, ἄλλως δὲ πρὸς πόνους καὶ τὰ σώματα ἐθίζοντες. ἃ γὰρ ἱκανὸν ἡμῖν ἔδοξε ὃ μόνον φωνὰς ὡς ἔφυ ἕκαστος, ἤτοι κιθαρίζειν ὃ σῶμα, ἢ κιθαρίζειν τὴν ψυχήν, ἀλλὰ καὶ παιδεύσεως, καὶ μαθημάτων ἐπ' αὐτοῖς δεόμεθα, ἀφ' ὧν τά τε φύσεως διαφυλάγματα, βελτίω προσπολύ γίγνοιντο ἄν, καὶ τὰ φαύλως ἔχοντα μετακοσμοῖντο πρὸς τὸ βέλτιον. καὶ ὃ προσδήλωμα ἡμῖν πρός τῶν γεωργῶν, οἱ τὰ φυτὰ, μέχρι μὲν πρόσγεια καὶ νήπια ὄντα, σκέπουσι, καὶ προφράττουσιν, ὡς μὴ βλάπτοιντο ὑπὸ τῶν πνευμάτων· ἐπειδὰν δὲ ἤδη παχύνηται ὃ ἔρνος, τηνικαῦτα προϊτέμνουσί τε τὰ περιττὰ, καὶ παραδιδόντες αὐτὰ τοῖς αἰθέμοις δονεῖν καὶ διαπαλύειν, καρπιμώτερα ἐξεργάζονται. τὴν μὲν τοίνυν ψυχὴν, μουσικῇ ὃ πρῶτον καὶ ἀριθμητικῇ ἀναρριπίζομεν, καὶ γράμματα γράφασθαι, καὶ τρώσας αὐτὰ ὑπολέξασθαι διδάσκομεν· προϊόντα δὲ ἤδη, σοφῶν ἀνδρῶν γνώμας, καὶ ἔργα πραγμάτων καὶ λόγους ὠφελίμους ἐν μέτροις καταθέσθαι κοσμήσαντες, ὡς μᾶλλον μνημονεύοιεν, ῥαψῳδοῦμεν αὐτοῖς. οἱ δ', ἐὰν ἀκούοντες ἀρετάς τινας, καὶ πρᾶξις ἀοιδίμους, ὀρέγωνται κατὰ μικρὸν, καὶ πρὸς μίμησιν ἐπεγείρωνται, ὡς καὶ αὐτοὶ ᾄδοιντο, καὶ θαυμάζοιντο ὑπὸ τῶν ὕστερον·

A vt quàm maximè niteat, cùm intus visendis ædificiis adornatum, tum externè munitis & firmissimis propugnaculis circumseptum. Cum primis verò omnem curam impendimus vt ciues & mente boni, & corpore efficiantur validi. Tales enim ipsi sibi prodesse in pace possunt, vnà Rempubl. administrantes, neque non in bello ciuitatis libertatem atque salutem seruare atque propugnare. Primam itaque illorum educationem matribus atque nutricibus & pædagogis formandam permittimus, vt disciplinis liberalibus eosdem imbuant atque educent. Cæterùm vbi iam honestatem per
B ætatem sapere cœperint, ac vnà cum illis verecundia & pudor & metus, neque non rerum præstantissimarum concupiscentia enata fuerit, ipsaque corpora laboris patientia visa sunt, membrorum robore solidiora facta, ac iustis viribus consistentia: tunc iam illos assumptos docemus, aliis quidem animi disciplinis propositis, aliter etiam erga labores perferendos ipsorum corpora assuefacientes. Neque enim satis esse existimamus tantùm natos esse, vt quisque natus est, quantum ad corpus & animum excolen-
C dum attinet, sed præceptionibus etiam & disciplinis ad eos rectè instituēdos nobis opus est. Hac enim sedulitate & iuuenum industria alitur atque augetur, animi verò & corporis vitia emendantur. Huius rei exemplum ab agricolis sumimus, qui quamdiu plantæ adhuc sunt humiles & teneræ, eas contegunt atque fulciunt, ne venti violentia accepto detrimento perfringantur: vbi verò iam iustũ robur collegerint, tunc inutiles & superfluos ramos amputant, eásque ventorum arbitrio mouendas atque agitandas permittentes, fructuosiores efficiunt. Itaque
D mentem iuuenum primùm Musica atque Arithmetica excolimus, ac literarum formas pingere, easdémque excellenter pronunciare docemus. Deinde ætatis progressu adultioribus sapientum virorũ sentẽtias, res olim fortiter gestas à maioribus, tum orationes quoque vtiles versibus exornatas, quò tenaciùs atque fideliùs memoria teneant, illorũ auribus frequẽter occinimus. Illi autem auditis fortium virorum virtutibus, & rebus memorabilibus, paulatim ista desiderare occipiunt, ac demum ad imitationem accenduntur, vt & ipsi celebrẽtur, & in cœlum ferantur à natu iunioribus pòst futuris:

cuiuſmodi multa nobis ab Heſiodo atq; Homero luculentiſſimè perſcripta ſunt. Porrò autem vbi ad Reip. procurationẽ ſe iam contulerint, illiſque publica officia obeunda ſunt. Sed hæc fortaſſe à præſenti inſtituto diſcrepant: neq; enim quibus rationibus illorum mentem excolere ſoleamus, ſub initium dicere decretum erat, ſed quamobrem hiſce laboribus eoſdem exercere dignum arbitraremur, explicare fuit in animo. Itaque mihi ipſi ſilentium iniungo, non expectato præcone, neque te Areopagita, qui, vt ego ſuſpicor, ductus reuerẽtia tanta extra cauſſam nugantem me pertuliſti. ANA. Dic mihi, Solon, cuius rei gratia Senatui viſũ eſt nulla pœna afficiendos eſſe res maximè neceſſarias non dicentes, ſed ſilentio prætereuntes? SO. Cur hoc ex me quæſiſti? nondum enim intelligo. ANA. Quoniam rebus omnium pulcherrimis, & mihi auditu iucundiſſimis pręteritis, nempe quibus exornatur animus: exercitia non perinde neceſſaria, & labores corporum percenſere cogitas. SO. Memor ſum eorum, ô generoſe, quę initiò præfatus ſum, ac orationem temere ab inſtituto aberrare nolui, ne citra ordinem effluendo, tuã confunderet memoriam. Veruntamen & hæc quàm potero pauciſſimis perſtringam: ſiquidem harum rerum accuratior diſputatio propriam orationem videtur requirere. Proinde illorum mentes ſaluberrimis opinionibus imbuimus atque formamus, communes leges exactè perdocentes, quæ in publico magnis deſcriptæ literis, omnibus legendæ proponuntur, quæ fugienda, quæque facienda ſunt, imperantes. Tum quòd integerrimorum virorum conuictu vtendum ſit, apud quos ea quæ decent, perdiſcunt: tum iuſta facere, tum ex æquo inter ſe verſari in Repub. neque vllam rem turpem peruersè appetere, ſed rerum honeſtarum tangi deſiderio: nihil autem alteri per iniuriam facere. Illi autem de quibus dixi ſapientibus, Sophiſtæ atque Philoſophi apud nos appellantur. Præterea ipſos quoque in theatrum collectim perductos erudimus, in publico comœdiarum ac tragœdiarum ſcenicis actionibus priſcorum virorum virtutes atque vitia ſpectantes, vt ab his auerſi, feruenti ſtudio ad illas complectendas contendant. Liberam quoque prauos ciues dicteriis inceſſendi atque inuadendi facultatem poëtis Comicis permittimus, quoſcunque turpia atque flagitioſa & Reipubl. dignitate indigna exercentes intellexerint.

Sophiſtæ & Philoſophi.

A οἷα πολλὰ Ἡσίοδός τε ἡμῖν, καὶ Ὅμηρος ἐποίησεν. ἐπειδὴ δὲ πλησιάσωσι τοῖς τῶν πολιτείαν, ἃ δεῖ αὐτοῖς ἤδη μεταχειρίζεσθαι τὰ κοινά. καίτοι ἔξω τοῦ ἀγῶνος ἴσως ταῦτα· ἃ γὰρ ὅπως τὰς ψυχὰς αὐτῶν διεσκεδάμεν, ἐξ ἀρχῆς προὔκειτο εἰπεῖν, ἀλλὰ δόξει τοῖς τοιούτοις πόνοις καταγυμνάζειν αὐτοὺς ἀξιοῦμεν· ὥστε αὐτὸς ἐμαυτῷ σιωπᾶν προστάττω, καὶ σεμείνας τὸν κήρυκα, οὐδὲ τὸν Ἀρεοπαγίτην αἰδοῦς, οἵμην, αἰσχύνη λεγοῦσαν ἤδη τοσοῦτον ἔξω τοῦ πράγματος. AN. εἰπέ μοι, ὦ Σόλων. τοῖς δὲ δὴ τοὺς τὰ ἀναγκαῖα

B πάντα μὴ λέγοντας ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ἀλλὰ ἀποσιωπῶντας, οὐδὲν τῇ βουλῇ προσήκειν ὀφλισκάνειν; ΣΟ. τί τοῦτο ἤρου με; οὐδέπω γὰρ δῆλον. AN. ὅτι τὰ κάλλιστα, καὶ ἐμοὶ ἀκοῦσαι ἥδιστα πρεῖς τὰ περὶ τῆς ψυχῆς, τὰ ἥττον ἀναγκαῖα λέγειν δόξαντες, γυμνάσια, καὶ δόξαν πονήσεις τῶν σωμάτων. ΣΟ. μέμνημαι γὰρ, ὦ γενναῖε, τῶν ἀπ' ἀρχῆς προρρήσεων, καὶ ἀποπλανᾶν οὐ βουλόμενος τὸν λόγον, μή σου διαταράξῃ τὸ μνήμιον ὑπερρέων. πλὴν ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἐρῶ δόξαν βραχέων, ὡς οἷόν

C τε. ὁ γὰρ ἀκριβὴς τῆς περὶ αὐτῶν διαφορέως, ἑτέρου δὴ εἴη λόγου. ῥυθμίζομεν οὖν τὰς γνώμας αὐτῶν, νόμοις τε τοῖς κοινοῖς ἐκδιδάσκοντες· οἱ δημόσια πᾶσι προκείμενα ἀναγινώσκειν μεγάλοις γράμμασιν ἅμα διαγεγραμμένοι, κελεύοντες ἅττε χρὴ ποιεῖν, καὶ ὧν ἀπέχεσθαι, καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν συνουσίαις, παρ' ὧν λέγειν τὰ δέοντα, ἐκμανθάνοιεν, καὶ πράττειν τὰ δίκαια, καὶ ἐκ τοῦ ἴσου ἀλλήλοις συμπολιτεύεσθαι, καὶ μὴ ἐφίεσθαι τῶν αἰσχρῶν, καὶ ὀρέγεσθαι τῶν καλῶν· δίαιον γὰρ μηδὲν ποιεῖν. οἱ δὲ ἀνδρες ὅτοι, σοφισταί, καὶ φιλόσοφοι τοῖς ἡμῶν ὀνομάζονται. καὶ μήτοι καὶ

D ἐς θέαν σὺν ἀγῶνες αὐτοῖς δημόσια παρασκευάζομεν ἐπὶ κωμῳδίαις, καὶ τραγῳδίαις, ἀρετάς τε ἀνδρῶν παλαιῶν, καὶ κακίας θεωμένους, ὡς τῶν μὲν ἀπεστέποντο, ἐπ' ἐκεῖνα δὲ σπεύδοιεν. τοῖς δέ γε κωμῳδοῖς, καὶ ἀποσκώπτειν καὶ λοιδορεῖσθαι ἐφίεμεν, ἐς τοὺς πολίτας, οὓς ἂν αἰσχρὰ καὶ ἀνάξια τῆς πόλεως ἐπιτηδεύοντας αἰσθωνται, αὐτῶν τε ἐκείνων χάριν.

ἀμείνους γὰρ ὧν νῦν γίγνονται ὀνήσιζόμενοι, καὶ τῶν πολλῶν ὡς φεύξοιεν τὸ ὀπίσω τοῖς ὁμοίοις ἐλέγχου. ΑΝ. εἶδον, ὦ Σόλων, οὓς φὴς, τοὺς τραγῳδούς, καὶ κωμῳδούς, εἴγε σκῆνοί εἰσιν· ὑποδήματα μὲν βαρέα, καὶ ὑψηλά· ὑποδεδεμένοι, χρυσᾶς δὲ ταινίας τινὰ ἐσθῆτα περιποικιλμένοι, κρόκην δὲ ὀπισχείμενοι παιγέλοια, κεχηνότα παμμέγεθες, αὐλοὶ δὲ ἔνδοθεν μεγάλα τε ἐκεκράγεσαν, καὶ διέβαινον οὐκ οἶδ' ὅπως ἀσφαλῶς ἐν τοῖς ὑποδήμασι. Διονύσῳ δέ, οἶμαι, τότε ἡ πόλις ἑώρταζεν. οἱ δὲ κωμῳδοὶ, βραχύτεροι μὲν ἐκείνων, καὶ πεζοὶ καὶ ἀνθρωπινώτεροι, καὶ ἧττον ἐβόων, κρόκην δὲ πολὺ γελοιότερα, καὶ ὁ θέατρος γοερῶ ἅπαν ἐγέλα ἐπ' αὐτοῖς. ἐκείνων δὲ τῶν ὑψηλῶν, σκυθρωποὶ ἅπαντες ἦκουον, οἰκτιζόμενοι, οἶμαι, αὐτοὺς, πέδας τηλικαύτας ὑπισυρομένους. ΣΟ. οὐκ ἐκείνους, ὦ γαθὲ, ᾠκτιζον, ἀλλὰ ποιητὴς ἴσως ἀρχαίαν τινὰ συμφορὰν ἐπεδείκνυτο τοῖς θεαταῖς, καὶ ῥήσεις οἰκτρὰς ἐπαγῳδὰ τοῖς θεάτροις, ὑφ' ὧν ἐς δάκρυα κατεσπῶντο οἱ ἀκροώμενοι. εἰκὸς δέ σε καὶ αὐλοῦντας ἐωρακέναι τινὰς τότε, καὶ ἄλλους συρᾴδοντας, ἐν κύκλῳ συνεστῶτας. ἀλλ' αὐτά, ὦ Ἀνάχαρσι, ἀχρεῖα ἄσματα καὶ αὐλήματα. τούτοις δ' οὖν ἅπασι, καὶ τοῖς τοιούτοις τὰς ψυχὰς ἐκθηλύνουσι, ἀμείνους ἡμῖν γίγνονται. τὰ δὲ δὴ σώματα, ὅσῳ μάλιστα ἐπόψει ἀκροᾶσαι, ὧδε καταγυμνάζομεν, ἀποδύσαντες αὐτά, ὡς ἔφην, οὐκέτι ἀπαλὰ καὶ τέλεον ἀσυμπαγῆ ὄντα, πρῶτον μὲν ἐθίζειν ἀξιοῦμεν πρὸς τὸν ἀέρα, συνοικειοῦντες αὐτὰ ταῖς ὥραις ἑκάστοις, ὡς μήτε θάλπος δυσχεραίνειν, μήτε πρὸς κρύους ἀπαγορεύειν· ἔπειτα δὲ, χρίομεν ἐλαίῳ, καὶ καταμαλάττομεν, ὡς εὐτονώτερα γίγνοιντο. ἄτοπον γὰρ, εἰ τὰ μὲν σκύτη νομίζομεν ὑπὸ τοῦ ἐλαίου μαλακώτερα, δυσρηγέστερα, καὶ πολλῷ δυσρηκέστερα γίγνεσθαι, νεκρά τε ἤδη ὄντα· ὃ δ' ἔτι ζωῆς μετέχον σῶμα μὴ οὐ ἀμείνονι ἡγοίμεθα ὑπὸ τοῦ ἐλαίου δυσπαθήσειν. τοιγαροῦν ποικίλα τὰ γυμνάσια ὑπονοήσαντες, καὶ διδασκάλοις ἑκάστων ὑπισχνησάμενοι, τὸν μὲν πυκτεύειν, τὸν δὲ, παγκρατιάζειν διδάσκομεν, ὡς τοὺς τε πόνους καρτερεῖν ἐθίζοιντο, καὶ ὁμοῦ χωρεῖν ταῖς πληγαῖς, μηδὲ ἀποτρέποιντο δεδιότες τὸ τραυμάτιον.

Horum enim opera malè audientes, meliores euadunt, vt posthac vulgi reprehensionem ob paria facinora effugiant. ANA. Noui quos dicas, ô Solon, Tragicos, & Comicos, si illi sunt latis & altis subnixi calceamentis, aureis autem tęniis per vestem variegati, laruis verò induti planè ridiculis, & magnum hiantibus. Verùm ipsi intus intenso clamore vociferabantur, incedebántque nescio quomodo securè talibus induti calceamentis. Et nisi fallor, tunc ciuitas celebrabat Dionysia. Porrò Comici cæteris erant humiliores & pedestres, laruas tamen habebant multo etiam magis ridiculas, quos vniuersum theatrum risu prosequebatur. Sed enim alios altiores nemo non tristi atque contracta fronte audiebat, eorúmque, vt opinor, omnes commiserabantur, tantas pedicas pertrahentium. SO. Non illorum, ô bone, miserti sunt, sed poëta fortasse priscam aliquam & miserandam calamitatem in scenam adduxit visendam spectatoribus, orationésque miserationis plenas audiente theatro tragica actione habuit, quibus in luctum atque lacrymas auditores pertracti sunt. Verisimile autem est & tibicinas te vidisse, tum alios canentes in medio theatri constitutos. Iam neque hanc canendi rationem & vsum tibiarum inutilem esse censemus, verùm iis omnibus atque eiusmodi mentem acuentes, meliores nobis reddimus. Cæterùm corpora, quod omnium maximè audire desideras, ad hunc modum exercemus: exutis (vt initiò dixi) vestimentis, primùm illa ad aërem assuefacimus, non ampliùs tenera & imbecilla existentia, omnibus eadem temporibus accommodantes, vt neque feruentem Solis æstú grauiter ferant, neque rursum algoris sint impatientia. Deinde ea ipsa oleo pervngimus atque emollimus, vt habiliora firmioráque reddantur. Siquidem absurdum est si coria oleo emollita atque peruncta, ruptioni minùs obnoxia, ac diutiùs duratura existimamus, quæ iam sunt emortua: corpus autem adhuc vita animatum, nequaquam meliùs fore vsu olei opinaremur. Mox variis excogitatis exercitiis, ac singulorum magistris constitutis, hunc quidem pugillatu, alterum verò pancratio decertare docemus, vt laboribus tolerandis assuefiãt, paritérque ictuum declinandorum periti cuadant, neq; metu auersẽtur vulnera.

Tragicorum & comicorum differẽtia.

Cæterùm hæc exercitatio duas maximas vtilitates apportat iuuenibus: nam & animosos eos reddit ad subeunda pericula, corporibus non parcentes, præterea vt prospera vtantur valetudine, sintque per omnia robusti, & laborum patientes. Quotquot autem illorum deiecto in terram vultu luctantur, & secure procidere, & promptè exurgere eadem discunt opera, vt & propellere, & tenaciter amplecti, & loco mouere, & præfocare, & in altum sustollere possint aduersarium. Quæ sanè non sunt inutilia habenda exercitia, sed vnum illud atque adeò maximum statim initiò sibi præparant: etenim firmiora fiunt & robustiora corpora, quæ talibus exercentur laboribus. Alterum verò neque ipsum modicum est: ex hoc enim consequuntur peritiam, si quando in necessitatem adducti fuerint talium disciplinarum in armis. Quippe in confesso est, quòd & hostem talis complexus, citiùs supplantatum prosternet, & prolapsus ipse quàm facillimè nosset exurgere. Hæc enim omnia ô Anacharsi ad verum illud certamen quod in armis peragitur, referre solemus: planéque in eam opinionem descendimus, vt certò putemus, longè melioribus nos vsuros ita exercitatis, posteaquam primùm illorum nuda corpora emollita, atque exercitata & robustiora reddidimus, neque minùs leuia & habilia, eadémque aduersariis grauia effecerimus. Intelligis enim, nisi fallor, cuiusmodi illi armati futuri sint, qui nudo saltem corpore terrorem hostibus incutiunt, neque immodicam ostendentes corpulentiam, & segnem & candidam, aut nimiam quoq; corporis macritudinem pallore deformatam, qualia ferè sunt mulierum corpora sub vmbra marcescentia, trepidantia, ac illico multo sudore perfluentia, neque non sub galea anhelantia, maximè verò si quando (vt nunc) sol sub meridiem æstu supra modum calente feruerit. Cui enim rei quispiam vteretur sitientibus & puluerem ferre nequeuntibus, quíque saltem viso sanguine statim exanimantur, ac antè moriuntur, quàm intra teli iactũ, atque ad manus cum hostibus ventum fuerit? Sed enim nostri iuuenes partim rubore partim nigredine temperãter sub Sole colorati, vultu planè masculo, multum vigoris atque caloris & virilitatis præ se ferentes, neque nimiùm sunt obesi, neque rursus nimiùm tenues & aridi,

A τῦτο δὲ ἡμῖν δύο τὰ ὠφελιμώτατα ἐξεργάζεται· τὸ αὐτοῖς, θυμοειδεῖς τε καὶ ἀφόβους ἐς τοὺς κινδύνους, καὶ τὴν σωμάτων ἀφειδεῖν, καὶ προσέτι, ἐρρῶσθαι, καὶ καρτερεῖν ἔτι. ὅσοι δὲ αὖ πρὸς κάτω στυγνὸν βλέποντες παλαίουσι, καταπίπτειν τε ἀσφαλῶς μανθάνουσι, καὶ δύεσθαι θᾴδίως, καὶ ὠθισμὸν, καὶ περιπλοκὰς, καὶ λυγισμοὺς, καὶ ἄγχεσθαι δυνάσθαι, καὶ ἐς ὕψος ἀναβαστάσαι τὸν ἀντίπαλον· οὐκ ἀλγεῖν δὲ οὗτοι οὐκ μελετῶντες, ἀλλὰ ἓν μόνον τὸ προῆγον καὶ μέγιστον ἀναμφιβόλως κτώμενοι. δυσπαθέστερα γὰρ,

B καὶ καρτερώτερα τὰ σώματα γίγνονται αὐτοῖς ἀλγηπονούμενα. ἕτερον δὲ, οὐδὲ αὐτὸ μικρὸν. ἐμπειρίαν γὰρ δι' ὧν τούτου κάθηνται, εἴ ποτε ἀφίκοιντο εἰς χρείαν τῆς μαθημάτων τούτων ἐν ὅπλοις. δῆλον γὰρ ὅτι καὶ πολεμίῳ ἀνδρὶ ὁ τοιοῦτος συμπλακεὶς, καταῤῥίψαι τε ῥᾷστον ἐπισπελίσας, καὶ καταπεσὼν, εἴσεται ὡς ῥᾷστα ἐξαίφνης ἀναστῆναι. πάντα γὰρ ταῦτα, ὦ Ἀνάχαρσι, ἐπ' ἐκεῖνον τὸν ἀγῶνα ποιούμεθα τὸν ἐν τοῖς ὅπλοις, καὶ

C ἡγούμεθα πολὺ ἀμείνοσι χρήσασθαι τοῖς ἤδη ἀσκηθεῖσιν, ἐπειδὴ πρότερον αὐτῆς γυμνὰ τὰ σώματα καταμαλάξαντες, καὶ ἀλγηπονήσαντες, ἐῤῥωμενέστερα καὶ ἀλυπώτερα ἐξεργασόμεθα, καὶ κοῦφα, ἐς δύπονα, καὶ τὰ αὐτὰ βαρέα τοῖς ἀνταγωνισταῖς. ἔννοεῖς γὰρ, οἶμαι, ὃ μὴ τῦτο, οἵους εἰκὸς σοὶ ὁπλίτας ἔσεσθαι τοὺς γυμνοὺς αὖ φόβου τοῖς δυσμενέσιν ἐμποιήσοντας, καὶ πολυθρίξους ἀρχὴν, ἐς λεπτὸν, καὶ ἀθριξίαν μὴ ὠχρότητος ὑποδηλοῦντας, οἷα γυναικῶν σώματα ὑπὸ σκιᾷ μεμαρασμένα, τρέμοντα, ἱδρῶτί

D τε ὑγρὸν πολλῷ ῥεόμενα, καὶ ἀναθυμιῶντα ὑπὸ τῆς κεφαλῆς, καὶ μάλιστα ἐὰν καὶ ὁ ἥλιος ὥσπερ νῦν ὑπὲρ μεσημβρινὸν ὑπιφλέγῃ. οἷς τί ἂν τις χρήσαιτο διῳῶσι, καὶ τὸν κονιορτὸν οὐκ ἀνεχομένοις, καὶ εἰ αἷμα ἴδοιεν ὑγρὸν ταραττομένοις, καὶ πρὸ παθήσεως, πρὶν ἐντὸς βέλους γενέσθαι, καὶ εἰς χεῖρας ἐλθεῖν τοῖς πολεμίοις; οὗτοι δὲ ἡμῖν ἑτέρου θεσμὸς μελαίνεσθαι ὑπὸ τῆς ἡλίου κεχρωσμένοι, καὶ ἀῤῥενωποὶ, πολὺ δ' ἔμψυχον, καὶ θερμὸν, καὶ ἀνδρώδες ὑπιφαίνοντες, τοσαύτης εὐεξίας ἀπολαύοντες, οὔτε ῥικνοὶ, καὶ κατεσκληκότες,

οὔτε πάνυ πληθεῖς ἐς βάρος, ἀλλὰ ἐς τὸ σύμ- A neque nimio pondere prægrandes, verùm iusto corporis modo formati, cũ inutilem tum superfluam carnium molem & abundantiam sudore absumunt: illud autem quod robur præstat & vigorem, citra mali admixtionẽ conseruant. Quod enim ij qui ventilando purgant triticum, faciunt, illud nobis præstant gymnasia in corporibus, paleas ac spicas inanes flatu propellentia, purum autem fructum separantia & accumulantia. Quocirca iuuenes nostros firma prosperitate valetudinis vti, ac quamdiutissimè in laboribus perdurare necesse est. Quinetiam talis serò sudare incipit, & raro admodum morbis affectus decumbit: quemadmodum si quis ignem allatum in triticum eiúsque stipulas & paleas iniceret (rursus enim ad ventilantem regredior) dicto citiùs, vt opinor, conflagrarent stipulæ, at verò triticum modicè, neque flamma admodum magna exurgente, neque vno impetu, sed sensim atque modicè suffumigans, tempore tandem & ipsum incensum absumeretur. Ita neque morbus, neque defatigatio tale corpus corripiẽs, facilè arguerit, neque superare potuerit. Etenim ab internis probè præparatum, nec malè munitũ est: externa quoq; valde firmiter aduersus illa circũsepta sunt, quominus vis morbi aut lassitudinis ad interna penetrare queat, tum neque æstum, neque algorem suscipere aliquo detrimento corporis. Ad perdurandum autem in laboribus, multus calor intus influens, veluti multo exercitio antè præparatus, atque in vsum necessarium repositus, præstat tolerantiam, illico membra vigore irrigans, eáque cumplurimũ nulla lassitudine vincibilia exhibet. Multorum enim & variorum laborum præmissa exercitatio, nequaquam vires absumit, sed multis incrementis augere solet: dúmque subinde refouentur, fiunt etiam maiores. Præterea in curriculo quoquo iuuenes nostros exercemus, & vt longo alicui spatio cursu transmittendo sufficiant, assuefacimus: vtque in breui quàm celerrimi sint, corporis leuitate vti quampromptissimè docemus. Neque verò cursus in loco plano aut solido conficitur, sed in profunda arena, vbi nulla firmitate planta figi potest aut sustentari, neque suffulciri promptum est, cedentibus subinde ad singulos passus pedibus. Fossam quoque transilire, si necessitas exigat, docemus, aut aliud quoddã impedimẽtum,

πρὸς πλείω δὲ βάρη ἐπιτηδείους, ἀλλὰ πρὸς τὸ σύμμετρον πεπλασμένους, τὸ μὲν ἄχρηστον τῆς ἕξεως, καὶ περιττὸν, τοῖς ἱδρῶσιν ἐξαναλώκασι· τὸ δὲ ἰσχυρὸν καὶ τόνον παρέχον, ἀμιγὲς τοῦ φαύλου πεπιλεγμένον, ἐρρωμένους φυλάττουσι. ὥσπερ γὰρ οἱ λικμῶντες τὸν πυρὸν, τοῦτο ἡμῖν καὶ τὰ γυμνάσια ἐργάζεται ἐν τοῖς σώμασι, τὸ μὲν ἄχρηστον, καὶ τοὺς ἀγέρας, ἀποφυσῶντα, καθαρὸν δὲ τὸν καρπὸν διυχρινοῦντα, καὶ περισωρεύοντα, καὶ διὰ τοῦτο ὑγιαίνειν τε διάξειν, καὶ ὀψιμήκεις διαρκεῖν ἐν τοῖς καμάτοις. ὀφέ τε δὴ ἰλιγγιᾷ τοιοῦτος ἄρξαιτο, καὶ ὀλιγάκις αὖ ἀσθενῶν φανείη· ὥσπερ αὖ, εἴ πῦρ τις φέρων, ἅμα ἐμβάλοι ἐς πυρὸν αὐτὸν, καὶ ἐς τὸ καλάμινον αὐτὸν, καὶ ἐς τὸ ἄχυρον (αὖθις γὰρ ὅτι τὸν λικμῶντα ἐπόψομαι) θᾶττον αὖ, οἶμαι, τὸ καλάμινον διαφλεγείη· ὁ δὲ πυρὸς κατ' ὀλίγον, οὔτε φλογὸς μεγάλης ἀναζωπυρήσας, οὔτε ὑπὸ μιᾷ τῇ ὁρμῇ, ἀλλὰ καὶ μικρὸν ὑποτυφόμενος, χρόνῳ ὕστερον καὶ αὐτὸς διὰ καπνοῦ εἴη. οὔτε οὖν σὲ νόσος, οὐδὲ κάματος ἐς τοιοῦτο σῶμα ἐμπεσόντα, ῥᾳδίως ἐλέγξειεν ἄν, οὐδ' ὑπερφυσήσειεν θύμῳρος. τὰ ἔνδοθεν γὰρ διὰ προπαρασκευάζεται αὐτῷ, καὶ τὰ ἔξω μάλα καρτερῶς πέφρακται πρὸς αὐτά, ὡς μὴ παριέναι ἐς τὸ εἴσω, μηδὲ προσδέχεσθαι μήτε ἥλιον αὐτὸν, μήτε κρύος ὅτι λύμῃ τὸ σῶμα. πρός τε τὸ ἀναδιδοῦν ἐν τοῖς πόνοις, πολὺ τὸ θερμὸν τὸ ἔνδοθεν ὑπορρέον, ἅτε ἐκ πολλοῦ προπαρεσκευασμένον, καὶ ἐς τὴν αἰσθησίαν χρείαν ἀποκείμενον, ἀποπληροῖ δύσις ἐπιοῦσα τῇ ἀκμῇ, τὰ ἀκαμάτους ὑπιπλῆσον πρέχεται. τὸ γὰρ πονῆσαι πολλάκις, καὶ καμεῖν, οὐκ ἀπαλοῦσι τῆς ἰσχύος, ἀλλ' ὑπάδουσιν ἐργάζεται. καὶ ἀπαρτιζομένη, πλείων γίγνεται. καὶ μὴν καὶ δρομικοὺς τοὺς εἰ) ἀσκοῦμεν αὐτοὺς ἐς μῆκός τε διαρκεῖν ἐθίζοντες, καὶ ἐς τὸ ἐν βραχεῖ ὠκύπαιον ὑπερφυίζοντες. καὶ ὁ δρόμος οὐ πρὸς τὸ στερρὸν, καὶ ἀνύπτιον, ἀλλὰ ἐν ψάμμῳ βαθείᾳ, ἔνθα οὔτε βεβαίως ἀνθρῶσαι πρὸς βάσιν, οὔτε ὑπερεῖξαι ῥᾴδιον, ὑποσυρομένου πρὸς τὸ ὑπαῖον τῆς ποδός. ἀλλὰ καὶ ὑπάλλεσθαι πάρεστιν εἰ δέοι, ἢ εἴ τι ἄλλο ἐμποδὼν,

Iaculatio. Qua in re exercẽtur, grãdia plumbi pondera habentes in manibus. Deinde haſta quoque in longum proiicienda decertãt. Vidiſti verò & alium quendam globum iacentem in gymnaſio æneum atque teretem, in parui ſcuti figuram formatum, neque lorum neque balteum habentem. At illum quoque periculi faciendi gratia manu ſuſtollebas iacentem in medio, videbatúrque tibi grauis,& propter lęuitatem cõprehenſu difficilis. Itaque illum ſurſum manu extortum iaculantur in aërem,ínque longum,contendentes quínã ex illis eundẽ quamlongiſſimè iactu promouerit, ac omnium aliorum metas exceſſerit. Quæ res & humeros illorum firmiores reddit,& brachia nõ mediocriter corroborat. Cæterùm quamobrem & arena & lutum illis luctantibus ſubſternatur, quæ initiò perquam ridicula tibi viſa ſunt,nunc audi ô admirande. Primùm quidem ne in duro caſus illis contingat, ſed in loco molliore citra periculum proſtrati corruant. Deinde multa lubrica effugia accidere in cœno ſudantibus neceſſe eſt, quã rem tu anguillis cõferebas, ſed quæ non ſunt inutilia habẽda aut ridicula. Nã & hęc plurimum ad robur & membrorũ firmitatem conſolidandã conferũt, quando ad hunc modũ luctando alter alterum fortiter apprehendere coguntur, tametſi crebrò elabãtur è manibus. Tenere enim perunctum oleo, & ſudore perfluẽtem,excidere conãtem, & è manibus effluere laborantẽ,ne tibi res videatur eſſe modica,aut nullius momẽti. Et hæc omnia, vt à me antè prædictum eſt,in bello quoque nõ parum præſtant vtilitatis exercẽtibus,ſi aut amicus vulnere ſaucius ſine negotio ſublatus ex acie efferẽdus eſſet,aut hoſtis cõprehenſus ſublimis rapiẽdus. Eam ob rẽ penè immodicè eos exercemus difficilioribus propoſitis, vt hoc faciliùs minora queãt perpeti. Rurſus arenã planè diuerſa ratione vtilem eſſe cenſemus, ne dum cõplexibus implicantur, labantur. Poſteaquam enim in cœno multo exercitio didicerunt compeſcere aduerſarium quominus elabatur è manibus propter corporis lubricam comprehenſionem,etiam ipſi comprehenſi effugiendi rationem multa aſſuetudine familiarem ſibi faciunt, præſertim cùm tenentur medij. Quin ſudorem largiter ſemet effundentem arena quoque mihi videtur comprimere dum aſpergitur: vtque vis corporis par ſit laboribus,efficere: éſtque ventis obſtaculo quominus lædantur corpora, in tenera atque denudata

Diſcus.

In arena & cœno luctæ.

Arena vtilis & cõmoda.

καὶ τοὺς τοῦτο ἀσκοῦντας ἡμῖν ἔτι, καὶ μολυβδίνας χεροπλήθεις ἐν ταῖν χεροῖν ἔχοντες. εἶτα τὸν ἀκοντίου βολὴν ἐς μῆκος ἀμιλλῶνται. εἶδες δὲ καὶ ἄλλό τι ἐν τῷ γυμνασίῳ χαλκοῦν, τροχοειδὲς, ἀσπίδι μικρᾷ ἐοικὸς ὄχανον οὐκ ἔχουσι, οὐδὲ τελαμῶνας. καὶ ἐπειρᾶσθης γε αὐτοῦ, χειμένου ἐν τῷ μέσῳ, καὶ ἐδόκει σοι βαρὺ, καὶ δύσληπτον ὑπὸ λειότητος. ἐκεῖνο τοίνυν αὖ τε ἀναρριπτοῦσιν εἰς τὸν ἀέρα καὶ ἐς ὃ πόρρω, φιλοτιμούμενοι, ὅστις ὑπερμήκιστον ἐξέλθοι, καὶ τοὺς ἄλλους ὑπερβάλοιτο. καὶ ὁ πόνος οὗτος, ὤμους τε αὐτοῖς καὶ πῆχυς, καὶ τόνον τοῖς ἄκροις ἐντίθησιν. ὁ πηλὸς δὲ, καὶ ἡ κόνις, ἄσμοι σοι γελοιότερα ἐξ ἀρχῆς ἔδοξεν, ἄκουσον, ὦ θαυμάσιε, ὅτου ἕνεκα ὑποβέβληται. πρῶτον μὲν, ὡς μὴ ὅτι ὃ κρατηθὲν ἢ πτῶσις ἀδίκως γίγνοιτο, ἀλλ' ὅτι ὃ παλαισθὲν ἀσφαλῶς πίπτοιεν. ἔπειτα, καὶ τὸν ὄλισθον αἰσάγκη πλείω γίγνεσθαι, ἱδρωόντων ἐν τῷ πηλῷ, ὃ σὺ ταῖς ἐγχέλυσιν εἰκάζες, οὐκ ἀχρεῖον, οὐδὲ γελοῖον ὑπάρχει καὶ τοῦτο ἐς ἰσχνὸν καὶ πόνον οὐκ ὀλίγα συντελοῦν, ἐπὸτὸν οὕτως ἐχόντων, ἀλλήλων αἰσχρῶν ἐγκρατὴς αὐτὸν λαμβάνεσθαι, καὶ συνέχειν δύναιντο. αἴρεσθαί τε ἐν πηλῷ ἱδρωκότα μετ' ἐλαίου ἐκπεσεῖν, καὶ δυσφορώτερα τῶν χρῶν ποιοῦντα, μὴ μικρὸν εἶναι νομίζω. καὶ ταῦτα πάντα, ὥσπερ ἔφην ἐμπροσθεν, ἐς τοὺς πολέμους καὶ χρήσιμα, εἰ δέοι φίλον τραυματίαν, ῥᾳδίως ἀράμενον ὑπεξενεγκεῖν, ἢ καὶ πολέμιον συναρπάσαντα, ἥκειν μετέωρον κομίζοντα. καὶ δὴ καὶ ὅτε ἐς ὑπερβολὴν ἀσκοῖμεν, τὰ χαλεπώτερα προτιθέντες, ὡς τὰ μικρότερα μακρῷ δυκολώτερον φέροιεν. τὴν μέντοι κόνιν, δοκεῖ ἀνάγκη εἶναι, ὡς μὴ δύναιντο συμπλεκόμενοι. ἐπειδὰν γὰρ ἐν τῷ πηλῷ ἀσκηθῶσι συνέχειν ὃ δι' ἀδράσιον ὑπὸ γλισχρότητος, ἐλίζονται καὶ ἐκφεύγειν αὖθις ληφθέντες ἐκ τῶν χρῶν καὶ ταῦτα, ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενοι. καὶ μὴν καὶ τὸ ἱδρῶτα συνέχειν δοκεῖ ἡ κόνις, ἀθρόον ἐκχεόμενον ὅτι παχυμερὲς, καὶ ὅτι πολὺ δύσρυφον ποιεῖ τὴν δυσαμυν, ἐν χύλυμα γίνεσθαι μὴ ὀλισθαίνεσθαι ὑπὸ τῶν ἀνέμων, ἀραιοῖς τόλε, καὶ ἀνειμένοις τοῖς σώμασιν

ἐμπιπόντων. ἄλλως τε, καὶ τὸν ῥύπον ἀπο- A
μᾷ, καὶ σιλπνότερον ποιῇ τὸν ἄνδρα. κἀγὼ
γοῦν ἡδέως ἂν ἀπομαξησάμενος πλησίον τῶν τε
λευκῶν τινα ἐκείνων, καὶ ἐπὶ σκιᾶς διατρι-
βόντων, καὶ ὃν ἂν ἕλῃ τῶν ἐν τῷ Λυκείῳ γυ-
μναζομένων, ἀπὸ πλοίου τινὸς χύδην, καὶ τὸν
πλοῦν, ἐρήμου ἂν σε ποτέρᾳ ἂν ὅμοιος δύ-
ξαιμι γενέσθαι. οἶδα γὰρ ὡς αὐτίκα ἕλοιο ἂν
ὑπ' ἀφθονίας τροφῆς, εἰ καὶ μὴ ὅπως τῶν
ἔργων πειρασθείης ἑκατέρου σπουδῇ, καὶ
συνεκπονήσοις ἄν μᾶλλον, ἢ ἁβρύνεσθαι,
καὶ διαῤῥεῖν, καὶ λευκὸν εἶναι ἀπορίᾳ καὶ φυγῇ
εἰς τὰ ἔσω τοῦ αἵματος. ταῦτ' ἔστιν, ὦ Ἀνά- B
χαρσι, ἃ τοῖς νέοις ἡμεῖς ἀσκοῦμεν, οἰόμενοι
φύλακας ἡμῖν τῆς πόλεως ἀγαθοὺς γενέσθαι,
καὶ ἐλευθερίας διώσεσθαι δι' αὐτοὺς κρατοῦν-
τες μὲν τῶν διεμπόλων εἰ ὁπόσοιεν, φοβεροὶ δὲ
τοῖς περιοίκοις ὄντες, ὡς μὴ τολμᾶν τε, καὶ
ὑποτελεῖν ἡμῖν τοὺς πλείους αὐτῶν. ἐν εἰρή-
νῃ τε αὖ πολὺ ἀμείνους αὐτοῖς χρώμεθα, πει-
θομένοις τῷ δικαίων φιλοτιμουμένοις, μηδὲ
ὑπ' ἀργίας ἐς ὕβριν τρεπομένοις, μηδὲ πε-
ρὶ τὰ τοιαῦτα διατρίβουσι, καὶ ἀσχόλοις οὖσιν ἐν
αὐτοῖς. ἃ ὅπερ ἔφην τὸ κοινὸν ἀγαθὸν, καὶ τὴν C
ἄκραν πόλεως εὐδαιμονίαν, τοῦτ' ἔστι λέγειν,
ὁπότε εἰς τε εἰρήνην, καὶ ἐς πόλεμον τὰ ἄρι-
στα παρεσκευασμένη φαίνοιτο ἡ νεότης, περὶ
τὰ κάλλιστα ἡμῖν σπουδάζουσα. ΑΝ. ὁρᾶ-
τε, ὦ Σόλων, ὡς ποτε ἡμῖν ὁπόσιοι οἱ πολέ-
μιοι χρισάμενοι τῷ ἐλαίῳ, καὶ κονισάμενοι,
ἥκετε καὶ αὐτοὶ, πύξ ταῖς χερσὶν ἐπ' αὐτοὺς
παρεσκευασμένοι· κἀκεῖνοι δηλαδὴ ὑποπτή-
ξαντες ὑμᾶς, καὶ φοβηθέντες, μὴ σφίσι
κεχηνόσι, πάντα τὸν χάμμον ἐς τὸ στόμα, ἢ
παρεμπηδήσαντες, ὡς κατ' ἀκοπίαν ληφθῆτε, πα- D
πλέξαντε αὐτοῖς τὰ σκέλη παρὰ τὸν μηρὸν,
καὶ διαλάξαντε, ὑπὸ τὸ κρᾶνος ὑποβαλόντες
τὸν πῆχυν. καὶ, νὴ Δί', οἱ μὲν, ἐξ ὑψόσεσι δηλο-
νότι, καὶ ἀκροπίδσιν, ὑμῶν ὤν, ὥσπερ ἀνδριάντων,
ἂν καθίξεται τὰ βέλη, κεχρωσμένων πρὸς τὸν
ἥλιον, καὶ πολὺ τὸ αἷμα πεποιεσμένων. οὐ γὰρ
καλήμιν καὶ ἀθέρες ὑμεῖς ἐστε, ὡς τάχιστα ἐν-
διδόναι πρὸς τὰς πληγὰς, ἀλλὰ ὀφέ ποτε
αὖ, καὶ μόλις καταπεμπόμενοι βαθέσι τοῖς βαύ-
μασιν, αἷμα ὀλίγον ὑποδείξητε. τοιαῦτα γὰρ
φῂς, εἰ μὴ πάνυ προήκουσα ἡ παιδείγμα-

incumbentibus. Alioqui ſordes quo que corporis arena eluit, ac hominem longè candẽtiorem reddit. Et ego equidẽ perlibenter vnum ex albis illis cuius conuerſatio ſemper ſub vmbra fuit, & quemcũque tu ex his qui ſemet in Lyceo exercent, eligeres, huc ſiſterem, ac cœno & puluere ablutis, te interrogarem, vtrinã potiùs ſimilis eſſe optares. Satis certò compertum habeo, te primo ſtatim aſpectu electurum, tametſi neutrius vitæ periculum feceris, alteri potiùs eſſe ſimilẽ, quàm deliciis frangi atque diffluere, ac album eſſe præ ſanguinis inopia ad præcordia cõfugientis. Hęc ſunt ferè, ô Anacharſi, quibus iuuentutem noſtram exercere ſolemus, exiſtimãtes eandem hiſce gymnaſiis optimã fore cuſtodẽ Reip. & cuius opera in libertate nos victuros ſperamus, ſemper de hoſtibus, quicunq; nos adoriuntur, victoriam reportantes: terribiles verò finitimis exiſtentes, adeò vt illorum plurimi & potentiam noſtram pertimeſcant, ac nobis tributum pendere ſoleant. Porrò autem in pace longè melioribus illis vtimur, de nulla re turpi ac flagitioſa contendentibus, neque ob inertiam ad mutuò inferendam iniuriam ſe conuertentibus, ſed circa iſta verſantibus, ínque his ipſis exercitiis occupatis exiſtentibus. Et quod commune bonum dixi, ſummámque ciuitatis felicitatẽ, ea eſt, quoties & ad pacis artes & belli ſcientiam quàm optimè atque diligentiſſimè iuuentus præparata fuerit, ſtudiis ac rebus pulcherrimis feruenti ſedulitate impendens operam. A N A. Proinde, Solon, hoſtibus vobis ingruentibus, oleo peruncti, & oppleti puluere, in bellum progredimini, nempe pugilatu inſtructi aduerſus armatos. Et illi videlicet pertimeſcunt vos ac fugiunt, metuentes ne ipſis hiantibus arenam in os ſpargatis, aut fortè poſt tergum reſilientes illorum crura apprehendatis, eoſdémque præfocetis iniecto circa collum cubito. Ac per Iouem illi petent vos arcubus, & iaculabuntur ſpiculis: at vos quemadmodum ſtatuas, telorum acies non penetrabunt: quippe ad Solis feruorem denigratos, ac multo ſanguine abundãtes. Neque enim vos eſtis aut ſpicæ aut ſtipulæ, vt quamprimum plagis ſuccumbatis, ſed admodum ſerò, ac vix profundis confecti vulneribus, modico ſanguine commonſtrato. Talia enim ſunt quæ dixti, niſi exemplum à te adductum planè obaudierim.

aut fortaſſe Comicorum & Tragœdorum potiùs armaturam aſſumetis, & ſi iuſſu ſenatus in aciem vobis exeundum fuerit, galeas illas hiantes capiti imponetis, vt hoc magis terrori ſitis aduerſariis, laruis ac terriculamentis anilibus eos exanimantes. Præterea calceos quoque peraltos illos pedibus accommodabitis, qui ſi fugiendum vobis eſſet, leues ſunt: rurſus ſi alios inſectati fueritis, hoſtibus erunt ineffugibiles, tanta mole vobis aduerſus illos irruentibus. At vide potiùs ne iſta veſtra arguta ſedulitas nugæ ſint, & ludicra puerilia, & inertium iuuenum ignauiæque deditorum exercitia. Si verò vobis in animo eſt prorſus eſſe liberis, & per omnia felicibus, aliis vobis opus erit gymnaſiis, & vero in armis exercitio: neque cum aliquo alternis certaminibus iuuenes vobis componendi ſunt, ſed aduerſus hoſtes depugnandum erit certo cum periculo virtutem exercentibus. Quapropter relictis puluere atque oleo, docete illos arcu contendere, & haſta vti: neque illis leuia dabitis iacula, quæ venti flatu feruntur, ſed ſit haſta grauis, quæ cum turbine atque ſibilo extorqueatur: præterea lapis prægrandis, & gladius, & ſcutum ſiniſtræ inſertum, & thorax, & galea. Nam ſicut in præſens inſtructi eſtis, dei cuiuſpiam benignitate mihi ſeruati eſſe videmini quominus nondum periiſtis à perpaucis ſaltem leuis armaturæ militibus irruentibus. Ecce enim ſi ſtricto ſaltem gladio quo ſuccinctus ſum, ſolus in iuuenes veſtros omnes irruerem, actutum vnà cum clamore gymnaſiùm haud dubiè caperem, illis paſſim diffugientibus, ac nullo contrà ferrum aſpicere audente, verùm poſt ſtatuas aut columnas conſiſtentes riſum mihi exhiberent, lacrymantes atque trepidãtes permulti. Tunc verò videres illos non ampliùs rubeſcentes corpore, cuiuſmodi nunc ſunt in præſentia, ſed omnes illico expalleſcentes, tranſcoloratos præ formidine. Adeò multa pax vos eneruatos effœminauit, vt non facilè ſaltem criſtam hoſtilis galeæ conſpectam ſuſtineretis. SO. At nequaquam talia de nobis prædicauerunt, ô Anacharſi, Thraces, quotquot Eumolpum ſecuti bello nos laceſſiuerunt, neque veſtræ mulieres quæ duce Hippolyta aduerſus vrbem expeditionem inſtituerant. Neque item alij quotquot in armis & acie vires noſtras experti ſunt.

τος· ἢ τὰς πομπολίας ἐκείνας τότε ἀμαλλήσεσθε, τὰς τῶν κωμῳδῶν τε, καὶ τραγῳδῶν. ἡ γὰρ τοιαύτη ὑμῖν ἔξοδος, σκέλη τε τὰ κοῖλα περιθήσεσθε τὰ ἀχαλινώτα, ὡς φοβερώτεροι εἶητε τοῖς ἐναντίοις, μορμολυττόμενοι αὐλοῖς, καὶ ὑποδήσεσθε τὰ ὑψηλὰ σκέλη δηλαδὴ φθάρσεσί τε γὰρ, ὡς δέη, κοῦφα, καὶ ὡς διώκητε, ἄφυκτα τοῖς πολεμίοις ἔσται, ὑμῖν οὕτω μεγάλα διαβαινόντων ἐπ' αὐτούς. ἀλλ' ὅρα μὴ ταῦτα μὲν ὑμῖν τὰ κομψὰ λῆρος ᾖ, καὶ παιδιὰ ἄλλως, καὶ διατριβαὶ ἀργοῦσι, καὶ ῥαθυμεῖν ἐθέλουσι τοῖς νεανίσκοις. εἰ δὲ βούλεσθε πάντως ἐλεύθεροι καὶ εὐδαίμονες εἶναι, ἄλλων ὑμῖν γυμνασίων δεήσει, καὶ ἀσκήσεως ἀληθινῆς τῆς ἐν τοῖς ὅπλοις. καὶ μὴ ἄμιλλαι ὑμῖν ἐσόμεναι ἀλλήλοις μετὰ παιδιᾶς, ἀλλὰ μετὰ τοιούτων ἔσται, μετὰ κινδύνων μελετῶσι τὸν ἀγῶνα. ὥστε ἀφέντας τὸν κόνιν, καὶ τὸ ἔλαιον, διδάσκετε αὐτοὺς τοξεύειν, καὶ ἀκοντίζειν, μὴ κοῦφα διδόντες τὰ ἀκόντια, καὶ οἷα διαφέρεσθαι πρὸς τὸν ἄνεμον, ἀλλ' ἔστω λόγχη βαρεῖα, μετὰ συριγμοῦ ἐλιττομένη, καὶ λίθος χειροπληθής, καὶ σάγαρις, καὶ γέρρον σὺν τῇ ἀριστερᾷ, καὶ θώραξ, καὶ κράνος. ὡς δὲ νῦν ἔχετε, θεῶν τινος βουλομένου σῴζεσθαι μὲν δοκεῖτε, οἱ μηδέπω ἀπολώλατε ὑπὸ τινων ὀλίγων ψιλῶν ὑπεσκότων. ἰδοὺ γέ τοι ἐγὼ ἀπασσάλωτος ὁ μικρὸν τοῦτο ξιφίδριον ὁ παρὰ τὸν ζωνίον, μόνος ἐπειπάσθω τοῖς νέοις ὑμῶν ἅπασιν, αὐλήσει αὖ ἔλαιμι τὸ γυμνάσιον, φυγόντων ἐκείνων, καὶ οὐδενὸς ἀντιβλέπειν τολμῶντος· ἀλλὰ πρὸς τοῖς ἀνδριάσι δὴ πρεσβεύοντας, καὶ πρὸς τοὺς κίονας κατακρυπτομένους, γέλωτα δ' ἂν μοι παρέσχοιεν, δακρύοντες οἱ πολλοὶ, καὶ τρέμοντες. καὶ τότ' ἂν ἴδοις οὐκ ἔτι ἐρυθριῶντας αὐτοὺς τὰ σώματα, οἷοι νῦν εἰσιν, ἀλλὰ ὠχροὶ ἅπαντες αὐτίκα γίνοιντ' ἄν, ὑπὸ τῶν δέους μεταβαφέντες. οὕτως ὑμᾶς ἡ εἰρήνη διατέθηκε βαθεῖα οὖσα, ὡς μὴ ἂν ῥᾳδίως διαχέασθαι λόφον ἕνα κρανίνους πολεμίου ἰδόντας. ΣΩ. ἃ μὲν ταῦτα ἔφασαν, ὦ Ἀνάχαρσι, Θρᾷκες ὅσοι μετ' Εὐμόλπου ἐφ' ἡμᾶς ἐστράτευσαν, καὶ αἱ γυναῖκες ὑμῶν, αἱ μετὰ Ἱππολύτης ἐλάσασαι ἐπὶ τὴν πόλιν, οὐδὲ ἄλλοι ὅσοι ἡμῶν ἐν ὅπλοις ἐπειράθησαν

ἡμεῖς γάρ, ὦ μακάριε, οὐκ ἐπειδὴ σφᾶς οὕτω γυμνὰ τὰ σώματα οὐκ πονοῦμεν τῶν νέων, διὰ τοῦτο καὶ ἀνόπλα ἀξιοῦμεν ὅτι τοὺς κινδύνους· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ αὐτοὶ ἄριστοι γίγνονται, ἀσκοῦσι δὲ μὴ τοῦτο ξυὼ τοῖς ὅπλοις, καὶ πολὺ ἄμεινον χρήσονται αὐτοῖς, οὕτω διακείμενοι. ΑΝΑ. καὶ ποῦ τοῦτο ὑμῖν ἐστὶ τὸ γυμνάσιον δὲ οὐ τοῖς ὅπλοις; οὐ γὰρ εἶδον ἔγωγε οὐδαμοῦ ἐν τῇ πόλει τοιοῦτον οὐδέν, ἅπασαν αὐτὴν ἐν κύκλῳ περιελθών. ΣΟ. ἀλλὰ ἴσως οὐ, ὦ Ἀνάχαρσι, ὀλίγον ἡμῖν σεσωφρονίσθαι, καὶ ὅπλα ἐχούσῃ μάλα πολλά, οἷς χρώμεθα ὁπότ' ἂν ἀναγκαῖον ᾖ, καὶ λόφους καὶ φάλαρα, καὶ ἵππους, καὶ ἱππέας σχεδὸν τὸ τέταρτον τῶν πολιτῶν. τὸ μέντοι ὁπλοφορεῖν ἀεὶ, καὶ ἀκινάκην περιζῶσθαι, περιττὸν ἐν εἰρήνῃ οἰόμεθα εἶναι. καὶ ἐπιτήδειόν γ' ἐστὶν, ὅστις ἐν ἀσπιδηφορίᾳ μηδὲν δέον, ἢ ὅπλα ἐξενέγκοι εἰς τὸ δημόσιον. ὑμεῖς δὲ συγγνωστοί, ἐν ὅπλοις ἀεὶ βιοῦντες. τότε γὰρ ἐν ἀφράκτῳ οἰκεῖν, ῥᾴδιον ἐς ἐπιβουλήν· καὶ οἱ πόλεμοι, μάλα πολλοὶ, καὶ ἄδηλον ὁπότε τις ἐπιεῖται, κοιμώμενον καταπατήσας ἀπὸ τῆς ἁμάξης, φονεύσειεν. ἥ τε ἐπὶ ἀλλήλους ἀπιστία αὐθαιρέτως, καὶ μὴ ἐν νόμῳ ξυμπολιτεύεσθαι, ἀναγκαῖον ἀεὶ τὸν σίδηρον ποιεῖ, ὡς πλησίον εἶναι ἀμυνοῦντα εἴ τις βιάζοιτο. ΑΝΑ. εἶπε, ὦ Σόλων, σιδηροφορίαν μὲν σοὶ δοκεῖ ἀναγκαίου ἕνεκα περιττὸν ὑμῖν δοκεῖ, καὶ τῶν ὅπλων φείδεσθαι, ὡς μὴ ἀφ' ἑαυτῶν ὄντα φθείροιτο· ἀλλὰ φυλάττετε ἀποκείμενα, ὡς χρησόμενοι τότε, τῆς χρείας ἐπιτάσης· τὰ δὲ σώματα τῶν νέων, δοκεῖ δῆλον ἐπείγοντος, καταπονεῖτε πάσχοντες, ἢ ὑπὸ τῶν ἱδρώτων κατατηκόμενοι, ἢ ταμιευόμενοι περὶ τὸ ἀναγκαῖον τὰς ἀλκὰς αὐτῶν, ἀλλ' εἰκῇ ἐν τῷ πηλῷ καὶ τῇ κόνει ἐκχέοντες. ΣΟ. ἔοικας, ὦ Ἀνάχαρσι, τοῖόν τι δυνάμεως περὶ ἡγεῖσθαι, ὡς οἴνῳ ἢ ὕδατι, ἢ ἄλλῳ τῶν ὑγρῶν ὁμοίαν αὐτὴν οὖσαν· δέδοικα οὖν μὴ ὥσπερ ἐξ ἀγγείου κεκαμένου λάθῃ διαῤῥυεῖσα ἐν τοῖς πόνοις, κἄπειτα ἡμῖν κενὸν καὶ ξηρὸν οἴχηται τὸ σῶμα καταλιποῦσα, ὑπὸ μηδενὸς ἔνδοθεν ἀναπληρούμενον.

A Cæterùm nos, ô beate, non hoc consilio nuda iuuenum corpora exercemus, vt propterea eos in aciem aduersus pericula producamus: sed vbi in hisce ludicris quàm optimi atque exercitatissimi euaserint, deinceps & cum armis exercentur, quibus longè promptiùs vtuntur ad hunc modum antè instituti. ANA. Et vbinam locorum illud vobis est gymnasium, quod armorum vsui exercendo destinatum est? Neque enim ego vspiam in vrbe eiusmodi conspexi, cùm totum oppidum sursum ac deorsum diligenter perreptassem. SO. Sed certò videbis ô Anacharsi, multum nobis temporis con- B uersatus, tum vnicuique permulta esse arma, quibus necessitate vrgente vtimur, & cristas, & phaleras, & equos, & equites fermè quartam partem ciuium. Siquidem semper armatum incedere, neque non acinace succinctum esse, superuacaneum in pace esse existimamus. Præterea mulcta cautum est, ne quis in vrbe, cùm nihil necesse sit, ferrum gestet, aut armatus procedat in publicum. Vobis verò non iniuria ignoscendum est, perpetuò in armis viuentibus. Viuere enim in loco aperto incustodito, facilè insidiis C obnoxium est, & hostium valde numerosa est copia, neque illud certum, quo tempore assistens quispiam dormientem è plaustro pertractum iugulet. Ipsa quoque mutua infidelitas, & quòd legibus nequaquam cōërciti vnam remp. incolitis, ferrum vobis semper facit necessarium, vt in propinquo sit ad propulsandā iniuriam, si quis vim alteri inferre aggrederetur. ANA. Adeò verò Solon ferrum gestare nulla necessitate adigente superuacaneum esse censetis, vt & armis parcatis, ne in manibus frequenter habētes corrumpantur, sed reposita conseruatis, D vt necessitate vocante vtamini: sed enim iuuenum corpora nullo cogente periculo verberantes laboribus, cōficitis. Quinetiam sudore absumentes, nulli rei magnopere necessariæ aut conducibili vires illorum expromitis, sed incassum in cœno atque arena effunditis. SO. Videris ô Anacharsi talem de robore corporeo opinionem obtinere, quasi vino aut aquæ aut alij cuipiam rei humidæ similitudine respondeat. Itaque metuis ne quemadmodum ex vase Samio, robur clanculum effluens in laboribus, deinde nobis corpus inane & aridum discedēdo relinquat, cùm à nemine intus repleatur.

Atqui ad hunc modum res ſe non habet, ſed quanto quis impenſiùs exhauſerit, tanto copioſiùs influit, iuxta Hydræ fabulam, ſi qua vnquam tibi inaudita eſt, cui pro vno capite præciſo, ſemper alia duo renaſcebantur. Cæterùm ſi ab initio inexercitato corpore fuerit, parúmque firmo, neque ſatis habuerit ſubiectæ materiæ, tunc illico fatigatione defeſſus, detrimento afficitur, atque marceſcit, veluti in igne ac lychno vſuuenire videmus. Etenim eodem flatu & ignem potes incendere, ínque breui maiorem facere, nimirum inflãmans ſpiritu: ac lychni lumen extingues, non habens ſufficientem materiæ ſuppeditationem, quæ aduerſo flatui par eſſe poſſit: neque enim ab altiùs acta radice productum fuerat. A N A. Hæc equidem, ô Solon, non admodum intelligo: argutiùs enim iſta tibi dicta ſunt, quàm vt ego queam intelligẽtia aſſequi, exactam quandam curam & mentem acutè cernentem requirentia. Illud porrò omnino mihi reſpõde, quamobrem tandem non etiam in Olympicis certaminibus, & Iſthmiacis, & Pythicis, aliíſque, quando multi, vt ais, confluxerint, iuuenes certantes ſpectaturi, in ipſis armis certamen conficiendum proponitis, ſed nudos in medium adductos, qui & calcitrentur, & verberẽtur, oſtenditis, ac deinceps victoribus mala aut oleaginã coronam præſtatis? Hoc enim ſcitu dignum eſt, cuius rei gratia factitare ſoleatis. SO. Quoniam opinamur, ô Anacharſi, hac ratione gymnaſiorum deſiderium in iuuenibus magis accendi, ſi eos qui optimè ſeſe geſſerint, in illis honorari conſpexerint, & in medio Græcorum præconis voce magnificè proclamari. Quapropter etiam tanquam illi exutis veſtimentis, optimi corporis æſtimandæ habitudinis curam non negligunt, ne denudati pudore afficiantur, ac ſe quiſque victoria quàm digniſſimum præparet. Quinetiam præmia, quemadmodum à me prædictum eſt, non mediocria ſunt propoſita, nempe honorificum & laude plenum à ſpectatoribus teſtimonium, & eſſe clariſſimum, ac demonſtrari prætereuntium digito, inter æquales hunc viſum eſſe etiam ſua opinione præſtantiſſimum. Etenim non pauci ex ſpectatoribus quibus per ætatem etiamnum exercitatio colenda eſt, abeunt non mediocriter ex his virtutis & laborum amore inflammati. Itaque ô Anacharſi, ſi quis è communi hominum vita laudis & gloriæ amorem ſublatũ eiiceret, quídnam ampliùs præclarę rei nobis ille faceret reliquum?

Gloriæ ſtimulus.

A ὃ δὲ οὐχ οὕτω ἔχει σοι· ἀλλ' ὅσῳ τις ἂν αὐτὴν ἐξαντλῇ πρὸς πόνοις, τοσῷδε μᾶλλον ἐπιῤῥεῖ, καὶ τὸν τῆς Ὕδρας μῦθον, εἴ τινα ἤκουσας, ὡς ἀντὶ μιᾶς κεφαλῆς τμηθείσης, δὺο ἀεὶ ἄλλαι ἀνεφύοντο. ὧδε δὲ ἀγύμναστος ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἄτονος ἦ, μηδὲ ἱκανὴν τὴν ὕλην ἔχῃ ἐπιβεβλημένην, πρὶν ἐπὶ τὸ καμεῖν βλέπειν αὐτὸν, καὶ καταμύειν, οἷόν τι ὅταν πυρὸς καὶ λύχνου γένηται. ἐπὶ γὰρ τῇ αὐτῇ φυσήματι, ὃ μὲν πῦρ ἀνακαύσας ἂν, καὶ μεῖζον ποιήσας ἐν βραχεῖ, σβέσειεν ἂν θήγων τῷ πνεύματι, καὶ ὁ τὸν λύχνου φῶς ἀποσβέσας, ὅτι ἔχον ἀποχρῶσαν τῆς ὕλης τὴν χορηγίαν, ὡς ἀδρανῆ εἰς τοὐναντίον τὸ αἰτιατέον. ὁ γὰρ ἀπ' ἰσχυρᾶς οἰμαι τῆς ῥίζης ἀνεφύετο. A N. Οὐπω γάρ, ὦ Σόλων, ὁ πρᾶγμα σύνοιμι. λεπτότερα γάρ ἢ κατ' ἐμὲ εἴρηκας ἀκριβούς τινος φροντίδος, καὶ διανοίας ὀξυδερκοῦς δεόμενα. ἐκεῖνο δέ μοι πρώτως εἰπὲ, τίνος ἕνεκα δὴ καὶ ἐν τοῖς ἀγῶσι τοῖς Ὀλυμπιάσι, καὶ Ἰσθμοῖ, καὶ Πυθοῖ, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὁπότε πολλοὶ, ὡς φῄς, συνίασιν ὁμόθυμοι τοὺς νέους ἀγωνιουμένους, οὐδέποτε ἐν ὅπλοις ποιεῖσθε τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ γυμνοὺς ἐς τὸ μέσον προσαγαγόντες, λακτιζομένους καὶ παιομένους ἐπιδείκνυτε, καὶ νικήσασι μῆλα καὶ κότινον δίδοτε; ἄξιον γὰρ εἰδέναι τοῦτό γε, ἕνεκα τίνος ἕνεκα τοῦτο ποιεῖτε. ΣΟ. ἡγούμεθα γὰρ, ὦ Ἀνάχαρσι, τὸν ἐς τὰ γυμνάσια προθυμίαν ὅτως ἂν πλείω ἐγγενέσθαι αὐτοῖς, εἰ τοὺς ἀριστεύοντας ἐν τούτοις ἰδίᾳ τιμωμένους, καὶ ἀνακηρυττομένους ἐν μέσοις τοῖς Ἕλλησι, καὶ δι' ὅτου ὡς ἐς τούτους ἀποδυσόμενοι, διεξίας τε ἐπιμελοῦνται, ὡς μὴ ἀμοίρους γυμνωθέντες, καὶ ἀξιονικότατον ἕκαστος αὐτὸν ἀναφαίνῃ. Ε τὰ ἄθλα ὥσπερ ἐμαρτυρήσατε εἶπον, ὦ μιχρὰ, ὁ ἔπαινος ὁ παρὰ τῶν θεατῶν, καὶ ὁ ἐπισημότατον γίνεσθαι, καὶ δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ, ἄριστον εἶναι τῶν καθ' ἑαυτὸν δοκοῦντα. εἰσὶ γάρτοι πολλοὶ τῶν θεατῶν, οἷς καθ' ἡλικίαν ἔτι ἡ ἄσκησις, ἀπίασιν ὑπ' μετρίως ἐκ τῶν θεάτρων, ἀρετῆς καὶ πόνων ἐρασθέντες· ὡς εἴ γέ τις, ὦ Ἀνάχαρσι, τὸν τῆς φιλοτιμίας ἔρωτα ἐκβάλοι ἐκ τοῦ βίου, τί ἂν ἔτι ἀγαθὸν ἡμῖν γένοιτο;

B

C

D

ἢ τίς

ἢ τίς αὖ τι λαμπρὸν ἐργάσασθαι ἐπιθυμήσει; πῶς δὲ καὶ ἀπὸ τούτων εἰκάζειν παρέχοιεν ἄν σοι, ὁποῖοι ἐν πολέμοις ὑπὲρ πατρίδος, καὶ παίδων, καὶ γυναικῶν, καὶ ἱερῶν ἰοῦντ' ἂν, ὅπλα ἔχοντες, οἱ κοτίνου πέρι καὶ μήλων γυμνοὶ, τοσαύτην προθυμίαν ἐς τὸ νικᾶν εἰσφερόμενοι. καίτοι τί ἂν παῖδες, εἰ θεάσαιντο καὶ ὀρτύγων καὶ ἀλεκτρυόνων ἀγῶνας πρὸς ἡμῖν, καὶ ἀκούσειαν ὅτι τούτοις ἐν μικροῖς; ἢ γελάσειν δήλονότι, καὶ μάλιστα ἐὰν μάθῃς ὡς ἐγὼ νόμῳ αὐτὸ δρῶμεν, καὶ προστέτακται πᾶσι τοῖς ἐν ἡλικίᾳ πρᾶξαι, καὶ ὄρνιν τὸν ὀρνέων διαπυκτεύοντα μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀπαγορεύσεως; ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο γελοῖον. ἐνδύεται γάρ τις ἡρέμα ταῖς ψυχαῖς ὁρμὴ ἐς τοὺς κινδύνους, ὡς μὴ ἀγχινέστεροι ἢ ἀνολμότεροι φαίνοιντο τῶν ἀλεκτρυόνων, μηδὲ προαπαγορεύοιεν ἐνίοτε πρὸ τραυμάτων, ἢ καμάτων, ἢ του ἄλλου δυσχερείας. ὃ δὲ δὴ ἐν ὅπλοις πιεῖσθαι αὐτῶν, καὶ ὄρνιν πτερωσαμένους, ἄπαγε, θεμιτὸν γὰρ, καὶ δίκαιον σκαιὸν, ἐπιεικέστερόν γε ἀλεσιτελὲς ἀποφαίνειν τοὺς ἀρίστους, ἢ οἷς ἄν τις ἄμεινον χρήσαιτο τῇ δυσμενείᾳ. ἐπεὶ δὲ φῄς, ὦ Ἀνάχαρσι, καὶ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα ἐπελθόντα, μεμνῆσο ἐμοῦ ποτε ἐς Λακεδαίμονα ἔλθῃς, μὴ καταγελάσαι μηδὲ ἐκείνων, μηδὲ οἴεσθαι μάτην ποιεῖν αὐλοῖς, ὁπότ' ἂν ἢ σφαῖραις πέρι ἐν τῷ θεάτρῳ συμπεσόντες, παίσωσιν ἀλλήλοις, ἢ ἐς χωρίον ἐπελθόντες, ὕδατι περιγεγραμμένον, ἐς φάλαγγα διαστάντες, τὰ πολεμίων ἀλλήλοις ἐργάζωνται, γυμνοὶ καὶ αὐλοὶ, ἄχρις ἂν ἐκβάλωσι τῇ περιγράμματος ὁ ἕτερον στίφαγμα οἱ ἕτεροι, τοὺς καλοῦσι Λυκοῦργον οἱ καλοὶ Ἡρακλέα, ἢ ἔμπαλιν συνωθοῦντες ἐς τὸ ὕδωρ (ὃ γὰρ ἀπὸ τούτου εἰρήνη λοιπὸν) καὶ οὐδεὶς ἂν ἔτι παίσειε. μάλιστα δὲ ἐὰν ὁρᾷς μαστιγουμένους αὐλοὺς ὅτι τῷ βωμῷ, καὶ αἵματι ῥεομένους, πατέρας δὲ, καὶ μητέρας παρεστώσας, οὐχ ὅπως δυσωπουμένας ὅτι τοῖς γιγνομένοις, ἀλλὰ καὶ ἀπειλούσας, ἐὰν μὴ ἀντέχοιεν ταῖς πληγαῖς, καὶ ἱκετευούσας ὀπυμήκιστον διαρκέσαι πρὸς τὸν πόνον, καὶ ἐγκαρτερῆσαι τοῖς δεινοῖς.

aut quisnam facinus aliquod magnum & memorabile concupisceret? Iam ex iis haud difficulter coniecturam facere potes, quales in bello pro tuenda patria, defendendis liberis & vxoribus, & pro templis suscepto, futuri sint arma habentes in manibus, qui oleagina corona aut pomis inducti, tanta cupiditate ad victoriam consequendam ferantur. Et quidnam dicturus esses si apud nos, & coturnices & gallos gallinaceos compugnantes videres, ac harum rerum spectandarum & adornandarum studium non mediocre? Rideres videlicet, at tunc maximè, si rescisceres lege à maioribus lata illud nos facere, omnibúsque iuuenibus vt intersint imperatum esse, vt spectent volucres rostris inter se depugnantes vsque ad extremam defectionem virium. Atqui ne hoc quidem institutum risu dignum est. Irrepit enim sensim in animos iuuenum impetus ad fortiter subeunda & contemnenda pericula, ne gallis ingeniosiores atque ignauiores esse appareant, néve defessi vulnera aut labores aut aliam difficultatem ferre recusent. Cæterùm vt in armis harum rerum periculum faciant, vtque mutuis vulneribus semet conficientes spectemus, apage: ferinum enim illud esset, & omnibus modis crudele: ad hæc non minùs damnosum & inutile, mactare iuuenes præstantissimos, quorum opera & viribus longè meliùs aduersus hostes vti queamus. Quia verò ais, ô Anacharsi, te reliquam quoque Græciam videndi gratia peragraturũ, vide vt memoria teneas, si quando in Lacedæmona veneris, ne & illos irrideas, neque putes eosdem inutilibus vacare laboribus, quando aut de pila in theatro impetu facto collapsi, mutuis vulneribus semet deformauerint, aut in locum circumcirca aqua obseptum ingressi, ac in cohortes distributi, hostili animo alter alterum inuaserit, & ipsi nudi, donec pars alterutra diuersam è loco aquis circundato eiecerit, nempe Lycurgi assectæ, sectatores Herculis, aut rursus in aquam impulerint. Ab illa enim pax insequitur, nec vllus ampliùs pulsatur. Maximè verò si videris pueros ad aram flagellis ac loris cædi, ac sanguine defluẽtes, & patre & matre assistentibus, non vt aliquem ex hoc facto dolorem capiant: sed minaciter interminantibus nisi verbera perseueranter tulerint, ac supplicantibus quoque vt quamdiutissimè labori tolerando sufficiant, néve verberum difficultatibus cedentes succumbant.

Gallorum gallinaceorũ pugna.

Itaque permulti plagis ipsis immoriuntur, dedecorosum existimantes si etiamdum viuentes, in familiarium conspectu verberibus superati deficerent, aut corpore flagrorum ictibus cederent: quos etiam statuis in memoriam illorum erectis publicè à Spartanis honestatos videbis. Quando ergo ista coràm oculatus arbiter intueberis, caue illos insanire temere suspiceris, neque dicas citra causſam iustam ac necessariam talibus eos difficultatibus conflictari, neque vrgente alicuius sæua tyrannide, neque hostibus imminentibus. Dixerit enim haud dubiè Lycurgus Laconicarum legum auctor pro illis tuendis tibi rationi valde cõsentanea, quibusnam causſis impulsus pueros ita verberibus affligendos statuerit, neque inimicus illis existens, neque inuidentia adductus hoc faciens, neque ciuitatis iuuentutem nequicquam absumens, sed volens atque contendens reddere quàm fortissimos, ac omni difficultate superiores eos qui patriã ab iniuria essent seruaturi atque defensuri. Quamquam verò ipse Lycurgus nihil dixerit, facilè tamen animaduertis, vt talis quispiam quondam in bello comprehensus, nullam vocem Spartana magnitudine indignam emiserit, inimicis eundem diris tormentis torquentibus; sed illos salsè subsannans, flagellis cædebatur, cum verberante infracta animi tolerantia contendens, vternã citiùs viribus deficeret. ANA. Num Lycurgus quoque, Solon, in iuuentute loris cædi solitus est? & an huius certaminis auctor existens, citra periculum talia iuueniliter commentus est? SO. Cùm iam prouectæ ætatis esset, ciuibus Spartanis leges condidit, profectus è Creta. Aliquãdiu enim apud Cretenses peregre egit, quoniam eosdem audiuerat optimis legibus instructos viuere, quibus Minos Iouis filius legum scriptor extiterat. ANA. Quamobrem igitur Solon, & tu non imitatus es Lycurgum, ac iuuenes loris proscindis? Etenim perpulchra hæc sunt instituta, & vobis non indigna. SO. Quoniam nobis Anacharsi sufficere videntur ista gymnasia quorum ipsi repertores extitimus, neque magnopere necessarium existimamus peregrinorum æmulatores esse.

A πολλοὶ γοῦν καὶ ἀναπέθανον τῷ ἀγῶνι, μὴ ἀξιώσαντες ἀπαγορεῦσαι ζῶντες ἔτι, οἱ ὀφθαλμοῖς τοῖς οἰκείοις, μηδὲ εἶξαι τοῖς σώμασιν· ὧν καὶ τοὺς ἀνδριάντας ὕψει τιμωμένους δημοσίᾳ, ὑπὸ τῆς Σπάρτης ἀναστήσαντας. ὅταν οὖν οὕτω ὁρᾷς καὶ ταῦτα, μήτε μαίνεσθαι ὑπολάβῃς αὐτούς, μήτε εἴπῃς, ὡς οὐδεμιᾶς ἕνεκα αἰτίας ἀναγκαίας παλαπωροῦσι, μήτε τυράννου βιαζομένου, μήτε πολεμίων ἐφεστώτων. εἴποι γὰρ ἂν σοι καὶ ὑπὲρ ἐκείνων Λυκοῦργος ὁ νομοθέτης αὐτῶν, πολλὰ τὰ ὄλογα, καὶ ἀ σωφρόνων κολάζει αὐ-

B τούς, οὐκ ἐχθρὸς ὤν, οὐδὲ ὑπὸ μίσους αὐτὸ δρῶν, οὐδὲ τῶν νεολαίαν τῆς πόλεως εἰκῇ παιδαναλίσκων, ἀλλὰ καρτερικωτάτην, καὶ πάντος δεινοῦ κρείττονας ἀξιῶν εἶναι τοὺς σώζειν μέλλοντας τὴν πατρίδα. κρίνει καὶ μὴ ὁ Λυκοῦργος εἶπε, σύνοιδε, οἶμαι, καὶ αὐτός, ὡς οὐκ ἄν ποτε ληφθεὶς ὁ ποιοῦτος ἐν πολέμῳ, ἀπόῤῥητόν τι εἰδείη τῆς Σπάρτης, αἰκιζομένων τῶν ἐχθρῶν, ἀλλὰ καταγελῶν αὐτῶν, μαστιγοῖτο ἄν, ἀμείνων πρὸς τὸν πάσχοντα, ὡς παρ' ἑτέρου ἀπα-

C ῤῥήσιον. ANA. ὁ Λυκοῦργος δὲ αὐτὸς, ὦ Σόλων, ἐμαστιγοῦτο ἐφ' ἡλικίας, ἢ οὐκ εὐθέως ὢν ἤδη τοῦ ἀγῶνος, ἀσφαλῶς τὰ τοιαῦτα ἐπαιδεύσατο; SO. εὐθύς γε ἤδη ὤν, ἔγραψε τοῖς νόμοις αὐτοῖς Κρήτηθεν ἀφικόμενος· ἀποδεδημηκέναι δὲ παρὰ τοῖς Κρησὶν, ὅτι ἤκουσεν εὐνομουμένους τοὺς, Μίνωος, τοῦ Διὸς, νομοθετήσαντος ἐν

D αὐτοῖς. ANA. τί οὖν οὐ καὶ σὺ, ὦ Σόλων, ἐμιμήσω Λυκοῦργον, καὶ μαστιγοῖς τοὺς νέους; καλὰ γὰρ ταῦτα, καὶ ἄξια ἐμοῦ ἐστιν. SO. ὅτι ἡμῖν ἱκανὰ, ὦ Ἀνάχαρσι, ταῦτα τὰ γυμνάσια, οἰκεῖα ὄντα· ζηλῶ δὲ τὰ ξενικὰ, οὐ πάνυ ἀξιοῦμεν. ANA. οὐκ· ἀλλὰ σωφίνης, οἶμαι, οἷόν τι ὀστᾶ μαστιγοῦσθαι γυμνὰ, αἴρω τὰς χεῖρας ἐπαίρουσα, μηδενὸς ἕνεκα ὠφελίμου, ἢ αὐτῷ ἐκείνῳ, ἢ κοινῇ τῇ πόλει. ὡς ἔγωγε ἐὰν ποτε ἀποδημήσω τὴν Σπάρτην, καθ' ὃν χρόνον ταῦτα δρῶσι,

ANACH. Nequaquam: sed intelligis, vt opinor, quàm res sit friuola flagris obverberare nudi scapulas, palmas vtrasque suppliciter extendentis, ex quo nulla proueniat vtilitas, neque priuatim ad eum qui cæditur, neque item ad Remp. cõmuniter. Itaque si quando Spartã peregre profectus venero quo tempore ista facti tare e solent,

δοκῶ μοι τάχιστα καταλυθήσεσθαι δημοσίᾳ πρὸς αὐτῶν, ὅπταν ἐγὼ τοῖς παισὶν ἐκάστοις, ὁπότ' ἂν ὁρῶ τυπτομένους καθάπερ κλέπτας, ἢ λωποδύτας, ἢ τί ἄλλο τοιοῦτον ἐργασαμένους. ἀτυχῶς γὰρ ἐλλεβόρου δεῖσθαί μοι δοκεῖ ἡ πόλις αὐτῶν, οὕτω καταγέλαστα ὑφ' ἑαυτῆς πάσχουσα. ΣΟ. μὴ ἐρήμωσον, ὦ γενναῖε, μηδὲ τῶν ἀνδρῶν ἀπόντων, μόνος αὐτοῖς λέγων, οἷον πεῖσον. ἔσται γάρ τις ὁ καὶ ὑπὲρ ἐκείνων σοὶ τὰ εἰκότα ἀντερῶν ἐν Σπάρτῃ. πλὴν ἀλλ', ἐπειδὴ ἐγὼ τὰ ἡμέτερά σοι διεξεληλύθα, σὺ δὲ ἃ πάλαι προσκρούσας ἐν τούτοις ἔοικας, οὐκ ἄδικα αἰτήσειν ἔοικα παρὰ σοῦ, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τῷ μέρει διεξέλθῃς πρός με, ὅπῃ τρόπῳ ὑμεῖς οἱ Σκύθαι διδάσκετε τοὺς νέους τοὺς παρ' ὑμῖν, καὶ οἵοισι γυμνασίοις αἰκατέφετε, καὶ ὅπως ὑμῖν ἄνδρες ἀγαθοὶ γίγνονται. ΑΝ. δικαιότατα μὲν οὖν, ὦ Σόλων, καὶ ἔγωγε μνησθήσομαι τὰ Σκυθῶν νόμιμα, ἃ σεμνὰ ἴσως, οὐδὲ καθ' ὑμᾶς, οἶγε οὐδὲ κῆ κόρρης παταχθῆναι τολμήσαιμεν ἂν μίαν πληγήν· δῆλοι γὰρ ἐσμεν. ἀλλὰ εἰρήσεταί γε ὁποῖα ἂν εἴπωμεν· ἀτὰρ καλὸν μέντοι εἰ δοκεῖ, ὑστεραλώμεθα τὴν συνουσίαν, ὡς ἄν τε αὐτὸς ἔφης, ἐπὶ μᾶλλον ἡσυχάσαιμι καθ' ἡσυχίαν, ἄν τε χρὴ εἰπεῖν, σεσωφρονισμένος τῇ μνήμῃ ἐπελθών· ὃ δὲ νῦν ἔχον, ἀπιόντι ὅτι τούτοις, ἑσπέρα γὰρ ἤδη.

A videor me ſtatim lapidibus obrutum iri ab illis publicè, ſingulos deridentem, ſi quando videro pueros veluti fures flagris onerari, aut veluti peculatorẽ, aut alium facinoroſum. Planè verò illorum ciuitas mihi videtur egere elleboro, quæ vſqueadeo ridicula à ſe ipſa pati conſueuit. SO. Ne deſertam cauſſam ô generoſe, neque viris abſentibus te ſolum dicentem vincere inducas in animum. Neque enim deerit quiſpiam etiam Lacedæmone, qui harum rerum cauſſam tibi promptiſſimè redditurus eſt. Verumenimvero quandoquidem ego tibi noſtra B ex ordine gymnaſia percenſui, quæ tibi non admodum placuiſſe non occultè tuliſti, videor mihi non iniqua poſtulaturus à te, vt & tu viciſſim me audiente petcurras qua ratione vos Scythæ veſtros iuuenes exerceatis, tum quibus gymnaſiis educatos inſueſcitis, & quonã pacto eoſdem viros ſtrenuos efficitis. ANA. Æquiſſima ſunt ô Solon quæ poſtulas. Ac ego quidem Scytharum leges tibi commemorabo, fortaſſe non admodum admirandas illas, & quæ non multum veC ſtris ſunt reſponſuræ. Neque enim vel in maxillam alicui plagam illidere auderemus, ſumus enim perquam meticuloſi: ſed tamen qualiacunque ſunt noſtra exercendorum iuuenum inſtituta, dicentur. Cæterùm, ſi videtur, ea de re colloquium in craſtinum vſque differemus, vt ea quæ ipſe dixiſti, magis quietus apud me retractare poſſim, tum etiam ea quæ mihi dicenda ſunt, memoria percurrere. Itaque, quod nunc reſtat, in præſentia quidem abeamus. Iam enim inualeſcentibus vmbris appetit veſpera.

ΠΕΡΙ ΠΕΝΘΟΥΣ.

DE LVCTV. Eraſmo Roterodamo interprete.

A καὶ δαίμονας ἀνάγων, καὶ νεκροὺς ἐγείρας ἀναπαλῶν, καὶ τὴν Ἑκάτην αὐτὴν ἐναργῆ παρίσας, καὶ τὴν Σελήνην καθελκύσων; ἐγὼ γοῦν διηγήσομαι ὑμῖν ἃ εἶδον γιγνόμενα ὑπ' αὐτοῦ ἐν Γλαυκίᾳ τῷ Ἀλεξικλέους. ἄρτι γὰρ ὁ Γλαυκίας, τοῦ πατρὸς ἀποθανόντος, τὴν οὐσίαν παραλαβὼν, ἠράσθη Χρυσίδος τῆς Δημαίνετου θυγατρός. ἐμοὶ μὲν οὖν διδασκάλῳ ἐχρῆτο περὶ τοὺς λόγους· καί εἰ μὴ ὁ ἔρως ἐκώλυσε ἀπηχθόλησεν αὐτὸν, ἅπαντα ἂν ἤδη τὰ τοῦ Περιπάτου ἠπίστατο· ὃς δὲ ὀκτωκαιδεκαέτης ὢν, ἀπέλυε, καὶ τὸν φυσικὸν ἀκρόασιν μετεληλύθει εἰς τέλος· ἀμηχανῶν δὲ ὅμως τοῦ ἔρωτι, μιμεῖται μοι ὁ παῖς. ἐγὼ δὲ ὡσπερ εἰκὸς ἦν, διδάσκαλον ὄντα τὸν Ὑπερβόρεον ἐκεῖνον μάγον, ἄγω πρὸς αὐτὸν, ὑπὲρ μνᾶς τέτταρσι μισθὸν πραξάμενον (ἔδει γὰρ προτελέσαι τι πρὸς τὰς θυσίας) ἐκκαίδεκα δ', εἰ τύχοι τῆς Χρυσίδος. ὁ δὲ, αὐξομένῳ τηρήσας τὸν σελήνῳ (τότε γὰρ ὡς, ὅτι πολλὰ τοιαῦτα τελεσιουργῆται) βόθρον τε ὀρύξαμενος ἐν αἰθρίῳ τινὶ τῆς οἰκίας, περὶ μέσας νύκτας ἀνεκάλεσεν ἡμῖν, πρῶτον μὲν, τὸν Ἀναξικλέα τὸν πατέρα τοῦ Γλαυκίου, πρὸ ἑπτὰ μηνῶν τετελευτηκότα· ἠγανάκτει δ' ὁ γέρων ὅτι τῷ ἔρωτι, καὶ ὠργίζετο, τὰ τελευταῖα δὲ ὅμως ἐφῆκεν αὐτῷ ἐρᾶν. μετὰ δὲ, τὴν Ἑκάτην τε αὖ ἐπαγομένου τὸν Κέρβερον, καὶ τὴν Σελήνην καθέλκοντος, πολύμορφόν τι θέαμα, καὶ ἄλλοτε ἄλλοῖόν τι φαντάζόμενον. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον γυναικείαν μορφὴν ἐπεδείκνυτο, εἶτα βοῦς ἐγίνετο πάγκαλος, εἶτα σκύλαξ ἐφαίνετο. τέλος δ' οὖν, ὁ Ὑπερβόρεος ὁπλοῦ ἐρωτύλον τι ἀναπλάσας, Ἄπιθι, ἔφη, καὶ ἄγε Χρυσίδα, ὡς ὁ μὲν πλοῦς, ἐξέπεμπε· καὶ μετὰ μικρὸν ἦλθε, ἐπέσῃ κόπτουσα τὴν θύραν ἐκείνη, καὶ εἰσελθοῦσα, περιβάλλει τὸν Γλαυκίαν, ὡς ἂν ἐμμανέστατα ἐρῶσα, καὶ σιμῶν, ἄγει δὴ ἀλεκτρυόνων ἤκουσαμεν ἀδόντων. τότε δὴ ἥ τε σελήνη ἀνέπαυσε ἑαυτὴν ἐς τὸν ὁρίζοντα, καὶ ἡ Ἑκάτη ἔδυ κατὰ τῆς γῆς, καὶ τὰ ἄλλα φάσματα ἠφανίσθη, καὶ τὴν Χρυσίδα ὀξέπεμψαμεν περὶ αὐγὰς τοῦ ἀλεκτρυόνος. εἰ ταῦτα εἶδες, ὦ Τυχιάδη, οὐκ ἂν ἔτι ἠπίστησας εἰ πολλὰ ἐν τῇ ἐπῳδαῖς χρήσιμα. εὖ λέγεις, ἦν δ' ἐγὼ, ἔπιστευον γὰρ ἂν, εἴτε εἶδον αὐτὰ, νῦν δὲ συγγνώμη, οἶμαι, εἰ μὴ τὰ ὅμοια ὑμῖν ὀξυδερκεῖν ἔχω·

πλὴν ἀλλ' οἶδά γε τὴν Χρυσίδα ἣν λέ- A γεις, ἑταίραν γυναῖκα, καὶ πανοῦργον· οὐχ ὁρᾷς δέ τινος ἕνεκα ἐδεήθητε ἐπ' αὐτὴν τὴν πανίν πανοῦργον μεταπεμψάμενοι, καὶ μάγου τοῦ ἐξ Ὑπερβορέων, καὶ σελήνης αὐτῆς, ἣν εἴκοσι δραχμῶν ἀγαγεῖν ἐς Ὑπερβορέους δυνατὸν ἦν. πολὺ γὰρ ἂν δόντι μᾶλλον τῇ ἐπῳδῇ ἡ γυνὴ, καὶ ὃ ἐναντίον τοῖς φάσμασι πέπονθεν. ἀκούσασα μὲν γὰρ ἣν φόφον ἀκούσῃ χαλκοῦ, ἢ σιδήρου, πέφευγε. καὶ ταῦτα γὰρ ὑμᾶς φασι. αὐτὴ δ', αἰ ἀργυρίου που ψοφῇ, ἔρχεται πρὸς τὸν ἦχον· ἄλλως τε, καὶ θαυμάζω αὐτοῦ τοῦτο μάγου, εἰ δυ- B νάμενος αὐτὸς ἑταίρᾳ πρὸς τὴν πλουσιωτάτων γυναικῶν, καὶ τάλαντα ὅλα παρ' αὐτῆς λαμβάνειν, ὁ δὲ, τεττάρων μνῶν, πολὺ σμικρολόγος ὢν, Γλαυκίαν ἐφάσκων ἐργάζεται. γελοῖα ποιεῖς, ἔφη ὁ Ἰων, ἀπιστῶν ἅπασιν. ἐγὼ γοῦν ἡδέως ἂν ἐροίμην σε καὶ περὶ τούτων φῆς, ὅσοι τοὺς δαιμονιῶντας ἀπαλλάττουσι τῶν δεινῶν, οὕτω σαφῶς ἐξαδόντες καὶ τὰ φάσματα. καὶ ταῦτα οὐκ ἐμὲ χρὴ λέγειν, ἀλλὰ πάντες ἴσασι τὸν Σύρον τὸν ἐκ τῆς Παλαιστίνης, τὸν ὅτι τούτων σοφιστὴν, ὅσους τῶν ἀλαζόνων καταπίπτοντας πρὸς τὴν σελήνην, καὶ τὸ ὀφθαλμὼ διαστρέφοντας, καὶ ἀφροῦ πιμπλαμένους τὸ στόμα, ὅμως ἀνίστησι, καὶ ἀποπέμπει ἀρτίους, ὅτι μισθῷ μετρίῳ ἀπαλλάξας τῶν δεινῶν. ἐπειδὴν γὰρ ὕπτιος κειμένοις, καὶ ἔρηται ὁθεν εἰσεληλύθασιν εἰς τὸ σῶμα, ὁ μὲν νοσῶν αὐτὸς, σιωπᾷ, ὁ δαίμων δὲ ἀποκρίνεται, ἑλληνίζων, ἢ βαρβαρίζων, ἢ ὁθεν αὐτὸς ἦν, ὅπως τε καὶ ὁθεν ἐπῆλθεν ἐς τὸν ἄνθρωπον· ὁ δὲ, ὅρκοις ἐπάγων, εἰ δὲ μὴ πείσεται, καὶ ἀπειλῶν, ἐξελαύνει τὸν δαίμονα. ἔγωγ' οὖν καὶ εἶδον ἐξιόντα μέλανα, καὶ καπνώδη τὴν χροιάν. καὶ μέγα, ἦν δ' ἐγὼ, τὰ τοιαῦτά σε ὁρᾶν, ὦ Ἰων, ὥστε αἱ ἰδέαι αὗται φαίνονται, ἃς ὁ πατὴρ ὑμῶν Πλάτων δείκνυσιν ἀμυδρόν τι θέαμα, ὡς πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀμβλυώττοντας. μόνος γὰρ Ἰων, ἔφη ὁ Εὐκράτης, τὰ τοιαῦτα εἶδεν, οὐχὶ καὶ ἄλλοι πολλοὶ δαίμοσιν ἐντετυχήκεσαν, οἱ μὲν, νύκτωρ, οἱ δὲ, μεθ' ἡμέραν; ἐγὼ δὲ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ μυριάκις ἤδη τὰ τοιαῦτα τεθέαμαι. καὶ τὸ μὲν πρῶτον, ἐταράττόμην πρὸς αὐτὰ, νῦν δὲ ἐκ τοῦ ἔθους, οὐδέν τι παράλογον ὁρᾶν μοι δοκῶ, καὶ νῦν μάλιστα,

veruntamen Chrysidem illam quam dicis, noui, mulierem planè meretricem, ac facilem: nec video sanè cuius gratia ad illam egueritis luteo illo legato, magóque ex Hyperboreis vsque, atque ipsa insuper luna, quippe quam viginti drachmis ducere in Hyperboreos vsque potuisses: mirificè enim sese offert ad hanc incantationem mulier, & contrarium quiddam spectris istis habet. Nam ea quidem æris ferrive sonum si audierint, fugiunt (nam id vos prædicatis) illa verò si argentum vspiam sonuerit, accurrit ad tinnitum. Præterea ipsum etiam magum admiror, quòd cùm ditissimas mulieres in amorem sui possit elicere, atque ab eis solida talenta suscipere, is tamen ob quatuor minas, admodum tantilli lucelli auidus, Glauciam amoris compotem fecerit. Ridiculè facis, inquit Ion, qui nihil credis. Ego te libenter ergo rogauerim quid de his respondeas, qui dæmoniacos liberant erroribus, adeò manifestè spectra illa carminibus eiicientes. Atque hæc me dicere non opus est, verùm omnes nouerunt, Syrus ille ex Palæstina, qui harum rerum artifex est, quàm mul- C tos mortales suscipiat qui ad lunam concidant, oculósque distorqueant, spumáque os oppleant: quos tamen erigit, ac sanos remittit, magna accepta mercede diris eos malis liberans. Et enim quum iacentibus instet, rogauerítque vnde sint in corpus ingressi, ægrotus quidem ipse tacet: at dæmon verò respondet, aut lingua Græca loquens, aut barbarica, aut vndecunque fuerit ipse: & quomodo & vnde intrauit in hominem. Ille verò adiurans eum, ac ni paruerit, minitans etiam, expellit abigítque dæmonem. Quin ego quoque dæmonem quendam exeuntem vidi, nigrum certè, D & colore fumidum. Non magnum erat, inquam ego, talia te Ion cernere, cui ipsæ etiam apparent ideæ, quas vestræ familiæ parens ostendit Plato: rem videlicet spectatu tenuem, atque euanidam, quantum ad nos homines luscioſos. Itáne solus Ion, inquit Eucrates, istiusmodi vidit, ac non alij etiam multi inciderunt in dæmones, alij noctu, alij etiam interdiu? Ego profectò non semel, sed millies iam talia conspexi: ac primùm quidem turbabar ad ea: iam verò ob consuetudinem nihil nouum aut prodigiosum mihi videre videor, maximéq; nunc,

ex quo annulum mihi Arabs dedit ex ferro de cruce quapiam sumpto factum, carménque docuit nominibus multis plenũ: nisi fortè ne mihi quidem fidem sis habiturus, Tychiade. At quî fieri possit, inquã, vt Eucrati non credam, Dinonis filio, viro in primis sapienti, ac libere, quæ sibi videtur, domi in priuato suo cum auctoritate narranti? Illud ergo de statua, inquit Eucrates, quæ omnibus qui in domo sunt, singulis noctibus apparet tum pueris, tum adolescentibus, tum senibus, hoc, inquam, non à me dumtaxat audieris, verumetiam à nostris omnibus. De qua statua, inquam ego? Non vidisti (inquit) quum ingredereris, statuam quandam in atrio collocatam, sanè quàm pulchram, opus Demetrij, qui statuas humana specie fingere consueuit? Nonne illam dicis, inquam, quæ discum iacit, quæ inclinata est ad emissuri gestum, reflexa in eam quæ discum fert, altero pede modicè inflexo, quæque se erectura videtur vnà cum iactu? Non, inquit: nam vnum est ex Myronis operibus ille disci iactator quem dicis. Sed nec eam quæ est ei proxima: eam loquor, cui tæniis caput vinctum est, formosam illam: nam id Polycleti opus est: verùm eas quæ à dextra sunt egredientibus, omitte, inter quas & tyrannicidæ illi stant, Critiæ Nesiotæ plasmata, tu verò an non ad aquam illam quæ influit, quampiam vidisti ventre prominulo, caluam, seminudatam, vulsis quibusdam barbæ pilis, insignibus venis vero homini simillimam? Pelichus dux Corinthius esse videtur. Per Iouem, inquam, vidi quandam à dextra Saturni, quæ tænias coronásque aridas habebat, pectoréque folia quædam inaurata. Ego, inquit Eucrates, ea inauraui, quum me sanasset triduo, febre pereuntem. Erátne igitur etiam medicus, inquam ego, optimus iste Pelichus? Est: neque ride, inquit Eucrates: alioqui homo te haud multo pòst inuadet. Noui ego certè quantum valeat hęc quam tu rides statua. An non eiusdem putas esse immittere febres in quos voluerit, quando quidem potis est eiicere? Propitia, inquam, placatáque sit hæc statua mihi, quæ tantum valeat. Quidnam ergo aliud facientẽ eam viderunt omnes qui in domo sunt?

A ἐξ οὗ μοι τὸν δακτύλιον ὁ Ἄραψ ἔδωκε, σιδήρου τοῦ ἐκ τοῦ σταυροῦ πεποιημένον, καὶ πολλὰ ἐπῳδὰς ἐδίδαξε τὴν πολυώνυμον, ἐκτὸς εἰ μή καμοὶ ἀπιστήσεις, ὦ Τυχιάδη. καὶ πῶς ἂν, ἦν δ' ἐγὼ, ἀπιστήσαιμι Εὐκράτει τῷ Δείνωνος, σοφῷ ἀνδρὶ μάλιστα, καὶ ἐλευθερίως τὰ δοκοῦντα οἰκοι πρὸς αὐτὸν μετ' ἐξουσίας; Ὃ γοῦν περὶ τοῦ ἀνδριάντος, ἦ δ' ὃς ὁ Εὐκράτης, ἅπασι τοῖς ἐπὶ τῆς οἰκίας, ὅσαι νύκτες φαινόμενον, καὶ παισὶ, καὶ νεανίαις, καὶ γέρουσι, τοῦτο οὐ πρὸς ἐμοῦ μόνον ἀκούσῃ ἂν, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν ἡμε-
B τέρων ἁπάντων. ποίου, ἦν δ' ἐγὼ, ἀνδριάντος; Οὐχ ἑώρακας, ἔφη, εἰσιὼν εἰς τὴν αὐλὴν, ἑστηκότα παγκάλων ἀνδριάντα, Δημητρίου ἔργον τοῦ ἀνθρωποποιοῦ; μῶν τὸν δισκεύοντα, ἦν δ' ἐγὼ, φῄς, τὸν ὀπισθοκυφότα κατὰ δὴ μικρὸν τῆς ἀφέσεως, ἀπεσταλμένον εἰς τοὐμπροσθεν, ἠρέμα ὀκλάζοντα πρὸς ἕτερον, ἐοικότα ξυναναστησομένῳ μετὰ τῆς βολῆς· οὐκ ἐκεῖνον, ἦ δ' ὃς, ἐπεὶ τῶν Μύρωνος ἔργων ἐν καὶ τοῦτό ἐστιν, ὁ δισκοβόλος, ὃν λέγεις. οὐδὲ τὸν πρὸ αὐτὸν, φημι, τὸν ἀμφιδούμενον τοὐ κεφαλοῦ τῇ ταινίᾳ, τὸν καλὸν
C Πολυκλείτου δὴ τοῦτο ἔργον. ἀλλὰ τοὺς μέν, ὅτι τὰ δεξιὰ εἰσιόντων, ἄφες, ἐν οἷς καὶ τὰ Κριτίου τοῦ Νησιώτου πλάσματα ἔστιν, οἱ τυραννοκτόνοι. σὺ δὲ εἴ ποτε καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ὑπερθεν εἶδες παρὰ τὸν Φαλακρὸν, ἡμίγυμνον τοὐ αἰσθολιοῦ, ἰσεμφυμένον τοῦ πώγωνος τὰς τρίχας οὐκ ἀπὸ σημῶν τὰς φλέβας, αὐλὸν ἔνθεν ὁμοῖον, ἐκεῖνον λέγω, Πέλιχος ὁ Κορίνθιος στρατηγὸς εἶναι δοκεῖ. νὴ Δί', ἦ δ' ἐγὼ, εἶδόν τινα ὑπὸ τὰ δεξιὰ τοῦ Κρόνου, ταινίας καὶ στεφάνους ξηροὺς ἔχοντα, κεχρυσωμένον πεπάλοις τὸ σῶμα. ἐγὼ δὲ, ὁ Εὐκράτης ἔφη, ἐκεῖνα ἐχρύσωσα, ὁπότε μ' ἰάσατο ἐκ τριταίου τοῦ πυρετοῦ ἀποθνήσκοντα· ἦ γὰρ καὶ ἰατρὸς, ἦ δ' ἐγὼ, ὁ βέλτιστος οὗτος Πέλιχος; ἔστι, καὶ μὴ σκῶπτε, ἦ δ' ὃς ὁ Εὐκράτης· ἤδη γὰρ εἰς μάχην μέτεισιν ὁ ἀνήρ· οἶδα ἐγὼ ὅτου δεῖται
D οὗτος ὁ τοῦ σοφοῦ γελῶντος αἰδριάς, ἢ οὐ νομίζεις τοῦ αὐτοῦ εἶναι καὶ ὑπιππεύειν ἱππαλέοις, οἷς δὴ ἐθέλει, εἶγε καὶ ἀποπέμπειν δυνατὸν αὐτῷ; ἴλεως, ἦν δ' ἐγὼ, ἔστω ὁ ἀνδριάς, καὶ ἵππος, ὅπως ἀνδρῷος ὤν, τί δ' οὔ; καὶ ἄλλο ποιοῦντα ὁρᾶτε αὐτὸν ἅπαντες οἱ ἐν τῇ οἰκίᾳ;

ἐπιόντι τὰ χίσια, ἔφη, νύξ ἡνίκα, ὁ ὑπὸ καταβὰς ἀπὸ τῆς βάσεως, ἐφ' ἣ ἕστηκε, περίεισιν ὅλην τὴν οἰκίαν, καὶ πάντες ἀντυπαντῶσιν αὐτῷ, ἐνίοτε καὶ ἀηδοντί· καὶ οὐκ ἔστιν ὅντινα ἠδίκησεν, οὐ τρέπεσθαι γὰρ ἔχει μόνον· ὁ δὲ, παρέρχεται, μηδὲν ἐνοχλήσας τοὺς ἰδόντας. ἔστι μὲν καὶ λούεται τὰ πολλὰ, καὶ παίζει διὰ ὅλης νυκτὸς, ὥστε ἀκούειν τοῦ ὕδατος ψοφοῦντος. ὅρα τοίνυν, ὦ σὺ ἐγὼ, μὴ οὐχὶ Πέλιχος ὁ αὐδριὰς, ἀλλὰ Τάλως ὁ Κρὴς ὁ τοῦ Μίνωος ἦν. ἔστι γὰρ ἐκεῖνος χαλκοῦς τις ὤν, τῆς Κρήτης περίπολος. εἰ δὲ μὴ χαλκοῦς, ὦ Εὐκράτες, ἀλλὰ ξύλου ἐπεποίητο, οὐδὲν αὐτὸν ἐκώλυεν ὑ Δημητρίου ἔργον εἶναι, ἀλλὰ τοῦ Δαιδάλου τεχνημάτων. ἀραπετεύξεσθαι, ὡς φὴς, ἀπὸ τῆς βάσεως καὶ οὗτος. ὅρα, ἔφη, ὦ Τυχιάδη, μή σοι μεταμέλῃ τοῦ σκώμματος ὕστερον. οἶδα ἐγὼ, οἷα ἔπαθεν ὁ τοὺς ὀβολοὺς ὑφελόμενος, οὓς κατὰ τὴν νουμηνίαν ἑκάστην πέμπομεν αὐτῷ πρόσφατα ἐκρεμῶντες, ὁ Ἰων ἔφη, ἱεροσυλόν τε ὄντα. πῶς οὖν αὐτὸν ἡμύναξε, ὦ Εὐκράτες; ἐθέλω γὰρ ἀκοῦσαι, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα βούλοιτο Τυχιάδης ἀπιστῆσαι. πολλοὶ, ἦ δ' ὅς, ἐκέατο ὀβολοὶ πρὸς τοῖς ποσὶν αὐτοῦ, καὶ δὴ καὶ νομίσματα ἔνια ἀργυρᾶ πρὸς τὴν μηρὸν, κηρῷ κεκολλημένα, καὶ πέταλα ὀλίγα ἀργύρου, εὐχαί τινος, ἢ μαθὸς ὅτι τῇ ἰάσει, ὁπόσοι δ' αὐτὸν ἐπαύσαντο πυρετῷ ἐχόμενοι. ἦν δὲ ἡμῖν Λίβυς τις οἰκέτης, κατάρατος, ἱπποκόμος. οὗτος ἐπεχείρησε νυκτὸς ὑφελέσθαι πάντα ἐκεῖνα, καὶ ὑφείλετο, καταβεβηκότα ἤδη τηρήσας τὰ ἀνδριάντια. ἐπεὶ δὲ ἐπανελθὼν τάχιστα ἔγνω παρεισεσυληκὼς ὁ Πέλιχος, ὅρα ὅπως ἠμύνατο, καὶ κατέφωρον ἐποίησε τὸν Λίβυν. διὰ ὅλης γὰρ τῆς νυκτὸς περιῄει τὸν αὐλίον, ἆθλιος ἐξελθεῖν οὐ δυνάμενος, ὡσπερ ἐς λαβύρινθόν τινα ἐμπεσών, ἄχρι δὴ κατελήφθη ἔχων τὰ φώρια, περὶ μεσημβρίαν. καὶ τότε μὲν, πληγὰς οὐκ ὀλίγας ἔλαβεν· ὑ δὲ πολὺ δεῖσας χρόνον, κακὸς κακῶς ἀπέθανε, μαστιγούμενος ὡς ἔλεγε καὶ τὴν νύκτα ἐκείνην, ὥστε καὶ μώλωπας ἐς τὴν ὑστεραίαν φαίνεσθαι αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ σώματος. πρὸς ταῦτα, ὦ Τυχιάδη, καὶ τὸν Πέλιχον σκῶπτε, καὶ μὲ, ὡσπερ τὸν Μίνωος ἡλίκιώτην, ἤδη παίζειν ἤδη δόκει μοι, ὦ Εὐκράτες, ἢν δ' ἐγὼ, ἔστ' ἂν ὁ χαλκοῦς μὲν, χαλκοῦς, ὁ δὲ ἔργον, Δημήτριος ὁ Ἀλωπεκῆθεν εἰρ-

A Quum primùm nox est, inquit, hæc è base descendens in qua steterat, in orbem totam domum circumit: & omnes occurrunt ei interdum etiam canenti: nec quisquam est quem vnquam læserit: diuertere enim tantùm oportet: illa verò præterit nihil intuentes infestans, quin & lauat sæpe, & tota nocte ludit, vt ex ipso aquæ strepitu licet audire. Vide ergo, inquam ego, ne fortè non Pelichus hæc statua sit, sed Talus potiùs Cretensis, qui apud Minoëm fuisse dicitur: nam & ille æreus quidam Cretæ custos erat: quòd si non ex ære, sed ex ligno facta esset, nihil B eam prohiberet quin non opus Demetrij, sed vna potiùs ex Dædali machinis esse videatur: è base namque (vt ais) etiam ista fugit. Vide, inquit, ô Tychiade, ne te posthac scommatis huius pœniteat. Noui quidem ego quid illi euenerit qui obolos surripuit, quos ei noui lunio quoque suspendimus. Prorsus atrocia, inquit Ion, oportebat accidere: quippe qui sacrilegus erat: quomodo ergo illum vltus est, ô Eucrates? Nam audire cupio, etiamsi quammaximè Tychiades iste diffisurus est. Multi, inquit C ille, ad pedes eius oboli iacebant, aliáque item numismata quædam argentea ad crus eius affixa cera, ac laminæ quoquo argenteæ, vota cuiusque, aut merces ob sanationem eius qui ab eo liberatus esset quum febre detineretur. At erat nobis seruus quidam Libycus sceleratus, equorum curator. Hic noctu aggressus est ea auferre omnia, abstulítque, digressam iam quum obseruasset statuam. At quum primùm reuersus intellexit sacrilegio se compilatum Pelichus, vide quo pacto sese vltus est, atque furti prodidit Libycum. Tota nocte atrium obambula- D bat in orbem miser, exire non valens, tanquam in Labyrinthum incidisset: quoad orta die iam deprehensus est ea tenens quæ furto abstulerat: ac tum quidem comprehensus, plagas non paucas recepit, nec temporis multum superstes malus malè periit, vapulans, vt dicebat, singulis noctibus: adeò vt vibices posstridie apparerent in corpore. I nunc, & post ista quoque Tychiades Pelichum ride, ac me tanquam coætaneum Minoi iam delirare puta. At ô Eucrates, inquam ego, quandiu æs erit æs, operísque plastes Demetrius Alopecensis fue-

rit, qui non deos, ſed homines fingere
consueuit, Pelichi nunquam ſtatuam ve-
rebor: quippe qui nec ipſum etiam viuen-
tem, ſi mihi minaretur, admodum timuiſ-
ſem. Ad hæc medicus Antigonus, Et
mihi, ô Eucrates, inquit, Hippocrates
æreus eſt magnitudine fermè cubitali:
qui tum dumtaxat quum lucerna extin-
cta ſit, totam in orbem domum ambit,
perſtrepens, ac pyxides euertens, phar-
macáque commiſcens, atque oſtia cir-
cumuertens: maximéque ſi quando ſa-
crificia prætermittimus, quibus in ſingu-
los annos ei ſacrificamus. Poſtulat ergo,
inquam ego, etiam Hippocrates medi-
cus iam vt ſibi ſacrificetur: indignatúr-
que niſi in tempore iuſtorum ſacrificio-
rum epulis accipiatur: quem nimirum
decebat boni conſulere ſi quis ei libauerit,
aut mulſum inſperſerit, aut caput co-
ronauerit. Audi ergo, inquit Eucrates,
iſtud certè etiam teſtibus probauero,
quod ante annos quinque vidi. Erat fer-
mè vindemiæ tempus. Ego verò in a-
grum circa meridiem vindemiatum di-
miſſis operariis, in ſyluam ſolus abibam,
cogitans interim quiddam atque conſi-
derans. At poſtquam in ſaltum perueni,
canum primò latratus inſonuit. Ego ve-
rò Mnaſona filium meum cum æquali-
bus venientem, ludere venaríque (quem-
admodum ſolebat) coniiciebam. At res
haudquaquam ſic ſe habebat: verùm
paulo pòſt facto terræ motu, ſonóque
velut è tonitru, mulierem aduenien-
tem video terribilem, proceritate fer-
me ſemiſtadiali: habebat autem in ſi-
niſtra facem, in dextra verò gladium
viginti circiter cubitorum. Et infernè
quidem pedibus erat ſerpentinis, ſuper-
nè verò Gorgonem referens, vultu vi-
delicet, atque aſpectus horrore: pro co-
ma quidem draconibus tanquam cæſa-
rie circumcincta, aliis collum ample-
ctentibus, aliis etiam per humeros ſpar-
ſis. Videte, inquit, amici quo pacto
etiam inter narrandum exhorrui: & ſi-
mul hæc dicens Eucrates, oſtendit omni-
bus brachij ſui ſetas erectas metu. Ion
ergo ac Dinomachus & Cleodemus ve-
hementer inhiantes auſcultabant eum,
viri ſenes, tanquam naribus traherentur, adorantes apud ſeſe tam incredibi-
lem Coloſſum, mulierem ſemiſtadia-
lem, Giganteum quoddam Mormolyciũ.

A γασμένος ἢ, ὅ θεοποιός τις, ἀλλ' αὐθρωπο-
ποιὸς ὤν, ὅποτε φοβήσομαι τὸν ἀσθριαίτα
Πελίχου, ὃν οὐδὲ ζῶντα πάνυ ἐδεδίειν, ἀπει-
λοῦντά μοι, ὅτι τούτοις Ἀντίγονος ὁ ἰατρὸς εἶ-
πε. κἀμοὶ, ὦ Εὐκρατες, Ἱπποκράτης ὁ
B χαλκοῦς, ὅσον πηχυαῖος τὸ μέγεθος, ὃς μόνον
ἐπειδὰν ἡ θριαλλὶς ἀποσβῇ, περίεισι τὴν οἰ-
κίαν ὅλην ἐν κύκλῳ, φοφῶν, καὶ τὰς πυξί-
δας διατρέπων, καὶ τὰ φάρμακα συγχέων,
καὶ τὴν θύραν περιτρέπων, ἢ μάλιστα ἐπει-
δὰν τὴν θυσίαν ἐκβαλώμεθα, ἣν καθ' ἕ-
C κάστον ἐνιαυτὸν αὐτῷ θύομεν. ἀξιοῖ γάρ, ἵν' ἐγὼ, καὶ Ἱπποκράτης ἤδη ὁ ἰατρὸς θύσῃ αὐ-
τῷ, καὶ ἀγαγάκτει, ἐὰν μὴ καθ' ὥραν καὶ ἐφ' ἱε-
ρῶν τελείων ἑστιαθῇ· ὃν ἔδει ἀγαπᾶν, εἴ τις
ἀναλίσκειν αὐτῷ, ἢ μελίκρατον ἐπισπείσειε, ἢ
στεφανώσειε τὴν κεφαλήν. ἄκουε τοίνυν, ἔφη
ὁ Εὐκράτης, τοῦτο μὲν καὶ ὅτι μάρτυράν, ὃ
D πρὸ ἐτῶν πέντε εἶδον. ἐτύγχανε μὲν ἀμφὶ
τρυγητὸν ὂν ἔτος ὄν· ἐγὼ δὲ ἀμφὶ τὸν ἀλεὸν
μεσούσης τῆς ἡμέρας τρυγῶντας ἀφεὶς τοὺς
ἐργάτας, κατ' ἐμαυτὸν εἰς τὴν ὕλην ἀπῆλθον,
μεταξύ φροντίζων τι, καὶ αὐτὸς πρὸς αὐτόν.
ἐπεὶ δ' ἐν τῷ σκιερῷ ἦν, ὁ μὲν πρῶτον,
ὑλαγμὸς ἐκλύετο κυνῶν· κἀγὼ εἰκάζον Μνά-
σωνα τὸν υἱὸν, ὡς ἐώθη, παίζειν, καὶ κυνη-
γετεῖν εἰς ὁ λάσιον μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν προ-
ελθόντα. τὸ δ' οὐκ εἶχεν οὕτως, ἀλλὰ μετ'
ὀλίγον σεισμοῦ τινος γλυκέος, καὶ βοῆς, οἵᾳ
ἂν βροντῆς, γυναῖκα ὁρῶ προσιοῦσαν φο-
βεράν, ἡμισταδιαίαν σχεδὸν ὕψος· εἶχε δὲ
καὶ δᾷδα ἐν τῇ ἀριστερᾷ, καὶ ξίφος ἐν τῇ
δεξιᾷ, ὅσον εἰκοσάπηχυ· καὶ τὰ μὲν ἔνερθεν,
ὀφιόποδα ἦν, τὰ δὲ ἄνω, γοργόνι ἐμφερὴς, ὃ
D βλέμμα, φημὶ, καὶ ὃ φρικώδες τῆς προσό-
ψεως, καὶ αὐτὴ τῆς κόμης, τοὺς δράκοντας πε-
ριχυδὸν περιέχειτο, εἱλουμένους περὶ τὸν
αὐχένα, καὶ ὅτι πρὸς ὤμων εἰσὶν ἐσταλμέ-
νοις. ὁρᾶτε, ἔφη, ὅπως ἔφριξα, ὦ φίλοι, με-
ταξὺ διηγούμενος; καὶ ἅμα λέγων, ἐδείκνυεν
ὁ Εὐκράτης ὡς ὅτι τῆς πήχεος τρίχας, πᾶ-
σιν ὀρθὰς ὑπὸ τοῦ φόβου. οἱ μὲν οὖν ἀμφὶ
τὸν Ἴωνα, καὶ τὸν Δινόμαχον, καὶ τὸν Κλεόδη-
μον, κεχηνότες ἀτενὲς, προσεῖχον αὐτῷ γέ-
ροντες ἄνδρες, ἑλκόμενοι τῇς ῥινὸς, ἠρέμα
προσκυνοῦντες ὥσπερ ἀπίθανον Κολοσσὸν, ἡμισταδιαίαν γυναῖκα, Γιγαντείου τινὸς Μορμολύκειον.

ἐγὼ δ' ἐνενόουν μεταξὺ οἷοί ὄντες αὐτοὶ, νέοις τε A ὁμιλοῦσιν ὅτι σοφία, καὶ ὑπὸ πολλῶν θαυμάζονται, μόνῃ τῇ πολιᾷ καὶ τῷ πώγωνι διαφέροντες τῶν βρεφῶν· τὰ δ' ἄλλα, καὶ αὐτῶν ἐκείνων διαγωγότεροι πρὸς τὸ ψεῦδος. ὁ γοῦν Δρόμαχος, Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Εὐκρατες, οἱ κύνες δὴ τῆς θεᾶς, πηλίκοι τὸ μέγεθος ἦσαν; ἐλεφάντων, ἦ δ' ὅς, ὑψηλότεροι τῶν Ἰνδικῶν, καὶ μέλανες καὶ αὐτοὶ, καὶ λάσιοι, πίναρᾷ καὶ αὐχμώσῃ τῇ λαχνῃ. ἐγὼ μὲν οὖν ἰδών, ἔστην, ἀναστρέψας ἅμα τὸ σφραγῖδα, ᾗ μοι ὁ Ἄραψ ἔδωκεν εἰς τὸ εἴσω τῆς δακτύλου. ἡ Ἑκάτη δὲ παίξασα τῷ δρακοντείῳ ποδὶ τοὔδαφος, B ἐποίησε χάσμα παμμέγεθες, ἡλίκην Ταρτάρου τὸ μέγεθος· εἶτα ὤχετο μετ' ὀλίγον ἀλλομένη ἐς τὸ αὐτό· ἐγὼ δ' ἅμα σῴσας, ἐπέσχον, λαβόμενος δένδρου τινὸς πλησίον πεφυκότος, ὡς μὴ σκοτοδινιάσας, ἐμπέσοιμι ὅτι κεφαλήν· εἶτα ἑώρων τὰ ἐν Ἅιδου ἅπαντα, τὸν Πυριφλεγέθοντα, τὴν λίμνην, τὸν Κέρβερον, τοὺς νεκρούς, ὥστε γνωρίζειν ἐνίους αὐτῶν. τὸν γοῦν πατέρα εἶδον ἀκριβῶς αὐτὰ σκῆνα ἔτι ἀμπεχόμενον, ἐν οἷς αὐτὸν καθεδάφαμεν. τί δ' ἔπραττον, ὁ Ἰων ἔφη, ὦ Εὐκρατες, αἱ ψυχαί; τί δῆτα, C ἦ δ' ὅς, ἢ χρὴ φύλαι καὶ φρήτρας μετὰ τῶν φίλων, καὶ συγγενῶν διατρίβουσιν ὅτι τῷ ἀσφοδέλῳ καθεκείμεθα; ἀπολεγέτωσαν οὖν ἔτι, ἦ δ' ὅς ὁ Ἰων, οἱ ἀμφὶ τὸν Ἐπίκουρον τῷ ἱερῷ Πλάτωνι, καὶ τῷ περὶ τῶν ψυχῶν λόγῳ. σὺ δὲ μὴ καὶ τὸν Σωκράτη αὐτὸν, καὶ τὸν Πλάτωνα εἶδες ἐν τοῖς νεκροῖς; τὸν Σωκράτη ἔγωγε, ἦ δ' ὅς, τὸν μὲν γὰρ σαφῶς, ἀλλὰ εἰκάζων ὅτι φαλακρὸς, καὶ προγάστωρ ἦν· τὸν Πλάτωνα δὲ, οὐκ ἐγνώρισα· χρὴ γὰρ, οἶμαι, πρὸς φίλους ἄνδρας D τἀληθῆ λέγειν. ἅμα γοῦν ἔγωγε ἅπαντα ἀκριβῶς ἑώρακα, καὶ τὸ χάσμα συνέμυε, καί τινες τῶν οἰκετῶν ἀναζητοῦντές με, καὶ Πυρρίας ἐν αὐτοῖς, ἐπέστησαν ἔτι τέλεον μεμυκότος τοῦ χάσματος· εἰπὲ Πυρρία, εἰ ἀληθῆ λέγω; νὴ Δί', ἔφη ὁ Πυρρίας, καὶ ὑλαγμὸν ἦκουσα διὰ τοῦ χάσματος, καὶ πῦρ τι ὑπολάμπειν ἀπὸ τῆς δᾳδός μοι ἐδόκει. κἀγὼ ἐγέλασα, ὅτι μετρήσαντος τοῦ μάρτυρος τὸν ὑλαγμὸν, καὶ ὁ πῦρ. ὁ Κλεόδημος δὲ, Οὐ καινὰ, εἶπεν, οὐδὲ ἀλλοις ἀόρατα ταῦτα εἶδες, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὑπὸ πολλῶν νοσήσας, τοιόν τι ἐθεασάμην.

Ego verò considerabam interim cuiusmodi erant hi qui cum iuuenibus sapientiæ nomine versentur; vulgóque in admiratione habeantur: quum sola nimirum canitie barbáque ab ipsis differant infantibus, cæterùm etiam illis ipsis faciliùs ductiles ad credenda mendacia. Dinomachus ergo, Dic mihi, inquit, Eucrates, illi canes deæ, quanta magnitudine erant? Elephantis, inquit ille, proceriores Indicis, nigri & ipsi, hirsuti-que, sordido squalidó que villo. Ego igitur quum viderem, restiti; inuerso protinus in interiorem digiti partem, quod Arabs mihi dederat, sigillo. Hecate ergo percusso draconicis illis pedibus solo, hiatum effecit maximum, & qui immani magnitudine penitus æquaret Tartarum: deinde paulo pòst abiit in eum desiliens. Ego verò præsente animo porrecta ceruice inclinatus, inspexi apprehensa arbore quapiam quæ vicina stabat, ne obortis mihi tenebris ac vertigine, in caput præceps inciderem: deinde conspexi ea quæ in inferno sunt omnia, Pyriphlegethontem lacum, Cerberum, manes: adeò vt quosdam etiam eorum agnoscerem. Patrem ergo meum manifestè cernebam adhuc his ipsis amictum quibus eum sepeliuimus. Quid agebant (inquit Ion) ô Eucrates, animæ? Quid aliud, inquit ille, quàm per tribus familiásque cum amicis cognatísque versantur, in Asphodelo collocati? Contradicant ergo etiam nunc (inquit Ion) Epicurei sacro Platoni, eiúsque de anima rationibus. At tu nónne Socratem etiam ipsum Platonémque videbas inter manes? Socratem (inquit) vidi, neque illum tamen euidenter, nisi quòd inde conieci, quoniam caluus ac ventricosus erat. Platonem verò non cognoui: nam apud amicos nimirum vera fateri oportet. Simul ergo atque ego omnia conspexi, & hiatus coiit, & ex famulis meis quidam quærentes me, atque in his Pyrrhias hic, superuenêre hiatu nondum plenè obducto: dic Pyrrhia, an non vera narro? Per Iouem (inquit Pyrrhias) & latratũ audiui per hiatum: & ignis quidem à face mihi suffulgere videbatur. Tum risi ego profectò, teste latratum ignémque in cumulum addente. Tum Cleodemus, Haudquaquam noua ista, inquit, neque aliis inuisa vidisti. Nam & ipse haud ita pridem quum ægrotarem, tale quiddã conspexi.

Prospiciebat mihi curabátque Antigonus hic, ac septima dies erat, febrísque ô qualis! incendio certè vehementior. Omnes ergo me relinquentes solũ, clausis foribus foris manebant. Sic enim iusseras Antigone, si quo pacto possem obdormiscere. Tunc igitur astitit mihi iuuenis quidam vigilanti, pulcher admodum, veste circumamictus candida. Ac me quum excitasset, per hiatum quendam ducit ad inferos, sicuti illico cognoui, Tantalum quum viderem ac Tityum Sisyphúmque. At cætera vobis quid commemorem? Postquam verò ad tribunal perueni (aderat autem & Æacus, & Charon, Parcæque, atque Erinnyes) quidam velut rex (Pluto certè mihi videbatur) assedit singulorum nomina perçensens, qui morituri erant, quos diem iam vitæ præscriptum præteriisse contigerat. Iuuenis ergo me adducens illi exhibuit. At Pluto tunc incanduit, & ad eum qui me ducebat, Nondum illi completum est stamen, inquit, abeat ergo. Tu verò fabrum Demylum adduc: iam siquidem vltra colum viuit. Tum ergo lætus recurrens, ipse quidem iam febre liber eram: denuntiabam verò omnibus quòd Demylus esset moriturus. Manebat autem nobis in vicinia ægrotans etiam ipse nonnihil, vt renuntiatum est. Ac paulo pòst audimus eiulatum eorum qui lugebant eum. Quid miri est, inquit Antigonus? Ego etenim quendam noui post vigesimum diem quàm sepultus est, resurrexisse. Nam hominem & antequam moreretur, & postquam resurrexit, ipse curaui. Et quo pacto (inquam ego) in diebus viginti neque tabuit corpus, neque præterea fame corruptum est, nisi fortassis Epimenidem quempiam tu curasti? Hæc quum diceremus, protinus ingrediebantur Eucratis filij, è palæstra redeuntes. Alter quidem iam ex ephebis excesserat, alter verò annos natus erat circiter quindecim. Tum salutatis nobis iuxta patrem adsidebant in lecto, ac mihi quidem sella illata est. Tum Eucrates tanquam è conspectu filiorum admonitus, Sic his frui mihi contingat, inquit, simúlque manum eis iniecit, vt apud te Tychiades vera narrabo. Felicis memoriæ vxorem meam horum matrem nouerunt omnes quo pacto dilexerim. Nam declaraui his rebus quas in eam feci, non modò dum viueret,

A ἐπεσκόπει δέ με, καὶ ἐθεράπευεν Ἀντίγονος οὗτος. ἑβδόμη μὲν ἦν ἡμέρα, ὁ δὲ πυρετὸς, οἷος, καύσωνος σφοδρότερος· ἅπαντες δέ με ἀπολιπόντες ἔσω ἐρημίας, ὅπως κλισθείμην ταῖς θύραις, ἔξω παρεμένον. οὕτω γὰρ ἐκέλευσας, ὦ Ἀντίγονε, εἴ πως δυναίμην εἰς ὕπνον τρέπεσθαι. τότε οὖν ἐφίσταταί μοι νεανίας ἐγρηγορότι, παῖς καλὸς, λευκὴν ἱμάτιον περιβεβλημένος· εἶτα ἀναστήσας, ἄγει διά τινος χάσματος ἐς τὸν Ἅιδου, ὡς αὐτίκα ἐγνώρισα Ταντάλου ἰδὼν, καὶ Τιτυοῦ, καὶ Σίσυφον. καὶ τἄλλα μὲν ἄλλα, τί αὖ ὑμῖν λέγοιμι; ἐπεὶ δὲ καὶ

B ὁ δικαστήριον ἐλθόμεν (πρῶτος δὲ ἦν ὁ Αἰακὸς, καὶ ὁ Χαρὼν, καὶ αἱ Μοῖραι, καὶ αἱ Ἐρινύες) ὁμῶς τις ὥσπερ βασιλεὺς (ὁ Πλούτων μοι δοκεῖ) καθῆστο, ὑπαναγράφων τῶν τεθνηξομένων τὰ ὀνόματα, οἷς ἤδη ὑπερημέρους τῆς ζωῆς συνέβαινεν εἶναι· ὁ δὲ νεανίσκος, ἐμὲ φέρων προσέπεσεν αὐτῷ· ὁ δὲ Πλούτων, ἠγανάκτησε τότε, καὶ πρὸς τὸν ἀγαγόντα με, Οὔπω πεπλήρωται, φησὶ, τὸ ἧμαρ αὐτῷ, ὥστε ἀπίτω. σὺ δὲ δή, τὸν χαλκέα Δημύλον ἄγε· ἔστω γὰρ τὸν ἄπρακτον ἤδη

C βιοῦ. κἀγὼ ἀσμενος ἀναθραμών, αὐτὸς μὲν ἤδη ἀπύρετος ἦν, ἀπήγγειλον δὴ ἅπασι, ὡς τεθνήξεται Δημύλος. ὀχλούντων δὲ ἡμῶν ᾤχει, νοσῶν τι καὶ αὐτὸς ὡς ἀπηγγέλλετο, καὶ μικρὸν ἠκούομεν οἰμωγῆς ὀδυρομένων ἔσω αὐτῷ. τί θαυμαστὸν, εἶπεν ὁ Ἀντίγονος; ἐγὼ γὰρ οἶδα τινὰ μετ' εἰκοστὴν ἡμέραν, ἢ ἐτάφη, ἀναστάντα, θεραπεύσας καὶ ποδὸς τοῦ θανάτου, καὶ ἐπὶ αἴσης, τὸν αἰῶνα πᾶν. καὶ πῶς, ἦν δ' ἐγὼ, ἐν εἴκοσιν ἡμέραις ὅτε ἐμύδησε τὸ σῶμα, οὔτε ἄλλως ἔστω λιμοῦ διεφθάρη, εἰ μή τινά γε Ἐπιμενίδην σύ γε ἐθεράπευες. ἅμα ταῦτα λεγόντων ἡμῶν, ἐπεισῆλθον οἱ τοῦ Εὐκράτους υἱοὶ ἐκ τῆς παλαίστρας· ὁ μὲν, ἤδη ἐξ ἐφήβων, ὁ δὲ ἕτερος, ἀμφὶ τὰ πεντεκαίδεκα ἔτη, καὶ ἀσπασάμενοι ἡμᾶς, ἐκαθέζοντο ὅπῃ τῆς κλίνης πρὸς τὸν πατέρα· ἐμοὶ δὲ εἰσεκομίσθη θρόνος. καὶ Εὐκράτης, ὥσπερ ἀναμνησθεὶς τοῦ ὄφεως τοῦ ἱέρεως, Οὕτως ὀναίμην, ἔφη, τούτων (ὑπεβάλλων αὐτοῖν τὴν χεῖρα) ὡς ἀληθῆ, ὦ Τυχιάδη, τοῖς σὲ ἐρῶ. τὴν μακαρίτην μου γυναῖκα, τὴν τούτων

D μητέρα, πάντες ἴσασιν ὅπως ἠγάπησα, ἐδήλωσα δὲ, οἷς περὶ αὐτὴν ἐτόλμησα, ὅ ζῶσαν μόνον,

ἀλλ' ἐπεὶ καὶ ἀπέθανε, τόν τε κόσμον ἅπαν- A verùm etiam postquam vitâ functa est,
τα συγκαταφλέξασα, καὶ τὴν ἐσθῆτα ἣ ζῶ- quippe qui mundum eius vniuersum, ve-
σα ἐχαιρεν. ἑβδόμῃ δὲ μετὰ τὴν τελευτὴν stémque qua dum viueret oblectabatur,
ἡμέρᾳ, ἐγὼ μὲν αὐτοῦθα ὑπὲρ τῆς κλίνης, ὥσ- in rogum illius iniecerim. Septima verò
περ νῦν, ἐκείμην ἀδημονοῦμενος τὸ γε post mortem die, ego quidem hîc in
πένθος. ἀνεγίγνωσκον γὰρ ὁ τοῦ ψυχῆς τῷ eundem lectum incumbebam, quemad-
Πλάτωνος βιβλίον ἐφ' ἡσυχίας. ἐπεισέρχε- modum nunc, luctum cum mihi commi-
ται δὲ μεταξὺ ἡ Δημαινέτη αὐτὴ ἐκείνη, καὶ tigans, quem de illa conceperam. Lege-
καθέζεται πλησίον, ὥσπερ νῦν Εὐκρατίδης bam enim tacitus Platonis illum de ani-
ὅδε, δείξας τὸν νεώτερον τῶν υἱέων· ὁ δὲ αὐτί- ma libellum. Ingreditur interim De-
κα ἔφριξε μάλα παιδικῶς, καὶ πάλαι ἤδη mænete ea ipsa, atque adsidet iuxtà,
ὠχρὸς ὢν τοῖς τοῦ διηγήσιν. ἐγὼ δὲ, ἦσθ' quemadmodum nunc Eucratides hic,
ὡς ὁ Εὐκράτης, ὡς εἶδον, τοῦ περιπλακεὶς αὐτῇ, B minorem designans filium. Hic verò illi-
ἐδάκρυον αἰακτῶν· ἡ δὲ, οὐκ εἴα βοᾶν, co tremuit admodum pueriliter, ac du-
ἀλλ' ἠπάτο με ὅτι τἄλλα πάντα χαριζόμε- dum ad narrationem pallebat. Ego verò
νος αὐτῇ, ἀλλ' ἕτερον τῶν σανδαλίων χρυ- (inquit Eucrates) vt conspexi, amplexus
σοῦν ὄντων, ὃ κατακαύσαιμι, εἰ δὲ αὐτὸ eam singultim lacrymabam. Illa verò
ἔφασκε, τοῦτο μεῖζον κακὸν τῇ κιβωτῷ. καὶ me vociferari non patiebatur, verùm in-
δὴ τοῦτο ἡμεῖς οὐχ ὑφέντες, ἕτερον μόνον cusabat me, quòd quum ei fuissem in
ἐκαύσαμεν. ἔτι δὲ ἡμῶν διαλεγομένων, reliquis gratificatus omnibus, è sandaliis
καταφανές τι κυνίδιον ὑπὸ τῇ κλίνῃ ὂν, με- aureis alterum non cremaueram: super-
λιταῖον, ὑλάκτησεν· ἡ δὲ, ἠφανίσθη πρὸς esse autem id dicebat, quod sub arca ce-
τὴν ὑλακήν. ὃ μὲν σανδάλιον εὑρεθὲν ciderat: atque ob id nos quum non inue-
ὑπὸ τῇ κιβωτῷ· καὶ κατεκαύθη ὕστερον. ἔτι C niremus, alterum tantùm cremauera-
ἀπιστεῖν τούτοις, ὦ Τυχιάδη, ἄξιον σοι δοκεῖ mus. Nobis autem adhuc dissentibus,
εἶναι, καὶ τοῖς τὴν ἡμέραν ἑκάστην φαινομένοις; sceleſtissimus quidam caniculus qui mihi
μὰ Δί', ὦ δ' ἐγὼ· ἐπεὶ σανδάλῳ γε χρυ- in deliciis erat, in lecto cubans allatra-
σῷ ἐς τὰς πυγάς, ὥσπερ τὰ παιδία, παίε- bat: ea verò ad latratum euanuit. At
σθαι ἄξιοι δὴ εἶεν οἱ ἀπιστοῦντες, καὶ οὕτως sandalium sub arca repertum est: postcá-
αἰσχυντοῦντες τοῖς τοῦ ἀληθοῦς. ὑπὸ que à nobis incensum. An hæc etiam
τούτοις, ὁ Πυθαγορικὸς Ἀρίγνωτος εἰσῆλθεν, Tychiades recusabis credere, quum tam
ὁ κομήτης, ὁ σεμνὸς ἀπὸ τοῦ προσώπου, οἶ- sint euidentia, quotidiéque obseruen-
δα τὸν ἀοίδιμον ὑπὸ τῆ σοφίᾳ, τὸν ἱερὸν ἐπο- tur? Per Iouem, inquam ego, digni fue-
νομαζόμενον. κἀγὼ μὲν, ὡς εἶδον αὐτὸν, ἀνέ- rint quibus aureo sandalio nates puero-
πνευσα, τοῦτ' ἐκεῖνο ἥκειν μοι νομίσας, πέλε- D rum more feriantur, si qui ista non cre-
κύν τινα κατὰ τῶν ψευσμάτων. ὑπεσήμηνε γὰρ dant, atque vsque adeò impudenter ve-
αὐδὴ, ἔλεγον, ὁ σοφὸς ἀνὴρ, οὕτω τερατώδη ro resistant. Interea Pythagoricus in-
διεξιόντας· καὶ ὁ τοῦ λόγου, θεὸν ἀπὸ μη- trabat Arignotus comatus ille, ab aspe-
χανῆς ἐπεισεληλυθέναι μοι τὸν ἄνδρα ἀπὸ ctu venerabilis. Nosti illum doctrinæ
τῆς τύχης. ὁ δὲ, ἐπεὶ καθέζετο, ὑποεκ- nomine celebrem, qui cognominatur
στάντος αὐτῷ τοῦ Κλεοδήμου, πρῶτα μὲν, περὶ sacer. Atque ego quidem vt eum conspe-
τῆς νόσου ἤρετο· εἶτα ὡς ῥᾷον ἤδη ἔχειν ἤκουσε xi, respirauí: hoc ipsum quod prouerbio
παρὰ τοῦ Εὐκράτους, Τί δὲ, ἔφη, πρὸς ἀλλή- dici solet, aduenisse mihi ratus, nempe
λους φιλοσοφεῖτε; μεταξὺ γὰρ εἰσιὼν, ἐπήκου- securim quampiam aduersus mendacia.
σα. καί μοι δοκεῖτε εἰς καλὸν διατεθήσεσθαι Occludet, inquam, eis ora vir sapiens,
τὴν διατριβήν. τί δ' ἄν, εἶπεν ὁ Εὐκράτης, adeò monstrosa narrantibus: atque
prorsus, iuxta vulgatum illud adagium,
repentè Deum immissum esse mihi hunc
à fortuna putabam. Hic verò postquam
adsedit, assurgente ei ac cedente Cleo-
demo, primùm de morbo percontatus
est, séque audisse dicebat Eucratem iam
se meliùs habere. At quidnam, inquit,
inter vos philosophamini? Nam interim
dum ingrediebar, subauscultaui, ac mi-
hi certè videmini in re quapiam pulchra
conuersari. Quid aliud, inquit Eucrates,

quàm vt huic adamantino perſuadea-
mus (me demonſtrans) vt dæmones cre-
dat aliquos eſſe, phantaſmatáque, ac
mortuorum animas ſuper terram obam-
bulare, & ſeſe, quibus libitum fuerit, o-
ſtendere? Ego igitur erubui, vultúmque
deieci reueritus Arignotum. At ille, Vi-
de (inquit) Eucrates, num hoc dicat
Tychiades, eorum tantùm qui violen-
ter interierint, animas errare, veluti ſi
quis ſuffocatus, aut capite truncatus,
crucíve ſuffixus fuerit, aut alio quopiam
iſtiuſmodi modo è vita diſceſſerit: eas
verò quæ fatali morte naturalíque di-
ſceſſerint, haudquaquam ampliùs ober-
rare. Nam ſi hoc dicat, non vſqueadeo
abſurda dixerit. Per Iouem, inquit Di
nomachus, ne eſſe quidem iſtiuſmodi,
nec præſentia cerni putat. Quid ais, in-
quit Arignotus, in me toruè aſpiciens, ni-
hil horum tibi videtur fieri? præſertim
quum omnes (vt ita dicam) videant?
Ignoſces, inquam ego, mihi, ſi non cre-
do: nam ſolus omnium non video: quòd
ſi vidiſſem, profectò & credidiſſem,
quemadmodum & vos. Atqui, inquit
ille, ſi quando Corinthum veneris, roga
vbi ſit Eubatidæ domus. Atque vbi tibi
fuerit indicata, nempe circa Craneum,
in eam ingreſſus, dic ianitori Tibio,
velle te videre vnde dæmonem Pytha-
goricus Arignotus quum adduxiſſet, ab-
egerit, ac deinceps habitabilem domum
reddiderit. Quidnam hoc erat Arigno-
te? rogabat Eucrates. Inhabitabilis e-
rat, inquit ille, diu propter terricula:
quòd ſi quis inhabitaſſet, expauefactus
illico fugiebat, exactus à quodam hor-
rendo ac terribili ſpectro. Deciderat er-
go iam, tectúmque rumpebatur, neque
quiſquam erat omnino qui in eam in-
gredi fuerit auſus. Ego verò vbi hæc au-
diui, libellos ſumens (ſunt autem Æ-
gyptij mihi de talibus rebus admodum
multi) veni in domum circa primam
vigiliam, dehortante hoſpite, ac fer-
mè detinente, poſtquam didicerat quò
iturus eſſem, in certum, vt putabat,
exitium. At ego ſumpta lucerna, ſolus
ingredior, atque in vaſtiſſimo atrio col-
locato lumine, humi ſedens tacitè lege-
bam. Adeſt verò dæmon ille, cum quo-
piam è vulgo ſe congreſſurum ratus, ac
me quoque quemadmodum alios per-
territurum, ſquallidus, hirſutus, ac tene-
bris nigrior. Atque hic quum adſtaret,

Simile habet Plinius in epiſtolis.

A ἢ τουτονὶ τὸν ἀδαμαντῖνον πείθομεν (δείξας ἐμὲ) ἡγῆσθαι δαίμονάς τινας εἶναι, καὶ φαντάσματα, καὶ νεκρῶν ψυχὰς περιπολεῖν ἐπὶ γῆς, καὶ φαίνεσθαι οἷς ἂν ἐθέλωσιν; ἐγὼ μὲν οὖν ἠρυθρίασα, καὶ κάτω ἔνευσα, αἰδεσθεὶς τὸν Ἀρίγνωτον. ὁ δέ, Ὅρα, ἔφη, ὦ Εὐκρατίδες, μὴ τοῦτο φησὶ Τυχιάδης, τὰς τῶν βιαίως ἀποθανόντων μόνας ψυχὰς περιοδεύειν, ὅσ' εἴ τις ἀπήγξατο, ἢ ἀπετμήθη τὴν κεφαλήν, ἢ ἀνεσκολοπίσθη, ἢ ἄλλῳ γέ τῳ τοιούτῳ ἀπῆλθεν ἐκ τοῦ βίου, τὰς δὲ τῶν κατὰ μοῖραν ἀποθανόντων οὐκέτι; ἴσως γὰρ τοῦτο λέγει, ὃ πολλοῦ δεῖ ἀπόλογα φῆσαι. μὰ Δί', ἦν δ' ὅς ὁ Δημόμαχος, ἀλλ' οὐδὲ ὅλως τὰ τοιαῦτα, οὐδὲ σκιοειδῆ ὁρᾶσθαι οἴεται. πῶς λέγεις, ἦν δ' ὅς ὁ Ἀρίγνωτος, δριμὺ ἀποδὺς εἰς ἐμέ. οὐδέν σοι τούτων γίγνεσθαι δοκεῖ, καὶ ταῦτα, πολλῶν, ὡς εἰπεῖν, ὁρώντων; ἀπολελόγησαι, ἴσως ἂν ἐγώ, ὑπὲρ ἐμοῦ, εἰ μὴ πιστεύω, ὅτι μηδὲ ὁρᾷ μόνος τῶν ἁπάντων· εἰ δὲ ἑώρων, καὶ ἐπίστευον ἂν δηλαδή, ὥσπερ ὑμῖς. ἀλλά, ἦ δ' ὅς, ἴσως ποτὲ εἰς Κόρινθον ἔλθῃς, ἐρεῖς ἔνθα ἔστιν ἡ Εὐβατίδου οἰκία, καὶ ἐπειδάν σοι δείξῃ τὰ πρῶτα ὁ Κραναΐου, παρελθὼν εἰς ταύτην, λέγε τῷ παρὰ τὸν θυρωρὸν Τίβιον, ὡς ἐθέλοις ἰδεῖν ὅθεν τὸν δαίμονα ὁ Πυθαγορικὸς Ἀρίγνωτος ἀνάξας, ἀπήλασε, καὶ τὸ λοιπὸν οἰκεῖαν τὴν οἰκίαν ἐποίησε. τί δῆτα τοῦτο ἴσως, ὦ Ἀρίγνωτε, ἤρετο ὁ Εὐκράτης. ἀοίκητος ἴσως, ἦ δ' ὅς, ἐκ πολλοῦ ἦν διὰ δέος. εἰ δέ τις οἰκήσειεν, ἐξέθει πολλαγοῦ, ἐφυγάδευεν ἐκδιωκόμενος ὑπό τινος φοβεροῦ καὶ παραχώδους φάσματος. σκυβάλων οὖν ἤδη, καὶ ἡμέρᾳ κατέρρει. καὶ ὅλως, οὐδεὶς ἴσως ὁ θαρρήσων παρελθεῖν εἰς αὐτό. ἐγὼ δὲ ἐπεὶ ταῦτα ἤκουσα, τὰς βίβλους λαβών (εἰσὶ δέ μοι Αἰγύπτιαι μάλα πολλαὶ περὶ τῶν τοιούτων) ἦλθον ἐς τὴν οἰκίαν περὶ δεῖπνον ὑπνον, ἀποτρέποντος τοῦ ξένου, καὶ μονονὸ ἐπιλαμβανομένου, ἐπεὶ ἔμαθεν οἷ βαδίζοιμι, εἰς περιδέητον κακὸν ὡς ὤετο. ἐγὼ δὲ λύχνον λαβών, μόνος εἰσέρχομαι. καὶ ἐν τῷ μεγίστῳ οἰκήματι καθεζόμενος ὁ φώς, ἀνεγίγνωσκον ἡσυχῇ, χαμαὶ καθεζόμενος. ἐφίσταται δὲ ὁ δαίμων, ὅτι τινα τῶν πολλῶν ἥξειν νομίζων, καὶ δεδίξεσθαι κἀμὲ ἐλπίζων, ὥσπερ τοὺς ἄλλους, αὐχμηρὸς, καὶ κομήτης, καὶ μελάντερος τοῦ ζόφου. καὶ ὁ μὲν, ἐπιστὰς, ἐπειρᾶτο

ἐπειρᾶτό μου πάντοθεν προσβάλλων, εἰ
πόθεν κρατήσαι, καὶ ἄρτι μὲν κύων, ἄρτι δὲ,
ταῦρος γιγνόμενος, ἢ λέων. ἐγὼ δὲ προχει-
σάμενος τὴν φρικωδεστάτην ἐπῳδήν, ἀι-
γυπτιάζων τῇ φωνῇ, στυγνάσας κατάδων
αὐτὸν εἴς τινα γωνίαν σκοτεινὸν οἰκήματος. ἰδὼν
δὲ αὐτὸν οἷ κατέδυ, ὃ λοιπὸν ἀνεπαυόμην·
ἕωθεν δὲ πάντων ἀπεγνωκότων, καὶ νεκρὸν ὑ-
ρήσειν με οἰομένων, καθάπερ τοὺς ἄλλους, προ-
ελθὼν ἀπροσδόκητος ἅπασι, προσέφην τῷ
Εὐβατίδῃ, θαρραλεώτερον αὐτῷ, ὅτι καθα-
ρὸν αὐτῷ, καὶ ἀδείμαντον ἤδη ἔξοι τὴν οἰκίαν οἰ-
κεῖν. καὶ προσλαβὼν αὐτόν τε, καὶ τῶν ἄλλων
πολλούς (εἵποντο γὰρ τῆς προσδοξίας ἕνεκα) ἐκέ-
λευον ἀγαγὼν ὅθι τὸν τόπον, ὃν καταδεδυκότα
τὸν δαίμονα ἑωράκειν, σκάπτειν, λαβόντας
δικέλλας, καὶ σκαφίδα· καὶ ὅπερ ἐποίησαν, ὑρέ-
θη ὡς ἐπ' ὀργυιὰ καταρρυγμένος τις νεκρὸς
ἕωλος, μόνα τὰ ὀστᾶ κεῖμα συγκείμενος.
σκῦλον μὲν οὖν ἐθάψαμεν αὐτὸν ἀορύξαντες. ἡ
οἰκία δὲ ἀπ' ἐκείνης ἐπαύσατο, ἐνοχλουμένη ὑπὸ τῶν φασμάτων. ὡς δὲ ταῦτα εἶπεν ὁ
Ἀρίγνωτος, ἀνὴρ δαιμόνιος τὴν σοφίαν, καὶ ἅ-
πασιν αἰδέσιμος, οὐδεὶς ἐπὶ τῶν παρόντων,
ὃς οὐκ κατεγίγνωσκέ μου πολλὴν τὴν ἄνοιαν,
τοῖς τοιούτοις ἀπιστοῦντες, καὶ ταῦτα, Ἀρίγνωτου
λέγοντος. ἐγὼ δὲ ὅμως οὐδὲν πτήσας, ὅτε τὴν
κόμην, ὅτε τὴν δόξαν τὴν περὶ αὐτοῦ, Τί τοῦτ',
ἔφην, ὦ Ἀρίγνωτε, καὶ σὺ τοιοῦτος ἦσθα, ἡ μόνη
ἐλπὶς τῆς ἀληθείας, καπνῷ μεσὸς καὶ ἰνδαλ-
μοῖς; ὃ γοῦν τοῦ λόγου ἐκεῖνο, Ἀνθρακες ἡμῖν ὁ
θησαυρὸς πέφηνας· σὺ δή, ἦ δ' ὅς ὁ Ἀρίγνωτος,
εἰ μήτε ἐμοὶ πιστεύῃς λέγοντι, μήτε Δεινομά-
χῳ, ἢ Κλεοδήμῳ τούτῳ, μήτε αὐτῷ Εὐκράτει,
φέρε, εἰπὲ τίνα περὶ τῶν τοιούτων ἀξιοπιστότερον
ἡγῇ ταναντία ἡμῖν λέγοντα; νὴ Δί', ἦν δ' ἐγώ,
μάλα θαυμαστὸν ἄνδρα τὸν Ἀβδηρόθεν ἐκεῖνον
Δημόκριτον, ὃς ὥτινος ἄρα ἐπέπεισο μηδὲν οἷόν
τε εἶναι συγκρίνεσθαι τοιοῦτον· ὥστε ὅπως καθείρξας
ἔσω τοὺς μνήματος ἔξω πυλῶν, οἰκοῖ διατελεῖ
γράφων καὶ συντάττων, καὶ νύκτωρ σὺν ἡμέ-
ρᾳ· καί τινες τῶν νεανίσκων, ἐρεσχελῆσαι βουλόμε-
νοι αὐτὸν, καὶ ἱματίων, σκιάμενοι νεκρικῶς
ἐσθῆτι μελαίνῃ, καὶ προσωπείοις ἐς τὰ κρα-
νία μεμιμημένοις προσθέντες αὐτὸν, περιε-
χόρευον τοῦ τοίχου τῇ βάσει ἀναπηδῶντες·

A vndique mē adsultim petens tentauit si
quà posset expugnare, ac modò in ca-
nem, modò in taurum, modò in leonem
vertebatur. At ego correpto in manum
quàm maximè horrendo carmine, simúl-
que vocem imitatus Ægyptiam, & incan-
tans eum, in domicilij tenebrosi angu-
lum quendam compuli. Ac quum ani-
maduertissem vbi se in terram condidit,
tum destiti. Mane autem desperantibus
vniuersis, ac me quemadmodum alios
mortuum sese reperturos putantibus,
præter omnium spem progrediens, Eu-
batidem adeo, feliciter illi annuntians
B quòd puram sibi ac spectris liberam do-
mum iam liceret incolere. Atque illum
assumens, alióque multos (sequebantur
autem huius inopinatæ rei gratia) quum
ad locum duxissem vbi condentem se
dæmona conspexeram, iussi vt sumptis
ligonibus matulisque suffoderent. At-
que vbi id fecerant, inuentum est ferè
ad passum defossum cadauer quoddam
marcidum, ossibus tantùm humana spe-
cie cohærentibus. Illud igitur effossum
sepeliuimus, domus verò postea turbari
prodigiis desiit. Hæc vbi narrauit Ari-
gnotus, vir prodigiosa sapientia, ac re-
C uerendus omnibus, nemo erat ex his
qui aderant, qui non multam mihi im-
putaret insaniam, qui talia non credam,
narrante præsertim Arignoto. Ego ta-
men nihil veritus neque comam, neque
illam quam de eo habebant opinionem:
Quid hoc, inquam, Arignote? Etiam tu
talis eras, in quo mihi sola spes fuit, fumo
plenus ac simulacris? Illud ergo nobis in
te, quod dici solet, euēnit, vt thesaurum
quum sperauerimus, carbones offende-
rimus? At tu, inquit Arignotus, si neque
mihi credis narranti, neque Dinoma-
cho, aut huic Cleodemo, neque ipsi Eu-
D crati, dic age, quemnam digniorem cui
his de rebus fides habeatur, existimas, qui
nobis dicat cōtraria? Per Iouem, inquam
ego, virum apprime mirabilem Abdera
oriundum illum Democritum, cui tam
firmiter erat persuasum eiusmodi nihil es-
se in rerum natura posse, vt quum se in
monimento extra portas clausisset, ibiq;
degeret dies noctésque scribens atque
componens, iuuenésque eum quidam il-
ludere cupientes, ac perterrefacere, ni-
gra veste in modum cadaueris ornati, ac
personis in capita affictis circunsistentes
illum circunsilirent, crebrò subsilientes:

hic neque eorum commenta pertimuerit, neque eos omnino respexerit, sed inter scribendum, Desistite, inquit, ineptire. Adeò firmiter credidit animas nihil esse postquam è corporibus exierint. Hoccine ais, inquit Eucrates, demẽtem quempiam virum esse Democritum, si quidem sic existimauit? Ego verò vobis etiam aliud referam, quod mihi ipsi contigit, non quòd ab alio acceperim: fortassis etiam tu Tychiades quum audieris, compelleris accedere, ipsa narrationis veritate coactus. Quum in Ægypto versarer adhuc adolescens, à patre videlicet doctrinæ gratia transmissus, cupiebam nauigio profectus in Coptũ, illinc adiens Memnonem, miraculum illud audire, eum videlicet sonum reddentem ad Orientem solem. Illum igitur audiui non hoc vulgari modo quo audiunt alij sonũ quempiam inanem, sed mihi oracula etiam edidit Memnon ipse aperto ore septem versibus: quod nisi esset superuacaneum, ipsos vobis versus recensérem. Inter nauigandum verò incidit in nos vnà nauigans vir Memphiticus quidam ex sacris illis scribis, mirabili sapientia, & qui vniuersam Ægyptiorum doctrinam callebat. Dicebatur autem tres ac viginti annos in adytis subterraneis mansisse, magiam interea doctus ab Isíde. Pancratem dicis (inquit Arignotus) præceptorem meum, virum sacrum, rasum, lineis indutum, doctum, puréque lingua Græca loquentem, procerum, simum, labiis promissis, cruribúsque gracilibus. Illum ipsum, inquit ille, Pancratem. Ac primùm quidem quis esset ignorabam: at postquam vidi eum, si quando in portum appulissemus, cùm alia multa miracula facientem, tum crocodilis insidentem agitasse, & cum feris versantem, illas verò reuerentes eum, caudísque adulantes; agnoui sacrum quempiam virum esse: paulatímque comitate mea me in eius amicitiam ac familiaritatem insinuaui, adeò vt omnia arcana mihi communicaret. Ac tandem mihi persuadet, vt famulis omnibus in Memphide relictis, se solus sequerer: neque enim defuturos nobis ministros: atque ex eo tempore sic vitam duximus. Quum in diuersorium quodpiam veniremus, homo accepto pistillo, scobiná ve,

Memnon Ægyptiacus, de quo & Iuuenalis meminit.

A ὁ δὲ, οὔτε ἔδοξε τῷ περὶ ποίησιν αὐτῷ, οὔτε ὅλως ἐνέβλεψε πρὸς αὐτούς· ἀλλὰ μεταξὺ γράφων, Παύσασθε, ἔφη, παίζοντες· οὕτω βεβαίως ἐπίστευε μηδὲν εἶναι τὰς ψυχὰς ἔτι ἔξω γιγνομένας τῶν σωμάτων. τοῦτο φὴς, ἦν δ' ὃς ὁ Εὐκράτης, ἀνέκαθέν τινα ἄνδρα καὶ τὸν Δημόκριτον γενέσθαι, εἴ γε οὕτως ἐνόμισεν. ἐγὼ δὲ ὑμῖν καὶ ἄλλο διηγήσομαι αὐτὸς παθών, οὐ πρὸς ἄλλου ἀκούσας. τάχα γὰρ ἂν καὶ σύ, ὦ Τυχιάδη, ἀκούων, περιβαθείης πρὸς τὸ ἀληθὲς τοῦ διηγήματος. Ὁπότε γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ διῆγον, ἔτι νέος ὤν, B ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἕνεκα παιδείας πεμφθείς ἀποπλεύσας, ἐπεθύμησα ἐς Κοπτὸν ἀναπλεύσας, ἐκεῖθεν ὅτι τὸν Μέμνονα ἐλθὼν, ἀκούσαιμι ὃ θαυμαστὸν ἐκεῖνο ἠχοῦντα, πρὸς αἰῶρα τὸν ἥλιον. ἐκείνου μὲν οὖν ἤκουσα, οὐχ ὃ χαῖνον τοῖς πολλοῖς ἄσημόν τινα φωνὴν, ἀλλά μοι καὶ ἔχρησεν ὁ Μέμνων αὐτὸς, ἀνοίξας τὸ στόμα ἐν ἔπεσιν ἑπτά. καὶ εἴ γε μὴ περιττὸν ἦν, αὐτὰ ἂν ὑμῖν εἶπον τὰ ἔπη. κατὰ δὲ τὸν πλοῦν, ἔτυχεν ἡμῖν συμπλέων Μεμφίτης ἀνὴρ τῶν ἱερῶν γραμματέων, θαυμάσιος τὴν σοφίαν, καὶ τὴν παιδείαν C πᾶσαν εἰδὼς τὴν Αἰγύπτιον. ἐλέγετο δὲ τρία καὶ εἴκοσιν ἔτη ἐν τοῖς ἀδύτοις ὑπόγαιος ᾠκηκέναι, μαθὼν παιδευόμενος ὑπὸ τῆς Ἰσιδος. Παγκράτην, ἔφη, λέγεις, ὁ Ἀρίγνωτος, ἐμὸν διδάσκαλον, ἱερέα ἄνδρα ἐξυρημένον ἐν ὀθονίοις, νοήμονα, καθαρῶς Ἑλληνίζοντα, ὀπτιμήκη, σιμὸν, περόκλων, ὑπολεπτὸν τὰ σκέλη. αὐτὸν, ἦν δ' ὅς, ἐκεῖνον τὸν Παγκράτην· καὶ τὰ μὲν πρῶτα, ἠγνόουν ὅστις ἦν· ἐπεὶ δὲ ἑώρων αὐτὸν, εἴποτε ὁρμισαίμεθα τὸ πλοῖον, ἀλλά τε πολλὰ τεράστια ἐργαζόμενον, καὶ δὴ καὶ ὅτι κροκοδείλων ὀχούμενον, καὶ σειρήνεσι τοῖς θηρίοις, τὰ δὲ, ὑποπτήσσοντα, καὶ σαίνοντα ταῖς οὐρᾶις, ἔγνων ἱερόν τινα ἄνδρα ὄντα, καὶ κατὰ μικρὸν φιλοφρονούμενος, ἐλαθον ἑταῖρος αὐτῷ, καὶ συνήθης γενόμενος. ὥστε πάντων ἐκοινώνει μοι τῶν ἀπορρήτων· καὶ τέλος, πείθει με, τοὺς μὲν οἰκέτας ἀπολύσαντα ἐν τῇ Μέμφιδι καταλιπεῖν, αὐτὸν δὲ μόνον ἀκολουθεῖν μετ' αὐτοῦ, μὴ γὰρ ἀπορήσειν ἡμᾶς τῶν ἀναγκαίων. καὶ ὃ μετὰ τοῦτο, οὕτω διήγομεν. ὅπῃ δὲ ἐλθοίμεθα εἴς τι καταγώγιον, λαβὼν αὐτὸ ὁ ἀνὴρ τὸν μοχλὸν τῆς θύρας,

ἢ ὃ κόρηθρον, ἢ καὶ ὃ ὕπερον, τραυλαλῶν ἐμπίοις, ἐπειπών τινα ἐπῳδήν, ἐποίᾳ βαδίζειν, ἅτις ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώπου εἰδὼς δοκοίη. ὃ δὲ, ἀπελθὼν, ὕδωρ τε ἀπήντλει, καὶ ὀψώνει, καὶ ἐσκεύαζε, καὶ ἐς πάντα δεξιῶς ὑπηρέτει, καὶ διηκονεῖτο ἡμῖν. εἶτα δὲ ὀλίγου ἄλις ἔχοι τῆς διακονίας, αὖθις κόρηθρον ὃ κόρηθρον, ἢ ὕπερον ὃ ὕπερον, ἄλλην ἐπῳδὴν ἐπειπών, ἐποίᾳ ἀεί. τοῦτο ἐγὼ πάνυ ἐσπουδακὼς, οὐκ εἶχον ὅπως σκεμφοίμι περὶ αὐτοῦ, ἐδαίσκαινε γὰρ αὐτοῦ, καίτοι πρὸς τἆλλα πρόχειρότατος ὤν. μιᾷ δέ ποτε ἡμέρᾳ λαθὼν, ἐπήκουσα τῆς ἐπῳδῆς, ἦν δὲ τρισύλλαβος, ἁβρᾶν γε τὴν σκοτεινῶ ἐπῳδάς. καὶ ὁ μὲν, ὥχετο ἐς τὸ ἀγοράν, σκευαλάμβανος παρ' ἑτέρου ἃ ἔδει ποιεῖν· ἐγὼ δὲ, ἐς τὸ ὑστεραίαν σκεύου τι περὶ τὸ ἀγορᾶν πρασματευομένου, λαβὼν ὃ ὕστερον, χρήματος, ὁμοίως ἐπειπὼν τὰς συλλαβάς, ἐκέλευον ὑδροφορεῖν. ἐπεὶ δὲ ἐμπλησάμενος τὴν ἀμφορέα ἐκόμιζε, Πέπαυσο, ἔφην, μηκέτι ὑδροφόρει, ἀλλ' ἰάθι αὖθις ὕπερον. ὃ δὲ, οὐκέτι μοι πείθεσθαι ἤθελεν, ἀλλ' ὑδροφόρει ἀεὶ, ἄχρι δὴ ἐνέπλησεν ἡμῖν ὕδατος τὴν οἰκίαν ἐπομβρίου. ἐγὼ δὲ ἀμηχανῶν τοῦ πράγματος (ἐδεδίειν γὰρ μὴ ὁ Παγκράτης ἐπανελθὼν ἀγανακτήσῃ, ὅπερ καὶ ἐγένετο) ἀξίνῃ λαβὼν, διακόπτω ὃ ὕπερον εἰς δύο μέρη· τὰ δὲ, ἑκάτερον ὃ μέρος, ἀμφορέα λαβόντα, ὑδροφόρει, καὶ αὐτῶν ἑνὸς, δύο μοι ἐγένοντο οἱ διάκονοι. ἐν τούτῳ καὶ ὁ Παγκράτης ἐφίσταται, καὶ σαυτοῦ ὃ γενόμενον, σκεῦα πάλιν αὖθις ἐποίησε ξύλα, ὥσπερ ἐν τοῖς ἐπῳδῆς· αὐτὸς δὲ ἀπολιπών με λαθών, οὐκ οἶδ' ὅτοι ἀφανὴς ὤχετο ἀπιών. νῦν οὖν, ἔφη ὁ Δεινόμαχος, οἶσθα κἀν σκύφον αὖθις ἐποίησεν ἐκ τοῦ ὑστέρου; νὴ Δί', ἦν δ' ὅς, ἐξ ἡμισείας γε· σκέπη γὰρ εἰς ὃ ἀρχαῖον οἷόν τέ μοι ἄγαν αὖθις, ὦ ἄνδρες ὑδροφόροι, ἀλλὰ δεήσει ἡμῖν ὑπεκλείθρων τὴν οἰκίαν ἐπομβρουμένην. οὐ παύεσθε, ὦ οἱ ἐγὼ, τὰ τοιαῦτα περιπλεγοῦντες γέροντες ἄνδρες; εἰ δὲ μή, ἀλλὰ κἀν τῶν μειρακίων τούτων ἕνεκα εἰς ἄλλον καιρὸν ὑποβάλλεσθε τὰς τοιαύτας καὶ φοβερὰς διηγήσεις, μή πως λάθωσιν ἡμῖν ἐμπλησθέντες δείματος, καὶ ἀλλοκότων μυθολογημάτων.

A aut peſſulo, veſtibus implicans, quum in id carmen quoddam dixiſſet, effecit vt ambularet, vtque aliis omnibus homo videretur. Illud ergo abiens, & aquam hauriebat, & cœnam parabat, inſtruebátque, atque in omnibus commodè ſubſeruiebat miniſtrabátq; nobis. Deinde poſtquam iam ſatis huius miniſterij fuit, ſcobinam rurſus ſcobinam, ac peſſulum peſſulum, aliud recitans carmen, reddebat. Hoc ego vehementer conatus non reperiebam quo pacto ab illo expiſcarer. Nam id mihi inuidebat, quanquam in aliis eſſet facillimus. At B quadam die in angulo quodam tenebricoſo clam illo deliteſcens, ſubauſcultaui propiùs incantationem illam. Erat autem triſyllaba. Tum ille quum piſtillo mandaſſet quæ curanda erant, abiit in forum. At ego poſtridie illo apud forum occupato, acceptum piſtillum quum ornaſſem, ſyllabas illas ſimili modo pronuntians, aquam iuſſi vt hauriret. Tum impletam amphoram quum tuliſſet, Deſiſte, inquam, neque aquam amplius haurito, ſed rurſus eſto piſtillum. At illud mihi haud amplius iam obtemperare volebat, ſed aquam C hauriebat continuè, quoad hauriendo totam domum nobis impleret. At ego quum reſiſtere huic rei non valerem, timebam autem ne Pancrates reuerſus (id quod etiam euênit) iraſceretur, correpta ſecuri piſtillum in duas partes diſſeco. At vtraque pars amphoram ſumens hauriebat aquam, iámque vnius loco duo mihi miniſtri eſſe cœperunt. Interea Pancrates ſuperuênit, ac re intellecta, illas quidem in ligna rurſus, quemadmodum ante carmen erant, mutauit. At ipſe me clanculum relicto, neſcio quò clanculum ſe ſubducens abiit. At D poſſis iſtud etiam nunc, inquit Dinomachus, hominem ex piſtillo facere? Per Iouem, inquit ille, dimidia ex parte ſcio: nam in priorem formam nunquam à me reſtitui poteſt, poſtquam ſemel aquarius eſſe cœperit, ſed deferenda nobis domus eſſet aquæ iam impleta. Non deſiſtitis, inquam ego, huiuſmodi monſtroſa narrare viri ſenes? Alioqui horum ſaltem adoleſcentium gratia incredibiles iſtas ac terribiles fabulas aliud in tempus omittite, ne clanculum terroribus ac prodigioſis fabulamentis impleantur.

Parcere ergo eis oportet, ne talia consueſcant audire, quę eos per totam vitam comitata perturbabũt, atque ad omnem ſtrepitum meticuloſos reddent, poſteaquam eos omnigena ſuperſtitione impleuerint. Rectè admonuiſti me, inquit Eucrates, quum ſuperſtitionẽ dixiſti. Nam quid tibi Tychiade de rebus huiuſmodi videtur, de oraculis loquor ac vaticiniis, & quæcunque quidam numine afflati proclamant, quæve ex adytis audiuntur? aut quæ virgo numeris eloquens futura prædicit? an videlicet nec talia credis? At ego quòd annulum quendam ſacrum habeo, Pythii Apollinis imaginem exprimente ſigillo, quódque hic Apollo mecum loquitur, non dico, ne tibi videar ad gloriam meam res incredibiles narrare. Cæterùm quæ apud Amphilochum audiui in Mallo, heroë mecum diu diſſerente, deúmque meis de rebus conſulente, tum quæ ipſe vidi, volo vobis narrare: deinde ex ordine & quæ vidi in Pergamo, & quæ audiui in Pataris. Itaque quum ex Ægypto redirem domum, audiréque illud in Mallo vaticinium apertiſſimum ſimul ac veriſſimum eſſe, tamen ſic oracula dare, vt ad rem reſpondeat his quæcunque prophetæ quiſpiam in ſchedulam inſcripta tradiderit, rectè me facturum putaui, ſi dum præternauigarem, experirer oraculum, deúmque de futuris quippiam conſulerem. Hæc adhuc Eucrate dicente, quum viderẽ quàm longè res eſſet proceſſura, quódque non breuem incepiſſet de oraculo tragœdiã, ratus non expedire vti ſolus contradicerem omnibus, relinquens eum ex Ægypto adhuc in Mallum nauigantem (nam & intelligebam moleſtam illis eſſe præſentiam meam, vtpote qui diſſentirem, refellerémque eorum mendacia.) Atqui ego abeo, inquam, quæſiturus Leontichum: nam opus habeo cum eo congredi. At vos, quandoquidem parum ſufficere vobis res humanas putatis, ipſos etiam deos denique in fabularum vobis partem vocate. Atque hæc ſimul ac dixi, diſceſſi. Illi verò alacres iam libertatem nacti, vt eſt veriſimile, mutuò ſeſe epulis accipiebant, ac mendaciis ingurgitabant. Talibus ô Philocles apud Eucratem auditis, venio per Iouem inflato ventre, non aliter quàm hi qui muſto poti ſunt, opus habẽs vomitu.

Tum qua parte ſinguli præſtant, eam potiſſimùm iaculis ſuis obnoxiam ij faciunt, ne quod auditor ſubita interturbatus ira, vero cognoſcendo collocet otium: deinde ſeſe purgaturo non fiat hominis copia, quem criminis admiratio ſpeciéſque veri occuparunt. Etenim dici non poteſt quàm inſtructa ſit, quantúmque valeat calumniæ facies, ſiquando cum cupiditatibus auditoris conflictatur. Quondam apud Ptolemæum, cui Dionyſio cognomen fuit, quiſpiam Demetrium Platonicum accuſauerat, quòd in Bacchanalibus aquam biberet, ſolúſque omnium muliebribus non veſtiretur: de quo, niſi accerſitus ad regem mane palàm vino libaſſet, & inſtita muliebri amictus, ad numeros Dithyrambicos, cymbalorúmque modos ſaliiſſet, planè actum erat, quòd & regium exemplum non eſſet imitatus, & aſpernaretur Dionyſiorum mollitiem. Apud Alexandrum grauiſſimi criminis reus fiebat, qui colere & adorare Hephæſtiona nollet: nam poſteaquam is viuis exceſſit, amore victus Alexander effuſo animo ad reliquam funeris magnificentiam additum voluit, vt mortuus inter deos Hephæſtion haberetur. Continuò ei templa ciuitates pleræque dicarunt, delubra condiderunt, aras, ſacra, ferias nouo Deo ſanxerunt. Iuſiurandum omnium religioſiſſimum Hephæſtionis nomine fuit. Capitale erat ſi quis hac parte vel contaretur, vel neglectim coleret. Hic euiratus affectus, hæc veſania, fuit aſſentatoribus occaſioni accendendi inflammandíque regis. Narrabantur inſomnia, viſæ Hephæſtionis vmbræ, prædicabantur illius reſponſa. Denique aræ & ſacra dicata ſunt familiari & malorum vindici deo. Proinde cùm his Alexander initiò mirè oblectaretur, tandem ita captus eſt, vt fidem quoque adhiberet, gloriaretúrque quòd non modò diis genitus eſſet, ſed deos quoque ipſe faceret. Quo tempore quantum putamus amicorum Alexandri afflixit Hephæſtionis diuinitas! Si quibus non videretur commune numen venerari, accuſabantur, deportabantur, gratia regia excidebant. Tum Agathocles Samius, qui primos aliquandiu ordines apud Alexandrum duxerat,

καὶ ἔνθα περ τὸς ὄντ᾽ ἔκαστος ὑπισάμενοι, ἐπ᾽ ἀκρον ὀξύοισι, καὶ ἀκοντίζοισιν ἐς αὐτόν. ὥστε τῇ πρώτῃ ὀργῇ τεταραγμένοι, μηκέτι χολὼ ἀγὴν τῇ ὀξεπάσῃ τῆς ἀληθείας· ἀλλὰ καὶν θέλῃ τις ἀπολογεῖσθαι, μὴ περσίεσθαι τῷ παραδόξῳ τῆς ἀκροάσεως, ὡς ἀληθεῖ περικατειλημμένον. αἰσιμώτατον γὰρ ὂν τὸ εἶδος τῆς ὀμφολῆς, τὸ ἐναντίον τῆς τῦ ἀκροάντος ὑπιθυμίας, ὁπότε καὶ τῷδε Πτολεμαίῳ τῷ Διονύσῳ ὑπικληθέντι, ἐχθέτο τις, ὃς διέβαλε τὸν Πλατωνικὸν Δημήτριον, ὅτι ὕδωρ τε πίνοι, καὶ μόνος τῶν ἄλλων γυναικεῖα οὐκ ἐνεδύσατο ἐν τοῖς Διονυσίοις. καὶ εἰ γε μὴ κληθεὶς, ἔωθεν ἐπινέ τε, πρώτων ὁρώντων, καὶ λαβὼν παραντινίδην, ἐκυμβάλισέ τε, καὶ περσορχήσατο, ἀπολώλει ἄν, ὡς οὐκ ἠδόμενος τῷ βίῳ τῦ βασιλέως, ἀλλ᾽ αὐτοσοφιστὴς ὤν, καὶ ἀντίπεχνος τῆς Πτολεμαίου τρυφῆς. τῷδὲ δὲ Ἀλεξάνδρῳ, μεγίστη τότε ἀν᾽ ἁπασῶν ὀμφολὴ λέγοιτο, εἰ ἔλοιτό τις μὴ σέβειν, μηδὲ περσκυνεῖν τὸν Ἡφαιστίωνα. ἐπεὶ γὰρ ἀπέθανεν Ἡφαιστίων, ὑπὸ τῦ ἔρωτος Ἀλέξανδρος ἐβουλήθη περοθεῖναι καὶ τῦτο τῇ λοιπῇ μεγαλουργίᾳ, καὶ θεὸν χρεστοποίησαι τὸν τετελυτηκότα. θύεις οὖν νεώς τε αἰέξητο αἱ πόλεις, ἐτεμένη καθιδρύετο, ἐβωμοὶ, καὶ θυσίαι, καὶ ἑορταὶ τῷ χαιρῶ τύτῳ θεῷ ἐπετελοῦντο, καὶ ὁ μέγιστος ὅρκος ἦν ἅπασιν, Ἡφαιστίων. εἰ δέ τις ἢ μειδιάσαι περὸς τὰ γιγνόμενα, ἢ μὴ φαίνοιτο πρόθυμος θύεσθαι, θανάτου ἐπέκειτο ἡ ζημία. ὑπολαμβάνοντες δὲ οἱ κόλακες τὴν μεροκιώδη ταύτην τῦ Ἀλεξάνδρου ὑπιθυμίαν, περσεξέχεον θύας, καὶ αἰεζωπύρουν, ὀνείρατα διηγούμενοι τῦ Ἡφαιστίωνος, ὑπιφανείας τινὰς, καὶ ἰάματα περσάπτοντες αὐτῷ, καὶ μαντείας ὑπιφημίζοντες, καὶ τέλος, ἔθυον πρέσβυ, καὶ ἀλεξικάκῳ θεῷ. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, ἥδετό τε ἀκούων, καὶ τὰ τελυταῖα, ὑπὸς θυε, καὶ μέγα ὀφρήνῃ, ὡσάμει ὑ θεῦ παῖς ὢν μόνον, ἀλλὰ καὶ θεοὺς ποιῶν δυνάμενος. πόσοις τοίνυν οἰόμεθα τῶν Ἀλεξάνδρυ φίλων τῷδὲ τὸν χαιρὸν σκῆνον ἀπολαῦσαι τῆς Ἡφαιστίωνος θεότητος; ὀμφληθέντας, ὡς ὑ πᾶσι τὸν κοινὸν ἀπάντων θεὸν, καὶ ἀφ᾽ τῦτο ὀζελαθέντας, καὶ τῆς τῦ βασιλέως εὐνοίας σκεπτομένους; τότε καὶ Ἀγαθοκλῆς ὁ Σάμιος, ταξιαρχῶν πρὸ Ἀλεξάνδρῳ,

καὶ τιμώμενος πρὸ αὐτοῦ, μικροῦ δεῖν συγ- A magnis item ab rege honoribus auctus,
καθείρξη λέοντι, διαβληθεὶς ὅτι δακρύ- parum abfuit quin cum leonibus com-
σας παριὼν τὸν Ηφαιστίωνος τάφον. ἀλλ' ἐκεί- mitteretur, criminatus quòd illacry-
νῳ μὲν λέγεται βοηθῆσαι Περδίκκας, ἐ- massẽt, præteriens Hephæstionis sepul-
πομοσάμενος καὶ πάντων τῶν θεῶν, καὶ κα- chrum. Verùm Perdicca hominem ser-
τὰ Ηφαιστίωνος, ὅτι δὴ κινηγετοῦντι οἱ, uauit, deos omneis, ipsũmque Heph æ-
φαίνεται σαφῶς τὸν θεὸν, ὑποσκῆψαι εἰ- stiona iuratus, eum sibi in venatione au-
πεῖν Αλεξάνδρῳ φείσασθαι Αγαθοκλέους. gusta specie deum clarè visum, mandasse
οὐ γὰρ ὡς ἀπιστοῦντα, οὐδὲ ὡς ὅτι νεκρῷ vt Alexandro diceret, parcendum esse
δακρύσαι, ἀλλὰ τῆς πάλαι συνηθείας μνη- Agathocli, qui non hoc lacrymasset,
μονεύοντα. ἡ γοῦν κολακεία, καὶ ἡ διαβο- quòd aut vana sibi Hephęstionis diuini-
λὴ, τότε μάλιστα χώραν ἔσχε παρὰ τὸ tas videretur, aut mortem miseratus esset
Αλεξάνδρου πάθος συνηθεμένη. καθάπερ B communem: sed pristinæ consuetudinis
γὰρ οὐ πολιορκίαν οὐκ ὅτι τὰ ὑψηλὰ, καὶ & mutui amoris memoria permotũ esse.
ἀπόκρημνα, καὶ ἀσφαλῆ τῷ τείχους παρεῖσιν Sic igitur affecto Alexandro, locus assen-
οἱ πολέμιοι, ἀλλ' οὐ ἧ ἀφύλακτόν τι tationi & calumniæ aptissimus fuit. Nam
μέρος ἢ ἀθρόον αἰσθωνται, ἢ ταπεινὸν, ὅτι perinde atque oppugnaturi vrbes, non
τοῦτο πάσῃ δυνάμει χωροῦσιν, ὡς ῥᾷστα quà probè munitæ sunt alto, præcipiti ac
παρεισδύσαι καὶ ἑλεῖν δυνάμενοι. οὕτω καὶ solido mœnium opere, hostes inuadunt:
οἱ διαβάλλοντες, ὅ, τι αὐ ἀσθενὲς ἴδωσι τῆς sed vbi sentiunt quàm minimè defendi,
ψυχῆς, καὶ νωθρὸν θέαν, καὶ διεπίβατον, muniri, muros accessu faciles, collap-
οὕτω παρεισβάλλουσι, καὶ παρεισάγουσι τὰς sos, hac omnibus viribus certatim con-
μηχανὰς καὶ τέλος, οὐκ πολιορκοῦσι, μη- tendunt, quò citra difficultatem irruere,
δενὸς ἀντιπαρατιθέντος, μηδὲ τὴν ἔφοδον ἀ- C ac potiri rebus queant: ita qui criminan-
θορύβου. Εἶτ' ἐπειδὰν ἐντὸς ἅπαξ τεί- dis aliis desudant quod in auditoris ani-
χῶν γένωνται, πυρπολοῦσι πάντα, καὶ κτεί- mo languidum, fragile, facile subactu vi-
νουσι, καὶ σφάττουσι, καὶ ἐξελαύνουσιν, οἷα dent, in eam partem traducunt cogúnt-
εἰκὸς ἁλισκομένης ψυχῆς, καὶ ὀξυδρα- que machinas suas. Demum quando in-
δισμένης ἔργα τῆδε. μηχανήματα δὲ αὐτοῖς sultus hostileis nemo præsentit, nedum
καθ' τοῦ ἀπόντος ἥ τε ἀπάτη, καὶ ὁ ψευ- non obnititur, expugnant. Iam intra
δὸς, καὶ ἡ ὑπόκρισις, καὶ παρεισπρᾶσις, muros cuncta igni ferróque deuastant,
καὶ αἰσχύνη, καὶ ἄλλα μυρία ῥαδιουρ- excîdunt, populantur: qualia vero simile
γήματα· ἡ δὲ μείζων πασῶν, ἡ κολακεία est capto & in seruitutem redacto animo
ἐστὶ, συγγενὴς, μᾶλλον δὲ ἀδελφή τις οὖ- fieri. Arma sunt istis aduersum absen-
σα τῆς διαβολῆς. οὐδεὶς γοῦν οὕτω θυ- tem, fallacia, mendacium, periurium,
ρεὼν ἐστὶ, καὶ ἀδαμάντινον τεῖχος τῆς ψυ- supplicium, impudentia: denique innu-
χῆς περιβεβλημένος, ὃς οὐκ ἂν ἐνδοίη meræ impostura, ac malitiosæ cautiones.
πρὸς τὰς τῆς κολακείας διαβολὰς καὶ ταῦ- Omnium maximè præsens, & longè effi-
τα, ὑπορυττούσης, καὶ τοὺς θεμελίους ὑ- cacissima assentatio, calumniæ cognata,
φαιρούσης τῆς διαβολῆς. καὶ τὰ μὲν ἐκ- imò soror. Quippe nemo hominum tam
τὸς ταῦτα. ἔνδοθεν δὲ πολλαὶ περιδοσίαι generoso est pectore, etiam adamantino
συναγωνίζονται, τὰς χεῖρας ὀρέγουσαι, καὶ septus muro, qui cùm calumniæ conce-
τὰς πύλας ἀναπετάσαι, καὶ πάντα ζῆτον dat, non idem assentatione vincatur. Hęc
τῇ ἀλόντι τοῦ ἀκούοντος συμπεριθυμούμε- D foris recti iudicij ceu fundamenta suffo-
νας. περῶτον μὲν, ὃ φιλόκαινον, ὃ φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει, καὶ ὃ ἀψίκορον. ἔπειτα
δὲ, ὃ περὶ τὰ παράδοξα τῶν ἀκουσμάτων ἐπόμενον. οὐ γὰρ οἶδ' ὅπως ἡδόμεθα πάντες

sui immodico admiratio furtim rapiat, & A λαθραδὰ, καὶ πρὸς τὰς λεγομένας ἐμ μεσας ὑπονοίας ἀκούοντες. εἶδα γοῦν τινας ὅτως ἡδέως ὑφαλιζομένους τὰ ὦτα ὑπὸ τῶν διαβολῶν, ὥσπερ τοῖς πλεονῆς κνωμένους. ἐπειδὴ τοίνυν ὑπὸ τούτων ἀπάντων συμμαχούμενοι πρόσπεσωσι, καὶ κράτος ἀφέσουσιν, οἶμαι, καὶ οὐδὲ δυσχερὴς ἡ νίκη γένοιτο, μηδενὸς αὐτοῖς ἀντιπαλαταπομένου, μηδὲ ἀμυνομένου τὰς προσβολάς. ἀλλὰ τῷ μὲν ἀκούοντος, ἑκόντος ἑαυτὸν ὑπιδόντος· τῷ δὲ διαβαλλομένῳ δὲ, τῷ ὑποβολῇ ἀγνοοῦντι. ὥσπερ γὰρ ὑπὸ νυκτὶ πόλεως ἁλούσης, καθεύδοντες οἱ διαβαλλόμενοι φονεύονται· καὶ ὁ B πολίτων οἰκτιστον, ὁ μὲν οὐκ εἰδὼς τὰ γεγενημένα, προσέρχεται τῷ φίλῳ φαιδρός, ἅτε μηδὲν φαῦλον ἑαυτῷ συνεπισάμενος, καὶ τὰ σεμνότατα λέγει, καὶ ποιεῖ, πολλὴ ἐξουσίᾳ ὁ ἄθλιος ὑπορρυθμιζόμενος. ὁ δὲ, ὡς μὲν ἔχει τὰ γεγενημένα, καὶ ἐλεύθερον, καὶ παρρησιαστικὸν, εὐθὺς ἐξέρρηξε τῷ ὀργῇ, καὶ τὸν θυμὸν ἐξέχεε, καὶ τέλος, τῇ ἀπολογίαν προσαδόμενος, ἔγνω μάτην τῷ φίλῳ προξυμένος· ὡς δὲ ἀγνοεῖ ἔοικε, καὶ ταπεινότερος, C προσίεται μὲν, καὶ προσμειδᾷ τοῖς χείλεσιν ἀκρατοις, μισεῖ δὲ, καὶ λάθρα τοὺς ὀδόντας ἀφαιρεῖ. καὶ, ὡς ὁ ποιητὴς φησι, δυσανδρομεύει τῷ ὀργῇ. ὃ δὴ ἐγὼ οὐδὲν οἶμαι ἀδικώτερον, οὐδὲ δουλοπρεπέστερον, εἰδὼς κόπτα ὃ χεῖλος ὑπονεύοντα τῷ χολῷ, καὶ ὃ μῖσος ἐν αὐτῷ κατάκλεισον αὔξειν, ἕτερα μὲν κεύθοντα ἐν φρεσὶν, ἄλλα δὲ λέγοντα, καὶ ὑποκινούμενον ἱλαρῷ καὶ κωμικῷ προσώπῳ, μάλα πολλαπλῆ τινα καὶ γέμουσαν πραγῳδίαν. μάλιστα δὲ τοῦτο πάσχουσιν, ἐπειδὴ πάλαι φίλος ὁ διαβαλλόμενος δοκῶν εἶ τῷ διαβαλλομένῳ, ποιῆται ὁμοίως. τότε γὰρ ὅτε φωνὴν ἀκούειν ἐπὶ θέλουσι τῶν διαβαλλομένων, ἢ τῶν ἀπολογουμένων, ὃ ἀξιόπιστον τῆς κατηγορίας ἐκ τῆς πάλαι δοκούσης φιλίας προσειληφότες· οὐδὲ τοῦτο λογιζόμενοι, ὅτι πολλαὶ πολλάκις ἐν τοῖς φιλτάτοις μῖσος προπεπόηκασιν αἰτίαι, τοῖς ἄλλοις λανθάνουσαι. καὶ ἐνίοτε οἷς αὐτὸς τις ἔνοχος ὤν, ταύτῃ φάσας κατηγόρησε τοῦ πλησίον, ἐκφυγεῖν ὅτω πειρώμενος τῷ διαβολῇ. καὶ ὅλως, ἐγὼν μὲν οὐδεὶς οἶδε πλημμελέστερον διαβάλλων· ἄπιστος γὰρ αὐτοῦ ἡ κατηγορία, προσδόκιμον ἔχουσα τὴν αἰτίαν.

sui immodico admiratio furtim rapiat, & suspicionibus illectet. Quosdam equidem comperi studio calumniæ adeò suauiter titillari auriculas, vt si pennis confrices. Proinde talibus adiuti sociis calumniatores cùm eruerint, cuncta pro viribus euertunt: nec magno emitur victoria, vbi nemo repugnat, nemo vim tormentorum sustinet, aut iaculis iacula mutat: sed qui auscultat, ipse sese sponte sua in manus hostium dedit. Interim ignarus insidiarum est qui accusatur. Nam haud aliter qui deferuntur, atque qui captis vrbibus pereunt, dormientes trucidantur. Et quod est in primis mirabile, nescius se reum haberi, neque cuiusquam sibi sceleris conscius amico candidè congreditur, familiariter compellat, facitque pro more, iam antè vndique circunuentus insidiis miser. Tum ille, si homo ingenuus est, & liber, confidénsque, frangit iram, & effundit animum, defensionem recipit, agnoscitque se frustra aduersus amicum exacerbatum fuisse. Sin autem est indole seruili, & malè mascula, audit quidem, & summis arridet labris, verùm odit, & clanculum dentibus frendit: ac, vt inquit Poëta, Extruit iræ fundamenta Quo ego homine profectò nihil iniustius, nihil tetrius existimo, qui admorso labro bilem intus alit, odiúmque intra se conceptum auget, aliud in pectore clausum, aliud in lingua expromptum habet, agítque læta & comica facie tragœdiam meram, & nihil non triste patientem. Id ille maximè patitur, quum simili delator vecordia apud eum cui parat insidias, odium mussando dissimulauit, effecítque vt amicus ei videretur. Tum enim ne vox quidem delati, nedum non defensio audiri solet. Tantum fidei calumniæ facit, concepta de illorum amicitia opinio. Hìc quanto satius erat perpendere inter amicissimos non rarò clam aliis graues simultatum causas intercedere. Sæpenumero item, quorum sese reum calumniator fieri metuit, socium insimulat: vt cùm anteuerterit accusãdo, suspicione culpæ ac crimine elabatur. Atque ideo ferè fit, vt quibus nos putent amicos, tantùm, inimicos nunquam calumniemur. Nam actioni quę ipsa sese præ se ferens actoris odium prodit fidei nihil esse potest.

τοῖς δοκοῦσι μάλιστα φίλοις ἐπιχειροῦσι, τὴν πρὸς τοὺς ἀκούοντας εὔνοιαν ἐμφανῆ προαιρούμενοι, ὅτι ὑπὲρ τῶν ἐκείνων συμφέροντι οὐδὲ τῶν οἰκειοτάτων ἀπέχονται. εἰσὶ δέ τινες, οἳ κἂν μάθωσιν ὕστερον ἀδίκως διαβεβλημένους πρὸ αὐτῶν τοὺς φίλους, ὅμως ἐπ' αἰσχύνῃ ὧν ἐπίστευσαν, οὐδὲ προσιέσθαι, οὐδὲ βλέπειν ἐθέλουσιν, ὡς καὶ ἠδικημένοι, ὅτι μηδὲν ἀδικοῦντας ἐπέγνωσαν. τοιγαροῦν πολλῶν κακῶν ὁ βίος ἐπλήσθη ἐπὶ τοῖς ὑπὸ ῥᾳδίως καὶ ἀνεξετάστως πεπιστευμένοις διαβολαῖς. ἡ μὲν γὰρ Αντεια,

Τεθνάμης, φησίν, ὦ Περῖτε, ἢ κάκτανε
Βελλεροφόντην,
Ος μ' ἔθελε φιλότητι μιγήμεναι οὐκ
ἐθέλουσαν·

αὐτὴ πρότερον ἐπιχειρήσασα, καὶ ἐπαφροφήσασα. καὶ μικροῦ δεῖν ἐπὶ τῇ πρὸς Χίμαιραν συμπλοκῇ διέφθαρεν, ἐπαίμιον σωφροσύνης ἐπόχων, καὶ τῆς πρὸς τὸν ξένον αἰδοῦς ἐπὶ μάχλου γυναικὸς ὑπιδεβλημένος. ἡ δὲ Φαίδρα, καίτοι τὰ ὅμοια κατειποῦσα τοῦ πρωτύνου, ἐπάρατον ἐποίησε τὸν Ἱππόλυτον πατρί, ἐπὶ τῷ παῖδος, οὐδὲν, ὦ θεοί, οὐδὲν αἰσιον εἰργασμένον. ναί, φήσ' τις. ἀλλ' ἀξιόπιστός ἐστιν ἐνίοτε ὁ διαβάλλων ἀνὴρ, πάντα ἄλλα δίκαιος, καὶ σώφρων εἰ δοκῶν, καὶ ἐγκλῆμα προσέχων αὐτῷ, ἅτε μηδὲν αἰσχρὸν πεποιηκότι. ἆρ' οὖν τῷ Αριστείδου ἔστι τις δικαιότερος; ἀλλ' ὅμως κἀκεῖνος σφόδρα ὑπὸ τὸν Θεμιστοκλέα, καὶ συμπροώξασε τὸν δῆμον, ἧς, φασιν, ἐκφυὲς πολιτικῆς φιλοτιμίας ἐπωκειωμένος. δίκαιος μὲν γὰρ ὡς πρὸς τοὺς πολλοὺς Αριστείδης, ἀνθρωπος δὲ καὶ αὐτὸς ἦν, καὶ χολὴν εἶχε, καὶ ἠγάπα τινάς, καὶ ἐμίσει· καὶ εἴγε ἀληθής ἐστιν ὁ περὶ τοῦ Παλαμήδους λόγος, ὁ σοφώτατος τῶν Αχαιῶν, καὶ τοῖς ἄλλοις ἄριστος, τῷ ὑπιδεβλήθη καὶ ἑτέρῳ ἐπὶ φόνῳ φανῆναι συντεθηκὼς κατὰ ἀνδρὸς ὁμοφύλου, καὶ φίλου, καὶ ὑπὲρ τὸν αὐτὸν κίνδυνον ἐκπεπλευκότος· οὕτως ἔμφυτον ἅπασιν ἀνθρώποις ἡ περὶ τὰ ῥιαῦτα ἁμαρτία. τί γὰρ αὖ τις, ἢ τὸν Σωκράτην λέγοι, τὸν ἀδίκως πρὸς τοὺς Αθηναίους διαβεβλημένον ὡς ἀσεβῆ, καὶ ὑπιδεβλον; ἢ τὸν Θεμιστοκλέα, ἢ τὸν Μιλτιάδην τοὺς μετὰ τηλικαύτας νίκας, ὑπὸ πρόδοσίαν τῆς Ελλάδος ἐπόρθους γνωμένους; μυρία γὰρ

A Verùm quos vulgo amicos æstimant, aggredimur, ceu auscultatori specimen fidei nostræ daturi, vbi sua ipsius causa commoda salutémque familiarium amicorum neglexisse videmur. Est & genus aliorum, quibus tametsi comperitur falso criminatum apud se amicum tamen cùm credidisse pudet, neque aspicere illum, neque in gratiam redire audēt: perinde ac ipsi iniuria sint affecti, quòd alienam iniuriam nō prospexerint. Proinde multa sunt humanæ vitæ mala ex eo quòd promiscuè ac sine discrimine calumniis creditur, quale est quod apud Poëtam ait Antia:

B *Bellerophontem occide, aut Prætc peribis,*
Qui mihi conatus præsigne auferre pudoris
Fœminei decus:

Cùm ipsa prior adolescentem ad concubitum solicitasset, contempta, in hoc periculum induxit, vt cum Chimæra pugna congressus, parum abfuerit quin victrice bestia occumberet. Tanta pœna luenda fuit castitas pudórque iuuenilis, quem hospiti coniunx adultera suspectum fecerat. Simile quiddam Phædra priuignum calumniata, effecit, vt filij caput pater Theseus execratum beluis C marinis deuoueret: quanquam, ô superi, nihil prorsum deliquisset. At, inquiet quispiam, an non dignus est fide nōnunquam vir, cæterùm bonis moribus & recto ciuilique iudicio præditus, qui alter alterum accusat? non licet tali auscultemus, modò reliquis sibi malis artibus temperarit? Age inquam, éstne alius Aristide iustior? ille tamen aduersatus Themistocli, contra eum populi animos exacuit, inuidia gloriæ popularis, vt aiunt, vellicatus. Aliàs vir bonus Aristides, verùm homo erat, nec felle caruit, solebátque amare alios, alios odisse. Iam D si verum est quod de Palamede ferunt, sapientissimus quidam Achiuorum, ac ad res alias gerendas accommodus, inuidia flagrans, insidias parasse fertur cognato, amico, ad hæc eiusdem belli socio. Adeò naturæ hominum familiare est hoc errore labi. Porrò quorsum attinebat & Socratem recensere, insimulatum apud populum Athenienſem seditionis & impietatis? Quid Themistoclē aut Miltiadem tot partis victoriis suspicione proditionis notatos? Sunt enim

exempla innumera, & vulgo iam plera- A
que nõ ignota. Quid igitur faciet vir prudens in re ambigua? ſanè opinor quod Homerus in Sirenum fabula docet, pernicioſas talium ſermonum delicias nauigio prætereat, obturet aures, nec paſſim aperiat affectui cuipiam obnoxiis, ſed ianitore ſedulo ac fido adhibito, ratione videlicet ac iudicio animi, recta dicentes recluſis foribus excipiat, inutiles nugas obdito peſſulo arceat. Nempe ridiculum fuerit, datum ædibus ianitorem officio ſuo defungi, aures mentémque vulgo patere. Poſtea quàm ergo tale quiddam calumniatum audieris, tute apud animum B
tuum rem ipſam perpende. Nihil attinet qualis ſit qui accuſat, nihil ad rem faciũt alieni mores, nihil accuſationis acrimonia: quin eo maiore cura rem diſcute, quo inſtructior venit delator: neque item credere conuenit iudicio & exiſtimationi alterius, imò accuſantis odio, ſed ſuum veri examen apud nos accuratè ſeruandum eſt, ſuæ item calumniatoris inuidentiæ partes dandæ. Denique quod vtrinque argumenta ſuaſerint, ſtatuendum. C
Tum vel odiſſe vel amare quem diligenter explorauimus, licet. Priuſquam id factum ſit, calumniæ concedere in primo ſtatim congreſſu, hercle nimis quàm puerile eſt, ac indignum viro, longéque à iuſtitia ſemotum. At verò horum omnium cauſſa vna eſt ignorantia, tenebræque illæ quibus ſuæ cuiuſque hominis rationes moréſque obuoluuntur. Iam ſi deorum quiſpiam vitæ noſtræ lumen afferat, futurum eſt vt euaneſcat calumnia, fugiátque in altum barathrum, nec vſquam in humanis locum inueniat, reddita no- D
bis luce omnium vitæ ſtudiorum, veritatis beneficio.

τὰ παραδείγματα, καὶ φεδὸν τὰ πλέϛα ἤδη γνώριμα. τί οὖν χρὴ ϖοιῆϛαι τὸν γε νοῦν ἔχοντα, ἢ ἀρετῆϛ, ἢ ἀληθείας ἀμφιϛοτοῦντα; ὅπῃ, οἶμαι, ϵ̓ Ὁμηρος ἐν τῷ ϖερὶ Σϕειρήνων μύθῳ ἰώϊξατο, ϖαραπλέειν κελεύσας ταῖς ὀλεθρίοις ταύταις τῶν ἀκουσμάτων ἡδοναῖς, καὶ ἀποφράττειν τὰ ὦτα, καὶ μὴ ἀνέῳγειν αὐτὰ αἰᾶ πιτνημένῃ τοῖς ϖαρῆ ϖεφλημμένοις, ἀλλ' ὀπίϛω ϖάμπαν ἀκριβῆ θυρωρὸν ἢ λογισμὸν ἅπαϛι τοῖς λεγομένοις, τὰ μὲν ἄξια ϖρόσιϵσθαι καὶ ϖαραβάλλϵσθαι, τὰ ϕαῦλα δὲ ἀποκλείειν καὶ ἀπωθεῖν. καὶ γὰρ δὴ εἶη γελοῖον, τῆϛ μὲν οἰκίας θυρωρὸν καθιϛάναι, τὰ ὦτα δὲ, καὶ τὸν ἔϱϱινοα, ἀνεῳγμένα ἐᾶν. ἐπειδὴ τοίνυν τοιαῦτα ϖροσίῃ τις λέγων, αὐτὸ ἐϕ' αὑτῷ χρὴ τὸ ϖρᾶγμα ἐξετάζειν· μήτε ἡλικίαν τοῦ λέγοντος ὁρᾶν, μήτε τὸν ἄλλον βίον, μήτε τὸν ἐν τοῖς λόγοις ἀγχίνοιαν. ὅσῳ γάρ τις ϖιθανώτερος, τοσούτῳ ὀϕθαλμοῦ δεῖται τῆϛ ἐξετάσϵως. ϑ δεῖ τοίνυν ϖιϛεύειν ἀλλοτρίᾳ κρίσϵι, μᾶλλον δὲ μίσϵι τοῦ κατηγορουμένου, ἀλλ' ἑαυτῷ τὸν ἐξέταϛον ϕυλακτέον, τῆϛ ἀληθείας ἀποδόντα καὶ τῷ ϕθονοῦντι τὸν ϕθόνον, καὶ ϵ̓ϖὶ ϕανερῷ ϖοιησάμϵνον τὸν ἔλεγχον τῆϛ ἑκατέρου ϕαυλότητος, καὶ μισεῖν οὕτω, καὶ ἀγαπᾶν τὸν δεδοκιμασμένον. ϖρὶν δὲ τοῦτο ϖοιῆϛαι ἐκ τῆϛ ϖρώτης ϕαντασίας κεκινημένου, Ἡράκλῆϛ, ὡς μεγαλωδῶν, καὶ ταπεινὸν, καὶ ϖονηρῶν οὐκ ἤνεγϵν ἄδικον. ἀλλὰ τούτων ἀϖόντων αἴτιον, ὅπερ ϵ̓ν ἀρχῇ ἔϕαμϵν, ἡ ἄγνοια, καὶ ὁ ϵ̓ν σκότῳ ϖου τῆ) τὸν ἐναίσιον τόϖον. ὡς εἴγε ϑεὸν τις ἀϖεκαλύϕϑη ἡμῖν τοῖς βίοις, οἴχϵται ἂν ϕθύγγουσα ἐς ὃ βάραθρον ἡ ϕαντασία, χώραν οὐκ ἔχουσα, ὡς ἂν ϖεϕωτισμένων τῷ ϖράγματων ὑϖὸ τῆϛ ἀληθείας.

ΨΕΥΔΟΛΟΓΙΣΤΗΣ, ἢ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΠΟΦΡΑΔΟΣ.

PSEVDOLOGISTA, SIVE DE APOPHRADE, HOC EST, DIE ATRO.

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

Inuectiua eſt in eum à quo deriſus fuerat, quòd Apophradis verbo vſus eſſet, ipſúmque diei atro comparaſſet. Continetur autem tota oratio duabus partibus: quarum priore oſtendit, nomen

Apophradis Græcum & vsitatum Græcis esse, & se rectè eo vsum quoque esse, idque exemplis aliorum, qui similibus nominibus etiam alios nefarios ac detestabiles probrosè appellarunt. In altera autem vitam & mores, & item sermonem ac dicendi genus illius insectatur, ostendens illum meritò ac dignè ista voce cognominari, vtpote atrum ac detestabilem, & ab aliis quoque similibus antea appellationibus eodem modo passim notatum, affecta etiam prosopopœia linguæ, expostulantis cum illo super abusu & fœdo ministerio cui adhibeatur. Exordium longius paulo est ad attentionem ac docilitatem pertinens, captata interim & beneuolentia instituto suo, ab exemplo Archilochi, qui se eodem modo vltus fuerit: post exordium prosopopœia Elenchi ex Menandri prologis introducitur, qui argumentum rei & occasionem scripti huius exponit. Titulus alter à materia de qua tractatur, alter ab ipsius qui accusatur effectu siue opere sumptus est, quòd falsò de voce Apophradis iudicarat, eámque quasi peregrinam ac barbaram deriserat. Est enim λογιστὴς *examinator,* ἐξεταστὴς & κριτὴς *seu* δοκιμαστὴς, *vt Hesychius indicat.*

Ἀλλ' ὅτι μὲν ἠγνόεις τοὔνομα τὼ Ἀποφράδα, πρώτη που δῆλον. πῶς γὰρ ἂν ἤπιῶ βάρβαρον εἶναί με τὼ φωνὼ ἐπ' αὐτῷ εἰπόντα σοῦ, ὡς Ἀποφράδι ὅμοιος εἴης; (τῶν γὰρ τρόπων σου, νὴ Δία, μέμνημαι, εἰκάσας τῇ τοιαύτῃ ἡμέρᾳ) εἰ μὴ καὶ πρώτιστα πάντων αὐτὸς ἦσθα τοῦ ὀνόματος; ἐγὼ δὲ τὸν μὲν Ἀποφράδα ὅ, τι καὶ βούλεται εἶναι, διδάξω σε μικρὸν ὕστερον. ὃ δὲ τοῦ Ἀρχιλόχου ἐκεῖνο, ἤδη σοι λέγω, ὅτι τέττιγα τοῦ πρωΐ σεσείληφας, εἴπερ τινὰ ποιητὴν ἰάμβων ἀκούεις Ἀρχίλοχον, Πάριον δὲ ἦν, ἀνδρα καὶ ἄλλως ἐλεύθερον, καὶ παρρησίᾳ σεσοφισμένον, μηδὲν οἰκονομοῦντα ὀκνεῖν, εἴ τι καὶ ὅτι μάλιστα λυπήσων ἔμελλε τοὺς περιπατητὰς ἐσομένους τῇ σχολῇ τῶν ἰάμβων αὐτοῦ. ἐκεῖνος τοίνυν πρός τινος τῶν τοιούτων ἀκούσας κακῶς, Τέττιγα ἔφη τὸν ἄνδρα εἰληφέναι τοῦ πρωΐ, εἰκάζων ἑαυτὸν τῷ τέττιγι ὁ Ἀρχίλοχος, φύσει μὲν λάλῳ ὄντι, καὶ οὐδενὸς ἀνάγκης· ὁπότε δὲ καὶ τοῦ πρωΐ ληφθῇ, μειρακιωδέστερον βοᾶν τι. καὶ σὺ δή, ἔφη ὦ κακόδαιμον ἄνθρωπε, τί βουλόμενος, ποιητὴν λάλον παροξύνεις ὅτι σεαυτὸν, αἰτίας ζητοῦντα, καὶ ὑποθέσεις τοῖς ἰάμβοις; ἔστω σοι καὶ αὐτὸς ἀπειλῶ, οὐ, μὰ τὸν Δία, τῷ Ἀρχιλόχῳ εἰκάζων ἐμαυτόν· πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δέω· σοὶ δὲ μυρία σεσοφισμένα ἰάμβων ἄξια βεβιωμένα, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ οὐδ' αὐτὸς ὁ Ἀρχίλοχος αὐτὸς διαρκέσαι, ὡς παρακαλέσας καὶ τὸν Σιμωνίδην, καὶ τὸν Ἱππώνακτα συμποιῆσαι μετ' αὐτοῦ κἂν ἕν τι τῶν προσόντων σοι κακῶν. ὅτω σύ γε παῖδας ἀ-

A

B

C

AT quòd ignorabas nomen Apophradis (hoc est, diei atri) cuiuis facilè patet. Quomodo enim accusares me ceu barbarum lingua ob hoc quòd de te dixi, Apophradi similẽ esse te (nam mores tuos memini me cum tali die conferre) nisi prorsus ne audisses quidem nomen hoc? Ego verò ipsam quidem Apophradem, quid sibi velit, quídque significet, paulo pòst docebo te. In præsentia autem Archilochi illud tibi dico, quòd videlicet cicadam ala comprehenderis: si modò de poëta quodam iambico Archilocho audisti aliquando, qui genere quidem Parius fuerit, cæterùm homo supra modum liber & dicax, neque conuitiari vnquã veritus, etiamsi quammaximè molestus futurus esset iis qui in Iamborum ipsius otium incurrerent. Ille igitur cùm malè à quopiam istorum audiisset, Cicadam ait comprehendisse hominem alis: comparans se ipsum cicadæ Archilochus, insecto videlicet natura quidem strepero, & nulla cogente necessitate, vocali: quoties autem etiam ala comprehenditur, altius quiddam stridenti. Tu quoque igitur, inquit, homo infelix, quid tibi vis, qui poëtam loquacem contra te ipsum irritas, alioqui caussas & materiam iambis suis quærentem? Atque hæc tibi quoque nunc interminor, haud equidem per Iouem me ipsum cum Archilocho conferens (vnde enim hoc possem, vt qui longè adeò inferior illo sim) innumera quędam iambis digna abs te in vita perpetrata esse, ad quæ mihi videtur ne Archilochus ipse quidem sufficere, assumpto etiam Simonide & Hipponacte, vt vel vnum aliquod eorum quæ in te sunt malorum describant. Adeò ceu pueros quos-

dam tecum collatos, malitia superasti & Orodœciden, & Lycamben, & Bubalũ, quibus iambos ille suos consumit. Atque adeò videtur deus quispiam risum istum tunc labiis tuis immisisse, quando Apophradis huius mentio facta est: quòd videlicet ipse quidem Scythis manifestior fieres quòd indoctus summopere esses, & communia hæc & ante pedes posita ignorares: principium autem commodum atque aptum orationis contra te instituẽdæ suppeditares homini libero, & iam olim familiariter te, idque exactè, noscenti, nihilque verituro quominus omnia foras eloquatur: imò verò præconum more proclamet quæcunque agis noctu & interdiu etiam adhuc nunc post multa illa superiora ac vetera. Atqui frustra fortassis & superuacuum fuerit, certo atque erudiendi modo, ad te dicendi libertate vti. Neque enim ipse vnquam melior futurus facilè es ex ea obiurgatione; non magis quàm scarabęus si monitus sit vt ne amplius in stercora huiusmodi volutet, cùm ille semel istis assueuerit. Neque etiam quenquam esse arbitror, qui adhuc ignoret ea quę tu ausus aliquando fueris, quæque homo ætate iam confectus in te ipsum iniquè delinquis. Non ita tutus, neque obscurè adeò malus es, neque etiam opus quopiam est qui tibi pellẽ leoninam detrahat, vt manifestus fias, Canthelius siue Asinus tantus existẽs: nisi verò quis ex Hyperboreis paulo antè ad nos huc profectus sit, aut in tantum Cumanus existat, vt non statim conspectum te, asinum omnium contumeliosissimum agnoscat, non expectato dum rudentem etiam audiat. Ita iam olim & à me, & apud omnes, & sæpe, res tuæ proclamatæ sunt, & famam inde haudquaquam exiguam nactus es, supra Ariphraden adeò, & supra Sybaritam Misthonem, & supra Chium illum Bastan, qui iisdem in rebus doctus atque excellens fuit. Sed dicendũ tamen est, etiamsi frigida atque emarcida iam dicere videbor, ne in eam culpam incidam, quasi solus illa ignorem. Imò verò aduocandus nobis Menandri prologorum vnus aliquis, Elenchus videlicet ille, amicus veritatis, & libertatis deus, haudquaquam obscurissimus ille quidem eorum qui in scenam ascendunt, solis vobis inimicus, qui linguam ipsius formidatis, & scientem omnia, & planè enarrantem, quorumcunque vobis conscius est. Plausibile igitur hoc fuerit, si ille voluerit, ante nos ingressus, exponere auditoribus vniuersam fabulę rationẽ. Proinde age ô Prologorum atq; deorum optime Elenche,

A πέφηνας ἐν πάσῃ ἐλευθερίᾳ, τὸν Ὀροδοκιδίδλω, καὶ τὸν Λυκάμβην, καὶ τὸν Βύπαλον, τοὺς ἐκείνων ἰάμβους. καὶ ἔοικε θεῶν τις ὅτι χεῖλος ἀγαπεῖν σοι τότε τὸν γέλων ὅτι τῇ ἀποφράδι λεχθείσῃ, ὡς αὐτὸς μὲν, Σκυθῶν καταφανέστερος γένοιο, κομιδῇ ἀπαίδευτος ὤν, καὶ τὰ κοινὰ ταῦτα, καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἀγνοῶν, ἀρχὴν δ' εὔλογον παράσχοις τῷ κατ' σὲ λόγων αἰδρὶ ἐλευθέρῳ, καὶ οἰκοθέν σε ἀκριβῶς εἰδότι, καὶ μηδὲν ὑποστελλομένῳ ὃ μὴ οὐχὶ πάντα ἐξέπτειν· μᾶλλον δ' κηρύξαι ἃ πρᾴτῃς νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἔτι καὶ νῦν, ὅτι πολλοῖς τοῖς πρὶν ἐκείνοις. χάριν μάταιον ἴσως, καὶ περιττὸν, ἐν παιδείας B νόμῳ παρρησιάζεσθαι πρὸς σέ. ὅτε γὰρ αὖ αὐτὸς ποτε βελτίων γένοιο πρὸς τὸ ὁπιτίμησιν, ἢ μᾶλλον ἢ χαίθαρος μεταπειθείη αὖ, μηκέτι τοιαῦτα κυλινδῶν, ἅπαξ αὐτῆς στιν ἡθος γλυκύμυθος. ὅτ' εἶναί τινα νομίζω τὸν ἀγνοοῦντα ἐπὶ τὰ ὑπὸ σῦ τρυμώμενα, καὶ ἃ χρὴ ἄνθρωπος ἐς ἑαυτὸν πεφυκέναι. οὐχ ὅτως ἀσφαλὴς, οὐδὲ ἀφανὴς ἐλευθερὸς εἶ· οὐδὲ δεῖ τινος τὸ ἀποδύσοντος τὸ λεοντῆν, ὡς φανερὸς γένοιο, καὶ θηλίας ὤν, εἰ μή τις ἄρα ὀξὺ Ὑπερβορέων C ἀφῖκται ἐς ἡμᾶς ἥκει, ἢ ἐς τοσοῦτον Κυμαῖος εἴη, ὡς μὴ ἰδὼν, θύθυς εἰδέναι ὄνων ἀπαντων ὑβριστότατόν σε ὄντα, μὴ περιμείνας ὀγκωμένου πρόσωπον ἀκοῦσαι. ὅτω πάλαι καὶ πρὸς ἐμοῦ, καὶ πάντα πᾶσι καὶ πολλάκις κεκήρυκται τὰ σά, καὶ δόξαν μικρὸν ἔχεις ἐπ' αὐτῆς ὑπὲρ τὸν Ἀριφράδην, ὑπὲρ τὸν Συβαρίτην Μίσθωνα, ὑπὲρ τὸν Χῖον ἐκεῖνον Βάσταν, τὸν ὅτι τοῖς ὁμοίοις σοφόν. ῥητέον δ' ὅμως εἰ καὶ ἔωλα δόξω λέγειν, ὡς μὴ αἰτίαν ἔχοιμι μόνος αὐτὰ ἀγνοεῖν μᾶλλον δ' παρακλητέος ἡμῖν τῶν Μενάνδρου D προλόγων εἷς, ὁ Ἔλεγχος, φίλος ἀληθείᾳ καὶ παῤῥησίᾳ θεὸς, οὐχ ὁ ἀσημότατος τῶν ὅτι τὸ σκηνὴν ἀναβαινόντων, μόνοις ὑμῖν ἐχθρὸς τοῖς δεδιόσι τὴν γλῶτταν αὐτοῦ, πάντα καὶ εἰδότος, καὶ ἁπλῶς διεξιόντος, ὁπόσα ὑμῖν συμβαίνει δεδιέναι. χάριεν γοῦν τοῦτο γένοιτ' ἄν, εἰ ἐθελήσειεν ἡμῖν προελθὼν αὐτὸ διηγήσασθαι τοῖς θεαταῖς σύμπαντα τὸ δράματος τὸν λόγον. ἄγε πίνυ, ὦ προλόγων καὶ δαιμόνων ἄριστε Ἔλεγχε,

ἵεσο

ὅρα ὅπως σοφὸς προσδιδάξῃς τοὺς ἀκούοντας, ὡς οὐ μάτην, οὐδὲ φιλαπεχθημόνως, οὐδ' αἰτίαν τοῖς ποσὶ, καὶ πλὴν παρουσίαν, ὅτι τὸν δὲ τὸν λόγον ἀπηντήκαμεν, ἀλλὰ καὶ ἴδιόν τι ἀμυνόμενοι, καὶ τὰ κοινὰ μισοῦντες τὸν αὐθέκαστον ὅτι τῆς βδελυρίας. ταῦτα μόνα εἰπὼν, καὶ σοφὸς προδιηγησάμενος, ἵλεως ἅπαξ ἐκποδὼν, τὰ δὲ ἄλλα, ἡμῖν καταλιπὼν μιμησόμεθά γάρ σε, καὶ διελέγξομεν τὰ πολλὰ, ὡς παῤῥησίας τε καὶ ἀληθείας ἕνεκα, μηδένα αἰτιάσασθαί σε. μήτε οὖν ἐμοὶ πρὸς αὐτοὺς ἐπαινέσῃς, ὦ φίλτατε ἔλεγχε, μήτε τὰ ἐκείνῳ προσόντα προσεκχέῃς αὐτοῖς· ὃ γὰρ ἄξιον, θεῷ ὄντι, ὅτι σῶμα σοι ἐλθεῖν τοῖς περὶ τῶν τοιούτων λόγοις. ὁ γὰρ σοφιστὴς οὗτος (εἰ λέγων, ὁ προλογος ἤδη φησὶ ταῦτα, ἐς Ὀλυμπίαν ποτὲ ἦκε, λόγον τινὰ περὶ πολλῶν συγγεγραμμένον ὑπισχνούμενος τοῖς πανηγυριστὰς, ἦν οὖν ἡ ὑπόθεσις τῷ συγγράμματι, ὁ Πυθαγόρας κωλυόμενος ὑπό τινος Ἀθηναίων, οἶμαι, μετέχειν τῆς ἐν Ἐλευσῖνι τελετῆς ὡς βάρβαρος, ὅτι ἐλεγεν αὐτὸς ὁ Πυθαγόρας πρὸ τούτου ποτὲ, καὶ Εὔφορβος γενόμενος. ἐτύγχανε δὲ ὁ λόγος αὐτῷ καὶ τὸν Αἰσώπου κόλιον, συμφορητὸς ὢν ἐκ ποικίλων ἀλλοτρίων πέρων. βουλόμενος δὴ μὴ ἔωλα δόξαι λέγειν, ἀλλ' αὐθαιρέτως τὰ ἐκ τῆς βιβλίου, δόξαι τῶν συνήθων τινός (ἦν δὲ ἐκ Πατρῶν ἐκεῖνος, ἀμφὶ δίκας ἔχων τὰ πολλὰ) ἐπειδὴ αἰτήσῃ τινὰς ὑποθέσεις τοῖς λόγοις, τὸν Πυθαγόραν αὐτῷ προσελέσθαι. καὶ ὅπως αὐτὸς ἐποίησε, καὶ συνέπεισε θεάσεσθαι ἀκούσαι τοῦ ὑφ' ἑαυτοῦ Πυθαγόρου ἐκεῖνον λόγον. ἦν δὲ ὁ ὅτι τοιοῦτος, ὁ μὲν, πολὺ ἀπίθανος ἐν τῇ ὑποκρίσει, συνειρων οἷς εἰκὸς ἐκ πολλοῦ ἐσκεμμένα, καὶ μεμελετημένα, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ἡ αἰσχύνη ὅσα, ἐπήμυνε, καὶ χεῖρα ὤρεγε, καὶ συνηγωνίζετο αὐτῷ. γέλως δὲ πολὺς πρὸς τῶν ἀκουόντων. καὶ οἱ μὲν, εἰς τὸν Πατρέα ἐκεῖνον μεταξὺ ἀποβλέποντες, ὑπεδήλουν ὡς ὁ λέληθε συμπράξας αὐτῷ τινὰ ῥᾳδιουργίαν, οἱ δὲ, καὶ αὐτὰ γνωρίζοντες τὰ λεγόμενα, πρὸς ὅλην τὴν ἀκρόασιν διετέλεσθον, ἓν τοῦτο μόνον ἔργον ἔχοντες ἀμήλων πειρώμενοι,

A vide vt planè doceas atque informes auditores, quòd videlicet non frustra, neque odij conciliandi gratia, neque etiam illotis, quod aiunt, pedibus ad orationem hanc peragendam accessimus: sed cùm vt priuatum quiddam vlciscéremur, tum quia illud quod commune est, hominem ob malitiam ac vanitatem odio prosequeremur. Atque hæc sola præfatus, ac planè elocutus, propitius abi iterum è medio: cætera verò nobis relinque: imitabimur enim te, & coarguemus pleraque, vt & veritatis & libertatis gratia nemo te accusaturus sit. Neque verò me, ô optime, apud ipsos commendaueris, neque rursum quæ illi adsunt, præeffuderis temerè. Non enim dignum est, Deus cùm sis, in os tibi venire verba de rebus execrabilibus adeò ac detestandis facienda. Nam Sophista atque impostor iste dicendo (hæc iam prologus inquit) Olympiam aliquando venit, orationem multo iam antea conscriptam recitaturus iis qui ad solennem ludorum celebritatem conuenerant. Erat autem argumẽtum eius scripti: Pythagoras prohibitus aliquando ab Atheniẽsibus communicare, vt opinor, cũ iis qui Eleusinia sacra peragebant, tanquam barbarus, eò quòd ipse Pythagoras diceret, ante ea tempora etiam Euphorbũ sese fuisse. Cęterùm erat oratio ea ipsius iuxta Æsopi graculum, collectitia, ex variis alienis pẽnis cõsarcinata. Itaque cùm vellet haudquaquam friuola ac vana dicere videri, ex notis ac familiaribus quendam rogat (erat autem homo ille Patrensis genere, circa lites & actiones forenses plerunque versatus) vt postquam dicendi argumentum aliquod postulasset, Pythagoram ipsi statim subiiceret. Ac ita tum fecit homo ille, & persuasit theatro, vt orationem illã de Pythagora audirent. Erat igitur, id quod consequens tum fuit, iste quidem ad agendum & exprimendum gestu sermonem, valde ineptus, & à ratione alienus, connectens & agglomerans, vt par est, ea quæ longè ante meditata atque exercitata habuerat, tametsi impudentia, quæ quàm maxima erat, auxiliabatur quoque, ac manum porrigebat, & cum eo vnà certamen obibat. Risus autem ab auditoribus vndique multus. Ac alij quidem ad Patrensem illum interea aspicientes, significationem dabant quòd haudquaquam clam ipsis esset quòd illius ope fallacia ac techna hæc composita esset: alij autem etiam ipsa ea quæ recitabantur, agnoscentes, per totum illud auscultandi tempus vnum hoc opus agebant,

vt se mutuò explorarent quo modo quisque memoria teneret & dignosceret vnde quicque ex iis Sophistis qui paulo ante nos celebres fuere, in declamationibus siue meletis quas vocant, desumptum esset. Porrò inter hæc omnia etiam is qui orationem hanc scripsit, inter ridentes & ipse erat. Cur autem non rideret ob manifestum adeò & ineptum atque impudens facinus? Ac fortè (est enim risus intemperantior paulò) cùm ille voce ad canticum deflexa, lamentationem quandam, vt ipsi videbatur, Pythagoræ, decantaret: hic meus poëta, illud quod vulgo dici solet, Asinum ad lyram, videns, in cachinnum admodum suauem solutus est: quod alter conuersus aspexit. Et hoc est quod illos paulo antè inter se inimicos reddidit. Atque hinc erat quidem anni principium, imo verò tertia dies à nouilunio magno, quando Romani iuxta veterum consuetudinem & ipsi preces quasdam pro toto anno faciunt, & sacrificia peragunt, pro eo ac ipsis rex Numa sacrificandi ritus hos constituit, persuasiúque sunt quòd eo potissimùm die votis ac precibus Dij vacent, atque animum aduertant. In hoc igitur festo, & calendis solennibus ridens Olympiæ tum ille, sub Pythagora isto supposititio conspicatus accedentem execrabilem & arrogantem istum alienarum orationum histrionem, (norat autem & mores eius exactè, & reliquam nequitiam, atque impuritatem vitæ, & quæ facere diceretur, & quæ faciens deprehensus fuerat) Tempus, ad quendam amicorum inquit, vobis est discedere, atque hoc inauspicatum spectaculum relinquere. Nam homo iste obuiam nobis factus, videtur suauissimum hunc diem in apophradem nobis conuertere. Quo audito sophista ille mox verbum Apophradis, velvti peregrinum atque alienum à Græca lingua ridere cœpit, & hominem pro superiore illo risu vicissim vltus est, vt quidem ipse putabat, & ad omnes dicebat: Hui Apophras? quid hoc autem est? fructus, an herba aliqua, an instrumentum? num igitur comeditur, an bibitur? aut quid tandem est Apophras? Nam ego quidem neque audiui vnquam, neque intelligo facilè quidnam etiam sit quod ille dicit. Atque hęc tamen ille quidem putabat se contra hunc valde acerbè dixisse, ac multo adeò risu Apophradem ipsam arripiebat: cæterùm non animaduertebat quòd interim extremum contra seipsum insciticæ testimonium proferebat.

A ὅπως μνήμης ἔχοιτο παρὰ τοῖς ἄλλοις, καὶ ὅπου ἕκαστον ὧν τῶν ὀλίγον πρὸ ἡμῶν δεδοκιμηκότων ὅτι τὰς καλουμένας μελέτας σοφιστῶν. ἐν δὲ τούτοις ἅπασι, καὶ ὁ τὸν λόγον τόνδε συγγράψας, ὧν ἐν τοῖς γελῶσι καὶ αὐτός. τί δ' οὐκ ἔμελλε γελᾶν ἐφ' οὕτω παρεφανεῖ, καὶ ἀπιθάνῳ, καὶ αἰσχίστῳ τολμήματι; καί πως (ἔστι δὲ ἀκριβὴς γέλωτος) ὁ μὲν, τὴν φωνὴν ἐπιτείνας εἰς μέλος, ὡς ᾤετο, θρηνῶδές τινα ἐπῳδὴν τοῦ Πυθαγόρα, ὁ δὲ, τοῦτο δὴ ὃ τῷ λόγῳ, ὄνον κιθαρίζειν πειρώμενον ὁρῶν, ἀνεκάγχασε μᾶλλον ἡδὺ ὁ ποιητὴς B ἐοικὼς ὁ ἐμός· ὁ δὲ, εἶδεν ὑπερφυές. τοῦτο δὲ πολέμωσε τότε αὐλητὴς ἑνὶ λιχνῷ. ἐντεῦθεν δὲ ἐν μὲν τῷ ἔτους ἀρχὴ, μᾶλλον δὲ ἡ ἀπὸ τῆς μεγάλης νουμηνίας τρίτη, ἐν ᾗ οἱ Ρωμαῖοι κατά τι ἀρχαῖον, δύο καὶ τεσσαράκοντα τοῖς ἔτεσι θύειν πίνας, τῷ θεῷ σφίσι, Νουμᾶ τοῦ βασιλέως καταστησαμένου τὰς ἱερουργίας αὐτοῖς, καὶ πεπεισμένου τοὺς θεοὺς ἐν ἐκείνῃ μάλιστα τῇ ἡμέρᾳ χρηματίζειν τοῖς θύουσιν. ἐν ταύτῃ τοίνυν ἑορτῇ, καὶ ἱερομηνίᾳ, ὁ τότε γελάσας ἐν Ολυμπίᾳ ἐκεῖνος, ὑπὸ τῷ ὑποβολιμαίῳ Πυθαγόρᾳ, ἰδὼν παρεστῶτα τὸν καταπύστον, καὶ ἀλαζόνα, τὸν τῶν ἀλλοτρίων λόγων ὑποκριτὴν (ἐτύγχανε δὲ C τὸν βίον ἀκριβῶς εἰδὼς αὐτοῦ, καὶ τἄλλα ἀσελγαίνοντα, καὶ μιαρίαν τοῦ βίου, καὶ ἃ ποιῶν ἐλέγετο, καὶ ἃ ποιῶν κατείληπτο) Ὥρα ἡμῖν, ἔφη, τοῖς τινα τῶν ἑταίρων, ἐκτρέπεσθαι ὃ δυσφήμητον τοῦτο θέαμα, εἰς φανεὶς, ἔοικε τὴν ἡδίστην ἡμέραν, ἀποφράδα ἡμῖν ποιήσειν. τοῦτ' ἀκούσας ὁ σοφιστὴς τὴν ἀποφράδα, ὡς τι ξένον καὶ ἀλλότριον τῆς Ελλήνων ὀνομάσας, ἐγέλασε δεινὸν, καὶ τὸν ἄνδρα τοῦ πάλαι ἐκείνου γέλωτος ἠμείψατο, ὡς μοι δοκεῖ ᾤετο, D καὶ τοῖς ἅπασι ἔλεγεν, ἀποφράς, τί δέ ἐστιν οὗτος; καρπός τις, ἢ βοτάνη τις, ἢ σκεῦός; ἆρα τῶν ἐσθιομένων ἢ πινομένων τί ἐστιν ἀποφράς; ἐγὼ μὲν οὔτε ἤκουσα πώποτε, οὔτ' ἂν συνείην ποτὲ ὅ, τι καὶ λέγει. Ταῦτ' ὁ μὲν ᾤετο καλὰ τούτου διεξιέναι, καὶ πολλὴν ἐπήγετο τῇ ἀποφράδι τὸν γέλωτα· ἐλελήθει δὲ καθ' αὑτοῦ τὸ ὕστατον τεκμήριον ἀπαιδευσίας ἐκφέρων, ὅτι τοῦτο.

τὸν δὲ τὸν λόγον συνέγραψεν, ἐμὲ πρὸς ὑμᾶς πέμψας, ὡς δείξῃ τὸν ἀοίδιμον σοφιστὴν, τὰ κοινὰ τῶν Ἑλλήνων ἀγνοοῦντα, καὶ ὁπόσα καὶ οἱ ὑπὸ τὸν ἐργαστήριον, καὶ τῶν καπηλείων εἰδεῖεν. Ταῦτα μὲν ὁ ἔλεγχος. ἐγὼ δὲ, ἤδη γὰρ αὐτὸς προείληφα τὸν δράματος τὰ λοιπὰ, δίκαιος αὖ εἶμι, τὰ ἐκ τοῦ Δελφικοῦ τρίποδος ἤδη λέγειν, οἷα μὲν σου τὰ ἐν τῇ πατρίδι, οἷα δὲ τὰ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, οἷα δὲ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, οἷα δὲ τὰ ἐν Φοινίκῃ, καὶ Συρίᾳ, εἶτα ἑξῆς, τὰ ἐν Ἑλλάδι, καὶ Ἰταλίᾳ, καὶ ἤδη πᾶσι, τὰ ἐν Ἐφέσῳ νῦν, ἅπερ κεφαλαιωδέστατα τῆς ἀνοίας τῆς σῆς, καὶ κορυφὴ, καὶ κορωνὶς τοῦ τρόπου. ἐπεὶ γὰρ κατὰ τὸν παροιμίαν, Ἰλιὰς ὤν, τραγῳδοὺς ἐμαθήσω, καιρὸς ἤδη σοι ἀκοῦσαι τὰ σαυτοῦ κακά· μᾶλλον δὲ, ταῦτα μὲν, μηδέπω, περὶ δὲ τῆς Ἀποφράδος, πρότερον. εἰπὲ γάρ μοι πρὸς πάνδημον, καὶ γυναικυλλίδος, καὶ κυβίστης, πῇ σοι μεμπτὸν, καὶ γέλωτος ἄξιον τοὔνομα φαίνεται; ἔδοξεν ἡ Ἀποφράς; νὴ Δί', οὐ γὰρ ἴσασιν τῶν Ἑλλήνων ἴδιον, ἀλλά ποθεν ἐπεισκωμάσθω αὐτοῖς ἀπὸ τῆς πρὸς Κελτοὺς ἢ Θρᾷκας, ἢ Σκύθας, ὑπομιξίας. σὺ δ' (ἅπαντα γὰρ οἶδα τὰ τῶν Ἀθηναίων) ἐξέκλεισας τοῦτο βύθιον, καὶ ἀξεκήρυξας τῆς Ἑλληνικῆς. καὶ ὁ γέλως ὅτι τοῦτο, ὅτι βαρβαρίζω, καὶ ξενίζω, καὶ ὑπερβαίνω τοὺς ὅρους τοὺς Ἀττικούς. καὶ μὴν τί ἄλλο ἔστιν Ἀθηναίοις ὑπόμνημα, ὡς τοῦτί τοὔνομα, φαῖεν ἄν, οἵγε σοῦ μᾶλλον τὰ τοιαῦτα εἰδότες; ὥστε θᾶττον ἂν Ἐρεχθέα, καὶ τὸν Κέκροπα, ξένους ἀποφήναις, καὶ ἐπήλυδας τῶν Ἀθηνῶν, ἢ τοῦ Ἀποφράδα δείξας οὐκ οἰκεῖαν καὶ αὐτόχθονα τῆς Ἀττικῆς. πολλὰ μὲν γάρ ἐστιν, ἃ καὶ αὐτοῖς καὶ τοῦτα τοῖς πᾶσιν αἰθρώποις ὀνομάζουσιν, Ἀποφράδα δὲ μόνοι σκῶλοι, τοῦ μιαρὸν, καὶ ἀποκτόνον, καὶ ἀπαίσιον, καὶ ἄστρεκτον, καὶ σοὶ ὁμοίαν ἡμέραν. ἰδοὺ καὶ μεμάθηκας ἤδη ὁδοῦ πρότερον, τί βούλεται αὐτοῖς ἡ Ἀποφὰς ἡμέρα, ὅταν μήτε αἱ ἀρχαὶ χρηματίζωσι, μήτε εἰσαγώγιμοι αἱ δίκαι ὦσι, μήτε τὰ ἱερὰ ἱερουργῆται, μήθ' ὅλως τι τῶν αἰσίων τελῆται, αὕτη Ἀποφὰς ἡμέρα. σέσωμαι δὲ τοῦτο ἄλλοις ἐκ ἄλλης αἰτίας,

A Huius igitur gratia orationem hanc scripsit is qui me huc ad vos præmisit, vt videlicet ostenderet, celebrem istum sophistam, communia illa Græcorum, & quæ illi etiam qui in officinis atque tabernis sedent, scire solent, adhuc ignorare. Hactenus Elenchus ille. Ego verò (iam enim ipse ad reliqua fabulæ peragenda accedo) meritò debebam veluti ex Delphico tripode tandem illa addere, qualia videlicet facta tua in patria fuerint, qualia in Palæstina, qualia in Ægypto, qualia in Phœnicia ac Syria, atque exinde deinceps in Græcia & Italia: & postremò quæ nunc Ephesi facis, quæ B quidem vecordiæ istius tuæ quasi quoddam summarium sunt & caput, & coronis morum. Postquam enim, iuxta prouerbium, Ilienſis cùm sis, tragœdos conduxisti, tempus iam est vt propria tua mala audias. Imò verò nondum etiam, sed de Apophrade priùs. Nam dic mihi per Pandemum, & Genetyllidē, & magnam *Veneris cognomina sunt apud Suid.* matrem, quo tandem modo reprehendendum ac risu dignum videtur nomen Apophradis? Nō enim mehercle Græcorum proprium erat, sed alicūde ex Gallorum, aut Thracum, aut Scytharum com- C mixtione velut comessabundum introductum: tu verò (cuncta enim Atheniēsium cognita habes) excluſisti illud continuò, & velut per præconem è ciuitate Græcorum eiecisti: & ex eo risus iste videlicet, quòd barbarè ac peregrino modo loquor, & transgredior terminos Atticos. At verò quid aliud Athenienſibus ita familiare ac patrium, vti hoc nomen? dixerint illi qui huiusmodi meliùs quàm tu, sciunt. Quapropter citiùs Erechtheum aut Cecropem peregrinos & aduenas apud Athenienses esse probaueris, quàm Apophradis nomen ostenderis non pro- D prium, aut non inibi natum, & genuinum Atticæ esse. Nam multa quidem sunt quæ & ipsi eodē modo cum cæteris hominibus omnibus appellant: Apophradem autem soli illi atram & abominabilem, & inauspicatam & nefastam, tibique similem diem vocant. Ecce didicisti iam obiter quoque significationem Apophradis, & quis dies ater vocetur. Quando videlicet neque magistratus de rebus consultant publicè, neque lites in foro disceptātur, neq; sacrificia peraguntur, neque quicquam eorum quæ more & auspicato solent, tractatur, is dies Apophras siue ater dicitur. Atque huiusmodi dies apud alios aliis de causſis indicti sunt.

Aut enim pugna aliqua magna ac graui superati ſunt, ac dies exinde tales quibus cladem eam accepere, pro nefaſtis & inauſpicatis ad res legitimas gerendas habendos cenſuerunt: aut mehercle etiam. *Præciſio.* Atqui ineptum fortaſſis & intempeſtiuum vtique iam fuerit dedoceri, ac denuo diſcere talia, virum ſenem adeò, ne illa quidem quę his priora ſunt, ſcientem. Proinde hoc omnino reliquum eſt, & ſi didiceris ipſum, omnia exinde nobis ſcies. Vnde enim heus tu? Nam cętera quidem etiamſi ignorare ignoſcendum ſit, ea videlicet quæ extra communem viam poſita, & obſcura hominibus priuatis atque indoctis ſunt: diem tamen atrum, etiamſi volueris, nominare aliter quàm Apophrada non poteris. Nam hoc vnum ac ſolum nomen omnium poſitum eſſe dixerit quiſpiam. At verò vetuſtorum verborum alia quidem vſurpanda ſunt, alia autem non item, quæcunque eorum videlicet non ita multis conſueta atque vſitata ſunt, vt ne perturbemus auditum, & vulneremus intelligentium aures. Ego *Fortaſſis, non intelligentium, legendum.* verò, vir optime, ſi ad te quidem verba feciſſem, de te ita dicens, peccaſſem fortaſſis. Decebat enim, decebat, inquam, aut Paphlagonum, aut Cappadocum, aut Bactrianorum verbis conſuetis ac patriis tecum loqui, ſi intelligere deberes quæ dicerentur, & audiendo voluptatem aliquam capere. Cæteris autem Græcis, opinor, ſecundùm Græcam linguam conuerſari decet. Deinde etiam Atticis per ſucceſſionem temporum multa variantibus in lingua ſua, hoc nomen inter præcipua manſit, hoc modo ſemper & ab omnibus ipſis dictum. Ac ſanè commemorarem etiam eos qui ante noſtram ætatem eodem nomine vſi ſunt, niſi & iſto modo perturbaturus te eſſem, peregrina & ignota tibi poëtarum, oratorum & hiſtoricorum verba recenſendo. Imò verò ne ego quidem tibi eos dicam, qui illud vſurparunt, omnes enim norunt: ſed tu contra ſi mihi vnum aliquem ex veteribus oſtenderis, qui nomine hoc vſus non fuerit, Aureus, vt aiunt, in Olympia ſtatuêris. Atqui ſi quis ſenex adeò, & ætate confectus, huiuſmodi ignorat, videtur idem mihi, quòd Athenæ ciuitas eſt Atticæ, & Corinthus in Iſthmo, & Sparta in Peloponneſo, ignorare. Supereſt igitur fortaſſis illud tibi vt dicas, ipſum quidem nomen apophradis noſſe te, cæterùm vſum eius vt intempeſtiuum accuſaſſe,

A ἢ γὰρ αὖ πληθέντες μάχαις μεγάλαις, ἔπειτα ἔπαξαν ἐκείνας τὰς ἡμέρας, ἐν αἷς τὰ τοιαῦτα ἐπεπόνθεσαν, ἀποφάκτους καὶ ἀχύρους τῶν ἐνόμων προφάξεων εἶ), ἢ καὶ, νὴ Δία. καίτοι ἄκαιρον ἴσως, καὶ ἔξωθέν γε ἤδη, γέροντα ἄνδρα μεταπαιδεύειν, καὶ ἀναδιδάσκειν τὰ τοιαῦτα, μηδὲ τὰ προὸ τούτων εἰδότα. πόθεν γὰρ τοῦτ' ἔστι ὃ λοιπὸν, κἂν ἐκμάθῃς αὐτὸ, πῶς ἡμῖν εἰδὼς ἔσῃ. πόθεν γὰρ ὦ σοῦ; τὰ μὲν γὰρ ἄλλα κἂν ἀγνοῆσαι, συγγνώμη, ὁπόσα ἔξω τῆ πολλοῦ πάτου, καὶ ἄδηλα τοῖς ἰδιώταις· τὴν

B ἀποφράδα δὲ, οὐδὲ βουληθεὶς αὖ, ἄλλως εἴποις. ἓν γὰρ τοῦτο καὶ μόνον ἀπρήκτων τοὔνομα ἔστω, φησί τις· ἀλλὰ τῶν παλαιῶν ὀνομάτων, τὰ μὲν λεκτέα, τὰ δ' οὔ, ὁπόσα αὐτῶν μὴ συνήθη τοῖς πολλοῖς, ὡς μὴ παρέχωμεν τοῖς ἀκοαῖς, καὶ πιεζώσχωμεν τῶν συνόντων τὰ ὦτα. ἐγὼ δὲ, ὦ βέλτιστε, πρὸς μὲν σὲ, ἴσως ταῦτα πρὸς σοῦ εἰπὼν, ἥμαρτον, ἐκλῶ γὰρ ἐκλῶ ἢ χῇ τὰ Παφλαγόνων, ἢ Καππαδόκων, ἢ Βακτρίων

C πάτρια λαλεῖσθαί σοι, ἕως ἐκμάθῃς τὰ λεγόμενα, καὶ σοὶ ἀκούειν ἡδέα· τοῖς δ' ἄλλοις Ἕλλησιν, οἶμαι, κατ' Ἑλλάδα γλῶτταν συνῳδαὶ χρῆ. εἶπα καὶ τῶν Ἀττικῶν χρόνοις πολλὰ ἐπιφαίνοντα τῆς αὐτῶν φωνῆς, τοῦτο ἐν τοῖς μάλιστα τοιοῦμαι διατέλεσεν, οὕτως ἀεὶ, καὶ παρὰ πάντων αὐτῶν λεγόμενον. εἶπον αὖ καὶ τοὺς πρὸ ἡμῶν κεχρημένους τῷ ὀνόματι, εἰ μὴ καὶ τοῦτό σε λαθαρέξειν ἔμελλον, ξένα σοι καὶ ἄγνωστα ποιητῶν, καὶ ῥητόρων, καὶ συγγραφέων ὀνόματα διεξιών. μᾶλλον δὲ, ὅλ'

D ἐγώ σοι τοὺς εἰπόντας ἐρῶ. πάντες γὰρ ἴσασιν. ἀλλά σύ μοι ἕνα τῶν πάλαι δείξας οὐ κεχρημένον τῷ ὀνόματι, Χρυσοῦς, φασὶν, ἐν Ὀλυμπίᾳ στάθητι. καίτοι, ὅστις γέρων ὤν, καὶ ἀφῆλιξ, τὰ τοιαῦτα ἀγνοῶ, δοκεῖ μοι ὅτι καὶ Ἀθῆναι πόλις ἐστὶν ἐν τῇ Ἀττικῇ, καὶ Κόρινθος ἐπὶ τῷ Ἰσθμῷ, καὶ Σπάρτη ἐν τῇ Πελοποννήσῳ, μὴ εἰδέναι. λοιπὸν ἴσως ἐκεῖνό σοι λέγειν, ὡς ὃ μὲν ὄνομα ἤδῃς, τὸ δὲ χρῆσιν αὐτοῦ ἀκαίρως ἠτιάσω.

Φέρε δὴ καὶ ἀπ' ἐκείνου πρὸς σὲ ἀπολογήσομαι τὰ εἰκότα· σὺ δὲ πρόσεχε τὸν νοῦν, εἰ μὴ πάνυ ὀλίγον σοι μέλῃ τοῦ μηδὲν εἰδέναι· εἰ οἱ πάλαι πολλὰ τοιαῦτα πρὸς ἡμῶν ἀπέρριψαν εἰς τοὺς σοὶ ὁμοίους ἕκαστοι τοῖς τότε. ἦσαν γὰρ καὶ τότε, ὡς ὅ εἰκός, ἐδελυγές τινες ἐς τὰ ἤθη, καὶ μιαροὶ, καὶ πανοῦργοι τὸν τρόπον. καὶ ὁ μὲν Κόθορνόν τινα εἶπεν, εἰκάσας αὐτοῦ τὸν βίον, ἀμφίβολον ὄντα τοῖς τοιούτοις ὑποδήμασιν· ὁ δὲ, Λυπαῖον, ὅτι τὰς ἐκκλησίας θορυβώδης ῥήτωρ ὢν, ἐπετάραττεν· ὁ δὲ, Ἑβδόμιον, ὅτι ὥσπερ οἱ παῖδες τὰ περὶ τὰς ἑβδόμας, καὶ ἐκεῖνος τὰ περὶ τὰς ἐκκλησίας ἔπαιζε, καὶ διεγέλα, καὶ παιδιὰν ἐποιεῖτο τὴν σπουδὴν τοῦ δήμου. μὴ δῆτα οὖν κἀμοὶ, πρὸς Ἀδωνίδος, εἰκάσαι παμπόνηρον αὐθέκαστον, ἀπάσῃ κακίᾳ σεσωρευμένον, ἡμέρᾳ δυσφήμῳ καὶ ἀπαισίᾳ. ἡμεῖς καὶ τοὺς χωλοὺς, τῇ δεξιᾷ σκοπεῖσθαι μᾶλλον εἰώθαμεν ἰδιώταις αὐτοῖς. κἂν εἴ τις βάκηλον ἢ εὐνοῦχον ἴδοι, ἢ πίθηκον, θύειν ἐξιὼν τῆς οἰκίας, ὅτι τάχιστα ἀναστρέφει, καὶ ἐπανέρχεται, οὐκ ἀγαθὰς μαντευόμενος τὰς ἐφημερίους ἐκείνας πρᾶξιν ἔσεσθαι αὐτῷ, τῷ πονηρῷ τῇ πρώτῃ καὶ δυσφήμῳ σκηνῇ. σὺ δὲ ἄρχῃ δὲ, καὶ σὺ θύρας καὶ ὅτε τὴν πρώτην ἔξοδον, καὶ ἕωθεν τοῦ ἀπράκτους ἔτους, εἴ τις ἴδοι κίναιδον, καὶ ἀπόῤῥητα ποιοῦντα, καὶ πάσχοντα, ὀπίσημον ὅτι τοῦτο, καὶ ἀνῤῥωγότα, καὶ μονονουχὶ τοῦνομα τῶν ἔργων αὐτῶν ὀνομαζόμενον, ἀπατεῶνα, γόητα, ὀρχηστὴν, ὀλέθριον, κύφωνα, βάραθρον, μὴ φύγῃ, μηδ' εἰκάσῃ τοῦτον ἀποφράδι ἡμέρᾳ; ἀλλ' ἆρά σὺ τοιοῦτος; οὐκ ἂν ἔξαρνος γένοιο, εἰ ἐγὼ τοῦ ἀνδρίου οἶδα τὴν σὴν, ὅσῃ καὶ μεγάλῃ φρονεῖν ὅτι τοῦτό μοι δοκεῖς, ὅτι μὴ ἀπόλλυταί σοι ἡ δόξα τῶν ἔργων, ἀλλὰ πᾶσι δῆλος εἶ, καὶ περιβόητος. εἰ δὲ καὶ ὁμόσε χωρήσας, καὶ ἀρνήσαιο μὴ τοιοῦτος εἶναι, τίσι πίστεσὶ ἔρᾳς; τοῖς πολίταις τοῖς σοῖς (οὐκεῖθεν γὰρ ἄρχεσθαι δίκαιον) ἀλλ' ἴσασιν οὗτοι τὰς πρώτας σου ἐφόδους, καὶ ὡς προδοὺς σεαυτὸν τῷ ὀλέθρῳ ἐκείνῳ σχετλιώτατα, συμπεφθείρω πάντα τὸν πρεσβύτην, ἄχρι δή σε ὁ τοῦ λόγου τοῦτο, ῥάκος πολυχρόνιον ἐργασάμενος, ἐξέωσε. κἀκεῖνα μέμνησθαι, ὡς ὅ εἰκὸς, ἃ πρὸς ὃ ἡδέως ἐν θεάτρῳ,

A Age itaque, & de hoc reſpondebo tibi conſentanea: tu verò animum aduerte, niſi omnino parui facis ſi nihil ſcire videaris. Nam & veteres huiuſcemodi multa ante nos in eos qui tibi ſimiles erant, tum iactarunt. Erant enim tunc quoque (vt eſt veriſimile) moribus abominabiles quidam, & impuri, & perditi ingeniis. Atque alius quidem [1] Cothurnum quendam appellabat, vitam illius comparatione hac perſtringens, vt inconſtantem & ambiguam, perinde vt calciamēti genus hoc eſt: alius autem Lypaën [2], quòd concionestur bare ſolebat, orator tumultuoſus exiſtens: rurſum alius Hebdomam, B quòd perinde vt pueri ſeptimanis diebus ſolent, etiam ille in concionibus luderet & rideret, & ſerium ſtudiúmque plebis pro ludo ac ioco haberet. Ne dederis itaque & mihi, per Adonidem, comparare hominem perditum, & omni malitiæ innutritum, diei atro & inauſpicato. Nam nos & claudos ad dexteram declinamus, ac maximè ſi manè videamus ipſos. Et ſi quis ſpadonem aut eunuchum aſpexerit, aut ſimiam quoque, egreſſus domo ſtatim, conuertit pedem, & regreditur, ominans ſibi haudquaquam proſperas diei illius res atque actiones fore, præ malo C hoc primo & inauſpicato omine. A principio autem, & in foribus, & in primo egreſſu, & mane primo totius anni, ſi quis videat cinædum, & nefaria perpetrantem pariter & patientem, notum ob hęc, & eneruatum, & tantùm non ipſo nomine, quæ agit, præ ſe ferentem, deceptorem, præſtigiatorem, periurum, peſtem, cataſtam, barathrum, non effugiat, neque talem diei atro comparet? An verò tu talis non es? Haudquaquam negabis, ſi modò noui fortitudinem tuam iſtam, qui certè & animum attollere ob hæc mihi videris, videlicet quòd tibi gloria D iſta rerum tuarum non prorſum perit. Sed omnibus notus es, & paſſim celebris. Quòd ſi autem etiam contrà ieris, & inficiaberis talem te eſſe, cui quæſo credibilia iſta dices? An ciuibus tuis? nam hinc ordiri æquum eſt: at norunt illi prima tua incunabula, & quo pacto tradideris te ipſum perdito illi militi, & cum eo vnà turpiſſimè ac flagitioſiſſimè oberraueris, omnia obſequens ac patiens, donec te, iuxta prouerbium, pannum lacerum, detritum & confectum extruſit.. Etiam illa meminerunt, vt eſt conſentaneum, quæ in theatro adoleſcens egiſti,

[1] *Hoc nomine notatus fuit Therameues, de quo Xenophon lib. 2.*

[2] *ἀπὸ λυπεῖν videlicet deducta voce, quod moleſtare & vexare ſignificat.*

micam in elephante ſeu camelo ſpectan-
dam exhibeat. Proinde hoc euitan-
dum dicenti eſt. Præterea autem & vo-
cem ipſam confundit, qui in vocali a-
deò & ſonoroſa domo dicit. Nam illa re-
ſpondet, & ex aduerſo reſonat, & contra-
dicit, imò etiam obruit atque abſcon-
dit vocem dicentis, quale quiddam &
tuba facit tibiæ, ſi pariter inflentur, aut
hortatoribus mare, quoties illi ad ſtrepi-
tum maris, remigationi accinere volunt.
Vincit enim magnitudo vocis, & ſup-
primit id quod minus eſt. Iā verò etiam
illud quod dixit aduerſarius, quòd vide-
licet excitet pulchra domus dicentem,

A ἐμοῦ μὲν ἀκηκόατε ἤδη λέγοντος, ὥστε οὐ-
δὲν δέομαι δὶς ταὐτὰ εἰπεῖν. ὁ δὲ,
πρελθὼν ἤδη λεγέτω, κἀγὼ σιωπήσομαι,
καὶ τοῖς ὀλίγον αὐτῷ μεταδώσομεν. Ἀνδρες
τοίνυν δικασταί, φησὶν ὁ λόγος, ὁ μὲν πρό-
πων ῥήτωρ, πολλὰ καὶ μεγάλα τὸν δε τὸν οἶ-
κον ἐπήνεσε, καὶ τῷ ἑαυτῦ λόγῳ ἐκόσμη-
σεν. ἐγὼ δὲ τοσούτου δέω φόγον αὐτῷ διεξε-
λθεῖν, ὥστε καὶ τὰ ὑπ' ἐκείνου παρελελειμμένα προσθῆναι μοι δοκῶ. ὅσῳ
γὰρ ἂν ὑμῖν καλλίων φαίνηται, τοσῷδε ἐναντίως τῇ τῦ λέγοντος χρεία διαθήσεται. ἐγ
πρῶτόν γε ὅπερ γυναικῶν, καὶ κόσμου, καὶ
χρυσοῦ ἐκεῖνος ἐμνημόνευσε, κἀμοὶ ὑπο-
τέθαται χρήσασθαι τῷ παραδείγματι.
φημὶ γὰρ ἔγωγε καὶ γυναιξὶ καλαῖς οὐκ ὀπως
συλλαμβάνειν εἰς τὸ εὐμορφότερον, ἀλλὰ καὶ
ἐναντιοῦσθαι τὸν κόσμον τὸν πολὺν, ὁπόταν
τῶν ἐντυγχανόντων ἕκαστος ἐκεῖνο τῦ χρυ-
σοῦ, καὶ τῶν λίθων τῶν πολυτελῶν ἐκπλα-
γεὶς, αὐτὴ τῦ ἐπαίνου ἢ χρόᾳ, ἢ βλέμμα,
ἢ δειρὴν, ἢ πῆχυν, ἢ δάκτυλον. ὁ δὲ, ταῦτ'
ἀφεὶς, ἐς τὸν Σαρδῶ, ἢ τὸν Σμάραγδον,
ἢ τὸν ὅρμον, ἢ τὸ ψέλλιον ἀποβλέπει, ὥστε
ἀξιόλογον μὲν εἰκότως παροφθῆναι, διὰ τὸν κό-
σμον, οὐκ ἀργόντων σχολὴν ἐπαινεῖν αὐτὴν
τῶν θεατῶν, ἀλλὰ πρέργον αὐτῆς ποιου-
μένων τὴν θέαν. ἴσως ἀνάγκη, οἶμαι, πα-
θεῖν καὶ τὸν ἐν οὕτω καλοῖς ἔργοις λόγους
δεικνύοντα. λανθάνει γὰρ ἐν τῷ μεγέθει
τῶν καλῶν τὸ λεχθὲν, καὶ ἀμαυροῦται, καὶ
συναρπάζεται· καθάπερ εἴ λύχνον τις εἰς
πυρκαϊὰν μεγάλην φέρων ἐμβάλοι, ἢ μύρ-
μηκα ἐπ' ἐλέφαντος ἢ καμήλου δείκνυοι.
τοῦτο χρὴ φυλακτέον τῷ λέγοντι. καὶ
προσέτι γε μὴν καὶ τὴν φωνὴν αὐτὴν
ὑπεναφάπτεται, ἐν οὕτως ἀντίφωνός τε καὶ ἠχέεν-
τι οἴκῳ λέγων. ἀντιφθέγγεται γὰρ, καὶ ἀντι-
φωνεῖ, καὶ ἀντηλεγεῖ. μᾶλλον δὲ ὑπερκαλύ-
πτει τὴν βοὴν, οἷόν τι καὶ σάλπιγξ δρᾷ τὸν
αὐλὸν, εἰ συναυλοῖεν, ἢ ζεύς κελεύσας ἢ
θάλαττα, ὁπόταν τοῖς κύμασιν ἦχον ἐ-
πάδῃ τῇ εἰρεσίᾳ θέλωσιν. ὑπερκαλεῖται γὰρ ἡ
μεγαλοφωνία, καὶ καταπίνει τὸ ἧττον. καὶ
μὴν κἀκεῖνο, ὅπερ ἔφη ὁ ἀντίδικος, ὡς
ἄρα ἐπεγείρει ὁ καλὸς οἶκος τὸν λέγοντα,

τε θυμότερον παρασκευάζῃ, ἐμοὶ δοκεῖν, A & alacriorem reddat, quantum mihi quidē videtur, diuerso modo se habet. Obstupefacit enim & perterret, & rationem conturbat, timidioremque facit, cogitantem nimirum illud, quòd omniū turpissimum sit, in loco pulchro ac speciosō non pulchram ac speciosam orationem quoq; apparere. Index enim iste profectò omniū manifestissimus est, non aliter ac si quis armaturam pulchram induat, deinde ante cæteros fugiat, notabilior videlicet ex eo, quòd armis insignioribus ornatus. Atque hoc quidem videtur mihi etiam apud Homerum orator ille perpendisse, atque ideo formositatis minimam curam B habuisse, quin magis homini prorsus etiā imperito se ipsum assimilasse, quo videlicet maiori admirationi foret verborū & orationis ipsius pulchritudo, ex illa cum deformitate facta collatione, præsertim cùm omnino necesse illud quoque sit, dicentis ipsius mentem circa intuitum detineri, & cogitandi diligētiam ac curam languescere visu superante, & ad sese vocante, neque orationi vacare atque incumbere permittente. Quare quid restat vltrà quominus deteriùs prorsum dicat talis aliquis, animo circa eorum quæ vi- C dentur laudes occupato? Omitto enim dicere, quòd & præsētes ipsi, & ad auscultandum intrò assumpti, postquam ad talem domum accesserint, ex auditoribus spectatores fiunt: & neque iam Demodocus, aut Phemius, aut Thamyris, aut Amphion, aut Orpheus aliquis, is qui orationem habet, ita est, vt auellere cogitationes illorum à spectando possit: sed vt quisque ipsum modò limen transcenderit, ita frequenti ac multa pulchritudine circumfusus, verborum sanè illorum aut recitationis ne principium quidem exaudire videtur: sed totus in spe- D ctando versatur, nisi quis fortè omnino cæcus fuerit, aut noctu, velut illo in vico Martio Senatus solet, ad auscultandum venerit. Nam quòd verborum vis longè inferior sit quàm vt cum visu certare queat, etiam Sirenum fabula cum illa de Gorgonibus comparata, facilè docuerit. Illæ enim mulcebant quidem præternauigantes, canendo, atque abblandiendo carminibus, & ad se delatos aliquandiu detinebant: & in summa, res ipsa, mora quadam opus habebat, atque interim eas etiam præteruectus quispiam est, & carmen ipsum obturatis auribus prætermisit: at Gorgonum pulchritudo, vt quæ violentissima esset,

& partibus animæ præcipuè ſauciabilibus obverſaretur, ſtatim attonitos reddebat aſpicientes, ac mutos faciebat, & quemadmodum fabulæ placet, & fertur, in lapides illico præ admiratione conuertebantur. Quamobrem & illa quæ de pauone paulo antè ad vos dixit, pro me ipſa dicta eſſe exiſtimo. Nam & illius in aſpectu non in voce delectatio eſt: ac ſi quis iuxta illum vel philomelam vel cygnum ſtatuat, ac canere iubeat, inter canendum autem pauonem iacētem commonſtret, ſat ſcio quòd ad hunc deflexurus ſit animus, longum valere iuſſis illorum canticis. Adeò inexpugnabile quiddam videtur eſſe ea quæ per viſum voluptas capitur. Atque equidem, ſi vultis, teſtem vobis adducam virum doctum, qui ſtatim mihi teſtimonium feret, quòd multo magis ſuperant ea quæ viſu percipiuntur, quàm quæ auditu. Ac iam heus præco accerſe mihi huc ipſum Herodotum, Lyxi filium, Halicarnaſſenſem. Et quia probè fecit, atque obediit, teſtimonium dicat accedens. Vos autem aduertite ipſum Ionica lingua vobis loquentem, perinde vt conſuetum ipſi eſt.

Lib. 1. Herodoti. Vera iſta, Oratio vobis hæc, Iudices, narrat, atque ipſi credite quæcunque de his vobis dixerit, viſum auditui præferendo. Aures ſiquidem fide minùs digniores ſunt, quàm oculi. Auditis teſtem, quæ dicit, & vt primas viſui tribuerit? ac meritò. Nam verba quidem alata ſunt, & euaneſcunt, pariter cum eo quando proferuntur, auolantia. At eorum quæ videntur, delectatio, ſemper adeſt, ac præſens manet, & ſpectatorem ad ſe prorſus abducit. Proinde quomodo non difficilis ac grauis dicenti aduerſaria fuerit domus ita pulchra, & ab omni parte conſpicua? Quin quod maximum eſt, nondum etiam dixi. Nam vos ipſi Iudices, & interea dum nos dicimus, ad tectum ſurſum aſpexiſtis, & parietes admirati eſtis: & picturas, ad vnamquamque auerſi, examinaſtis, neque quicquam etiam veriti eſtis. Venia enim dignũ eſt ſi quid humanum paſſi eſtis, præſertim erga tam pulchra ac varia obiecta. Nam artis diligentia, & hiſtoriæ cum antiquitate vtilitas, reuera illiciendi vim quandam habent, & ſpectatores eruditos requirunt. Et vt ne per omnia iſthuc oculos auerſos habeatis, nobis relictis, age, quoad fieri poteſt, depingam illa vobis oratione.

A καὶ τοῖς κατεχομένοις τῆς ψυχῆς ὁμιλοῦσι, θύ-
θους ἀΐξίση τοὺς ἰδόντας, καὶ ἀφώνους ἐποίη. ὡς
δὲ ὁ μῦθος βούλεται, καὶ λέγεται, λίθινοι ἐγί-
γνοντο ἀπὸ τοῦ θαύματος. ὥστε καὶ ὃν ὑπὲρ
τοῦ παῶ λόγον εἶπε πρὸς ὑμᾶς μικρὸν ἔμ-
προσθεν, ὑπὲρ ἐμαυτοῦ εἰρῆσθαι νομίζω. καὶ
γὰρ ἐκείνου ἐν τῇ ὄψει, οὐκ ἐν τῇ φωνῇ ὁ
τέρπνον. καὶ εἴ γέ τις παραστήσαι μοι
ἀηδόνα ἢ τὸν κύκνον, ἀδὴν κελεύοι, μεταξὺ δὲ
ᾀδόντων παραδείξαι τὸν παῶ σιωπῶντα, δῆ-
λος ἂν ὅτι ἐπ' ἐκεῖνον μεταβήσεται ἡ ψυχὴ, με-
τὰ χαρᾶς θεώσασα τοῖς ἐκείνων ἀσμα-
σιν, ὅτως ἄμαχόν τι ἔοικεν εἶναι ἢ δι' ὄψεως ἡδο-
νή. καὶ ἔγωγε, εἰ βούλεσθε, μάρτυρα ὑμῖν πα-
ρασήσομαι σοφὸν ἄνδρα, ὃς αὐτίκα μοι μάρ-
τυρήσει ὡς πολὺ ὑπερφερέστερά ἐστι τὰ ἀ-
κουομένων τὰ ὁρώμενα. καί μοι σὺ ἤδη κήρυξ, πρόσκαλει αὐτὸν Ἡρόδοτον τοῦ Λύξου
Ἁλικαρνασσέα· καὶ πειθὴ καλῶς ποιῶν ὑ-
πήκουσε, μάρτυρείτω παρελθών· ἀναδέξασθε
δὲ αὐτὸν, Ἰαστὶ πρὸς ὑμᾶς λέγοντα, ὥσπερ
αὐτῷ ἔθος. Ἀληθῆ τὰ δὲ ὁ λόγος ὑμῖν ἀν-
δρες δικασταὶ μυθεῖται, καὶ οἱ πείθεσθε ὅσα
ἂν λέγῃ τουτέων πέρι, ὄψιν ἀκοῆς προτι-
μέων· ὦτα γὰρ τυγχάνει ἐόντα ἀπιστότερα
ὀφθαλμῶν. ἀκούετε τοῦ μάρτυρος, ἃ φησι,
ὡς τὰ πρέποντα τῇ ὄψει ἀποδίδωκεν; εἰκότως.
τὰ μὲν γὰρ ἔπεα, πτερόεντά ἐστι, καὶ οἴχεται
ἅμα τῷ προσελθεῖν ἀποπταμένα. ἡ δὲ τῶν
ὁρωμένων τέρψις, ἀεὶ παρεστῶσα, καὶ προσ-
μένουσα, πρώτως τὸν θεατὴν ἐπάγεται.
πῶς οὖν ὁ χαλεπὸς τῷ λέγοντι ἀντικεί-
σεται, οἶκος οὕτω καλὸς, καὶ παρέλεκτος ὤν;
μᾶλλον δὲ τὸ μέγιστον οὐδέπω φημί· ὑμεῖς
γὰρ αὐτοὶ οἱ δικασταὶ, ἐν μεταξὺ λεγόντων ὑ-
μῶν, εἰς τὸν ὄροφον ἀπεβλέπετε, καὶ τοὺς τοί-
χους ἐθαυμάζετε, καὶ τὰς γραφὰς ἐξητάζετε,
πρὸς ἑκάστην ἀποστρεφόμενοι, καὶ μηδὲν ἀ-
χριβοῦντες. συγγνώμη γὰρ, εἴ τι καὶ ἀνθρώπινον πε-
πόνθατε, ἄλλως τε, καὶ πρὸς ὕτω καλὰς καὶ
ποικίλας τὰς ὑποθέσεις. τῆς γὰρ τέχνης ὁ ἀκ-
ριβὲς, καὶ τῆς ἱστορίας μετὰ τοῦ ἀρχαίου ὠφέ-
λιμον, ἐπαγωγὸν ὡς ἀληθῶς, καὶ πεπαιδευ-
μένων θεατῶν δεόμενον. καὶ ἵνα μὴ πάντα ἐκ-
στῆτε ἀποβλέποντες, ἡμᾶς ἀπολιπόντες, φέρε,
ὡς οἷόν τε γράψωμεν αὐτὰ ὑμῖν τῷ λόγῳ.

ἡδέσθε γάρ, οἶμαι, ἀκούοντες, ἃ καὶ ὁρῶντες θαυμάζετε. καὶ ἴσως ἂν μὲ καὶ δι' αὐτὸ ἐπαινέσαιτε, καὶ τῷ ἀντιδίκῳ προσπαίσαιτε, ὡς καὶ αὐτὸν ἀποδείξαντα, καὶ διπλασιάσοντα ὑμῖν τὴν ἡδονήν. Τὸ χαλεπὸν δὲ τῷ πολυπράγματος ὁρᾶτε, μὴδὲ χρωμάτων, καὶ σχημάτων, καὶ τόπου, συσήσασθαι τοσαύτας εἰκόνας· ψιλὴ γάρ τις ἡ γραφὴ τῶν λόγων. Ἐν δεξιᾷ μὲν οὖν εἰσιόντι, Ἀργολικῷ μύθῳ ἀναμέμικται πάθος Αἰθιοπικόν, ὁ Περσεὺς τὸ κῆτος φονεύσ, καὶ τὴν Ἀνδρομέδαν καθαιρεῖ, καὶ μετ' μικρὸν, γαμήσ, καὶ ἅπεισιν, αὐτὴν ἄγων· παρεργον τοῦτο τῆς ὑπὲρ Γοργόνας ποιήσεως· ἐν βραχεῖ δὲ, πολλὰ ὁ τεχνίτης ἐμιμήσατο, αἰδῶ παρθένου, καὶ φόβον· ὑποσκοπεῖ γάρ τὴν μάχην αἰδουμένη καὶ πέτρας, καὶ νεανίου τόλμαν ἐρωτικὴν, καὶ θηρίου ὄψιν ἀποσόμαχον· καὶ τὸ μὲν, ἔπεισι περιεχὲς ταῖς ἀκανθαις, καὶ δεινὸν τὸ μῆκος τοῦ χάσματι· καὶ ὁ Περσεὺς δὲ, τῇ λαιᾷ μὲν, ἀποδείκνυσι τὴν Γοργόνα. τῇ δεξιᾷ δὲ καθικνεῖται τοῦ ξίφει. καὶ τὸ μὲν, ὅσον τοῦ κήτους εἶδε τὴν Μέδουσαν, ἤδη λίθος ἐστί· τὸ δ' ὅσον ἔμψυχον μένει, τῇ ἅρπῃ κόπτεται. Ἐξῆς δὲ μετὰ τὴν δὲ τὴν εἰκόνα, ἕτερον γράμμα γέγραπται δικαιότατον, οὗ τὸ ἀρχέτυπον ὁ γραφεὺς παρ' Εὐριπίδου ἢ Σοφοκλέους δοκεῖ μοι λαβεῖν. ἐκεῖνοι γάρ ὁμοίαν ἐγραψάτην εἰκόνα, τὼ νεανία τὼ ἑταίρω, Πυλάδης τε ὁ Φωκεύς, καὶ Ὀρέστης, δοκοῦντε ἤδη τεθνάναι, λαθόντε τὰ βασίλεια, καὶ παρελθόντε, φονεύουσιν ἀμφω τὸν Αἴγισθον. ἡ δὲ Κλυταιμνήστρα ἤδη ἀπήρται, καὶ ἐπ' ἀσπίδος τινὸς ἡμίγυμνος κεῖται, καὶ θεραπεία πᾶσα, ἐκπεπληγμένοι τὸ ἔργον· οἱ μὲν, ὡς περ βοῶσιν, οἱ δέ τινες, ὅπῃ φύγωσι, περιβλέπονται. σεμνόν δέ τι ὁ γραφεὺς ἐπενόησε, τὸ μὲν ἀσεβὲς τῆς ὑποχρήσεως δείξας μόνον, καὶ ὡς ἤδη πεπραγμένον παραφράμων, ἐμβραδύνοντας δὲ τοὺς νεανίσκους ἐργασάμενος τοῦ τοῦ μοιχοῦ φόνῳ. Μετὰ δὲ τοῦτο, θεός ἐστιν ἀνθρωπος, καὶ μειρακίσκος ὡραῖος, ἐρωτική τις αἰδοῖ· ὁ Βράγχος δὴ πέτρας καθήμενος, ἔχει λαγών, καὶ παίζει τὸν κύνα· ὁ δὲ πηδήσομένῳ ἔοικεν ἐπ' αὐτὸν εἰς τὸ ὕψος·

A Delectabimini enim, vt puto, audientes quoque ea quæ oculis intuentes miramini. Ac fortassis ob id ipsum etiam laudabitis me, & aduersario anteponetis, vt qui & ipse demonstrem hæc, & duplicem vobis voluptatem pariam. Cæterùm conatus huius difficultatem videtis, nimirum quàm graue sit, absque coloribus & figuris & loco tam multas imagines in vnum congerere. Est enim exilis planè pictura verborum. Quare ad dexterã quidem ingredienti, Argolicæ fabulæ intermixtum est malum illud Æthiopicum: Perseus videlicet monstrum illud marinum interficit, & Andromedam deponit, B & paulo pòst eandem ducet, atque inde discedet abducta secum illa. Atque hoc parergon quoddam, siue extra propositam rem additum fuit ad eum quo ad Gorgonas abiit volatum. In exigua autem parte, multa imitatione expressit artifex ille, verecundiam puta virginis, & metum. Spectat enim & pugnam desuper ex rupe, & adolescentis audaciam amatoriam, & belluæ visum intolerabilem. Atque ea quidem accedit horrida spinis, & formidabilis hiatu oris. Perseus autem sinistra quidem ostẽdit Gorgonem, dextra verò ense ferit. Et rursum, quantum C quidem belluę illius Medusam aspexit, iam saxum est: reliquum autem quod adhuc animatum est, falcato ense cæditur. Deinceps autem post hãc imaginem alia quædam pictura, iustissima illa quidem, depicta est, cuius primum exemplar videtur mihi pictor ab Euripide vel Sophocle accepisse (nam illi simile quãdam imaginem descripsere) adolescentes duo socij, Pylades videlicet Phocensis, & Orestes, cùm iam viderẽtur mortui esse, post regiam latentes, & clàm adeuntes, occidunt ambo Ægisthum: Clytęmnestra autem iam interfecta est, & in lectò quodã D seminuda posita iacet. Ac totum famulitium, facinore tãto obstupefacti, alij quidem clamantibus similes apparent, alij autẽ nonnulli quò fugam capiãt, circunspiciunt. Honestum autem quiddam pictor excogitauit, qui quod impiũ in hac re fuit, id ostendit solùm, & quasi iã peractum trãscurrit: adolescentes autem in cæde adulteri immorari fecit. Post hæc autem deus est formosus, & adolescentulus venustus, amatorium quoddam ludicrum: Branchus puta in rupe sedens tenet leporem, & alludit cani. Hic autem assilienti ad ipsum in sublime, similis est:

& Apollo adſtans arridet: delectatur videlicet vtroque, & puero ludente, & cane ſaltum meditante. Vltra hæc Perſeus iterum ſequitur, illa quæ belluæ marinæ cędem anteceſſerunt, aggrediens, & Meduſæ caput amputans, & Minerua protegens Perſeum: atque hic quidem facinus iam peregit, factum autem ipſum nõdum vidit in clypeo, Gorgonis imaginem videlicet: vidit enim pœnam veri aſpectus. In medio autẽ pariete ex aduerſo ianuæ, Mineruæ ædicula quædam eſt, & dea ipſa ex marmore candido: habitus autem haudquaquam militaris, ſed qualis fuerit pacem agentis deæ bellicæ. Deinde poſt hanc alia Minerua, non marmorea illa quidem, ſed pictura rurſum, quam Vulcanus amans inſequitur, ipſa autem fugit, & ex ea perſecutione Erichthonius naſcitur. Hanc conſequitur vetus quædam alia pictura: Orion portat Cedalionem, cæcus exiſtens: ille autem dum ita vehitur, indicat ipſi ferentem ad lucem viam, & Sol apparens medetur cæcitatem. Vulcanus autem à Lemno opus hoc intuetur. Poſt hæc Vlyſſes ſequitur, inſaniens videlicet, quando cum Atridis in expeditionem ire nolebat. Adſunt autem legati iam vocãtes ipſum. Atque ea quidem quæ ad ſimulationem pertinebant, probabilia omnia, vehiculum videlicet, & iumentorum iunctorum abſurditas & repugnantia, & eorum quæ agebantur, inſcitia: ſed redarguitur tamen obiecto infante. Nam Palamedes Nauplij filius, intelligens rem, correpto Telemacho, minatur ſe eum interfecturum eſſe, ſtrictum tenens enſem: & vt ille inſaniam fingit, ita hic quoque iram contrà ſimulat. Vlyſſes autem ad metum hunc reſipiſcit, & pater fit, ſimulationémque deponit. Poſtrema verò Medea depicta eſt, æmulatione atque inuidia flagrans, pueros aſpiciens, & graue quiddam meditãs. Tenet quippe iam gladium: miſeri autem illi adſtant ridentes, nihil eorum quæ futura erant, ſcientes, & hoc, aſpicientes in manibus matris gladium. Hæc igitur omnia viri Iudices an non videtis quomodo abducant quidem auditorem, & ad ſpectandum auertant, ſolum autem relinquant dicentem? Atque equidem verbis ea perſecutus ſum, non vt aduerſarium, pro audaci ac temerario eo habito, quòd rebus ita difficilibus ſeipſum volens immerſit,

A καὶ Ἀπόλλων πρὸς τὸ μειδιᾷ, τερπόμενος ἀμφοῖν, καὶ τῷ παιδὶ παίζοντι, καὶ πειρωμένῳ τῷ κυνί. ὅτι δὲ τούτοις ὁ Περσεὺς πάλιν τὰ περὶ τὴν κήτους σκῦλα τολμᾷ, καὶ ἡ Μέδουσα τεμνομένη τὴν κεφαλὴν, καὶ Ἀθηνᾶ σκέπουσα τὸν Περσέα· ὁ δὲ τὸ μὲν τόλμαν εἴργασται, τὸ δὲ ἔργον οὐκ ἐώρακέ πω ὅπη τῆς ἀσπίδος, τῆς Γοργόνος τὴν εἰκόνα. οἶδε γὰρ τὸ προὔστημον τῆς ἀληθοῦς ὄψεως. κεῖται δὲ τὸν μέσον τοῖχον, αὖθις τῆς αὐτῆς ὕλης, Ἀθηνᾶς ναὸς πεποίηται, ἡ θεὸς, λίθου λευκοῦ, τὸ σχῆμα, οὐ πολεμιστήριον, ἀλλ' οἷ᾽ ἂν γένοιτο εἰρήνην ἀγούσης θεοῦ πολεμικῆς. Ἔπειτα μετ' αὐτὴν, ἄλλη Ἀθηνᾶ, ὑ λίθος αὐτὴ γε, ἀλλὰ γραφή. πάλιν Ἥφαιστος αὐτὴν διώκει ἐρῶν, ἡ δὲ, φεύγει· καὶ ἐκ τῆς διώξεως, Ἐριχθόνιος γίγνεται. Ταύτην ἔπεται παλαιά τις ἄλλη γραφή. Ὠρίωνα φέρει τὸν Κηδαλίωνα, τυφλὸς ὤν. ὁδηγεῖ αὐτὸν σημαίνει τὴν πρὸς τὸ φῶς ὁδὸν, ἐποχούμενος. καὶ ὁ Ἥλιος φανεὶς, ἰᾶται τὴν πήρωσιν, καὶ ὁ Ἥφαιστος Λήμνου θεὸς ὁρᾷ τὸ ἔργον. Ὀδυσεὺς δὲ μετὰ τοῦτο, δῆλον μεμηνώς, ὅτε συστρατεύειν τοῖς Ἀτρείδαις μὴ θέλων· πρόσεισι δὲ οἱ πρέσβεις, ἤδη καλοῦντες. καὶ τὰ μὲν τῆς παρασκευῆς, πιθανὰ πάντα, ἡ ἀπόνοια, τὸ τῶν ζευγνυμένων ἀσύμφωνον, ἄγνοια τῶν δρωμένων· ἐλέγχεται δὲ ὅμως τῷ βρέφει. Παλαμήδης γὰρ ὁ τοῦ Ναυπλίου, σοφὸς τὸ γνώμην, ἁρπάσας τὸν Τηλέμαχον, ἀπειλῇ φονεύσειν, προέχων ἔχων τὸ ξίφος, καὶ πρὸς τὴν μανίας ὑπόκρισιν, ὀργὴν καὶ σοῦ αὐτὸν ποιεῖται. ὁ δὲ Ὀδυσεὺς, πρὸς τὸν φόβον τοῦτον σωφρονεῖ, καὶ πατὴρ γίγνεται, καὶ λύει τὴν ὑπόκρισιν. Ὑστάτη δὲ ἡ Μήδεια γέγραπται, τῷ ζήλῳ ἀμηχανοῦσα, τὼ παῖδε ὑποβλέπουσα, καὶ τι δεινὸν συνοῦσα· ἔχει γοῦν ἤδη τὸ ξίφος, τὸν δ' ἀθλίως κεκτημένον, μηδὲν τῶν μελλόντων εἰδότε καὶ τοῦτο, ὁρῶντε τὸ ξίφος ἐν ταῖν χεροῖν. Τοῦτα πάντα, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐχ ὁρᾶτε ὅπως ἀπάγει μὲν τὸν ἀκροατὴν, καὶ πρὸς τὴν θέαν ἀποστρέφει, μόνον δὲ καταλείπει τὸν λέγοντα; καὶ ἔγωγε διεξῆλθον αὐτὰ, οὐχ ἵνα τὸν ἀντίδικον τολμηρὸν ὑπολαβόντες, ἢ θρασὺν, εἰ τοῖς ὅπου δυσκόλοις ἑαυτὸν ἐκὼν φέρων ἐπέβαλε,

καταγνῶτε, & μισήσητε, & ὅτι τῶν λόγων ἐξ- A damnetis, atque odio habeatis, solúmque
καταλίπητε, ἀλλ' ἵνα μᾶλλον αὐτῷ συναγωνίσησθε, & ὡς οἷόν τε καταμύοντες, ἀκούητε τῶν λεγομένων, λογιζόμενοι τὸ τοῦ πράγματος τὸν δυσχερές. μόλις γὰρ ἂν ὕτω δικαίως ἀλλὰ συναγωνιστὰς ὑμῖν χρησάμενος, μὴ πάντα σιν ἀνάξιος τῆς τοῦ οἴκου πολυτελείας νομισθῶμεν. εἰ δὲ ὑπὲρ ἀντιδίκου ταῦτα δέομαι, μὴ θαυμάσητε. ὑπὸ γὰρ τοῦ, τὸν οἶκον φιλῶ, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ λέγοντα, ὅστις ἂν ἦ, βουλοίμην ἂν εὐδοκιμεῖν.

eum cum suis orationibus relinquatis, sed vt magis in certamen ipsi adsitis, & quoad fieri potest, conniuentes, ea quæ dicuntur audiatis, æstimantes apud vos rei difficultatem. Vix enim etiam hoc pacto haudquaquam videlicet Iudices vos, sed auxiliatores habendo, poterit non omnino indignus magnificentia domus hac censeri. Quòd autem pro aduersario hæc oro, ne miremini. Nam ex eo quòd domum hanc amem, & eum qui in ea dicit, quicunque tandem is fuerit, optarim equidem celebrari.

MAKPOBIOI.

MACROBII. Vincentio Obsopœo interprete.

ARGVMENTVM.

Catalogus est μακροβίων, hoc est, eorum qui ad longam ætatem peruenerunt, quem natalitij muneris loco Quintillo cuidam mittit; somnio ad hoc faciendum, vt ipse ait, admonitus. Recenset autem principiò totas hominum nationes ac genera quæ diutissimè vixerint: deinde transitione ad singulos facta, reges primùm ac principes, deinde & philosophos, & Historicos, & Oratores, & Poëtas, & Grammaticos, qui quàm maximè longæui fuisse perhibentur, annumerat. Orditur autem à caussa qua ad hoc scriptum impulsus fuit, addita etiam commendatione operis ab vtilitate quam ex huius lectione percepturus sit Quintillus.

ΟΝαρ τί τοῦτο, λαμπρότατε Κυϊντίλλε, κελευσθεὶς, προσφέρω σι δῶρον, οὓς μακροβίους, πάλαι μὲν ὄναρ ἰδὼν, καὶ ἱστορήσας τοῖς φίλοις, ὅτε ἐπέθεσο τῷ δευτέρῳ σου παιδὶ τοὔνομα. συμβαλεῖν δὲ οὐκ ἔχων τίνας ὁ θεὸς κελεύοι μοι προσφέρειν σοι τοὺς μακροβίους, τότε μὲν ηὐξάμην τοῖς θεοῖς ὑπερμήκιστον ὑμᾶς βιῶναι, σέ τε αὐτὸν, καὶ παῖδας τοὺς σούς· τοῦτο συμφέρειν νομίζων, καὶ σύμπασι μὲν τοῖς ἀνθρώποις, ἐμοί τε ἐμοὶ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐμοῖς. καὶ γὰρ καιρός τι ἀγαθὸν ἐδόκει προσημαίνειν ὁ θεός· σκεπτόμενος δ' κατ' ἐμαυτὸν, εἰς συνουσίαν ἦλθον, εἰκὸς τοῖς θεοῖς αὐδρὶ περὶ παιδείαν ἐχομένῳ, ταῦτα προστάττειν, κελεύειν τί προσφέρειν σοι τῶν ἀπὸ τῆς τέχνης. ταύτην οὖν αἰσιωτάτην νομίζων τὴν γε τῶν γενεθλίων ἡμέραν,

Omnium muneris loco, clarissime Quintille, iussus apporto tibi, lõgęuos: somnium inquam, quod iam olim vidi, & amicis narraui meis, quo die minori natu filio tuo nomen indidisti. Cùm autem nulla coniectura potuissem assequi, quosnam Deus hoc somnio longæuos tibi me afferre mandaret, equidem deos id temporis precatus sum, vt vitam quàm longissimam tu & filii tui traduceretis, ratus scilicet hoc profuturum cùm vniuerso generi hominum, tum præ cęteris mihi, & meis omnibus. Siquidem hoc ipso & mihi quiddam felicitatis Deus visus est prædicere. Consideranti autem apud animum meum, venit in mentem, vt par erat homini in liberalibus disciplinis versanti, deos hæc mihi præcepisse, vt aliquod eruditum opusculum, & ab ingenuis artibus profectum ad te deferrem. Hanc itaque aptissimam natalitiis muneribus offerendis diem existimans,

eos tibi dedico, quos ad longam senectutem sana mente & integris corporis viribus peruenisse comperimus. Fortasse autem ex huius libelli lectione gemina ad te peruenire potest vtilitas: vna, vt & alacritatem animo & optimam spem concipias & te posse quàm diutissimè viuere: altera, qua institutionem ab exemplis capias, cognitis iis qui posteaquam maximam sui curam habuerunt, corporis pariter & animi ratione habita, summam senectutem sine omni corporis incommodo sunt consequuti. Homerus igitur Nestorem principum Achiuorum sapientissimum vitam suam tribus seculis produxisse scribit, quem nobis & animo & corpore exercitatum commendat. Et Tiresiam vatem poëtæ tragici ad sex vsque ætates hominum vitam prorogasse perhibent. Credibile est autem virum diis immortalibus sacrum, & moderatiore viuendi ratione vtentem, longissima vita fuisse functum. Quin omnes nationes propter victus rationem longæuæ fuisse inueniuntur: cuiusmodi sunt Ægyptiorum sacri scribæ, & apud Assyrios & Arabas fabularum interpretes, & apud Indos Brachmanes, ad amussim philosophiæ studiis vacantes. Præterea quos Magos vocant, genus illud vatidicum, & diis dicatum. Insuper apud Persas & Parthos, & Bactros, & Chorasmios, & Sacas, & Medos, aliasque multas gentes barbaras, qui & firma corporis valetudine sunt præditi, & valde diuturni, cùm beneficio magicæ quam exercent, tum quòd & ipsi accurata victus ratione vtantur. Iam verò gentes quoque ætate omnium longissima vtentes, ex quibus sunt Seres, ad trecentos annos vsque viuere, memoriæ proditum est. Cuius rei caussam nonnulli temperato aëri, nonnulli naturæ terræ, alii rationi viuendi assignant. Siquidem aiunt omnes illas nationes tantùm aquam potare. Compertum est autem Athotas quoque centum & triginta annos viuere, & Chaldæos vltra centum annos egredi fama est, & eosdem hordeaceo pane vti, tanquam perspicacitatis pharmaco. Quibus perhibent ob hanc ipsam victus rationem alios quoque sensus quàm cæteris hominibus esse validiores. Sed hæc de nationibus longæuis, & gentibus quas plurimum ætatis aiunt viuere: nonnulli, propter situm terræ: nonnulli, propter aëris temperiem,

Catalogus Macrobiorum.

δίδωμί σοι τοὺς ἰσορημθύους εἰς μακρὸν γῆρας
ἀφικέσθαι σὺν ὑγιαινούσῃ τῇ ψυχῇ, καὶ ὁλοκλήρῳ τῷ σώματι. καὶ γὰρ αὖ καὶ ὄφελος γένοιτό
τί σοι ἐκ τῆς συγγράμματος ἁπλοῦν. ὁ μὲν,
ἐύθυμία τις, καὶ ἐλπὶς ἀγαθὴ, καὶ αὐτὸν
ὀτιμήσειν δώσεσθαι βιοῦναι. ὁ δὲ, διδασκαλία τις ἐκ τῶν δεδραγμάτων, εἰ ὀτιγνοίης
ὅτι οἱ μάλιστα ἑαυτῶν ὀτιμέλησαν ποιησάμενοι κατά τε σῶμα, καὶ κατὰ ψυχήν, οὗτοι
δὲ εἰς μακρότατον γῆρας ἦλθον, σὺν ὑγιείᾳ
πρωτελῆ. Νέστορα μὲν οὖν τὸν σοφώτατον τῶν
Ἀχαιῶν ὅτι τρεῖς μὲν δεδράκασιν γενεὰς Ὅμηρος λέγει, ὃν σοὶ σπουδήσειν ἡμῖν γεγυμνασμένον
ἄρειά τε καὶ ψυχῇ καὶ σώματι. καὶ Τειρεσίαν δὲ
τὸν μάντιν, ἡ τραγῳδία μέχρις ἓξ γενεῶν
δεδράκασιν λέγει. πιθανὸν δ' αὖ εἶη ἄνδρα
θεοῖς ἀπαχείμενον, καὶ καθαρωτέρᾳ διαίτῃ
χρώμενον τὸν Τειρεσίαν, ὀτιμήσειν βιοῦναι.
καὶ γένη δὲ ὅλα μακρόβια ἱστορεῖται διά τινα
δίαιταν, ὥσπερ Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι ἱερογραμματεῖς, Ἀσσυρίων δὲ, καὶ Ἀράβων, οἱ ἐξηγηταὶ τῶν μύθων. Ἰνδῶν δὲ, οἱ καλούμενοι Βραχμᾶνες, ἄνδρες ἀκριβῶς φιλοσοφίᾳ σχολάζοντες, καὶ οἱ καλούμενοι δὲ
μάγοι, γένος τοῦτο μαντικὸν, καὶ θεοῖς ἀνακείμενον, παρά τε Πέρσαις, καὶ Παρθοις, καὶ
Βακτροις, καὶ Χωρασμίοις, καὶ Ἀρείοις, καὶ
Σάκαις, καὶ Μήδοις, καὶ παρὰ πολλοῖς ἄλλοις βαρβάροις ἐρρωμένοι τέ εἰσι, καὶ πολυχρόνιοι, διά τε μεγάλην διαιτώμενοι καὶ αὐτοὶ ἀκριβέστερον. ἤδη δὲ καὶ ἔθνη ὅλα μακροβιώτατα, ὥσπερ Σῆρες μὲν ἰσορροσι μέχρι
τριακοσίων ζῆν ἐτῶν· οἱ μὲν, τὴν αἰεί, οἱ
δὲ, τῇ γῇ τινὶ αἰτίαν τοῦ μακροῦ γήρως προστιθέντες, οἱ δὲ, καὶ τῇ διαίτῃ. ὑδροποτεῖν
γὰρ φασι τὸ ἔθνος τοῦτο σύμπαν. καὶ Ἀθῶας δὲ μέχρι τριάκοντα καὶ ἑκατὸν ἐτῶν ζῆν
ἰσορροσι, καὶ τοὺς Χαλδαίους ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη βιοῦν λόγος. τούτοις μὲν καὶ κριθίνῳ
ἄρτῳ χρωμένοις, ὡς ὀξυδορκίας τοῦτο φάρμακον. οἷς γε φασὶ διὰ τοιαύτην διαίτην, καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις ὑπὲρ τοὺς ἄλλους δυσθέατους ἐρρῶσθαι εἶ). Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περί τε τῶν μακροβίων γενῶν, καὶ τῶν
ἐθνῶν, ἃ τινά φασιν ὡς ὅτι πλεῖστον διαγίγνεσθαι χρόνον. οἱ μὲν, διὰ τὴν γῆν, καὶ τὸ ἀέρα,
οἱ δὲ,

οἱ δ', δι' τὴν δίαιταν, οἱ δ', καὶ δι' ἀμφω. ἐγὼ δ' οὖν σοι δικαίως τὴν ἐλπίδα ῥᾳδίως παρέξομαι, ἰσορρόπους ὅτι καὶ κατὰ πάσαν τὴν γῆν, καὶ κατὰ πόλεις ἀέρα, μακροβίοι γεγόνασιν ἄνδρες, οἱ γυμνασίοις τοῖς καθήκουσι, καὶ δι' ἡμέρᾳ τῇ ὑπνηδυοπάτῃ πρὸς ὑγίειαν χρώμενοι. δι' αἱρέσιν δὲ τοῦ λόγου ποιήσομαι, τὴν πρόφασιν, κατά τε τὰ ὑπνηδύσματα τῶν ἀνδρῶν· καὶ πρῶτον τέ σοι τοὺς βασιλικοὺς καὶ στρατηγικοὺς ἄνδρας ἱστορήσω, ὧν ἕνα καὶ δυσεβεστάτῃ μεγάλου θησαυροῦ αὐτοκράτορες τύχη εἰς τὴν τελεωτάτην ἀγαγοῦσα τάξιν, διηρτήτηκε τὰ μέγιστα τῆς οἰκουμένης τὴν ἑαυτῆς· οὕτω δὲ αὖ ἀπίδων καὶ σύ, τῶν μακροβίων ἀνδρῶν πρὸς ὃ ὅμοιον τῆς ἕξεως καὶ τῆς τύχης, ἑτοιμότερον ἐλπίσας γῆρας ὑγιᾶ, καὶ μακρόν, καὶ ἅμα ζηλώσας, ἐργάσαιο σεαυτῷ τὴν δι' ἡμέρᾳ μέγιστόν τε ἅμα καὶ ὑγιᾶ βίον. Πομπίλιος Νομᾶς ὁ διδαμονέστατος τῶν Ρωμαίων βασιλέων, καὶ μάλιστα πρὸς τὴν θεραπείαν τῶν θεῶν ἀσχοληθείς, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη βεβιωκέναι ἱστορεῖται. Σέρβιος δὲ Τύλλιος Ρωμαίων καὶ οὗτος βασιλεύς, ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα ἔτη καὶ αὐτὸς βιῶσαι ἱστορεῖται. Ταρκύνιος δὲ ὁ τελευταῖος Ρωμαίων βασιλεύς, φυγαδευθείς, καὶ ὑπὸ Κύμης Δαυσονίων, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη λέγεται γεραίτατα βιῶσαι. Οὗτοι μὲν οὖν Ρωμαίων βασιλεῖς, οἷς συνάψω καὶ τοὺς λοιποὺς βασιλέας, τοὺς εἰς μακρὸν γῆρας ἀφικομένους, καὶ τὰ ὑπνηδύσματα ἑκάστου. ὅτι τελεῖ δέ σοι καὶ τοὺς λοιποὺς Ρωμαίων, τοὺς εἰς μήκιστον γῆρας ἀφικομένους προσαναγράψω, προσθεὶς ἅμα καὶ τοὺς κατὰ τὴν λοιπὴν Ἰταλίαν ὅτι πλεῖστον βιώσαντας. ἀξιόλογος γὰρ ἔλεγχος ἡ ἱστορία τῶν ἀβεβαίων πειρωμένων τὸν σταθμὸν ἀέρα, ὥστε καὶ ἡμᾶς χρηστοτέρας ἔχειν τὰς ἐλπίδας, τελείους ἡμῖν τὰς δίκας ἔσεσθαι πρὸς δὲ εἰς μήκιστόν τε καὶ λιπαρὲς τὸν πάσης γῆς καὶ θαλάττης διασώσειν, γῆρας ἀφικέσθαι, τῇ ἑαυτῆς οἰκουμένῃ βασιλεύοντα ἤδη, καὶ γέροντα. Ἀργανθώνιος μὲν οὖν Ταρτησίων βασιλεύς, πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη βιῶναι λέγεται, ὡς Ἡρόδοτος ὁ λογοποιός, καὶ ὁ μελοποιὸς Ἀνακρέων· ἀλλὰ τοῦτο μὲν, μῦθος ποι δοκεῖ. Ἀγαθοκλῆς δὲ ὁ Σικελίας τύραννος, ἔτη ἐνενηκονταπέντε τελευτᾷ,

A nonnulli propter rationem victus, nonnulli autem propter vtrunque. Cæterùm ego iure optimo longè meliorem ſpem tibi oſtendam, ſi planum fecero, homines vbique terrarum & gentium, & ſub quouis aëre degentes, ad ſummam ſenectutem peruenire, qui commodis exercitationibus, & conuenientem ſanitati viuendi rationem ſectantur. Facta autem huius narrationis ſectione, primùm obſeruatis virorum ſtudiis, initiò Reges, & virtute imperatoria claros homines memorabo, quorum vnum ſummæ religionis pietas ad perfectiſſimum ordinem perducens, maximis beneficiis im-
B perium & terram ipſius affecit. Ad hunc modum & tu longæuorum hominum naturæ & fortunæ animaduerſioni intentus, tanto promptiùs ſperare poteris ſenectutem ſanam & longam: & pari ſtudio hos ipſos æmulatus, tibi ipſe longiſſimam & prouectiſſimam vitam ratione victus paraueris. Numa Pompilius Romanorum Regum longè feliciſſimus, ac Deorum cultui deditiſſimus, ſupra octoginta annos vixiſſe traditur. Seruius autem Tullius, & ipſe Romanorum rex, ſimiliter vltra octoginta annos vixiſſe dicitur. Tarquinius nouiſſimus rex Romanorum eiectus in exilium
C Cumis conſenuit, ac vltra nonaginta annos firmiſſima valetudine vſus vixiſſe perhibetur. Et hi Romanorum reges fuere, quibus & reliquos reges adiungam qui ad vltimam ſenectutẽ peruenerunt, demonſtratis etiam illorum exercitationibus. In calce autem reliquos etiam Romanorum ad longiſſimam ſenectutem delatos adſcribam, adiectis etiam cæteris Italiæ populis, qui diutiſſimè vixerunt. Etenim qui ſola hiſtoria noſtratem aërem calũniantur, probabilibus argumentis refelli poſſunt, adeò vt meliorem ſpem
D habere liceat, fore vt perfecti voti compotes fiamus, & longiſsimam ac pleniſſimam tota terra marique dominantem ſenectutem, iámque in ſuis locis regnantem & ſeneſcẽtem conſequamur. Proinde Arganthonius Tarteſiorum rex centum & quinquaginta annos vixiſſe traditur, authoribus Herodoto hiſtorico, & Anacreonte poëta lyrico: tametſi hoc quibuſdam fabuloſum videatur. Agathocles Siciliæ tyrãnus annos quinque & nonaginta egreſſus fato functus eſt

ſicut Democharis & Timæus literis prodiderunt. Hieron quoque Syracuſanorum tyrannus duos & nonaginta annos natus, morbis tandem abſumptus obiit, cùm regnaſſet annos ſeptuaginta, ſicut Demetrius Calliſtianus & alij memorãt. Anteas autem rex Scytharum, qui ad Iſtrum fluuium cum Philippo confligens in pugna occubuit, vltra nonaginta annos egreſſus eſt. Bardylis verò rex Illyriorum, qui ex equo in eo quod geſſit contra Philippum bello pugnaſſe dicitur, nonaginta annos compleuit. Teres rex Dryſorum, authore Theopompo, duos & nonaginta annos agens mortuus eſt. Antigonus autem Philippi filius luſcus, rex Macedonum, in Phrygia cum Seleuco & Lyſimacho confligens, multis acceptis vulneribus collapſus, anno vno & octogeſimo vitam finiuit, ſicut narrat Hieronymus, qui cum eo militauit. Porrò Lyſimachus & ipſe rex Macedoniæ, in pugna contra Seleucum ſuſcepta occubuit, octogeſimum annum conſequutus, vt idem Hieronymus teſtatur. Antigonus verò filius Demetrij, Antigoni Luſci nepos, quatuor & quadraginta annos regnum Macedoniæ tenuit: vixit autem octoginta, ſicut Medius & alij ſcriptores teſtantur. Conſimiliter quoque Antipater, patre Iolao genitus, maxima fultus potentia, & qui multorum regum Macedoniæ tutelam egit, vltra octogeſimum annum egreſſus exceſſit è vita. Ptolemæus autem Lago patre natus, inter reges propria fortuna feliciſſimus, imperauit Ægypto annos octoginta natus. Viuus autem tradidit imperium duobus annis antequam moreretur, Ptolemæo filio, cui cognomentum fuit Philadelpho, qui & paternum regnum à fratribus ſortitus eſt. Philæteros, qui primus condendi circa Pergamum principatus author fuit, & eundem cùm eſſet Eunuchus, obtinuit, mortuus eſt octoginta annos natus. Attalus autem cognominatus Philadelphus, & hic rex Pergamenorum, ad quem etiam Scipio Romanorum Imperator venit, duos & octoginta annos agens, vitam reliquit. Mithridates rex Ponti, Ktiſtes appellatus, Antigonum Luſcum fugiens, in Ponto mortuus eſt, cùm egiſſet annos quatuor & octoginta,

καθάπερ Δημοχάρης καὶ Τίμαιος ἱστορήσαν. Ἱέρων δὲ ὁ Συρακουσίων τύραννος, δύο καὶ ἐνενήκοντα ἔτη γηρώμενος, ἐτελεύτα νοσῶν, βασιλεύσας ἑβδομήκοντα ἔτη, ὡς φησὶ Δημήτριός τε ὁ Καλλισθένους, καὶ ἄλλοι λέγουσιν. Ἀντέας δὲ Σκυθῶν βασιλεὺς, μαχόμενος πρὸς Φίλιππον περὶ τὸν Ἴστρον ποταμὸν, ἔπεσεν ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη γεγονώς. Βάρδυλις δὲ ὁ Ἰλλυριῶν βασιλεὺς, ἀφ' ἵππου λέγεται μάχεσθαι ἐπὶ τῷ πρὸς Φίλιππον πολέμῳ, εἰς ἐνενήκοντα τελῶν ἔτη. Τήρης δὲ ὁ Δρυσῶν βασιλεὺς, καθά φησι Θεόπομπος, δύο καὶ ἐνενήκοντα ἔτη ἐτελεύτησεν. Ἀντίγονος δὲ ὁ Φιλίππου ὁ μονόφθαλμος, βασιλεὺς Μακεδόνων, περὶ Φρυγίαν μαχόμενος Σελεύκῳ καὶ Λυσιμάχῳ, πολλαῖς μὲν πληγαῖς πολλοῖς περιπεσών, ἐτελεύτησεν ἔτη ἑνὸς καὶ ὀγδοήκοντα, ὡς φησὶν ὁ συστρατευόμενος αὐτῷ Ἱερώνυμος ἱστορῶν. καὶ Λυσίμαχος δὲ Μακεδόνων βασιλεὺς, ἐν τῇ πρὸς Σέλευκον ἀπώλετο μάχῃ, ἔτος ὀγδοηκοστὸν τελῶν, ὡς ὁ αὐτὸς φησιν Ἱερώνυμος. Ἀντίγονος δὲ, υἱὸς μὲν ἦν Δημητρίου, υἱωνὸς δὲ Ἀντιγόνου τοῦ μονοφθάλμου, οὗτος τέταρα καὶ τεσσαράκοντα Μακεδόνων ἐβασίλευσεν ἔτη, ἐβίωσε δὲ ὀγδοήκοντα, ὡς Μήδιός τε ἱστορῶν, καὶ ἄλλοι συγγραφῆς. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀντίπατρος ὁ Ἰολάου μέγιστον δυνηθεὶς, καὶ ὑπερβαλὼν πολλοὺς Μακεδόνων βασιλέας, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη οὗτος ζήσας, ἐτελεύτα τὸν βίον. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου, ὁ τῶν καθ' ἑαυτὸν εὐδαιμονέστατος βασιλέων, Αἰγύπτου μὲν ἐβασίλευσε, τέταρα καὶ ὀγδοήκοντα βιώσας ἔτη, ζῶν δὲ, παρέδωκε τὴν ἀρχὴν τοῖς δυοῖν ἐτοῖν τῆς τελευτῆς τοῦ Πτολεμαίου τοῦ υἱοῦ, Φιλαδέλφῳ δὲ ὑπάρχουσιν, ὅστις διδέξατο τὴν πατρῴαν βασιλείαν ἀδελφῶν. Φιλαίτερος δὲ, πρῶτος μὲν ἐκτήσατο τὴν περὶ Πέργαμον ἀρχὴν, καὶ κατέσχεν, εὐνοῦχος ὤν. κατέστρεψε δὲ τὸν βίον, ὀγδοήκοντα ἔτη γηρώμενος. Ἄτταλος δὲ, ὁ ὑπερκληθεὶς Φιλάδελφος, τῶν Περγαμηνῶν καὶ οὗτος βασιλεύων, πρὸς ὃν ἡ Σκηπίων ὁ τῶν Ρωμαίων στρατηγὸς ἀφίκετο, δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη ζήσας ἔλιπε τὸν βίον. Μιθριδάτης ὁ Πόντου βασιλεὺς, ὁ προσαγορευθεὶς Κτίστης, Ἀντίγονον τὸν μονόφθαλμον φεύγων, ἐπὶ Πόντου ἐτελεύτησε, βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα,

ὥσπερ Ἱερώνυμος ἱστορῆ, καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. Ἀριαράθης δὲ ὁ Καππαδοκῶν βασιλεὺς, δύο μὲν καὶ ὀγδοήκοντα ἔζησεν ἔτη, ὡς Ἱερώνυμος ἱστορῆ· ἐδωκήθη δὲ ἴσως ἂν ὅτι πλέον διαγηράσαι, ἀλλ' ἐν τῇ πρὸς Περδίκκαν μάχῃ ζωγρηθεὶς, ἀνεσκολοπίσθη. Κῦρος δὲ ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ὁ παλαιὸς, ὡς δηλοῦσιν οἱ Περσῶν καὶ Ἀσσυρίων λόγοι, οἷς καὶ Ὀνησίκριτος ὁ περὶ τοῦ Ἀλεξάνδρου συγγραφέας, συμφωνῆν δοκεῖ, ἑκατοντούτης γηρόμενος, ἐζήτει μὲν ἕνα ἕκαστον τῶν φίλων. μαθὼν δὲ τοὺς πλείστους διεφθαρμένους ὑπὸ Καμβύσου τοῦ υἱέος, καὶ φάσκοντος Καμβύσου τοῦτο πεποιηκέναι, τὸ μὲν πρῶτον τοῦ ἀδελφοῦ ὠμότητα τῷ υἱῷ ἀχθεσθεὶς, τὸ δέ, ὡς ἀδικουμένου αὐτὸν αἰτιασάμενος, ἀθυμήσας, ἐτελεύτησε τὸν βίον. Ἀρταξέρξης, ὁ Μνήμων ἐπικληθεὶς, ἐφ' οὗ Κῦρος ὁ ἀδελφὸς ἐστρατεύσατο, βασιλεύων τῶν Περσῶν ἐτελεύτησε νοσῶν, ἔτη ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ἐπὶ γηρόμενος· ὡς δὲ Δείνων ἱστορῆ, τεσσάρων καὶ ἐνενήκοντα. Ἀρταξέρξης ἕτερος Περσῶν βασιλεὺς, ὃν φησιν ὅτι τῶν πατέρων τῶν ἑαυτοῦ Ἰσίδωρος ὁ Χαρακηνὸς συγγραφεὺς βασιλεύειν, ἔτη τρία καὶ ἐνενήκοντα βιοὺς, ἐπιβουλῇ ἀδελφοῦ Γωσήθρου ἐδολοφονήθη. Σινάρθοκλης ὁ Παρθυαίων βασιλεὺς, ἔτος ὀγδοηκοστὸν ἤδη γεγονὼς, ἀπὸ Σακαυράκων Σκυθῶν καταχθεὶς, βασιλεύειν ἤρξατο, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτά. Τιγράνης ὁ Ἀρμενίων βασιλεὺς, πρὸς ὃν Λεύκουλλος ἐπολέμησε, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἐτελεύτησε νόσῳ. Σπασίνης ὁ Χαρακηνός, καὶ τῶν κατ' Ἐρυθρὰν τόπων βασιλεὺς, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν νοσήσας, ἐτελεύτησε. Τήρειος ὁ μετὰ Σπασίνην τρίτος βασιλεύσας, δύο καὶ ἐνενήκοντα βιοὺς, ἐτελεύτησε νόσῳ. Ἀρτάβαζος ὁ μετὰ Τήρειον ἕβδομος βασιλεύσας Χαρακηνῶν, ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν καθαχθεὶς ἀπὸ Παρθυαίων, ἐβασίλευσε. καὶ Μνασκίρης ὁ βασιλεὺς Παρθυαίων, ἓξ καὶ ἐνενήκοντα ἔζησεν ἔτη. Μασσινισσᾶς δὲ Μαυρουσίων βασιλεὺς, ἐνενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη. Ἀσάνδρος ὁ ὑπὸ τοῦ θεοῦ Σεβαστοῦ αὐτὶ ἐθναρχῶν, βασιλεὺς ἀναγορευθεὶς Βοσπόρου, ἐπὶ ἔτη ὢν ἐνενήκοντα, ἱππομαχῶν καὶ πεζομαχῶν ὑδενὸς ἥττων ἐφαίνε-

sicut Hieronymus & alij ſcriptores prodiderunt. Ariarathes rex Cappadocum Hieronymi teſtimonio duo & octoginta annos vixit: atque haud dubiè ad grandiorem ætatem peruenire potuiſſet, niſi in pugna contra Perdiccam viuus captus, & in crucem ſublatus fuiſſet. Maior autem Cyrus rex Perſarum, ſicut Perſæ & Aſſyriorum hiſtoriæ loquuntur, quibus etiam ſuffragari videtur Oneſicritus, qui res geſtas Alexandri Magni in hiſtoriam contulit, centeſimum annum aſſequutus, requirebat vnumquemque amicorum: quorum cùm plurimos à filio ſuo Cambyſe interemptos comperiſſet, ac Cambyſes ipſius iuſſu hoc ipſum ſe feciſſe fateretur, partim ob filii crudelitatem probrosè affectus, partim ſe ipſe tanquam iuſtitiæ & legum violatorem accuſans, maxima triſtitia conturbatus, vitam finiuit. Artaxerxes Mnemonis cognomentũ ſortitus, contra quem Cyrus frater exercitum duxit, imperium Perſarum obtinens, morbis conſumptus deceſſit, annos ſex & octoginta natus, ſed vt Dinon ſcribit, quatuor & nonaginta. Artaxerxes alter Perſarum rex, quem patrum ſuorum memoria Iſidorus Characenus hiſtoricus regnaſſe tradit, cùm annos tres & nonaginta vixiſſet, inſidiis fratris Goſethræ clàm obtruncatus eſt. Sinarthocles autem rex Parthyæorum annos nonaginta iam natus, à Sacauracis Scythis reductus ab exilio, regnare incepit, & regnauit annos ſeptem. At Tigranes rex Armeniorum, contra quem Lucullus pugnauit, quinto & octogeſimo anno morbo conſumptus periit. Spaſines Characenorum & regionum mari rubro adiacentium rex, quinto & octogeſimo anno morbo correptus deceſſit. Tereus tertius poſt Spaſinem earum nationum rex, cùm vixiſſet duos & nonaginta annos, morbo periit. Artabazus autem qui ſeptimus poſt Tirẽum Characenorum regnum tenuit, ſex & octoginta annos reductus à Parthis ab exilio, regnauit. Et Mnaſcires rex Parthyęorum ſex & nonaginta annos vixit. Maſiniſſa verò rex Mauritaniæ nonaginta annos vixit. Aſandrus autem à diuo Auguſto loco Etnarchi rex Boſpori declaratus, annum agens nonageſimum, & equeſtri & pedeſtri pugna nullo inferior vſpiam eſt conſpectus.

Qui vt animaduertit Scribonio rem militarem commendatam, cibo abſtinens diem ſuum obiit, cùm vixiſſet annos tres & nonaginta. Goæſus, vt Iſidorus auctor eſt, Characene regnum tenuit, quo tempore Mano quoque imperauit Arabibus, centum & quindecim annos natus, poſtremùm morbo periit. Tot igitur ante noſtram memoriam memorandæ ſenectutis reges fuiſſe maiores noſtri literis prodiderunt. His annumerantur Philoſophi, & omnes qui ingenio & eruditione præſtantes fuerunt, qui aliqua ſui cura habita, ad extremam ſenectutem peruenerunt. Eos itaque quos multa lectione didicimus, perſcribemus, ac initio quidem Philoſophos, quorum Democritus Abderites centum & quatuor annos natus, cùm alimento abſtineret, mortuus eſt. Xenophilus Muſicus, perhibente Ariſtoxeno, Pythagoricę philoſophiæ candidatus, vltra quinque & centum annos Athenis vitam traduxit. Solon autem, & Thales, & Pittacus, qui è ſeptem ſapientum numero fuerunt, cētum annos vnuſquiſque vixit. Zenon verò Stoicę philoſophiæ auctor & princeps, octo & nonaginta. Hunc aiunt in concionem prodeuntem offenſo pede exclamaſſe: Quid me vocas? & domum reuerſum inedia vitam finiſſe. Cleanthes Zenonis diſcipulus & ſucceſſor, nouem & nonaginta annos natus, tuberculum in labiis habuit. Cúmque decreuiſſet inedia vitā abſumere, allatæ ſunt ei ab amicis literæ. Ac mox adhibito cibo, & perfectis amicorum poſtulatis, iterum cibo abſtinens, vita defunctus eſt. Xenophanes autem Dexino patre natus, Archelai phyſici auditor, vnum & nonaginta annos vixit. Xenocrates Platonis diſcipulus, quatuor & octoginta. Carneades nouæ Academiæ fundator, annos quinque & octoginta. Chryſippus vnum & octoginta. Diogenes autem Seleucus Tigrius, Stoicæ ſectæ philoſophus, duodenonaginta. Poſidonius Apamea Syriæ oriundus, lege autem philoſophus Rhodius, pariter & hiſtoricus, octoginta quatuor. Critolaus Peripateticus vltra duos & octoginta. Plato philoſophorum ſanctiſſimus, vnum & octoginta. Athenodorus Sandonis Tarſenſis, qui fuit Cæſaris Auguſti præceptor,

Philoſophi.

ὡς δὲ ἐώρα τοὺς ὑπὸ τῇ μάχῃ Σκριβωνίῳ τεθεσπιδεμένους, ἀποχόμενος σιτίων, ἐτελεύτησε, βιοὺς ἔτη τρία & ἐνενήκοντα. Γόασος δὲ, ὥς φησιν Ἰσίδωρος ὁ Χαρακηνὸς (ὃς ἐπὶ τῆς ἐαυτῷ ἡλικίας ὁ Μάνων τῆς Ἀρωματοφόρου βασιλεύσας) πεντεκαίδεκα καὶ ἑκατὸν γενόμενος ἐτῶν, ἐτελεύτησε νόσῳ. Βασιλέας μὲν οὖν τοσούτους ἱστορήκασι μακροβίους οἱ τεθ' ἡμῶν. ἐπεὶ δὲ καὶ φιλόσοφοι, καὶ πολῖται οἱ τεθεῖ παιδείαν ἔχοντες, ὀλιγομέλησάν πως καὶ ὅσοι ποιούμενοι ἑαυτῶν, εἰς μακρὸν γῆρας ἦλθον, αἰσχρὸν ἡγούμεθα καὶ τούτων τοὺς ἱστορημένους, καὶ τεθνῶτας γε φιλοσόφους. Δημόκριτος μὲν ὁ Ἀβδηρίτης, ἐτῶν γεγονὼς τεττάρων, καὶ ἑκατὸν, ἀποχόμενος ἔθνῃσε, ἐτελεύτα. Ξενόφιλος δὲ ὁ μουσικὸς, ὡς φησιν Ἀριστόξενος, τεθεχὼν τῇ Πυθαγόρου φιλοσοφίᾳ, ὑπὲρ τὰ πέντε καὶ ἑκατὸν ἔτη Ἀθήνησιν ἐβίωσε. Σόλων δὲ, καὶ Θαλῆς, καὶ Πιττακὸς, οἵ τινες τῶν ἑπτὰ καλουμένων ἐπὶ τὰ σοφὰ ἐγένοντο, ἑκατὸν ἕκαστος ἔζησεν ἔτη. Ζήνων δὲ ὁ τῆς Στωϊκῆς φιλοσοφίας ἀρχηγὸς, ὀκτὼ καὶ ἐνενήκοντα· ὃν φασιν εἰσερχόμενον εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τεθεσπαίσαντα, ἀναφθέγξασθαι, τί με καλεῖς; καὶ ὑποστρέψαντα οἴκαδε, καὶ ἀποχόμενον ἔθνῃσε, τελευτήσαι τὸν βίον. Κλεάνθης δὲ ὁ Ζήνωνος μαθητὴς, ὁ δεύτερος, ἐνέα & ἐνενήκοντα ἐτῶν γεγονὼς ἔτη, φῦμα ἔσχεν ὑπὸ τῷ χείλει, καὶ ἀποκαρτερῶν, ἐπελθόντων αὐτῷ πρὸ ἑταίρων τινῶν γραμμάτων, τεθεσενεγκάμενος ἔθνῃσε, & τεθείξας τοῖς ὧν ἠξίουν οἱ φίλοι, ἀποχόμενος αὐθις ἔθνῃσε, ὀλίγα λιπὼν τοῦ βίου. Ξενοφάνης δὲ ὁ Δεξίνου μὲν ἦν, Ἀρχελάου δὲ τοῦ φυσικοῦ μαθητὴς, ἐβίωσεν ἔτη ἓν & ἐνενήκοντα. Ξενοκράτης ἦν, Πλάτωνος μαθητὴς γνώμενος, τέτταρα καὶ ὀγδοήκοντα. Καρνεάδης δὲ, ὁ τῆς νεωτέρας Ἀκαδημίας ἀρχηγὸς, ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα. Χρύσιππος, ἓν καὶ ὀγδοήκοντα. Διογένης δὲ ὁ Σελευκεὺς ἀπὸ Τίγριος, Στωϊκὸς φιλόσοφος, ὀκτὼ καὶ ὀγδοήκοντα. Ποσειδώνιος ὁ Ἀπαμεὺς τῆς Συρίας, νόμῳ δὲ Ῥόδιος, φιλόσοφός τε ἅμα, καὶ ἱστορίας συγγραφεὺς, τέτταρα & ὀγδοήκοντα. Κριτόλαος ὁ Περιπατητικὸς, ὑπὲρ δύο & ὀγδοήκοντα. Πλάτων δὲ ὁ ἱερώτατος, ἓν & ὀγδοήκοντα. Ἀθηνόδωρος, Σανδῶνος, Ταρσεὺς, Στωϊκὸς, ὃς & διδάσκαλος ἐγένετο Καίσαρος Σεβαστοῦ θεοῦ,

ὑφ' ὧ ἡ Ταρσέων πόλις ἐκ φόρων ἀνεφίθη, δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη βιοὺς, ἐτελεύτησεν ἐν τῇ πατρίδι. καὶ τιμὰς ὁ Ταρσέων δῆμος αὐτῷ κατ' ἔτος ἕκαστον ἀποπέμπει ὡς ἥρωϊ. Νέστωρ δὲ Στωϊκὸς ἀπὸ Ταρσοῦ, διδάσκαλος Καίσαρος Τιβερίου, ἔτη δύο καὶ ἐνενήκοντα. Ξενοφῶν δὲ ὁ Γρύλλου, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη. ὅτοι μὲν φιλοσόφων οἱ ἔνδοξοι, συγγραφέων δ', Κτησίβιος μὲν, ἑκατὸν εἰκοσιτεσσάρων ἐτῶν ἐν τῷ περιπάτῳ ἐτελεύτησεν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς ἱστορεῖ. Ἱερώνυμος δὲ, ἐν πολέμοις γυμνὸς, καὶ πολλοὺς καμάτους ὑπομείνας, καὶ τραύματα, ἔζησεν ἔτη τέσσαρα, καὶ ἑκατὸν, ὡς Ἀγαθαρχίδης ἐν τῇ ἑνάτῃ τῶν περὶ τῆς Ἀσίας ἱστοριῶν λέγει, καὶ θαυμάζει γε τὸν ἄνδρα, ὡς μέχρι τῆς τελευταίας ἡμέρας ἄρτιον ὄντα ἐν ταῖς συνουσίαις, καὶ πᾶσι τοῖς αἰσθητηρίοις μηδενὸς γενόμενον τῶν πρὸς ὑγίειαν ἐλλιπῆ. Ἑλλάνικος ὁ Λέσβιος, ὀγδοήκοντα καὶ πέντε. καὶ Φερεκύδης ὁ Σύριος, ὁμοίως ὀγδοήκοντα καὶ πέντε. Τίμαιος ὁ Ταυρομενείτης, ἓξ καὶ ἐνενήκοντα. Ἀριστόβουλος δὲ ὁ Κασανδρεὺς, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη λέγεται βεβιωκέναι· τὴν ἱστορίαν δὲ, τέταρτον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος γεγονὼς, ἤρξατο συγγράφειν, ὡς αὐτὸς ἐν ἀρχῇ τῆς συγγραφῆς λέγει. Πολύβιος δὲ ὁ Λυκόρτα, Μεγαλοπολίτης, ἀγρόθεν ἀπελθὼν, ἀφ' ἵππου κατέπεσε, καὶ ἐκ τούτου νοσήσας, ἀπέθανεν ἐτῶν δύο καὶ ὀγδοήκοντα. Ὑψικράτης δὲ ὁ Ἀμισηνὸς συγγραφεὺς, ἀφ' ὅλων μαθημάτων γυμνάσιος, ἔτη δύο καὶ ἐνενήκοντα. Ῥητόρων δὲ, Γοργίας, ὃν τινες σοφιστὴν καλοῦσιν, ἔτη ἑκατὸν ὀκτώ. Ἐφῆς δὲ ἀπὸ κόλπου, ἐτελεύτησεν· ὃν φασιν ἐρωτηθέντα τινὰ αἰτίαν τοῦ μακροῦ γήρως, καὶ ὑγιοῦς ἐν πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν, εἰπεῖν, Διὰ τὸ μηδέποτε συμποσίοις ἡδοναῖς ταῖς ἄλλων ἐνσχεῖν. Ἰσοκράτης ἐνενήκοντα καὶ ἓξ ἐτῶν γεγονὼς, τὸν πανηγυρικὸν ἔγραψε λόγον· περὶ ἔτη δ' ἐνὸς δέοντα ἑκατὸν, γεγονὼς, ὡς ἤκουσε Ἀθηναίους ὑπὸ Φιλίππου ἐν τῇ περὶ Χαιρώνειαν μάχῃ νενικημένους, ποτνιώμενος, τὸν Εὐριπίδου στίχον ᾠδήσατο, εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρων·

Σιδωνίων πρὸ ἄστυ Κάδμος ἐκλιπών.

A cuius precibus Tarsis ciuitas vectigalibus leuata est, duos & octoginta annos agens mortuus est in patria. Huic Tarsensis populus quotannis solennes honores vt heroi persoluit. Nestor verò Stoicus, & hic à Tarso ortum trahens, præceptor Cæsaris Tiberij, duos & nonaginta. Xenophon Grylli filius vixit vltra nonaginta annos. Et hi celebres fuere philosophi. Ex scriptoribus autem historicis Ctesibius centum & viginti quatuor annos egressus, inter deambulandum mortuus est, sicut narrat Apollodorus in Chronicis. Hieronymus verò & in bellis versatus, ac
B non paucis laboribus & vulneribus affectus, vixit ad annum quartum & centesimum, sicut refert Agatharchides libro nono historiæ Asiaticæ. Ac hominem non mediocriter demiratur, quòd ad summum vsque vitæ diem valuerit in colloquiis, & in sensibus ad sanitatem necessariis non defecerit. Hellanicus Lesbius octoginta quinque annos vixit. Similiter Pherecydes Syrus quinque & octoginta. Timæus Tauromenites sex & nonaginta. Aristobulus Cassandræus vltra nonaginta annos
C vixisse fertur: qui historiam suam quartum & octogesimum annum agens orsus est conscribere, id quod ipse in operis sui principio testatur. Polybius autem Lycorta patre genitus, Megalopolitanus, rure rediens ab equo delapsus est, quo casu morbo correptus decessit anno secundo & octogesimo. Porrò Hypsicrates Amisenus historicus, vir in multis disciplinis versatus, annos duos & nonaginta vixit. Cæterùm è Rhetoribus Gorgias, quem quidam Sophistam vocant, annum agens octauum & centesimum, inedia vitam finiuit.
D Hunc interrogatum caussam tam longæ senectutis, & valetudinis in omnibus sensibus vigentis, respondisse aiunt, quòd aliorum conuiuia non sit sectatus. Isocrates sex & nonaginta annos natus sermonem scripsit Panegyricum. Iam verò ingressus annum nonagesimum nonum, cùm accepisset, Athenienses in pugna apud Chæroneam commissa à Philippo esse superatos, quiritando Euripideum versiculum recitauit, ad seipsum referens:

Sidonis vrbis alta quondam mœnia
Cadmus relinquens.

Quibus cùm adieciſſet, fore vt Græcia in ſeruitutem prolaberetur, è vita deceſſit. Apollodorus autem rhetor Pergamenus, Cæſaris Auguſti in diuos relati præceptor, quem vnà cum Athenodoro Tarſenſi bonis diſciplinis imbuit, totidem quot Athenodorus annos, nempe duos & octoginta, vixit. Potamon rhetor non incelebris, annos nonaginta. Sophocles poëta Tragicus deuorato vuæ acino ſtrangulatus eſt, cùm egiſſet annos quinque & nonaginta. Hic à filio Iophonte ſub finem vitæ in ius vocatus, & deſipientiæ accuſatus, recitauit Iudicibus Oedipum Colonæum, planum faciens ea fabula, quòd ſanæ mentis compos eſſet. Qua audita, Iudices ingenium eius admirati ſunt, ac filium inſaniæ damnauerunt. Cratinus autē poëta Comicus, ſeptem ſupra nonaginta annos vixit, atque ſub finem vitæ cùm docuiſſet fabulam Pitynen, eáque victor euaſiſſet, haud ita multo pòſt eſt mortuus. Non diſſimiliter quoque Philemon Comicus ſeptimum & nonageſimum annum agēs decūbebat in lectulo quieſcens: qui cùm vidiſſet aſinum ficus ſibi præparatas deuorantem, prolapſus in cachinnos, & accerſito famulo, multo & vehementi cum riſu præcepit, aſino merum ad ſorbendum dari, atque ita riſu ſuffocatus obiit. Epicharmus autem & ipſe poëta Comicus, ſeptem & nonaginta annos vixiſſe dicitur. Porrò Anacreon poëta Lyricus vixit annos quinque & octoginta. Et Steſichorus poëta Lyricus totidem. Simonides Cius ſupra nonaginta. Sedenim ex Grammaticis Eratoſthenes Cyrenæus Aglai filius, quem non Grammaticum ſolùm, ſed etiam poëtam meritò quis vocarit, & philoſophum & geometram, duos & octoginta annos vixit. Quin etiam Lycurgus Lacedæmoniorum legum conditor, quinque & octoginta annos vixiſſe dicitur. Tot impræſentiarum Reges & eruditos homines colligere potui. Quia verò pollicitus ſum & Romanorum quoſdam longæuos, & Italos, qui ad ſummam ſenectutem peruenerunt, perſcribere: eos tibi Diis volentibus, præſtantiſſime Quintille, in altero libro manifeſtabimus.

καὶ ἐπείπων ὡς δουλεύσοι ἡ Ἑλλας, ἐξέλιπε τὸν βίον. Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Περγαμηνὸς ῥήτωρ, θεοῦ Καίσαρος Σεβαστοῦ διδάσκαλος νομισθείς, καὶ σὺν Ἀθηνοδώρῳ τῷ Ταρσεῖ φιλοσόφῳ παιδεύσας αὐτὸν, ἔζησε ταυτὰ τῷ Ἀθηνοδώρῳ, ἔτη ὀγδοήκοντα δύο. Ποτάμων δὲ, οὐκ ἄδοξος ῥήτωρ, ἔτη ἐνενήκοντα. Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδοποιὸς, ῥᾶγα σταφυλῆς καταπιὼν, ἀπεπνίγη, πέντε καὶ ἐνενήκοντα ζήσας ἔτη. Οὗτος ὑπὸ Ἰοφῶντος τοῦ υἱέος ὅτι τελέσαι τοῦ βίου τὰ φροντίσματα χρινόμενος, ἀνέγνω τοῖς δικασταῖς Οἰδίποδα τὸν ἐπὶ Κολωνῷ, ὅτι δυσχερὴς μανίαν· ὡς τοὺς δικαστὰς, τὸν μὲν ὑπεραγασθῆναι, καταψηφίσασθαι δὲ τῆς ὑιοῦ αὐτοῦ μανίας. Κρατῖνος δὲ ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς, ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα ἔτεσιν ἐβίωσε, καὶ τοὺς τῷ τέλει τοῦ βίου διδάξας τὸν Πυτίνην, καὶ νικήσας, μετ' ὀλίγον ἐτελεύτα. καὶ Φιλήμων δὲ ὁ κωμικὸς, ὁμοίως τῷ Κρατίνῳ, ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα ἔτη βιοὺς, κατέκειτο μὲν ὅτι κλίνης ἠρεμῶν, θεασάμενος δὲ ὄνον τὰ παρεσκευασμένα αὐτῷ σῦκα καταθέοντα, ὥρμησε μὲν εἰς γέλωτα, καλέσας δὲ τὸν οἰκέτην, σὺν πολλῷ καὶ ἀθέῳ γέλωτι εἰπὼν τροφὴν τῷ ὄνῳ ἀκράτου ῥοφῆσαι, ἀποπνιγεὶς ὑπὸ τοῦ γέλωτος, ἀπέθανε. καὶ Ἐπίχαρμος δὲ ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς, καὶ αὐτὸς ἐνενήκοντα καὶ ἑπτὰ ἔτη λέγεται βιῶναι. Ἀνακρέων δὲ ὁ τῶν μελῶν ποιητὴς, ἔζησεν ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα. καὶ Στησίχορος ὁ μελοποιὸς, ταυτά. Σιμωνίδης δὲ ὁ Κῷος, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα. Γραμματικῶν δὲ, Ἐρατοσθένης μὲν ὁ Ἀγλαοῦ Κυρηναῖος, ὃν ἐγὼ μόνον γραμματικὸν, ἀλλὰ καὶ ποιητὴν αὐτὸν ὀνομάσαι, καὶ φιλόσοφον, καὶ γεωμέτρην, δύο καὶ ὀγδοήκοντα οὗτος ἔζησεν ἔτη. καὶ Λυκοῦργος δὲ ὁ νομοθέτης τῶν Λακεδαιμονίων, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη ζῆσαι ἱστορῆται. Τοσούτους ἐδυνήθημεν βασιλέας, καὶ πεπαιδευμένους, ἀθροῖσαι· ἐπεὶ δὲ ὑπεσχόμην καὶ Ῥωμαίων τινὰς, καὶ τῶν τὴν Ἰταλίαν οἰκησάντων μακροβίων ἀναγράψαι, τούτους σοι, θεῶν θελόντων, ἱερώτατε Κοϊντίλλε, ἐν ἄλλῳ δηλώσομεν λόγῳ.

ΠΑΤΡΙΔΟΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ.

PATRIÆ ENCOMIVM.

Vincentio Obſopœo interprete.

ARGVMENTVM.

Argumentum & genus orationis, ipſe titulus exponit. Eſt autem propoſitio & ſumma negotij, patriam omnium rerum eſſe digniſſimam & venerabiliſſimam, vt quam & homines & dij reliquis rebus omnibus anteponant. Argumenta pleraque à ſignis & conſequentibus ſumuntur. Oſtendit enim, quæcunque homines faciunt, ea ad patriæ vel ornamentum vel defenſionem comparare, & quantumuis humili aut ſterili ſolo aliquis natus ſit, nihilominus patriam ſuam ſplendidiſſimis ciuitatibus ac regnis anteponere: quemadmodum parentum quoque & liberorum inter ſe affectus eiuſmodi eſt, vt qualeſcunque ipſi ſint, tamen ſuos omnibus aliis plus ament & colant. Proinde & legiſlatores cùm grauiſſimè punire homines vellent, patriæ priuationem atque exilium, tanquam acerbiſſimam pœnam, inſtituiſſe.

ΟΤΙ μὲν οὖν γλυκὺ ἦν πατρίδος φάτις τοῖς πολλοῖς ἀκούειν. ἆρ' οὖν ἥδιον μὲν οὐδέν, σεμνότερον δέ τι, καὶ μᾶλλον ἄλλο; καὶ μὴν ὅσα σεμνὰ καὶ θεῖα νομίζουσιν ἄνθρωποι, τούτων πατρὶς αἰτία, καὶ διδάσκαλος, γυμνασαμένη, καὶ ἀναθρέψαμένη, καὶ παιδεύσαμένη. πόλεων μὲν οὖν μεγέθη, καὶ λαμπρότητας, καὶ πολυτελείας κατασκευῶν, θαυμάζουσι πολλοὶ, πατρίδας δ' ἅπαντες σέβονται· καὶ τοσοῦτον οὐδεὶς ἀξιοπατρίδην τὸν καὶ πόλιν κεκτημένων ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν θέαν ἡδονῆς, ὡς ὑπὸ τῆς ἀγχόλης τὸν πρὸ ἄλλοις θαυμάστων λήθην ποιήσασθαι τῆς πατρίδος. ὅστις μὲν οὖν σεμνύεται πολίτης ὢν εὐδαίμονος πόλεως, ἀγνοῶν μοι δοκεῖ τίνα χρὴ τιμὴν ἀποτίνειν τῇ πατρίδι· καὶ ὁ τοιοῦτος, δῆλός ἐστιν ἀλγῶν μὲν, εἰ μετριωτέρας ἔλαχε τῆς πατρίδος. ἐμοὶ δὲ ἥδιον αὐτὸ τιμᾶν ὂν τὸ τῆς πατρίδος ὄνομα. πόλις μὲν γὰρ θαυμάζειν πειρωμένῳ, πρόσεστι μέγεθος ἐξετάζειν, καὶ κάλλος, καὶ τὴν τῶν ὠνίων ἀφθονίαν. ὅπου δ' αἵρεσίς ἐστι πόλεων, οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο τὸ λαμπρότερον, ἐάσας τὴν πατρίδα, ἀλλ' ἄξιον μὲν οὖν εἰ καὶ τὴν πατρίδα τοῖς εὐδαίμοσι πλησίαν, ἕλοιτο δ' ἂν τὴν ὁποιανοῦν.

IAM olim vulgi ſermone detritum eſt, nihil eſſe patria dulcius, proinde neque iucũdius quicquam. Eſt verò hac aliquid venerabilius aut diuinius? Siquidem quæcunque diuina quæcunque veneratione digna homines eſſe exiſtimant, horum cauſſa atque magiſtra eſt patria, quæ nos genuit, aluit atque inſtituit. Enimvero vrbiũ magnitudinem atque ſplendorem, ſumptuoſos præterea variorum inſtrumentorũ apparatus admirantur multi, patriam verò pio amoris affectu proſequuntur omnes: neque quiſquam quamlibet potens, ita deceptus eſt alienarum rerum amœno & voluptuoſo ſpectaculo, vt propter immodicam apud alios rerum cùm viſendarum tum admirandarum excellentiam, obliuiſcatur patriæ. Itaque quicunque felicis & ſplendidę ciuitatis ſe ciuem eſſe iactat, ignorare mihi videtur quam gloriam aut honorem patriæ tribuere oporteat. Neque occultè fert talis, ſe dolore affectum iri, ſi mediocrem patriam ſortitus eſſet. Mihi verò iucundum eſt, ipſum nomen patriæ reuerenter atque religiosè colere. Etenim ei qui ciuitates inter ſe collaturus eſt, peropus eſſe video, ſingularum amplitudinem accuratè expendere, earundémque elegantiam obſeruare, neque non commerciorum ac rerum venalium copiam conſiderare. Cæterùm vbi de vrbium electione agitur, nemo vtique poſthabita patria ſplendidiorem electurus eſt, verùm in optatis habebit, patriam quoque ſuam quàm maximè conformem eſſe vrbibus copioſis & felicibus: ipſam tamen, qualiſcunque tãdem fuerit, delectu habito cæteris haud dubiè præpoſiturus eſt.

Isthuc verò ipsum liberi quoque faciunt probi & legitimi, neque non patres, qui quidē fuerint nō mali. Neque enim spectatæ honestatis & probitatis adolescens, alium patri suo honoribus præferet: neq; pater neglecto filio alium paterno affectu iuuenem complexurus est. At qui his inferiores sunt patres, tantum tamen filiis ex se genitis non grauatim tribuunt, vt sint & vita honestissimi, & dignitate amplissimi, apparéantque omnibus sua opera quàm optimè educati atque exornati. Porrò qui tali erga filium suum non vtitur iudicio, ille patris oculos habere mihi videtur minimè. Proinde nomen patriæ primum est, & omnium familiarissimum. Etenim nihil est quod patre nobis sit familiarius. Si quis verò iustum habebit honorem patri, quemadmodum & lex & natura imperat, ille patriæ quoque conuenienter præcipuum honorē habiturus est. Siquidē ipse etiam pater peculiaris est patriæ possessio; ac patris pater, tū omnes qui ex illis numerosa retro serie generis domestici prognati sūt. Et ad deos vsque paternos patrium nomē protenditur. Gaudent verò ipsi quoque Dij solo natalitio, ac vniuersas res humanas, vt par est, intuentur, suam possessionem esse existimātes totum terrarum orbem, atque omnem Oceanum. In qua tamen quisque illorum terra natus est, hanc omnibus cæteris vrbibus quamuis florentioribus honore anteponere nō dubitat. Quin etiam ciuitates quæ Deorū feruntur esse patriæ, cæteris sunt venerabiliores, & insulæ præcipuo loci genio diuiniores, apud quas Deorum natiuitates & incunabula laudibus extolluntur. Itaque sacra quoq; illa superis gratiora esse existimantur, quæ quisque ad domesticos delatus locos offert atque sacrificat. Iā si patriæ nomen tanto in pretio apud Deos habetur, cur non iure optimo longè maiori in existimatione foret apud homines? Siquidem quisque nostrūm in patria primùm iucundū illud solis lumen intuitus est non secus atque Deum, qui tametsi omnibus gentibus cōmunis est, vnicuique tamē patrius esse existimatur, propterea quòd sub vitæ initiū ab illo loco primùm auream illam solis lampadem conspexerit. Accedit his quòd & vocem quisque suam in patria auspicatus est, primùm suæ gentis vernacula lingua amabili balbutie sonare perdiscens, Deósque cognouit. Porrò si quis talem sortitus est patriam, quæ ad res maiores perdiscēdas alterius egeat adminiculo, talium tamen disciplinarum gratiam acceptam feret patriæ. Neq; enim vrbis nomen cognouisset vnquā, nisi patrię beneficio & opera vrbes esse cognouisset.

A Ὃ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ οἱ δίκαιοι τῶν παίδων ποιοῦσι, καὶ οἱ χρηστοὶ τῶν πατέρων. οὔτε γὰρ νέος καλὸς, καὶ ἀγαθὸς, ἄλλον ἂν ποτε τιμήσας τοῦ παιδὸς, οὔτε πατὴρ καταμελήσας τοῦ παιδὸς, ἕτερον ἂν τέρξας νέον, ἀλλὰ τοσοῦτόν γε οἱ πατέρες νικῶμενοι, ποτε νέμοιεν τοῖς παισὶν, ὥστε καὶ κάλλιστοι, καὶ μέγιστοι, καὶ τοῖς πᾶσιν ἄριστα φαίνονται κεκοσμημένοι οἱ παῖδες αὐτοῖς. ἔστιν ὃ μὴ τοιοῦτός ὢν δικαστὴς ποτὲ τὸν υἱὸν, ὃ δοκεῖ μοι παιδὸς ὀφθαλμοὺς ἔχειν. πατρίδος τοίνυν τὸ ὄνομα, ποτὸν, καὶ οἰκειότατον πάντων. τοσοῦτον γὰρ ὅσον, τι τοῦ παιδὸς
B οἰκειότερον. εἰ δέ τις ἀπονέμει τῷ πατρὶ τὴν δικαίαν τιμὴν, ὡσπερ καὶ ὁ νόμος, καὶ ἡ φύσις κελεύει, ποτε νικῶντος αὖ τὴν πατρίδα προτιμήσας. ὁ γὰρ πατὴρ αὐτὸς, τῆς πατρίδος κτῆμα, ὁ τοῦ παιδὸς πατὴρ, καὶ οἱ ἐκ τούτων οἰκεῖοι πάντες αὐτοῦ, καὶ μέχρι θεῶν πατρώων ποτέρχονται ἀναβιβαζόμενον τὸ ὄνομα. χαίρουσι γὰρ θεοὶ πατρίοις, καὶ πάτριμοι, ὡς εἰκὸς, φέρουσι τὰ τῶν αὐθιγενῶν, αὐτῶν ἡγούμενοι κτήματα, πᾶσαν γῆν, καὶ θάλασσαν. ἐφ' ἧς ὃ ἕκαστος αὐτῶν ἐλθὼν, ποτιμᾶ τῶν ἄλλων ἁπασῶν πόλεων. C πόλεις σεμνότεραι θεῶν πατρίδες, καὶ νῆσοι φίτεραι, πρὸ' αἷς ὑμνῆται γένεσις θεῶν. ἱερὰ γοῦν κεχαρισμένα τοῦτο νομίζεται τοῖς θεοῖς, ἐπειδὰν εἰς τοὺς οἰκείους ἕκαστος ἀφικόμενος ἱερουργῇ τόπους. εἰ δὲ θεοῖς τίμιον τὸ τῆς πατρίδος ὄνομα, πῶς οὐκ ἀνθρώποις πολύ τε μᾶλλον; καὶ γὰρ εἶδε τὸν ἥλιον ποτὸν ἕκαστος ἀπὸ τῆς πατρίδος· ὡς καὶ τοῦτον τὸν θεὸν, εἰ καὶ κοινός ἐστιν, ἀλλ' οὖν ἑκάστῳ νομίζεται πατρῷον, διὰ τοῦτο ποτόντι ἀπὸ τοῦ τόπου ἥκειν, καὶ φωνῆς ἀπαρχὴν ἦρξατο, ὅπηχεῖα ποτὰ λαλεῖν μανθάνων, καὶ θεοὺς ἐγνώρισεν. εἰ δέ τις τοιαύτης ἔλαχε πατρίδος, ὡς ἑτέρας δεηθῆναι ποτὸ τοῦ μείζονος παιδεύσεως, ἀλλ' οὖν ἐχέτω καὶ τούτων τῶν παιδευμάτων τὴν πατρίδι τοῦτο χάριν· ὁ γὰρ αὖ ἐγνώρισεν οὐδὲ πόλεως ὄνομα, μὴ διὰ τὴν πατρίδος, πόλιν εἶναι μαθών.

πρῶτα δὲ, οἶμαι, παιδεύματα, ἢ μαθήματα συλλέγεσιν αὐτοῖς, χρησιμωτέρους αὐτοὺς ἀπὸ τούτων τοῖς πατρίοις παιδεύοντες. κτῆνται δὲ καὶ χρήματα, φιλοτιμίας ἕνεκεν τῆς εἰς τὰ κοινὰ τῆς πατρίδος δαπανήματα. καὶ εἰκότως, οἶμαι· δεῖ γὰρ οὐκ ἀχαρίστους εἶναι τοὺς τῶν μεγίστων τυχόντας εὐεργεσιῶν. ἀλλ' εἰ καὶ τοῖς καθ' ἕνα τις ἀπονέμοι χάριν, ὡς ἔστι δίκαιον, ἐπειδὰν εὖ πάθῃ τινός, πολὺ μᾶλλον προσήκει τὴν πατρίδα τοῖς καθήκουσιν ἀμείβεσθαι. κακώσεως μὲν γὰρ γονέων εἰσὶ νόμοι παρὰ τοῖς πολίταις. κοινὴν δὲ προσήκει πάντων μητέρα τὴν πατρίδα νομίζειν, καὶ χρείσσεια τοῖς τροφῶν ἀποδιδόναι, καὶ τῆς τῶν νόμων αὐτῶν γνώσεως. ὥστε δὲ σοὶ δοκεῖς οὕτως ἀμνήμων τῆς πατρίδος, ὡς σὲ ἄλλη πόλις ὠμόλησεν, ἀμελεῖν. ἀλλ' οἵ τε κακοπραγοῦντες σὲ ταῖς ἀποδημίαις, συνεχῶς ἀναβοῶσιν ὡς μέγιστον τῶν ἀγαθῶν ἡ πατρίς· οἵ τε εὐδαιμονοῦντες, εἰ καὶ τἆλλα εὖ πράττουσι, τοῦτο γοῦν οὐδεὶς μέγιστον ἡγεῖσθαι νομίζοιτο, τὸ μὴ τὴν πατρίδα οἰκεῖν, ἀλλὰ ξενιτεύειν. ὄνειδος γὰρ τῆς ξενιτείας καὶ τοῖς ἐπὶ τὸν τῆς ἀποδημίας χρόνον λαμπροῖς νομιζομένοις, ἢ ἀφ' χρημάτων κτήσιν, ἢ ἀφ' τιμῆς δόξαν, ἢ ἀφ' παιδείας μαρτυρίαν, ἢ δι' ἀνδρίας ἔπαινον, ἔστιν ἰδεῖν ἐς τὴν πατρίδα πρώτους ἐπειγομένους, ὡς οὐκ ἂν ἐν ἄλλοις βελτίοσιν ὑποδεξομένους τὰ αὐτῶν καλά. καὶ τοσούτῳ γε μᾶλλον ἕκαστος σπεύδει λαβέσθαι τῆς πατρίδος, ὅσῳ περ δοκεῖ μείζονων πρὸς ἄλλους ἠξιωμένος. ποθεινὴ μὲν οὖν καὶ νέοις πατρίς. τοῖς δὲ ἤδη γεγηρακόσιν, ὅσῳ πλέον τῷ φρονεῖν ἢ τοῖς νέοις μέτεστι, τοσούτῳ καὶ πλείων ἐγγίνεται πόθος ὁ τῆς πατρίδος. ἕκαστος γοῦν τῶν γεγηρακότων, καὶ σπεύδει καὶ εὔχεται καταλῦσαι τὸν βίον ὅτι τῆς πατρίδος, ἵν' ὅθεν ἤρξατο βιοῦν, ἐκεῖθα πάλιν καὶ τὸ σῶμα προσκατάθηται τῇ θρεψαμένῃ γῇ, καὶ τῶν πατρῴων κοινωνήσῃ τάφων. δεινὸν γὰρ

A In ea verò opinione ſum, vt putem ab hominibus tantùm in hoc ſibi parari omnium artium ac diſciplinarum cognitionem, ne patriæ indecores, ſed ſeipſos huic vtiliores informent. Inſuper opes etiam poſſidentur liberalitatis exercendæ gratia, vt communibus impenſis patriæ inopiam ſubleuemus. Conſentaneum enim eſſe opinor, ne, cùm maximis beneficiis affecti ſimus, parum grati eſſe reperiamur. Sed ſi eſt qui vni officiosè refert gratias, quemadmodum æquum eſt, poſteaquam beneficia nõ mediocria ab illo acceperit: multo magis conuenit quàm cumulatiſſimè paria re-
B ferre patriæ. Etenim ſuper parentum ærumnoſa afflictione in ciuitatibus leges ſunt conditæ. Æquum verò eſt communem omnium matrem patriam eſſe exiſtimare, huícque pro nutricandi officiis ipſarum legum decreto iubente quàm ampliſſimas gratias reponere. Cæterùm vſqueadeo patriæ negligens & immemor conſpectus eſt nemo, vt in alia Republ. ætatem degens, omnem curam colendæ patriæ depoſuiſſet. At etiam qui peregre multis iactati difficultatibus calamitosè agunt, crebrò teſtantur rerum opti-
C marum omnium præſtantiſſimam eſſe patriam: tum etiam egregiè felices, quanquam in cæteris omnibus per omnia bene & beatè vitam exigant, tamen in hoc egentiſſimos ſe eſſe opinantur, quòd patriæ fines non incolant, ſed extorres & peregre agant: quippe peregrinationis probrum nõ mediocriter eos diſcruciat. Videmus quoque eos qui per tempus quod peregrè agendo inſumpſerunt, nonnihil ſplendoris & gloriæ ſibi adiunxerunt, aut paratis diuitiarum poſſeſſionibus, aut dignitate & honoribus, aut celebri diſciplinarum atque ingenij teſti-
D monio, aut laude virtutis, omnes certatim ad patriam terram properare; quaſi nequaquam apud alios meliores ſua ipſorum bona eſſent cum aliqua laude oſtenſuri. Ac tanto quiſque maiori ſtudio patriam comprehendere approperat, quanto rebus maioribus dignus apud exteros habitus eſt. Proinde iuuenibus quoque deſiderabilis & amabilis iuxtà eſt patria. Porrò autem homines iam ætate ac ſenio confecti, quanto maiori quàm iuuenes prudentia exculti ſunt, tanto vehementiori patriæ dulcedine ac deſiderio trahuntur. Quare vnuſquiſque è ſenum numero & feſtinat & in votis habet maximè in ſolo natalitio vitã cum morte cõmutatam relinquere, vt quò loci vitam auſpicatus eſt, eodem iterũ & corpus terræ alterius humandum reponat, ac patriæ ſepulturæ participem ſe fore cognoſcat. Etenim

graue & acerbum vnicuique esse videtur, peregre agentem se deprehendi, ac demum post mortem in aliena terra reconditum cinescere. Cæterùm quanta erga patriam sit verè germanis ac genuinis ciuibus charitas, non certiùs aut faciliùs quàm ex indigenis perdiscitur. Siquidem peregrini & aduenæ, non secus atque nothi aut spurij, paruo in discrimine ponunt exilia, quippe quibus patriæ nomen prorsus ignotum est, neque vllo animi beneuoli argumento prosequuntur, existimantes nusquam non rerum necessariarum copiam sibi haud difficulter suppeditari, modum felicitatis in ventris ac gulæ fœdis & beluinis voluptatibus situ habentes. Veruntamen quibus mater est patria, terram illam singulari amore prosequuntur, in qua in lucem editi, in qua nutriti sunt. Quanquam modicam habeant, quanquam asperam & sterilem, quanquam vnde terræ virtutem collaudent, non habuerint, attamen quo patria encomio potissimùm celebranda sit, nequaquam animo perplexi hæsitabunt. Verùm tametsi non ignorauerint alios suam iactasse patriam superbiùs ob agrorum fœcunditatem, ac pratorum viridantium plantas omniiugas: neque ipsi tamen patrii soli laudis obliuiscuntur: quam equis alendis aptam suspicientes, numerosa quoque ac robusta pube fœcundam collaudant. Ad hæc maturat etiam reditum in patriam aliquis qui insularis fuerit, tametsi apud alios bellè & feliciter viuere possit: oblatámque immortalitatem respuet, patriæ sepulcrum perpetuitati præferens. Et vel patriæ fumus alieno igne ipsi luculentior esse videbitur. Vsqueadeo verò in vniuersum res omnes quamlibet pretiosas excellit patria, vt legum quoque conditores passim quisque videat maximis puniendis sceleribus exilium pœnam constituisse, tanquam grauissimum & acerbissimum supplicium. Neque verò solùm legislatorum consuetudo sic se habet, eorum verò qui cum imperio exercitibus præsunt, aliter: neque enim maiore ac vehementiore exhortatione in pugnis militum perturbati accenduntur & inflammantur animi, quàm si pro tuenda patria se præliari cognouerint: nec ferè vllus est qui his auditis ignauus esse sustineat. Etenim strenuum & audacem ex meticuloso quoque facit nomen patriæ.

Alludit ad Palladis verba Odysse. 1. de Vlysse. & item lib. 9.

A ἑκάστῳ δοκεῖ ξενίας ἀλίσκεσθαι, καὶ μὴ θάνατον ἐν ἀλλοτρίᾳ κειμένῳ γῇ. ὅσον δὲ τῆς διανοίας τῆς πρὸς τοὺς πατρίδας μέτεστι τοῖς ὡς ἀληθῶς γνησίοις πολίταις, μάθοι τις ἂν τῶν αὐτοχθόνων. οἱ μὲν γὰρ ἐπήλυδες, καθάπερ νόθοι, ῥᾳδίας ποιοῦνται τὰς μεταβάσεις, ὃ μὲν τῆς πατρίδος ὄνομα μήτε εἰδότες, μήτε ἐρῶντες· ἡγούμενοι δὴ ἀπόνως τῶν ἐπιτηδείων ἐπορήσειν, μέτριον εὐδαιμονίας τοὺς τῆς γαστρὸς ἡδονὰς πεφεύγασι. οἷς δὲ καὶ μήτηρ ἡ πατρὶς, ἀγαπῶσι πρὸ γῆς, ἐφ' ἧς ἐγένοντο, καὶ ἐτράφησαν, κἂν ὀλίγῃ ἔχω-
B σι, κἂν τραχείᾳ, καὶ λεπτογείων· κἂν ἀπορῶσι τῆς γῆς ἐπαινέσαι τι πρὸ ἀρετῆς· τῶν γε ὑπὲρ τῆς πατρίδος οὐκ ἀπορήσουσιν ἐγκωμίων, ἀλλὰ καὶ ἰδίοις ἑτέροις σεμνυνομένους, πεδίοις εὐφόροις, καὶ λιμέσι φυτοῖς πρωτοδαποῖς διαλαμπομένους, καὶ αὐτοὶ τῆς πατρίδος ἐγκωμίων οὐκ ἀπολαυσόμενοι· τῇ δὲ ἱππηλάτῳ χαροποῦντες, καὶ κουροτρόφῳ ἐπαινοῦσι. καὶ σπεύδῃ τις ἐς τὴν πατρίδα, κἂν νησιώτης ᾖ· κἂν πρὸς ἄλλοις εὐδαιμονῇ δυσὶ πατρὶ, καὶ διδομένην ἀθανασίαν οὐ
C προσήσεται, προτιμῶν τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος πάθον· καὶ ὁ τῆς πατρίδος αὐτῷ καπνὸς, λαμπρότερος ὀφθήσεται τοῦ πρ' ἄλλοις πυρός. οὕτω δὲ ἄρα τίμιον εἶναι δοκεῖ τοῖς πᾶσιν ἡ πατρίς· ὥστε καὶ τοὺς πονηροὺς νομοθέτας ἰδεῖν τις ἂν ὑπὲρ τῶν μεγίστοις ἀδικήμασιν ὡς χαλεπωτάτην ὑπενεγκόντας τὴν φυγὴν, τιμωρίαν. καὶ οὐκ οἱ νομοθέται μόνον οὕτως ἔχουσιν, οἱ δὲ πιστευόμενοι τὰς στρατηγίας, ἑτέρως, ἀλλ' ἐν ταῖς μάχαις ὃ μέγιστόν ἐστι τῶν παραγγελμάτων τοῖς ὑπλιταῖς, ὡς
D ὑπὲρ πατρίδος αὐτοῖς ὁ πόλεμος. καὶ οὐδεὶς ὅστις ἂν ἀκούσας τοῦτο, κακὸς εἶναι θέλοι. ποιεῖ γὰρ καὶ τὸν δειλὸν, ἀνδρεῖον, ὃ τῆς πατρίδος ὄνομα.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΙΨΑΔΩΝ.

DE DIPSADIBVS.

Vincentio Obſopœo interprete.

ARGVMENTVM.

Præfatio quædam eſt, cuiuſmodi & ſuperiores nonnullæ ſunt, qua ſtudium ſuum erga auditores, ſiue quicunque illi tandem fuere quibuſcum verſatus tum fuit, collatione iſta cum Dipſadibus facta, declarat. Vt enim eos qui ab hoc genere ſerpentis percuſſi ſunt, inexplebilis quædam ſitis inuadit, ita vt quo ſunt plus potæ, plus ſitiantur aquæ, vt ille ait: ita ſe quoque deſiderio quodam inſatiabili teneri ait, & quo frequentiùs apud illos ſit, eo magis ac magis eſſe cupere. Porrò quod ad Dipſadis morſum, & ſitim iſtam lethalem attinet, habes conſimilem fermè deſcriptionem, atque exemplum Auli cuiuſdam ſigniferi in exercitu Catonis, qui eodem modo periit, vt ille de quo epigramma præſentis narrationis teſtatur, apud Lucanum libro nono, vbi & cæterorum ſerpentium genera, de quibus hic mentio fit, enumerantur, addita etiam fabula cur Libya ſerpentibus ita abundet atque infeſta ſit.

Τῆς Λιβύης τὰ νότια, ψάμμος ἐστὶ βαθεῖα, καὶ γῆ διακεκαυμένη, ἔρημος ὅτι πολύ, ἀκριβῶς ἄκαρπος, πᾶσα ἀπασα, οὐ χλόη, οὐ πόα, οὐ φυτόν, οὐκ ὕδωρ ἔχουσα, ἢ εἴπου ἄρα ἐν κοίλοις στωεχηκὸς ὑετῶ ὀλίγου λείψανον, παχὺ καὶ τοῦτο, καὶ δυσῶδες, ὥστε πάνυ διψῶντι αἰσθέσθαι πότιμον. ἀοίκητος γοῦν ἐστὶ διὰ ταῦτα. ἢ πῶς γὰρ ἂν οἰκοῖτο, ἀνήμερος οὕτω, καὶ ξηρά, καὶ ἄφορος οὖσα, καὶ πολλῷ τῷ ἀχμῷ πιεζομένη, καὶ ὁ ἅλιπος αὐτὸ, καὶ ὁ ἀὴρ, καμινῆ πυρώδης, καὶ φλογερὸς ὤν; καὶ ἡ ψάμμος ὑπαρξάσα, πάντελῶς ἄβατον τὸ χωρίον τίθησι. Γαράμαντες μόνοι τοσοῦτοι ὄντες, θύσαλές καὶ κοῦφον ἔθνος, αὐθέμποι σκηνίται, ἀπὸ θήρας τὰ πολλὰ ζῶντες, ἐνίοτε δή ποτε ἐσβάλλουσι, θηρεύοντες ἀμφὶ ἕωθινὰς τὰς χαμευνάς, μάλιστα ὕσθματα τὸν θεὸν τηρήσαντες, ὁπότε ὁ πολὺ τῦ καύματος σβεσθείη, καὶ ἡ ψάμμος νοτισθείη, καὶ ἀμηχέπη βατὴ γένοιτο. ἡ θήρα δέ ἐστιν, ὄνων τε τῶν ἀγρίων, καὶ στρουθῶν τῶν μεγάλων καμηλοπαρδάλεών τε πιθήκων μάλιστα, καὶ ἐλεφάντων ἐνίοτε. Ταῦτα γὰρ μόνα δύναται πρὸς τὸν δίψος, ἐπ' ἀμφότερα δὲ ἀνέχεται ὅτι πολὺ παλαιπωρούμενα ὑπὸ πολλῷ καὶ ὀξεῖ τῷ ἡλίῳ.

A A pars Libyæ quæ ad auſtrum tendit, arena eſt profunda, & terra exuſta ſolis ardoribus, deſerta vt plurimùm, frugibus in totum infœcũda, campeſtris vniuerſa, non gramen, nõ fœnum, non plantam vllam nec aquã habens, niſi ſicubi in terrę concauitatibus cõſtiterint imbris & pluuiarum reliquiæ, quæ tamen & ipſæ dẽſæ ſunt, & mali odoris & homini ſitibũdo minimè potabiles. Has igitur B ob cauſſas inhabitabilis eſt. Aut quo pacto tãdem inhabitari poſſit locus ita durus & implacidus, tum etiam aridus, ac frugibus arboribúſque iuxtà infœcũdus, quíque tam moleſtis feruoribus ſit ſubiectus, cùm ipſe quoq; calor & aër nimiùm ardens ſit, & igneus? Prętera ipſa arena magnopere feruens regionem prorſus facit inuiam & inacceſſibilẽ. Soli verò Garamantes iis locis finitimi, gens leuis atque frugalis, vitam degentes in tentoriis, venationibus vt plurimùm viuentes, C nonnunquam irrumpunt venantes iuxta ſolſtitium hybernum, ſidere maximè pluuioſo obſeruato, quando videlicet maior ardoris pars deferbuit & extincta eſt, & arena aſſiduis imbribus madefacta, & aliquo modo peruia reddita eſt. Venantur autem onagros, & magnos ſtruthiones humi volantes, cùm primis verò ſimias, aliquando etiam elephantos. Hæc enim animantia ſola aduerſus ſitim perdurant, tum magnopere ſufferre poſſunt immodici & feruentis ſolis moleſtias.

Sedenim Garamantes posteaquam commeatum quem secum ingredientes importauerant, omnem consumpserunt, iterum ad suos discedunt postliminio, metuentes ne arena iterum incensa illis intercludat aut difficiliorem reddat reditum, deinde, quemadmodũ in reti comprehensis & sibi ipsis pereundum sit vnà cum præda. Siquidem omnis euadendi facultas sublata est, siquando sol subtracto humore ex regione celerrimè exiccata, feruere inceperit ardentioribus radiis emissis, veluti ad humiditatem acuminatis: illa enim igni nutrimentum suppeditare solet. Et sanè hæc omnia quæ mihi hactenus dicta sunt, feruor, sitis, solitudo, sterilis soli infœcunditas, minùs vobis videbuntur grauia præ hoc quod dicturus sum: & ob hoc ipsum omnibus modis regio ista fugienda est. Omnis enim generis is locus serpentes alit, permagnos & varios, multitudine innumeros, forma terribiles, veneno præsentissimo inexpugnabiles, & partim in cauernis subterraneis excubantes, ac in arenæ secessibus degentes: partim verò supernè repentes, nempe Physallos, aspides, viperas, cerastas, bupreste, iacula, amphisbænas, dracones, & duplex genus scorpionum, vnum terrestre & pedibus ingrediẽs, permagnum, multis corporum vertebris insigne: alterum aërium & volatile, alis tenuibus, cuiusmodi ferè sunt locustæ & vespertiliones. Istiusmodi auibus multis circumuolantibus inaccessibilis & infesta redditur illa Libya. Cęterùm serpentum omnium nocẽtissimum, quos arena nutrit, Dipsas est, serpens non admodum magnus, viperæ similis, violento ictu, veneno crasso, dolores illico inducens intolerabiles. Ardores enim immittit inextinguibiles, & putredines, & totũ corpus adurit incendio. Et qui ab illa icti fuerint, clamant non secus atque illi qui in ignem coniecti sunt. Quod autem illos omnium vehementissimè affligit & torquet, illud est, nempe cruciatus serpenti respondens cognomine. eius enim morsum mox sequitur bibendi sitis inexplebilis: & vltra modum sitiunt. Et quod maximè admirandum est, quanto plus biberint, tanto magis potum expetunt: ac subinde magis atque magis potando crescit bibendi desiderium. Neque illorum sitim extinxeris, tametsi totum Nilũ aut Danubium epotandum præstiteris, verùm irrigandi sedulitate morbum incendis:

Serpentiũ genera, & ab iis periculo.

Dipsas, & eius natura.

A καὶ ὅμως οἱ Γαραμαντες ἐπειδὴν τὰ σιτία καταναλώσωσιν, ἃ ὑφ' ἑαυτοῖς ἀφίκοντο, ἀπελαυνόμενοι ὀπίσω, δεδιότες μὴ σφίσιν ἡ ψάμμος αἰθαλεγεῖσα, δύσβατος καὶ ἄπορος γένηται· εἶτα ὥσπερ ἐν τοῖς ἀρκύων ληφθέντες, καὶ αὐτοὶ ἀπόλωνται μετὰ τῆς ἄγρας. ἄφυκτα γάρ ἐστιν, ὦ ὁ ἥλιος ἀναπάσας τὴν ἰκμάδα, καὶ πάχιστα ξηράνας τὴν χώραν, ὑπερζέσῃ, ἀκμαιοτέραν τὴν ἀκτῖνα προσβαλών, ἅτε πρὸς τὴν νοτίδα προσπεπηγμένην. ἔφη γάρ αὐτὴν τῷ πυρί. καίτοι τοῦτα πόνα ὁπόσα εἶπον, ὁ B ψάλπος, ὁ δίψος, ἡ ἐρημία, τὸ μηδὲν ἔχειν ἐκ τῆς γῆς λαβεῖν, ἧττον ὑμῖν δυσχερῆ εἶ δόξει τῷ λεχθησομένῳ· καὶ ἀφ' οὗτο φυκτέα πάντως ἡ χώρα ἐκείνη. ἑρπετὰ γὰρ ποικίλα, μεγέθη τε μέγιστα, καὶ πλήθη πάμπολλα, καὶ τὰς μορφὰς ἀλλόκοτα, καὶ τὸν ἰὸν ἄμαχα, διατείνεται τὴν γλῶτταν. τὰ μὲν, ὑποβρύχια, φωλεύοντα ἐν μυχῷ τῆς ψάμμου· τὰ δὲ, αὖ ὅτι πολλάζοντα, φύσαλλοι, καὶ ἀσπίδες, καὶ ἔχιδναι, καὶ κεράσται, καὶ βουπρῆστις, καὶ ἀκοντίαι, καὶ ἀμφίσβαιναι, καὶ δράκοντες, καὶ σκορπίων γένος διττὸν, ὃ μὲν ἕτερον, διπήχειόν τε καὶ πεζὸν, ὑπέρμεγα, καὶ πολυσφόνυλον, θάτερον δὲ, ἀεροφοιτητικὸν, καὶ πολιὸν, ὑμεναιόπτερον δὲ, οἷα ταῖς ἀκρίσι, καὶ τέττιξι, καὶ νυκτερίσι τὰ πτερά. τοιαῦτα ὄρνεα πολλὰ διατετρώκασι, οὐκ εὐπόρητον ἀπεργάζεται τὴν Λιβύην ἐκείνην. ὃ δὲ δὴ πάντων ἑρπετῶν δεινότατον, ὧν ἡ ψάμμος τρέφει, ἡ δίψας ἐστὶν, ὄφις οὐ πάνυ μέγας, ἐχίδνῃ ὅμοιος, ὃ δῆγμα βίαιος, τὸν ἰὸν παχὺς, ὀδύνας μὲν ἀληκτους ἐπάγων λύπης· ἐκκαῦσαι τε γὰρ, καὶ σήπει, καὶ πῖμπρησθαι ποιεῖ, C βοᾶσιν, ὥσπερ οἱ ἐν πυρὶ κείμενοι. ὃ δὲ μάλιστα καταπονοῦν, καὶ καταιτύχον αὐτοὺς, ἐκεῖνό ἐστιν, ὁμώνυμον πάθος τῷ ἑρπετῷ, δίψωσι γὰρ εἰς ὑπερβολήν. καὶ ὃ παραδοξότατον, ὅσῳπερ μᾶλλον πίνωσι, τοσούτῳ μᾶλλον ὀρέγονται τοῦ ποτοῦ. καὶ ἡ ἐπιθυμία πολὺ πλέον ἐπιτείνεται αὐτοῖς. οὐδὲ αὖ σβέσαι ποτὲ ὁ δίψος, οὐδ' ἂν τὸν Νεῖλον αὐτὸν, ἢ τὸν Ἴστρον ὅλον ἐκπιεῖν παράσχῃς, ἀλλὰ προσεκκαύσῃς ἐπιδοὺς τὸ νόσον, ὥσπερ

ὥσπερ αὐ εἴ τις ἐλαίῳ πῦρ κατασβεννύοι. λέγουσιν ἰατρῶν παῖδες σκεύλιον τιὼ αἰτίαν εἶναι, παχυὼ τὸν ἰὸν ὄντα, ἔπειτα δὲ ὑγρόμενον τῷ ποτῷ, ὀξυκίνητον γίγνεσθαι, ὑγρότερον, ὡς ὅ εἰκὸς, καθιστάμενον, καὶ ὅτι πλῆστον διαχεόμενον. ἐγὼ μὲν οὖν οὐδένα τοῦτο πεπονθότα εἶδον. μηδὲ, ὦ θεοὶ, ἴδοιμι οὕτω κολαζόμενον ἄνθρωπον. ἀλλ' οὖν ἐπέβαν τῆς Λιβύης ὅ τε δοκῶ πολλάκις, καὶ ποιῶν. ὑπογραμμα δέ τι ἤκουσα, ὅ μοι τῶν ἑταίρων τις ἔλεγεν αὐτὸς ὅτι τῆλυς αἰεγνωκέναι, ἀνδρὸς ὅτου ἀποθανόντος, ὃς ὁκ Λιβύης, ἔφη, ἀπιὼν ἐς Αἴγυπτον, παρὰ τιὼ μεγάλιον Σύρτιν ἐποιεῖτο τιὼ πορείαν· οὐ γὰρ εἶ ἄλλως. ἔνθα δὴ πάφῳ ὑπυχεῖν, παρὰ τιὼ ἠϊόνα, ἐπ' αὐτῷ τῷ κλύσματι, καὶ τῆλιν ἐφεστάναι, δηλοῦσθαι τὸν ὁλέθρου τὸν ἔμπροσθεν. κεκολάφθαι γὰρ ἐπ' αὐτῇ ἀνθρώπου μορφὴ τινα, οἷ τ' Ταντάλου γράφουσιν ὁ λίμνῃ ἑστῶτα, καὶ ἀρυόμενον τῷ ὕδατος, ὡς πίοι δῆθεν· ὅ θηρίον δὲ, τιὼ διψάδα ἐμπεφυκὸς αὐτῷ περιεστρέφθαι τῷ ποδί, καὶ τινας γυναῖκας ὑδροφορούσας ἅμα πολλὰς καταχεῖν ὅ ὕδωρ αὐτῷ. πλησίον δὲ ὠὰ κεῖσθαι οἷα τῶν στρουθῶν ὁκείνων, οὓς ἔφασαν θηρᾶν τοὺς Γαραμάντας. γεγράφθαι δὲ περὶ τοῦτο ἐπίγραμμα, οὐ χεῖρον δὲ καὶ αὐτὸ εἰπεῖν,

Τοῖα παθὼν, οἶμαι, καὶ Ταντάλου αἰθοπος ἰοὺς
Μηδαμὰ χειμάσας διψαλέην ὀδύνην·
Καὶ Δαναοῖο κόρας θεῖον πίδον ὁκ ἀναπλήσας,
Αἰὲν ἐπὼ πλώσας ὑδροφόρῳ καμάτῳ.

ἔτι καὶ ἄλλα ἔπη τέτραφάδι περὶ τῶν ὠῶν, καὶ ὡς ἀναιρούμενος αὐτὰ, ἐδήχθη. ἀλλ' ὁκ ἔτι μέμνημαι ὁκείνων. συλλέγουσι δὲ ἄρα τὰ ὠὰ, καὶ ἐκκενοδιάκασι περὶ αὐτὰ οἱ περίοικοι, οὐχ ὡς φαγεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ σκεύεσι χρῶνται κενώσαντες, καὶ ὁκπώματα ποιοῦνται ἀπ' αὐτῶν. ὁ γὰρ ἔχουσι κεφαλεύειν, διχᾷ ὅ φάλλιον περὶ τὴν γλῶ. εἰ δὲ καὶ μεγάλα θύρεθείη, καὶ πῖλοι γίγνονται δύο ὁκ τοῦ ὠοῦ ἑκάστου. ὅ γὰρ ἡμίτομον ἑκάτερον ἀποχρῶν τῇ κεφαλῇ, πῖλός ἐστιν.

quemadmodum si quis oleo ignem conetur extinguere. Eam verò incurabilis morbi causſam afferre ſolent medici: Venenum Dipſadis, cùm craſſum eſſe conſueuit, poſteaquam potu rigatum fuerit, cõtinuò mouetur atque incenditur, atq; etiã humidius, vt par eſt, redditur, & per omnia membra diffunditur. Ego verò neminem vnquam tali affectum morbo aut laborantem vidi: & faxint ſuperi, ne vnquam mihi contingat videre hominem his conflictantem cruciatibus. Sed ne omnino quidem vnquam ingreſſus ſum Libyam, & rectè mihi feciſſe videor. Porrò autem epigramma quoddam audiui, quod mihi vnus è familiaribus pro certo cõfirmabat ſeipſum legiſſe ſupra ſtatuam viri ad hunc modum fato functi: qui, vt aiebat, in Ægyptum iter faciens, magnã Syrtin præteribat: neque enim alia eò peruenien di via patet. Ibi in littore obiter ad ſepulcrum eſſe delatũ, ac propter fluxum ipſum adſtantem vidiſſe ſtatuam exitij rationem indicantem, quippe ſupra illam ſculptum eſſe hominem quendam, qualem ferè pingere ſolent Tantalum in media palude conſiſtentem, ac vndas haurientem, non aliter ac ſi biberet: beſtiolam autem, nempe Dipſada, illi inhærentem, ac pedi eius implicatam. Tum mulieres quaſpiam aquã ferentes, eadémque opera non paucas illi eandem potandam affundentes. Inſuper oua quoque adiecta conſpiciuntur, qualia ferè ſtruthionum illorum eſſe perhibentur, quos Garamantas venari ſuprà memorauí. Eſt autem epigramma aſcriptũ, quod & hîc referre non alienum eſſe opinor,

Talia paſſus erat quoque Tantalus Aethope cretus,
Qui nullo potuit fonte leuare ſitim.
Tale nec è Danaõ natas implere puellas
Aſſiduis vndis vas potuiſſe reor.

αἰθοπες ἴδς, Græcè; quod nigrum venenum ſignificat.

Erant adiecta adhuc & alia quatuor carmina de ouis, quemadmodum ea tollens à Dipſade percuſſus ſit: ſed illa memoriter non tenco. Itaque oua colligunt, eáque ſtudiosè gentes vicinæ indagant, non edendi tantùm gratia, ſed illis euacuatis pro vaſis & inſtrumentis vtuntur: plurimùm verò ex illis pocula præparant. Neque enim figulinam exercere poſſunt, propter terram arenoſam. Cæterùm magnis & capacibus inuentis, etiam pileos ex illis conficiunt, ſemper ex ouis ſingulis geminos: cuiuſque enim pars dimidia aptum & ſufficientem pileum præſtat tegendo capiti.

Ibi ergo iuxta oua dipſades inſidiosè excubant, tum accedẽtem quempiam mox ex arena prorepentes morſu infelicem feriunt. Ille verò ictus, illico incurabili morbo affectus, talia patitur, quæ paulò antè à me relàta ſunt, ſubinde bibens, ac vehementiùs ſitiens, cùm tamen nunquam ſedata ſiti repleri poſſit. Hæc per Iouem non in hoc à me dicta ſunt, vt ambitiosè cum Nicandro contenderem, neque vt vobis planum facerem, quàm non neglectui dederim Libycorũ ſerpentum noſſe naturas. Medicorum enim magis iſta laus eſt, quibus hæc neceſſariò comperta eſſe debent, vt in tali caſu egentibus opem ferre pro artis ſuæ profeſſione queant. At ego mihi videor (& per Phidiam ne iniquo feratis animo comparationem ferinam exiſtentem) non diſſimile quiddam erga vos pati, cuiuſmodi illi patiuntur grauiſſimè, qui morſu dipſadis percuſſi ſunt. Quo enim crebriùs ad vos itare ſoleo, hoc magis atque frequentiùs ad vos eundi me vexat cupiditas, & planè ſiti aduror intolerabili, videórque mihi tali nunquam expleri poſſe deſiderio: & quidem iure optimo. Vbi enim adeò claram & conſpicuam aquam poſſim conſequi? Quare ignoſcite, ſi & ego ictus animo, hoc morſu iucundiſſimo & ſaluberrimo prolixè & abundanter me impleo, capite, ſcaturienti ſubiecto fonticulo, dummodo me non deficiant vndæ à vobis influentes, néve effuſo audiendi ſtudio hiantem & ſitientem deſeratis. Nam quod ad meam erga vos ſitim attinet, nihil prohibebit ſubinde bibere. Etenim iuxta ſapientis Platonis ſententiam, Rerum venuſtarũ nulla eſt ſatietas.

A ἐκ δ' οἴνου λοχῶσιν αἱ δι ψάδες ὑπὸ τὰ ᾠά, κ' ἐπειδάν τις προσέλθῃ ὁ ἀνθρωπος, ἐκ τῆς ψάμμου ἐξερπύσασαι, δάκνουσι τὸν κακοδαίμονα· ὁ δὲ, παχὺ ἐκ ῥύα τὰ μικρὸν ἔμπροσθεν εἰρημένα, πίνων ἀεὶ, κ' μᾶλλον διψῶν, κ' πιμπλάμενος οὐδέποτε. Ταῦτα οὐ, μὰ Δία, πρὸς Νίκανδρον τὸν ποιητὴν φιλοτιμούμενος διεξῆλθον, οὐδ' ὅπως ὑμῖς μάθοιτε ὡς οὐκ ἀμελὲς γεγόνοταί μοι, φύσεις τῶν Λιβυκῶν ἑρπετῶν εἰδέναι, ἰατρῶν γὰρ ἂν μᾶλλον ὁ ἔπαινος εἴη, οἷς ἀναγκαῖον εἰδέναι ταῦτα, ὡς ἂν ἀμυνάσθαι αὐτὰ μετ' τῆς τέχνης ἔχοιεν. Ἀλλά μοι δοκῶ (κ' πρὸς Φειδίου μὴ δυσχεράνητε τὴν εἰκόνα θηριώδη οὖσαν) ὅμοιόν τι κ' αὐτὸς παθεῖν πρὸς ὑμᾶς, οἷ' ἐκεῖνοι πάσχουσι πρὸς ὃ ποτὸν οἱ δηχθέντες ὑπὸ τῆς δι ψάδος. ὅσῳ γὰρ αὖ ὀφτὶ πλέον πρόσω ἐς ὑμᾶς, τοσούτῳ μᾶλλον ὀρέγομαι τῆ πρόσω ματος, κ' ὁ δίψος ἄγχειν ὑπεκκαίεταί μοι, κ' ἔοικα οὐδ' ἐμπλήσεσθαί πο τε τῆ παύτου ποτῆ, κ' μάλα εἰκότως. πόθεν γὰρ ἂν οὕτω δίψαιεῖ τε κ' καθαρᾷ ὕδατι σοτύχοιμι; ὥστε σύγγνωτε, εἰ δηχθεὶς κ' αὐτὸς τὸν ψυχρὸν ἡδίστῳ τούτῳ κ' ὑγιεινοτάτῳ δήγματι, ἐμφορεῖσθαι χανδὸν, ὑποθεὶς τῷ κρουνῷ τὴν κεφαλήν· εἰ μόνον μὴ ὀπιλείπειν τὰ πρ' ὑμῶν ὀπιῤῥέοντα, μηδὲ χωθῆσθαι τὸν σπουδαῖον τῆς ἀκροάσεως, κεχηνότα ἐπὶ κ' δίψῶντα καταλιπεῖν· ὡς δίψους γε ἕνεκα τοὐμοῦ πρὸς ὑμᾶς, οὐδὲν ἂν σκώλυε πίνειν ἀεί. κατὰ γὰρ τὸν σοφὸν Πλάτωνα, Κόρος οὐδεὶς τῶν καλῶν.

ΔΙΑΛΕΞΙΣ ΠΡΟΣ ΗΣΙΟΔΟΝ.

DISSERTATIO CVM HESIODO.

Vincentio Obſopœo interprete.

ARGVMENTVM.

Cauillatio quædam poëtarum eſt, qua Heſiodum vanitatis atque mendacij coarguit, quòd cùm iactauerit ſe à Muſis accepiſſe munus hoc, vt carmine celebraret & preterita, & quæ futura eſſent, nihil de futuris, quod quidem extet, vaticinatus fuerit, ſiue hoc inuidia quadam fecerit, communicare nolens aliis quæ ipſe accepiſſet: ſiue vanitate aliqua, qua cùm nihil tale à Muſis didiciſſet, ad vulgus tamen huiuſcemodi de ſe iactarit. Ad hanc accuſationem fingitur poſtea Heſiodus reſpondere, ac primùm tranſlatione tueri ſeſe, qua cõmuniter poëtæ omnes vti ſolẽt, cauſſã eius rei in Muſas reiicĩedo, ſi quid nouum, aut incredibile, aut cuius euẽtus conſecutus nõ ſit,

carminibus ſuis fortè inſertum habeant. Nam id inſtinctu illo atque poëtico furore fieri, & multa ſepe, metrorum quoque gratia, dum in curſu opus eſt, eodem ſpiritu illo aſſumi, quorum ratio interdum reddi ſatis non poſſit. Deinde autem & abſolutè ſe defendere, recitando ex carminibus ſuis quædam, vbi futurorum rationem & prædictionem nonnihil attigerit. Quæ tamen iterum refutans Lucianus, poſteriora quidem oſtendit non ſatisfacere definitioni & officio vaticinandi, cùm quiuis agricola eiuſmodi quoque poſſit, qualia ille prædixit: priora autem, quæ de poëtico furore, & de Muſarum inſtinctu reſpondit, aliquo modo recipit. Porrò fabula vnde occaſio cauillationis huius nata eſt, in principio Theogoniæ habetur. Ibi enim de ſe ipſo ait Heſiodus, paſcenti ſibi ſub Helicone oues, aſtitiſſe Muſas, & dato ſceptro ex Lauro, inſpiraſſe canendi vim, ἵνα, inquit, κλείομαι τὰ ἐσόμενα τά τ' ἐοῦ μάκαρας, θεσπεσίην τ' ἀοιδήν, hoc eſt, vt carmine celebraret futura pariter & anteacta.

Αλλά ποιητὼ μὲν ἄειστον εἶναί σε, Ἡσίοδε, καὶ τῦτο παρὰ Μουσῶν λαβόν μετὰ τῆς Δάφνης αὐτός τε δι' αὐλῆς ἐν οἷς ποιεῖς. ἔνθα γάρ, καὶ σιμὰ πώματα, καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν οὕτως ἔχειν. σκοπῶ δὲ ἀπορήσας ἄξιον, τί δήποτε πρεσβυτάτων ὑπὲρ σαυτῦ, ὡς ἀφ' τῦτο λάβοις τὸ θεσπέσιον ἐκείνω μᾶλλον ᾠδὸν τῶν θεῶν, ὅπως κλείοις καὶ ὑμνοίης τὰ προελήλυθότα, καὶ θεσπίζοις τὰ ἐσόμενα. Δάτερον μὲν καὶ πάνυ ἐντελῶς ἐξενήνοχας· θεῶν τε γενέσεις διηγούμενος, ἄχρι καὶ τῶν πρώτων ἐκείνων, χάους, καὶ γῆς, καὶ οὐρανοῦ, καὶ ἔρωτος, ἔπι δὲ γυναικῶν ἀρετάς, καὶ παρανέσεις γεωργικάς· καὶ ὅσα περὶ Πλειάδων, καὶ ὅσα περὶ χειρῶν ἀρότου, καὶ ἀμήτου, καὶ πλοῦ, καὶ ὅλως, τῶν ἄλλων ἁπάντων. Δάτερον δὲ, καὶ ὃ χρησιμώτερον ἴσως τοῦ βίου παντός, καὶ θεῶν δωρεᾶς μᾶλλον ἐοικός, λέγω δὲ τὸ τῶν μελλόντων προαγορεῦσαι, οὐδὲ τὸ ἀρχὴν ἐξαπίφνης, ἀλλὰ ὃ μέρος τῦτο πρῶν, λήθη παραδέδωκας, οὐδαμοῦ τῆς ποιήσεως ἢ τὸν Κάλχαντα, ἢ τὸν Τήλεφον, ἢ τὸν Πολυΐδον, ἢ καὶ Φινέα μεμησάμενος, οἳ μηδὲ τῶν Μουσῶν τῦτου τυχόντες, ὅμως προεθέσπιζον, καὶ οὐκ ἀῶχνουν χρᾶν τοῖς δεομένοις. ὥστε ἀνάγκη σοι τῶν πολλῶν τῦτων αἰτιῶν μιᾷ γε πάντως ἐνέχεσθαι. ἢ γὰρ ἐψεύσω εἰ καὶ πικρὸν εἰπεῖν, οὐκ ὡς ὑπορρομένων σοι τῶν Μουσῶν τὰ μέλλοντα προλέγειν δύνασθαι, ἢ αἱ μὲν ἔδοσάν ὥσπερ ὑπεσχέροντο· σὺ δ' ὑπὸ φθόνου ἀποκρύπτῃς, καὶ ὑπὸ κόλπον φυλάττῃς τὴν δωρεάν, ἀ μεταδιδοὺς αὐτῆς τοῖς δεομένοις,

AT poëtam præſtantiſſimum eſſe te Heſiode, & hoc ipſum à Muſis vnà cum lauro te accepiſſe, cùm ipſe palàm in iis quę à te edita ſunt, indicas (ſunt enim diuina, & admirationis plena omnia, tum nos rem ita ſe habere conſtanter credimus. Illud tamen non iniuria nos incertet pendentes animi, quánam re de te ipſo prædicta, quaſi propter hoc diuinum illum cantum à deabus acceperis, vt celebrares ac laudibus illuſtrares præteriſta, & futura prædiceres. Quippe alterum excellenter admodum extuliſti, Deorum genealogiam percenſendo, ad vſque primos illos, nempe chaos, & terram, & cœlum, & amorem. Præterea autem heroidum matronarúmque virtutes, tum rei ruſticæ inſtituta: ad hæc quæcunque ad ortum & occaſum Vergiliarum, & arationis ac meſſis & nauigandi tempora attinent, breuiter, omnia alia pulcherrimè executus es. Alterius autem, quod & multo interuallo hominum vitæ erat accommodatius & vtilius, Deorúmque munificentiæ conuenientius, dico autem futurorum prædictionem, ne principium quidem attigiſti, verùm eam partem prorſus obliuioni traditam ſilentio inuoluiſti, nullo modo tua poëſi aut Calchanta, aut Telephum, aut Polyidum, aut Phinea imitatus: qui etſi vaticinandi peritiam à Muſis non ſunt conſecuti, multa tamen prædixerunt, nec eoſdem piguit reſpondere egentibus. Itaque harum trium cauſſarum vna te fuiſſe præpeditum & implicitum valde veriſimile eſt. Aut enim mentitus es, quanquam dictu acerbum hoc ſit, Muſas tibi fuiſſe pollicitas fore vt futura queas prædicere. Aut illæ quemadmodum pollicebantur, futurorum ſcientiam tibi præſtiterunt, tu verò inuidiæ morbo adductus, acceptum munus à virginibus celas, & in ſinu ſeruas conditum, neque illius egentes, participes reddere voluiſti.

Aut ea de re multa tibi conscripta sunt, A sed quæ nondum in lucem edidisti, haud scio in quodnam tempus aliud horum vsum promendum reseruans. Illud autem nullo modo ausim dicere, quòd cùm Musę duas res se tibi præstituras promiserint, alterum reddiderint, dimidium autem promissionis negando retractarint. Dico autem rerum futurarum cognitionẽ, máximè verò ista priores in promittendo partes obtinente. Itaq; hæc ipsa alicui ab alio potiùs quã à te perdiscenda sunt Hesiode. Valde enim cõsentaneum est, quẽadmodum Dei bonorũ largitores sunt, sic & nobis amicis atque discipulis vestris quàm verissimè iis de rebus certitudinem B exponere quæ vobis notę sunt, ac omni nos animi hæsitatione liberare. HESIO. Poteram equidẽ, ô bone, facile ac promptum responsum respondere super omnibus quæ me interrogasti, nimirum nihil eorum quæ mihi carminibus decantata sunt, meum esse, sed Musarũ. Et æquum fuerat, vt ab illis dictorum neque non omissorum rationem postulasses. Ego verò super iis quę mihi priuatim explorata sũt & cõperta, dico autem pecora pascẽdi & regendi, & à stabulis agendi, & mulgẽdi rationẽ, tum etiam si qua sunt alia pasto- C rum opera & officia, me rectissimè tueri posse: cęterùm ipsę deę sua munera quibuscunque voluerint, & quantum ea rectè tribui posse existimauerint, præstare consueuerunt. Neque enim opinor oportere à poëtis ad viuum vsque leuia quæque perscrutãtes postulare vt syllabatim omnia exactissimè & dicta & scripta sint. Et si in cursu poëseos aliquid per imprudentiã influens, poëtæ memoriam fefellerit, illud perpendere acerbũ est. Sed non ignorandũ est, nos poëtas metrorum & concinnitatis gratia nõnihil superuacuum interserere. Quædã verò ipsius car- D minis tenor sępenumero plana & polita existentia, haud scio quo modo recipiat. Atenim tu maximo quo præditi sumus bono nos violẽter dispolias, nempe libertate, ac ea qua in fingẽdo vtimur facultate. Alios equidẽ ornatus poëseos, quibus passim culta & compta est, non perspicis: palos autem & spinas quaspiã excerpis, ac ansas intentandæ sycophãtiæ studiosè rimaris. Atqui hoc tibi nõ soli studio est, neque me solũ insectaris, sed & alij non pauci eadẽ in Homero collega meo flagellant & calũniantur, impensè tenuia & extremè modica quæpiã calumniantes,

Quatenus poetarum dicta accipienda.

ἢ γέγραπται μὲν σοι καὶ τὰ τοιαῦτα πολλά, οὐδέπω δὲ αὐτὰ τῷ βίῳ παρέδωκας, οὐκ οἶδα εἰς ὃν καιρόν τινα ἄλλον ταμιευόμενος τὴν χρῆσιν αὐτῶν. ἐκεῖνο μὲν γὰρ οὐδὲ τολμήσαιμ' ἂν εἰπεῖν, ὡς αἱ Μοῦσαι δύο σοι παρέξειν ὑποσχόμεναι, τὸ μὲν ἔδοσαν, τῆς ἡμισείας δ' ἀνεκαλέσαντο τὴν ὑπόσχεσιν. λέγω δὲ τὴν τῶν μελλόντων γνῶσιν. καὶ ταῦτα, πρεσβυτέραν αὐτὴν οὖσαν τῶν ἑπτὰ ὑποσχεῖν. ταῦτα οὖν παρά τινος ἄλλου Ἡσίοδε, ἢ παρ' αὐτοῦ σοῦ μάθοι τις ἄν; πρέπον γάρ ἐστιν, ὥσπερ οἱ θεοὶ δοτῆρες ἑαυτῶν εἰσιν, οὕτω δὲ καὶ ἡμῖν τοῖς φίλοις καὶ μαθηταῖς αὐτῶν, μὴ πάσης ἀληθείας ἐξηγεῖσθαι πρὸς ὧν ἴστε, καὶ λύειν ἡμῖν τὰς ἀπορίας. ΗΣΙ. σὺν μὲν οἶ, ὦ βέλτιστε, ῥᾴδιον ἀπόκρισιν ἀποκρίνεσθαί σοι περὶ ἀπάντων, ὅτι μηδέν ὅστι τῶν ἐρραψῳδημένων ὑπ' ἐμοῦ, ἰδίᾳ ἐμόν, ἀλλὰ τῶν Μουσῶν. ἐξαρῶ σε πρὸς ἐκείνων τοὺς λογισμοὺς τῶν τε εἰρημένων καὶ τῶν παραλελειμμένων ἀπαιτεῖν. ἐγὼ δὲ ὑπὲρ μὲν ὧν ἰδίᾳ ἠπιστάμην, λέγω δὲ τὸ νέμειν, καὶ ποιμαίνειν, καὶ ἐξελαύνειν, καὶ ἐδάσασθαι, καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα ποιμένων ἔργα, καὶ μαθήματα, δίκαιος αὖ εἶμι ἀπολογεῖσθαι. αἱ δὲ δή, τὰς αὐτῶν δωρεὰς οἷς τε αὖ ἐτέλεσαν, καὶ ἐφ' ὅσον δοῦναι οἴονται καλῶς ἔχειν, μεταδιδάσιν. ὅμως δὲ, οὐκ ἀπορήσω πρὸς σὲ καὶ ποιητικῆς ἀφυολογίας· ἔμοιγε, οἶμαι, χρὴ πάντων τῶν ποιητῶν ἐς τὸ λεπτότατον ἀκριβολογουμένους, ἀπαιτεῖν κατὰ τὸν συλλαβὸν ἕκαστον ἀπηρτισμένα πάντως τὰ εἰρημένα. κἂν εἴ τι ἐν τῷ τῆς ποιήσεως δρόμῳ παρὰ ῥοῦν λάθῃ, πικρῶς τοῦτο ἐξετάζειν, ἀλλ' εἰδέναι ὅτι πολλὰ ἡμεῖς, καὶ τῶν μέτρων ἕνεκα, καὶ τῆς εὐφωνίας, ἐπεμβάλλομεν. τὰ δὲ, ὃ ἔπος αὐτὸ πολλάκις λέξαν ὄντα οὐκ οἶδ' ὅπως παρεδέξατο· σὺ δὲ, τὸ μέγιστον ὧν ἔχομεν ἀγαθῶν, ἀφαιρῇ ἡμᾶς, λέγω δὲ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τὴν ἐν τῇ ποιήσει ἐξουσίαν· καὶ τὰ μὲν ἄλλα, οὐχ ὁρᾷς ὅσα τῆς ποιήσεως καλά· σκινδαλάμους δὲ, καὶ ἀκανθάς τινας συλλέγῃς, καὶ λαβὰς τῇ συκοφαντίᾳ ζητεῖς. ἀλλ' οὐ μόνος ταῦτα σύ, οὐδὲ κατ' ἐμοῦ μόνου, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ ἄλλοι τὰ τοῦ ὁμοτέχνου τοῦ ἐμοῦ Ὁμήρου καταγινώσκουσι, λεπτὰ οὕτω κομιδῇ, καὶ μάλιστα μικρὰ ἄπτα διεξιόντες.

εἰδὲ ζῆν ὁμόσε χωρήσομαι τῇ αἰτίᾳ τὴν ἀποτείνειν ἀπολογίαν ἀπολογήσασθαι, ἀνάγνωθι, ὦ οὗτος, τὰ ἔργα μου, καὶ τὰς ἡμέρας. εὑρήσεις γὰρ ὅσα ἐν τῷ ποιήματι τούτῳ, μαντικῶς ἅμα καὶ προφητικῶς προειρημένα μοι, τὰς ἀποβάσεις προδηλοῦντα τῶν γε ὀρθῶς καὶ κατὰ καιρὸν προσταλμένων, καὶ τῶν παραλελειμμένων τὰς ζημίας. καὶ ὅ,

Οἵοισ δ' ἐν φορμῷ, παῦροι δέ σε θηήσονται,

καὶ πάλιν ὅσα ἀγαθὰ προσέσται τοῖς ὀρθῶς γεωργοῦσι, χρησιμωτάτην ἐν τῷ βίῳ μαντικὴν νομίζοιτο. ΛΥ. τοῦτο μὲν οὖν, ὦ θαυμάσιε Ἡσίοδε, καὶ πάνυ ποιμενικὸν εἴρηταί σοι, καὶ ἐπαληθεύειν ἔοικας τὴν τῶν Μουσῶν ἔμπνοιαν, αὐτὸς οὐδὲ ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ τῶν ἐπῶν δυνάμενος· ἡμεῖς δὲ, οὐ παρὰ σοῦ, καὶ τῶν Μουσῶν προσεμάθομεν. ἐπεὶ τά γε τοιαῦτα, πολὺ μαντικώτεροι ὑμῶν οἱ γεωργοὶ, καὶ ἄλλα μαντεύσαιντ' ἂν ἡμῖν προῒ αὐτῶν, ὅτι ὕσαντος μὲν τοῦ θεοῦ, βαθεῖαν ἔσαι τὰ δράγματα· ἰοῦ δὲ αὐχμὸς ἐπιλάβῃ, καὶ διψήσουσιν αἱ ἄρουραι, σὺν ἐμοὶ μηχανὴ μὴ οὐχὶ λιμὸν ἐπακολουθῆσαι τῷ δίψει αὐτῶν. καὶ ὅτι οὐ μεσοῦντος θέρους, χρὴ ἀροῦν, ἢ οὐκ ἂν τι ὄφελος γένοιτο, εἰκῇ συγχυθέντων τῶν σπερμάτων, σὺν δὲ ἀμᾶν χλωρὸν ἔτι τὸν στάχυν, ἢ κενὸν εὑρεθήσεσθαι τὸν καρπόν. οὐ μὴν οὐδ' ἐκφυομαντείας δεῖται, ὡς ἰοῦ μὴ καλύψῃς τὰ σπέρματα, καὶ θεράπων μακέλλιον ἔχων ὑποφοιτᾷ τῆς γῆς αὐλῖς, καταστήσεται τὰ ὄρνεα, καὶ προσκατεδεῖται τὴν ἅπασαν τοῦ θέρους ἐλπίδα. τὰ γὰρ τοιαῦτα, προαινέσῃς μὲν, καὶ ὑποθήσῃ λέγων, οὐκ ἂν τις ἁμάρτανοι. μαντικῆς δὲ, πάμπολυ ἀποδεῖν μοι δοκεῖ, ἧς ὄ ἔργον, τὰ ἄδηλα, καὶ οὐδαμῆ οὐδαμῶς φανερὰ προγιγνώσκειν. ὥσπερ ὅ τοῦ Μίνωϊ προφητεῦσαι, ὅτι ἐν τῷ τοῦ μέλιτος πίθῳ ὁ παῖς ἐστιν αὐτοῦ ἀποπνιγόμενος, καὶ ὅ τοῖς Ἀχαιοῖς προμηνύσαι τῆς Ἀπόλλωνος ὀργῆς τὴν αἰτίαν, καὶ τοῦ δεκάτου ἔτει ἁλῶσεσθαι ὅ Ἴλιον. ταῦτα γὰρ ἡ μαντικὴ. ἐπεὶ καὶ τὰ τοιαῦτα εἴ τις αὐτῇ ἀναπείθοι, οὐκ ἂν φθάνοι κἀμὲ μάντιν λέγων. προφερῶ γὰρ, καὶ προφανῶ, καὶ αὐδὴ Κασταλίας, καὶ δάφνης,

A Porrò autem si causſa cedentem me oporteat rectiſſimam in medium afferre defenſionem, age ô amice, perlege Operum & Dierum opus à me conſcriptum. Planè enim comperies quanta in eo ipſo poëmate è vatidico & prophetico ſpiritu prædicta ſint, ſucceſſus manifeſtante laborum rectè atque tempeſtiuè factorum, ac omiſſorum diſpendia. Et illud:

Demeſſas in corbe feres intra horrea fruges,
Et te ſpectabunt mirantes tritica pauci.

Ac rurſus quanta bona conſequantur rus & agros rectè & in tempore colentes. Et hoc ſanè vtiliſſimum in vita vaticinium eſſe exiſtimatur. L V C. Enimuero hoc, B ô admirande Heſiode, nimiùm paſtoraliter à te dictum eſt, & verè Muſarum inſpirationem mihi referre videris, quando ipſe verſiculos tuos aliter tueri nequeas. Nos autem eiuſmodi vaticinationem neque à te neque à Muſis expectabamus, quoniam talia longè certiùs noſtri nouerunt agricolæ, ac nobis de illis quàm optimè vaticinarentur, fore vt ſi Iupiter largis imbribus terram irrigarit, manipuli vberes prouenient: ſi Solis ardores ſata exuſſerint, & arua ſitierint, nihil obſtare quo minus & fames illorum ſitibundam ſiccitatem ſubſequutura ſit. C Tum quòd æſtate media terra aratro ſubigenda non ſit, propterea quòd nulla vtilitas arandi laborem exceptura ſit, effuſis temere ſeminibus. Neque ſpicas adhuc virides eſſe demetendas, quippe fructum inanem inuenturos eſſe ruſticos. Sed neque illud valde eget vaticinio, quòd niſi ſemina inuolueris, & miniſter raſtrum habens, terra obducat illa, auiculas aduolaturas, ac omnem futuræ meſſis ſpem intercepturas. Etenim talia ſi quis agricolarum adhortationes & documenta dixerit, haudquaquam à vero aberrabit: cæterùm à vaticinio mihi longè latéque eſſe videntur, cuius opus eſt, D obſcura ac nullo modo vſpiam apparentia præcognoſcere: exempli gratia quòd Minoi prædictum eſt, in vaſe mellis pleno eius filium ſuffocatum iri. Tum Achiuorum quoque proceribus, Apollinis iracundiæ cauſſam præſignificaſſe, & anno decimo fore vt Ilium captum à Danais excinderetur. Hæc equidem vaticinij officia ſunt peculiaria. At ſi quis & ea quæ tu iactas, illi adſcribere voluerit, & ille me quoque vatem rectiſſimè dicere poterit: prędicam enim & vaticinabor vel ſine aqua Caſtalia, & lauro,

& tripode Delphico, quòd si quis hyberno gelu sæuiente, & ad hæc Ioue pluente & grandinante nudus obambulauerit, hunc algor non modicus inuasurus est: & quod adhuc priorem vaticinij certitudinem longè exuperat, calores quoque hyberna frigora subsecuturos: aliáque id genus permulta, quorum meminisse valde ridiculum est. Quare eiusmodi & apologias & vaticinia missa facito: illud autem quod initiò dixisti, fortasse indignum non est suscipere: nempe quòd nihil eorum quæ abs te dicta sunt, noueris, sed afflatus quispiam diuinus suggessit tibi versiculos, neque ille admodum firmus existens. Siquidem quædam promissorum non plenè perfecta reddidit, quædam verò inabsoluta prorsus reliquit.

A καὶ τρίποδος Δελφικοῦ, ὅτι αὖ γυμνὸς τὸν κρύους τοιούτου τις, ὑόντος τοῦ Διὸς, καὶ χαλαζῶντος τὸ παράπαν, ἐπιὼν μικρὸς ὑπαντήσεται τῷ χειμῶνι τοιούτῳ. Ἢ ὅτι γε τούτου μαντικώτερον, ὅτι καὶ θέρμη μετὰ ταῦτα ὡς ὀλίγον ὑπολειφθήσεται, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα, ὧν γελοῖον αὖ εἶναι μεμνῆσθαι. ὥστε τὰς μὲν τοιαύτας ἀπολογίας, καὶ μαντείας, ἄφες. ἐκεῖνο δὲ, ὃ εἴρηκας ἐν ἀρχῇ, ἴσως τοῦ διαλόγου ἄξιον, ὡς οὐδὲν ἡδὺς τῶν λεγομένων, ἀλλά τις ἔμπνοια δαιμόνιος ἐνεποίησέ σοι τὰ μέτρα, καὶ πάνυ οὐδὲ ἐκείνη βέβαιος ὅσα. καὶ γὰρ αὖ τὰ μὲν ἐπετέλεσε τῶν ὑποσχημένων, τὰ δὲ ἀτελῆ ἀπελίμπανεν.

ΠΛΟΙΟΝ, ἢ ΕΥΧΑΙ.

NAVIGIVM, SEV VOTA.

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

Irridet hoc dialogo Lucianus cupiditates & stulta hominum vota, vt qui in iis rebus plerunque felicitatem ponant, eáque sibi expectant, quæ si ipsis contingant, plurimum & molestiæ & periculorum quoque interim habituri sint. Ita enim fingitur hic Adimantus primò diuitias, post hunc Samippus potentiam & imperium, postremus autem Timolaus voluptates, & quicquid mundo plausibile videtur, optare. Quorum omnium vota Lucianus ita confutat, vt ostendat quidquis potiùs quàm felicitatem in his rebus positam esse. Argumenti autem huius occasio à noua & inusitata nauis magnitudine nasci fingitur, quæ cùm fortè tum ex Aegypto frumentum in Italiam portaret, tempestatibus acta, Athenas in Piræum appulsa fuerat. Hanc cùm Adimantus (vt fingitur) conspicatus esset, & de numero frumenti quem portaret, déque annuo quæstu quem domino faceret, audisset, inita secum ratione, vt si tantos quotannis reditus ipse caperet, felicissimum ac beatissimum sese putaret, interim dum à Luciano ob stultitiam deridetur, cæteris quoque personis, optandi cuique quod vellet, occasionem ac facultatem præbet. Est ij, hæc veluti narratio quædam totius Dialogi. Ad quam antequam venitur, persona quoque Adimanti, & nauis magnitudo, & tempestuosum circa Chelidonias mare, dialogi gratia describuntur. Exordium à Timolai studio trahitur, qui ad famam nauis, à Corintho Athenas spectandæ eius gratia veniße fingitur. Eiusdem autem argumenti satyra quoque est apud Iuuenalem decima, in qua & ille suo more cupiditates & inania vota hominum insectatur.

LYCINVS, TIMOLAVS, SAMIPPVS, ET ADIMANTVS.

LYCINVS. AN non dixi quòd citiùs C latuerit vultures cadauer pridianum ac marcidum in propatulo positum, quàm spectaculum aliquod nouum & inopinatum, Timolaũ, etiamsi Corinthum illum oporteat sine respiratione curriculo abire? Quamobrẽ autem ita spectãdi cupidus es tu, & ad huiusmodi res adeò impiger?

ΥΚ ἐγὼ λεγον ὅτι θᾶττον τοὺς γύπας ἕωλος νεκρὸς ἐν φανερῷ κείμενος, ἢ θεαμά τι τῶν παραδόξων Τιμόλαον δηλαδὴ, κἂν εἰς Κόρινθον δέοι ἀπνευστὶ θέοντα ἀπιέναι; Διὰ τί δὲ οὕτω φιλοθεάμων σύ γε, καὶ ἄοκνος τὰ τοιαῦτα.

ΤΙΜ. τί γὰρ ἔδει ἢ ποιεῖν, ὦ Λυκῖνε, σχολὴν ἄγοντα, πυθόμενον ὅτως οὕτω μεγάλην ναῦν, καὶ ὥρα τοῦ μέτρου ἐς τὸν Πειραιᾶ καταπεπλευκέναι, μίαν τῶν ἀπ' Αἰγύπτου εἰς Ἰταλίαν σιταγωγῶν; οἶμαι γὰρ σφὼ, σέ τε καὶ Σάμιππον τουτονὶ, μὴ κατ' ἄλλό τι ἐξ ἄστεως ἥκειν, ἢ ἐφορμοῦντες τὸ πλοῖον. ΛΥ. νὴ Δία, καὶ Ἀδείμαντος ὁ Μυρρινούσιος εἵπετο μετ' ἡμῶν. ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπου νῦν ἐκεῖνός ἐστιν, ἀποπλανηθεὶς ἐν τῷ πλήθει τῶν θεατῶν. ἄχρι μὲν γὰρ τῆς νεὼς, ἅμα ἤλθομεν, καὶ ἀναβάντες ἐς αὐτὴν, σὺ μὲν, οἶμαι, Σάμιππε, παρῆς· μετὰ δὲ, ὁ Ἀδείμαντος ἐμὲ ἦγεν· εἶτ' ἐγὼ μετ' ἐκεῖνον ἐχόμενος αὐτοῦ ἀμφοτέραις. καί με δι' ὅλης τῆς ἀποβάθρας ὅλης προέπεμψε χειραγωγῶν, ὑποδεδεμένον, αὐτὸς ἀνυπόδητος αὐτὸς ὤν· ὃ ἀπὸ τούτου γ', οὐκ ἔτι αὐτὸν εἶδον, οὔτε ἔνδον οὔτε ἐπὶ κατελήλυθμεν. ΣΑ. οἶδα, ὦ Λυκῖνε, ὅπου ἡμᾶς ἀπέλιπεν, ὁπότε, οἶμαι, ὁ ὡραῖον ἐκεῖνο μειράκιον ἐκ τῆς θαλάμης προῆλθε, ὃ τὴν καθαρὰν ἐσθῆτα ἐνδεδυκὼς, ἀναδεδεμένον ἐς τοὐπίσω τὴν κόμην, ἐπ' ἀμφότερα τοῦ μετώπου ἀπηγμένην. εἰ τίνα ἐγὼ Ἀδείμαντον οἶδα, οἶμαι, γλαφυρὸν ὅτω ἐκεῖνος θέαμα ἰδὼν, μακρὰ χαίρειν φράσας τῷ Αἰγυπτίῳ ναυπηγῷ, πρὸς ἐκεῖνο ὥρμησε τὸ πλοῖον πρέσηκε δακρύων, ὡς τῷ εἰκότι· εὐδάκρυτος γὰρ ὁ ἀνὴρ ἐς τὰ ἐρωτικά. ΛΥ. καὶ μὴν καὶ πάνυ καλὸς, ὦ Σάμιππε, ὁ μειρακίσκος ἔδοξέ μοι, ὡς ἂν καὶ Ἀδείμαντον ἐκπλῆξαι, ᾧ τοσοῦτοι Ἀθήνησι καλοὶ ἔπονται, πάντες ἐλεύθεροι, σωμάλοι τὸ φθέγμα, παλαίστρας ἀποπνέοντες, οἷς καὶ τὰ δάκρυα σὺν ἀχλύϊ· εἰσὶ δὲ τοῖς μελάγχροις εἶδος, καὶ τὸ ὀφθαλμῶν λεπτὸς ἄγαν τοῖν σκελοῖν, καὶ ἐφθέγξατο ὀπισθορμητὸν τι, καὶ συνεχὲς, καὶ ὑπόζωον, Ἑλλωτὶ μὲν, ἐς δὲ πάτριον τῷ φόρῳ, καὶ τῷ τῆς φωνῆς τόνῳ. ἡ κόμη δὲ, καὶ ἐς τοὐπίσω ὁ πλόκαμος συνεσπειραμένος, οὐκ ἐλευθέριόν φησιν αὐτὸν εἶναι. ΤΙΜΟΛ. τοῦτο μὲν εὐγενείας, ὦ Λυκῖνε, σημεῖόν ἐστιν Αἰγυπτίας, ἡ κόμη. ἅπαντες γὰρ αὐτοῖς οἱ ἐλεύθεροι παῖδες αἰωρὰ πλέκονται, ἕως τε ὡρὸς ὁ ἐφηβικὸν

A ΤΙΜΟΛ. Quid enim aliud conueniebat facere quoque, Lycine, cùm otium alioqui agerem, audito nauem adeò ingentem, & mensuram omnem excedentem, in Piræum appulsam esse, vnam videlicet earum quibus ex Ægypto in Italiam frumentum importari solet? Arbitror autem & vos; te videlicet & Samippum hunc, non ob aliam causſam ex vrbe huc progressos esse, quàm vt nauigium hoc videretis. LYC. Per Iouem, & Adimantus quoque Myrrhinusius vnà nobiscum. Sed nescio vbinam ille nunc sit, inter multitudinem spectatorum alicubi errans. Nam vsque ad nauem quidem vnà venimus, & ascendentes in ipsam, tu quidē opinor Samippe præibas, sequebatur autem Adimantus: deinde ego post illum, vtrisque ipsum manibus apprehendens. Ac me per totas scalas subuehebat ille, manu ducens, subligatum crepidis, cùm ipse absque calceis incederet. Sed postea non amplius ipsum vidi, neque intus in naui, neque postquam iterum descendimus. SAMIP. Nosti Lycine vbi nos reliquit ille? Quando opinor formosus ille adolescentulus ex interiore parte nauis progrediebatur, niueo ac puro amiculo indutus, religata post tergum coma, ad vtranque frontis partem reducta. Proinde si ego Adimantum rectè noui, arbitror venustum ac dulce adeò spectaculum conspicatum, longum valere iusſo Ægyptio fabricatore, per nauigium circumcirca præeunte, adstitisse lacrymantem, quemadmodum consueuit. Admodum enim procliuis ad lacrymas homo est, quod ad amores attinet. LYC. Atqui non adeò formosus, Samippe, adolescens ille mihi visus est, vt etiam Adimantum velut attonitum in se conuerteret, quem tot subinde Athenis formosi sectantur, ingenui omnes, loquendo garruli, & palæstram spirantes, quibus etiam illacrymari non ignauum est. Hic autem præterquam quòd colore fusco est, etiam labia habet prominentia, & gracilia nimis crura, loquiturque dissolutum & incompositum quiddam continuatis & agglomeratis inter se verbis, Græce quidem, sed ad patrium morem concitato strepitu, & inflexo vocis accentu. Coma autem & ille post tergum conuolutus capillus, haudquaquam liberum esse ipsum arguit. TIMOLAVS. Hoc quidem nobilitatis signum, Lycine, est Ægyptiacæ, coma videlicet. Cuncti enim illorum pueri ingenui capillum à tergo collectum gerunt, vsque dum ex ephebis excedunt.

Pallenem hic pagum Atticum accipio.

quemadmodum & Pallenæ maiores no-
ſtri, quibus pulchrum videbatur comam
nutrire ſenes quoque, redimitos crobylli
textura, ſub aurea cicada religata. SAM.
Euge Timolaë, quòd nos commonefacis
Locus eſt in primo Thucydidis, vbi de coloniis ob tranſitum χειροήκων ἐπιλημμένων.
Thucydidis commentariorum, quæque
in proœmio de veteri noſtra luxuria dixit
ille in Ionibus, quando illi tum vnà cum
cæteris in coloniam miſſi fuere. TIM. At
nunc demum in mentem mihi venit Sa-
mippe, vbi à nobis relictus fuerit Adimã-
tus, quando videlicet iuxta malum ali-
quandiu ſtetimus ſurſum ſpectantes, nu-
merantes coria alia aliis ſuperimpoſita, &
mirantes aſcendẽtem per funes nautam,
deinde per antennam ſupernè tutò adeò
currentem, apprehenſis antennarum cla-
uis ſeu cornibus. SAM. Rectè dicis: quid
igitur oportet facere nos hîc? vtrùm ex-
pectare ipſum? an vis vt ego ad nauigium
iterum abeam? TIM. Nequaquam, ſed
pergamus. Nam veriſimile eſt præteriiſſe
illum iam, recipientem in vrbem ſeſe,
poſtquam nos ampliùs inuenire non po-
tuit. Quòd ſi minùs, at viam ſaltem no-
uit Adimantus: neque metuendum eſt
ne à tergo relictus, à nobis ſeducatur.
LYC. At videte ne agreſte nimis fuerit,
relicto poſt nos amico, ipſos hinc abire.
Sed eamus tamen, ſi idem hoc Samippo
quoque videtur. SAM. Atque admodũ
videtur, ſi fortè apertã adhuc palæſtram
deprehẽdere poſſimus. Sed interea dum
ſermones cedimus, quãta nauis hæc? cen-
tum & viginti cubitos in longitudinem
porrecta, latitudine autẽ ſupra quartam
maximè partem menſuræ huius patens.
Tum à ſummis foris ad fundum vſque,
quà profundiſſima eſt, eo loci videlicet
quò ſentina defluit, nouem & viginti cu-
bitos alta. Præterea autem quãtus malus,
quantámq. ſuſtinet antennam? quanto
A Videbis enim inflammari ipsum denuo prorsus, & vicissim insanire vero pacto. IOES. At ne dixeris quidem, apage. Vt ego excludam Lysiam? Vtinam ne ipse à me deficiat modò. PYTH. At rursus huc reuertitur. IOES. Perdidisti nos, Pythias: fortassis audiit te de exclusione verba facientem. LYS. Non huius caussa, Pythias, huc reuersus sum, vt quam ne aspexero quidem ampliùs, talis cùm sit, sed tua gratia, vt ne damnares me, ac diceres fortè, Irreconciliabilis hic Lysias est. PYT. Atque equidem dixissem Lysia. LYS. Ferre igitur me vis Pythias Ioëssam hanc, quæ nunc la-
B crymatur, cùm ipse superuenerim ei aliquando cum adolescente concumbenti, & à me desciscenti? PYTH. Lysia, in vniuersum quidem meretrix est. Cæterùm quando verò deprehendisti ipsos concumbentes? LYS. Sextus, ni fallor, dies hic est, per Iouem, sextus vtique: fuit enim secunda mensis incipientis, hodie verò eiusdem septima est. Pater igitur cùm sciret me iam olim amare, probam hanc scilicet, conclusit me domi, dato ianitori mandato, ne aperiret. Ego verò (non enim ferebam ab huius con-
C gressu prohiberi me) Dromonem iussi, acclinantem muro atrij, qua parte humillimus erat, in tergum recipere me. Nam hoc pacto minore negotio ascensurus eram: quid multis opus est? trāscendi, veni, atrium offendi occlusum diligēter: iam enim nox erat media. Itaque neque pulsaui tum, sed attollens sensim ianuam (iam autem & antea idem aliquoties feceram) transuersum acto cardine, tacitè ac sine tumultu ingressus sum. Dormiebant autem omnes, atque ego exinde contrectato pariete (vt fit in tenebris) super lectum adstiti. IOES. Quid narras, ô
D Ceres? propè enim deficio. LYS. Postquā autem animaduertebā non vnum esse anhelitum: principiò quidem putabam Lyden cum ipsa vnà dormire, cæterùm aliter multò res erat, Pythias. Nam vbi contrectare cœpi, deprehendi imberbem quendam, admodum tenerum, ad cutem vsque detonsum, vnguenta etiam ipsum olentem. Hoc vbi sensi, si quidem & gladium veniens mecum attulissem, non ita quiessem tum, sat scitote. Quid ridetis Pythias? an verò risu digna dicere vobis videor? IOES. Hoccine igitur Lysia acerbum adeò tibi fuit? Pythias hæc mecū dormiebat. PYT. Ne dicas illi, Ioessa.

IOES. Cur non dicam? Pythias erat, ô chariſſime, à me accerſita tum, vt vnà mecum dormiret. Ægrè enim erat mihi quòd te non habebam. LYS. Pythias autem? ille ad cutem vſque detonſus? atque exinde intra ſex dies hoſce tantam iterum produxit comam? IOES. Ex eo cùm morbo laborauit, tonſa eſt, Lyſia: defluxerant enim illi tum crines, nunc autem fictitiam comam impoſuit. Oſtende Pythias, oſtende ita rem habere ſe, ac fidem illi fac. Ecce tibi aduleſcentulum iſtum mœchum, quem zelotypia proſequebaris. LYS. Quid igitur? an non conueniebat hoc? præſertim amantem, & qui ipſe contrectauerat? B IOES. Proinde tu quidem iam perſuaſus es vt credas. Vis autem & ipſa viciſſim tibi ægrè faciam, vt quæ meritò viciſſim iraſcar tibi? LYS. Nequaquam, ſed bibamus iam, Pythiáſque hæc vnà nobiſcum. Æquum enim eſt adeſſe ipſam reconciliationi faciendæ. IOES. Aderit. Qualia autem propter te paſſa ſum, ô generoſiſſime aduleſcentum Pythias? PYT. At idem ipſe reconciliaui quoque vos: quare non eſt cur mihi ſuccenſeas, niſi iſtud quæſo vide Lyſia, ne cui de coma quicquam dixeris.

ΑΙΟΕΣΣΑ. τί μὴ λέγω; Πυθιὰς ἰώ, φίλτατε, μεταπεμφθεῖσα ὑπ' ἐμοῦ, ὡς ἅμα καθευδοίμην. ἐλυπούμην γὰρ σὲ μὴ ἔχουσα. ΛΥΣ. Πυθιάς, ὁ σὺ χρῷ κεκαρμένος; εἶτα δι' ἕκτης ἡμέρας αὐτὸς ὁμοσε τοσαύτην κόμην; ΙΟΕΣΣΑ. ἀπὸ τῆς νόσου ἐξυρήσατο, ὦ Λυσία· ὑπορρέον γὰρ αὐτῇ αἱ τρίχες, νῦν δὲ καὶ τὴν πυκίνην ἐπέθετο. Δεῖξον, ὦ Πυθιάς, δεῖξον οὕτως ὄν, πεῖσον αὐτόν. ἰδοὺ δ' μειρακιον ὁ μοιχὸς, ὃν ἐζηλοτύπεις. ΛΥΣ. οὐκ ἐχρῆν οὖν, ὦ Ιόεσσα, καὶ ταῦτα, ἐρῶντα, ἐφαπτόμενον αὐτόν; ΙΟ. οὐκοῦν σὺ μὲν ἤδη πέπεισαι, βούλῃ δὲ αὐτὴν ὀργιζομένην δικαίως σοι καὶ αὐτὴ ὀργίζωμαί σε καὶ αὐτῇ; ΛΥΣΙΑΣ. μηδαμῶς, ἀλλὰ πίνωμεν ἤδη, καὶ Πυθιὰς μὲν ἡμῖν. ἄξιον γὰρ αὐτὴν παρεῖναι ταῖς συνουσίαις. ΙΟΕΣΣΑ. παρέσται. οἷα πέπονθα δι' σὲ, ὦ γυναικοπλὴξ νεανίσκων Πυθιάς. ΠΥΘ. ἀλλὰ καὶ διήλλαξα ὑμᾶς ὁ αὐτός. ὥστε μή μοι χαλέπαινε. πλὴν δεινὰ ὄρα, ὦ Λυσία, μή τινι εἴπῃς περὶ τῆς κόμης.

ΛΕΟΝΤΙΧΟΣ, ΧΗΝΙΔΑΣ ΚΑΙ ΥΜΝΙΣ.

LEONTICHVS, CHENIDAS ET HYMNIS.

IN pugna autem contra Galatas, dic C Chenida quo pacto ipſe quidem ante cæteros equites curſu prævectus fuerim, equo inſidens candido, Galatæ autem, tametſi fortes alioqui bellatores, trepidarint continuò vbi aſpiciebant me, neque quiſquam ampliùs ſubſiſtere ſuſtinuerit. Ibi igitur tum ego lancea quidem emiſſa transfixi præfectum alæ ipſorum vnà cum equo. Contra eos autem, qui conferti adhuc reſiſtebant (erant enim nonnulli qui perſiſtebant, phalange quidem ſoluta, in quadrangulam autem aciem aggregatis ipſis) progreſſus, arrepto gladio, ac to- D tis animis facto in illos impetu, in fugam quidem conuerto circà ſeptem eorum qui in prima acie pugnabant, equi incurſu: gladio autem impacto manipularii vnius ducis caput in duas partes diſſeco vnà cum ipſa galea. Vos autem Chenida paulò pòſt ſuperueniſtis, fugientibus iam illis. CHEN. Nam cùm, Leontiche,

ΕΝ δὲ τῇ πρὸς τοὺς Γαλάτας μάχῃ εἰπέ, ὦ Χηνίδα, ὅπως μὲν προεξήλασα τῶν ἄλλων ἱππέων ὅτι τῷ ἵππου τῷ λευκῷ, ὅπως δὲ οἱ Γαλάται, καίτοι ἀλκιμοι ὄντες, ἔτρεσαν θᾶττον ὡς εἶδόν με, καὶ οὐδεὶς ἔτι ἔστη. τότε τοίνυν ἐγὼ, τὸν μὲν λόγχην ἀκοντίσας, διέπειρα τὸν ἵππαρχον αὐτῶν, σὺν τῷ ἵππῳ, ὅτι δὲ ὁ στρατηγὸς ἔτι αὐτῶν (ἦσαν γάρ τινες, οἳ ἔμενον ἀφαλύσαντες μὲν τὴν φάλαγγα, ἐς πλαίσιον δὲ στραγγόντες αὐτοὺς) ὅτι τοῦτις ἐγὼ ἀπασάμενος τὸν ἀνδρεῖον, ἅπαντι τῷ θυμῷ ἐπελάσας, εἰς τρία μὲν ἴσον ἑπτὰ τοὺς πρώτους αὐτῶν τῇ ἐμβολῇ τοῦ ἵππου τῷ ξίφει δὲ κατανεύσων, διέτεμον τὸν λοχαγὸν ἑνὸς, ἐς δύο τὴν κεφαλὴν αὐτῷ κράνει. ὑμεῖς δὲ, ὦ Χηνίδα, μετ' ὀλίγον ἐπέστητε ἤδη φεύγουσιν. ΧΗ. ὅτε γὰρ, ὦ Λεόντιχε,

περὶ Παφλαγονίαν ἐμονομάχησας τῷ Σατράπῃ, οὐ μεγάλα ἐπεδείξω καὶ τότε; ΛΕ. καλῶς γ' ἐμνησας οὐκ ἀγνοῦς δ' ἐκείνης τῆς παρόξεως. ὁ γὰρ Σατράπης μέγιστος ὢν, ὁπλομάχων ἄριστος δοκῶν εἶναι, καταφρονήσας τῶν Ἑλλήνων, παρῆλθεν εἰς τὸ μέσον, παρεκαλεῖτο εἴ τις ἐθέλοι αὐτῷ μονομαχῆσαι. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι κατεπεπλήγεσθαν, οἱ λοχαγοὶ, καὶ οἱ ταξίαρχοι, καὶ ὁ ἡγεμὼν αὐτὸς, καίτοι οὐκ ἀγνὼς ἀνδρεῖος ὤν. Ἀρίσταρχος γὰρ ἡγεμὼν ἡγεῖτο Αἰτωλὸς, ἀκοντιστὴς ἄριστος, ἐγὼ δὲ ἐχιλιάρχουν ἔτι, ὀλιγωρήσας δ' ὅμως καὶ τοὺς ἑταίρους ὑπελαμβανομένους ἀποστρόμβους. ἐδεδοίκεσαν γὰρ ἐμοῦ ὁρῶντες ἀποστίλβοντα μὲν τὸν βάρβαρον ὑπαργύροις τοῖς ὅπλοις, μέγαν τε, καὶ φοβερὸν ὄντα τὸν λόφον, καὶ κεκαθάρνοντα τῷ λόγχῃ. ΧΗ. καὶγὼ ἔδεισα τότε, ὦ Λεόντιχε, καὶ οἶδα ὡς εἰχόμην σου δεόμενος, μὴ παρακινδυνεύειν, ἀδίωτα γὰρ ἐμοὶ σοῦ ἀποθανόντος. ΛΕ. ἀλλ' ἐγὼ ὀλιγώρησας, προῆλθον εἰς τὸ μέσον, οὐ χείρων τοῦ Παφλαγόνος ὡπλισμένος, ἀλλὰ παγχρύσους καὶ αὐτός. ὥστε βοὴ εὐθὺς ἐγένετο καὶ παρ' ἡμῶν, καὶ παρὰ τῶν βαρβάρων· ἐγνώεισάν με γὰρ κἀκεῖνοι ἰδόντες ἀπὸ τῆς πέλτης μάλιστα, καὶ τῆς φαλάρων, καὶ τοῦ λόφου. εἰπὲ, ὦ Χαιρίδα, τίνι με ποθ' ὅτε εἰκάζον; ΧΗ. τίνι δὲ ἄλλῳ, ἢ Ἀχιλλῆ, νὴ Δία, τῷ Θέτιδος καὶ Πηλέως; οὕτως ἔφρεπε μέν σοι ἡ κόρυς, ἡ φοινικὶς δὲ ἐπέκνη, καὶ ἡ πέλτη ἐμαρμάρυρεν; ΛΕΟΝΤ. ἐπεὶ δὲ συνέξημεν, ὁ βάρβαρος πρότερος πατάξας με, ὀλίγον ὅσον ὑπολαύσας τοῦ δόρατος, μικρὸν ἄνω τοῦ γόνυ· ἐγὼ δὲ διελάσας τὴν ἀσπίδα τῇ ἀριστερᾷ, παίω διαμπὰξ εἰς τὸ στέρνον, εἶτ' ὑπεδραμὼν, ἀπεδυσάμενος τῇ ἀριστερᾷ ῥᾳδίως, καὶ τὰ ὅπλα ἔχων, ἐπανῆλθον, ἅμα καὶ τὸν κεφαλὸν ὑπὸ τῆς ἀριστερᾶς πεπηγῶτα κομίζων, κελευομένου τοῦ φόνου. ΥΜΝ. ἄπαγε, ὦ Λεόντιχε, μηδὲ ταῦτα καὶ φοβερὰ πρὸς σαυτὸν διηγοῦ, καὶ οὐκ αὖ ἔτι σε οὐδὲ προσβλέψαί τις, οὕτω χαίροντα τοῦ λύθρου, καὶ οὐχ ὅπως συμπίοι,

A circa Paphlagoniam ſingulari prælio cum ſatrapa illo congreſſus es, an non tum quoque præclarum facinus ac magnum edidiſti? LEONT. Pulchrè commonuiſti facinoris haudquaquã etiam illius ingenerosi. Nam ſatrapa ipſe cùm corpore quidem eſſet maximus, inter grauis autem armaturæ milites pugnator haberetur optimus, cõtemptis videlicet Græcis, in medium proſiliebat, ac prouocabat ſi quis cum ipſo ſingulari prælio decertare vellet. Ibi igitur tum cæteri quidem perculſi atque perterriti erant, Manipulatij videlicet, Præfecti, & Centuriones, & ipſe etiam Imperator, quanquam B homo eſſet minimè alioqui ingenerosus aut ignauus. Nam Ariſtarchus tum imperator exercitũ ducebat, Ætolus, idémq; iaculator optimus. Ego verò tribunatum adhuc tum gerebam, ſed tamen nihilominus fidens animo, & dimotis à me ſociis, qui me increpando retinebant. Metuebant enim mihi, aſpiciẽtes Barbarum quidem ipſum reſplendentẽ armis inauratis, magnam autẽ atque terribilem indutum galeam, & prẽterea lanceam quoque vi multa librãtem. CHE. Nimirum ego quoque tum metui, Leontiche, & C ſcis quo pacto inſtabam tibi precando, ne præ aliis periculo committere te velles. Nam mihi vita hæc ingrata futura erat te morte amiſſo. LEON. At ego tum præ cæteris auſus, proceſſi in medium, nõ peiùs neq; ipſe Paphlagone illo armatus, ſed totus adeò auro collucens. Quare clamor ſtatim coortus eſt & à noſtra parte, & à barbaris. Agnoſcebant enim etiã illi me videntes, & maximè ex pelta, & phaleris, & criſtis. Dic quæſo Chenida, cuínam me tum omnes aſſimilabant? CHE. Cui autem alteri, quàm Achilli, per Iouem, Thetidis & Pelei filio? ita decebat quidem te galea, efflorebat autem purpura: pelta verò etiam fulguris modo coruſcabat? LEONT. Poſtquam autem ad manus ventum eſt, Barbarus D ille prior vulnerat me modicè, quaſi perſtringens haſta paulum ſupra genu. Ego verò adacta per clypeum lancea, totum vtrinque pectus illius trãſverbero: atque exinde accurrens, ceruicem quoque gladio amputo facilè: armáque illius referẽs inde redeo, caput quoque vnà ſumma fixum lancea portãs, cæde videlicet lotus ac madens. HYM. Apage Leontiche, fœda ſceleratáque hęc, atque adeò horribilia de te ipſo narras: neque verò te ampliùs ne aſpexerit quidem aliquis, cruore ac tabo ita gaudentem, nedum bibat tecum,

aut concumbat. Ego certè igitur hinc abeo. LEON. Quin duplam accipe mercedem. HYMN. Non potero cum viro cædibus polluto concúbere. LEON. Ne metuas, Hymni. Nam illa tum in Paphlagonia gesta sunt. nunc autem pacem hîc agò. HYMN. At homo deuotus & execrabilis es, & cruor ex capite Barbari illius, quod in lancea fixum portabas, in te destillabat. Egóne igitur vt talem virum amplectar & osculer? absit, ô Charites: neque enim iste talis carnifice melior. LEON. At verò si me vidisses in armis, sat scio, amasses Hymni. HYMN. Audiens solùm hæc, Leontiche, nauseo, atque horreo, ipsásque illas vmbras videre mihi videor & simulacra occisorum, & præcipuè miseri illius manipularij præfecti, cuius tu caput in duas partes dissecuisti. Quid putas igitur si ipsum opus aspicerem, & cruorem manantem, & iacentium cadauera? Emoritura certè mihi videor, vt quæ nunquam ne gallum quidem gallinaceum occidi viderim. LEON. Adeóne autem ingenerosa Hymni es, & pusillanimis? Ego verò oblectatum iri te putabam audiendis istis. HYM. At huiusmodi narrationibus oblecta si quas Lemniades inueneris, aut Danaides. Ego autem hinc ad matrem curriculò abibo, dum adhuc dies est. Sequere & tu Gramme. Tu verò vale, Tribunorum optime, & occisor, quotquot etiam volueris. LEON. Mane quæso, Hymni, mane. Abiit. CHEN. Nempe Leontiche puellam simplicem territasti, concutiendo cristas, & incredibilia quædam præclarè facta commemorando. Ego verò statim videbam quo pacto expallescebat, cùm tu adhuc illa quę circa manipularium facta essent, narrares: contrahebátque vultum, & exhorrebat aliquantum, postquam etiam dissecuisse te caput illius dicebas. LEON. At ego me illi amabiliorem eò visum iri putabam. Sed & tu me perdidisti, Chenida, qui vltra hæc etiam de singulari certamine submonuisti. CHEN. An nõ decebat me quoque mentiri tecum, quando caussam arrogantiæ istius videbam? Tu verò longè terribiliora omnia fecisti. Esto enim amputaris infelicis istius Paphlagonis caput, cur idem etiam lanceæ affixisti, ita vt cruor in te destillaret? LEON. Vnum hoc impurum ac detestabile re vera, Chenida. Nã cætera quidem non omnino malè conficta fuerant.

A ἢ συγκοιμηθοίη. ἔγωγε οὖν ἄπειμι. ΛΕ. διπλάσιον ἀπόλαβε ὃ μίσθωμα. ΥΜΝ. οὐκ αὖ γυναικείαμαι ἀνδροφόνῳ συγκαθεύδων. ΛΕ. μὴ δείδιθι, ὦ Υμνί· ἐν Παφλαγόσιν ἐκεῖνα πέπραγται, νῦν δὲ εἰρηνεύω ἄγω. ΥΜΝ. ἀλλ' ἀναγνὸς ἀνθρωπος εἶ, καὶ ὃ αἷμα κατέσταζέ σου ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ βαρβάρου, ὦν φέρεις ὅτι τῇ ἀκίδι, εἶτ' ἐγὼ τοιοῦτον ἄνδρα περιβαλῶ, καὶ φιλήσω; μὴ, ὦ Χάριτες, γένοιτο. οὐδὲν γὰρ οὗτος ἀμείνων τοῦ δημίου. ΛΕΟΝΤ. καὶ μὴν εἴ με εἶδες ἐν τοῖς ὅπλοις, οἶδα, ἠράσθης ἄν. B ΥΜΝ. ἀκούουσα μόνον, ὦ Λεόντιχε, ναυτιῶ, καὶ φρίττω, καὶ ἐκεῖνας μοι δοκῶ ὁρᾶν, καὶ τὰ εἴδωλα τῶν πεφονευμένων, καὶ μάλιστα τοῦ ἀθλίου λοχαγοῦ, ἐς δύο τῷ κεφαλῷ διηρημένου· τί οἴει, ὃ ἔργον αὐτὸ καὶ τὸ αἷμα εἰ θεασαίμην, καὶ νεκροὺς τοὺς νεκρούς; ἀκμαιότατον γάρ μοι δοκῶ, οὐδ' ἀλεκτρυόνα πώποτε φονευόμενον εἶδον. ΛΕ. οὕτως ἀγεννὴς, ὦ Υμνί, καὶ μικρόψυχος εἶ; ἐγὼ δὲ ὡμὸν ἠθέσθαί σε ἀκούουσάν. ΥΜΝ. ἀλλὰ τέρπου τοῖς διηγήμασι τούτοις, εἴ τινας Λημνιάδας ἢ Δαναΐδας λέγοις. ἐγὼ δ' ἀποτρέχω τῆδε τῷ μητέρα, ἕως ἔτι ἡμέρα ἐστὶν, ἕπου καὶ σύ, ὦ Γραμμί· σὺ δὲ ἐρρῶσο χιλιάρχων ἄριστε, καὶ φονεῦ, ὁπόσων ἂν ἐθέλῃς. ΛΕ. μεῖνον, ὦ Υμνί, μεῖνον. ἀπελήλυθε. ΧΗ. σὺ γὰρ, ὦ Λεόντιχε, ἀφελῆ παιδίσκην κατεφόβησας, ἀπιστίων λόφους, καὶ ἀπιθάνους ἀριστείας διεξιών· ἐγὼ δὲ ἐώρων ὑμᾶς ὅπως χλωρὰ ἐγένετο, ἐπὶ σοῦ τὰ κατὰ τὸν λοχαγὸν ἐκεῖνα διηγουμένου, καὶ συνέσταλε τὸ πρόσωπον, καὶ ἀνέφριξεν, ἐπεὶ καὶ ὅλα κάτω τῷ κεφαλῷ ἔφης. D ΛΕΟΝΤ. ὡμὸν ἐρασμιώτερος αὐτῇ φαίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ σὺ μὲ παρεσκεύασας, ὦ Χιωνίδα, ὃ μονομάχιον ἀποβαλών. ΧΗ. οὐκ ἐδόκει γὰρ συνεπιψεύδεσθαί σοι, ὁρῶντα τῷ αἰτίαν τῆς ἀλαζονείας; σὺ δὲ πολὺ φοβερὸν αὐτὸ ἐποίησας. ἔστω γὰρ, ἀπέτεμες τοῦ κακοδαίμονος Παφλαγόνος τῷ κεφαλῷ, τί καὶ κατέπηξας αὐτῷ ἔτι τῆς αἰσίσης, ὥστε σου καταῤῥεῖν ὃ αἷμα; ΛΕ. τοῦτο μιαρὸν, ὡς ἀληθῶς, ὦ Χιωνίδα, ἐπεὶ τἄλλα γε ἄλλως συνεπέπλασο.

ἄπιθι δ' οὖν, καὶ πεῖσον αὐτὸν συγκαθευδήσουσάν. ΧΗ. λέγω οὖν ὡς ἐψεύσω ἅπαντα, ὑμναίος αὐτῇ δόξαι βουλόμενος; ΛΕ. αἰσχρόν, ὦ Χελιδά. ΧΗ. καὶ μὲν οὐκ ἄλλως ἀφίξεται. ἐλοῦ τοίνυν θατέρου, ἢ μισεῖσθαι ἀρίστευς εἶναι δοκῶν, ἢ καταψεύδη μὲν Ὑμνίδος, ἐψεῦσθαι δ' ὁμολογῶν. ΛΕ. χαλεπὰ μὲν ἄμφω· αἱρήσομαι δ' ὅμως τὸν Ὑμνίδα. ἄπιθι οὖν, καὶ λέγε, ὦ Χελιδά, ἐψεῦσθαι μέν, μὴ πάντα δέ.

A Abi igitur, ac persuade illi vt redeat, mecúmque dormiat. CHEN. Quid igitur? dicámne quòd omnia ista mentitus fueris, dum generosus ipsi videri affectas? LEON. Turpe hoc, Chenida. CHEN. At verò alio pacto non redibit facilè. Proinde alterum ex his elige, vt vel odio habearis, dum præclarus bellator videri cupis: vel mentitum esse te ista confitearis, & cum Hymnide dormias. LEON. Difficile sanè vtrunque est, sed tamen Hymnidem habere malo. Abi itaque, ac dic illi, Chenida, mentitum quidem esse me, non tamen omnia.

ΔΩΡΙΩΝ ΚΑΙ ΜΥΡΤΑΛΗ.
DORIO ET MYRTALE.

ΝΥΝ με ἀποκλείεις ὦ Μυρτάλη; νυνῖ, ὅτε πένης ἐλήλυθα δι' σέ; ὅτε δέ σοι τὰ τοσαῦτα ἐκόμιζον, ἐρώμενος, ἀνήρ, δεσπότης, πάντ' ἦν ἐγώ. ἐπεὶ δ' ἐγὼ μὲν αὖος ἤδη ἀκριβῶς, σὺ δὲ τὸν Βιθυνὸν ἔμπορον σύρηκας ἐραστήν, ἀποκλείομαι μὲν ἐγώ, καὶ πρὸ τῶν θυρῶν ἔστηκα δακρύων, ὁ δὲ, τὴν νύκτα φιλήσας, καὶ μόνος ἔνδον ὢν ἐστι, καὶ πάνυ χίζεται, καὶ κυσὶν φῆς ἀπ' αὐτοῦ. ΜΥΡ. ταῦτά με ἀποπνίγει Δωρίων καὶ μάλιστα, ὁπόταν λέγῃς ὡς πολλὰ ἔδωκας, καὶ πένης γεγόνασι δι' ἐμέ, λόγους γοῦν ἅπαντα ἐξ ἀρχῆς, ὁπόσα μοι ἐκόμισας. ΔΩ. ἄγε, ὦ Μυρτάλη, λογισώμεθα· τὰ μὲν ὑποδήματα ἐκ Σικυῶνος ὃ πρῶτον δύο δραχμῶν· πίθει δύο δραχμάς. ΜΥΡ. ἀλλ' ἐκοιμήθης νύκτας δύο. ΔΩ. καὶ ὁπότε ἦκον ἐκ Συρίας, ἀλάβαστρον μύρου ἐκ Φοινίκης, δύο τε τοῦτο δραχμῶν, νὴ τὸν Ποσειδῶ. ΜΥΡ. ἐγὼ δέ σοι ἐκ πλέοντι, ὃ μικρὸν ἐκεῖνο χιτώνιον, ὃ μέχρι τῶν μηρῶν, ὡς ἔχοις ἐρέττων, Ἐπικούρου τοῦ πρεσβυτέρου ἐκλαθομένου αὐτὸ πρὸ ἡμῶν, ὁπότε ἐκάθευδε πρὸ ἐμοί. ΔΩ. ἀπέλαβεν αὐτὸ γνωρίσας ὁ Ἐπικούρου πρόπαππος ἐν Σάμῳ μετὰ πολλῆς γε, ὦ θεοί, τῆς μάχης. κρόμμυα δὲ ἐκ Κύπρου, καὶ σαπέρδας πέντε, καὶ πέρκας τέσσαρας, ὁπότε κατεπλεύσαμεν ἐκ Βοσπόρου, ἐκόμισά σοι. τί οὖν; καὶ ἄρτους ὀκτὼ ναυτικοὺς ἐν γυρσάθῳ, ξηροὺς, καὶ ἰσχάδων βίκον ἐκ Καρίας, εἶτα ὕστερον ἐκ Πατάρων, σανδάλια ἐπίχρυσα, ὦ ἀχάριστε.

B Nvnc me excludis scilicet Myrtale? nunc, quando ad inopiam perueni propter te? At quando tam multa ad te afferebam; amator, vir, dominus, denique nihil non eram. Posteaquam igitur ego quidē exhaustus ac siccus planè iam, tu verò Bithynū istum mercatorem inuenisti, qui te amet, ego quidē excludor, & ante fores sto lacrumās: illē autē tota nocte osculatur, & solus intus est, & quasi quoddam sacrum peruigiliū tecum peragit, iámq; etiam prægnantem ex eo esse te ais. MYR. Ista me enecant, Dorio, & C maximè quādo dicis quòd multa dederis mihi, & ad inopiam propter me redactus sis. Rationē igitur subduc quæso omniū eorum quę iā inde à principio ad me attulisti. DO. Rectè sanè, Myrtale, subducamus rationē. Principiò igitur calceos attuli tibi Sicyonios, duarum drachmarū pretio: pone duas drachmas. MYR. At cōcubuisti quoque noctes duas. DOR. Et quando ex Syria veniebā, alabastrum vnguenti ex Phœnicia, duarum etiam istud drachmarum, ita me seruet Neptunus. MY. At ego tibi, cū hinc nauigares, paruam illā tuniculā dedi ad femora vsque demissam, quò remigādo vtereris, quā Epiurus proreta, quādo dormierat mecū, per obliuionē hīc intus relīquerat. DO. Verùm cognitam illam in Samo nuper à me rursū abstulit Epiurus, non sine multo (prò dij) certamine. Cepas autem ex Cypro, & saperdas quinq; & percas quatuor, quādo ex Bosporo nauigauimus, attuli tibi quoque. Quid ergo? etiam panes octo nauticos in cānistro, siccos, & cortinam caricis plenam ex Caria, & postea ex Pataris sandalia inaurata, ô ingrata.

Etiam caſeum aliquando memini afferre me tibi ex Gythio. MYR. Quinque fortaſſis drachmarum, Dorio, omnia hæc. DOR. O Myrtale, quantum equidem potui, homo nauta, & mercede operam nauibus locans. Nunc enim etiam lateri præfectus ſum dextero, & tu nos contemnis? Nuper autē quando Aphrodiſia celebrabantur, an non drachmam quoque ante pedes Veneris pro te poſui auream? & rurſum matri pro calceamentis drachmas numeraui duas, & Lydæ huic in manum aliquoties, nunc duos, nunc quatuor obolos? Hæc omnia in vnum computata, ſubſtantia certè viri nauitæ fuerunt. MYR. Cepæ illæ videlicet, & ſaperdæ, Dorio? DOR. Ita certè. Neque enim plura aut maiora ferre potui. Non enim remis locarem operam, ſi diues forem. Cæterùm matri meę ne caput quidem vnum allij vnquam attuli. Libenter autem ſcirem, quænam tibi à Bithyno iſto dona darentur. MYR. Principiò tunicam hanc vides? eam ille emit, & monile hoc craſſius. DOR. Illéne? An non ego te iam olim habere norã? MYR. At quod tu noras, multo tenuius erat, neq; vllos ſmaragdos habebat. Deinde & inaureis has, & tapetem. Nuper autem etiam duas minas. Et penſionē domus quoque pro nobis exoluit, non ſandalia Patarica, & caſeum Gythiacum, & id genus nugas. DOR. At illud non dicis, cum quali ipſo concumbas, qui annos omnino ſupra quinquaginta natus vxorem duxit, caluus videlicet, & colore ſimilis carabo? Neque etiam dentes illius vides? Nam gratiæ quidem, ô Dioſcuri, illius multæ, & præcipuè quoties cantat, & delicatior paulo eſſe cupit, aſinus ad lyram, vt dici ſolet. Sed tu fruere eo, digna vtique exiſtens, ac puer vobis naſcatur patri ſimilis. Ego verò etiam ipſe inueniam Delphidem aut Cymbalium aliquam, meæ conditionis, aut etiam vicinam veſtram hanc tibicinam, aut omnino vllam aliquam. Tapetas autem, & monilia, & duarum minarum mercedem nō omnes habemus. MYRT. Beatam igitur illam, quæ te amatorem habebit Dorio. Cepas ſiquidem illi feras ex Cypro, & caſeum ſcilicet quando ex Gythio nauigabis.

Id eſt, Veneris feſta, vel ſacra.

καὶ τυρόν ποτε μέμνημαι τὸν μέγαν ἐκ Γυθίου. ΜΥΡ. πέντε ἴσως δραχμῶν, ὦ Δωρίων, ταῦτα πάντα. ΔΩ. ὦ Μυρτάλη, ὅσα ναύτης αὐθέφπος ἐδυνάμην, μισθοῦ ὅτι πλέων· νῦν γὰρ ἤδη τάχου ἄρχω τῆς δεξιᾶς, καὶ σὺ ἡμᾶς ὑπεροφᾷς; πρῴην δὲ ὁπότε Ἀφροδίσια ἦν, ἀγχὶ δραχμῶν ἔθηκα πρὸς τῶν ποδῶν Ἀφροδίτης σοῦ ἕνεκεν χρυσῆν, καὶ πάλιν τῇ μητρὶ εἰς ὑποδήματα δύο δραχμάς, καὶ Λυδῇ ταύτῃ πολλάκις εἰς τὴν χεῖρα, νῦν μὲν δύο, νῦν δὲ τέτταρας ὀβολούς; ταῦτα πάντα συντεθέντα, οὐσία ναύτου ἀνδρὸς ἦν. ΜΥΡ. τὰ κρόμμυα, καὶ οἱ σαπέρδαι, ὦ Δωρίων; ΔΩ. ναί, οὐ γὰρ εἶχον πλείω κομίζειν, οὐ γὰρ ἂν ἠρέτουν, εἴγε πλουτῶν ἐτύγχανον· τῇ μητρὶ δὲ οὐδὲ κεφαλίδα μίαν σκόροδου ἐκόμισα πώποτε· ἥδεως δ' ἂν ἔμαθον ἃ τινά σοι παρὰ τοῦ Βιθυνοῦ τὰ δῶρα. ΜΥΡ. ταυτὶ πρῶτον ὁρᾷς τὸ χιτώνιον; ἐκεῖνος ἐπρίατο, καὶ τὸν ὅρμον τὸν παχύτερον. ΔΩ. ἐκεῖνος; ἤδειν γάρ σε πάλαι ἔχουσαν. ΜΥΡ. ἀλλ' οὐκ ἤδεις, πολὺ λεπτότερος ἦν, καὶ σμαράγδους οὐκ εἶχε. καὶ ἐλλόβια ταυτί, καὶ δάπιδα· καὶ πρῴην, δύο μνᾶς. καὶ ὃ ἐνοίκιον κατέβαλεν ὑπὲρ ἡμῶν, οὐ σανδάλια Παταρικά, καὶ τυρὸν Γυθιακὸν, καὶ φλυαρίας. ΔΩ. ἀλλὰ ἐκεῖνο οὐ λέγεις, οἵῳ ὄντι συγκαθεύδεις αὐτῷ; ἔγημε γὰρ τὰ πεντήκοντα πρῶτος, ἀναφαλαντίας, καὶ τὴν χροιάν, οἷος κάραβος. οὐδὲ τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ ὁρᾷς; αἱ μὲν γὰρ χάριτες, ὦ Διοσκόρω, πολλαί, καὶ μάλιστα ὁπότ' ἂν ᾄδῃ, καὶ ἀβρὸς ἐθέλῃ, ὄνος αὐλουμένῳ φασίν. ἀλλὰ ὄναιο αὐτοῦ, ἀξία γε οὖσα, καὶ γένοιτο ὑμῖν παιδίον ὅμοιον τῷ πατρί, ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸς εὑρήσω Δελφίδα, ἢ Κυμβάλιόν τινα τῶν κατ' ἐμέ, ἢ τὴν γείτονα ὑμῶν τὴν αὐλητρίδα, ἢ πρῴτως τινά. δαπίδας δὲ καὶ ὅρμους, καὶ μυρία μισθώματα, οὐ πρῶτες ἔχομεν. ΜΥΡ. ὦ μακαρία ἐκείνη, ἤ τις ἐραστὴς σε, ὦ Δωρίων, ἕξει. κρόμμυα γὰρ αὐτῇ οἵους ἐκ Κύπρου, καὶ τυρὸν, ὅταν ἐκ Γυθίου καταπλέῃς.

ΚΟΧΛΙΣ ΚΑΙ ΠΑΡΘΕΝΙΣ.

COCHLIS ET PARTHENIS.

ΤΙ δακρύεις, ὦ Παρθενὶ, ἢ πόθεν κα- A
ταγάζας τοὺς αὐλοὺς φέρῃς; ΠΑΡ. ὁ στρατιώτης ὁ Αἰτωλὸς ὁ μέγας, ὁ Κροκάλης ἐρῶν, ἐπάταξέ με, αὐλήσαντα ἐν τῇ Κροκάλῃ, ἅτε τῆς αἰτησαμένου αὐτὴν Γόργου μεμισθωμένου, καὶ τοὺς τε αὐλοὺς μου συνέτριψε, καὶ τὴν τράπεζαν μεταξὺ δειπνούντων ἀνέτρεψε, καὶ τὸν κρατῆρα ἐξέχεεν ἐπεισπαίσας· καὶ τὸν μὲν ἀγενέστατον σκῶφον τὸν Γόργον, ἀπὸ τοῦ συμποσίου καταπάσας τῶν τριχῶν, ἔπαιον τοιοῦτοι ὄντες αὐτός τε ὁ στρατιώτης (Δεινόμαχος, οἶμαι, καλεῖται) καὶ ὁ συστρατιώτης αὐτοῦ. ὥστε B
οὐκ οἶδα εἰ βιώσεται ὁ ἄνθρωπος, ὦ Κοχλὶ, αἱμά τε γὰρ ἔρρυη πολὺ ἀπὸ τῶν ῥινῶν, καὶ τὸ πρόσωπον ὅλον ἐξώδηκεν αὐτοῦ, καὶ πελιδνόν ἐστιν. ΚΟ. ἐμανη ὁ ἄνθρωπος, ἢ μέθη τις ἦν, καὶ παροινία τὸ πρᾶγμα; ΠΑΡ. ζηλοτυπία τις, ὦ Κοχλὶ, καὶ ἔρως ἔκτοπος· ἡ Κροκάλη δὲ, οἶμαι, δύο τάλαντα αἰτήσασα, εἰ βούλεται μόνος ἔχειν αὐτήν· ἐπεὶ μὴ ἐδίδου ὁ Δεινόμαχος, σκῶφον μὲν ἀπέκλασεν ἥκοντα, προσαράξασά γε αὐτῷ τὰς θύρας, ὡς ἐλέγετο· τὸν Γόργον δὲ C
Οἰνοέα τινὰ γεωργὸν ὑπέρεργον ὄντα πολλοῦ ἐρῶντα, καὶ χρηστὸν ἄνθρωπον προσιεμένη, ἔπινε μετ' αὐτοῦ, κἀμὲ προὐβάλετο αὐλήσουσάν πρὸ αὐτῆς. ἤδη δὲ προκεχωρηκότος τοῦ πότου, ἐγὼ μὲν ὑπεξέρχομαι τὴν Λυδίων, ὁ γεωργὸς δὲ ἤδη ἀΐσσατο ὀρχησόμενος· ἡ Κροκάλη δὲ σκεύοτει, καὶ πάντα ἐν ἡδέα· ἐν τοσούτῳ δὲ κτύπος ἠκούετο, καὶ βοὴ, καὶ ὁ αὐλὸς ἠράστετο, καὶ μικρὸν ἐπεισέπεσον ὅσον οὐκ τὼ νεανίσκω, μάλα καρτεροί· καὶ ὁ Μεγαρεὺς ἐν αὐτοῖς· διὸ δὴ D
ἀνετέραττο πάντα, καὶ ὁ Γόργος, ὡσπερ ἔφην, ἐπαίετο, καὶ ἐπατεῖτο χαμαὶ κείμενος. ἡ Κροκάλη δὲ, οὐκ οἶδ' ὅπως ἔφη, ὑπεκφυγοῦσα πρὸς τὸν γείτονα Θεσπιάδα. ἐμὲ δὲ ῥαπίσας ὁ Δεινόμαχος, Ἐκφθείρου, φησὶ, καταγάζας μοι τοὺς αὐλοὺς προσείπας. καὶ νῦν ἀπέρχομαι φράσουσα ταῦτα τῷ δεσπότῃ.

QVid ploras Partheni? aut vnde fractas hasce tibias affers? PAR. Miles Ætolus iste magnus, qui Crocalen amat, alapis cecîdit me, cùm deprehendisset canentem apud Crocalen, à riuale suo Gorgo cõductam, idémque tibias hasce fregit mihi, ac mensam inter cœnandum euertit, craterémque effudit quoque irrumpens: ipsum autem agrestem illum Gorgum ex symposio capillis abstractum, verberarunt circunstantes, ipse miles (Dinomacho, opinor, nomen illi est) & commilitonum ipsius alter quidam. Quare equidem nescio an superuicturus etiam homo sit. Nam illi pariter & cruor multus è naribus manabat, & tota facies eius intumuerat, ac liuida erat. COC. Quid? insaniitne homo, an hæc temulentia quædam fuit, & ex ebrietate insolentia? PAR. Zelotypia quædam Cochli fuit, amórque adeò enormis. Crocale autem duo, opinor, talenta poposcerat ab eo, si se solam habere vellet. Ea igitur postquam Dinomachus non dabat, ipsum quidem venientem exclusit, illisa illi etiam ianua, quemadmodum ferebatur: Gorgum autem, Oenoënsem quendam agricolam prædiuitem, iam diu ipsam amantem, hominem videlicet facilem ac probum, intromittens, potabat cum eo, me quoque assumpta, vt tibia canerem apud ipsos. Cæterùm cùm iam procederet conuiuium, ego quidē personare cœpi carmen quoddam Lydij generis, ac toni: rusticus autem ille surgebat iam vt saltaret, & Crocale autem etiam manibus applaudebat, omniáque adeò iucunda ac suauia erant. Interea verò strepitus exauditur, & clamor quidam, ianuáque domus exterior effringitur. Nec multo pòst irruerunt adolescentes quasi octo, admodum robusti ac validi, & Megarensis ille vnà inter ipsos. Illico igitur euertebantur omnia, & Gorgus, quemadmodum dixi, verberabatur, humíque iacens etiam pedibus proculcabatur. Crocale autē, nescio quo pacto, clàm subduxerat sese, & ad vicinā Thespiadem effugerat. Mihi verò Dinomachus inflictis alapis, Dispereas, inquit, & simul tibias cõfractas abiecit. Et nunc currens abeo vt hæc dicam hero meo.

Abit autem & agricola, circunſpecturus amicos quoſpiam in vrbe, qui Megarenſem illũ magiſtratibus tradant. COCH. Hoc nimirum eſt frui militaribus iſtis amoribus, plagas & actiones ſuſtinere: cætera verò, Duces eſſe ſe & Tribunos iactitant, & ſi quid dandum ſit, Expecta, aiunt, dum tributum conferatur, dúmque ipſe ſtipendium accipiam, atque omnia tibi conficiam. Pereant itaque arrogantes iſti iactatores. Nam ego certè rectè facio, quæ ipſos penitus non admitto. Piſcator mihi quiſpiam obueniat, aut nauita, aut agricola, æqualis conditionis, qui adulari ſciat parum, & afferat multum. Criſtas autem concutientes iſti, & prælia commemorantes, nihil aliud, Parthenì, quàm inanes crepitus.

A ἀφίξεται ὁ γεωργὸς ὀψόμενός τινας φίλους τῶν ἀστικῶν, οἱ παραδώσουσι τοῖς ταρυτήρεσι τὸν Μεγαρέα. ΚΟ. Τοῦτ' ἔστιν ἀπολαῦσαι τῶν στρατιωτικῶν τούτων ἐρώτων, πληγαί, καὶ δίκαι· τὰ δὲ ἄλλα, ἡγεμόνες εἶ καὶ χιλίαρχοι λέγοντες, ἐὰν τι δοθῶσι δέῃ, Περίμενον φασὶ τὸν συντάξιν, ἔστ' ἂν ἀπολαύσω τῆς μισθοφορᾶς, καὶ ποιήσω πάντα. ἀπιτείσθωσαν δ' οὖν ἀλαζόνες ὄντες· ἐγὼ γοῦν οὐ ποιῶ, μὴ προσιεμένων αὐτῶν ὃ παράπαν, ἁλιεύς τις ἐμοὶ γένοιτο, ἢ ναύτης, ἢ γεωργὸς ἰσότιμος, κολακεύειν εἰδὼς μικρά, καὶ κομίζων πολλά. οἱ δὲ τοὺς λόφους σείοντες οὗτοι, καὶ μάχας διηγούμενοι, φόφοι, ὦ Παρθενί.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΕΡΕΓΡΙΝΟΥ ΤΕΛΕΥΤΗΣ.

DE MORTE PEREGRINI.

Vincentio Obſopœo interprete.

ARGVMENTVM.

Inſectatur hìc Lucianus (id quod aliàs quoque libenter facit) arrogantiam & inſanam gloriæ cupiditatem, præcipuè philoſophorum, vt cuius gratia plerique omnia audeant, neque quicquam intentatum relinquant. Atque eius rei exemplum, Peregrini huius mortem deſcribit, qui vt famam aliquam ſui relinqueret, in Olympiis conſtructo rogo, ſeipſum in ignem vltro conieceret, atque ita extinxerit. Quanquam autem potiſsimùm ea commemorat, quæ circa mortem illius acta ſunt, id quod etiam inſcriptio ac titulus pollicentur, interim tamen & vitam eiuſdem & facinora perſequitur, à quibus progreſſus ille, ad hoc genus ſtudiorum poſtremò ſeſe contulerit, & hoc ſub aliena perſona, & qua ipſum etiam modum & cauſſam mortis, in qua præcipuè nitebantur ſectatores illius, refellit ac refutari facit, nimirum vt eam inuidiam à ſeipſo remoueret. Apparet enim illis tum temporibus Peregrini nomen non ita leue aut vile apud multos fuiſſe, præſertim imperitiores, quibus facti huiuſce nouitas admirationem incuſſerat, quemadmodum & ex A. Gellio animaduertere licet, qui ipſe quoque honorificam illius mentionem facit libro. xii. cap. xi. Videturque omnino Stoica quædam animi pertinacia, vitæque tædio mortem vltro ſibi conſciuiſſe, quemadmodum & alios quoſdam eiuſdem profeſſionis viros feciſſe aliquando legimus. Sed quòd idem hoc in Olympijs potiſsimùm, & frequentiſsimo hominum conuentu fecit, ambitionis argumentum præ ſe fert, ac reprehenſioni locum dedit. Et eſt ſanè eiuſmodi res, ambitio, vt multos eò dementiæ adigat, vt dum gloriam nimis auidè captant, in ſummam interim temeritatem & infamiam præcipitentur, nihil neque penſi neque moderati habentes, dummodo famam tantopere ambitam poſt ſe relinquant: cuiuſmodi Proteos vtinam nec noſtra ætas quoſdam tuliſſet, ἀλλὰ τοῦτον Καμαρίνην μὴ κινητέον, φασί. Cæterùm fuit hic Peregrinus, philoſophus quiſpiam ex ſcucrioribus illis Stoicæ diſciplinæ profeſſoribus (Lucianus Cynicum videri vult) patria Parianus, ex Ponto, temporibus Traiani viuens, æqualis Epicteto, Dioni, Muſonio, & cæt. quem ſe Gellius vidiſſe quoque ait Athenis extra vrbem in tugurio quodam habitantem. A principio Chriſtianorum quoque religionem aliquandiu ſecutus fuit, ſed mox ad philoſophiam relapſus, ab illis, vt Luciano placet, propter ritus ipſorum neglectos atque præteritos repudiatus.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΣ ΚΡΟΝΙΩ ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

LVCIANVS CRONIO SALVTEM.

Ὁ Καινοδαίμων Περεγρῖνος, ἢ (ὡς αὐτὸς ἥδιστα ὀνομάζων ἑαυτὸν) Πρωτεύς, αὐτὸ δὴ τοῦτο ὃ τῷ Ὁμηρικῷ Πρωτεῖ ἔπαθεν· ἀπόρρητα γὰρ δόξης ἕνεκα ὑπομένων, καὶ μυρίας ἐφ' ἁπὰς περιπόλησας, τὰ τελευταῖα καὶ πῦρ ἐνέμεινε· τοσούτῳ ἄρα τοῦ ἔρωτος τῆς δόξης εἶχε. Καὶ νῦν ὁ κάλλιστος ἀπανθρακωταί σοι ὁ βέλτιστος καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα, πρὸ ὅσου ὁ μὲν καὶ δοκεῖν ἐπειρᾶτο ἐμβαλὼν ἑαυτὸν εἰς τοὺς κρατῆρας· ὁ δὲ ὑπαίδας σοῦ τοῦ πολυαινέτου τοῦ Ἑλληνικοῦ παντὸς μαρτύρων πλήσας, πυρὰν ὅτι μεγίστην νήσας, ἐπεπήδησεν, ὅτι τοσούτων μαρτύρων, καὶ λόγους τινὰς ὑπὲρ τούτου εἰπὼν πρὸς τοὺς Ἕλληνας, ὀλίγῳ πρὸ πολλῶν ἡμερῶν τοῦ ἁλμήματος. πολλὰ τοίνυν δοκῶ μοι ὁρᾶν σε γελῶντα ὅτι τῇ κορύζῃ τοῦ γέροντος. μᾶλλον δὲ καὶ ἀκούω σοῦντος, οἷά σε εἰκὸς βοᾶν, ὦ τῆς ἀβελτηρίας, ὦ τῆς δοξοκοπίας, ὦ τοῦ ἄλλων ἀλέξαι εἰδέναι μόνου πρὸς αὐτοῦ. σὺ μὲν οὖν πόρρω ταῦτα, καὶ μακρῷ ἀσφαλέστερον. ἐγὼ δέ, ὥσπερ ὁ πῦρ αὐτό, καὶ ἔτι πρότερον ἐν πολλῷ πλήθει τῶν ἀκροατῶν εἶπον αὐτά. οἰκτίρων μὲν ἀνθρώπων, ὅσοι ἐθαύμαζον τοῦ ἀπόνοιαν τοῦ γέροντος. ἦσαν δέ τινες, οἳ καὶ αὐλοὶ ἐγέλων ἐπ' αὐτῷ, ἀλλ' ὀλίγου δεῖν, ὥσπερ τοῦ Κυνικοῦ ἐγὼ σοι διεσπάσθην, ὡς ὁ Ἀκταίων ὑπὸ τῶν κυνῶν, ἢ ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ ὁ Πενθεὺς ὑπὸ τῶν Μαινάδων. οἷ δὲ πᾶσα τοῦ πράγματος διαφορά, τοιάδε ἦν· τὸν μὲν ποιητὴν οἷα δὴ οἷός τε ἦν, καὶ ἡλίκα ἐπαγωγὰ πρὸ ὅλου τοῦ βίου, ὑπὲρ τὸν Σοφοκλέα, καὶ τὸν Αἰσχύλον. ἐγὼ δ' ἐπεὶ τάχιστα εἰς τοῦ Ἤλιν ἀφικόμην, διὰ τῶν γυμνασίων αὐτῷ ἐπήκουον ἅμα Κυνικοῦ τινος, μεγάλῃ καὶ τραχείᾳ τῇ φωνῇ τὰ συνήθη ταῦτα, καὶ ἐκ τριόδου τὸν ἀρετὴν διαβοῶντος, καὶ ἅπασιν ἁπλῶς λοιδορουμένου, εἶτα κατέληξεν αὐτῷ ἡ βοὴ ἐς τὸν Πρωτέα· καὶ ὡς ἂν οἷός τε ὦ, πειράσομαί σοι αὐτὰ ἐκεῖνα ἀπομνημονεῦσαι, ὡς ἐλέγετο.

I Nfelix ille Peregrinus, aut (quo nomine potissimùm delectari visus est se ipse nominãdo) Proteus, illud ipsum Homerici Protei passus est: nihil enim non gloriæ gratia fieri sustinuit: cúmque infinitis mutationibus trãsformatus esset, postremùm ignis quoque factus est. vsque adeò gloriæ cupiditate tenebatur. Et nunc optimus ille in carbones & fauillas redactus est, post Empedoclem, nisi quòd hic temerarium facinus celare conatus, clanculum in cratêras se dedit præcipitem: porrò generosus ille populosissimo Græcorum conuentu obseruato, ingentissimáque pyra constructa, tot ac tantis testibus conscíis insiluit, ac orationes nonnullas super hac re ad Græcos habuit aliquanto antè quàm hoc ausus est. Videor itaque mihi videre te nimiùm huius senis deridentem arrogantiam, aut potiùs exclamantem, qualia par est te exclamare: O insipientem insipientiam, ô ærumnosam gloriam: aliáque quę de illis ferè dicere consueuimus. At tibi quidem hæc eminus & longè tutiùs dicta sunt: ego verò iuxta rogum ipsum, insuper antè quoque in copiosa auditorum multitudine eadem dicere non reformidaui, nonnullis equidem grauiter ferentibus, quotquot senis arrogans consilium admirationem incusserat. Erant autem aliquot alij, qui & ipsi huius gratia ridebant. At ego propemodum à Cynicis discerptus essem, velut Actæon à canibus, aut consobrinus eius Pentheus à Bacchis. Cæterùm totius rei apparatus talis erat: etenim Poëtam haud dubiè qualis fuerit nosti, tum quantas per omnem vitã tragœdias in lucem dederit, supra Sophoclem & Æschylum. Ego verò vbi primùm in Elin veniissem, illorum certamine eò illectus atque perductus, statim Cynicum quendam inaudiui, magna & aspera voce consueta illa ac virtutem ex triuio intonantem, omnésque indiscriminatim dicteriis & conuitiis inuadentem: tandem verò in Proteo eius vociferatio desiit. Hæc quemadmodum dicebantur, pro mea virili cuncta tibi ex ordine percẽsere conabor.

Tu verò hæc planè ita ſe habere cognoſces, quippe qui ipſis vociferantibus non ſemel adſtitiſti. Proteum, inquit, audet quiſpiam ambitioſum dicere, ô terra, ô Sol, & flumina, & mare, & patrie Hercules? Proteum, qui in Syria vinclis colligatus fuit, qui in patria quinque millia talentorum vltro reliquit, qui ex vrbe Roma eiectus eſt, quem Sole longè illuſtriorem eſſe cõſtat, qui cùm ipſo Olympio commiſſus decertare poſſit. At quia ignis adminiculo è viuis ſe ſubducere ſtatuit, hoc ambitioni eius & vanæ gloriæ quidam imputant. Nonne verò ad hunc modum è terris diſceſſit & Hercules? nõne ita Æſculapius & Dionyſius fulmine? Nónne poſtremùm & Empedocles ita in cratêras ſemet immiſit præcipitem? Hęc vbi dixiſſet Theagenes (hoc enim nomine vociferator ille vocabatur) rogabam quendam ex aſſiſtentibus, quid hoc de igne aut Hercule aut Empedocle ad Proteum attineret. Atqui, inquit ille, breui ſemet ipſe flammis abſumpturus eſt Proteus. Quomodo, inquam ego, aut cuius gratia? Deinde cùm ille omnem rẽ mihi exponere inſiſteret, Cynicus in tantum vociferabatur, vt nullo pacto eius audiendi copia mihi relinqueretur. Audiebam itaque reliqua ipſum effundentem, ac laudibus mirificis Proteum extollentem. Etenim Sinopea, aut præceptorem eius Antiſthenem, ne conferre quidem cum illo dignatus eſt, ſed neque ipſum Socratem. Prouocabat autem & ipſum Iouem in certamen: deinde cùm viſum eſſet illi ſimiles eos quodammodo inter ſeipſos ſeruare, eiuſmodi finem orationi impoſuit. Duo hæc, inquit, præſtantiſſima opificia ætas noſtra vidit, nimirum Iouem Olympium, & Proteum: quorum quidem illius architectus fuit Phidias, huius verò opifex natura. At nunc ex hominum commercio ad ſuperos hæc ſtatua migratura eſt: cæterùm per ignem abiens, nos orphanos in terris deſtituet. Hæc vbi cum multo ſudore diſſeruiſſet, lacrymatus eſt ſatis ridiculè, capillóſque vellebat è capite, ſubparcens tamen, ne radicitus extraheret. At poſtremum abductus eſt à quibuſdam Cynicis, triſtem ac lacrymantem conſolantibus. Hoc abducto alius illicò concionaturus aſcẽdit, non cunctatus donec multitudo dilaberetur, ſed ardẽtibus adhuc ſacris turbam continebat. Ac ſub initium quidem effuſiſſimè ridebat, videbatúrque illud ex in-

A σὺ δὲ γνωσῇ δηλαδὴ, πολλάκις αὐτῶν παρεσὰς βοῶσι. Πρωτέα γάρ τις, ἔφη, κενόδοξον τολμᾷ λέγειν, ὦ γῆ, καὶ ἥλιε, καὶ ποταμοὶ, καὶ θάλαττα, καὶ πατρῷε Ἡράκλες; Πρωτέα, τὸν ἐν Συρίᾳ δεθέντα, τὸν τῇ πατρίδι αἰέντα πεντακισχίλια τάλαντα, τὸν ἀπὸ τῆς Ρωμαίων πόλεως ἐκβληθέντα, τὸν τοῦ Ἡλίου ὀφθαλμότερον, τὸν αὐτῷ τῷ Ὀλυμπίῳ διαμιλλώμενον. ἀλλ' ὅπη δῆτα πυρὸς ἐξάγειν τοῦ βίου διέγνωκεν ἑαυτὸν, εἰς κενοδοξίαν τινὲς τοῦτο ἀναφέρουσιν. οὐ γὰρ Ἡρακλῆς οὕτως; οὐ γὰρ Ἀσκληπιὸς καὶ B Διόνυσος, κεραυνῷ; ἢ γὰρ τὰ τελευταῖα Ἐμπεδοκλῆς εἰς τοὺς κρατῆρας; ὡς δὲ ταῦτα εἶπεν ὁ Θεαγένης (τοῦτο γὰρ ὁ κεκραγὼς ἐκεῖνος ἐκαλεῖτο) ἠρόμην τινὰ τῶν παρεστώτων, τί βούλεται ὁ λόγος περὶ τοῦ πυρὸς, ἢ τί Ἡρακλῆς, ἢ Ἐμπεδοκλῆς, πρὸς τὸν Πρωτέα· ὁ δὲ, Οὐκ εἰς μακρὰν, ἔφη, καύσει ἑαυτὸν ὁ Πρωτεὺς Ὀλυμπιάσι. Πῶς, ἔφην, ἢ τίνος ἕνεκα; εἶτα ὁ μὲν ἐπειρᾶτο λέγειν· ἐβόα δὲ ὁ Κυνικὸς, ὥστε ἀμήχανον ἦν ἄλλου ἀκούειν. ἐπήκουον οὖν τὰ λοιπὰ, ἐπαυλιοῦντος αὐτὸν, καὶ θαυμαστὰς τινας ἐγκωμιάζοντος καθ' C τοῦ Πρωτέως· τὸν μὲν γὰρ Σινωπέα, ἢ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ Ἀντισθένη, οὐδὲ παραβάλλειν ἠξίου αὐτῷ, ἀλλ' οὐδὲ τὸν Σωκράτη αὐτόν· ἐκάλει δὲ τὸν Δία ἐπὶ τὸν ἀμιλλαν. εἶτα μετὰ τοῦτο ἔδοξεν αὐτοῖς ἴσους πως φυλάξαι αὐτοὺς, καὶ οὕτω κατέπαυσε τὸν λόγον. Δύο γὰρ ταῦτα, ἔφη, ὁ βίος ἡμῖν δημιουργήματα ἐθαύμασε, τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον, καὶ Πρωτέα· πλάσαι δὲ καὶ τεχνίτας, τὸν μὲν, Φειδίας, τοῦ δὲ, ἡ φύ- D σις· ἀλλὰ νῦν ὀξὺ δὴ θεάτρων εἰς θεοὺς ὁ ἄγαλμα τοῦτο οἰχήσεται, ὀχυρώσαντος ὅπη τοῦ πυρὸς, ὀρφανοὺς ἡμᾶς καταλιπόν. Ταῦτα ἐγὼ πολλῷ ἱδρῶτι διεξελθὼν, ἐδάκρυε μάλα γελοίως, καὶ τὰς τρίχας ἐτίλλετο, ὑποφθονῶν μὴ πρῶτος ἕλκειν, καὶ τέλος, ἀπῆγον αὐτὸν λύζοντα μεταξὺ τῶν Κυνικῶν τινες, παραμυθούμενοι. μετ' δὲ τοῦτον ἄλλος λύπης ἀναβαίνει, οὐ βραχείαν ἐγκλυσθῆναι ὁ πλῆθος, ἀλλὰ ἐπ' αἰθομένοις τοῖς περὶ τοὺς ἱερεῖοις ἐπέχει τῶν σπονδῶν. καὶ ὁ μὲν πρῶτον, ὅτι πολὺ ἐγέλα, καὶ ὅλως ἐπ

νειόθεν αὐτὸ δρᾶν. Εἶτα ἤρξατο ὧδέ πως· ἐπεὶ ὁ κατάρατος Θεαγένης τέλος τῶν μαιρωπάτων αὑτοῦ λόγων, τὰ Ἡρακλείτου δάκρυα ἐποιήσατο, ἐγὼ τοὐναντίον, ἀπὸ τοῦ Δημοκρίτου γέλωτος ἄρξομαι· καὶ αὖθις ἐγέλα βαθυπόλου, ὥστε καὶ ἡμᾶς τοὺς πολλοὺς ὅτι ὅμοιον ἐπεσπάσατο. εἶτα ἐπιστρέψας ἑαυτόν, Ἢ τί γὰρ ἄλλο, ἔφη, ὦ ἄνδρες, χρὴ ποιεῖν, ἀκούοντας μὲν οὕτω γελοίων ῥήσεων, ὁρῶντας δὲ ἄνδρας γέροντας δόξαρίου καταπτύστου ἕνεκα, μονονοὺχὶ κυβιστῶντας ἐν τῷ μέσῳ; ὡς δὲ εἰδῆτε οἷόν τι ὃ ἄγαλμά ἐστι ὃ καυθησόμενον, ἀκούσατέ μου, ἐξαρχῆς ὧνπερ ἐφυλαξάμην τὴν γνώμην αὐτοῦ, καὶ τὸν βίον ἐπιτηρήσαντος. ἔνια δὲ καὶ τῶν πολιτῶν αὐτοῦ ἐπιστάμενον, καὶ οἷς ἀνάγκη μᾶλλον ἀκριβῶς εἰδέναι αὐτόν. ὃ γὰρ τῆς φύσεως τοῦτο πλάσμα, καὶ δημιούργημα, ὁ τοῦ Πολυκλείτου κανών, Ἐπεὶ εἰς ἄνδρας τελεῖν ἤρξατο, ἐν Ἀρμενίᾳ μοιχεύων ἁλούς, μάλα πολλὰς πληγὰς ἔλαβε, καὶ τέλος κατὰ τὸν τοῖχον ἁλόμενος, διέφυγε, ῥαφανίδι τινὶ πυκνῶ βεβυσμένος· εἶτα μειρακίου τινὸς ὡραίου ἁρπάσας, τετρακισχιλίων ὀξυπήσατο τοὺς γονέας τοῦ παιδός, πενήτων ὄντων, μὴ ὅτι τὸν ἁρμοστὴν ἀπαξιῶσαι τῆς Ἀσίας. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐάσω μοι δοκῶ· πλοῦς γὰρ ἔτι ἁπλοῦς ἐστιν, καὶ οὐδέπω ἀτελὲς ἄγαλμα ἡμῖν ἐδεδημιούργητο. ἃ δὲ τὸν πατέρα ἔδρασε, καὶ πάνυ ἀκοῦσαι ἄξιον, καίτοι πάντες ἴστε, καὶ ἀκηκόατε ὡς ἀπέπνιξε τὸν γέροντα· οὐκ ἀναμένων αὐτὸν ἴσως ἐξήκοντα ἔτη ἤδη γηρῶντα. εἶτα ὅπως ὁ τοιοῦτος διεβεβόητο, φυγὼν ἑαυτῷ καταδικάσας, ἐπλανᾶτο, ἄλλοτε ἀλλοῦ ἀμείβων, ὅτε καὶ τὴν θαυμαστὴν σοφίαν τῶν Χριστιανῶν ἐξέμαθε, περὶ τὸν Παλαιστίνων τοῖς ἱερεῦσι καὶ γραμματεῦσιν αὐτῶν ξυγγινόμενος. καὶ τί γὰρ οὐ θαυμαστὸν παῖδας αὐτοὺς ἀπέφηνε, προφήτας, καὶ ἀρχισυναγωγούς, καὶ πάντα μόνος αὐτὸς ὤν. καὶ τῶν βίβλων τὰς μὲν ἐξηγεῖτο, καὶ διεσάφει, πολλὰς δὲ αὐτὸς καὶ συνέγραφε,

timis præcordiis facere: deinde ad hunc modum orationem suam exorsus est. Postea quam maledictus Theagenes sceleſtissimis orationibus suis lacrymando finem imposuit, ego diuersa ratione à risu Democriti exordiar. Ac iterum sublatis cachinnis, in risum vberem solutus est, adeò vt nostrûm plerosque ad communem risum pertraheret. Deinde sedato risu, conuertens seipsum: Et quidnam aliud, inquit, ô viri, nobis peræquè faciendũ est, adeò ridiculas orationes audientibus, videtibúsque viros ætate decrepita viliſſimę gloriolæ gratia tantum non saltantes in medio? Vt autem rectiùs intelligatis cuiusmodinam illa sit statua quæ flammis abolebitur, audite me qui ab initio eius mentem callidè animaduerterim, omni eius vita diligenter obseruata. Nonnulla verò à ciuibus quoq; suis memorata percepi, quibus non potuit, non exactiſſimè perspectus & cognitus esse. Etenim hoc naturæ figmentum & opificium, Polycleti canon, vbi firmata iam ætate in virum adolescere incepisset, multis in Armenia vitiatis per adulterium mulierculis, non parum multa susceptit verbera. Denique verò per tectum exiliens & elapsus, fuga salutem redemit, raphano oppletas nates auferens. Exin puero quopiam formoso per vim constuprato, tribus nummorum millibus à pueri parentibus, cùm tenuis essent fortunæ, fœditatis impunitatem mercatus est, ne ad præfectũ Asiæ duceretur. Hęc atque eiusmodi missa mihi facienda esse videntur, etenim lutum adhuc informe erat, ac nondum perfecta statua nobis formata. Cæterùm quibus iniuriis confectum ætate parentem affecerit, admodum auditu dignum esse opinor, & memoratu necessarium. Et sanè omnibus vobis cõpertum atque auditum esse reor, quomodo senem præfocauerit, nequaquam sustinens eum vltra sexaginta annos iam senescentem. Postea verò quàm tãti sceleris fama diuulgata est, arreptáque fuga se ipse cõdemnasset, incertis vagans sedibus oberrabat, terram terra commutando. Qua in peregrinatione & mirificam illam Christianorum sapientiam perdidicit, circa Palæstinam sacerdotibus & scribis illorum conuersans. Ac sanè non multo in tempore pueros omnes illos præ se esse ostendit, propheta, ac sacrificiorum princeps, & Synagogę socius, breuiter, omnia solus existẽs. Præterea librorum nonnullos exposuit, nonnulli verò & sua industria conscripti sunt.

Ac veluti deum hunc ipſum perhibebãt: nam eo & legum auctore vtebantur, & præfectum illum declarabant. Itaque etiamnum magnum illum hominem reuerenter colunt, nempe illum qui in Palæſtina crucifixus eſt: quoniam primus nouum illud myſterium in hominum vitam inuexerat. Tunc verò comprehenſus etiã ob hoc ipſum Proteus in carcerẽ illapſus eſt. Quæ quidem res ipſi non mediocrem dignitatem cùm ad inſequentem vitam, tum ineptias & gloriam, quarum erat amantiſſimus, conciliauit. Itaque poſtquam in carcerem coniectus eſt, Chriſtiani hanc rem grauiter & indignè ferentes, nullam non impendebant operam, & planè mouebant omnia, tentantes ſi quo modo illum furtim poſſint eripere. Deinde animaduertentes hunc conatum fruſtra eſſe, nihil tamen ex altero quo captiuus egebat obſequio intermittebant, verùm omnia cum magna fide & diligentia præſtabant. Ac manè quidem illico videre erat iuxta carcerem præſtolantes anus viduas quaſpiam, & orbos puerulos. Illorum verò pars etiam vnà intus cum illo ſomnum capiebant, corruptis pecunia cuſtodibus. Exin omnis generis cœnæ inferebantur variæ, ac ſacri inter ſeſe ſermones dicebantur. Atqui optimus ille Peregrinus (adhuc enim hoc nominis obtinebat) nouus quoque Socrates ab illis nominabatur. Quin etiam in Aſia pleraſque vrbes fuiſſe conſtat, à quibus venerunt quidam laturi auxilium, Chriſtianis mittentibus ex publico, neque non collocuturi, & virum conſolaturi. Incredibile verò eſt, quantum ſtudium & celeritatem in hoc oſtendãt, ſi quid tale vulgo innotuerit. Illicò enim nulli rei parcũt. Proinde Peregrino quoque multæ tunc opes ab illis mittebãtur, ſub vinculorum prętextu, nec vulgarẽ rerũ prouentũ lucrifaciebat. Etenim haud dubitanter ſibi perſuaſerunt infelices illi ſe omnino immortalitate fruituros, perpetuóque victuros eſſe. Quamobrem & mortẽ magno contemnunt animo, ac nõ pauci ſua ſponte ſemet occidendos offerunt. Deinde primus quoque illorum legiſlator eorũ perſuaſit animos quemadmodũ omnes inter ſe fratres eſsẽt. Poſtea verò quã ſemel à nobis deſciuerunt, Græcorum deos conſtanter abnegant, ſolum autem Crucifixum illum impoſtorem adorantes, ſecundùm illius leges viuendi rationem inſtituunt. Proinde apud illos

καὶ ὡς θεὸν αὐτὸν σκῆφοι ἐδιηγοῦντο, καὶ νομοθέτῃ ἐχρῶντο, καὶ προστάτην ἐπέγραφον. τὸν μέγαν γοῦν σκῆφον ἔτι σέβουσιν ἄνθρωπον, τὸν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ἀνασκολοπισθέντα, ὅτι καινὸν τοῦτον τελετὴν εἰσήγαγε τῷ βίῳ. τότε δὴ καὶ συλληφθεὶς ὅτι τοῦτο ὁ Πρωτεὺς, ἐνέπεσεν εἰς τὸ δεσμωτήριον. ὅπερ καὶ αὐτῷ οὐ μικρὸν ἀξίωμα προσεποίησε πρὸς τὸν ἔξης βίον, καὶ πολυπραγμοσύνην, καὶ δοξοκοπίαν, ὧν ἐρῶν ἐτύγχανεν. ἐπεὶ δ' οὖν ἐδέδετο, οἱ Χριστιανοὶ συμφορὰν ποιούμενοι τὸ πρᾶγμα, πάντα κινοῦσι, ὅπως ἁρπάσαι πειρώμενοι αὐτόν. εἰ δ' ἐπεὶ τοῦτο μὲν ἀδυνατον, ἦγε ἄλλη θεραπεία πᾶσα οὐ προὔργου ἀλλὰ ξὺν σπουδῇ ἐλέγετο· καὶ ἕωθεν μὲν θύρας μὲν ὁρᾷν πρὸς τῷ δεσμωτηρίῳ προκυπτούσας γραΐδια, χήρας τινὰς, καὶ παιδία ὀρφανά. οἱ δὲ καὶ τελέως αὐτῷ, καὶ συνεκάθευδον ἔνδον μετ' αὐτοῦ, διαφθείροντες τοὺς δεσμοφύλακας· εἶτα δεῖπνα ποικίλα εἰσεκομίζετο, καὶ λόγοι ἱεροὶ αὐτῷ ἐλέγοντο, καὶ ὁ βέλτιστος Περεγρῖνος (ἔτι γὰρ τοῦτο ἐκαλεῖτο) καινὸς Σωκράτης ὑπ' αὐτῶν ὠνομάζετο. καὶ μὴν καὶ τῶν κατὰ Ἀσίαν πόλεων ἔστιν, ὧν ἤκόν τινες, τῶν Χριστιανῶν στελλόντων ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, βοηθήσοντες, καὶ ξυναγορεύσοντες, καὶ παραμυθησόμενοι τὸν ἄνδρα. ἀμήχανον δέ τι τὸ τάχος ἐπιδείκνυνται, ἐπειδάν τι τοιοῦτον γνῶνται δημόσιον. οὐ βραχεῖ γὰρ ἀφειδοῦσι πόντων. καὶ δὴ καὶ τῷ Περεγρίνῳ πολλὰ τότε ἦκε χρήματα πρὸς αὐτῶν ὅτι παραφάσει τῶν δεσμῶν, καὶ παρουσίαν οὐ μικρὰν ἑαυτῷ ἐποιήσατο. πεπείκασι γὰρ αὐτοὺς οἱ κακοδαίμονες, τὸ μὲν ὅλον ἀθάνατοι ἔσεσθαι, καὶ βιώσεσθαι τὸν ἀεὶ χρόνον. ὅθεν καὶ καταφρονοῦσι τοῦ θανάτου, καὶ ἑκόντες αὐτοῖς ἐπιδίδασιν οἱ πολλοί. ἔπειτα δὲ ὁ νομοθέτης ὁ πρῶτος, ἔπεισιν αὐτοῖς, ὡς ἀδελφοὶ πάντες εἶεν ἀλλήλων· ἐπειδὰν ἅπαξ παραβαίντες, θεοὺς μὲν τοὺς Ἑλληνικοὺς ἀπαρνήσωνται, τὸν δὲ ἀνασκολοπισθέντα σοφιστὴν αὐτῶν, προσκυνῶσι, καὶ κατὰ τοὺς ἐκείνου νόμους βιῶσι. καταφρονοῦσιν οὖν ἀπάντων

ἀπόντων ἐξίσης, καὶ κοινὰ ἡγοῦνται, δοῦ-
πνος ἀκριβοῦς πίστεως τὰ τοιαῦτα ῥᾳδε-
ξάμενος. ὧ πίνυ προέλθη τις εἰς αὐτοὺς
γόης, καὶ τεχνίτης ἀνθρωπος, καὶ τοιού-
τοις χρῆσθαι δυνάμενος, αὐτίκα μάλα
πλούσιος ἐν βραχεῖ ἐγένετο, ἰδιώταις ἀν-
θρώποις ἐγχανών. πλὴν ἀλλ' ὁ Περεγρῖνος
ἀφείθη ὑπὸ τοῦ τότε τῆς Συρίας ἄρχον-
τος, ἀνδρὸς φιλοσοφίᾳ χαίροντος, ὃς συνεὶς
τὴν ἀπόνοιαν αὐτοῦ, καὶ ὅτι δέξαιτ' ἂν ἀ-
ποθανεῖν, ὡς δόξαν ὅτι τούτῳ ἀπολίποι,
ἀφῆκεν αὐτὸν, οὐδὲ τῆς κολάσεως ὑπολα-
βὼν ἄξιον. ὁ δὲ εἰς τὴν οἰκίαν ἐπανελθών,
καταλαμβάνει τὸ μὲν τοῦ πατρῴου φόνου
ἔπι φλεγμαῖνον, καὶ πολλοὺς τοὺς ἐπανατει-
νομένους τὴν κατηγορίαν. διήρπασο δὲ τὰ
πλεῖστα τῶν κτημάτων οὐδὲ τὴν ἀποδη-
μίαν αὐτοῦ. καὶ μὴν οἱ ὑπελείποντο οἱ ἀγροὶ
ὅσον εἰς πεντεκαίδεκα τάλαντα· ὧν γὰρ ἡ
πᾶσα οὐσία, τριάκοντά που ταλάντων ἀ-
ξία, ὧν ὁ πρὼν κατέλιπεν, οὐχ ὡς φησὶν ὁ παί-
γελοιος Θεαγένης ἔλεγε, πεντακισχιλίων.
τοσούτου γὰρ οὐδὲ ἡ πᾶσα τῶν Παριανῶν
πόλις, πέντε σὺν αὐτῇ ταῖς γειτνιώσας πα-
ροικοῦσα, πραθείη ἄν, αὐτοῖς ἀνθρώ-
ποις, καὶ βοσκήμασι, καὶ τῇ λοιπῇ σκευ-
ῇ. ἀλλ' ἔτι γε ἡ κατηγορία, καὶ ὁ ἔγ-
κλημα, θερμὸν ὧν, καὶ ἐφ' οἷς οὐκ εἰς μακρὸν
ἐπανασήσεσθαι τὴν αὐτῷ, καὶ μάλιστα ὁ δῆ-
μος αὐτὸς ἠγανάκτει, χρηστὸν, ὡς ἔφασαν οἱ
ἰδόντες, γέροντα πεπονθότες, οὕτως ἀσεβῶς
ἀπολωλότα. ὁ δὲ σοφὸς οὗτος Πρωτεὺς, πρὸς
ἅπαντα ταῦτα σκέψασθε οἷόν τι ἐξεῦρε,
καὶ ὅπως τὸν κίνδυνον διέφυγε. προελθὼν
γὰρ εἰς τὸν ἐκκλησίαν τῶν Παριανῶν,
κόμην μὲν ἦδη, καὶ τρίβωνα πιναρὸν ἠμ-
πέχετο, καὶ πήραν προὔρτητο, καὶ ὃ ξύ-
λον ἐν τῇ χειρὶ ὧν, καὶ ὅλως μάλα τρα-
γικῶς ἐσκεύασο· τοιοῦτος οὖν ὀφθεὶς αὐ-
τοῖς, ἀφεῖναί φησι, τὸν οἰκίαν, ὧν ὁ μα-
καρίτης πατὴρ αὐτῷ κατέλιπε, δημοσίαν
εἶναι πᾶσιν. τοῦτο ὡς ἤκουσεν ὁ δῆμος, πέ-
ντητες ἄνθρωποι, καὶ πρὸς ἅρπαγὰς κε-
χηνότες, ἀνέκραγον λύσαι ἕνα φιλόσοφον,

A omnia ex æquo habentur contemptui, existimantúrque esse communia quæ citra fidem exactè exploratam in communem vsum à quoquam deferente suscipiunt. Quòd si quis præstigiator, aut alioqui homo promptus & versutus, & rei faciendæ appositus eos accesserit, breui admodum opulẽtus efficitur, quippe qui hominum idiotarum simplicitate callidè queat abuti. Ceterùm Peregrinus tandem liber dimissus est ab eo qui id tẽporis præsidem agebat in Syria, viro non mediocriter Philosophiæ cõmercio gaudente. Qui cùm illius subolfecisset arrogantiam, quòd iam statuisset mortem
B oppetere, vt per hoc præclaræ famæ gloriam apud posteros relinqueret, dimisit illum, ne dignum quidem ratus eundem esse supplicio. Ille verò exin domum regressus, comperit paternæ cædis memoriam nondum fuisse sopitam, sed multos superesse, qui mira petulacitate accusationem aduersus illum adornarẽt. Dissiparat itaque maiorem possessionum suarum partem in peregrinationem, ac tantùm relicti erant agri fermè quindecim talentorum. Nam tota substantia quam pater reliquerat, triginta talentorum
C summam non excessit, non, vt omnibus modis ridiculus Theagenes illam tribus millibus dignam falsò confirmauit. Tanti enim neque tota Parianorum vrbs, tametsi quinque ciuitates sibi vicinas adiungeret, venderetur, vnà cum ipsis hominibus & iumentis, & reliqua supellectile. Vigebat itaque eius etiam dum flagitium & accusatio in recenti hominum memoria. Nec ita diu habitauit in patria, sed statim aduersus eum quispiam insurrexerat. Potissimùm verò ipse populus indignabatur, senem frugi, vt illi quibus visus erat, perhibent, familiariter lugentes, qui tam crudeliter & impiè fuerat occisus. Sedenim sapiens ille Proteus ad hęc omnia nõ oscitãter intentus erat, quînam aliquid inuentũ comminisceretur, vnde vim & periculum à se declinaret. Progressus ergò in mediã Parianorum multitudinẽ, nutriebat verò iam comã, sordido amictus pallio, pera ex humeris suspẽsa, & baculum manu tenebat: erat autem omnino instructus more tragico. Talis itaque cùm ciuibus suis apparuisset: vniuersam, inquit, substantiam quam sibi beatæ memoriæ pater reliquisset, se velle illis publicam dimittere. His auditis, homines egeni & inopes, neque non ad distributionẽ auidè inhiantes, protinus exclamauerunt, illũ vnicũ esse Philosophũ,

ὁρῶν αὐτὸν ἐμὲ τὸν ταῦτα διανέμοντα ὀλιγοχρόνιον τινὰ ἀρχὴν ἔχοντα. τούτων δ' ὧν ἄν μοι δοκῇ δοῦναι δώσω, τὴν πεττῶν, τὴν ἀρχὴν, τὴν ᾄδειν, καὶ τὴν ἃ κατηριθμησάμην, θαρρῶν αἴτει, ὡς ἐμοῦ τοῖς σοῖς δεδιξομένου σε τῇ αἰγίδι, καὶ τῷ κεραυνῷ. ΙΕ. Ἀλλ', ὦ πάντων ἄριστε, τὴν μὲν τοιούτων οὐ δέομαι, σὺ δὲ ἀλλ' ἐκεῖνό μοι ἀπόκριναι, ὃ μάλιστα ἐπόθουν εἰδέναι· καί μοι ἰδοὺ εἶπῃς αὐτὸ, ἱκανὴν ἕξῃ τινὰ ἀμοιβὴν ἀποδεδωκὼς αὐτὶ τῆς θυσίας, καὶ τοῖς ὄλοιπον ἀφίημί σοι τὰ χρέα. ΚΡΟ. ἐρώτα μόνον, ἀποκρινοῦμαι γάρ, ἰδοὺ εἰδὼς τύχω. ΙΕ. ὃ μὲν πρῶτον ἐκεῖνο, εἰ ἀληθῆ ταῦτ' ἐστὶν, ἃ τοῖσι σοὶ ἀκούομεν, ὡς κατάθοιες τὰ γιγνόμενα ὑπὸ τῆς Ρέας, ἐκείνη δὲ ὑφελομένη τὸν Δία, λίθον ὑποβαλομένη αὐτὶ τοῦ βρέφους, ἔδωκέ σοι καταπιεῖν· ὁ δ' εἰς ἡλικίαν ἀφικόμενος, ἐξήλασέ σε τῆς ἀρχῆς, πολέμῳ κρατήσας, εἶτα εἰς τὸν Τάρταρον φέρων ἐνέβαλε, πεδήσας αὐτόν σε, καὶ ὁ συμμαχικὸν ἅπαν, ὁπόσον μετὰ σοῦ παρεπάπτετο. ΚΡ. Εἰ μὴ ἑορτὴν, ὦ οὗτε, ἤγομεν, καὶ μεθύειν ἐξῆν, καὶ λοιδορεῖσθαι τοῖς δεσπόταις ἐπ' ἐξουσίας, ἔγνως ἄν, ὡς ὀργίζεσθαι μοι ἐξῆν, τοιαῦτα ἐρωτήσαντι, οὐκ αἰδεσθέντι πολιὸν οὕτω καὶ πρεσβύτην θεόν. ΙΕ. κἀγὼ ταῦτα, ὦ Κρόνε, οὐ παρ' ἐμαυτῷ φημι, ἀλλ' Ἡσίοδος καὶ Ὅμηρος· οἶκα γὰρ εἰπεῖν ὅτι καὶ ἄλλοι ἅπαντες ἀνθρωποι σχεδὸν ταῦτα πεπιστεύκασι περὶ σοῦ. ΚΡΟ. οἴει γάρ τι τὸν ποιμένα ἐκεῖνον, τὸν ἀλαζόνα, ὑγιές τι περὶ ἐμοῦ εἰδέναι; σκόπει δ' οὕτως, ἐάν τις ἀνθρωπος (οὐ γὰρ θεὸν ἐρῶ) ὑποπτεύσειεν ἂν ἔχων αὐτὸς καταφαγεῖν τὰ τέκνα, εἰ μή τις Θυέστης ἦν, καὶ ἀσεβεῖ ἀδελφῷ περιπεσών, πάθοι; καὶ τοῦτο γ' ἂν εἴη πῶς ἀγνοήσαι λίθον ἀντὶ βρέφους ἐσθίων, εἰ μὴ ἀνάλγητος εἴη τοὺς ὀδόντας; ἀλλ' οὔτε ἐπολεμήσαμεν, οὔτε ὁ Ζεὺς βίᾳ τὴν ἀρχὴν ἀφείλετο, ἑκόντος δέ μου παραδόντος αὐτῷ, καὶ ὑποχαλάντος ἀρχήν. ὅτι μὲν γὰρ οὔτε πεπέδημαι, οὔτε ἐν τῷ Ταρτάρῳ εἰμὶ, ἤδη αὐτὸς ὁρᾷς, οἶμαι, εἰ μὴ τυφλὸς, ὥσπερ Ὅμηρος εἶ. ΙΕ. τί παθὼν δὲ, ὦ Κρόνε, ἀφῆκας τὴν ἀρχήν; ΚΡ. ἐγώ σοι φράσω.

ὁ μὲν ὅλον, γέρων ἤδη καὶ ποδαγρὸς ὑπὸ τῶ χρόνω ὤν (διὸ καὶ πεπεδῆσθαί με οἱ πολλοὶ εἰκάσουσιν) οὐ γὰρ ἠδυνάμην ἀφαρκεῖν τοσοῦτον πολλὼ ἀδικίαν τῶν νεῶν, ἀλλ' ἀεὶ ἀναθεῖν ἔδει ἄνω καὶ κάτω, τὸν κεραυνὸν διπρμιῶον, τοὺς ὀλιτόρκους, ἢ ἱεροσύλους, ἢ βιαίους καταφλέγοντα, καὶ ὁ τοσοῦτον πόνου ἐργώδες ἦν, καὶ νεανικόν· καὶ ἐξέσ-ιν οὖν ὑποιῶν τῶ Διί. καὶ ἄλλως δὲ, καλῶς ἔχειν ἐδόκει μοι ἀφανείμαντα τοῖς παισὶν ἕ-σι τὴν ἀρχὴν, αὐτὸν διωχεῖσθαι τὰ πολλὰ ἐφ' ἡσυχίας, οὔτε τοῖς εὐχομένοις χρη-ματίζοντα, οὔτε ὑπὸ τῶν παντοπία αἰτιῶ-των ἐνοχλούμενον, οὔτε βρονταῦντα, ἢ ἀ-στράπτοντα, ἢ χάλαζαν ἐνίοτε βάλλειν αἰσ-χαζόμενον. ἀλλὰ τοιουτοτρόπον τινὰ τοῦτον ἥδιστον βίον ἄγω, ζωρότερον πίνων ὁ νέκταρ, τῶ Ἰαπετῶ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἡλι-κιώταις τοιαυτολογῶν. ὁ δὲ ἀρχὴ, μυ-ρία ἔχων πράγματα· πλὴν ὀλίγας ταύ-τας ἡμέρας, ἐφ' οἷς εἶπον, ὑπεξελέσθαι μοι ἔδοξε, καὶ ἀναλαμβάνω τὴν ἀρχὴν, ὡς ὑπομνήσω τοὺς ἀνθρώπους οἷος ἐπ' ὁ ἐπ' ἐμοῦ βίος, ὁπότε ἄσπορα καὶ ἀνήροτα πάντα ἐφύετο αὐτοῖς, οὐ σάλπιγες, ἀλλ' ἕτοι-μος ἄρτος, καὶ κρέα ἐσκευασμένα, καὶ ὁ οἶ-νος ἔρρει ποταμηδὸν, καὶ πηγαὶ μέλιτος, καὶ γάλακτος. ἀγαθοὶ γὰρ ἦσαν καὶ χρυσοῖ ἅπαντες. αὕτη μοι ἡ αἰτία τῆς ὀλιγοχρονίου ταύτης δυναστείας, καὶ ἀφ' τοῦτο ἀπάντα-χοῦ κεῖτος, καὶ ᾠδὴ, καὶ παννυχὶς, καὶ ἰσο-μοιρία πᾶσι, καὶ δούλοις, καὶ ἐλευθέροις. οὐ-δεὶς γὰρ ἐπ' ἐμοῦ δοῦλος ἦν. ΙΕ. ἐγὼ δὲ, ὦ Κρόνε, καὶ τοῦτο εἴκαζον εἰς τοὺς δούλους, καὶ παιδοτριβὰς, φιλανθρωπον ἐκ τοῦ μύ-θου ἐκείνου ποιῆσαι σε, πρώην τοῖς τὰ ὅμοια πάσχουσιν, ἅτε καὶ αὐτὸν δουλεύοντα, μεμνη-μένον τῆς πέδης. ΚΡΟ. οὐ παύσῃ γὰρ τὰ τοιαῦτα ληρῶν; ΙΕ. οὐ λέγῃς, καὶ παύσο-μαι· πλὴν ἔτι μοι καὶ τοῦτο ἀπόκριναι, ὃ τι ἦν ὄφελος ἐκείνης ἦν καὶ τοῖς ὅτι σοῦ ἀνθρώ-ποις; ΚΡΟ. ὦ μάλα, ὅ μὲν τοῖς παλαιοῖς γε, καὶ μειρακίοις, ὥσπερ ὑμῖν, ἀλλὰ τοῖς καρύοις ὁ μέγιστον, ὡς μὴ αἰτιᾶσθαι ἡττη-μένοις, μηδὲ δακρύειν ἀεὶ ἄσιτον ἔοντα μό-νον τῶν ἄλλων. ΙΕ. οὐκοῦν ποιοῦντες.

A Senex iam & podagrosus quum essem ob ætatem (vnde etiam factum est vt plerique mihi compedes esse finxerint) impar eram viribus ad tam multa huius ætatis facinora punienda: nam erat assiduè mihi sursum ac deorsum cursitandum obarmato fulmine, quo sacrilegos, periuros, ac raptores exurerem. Erátque negotium plenum laboris, quódque iuuenem desideraret. Itaque mihi consulens, Ioui locum dedi. Quanquam & alioqui rectè facturus mihi videbar, si partitus filiis (nam erant) imperium, ipse pleramque vitam conuiuiis per otium traducerem, nihil necesse habens, neque B vota facientibus operam dare, nec ab iis qui contraria petunt, molestia affici, neque tonare, neque fulminare, neque grandinem aliquoties immittere. Sed senilem hanc ac iucundissimã dego vitam, meracius bibens nectar, atque interim cum Iapeto reliquisq; æqualibus diis cõfabulans. At regnat quidem ille mille districtus negotiis, nisi quòd hos pauculos quos dixi dies mihi visum est excipere, in quibus recipio principatum, vt mortalibus in memoriam reducam cuiusmodi fuerit me regnante vita, cùm citra C mentem citráque arationem cuncta illis prouenirent. Haud tum quidem aristæ, sed panis paratus, carnes apparatæ, ac vinum fluminum instar fluebat, tum fontes mellis, lactísque, propterea quòd mortales omnes probi essent, & aurei. Hæc, inquam, mihi causa fuit cur exigui temporis imperium geram, atque ob id vndique plausus, cantiones, lusus, æqualitas omnibus seruis æquè ac liberis: neque enim me regnante quisquam erat seruus. SAC. At ego Saturne coniecturam istam ad seruos, & eos qui boias terunt, referebã, quasi ob eam causam tibi fabula tribueret erga hos humanitatẽ, quòd D memor teipsum aliquando seruitutem seruisse, ac gestasse compedes, eos magnifaceres, qui simili essent fortuna. SAT. Non tu desines istiusmodi nugari nugas? SAC. Bene mones, itaque desino. Quin illud etiam mihi responde, talis ludere, in vsu fuit tui quoque seculi mortalibus? SAT. Erat sanè, at non depositis talẽtis, ac decem nummûm millibus, quemadmodum vos facitis, verùm vt plurimo, nucibus, ne videlicet discrucietur qui victus esset, néve semper ploraret sese vnum omnium non habere quod ederet. SAC. Et rectè quidem illi,

Digressio in praesentes mores,

Nam quo tandem præmio certassent ipsi talis, quum ipsi toti essent aurei? Itaque te loquente, tale quiddam mihi venit in mentem, si quis vnum aliquem ex aureis illis viris, in hanc nostram ætatem adductum vulgo ostenderet, quid illi tandem eueniret? Nempe miserum (sat scio) discerperent, haud aliter incursantes, quàm in Pentheum Mænades, aut in Orpheum fœminæ Thraciæ, aut in Actæonem canes, intérque sese decertarent, quantam quisque maximam posset portionem auferre, vt qui ne in festo celebrando à lucri studio temperent, quin ipso etiam festo ad lucri abutuntur incrementum. Itaque alij quidem tibi primitias immolant, amicos in conuiuio deprædantes. Alij verò tibi conuitiantur, cùm nihil ad rem pertineat: tum ipsas comminuunt tesseras, perinde quasi illis sit imputandum, quod illi suapte sponte faciunt. Sed dic mihi & illud, quid tandē caussæ fuit vt deus vsque adeo imbecillis ac senex, tempus inamœnissimum delegeris, cùm iam nix omnia occupat, plurimus sæuit Boreas, cúmque nihil non gelu concretum est, arent arbores nudæ decussis frondibus, squalent horrēatque vacua floribus prata, cùm incurui contractíque mortales, perinde quasi extremo confecti senio, ad focum ferme desident, interea tu festum diem agis? neque enim accommodum seni tempus, neque satis idoneum genio indulgentibus. SAT. Sed heus tu, permulta quidem à me scisscitaris, cùm potare iam oporteat. Itaque non exiguam temporis portionem tuis rogationibus mihi de festo perdidisti, dum ista mecum philosopharis, non admodum ad rem pertinentia. Quare nunc istis tandem omissis, conuiuium agitemus, plaudamus, ac liberam agamus vitam. Deinde prisco more depositis nucibus, ludamus tesseris, ac reges suffragiis creemus, ipsíque vltro pareamus. Siquidem ad eum modum effecerimus vt verum videatur prouerbium quod dicunt, Senes repuerascere. SAC. Imò cui ista quæ dicis, non probantur Saturne, precor vt ei nec tum bibere liceat, cùm sitit. Itaque bibamus, quando quidē & primo colloquio satis à te responsū est. Proinde videor mihi rectè facturus, si nostram hanc confabulationem, & quę ipse interrogarim, & quæ tu propitius responderis, literis prodita tradam amicis legēda, si qui sunt digni qui tua dicta accipiant.

A ὑπὸ τίνος γὰρ ἂν καὶ ἐπέπιθμουν, αὖθις ὀλόχρυσοι ὄντες; ὡς ἔγωγε καὶ μεταξὺ λέγοντός σου, τοιόν τι ἐνενόησα· εἴ τις ἕνα τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τῶν χρυσοπλάστων, ἐς τὸν ἡμέτερον τοῦτον βίον ἀγαγὼν ἔδειξε τοῖς πολλοῖς, οἷα ἔπαθεν αὖ ἄθλιος ὑπ' αὐτῶν; διεσπάσθαι γὰρ αὐτὸν δῆτα οἶσθ' ὅτι ὑπὸ δραμόντες, ὥσπερ τὸν Πενθέα αἱ Μαινάδες, καὶ αἱ Θρᾷτται τὸν Ὀρφέα, ἢ τὸν Ἀκταίονα αἱ κύνες, περὶ τοῦ μεῖζον ἀπενέγκασθαι ὃ μέρος, ποιοῖς ἀλλήλοις ἕκαστος ἀμιλλώμενοι. οἵ γε οὐδὲ ἑορτάζοντες, ἔξω τοῦ φιλοκερδοῦς εἰσιν, ἀλλὰ B ποιοῦσιν οἱ πολλοὶ πεποίνηται τιὼ ἑορτιῶ. εἶτα οἱ μὲν ἀπόντων λοιδοροῦνται ἐν τοῖς συμποσίοις τοῖς φίλοις· οἱ δὲ σοί τε λοιδοροῦνται, οὐδὲν δέον, καὶ τοὺς κύβους στωτεύουσιν, αἰσχίστους ὄντας αὐτοῖς ὧν ἑκόντες πίθουσιν. ἀτὰρ εἰπέ μοι τὸ τόδε, τί δήποτε ἄβρως οὕτω θεὸς ὤν, καὶ γέρων, ὑπολεξάμενος ὃ ἀπιτήδευσαν, ὁπότε ἡ χιὼν ἐπέχει τὰ πάντα, καὶ ὁ Βορέας πολύς, καὶ οὐδὲν ἔτι ὃ πέπηγε τοῦ κρύους, καὶ τὰ δένδρα ξηρά, C καὶ γυμνά, καὶ ἄφυλλα, καὶ οἱ λιμῶνες ἄμορφοι, καὶ ἀπηνθηκότες, καὶ οἱ ἄνθρωποι ὑπεκκαυφότες, ὥσπερ οἱ πάνυ γεγηρακότες, ἀμφὶ τιὼ κάμινον οἱ πολλοί, τιὼ καὶ τὰ ἑορτάζεις; ὃ γὰρ πρεσβυτικός γε ὁ καιρός, οὐδὲ ὑπιτήδειος πυφάσι. ΚΡΟ. πολλά με ἀναχρίνεις, ὦ σοῦ, ἤδη πάνυ δέον. πρήρπασαι γοῦν μοι χρόνον τῆς ἑορτῆς οὐκ ὀλίγον, ὃ πάνυ αἰσχρά μοι ταῦτα ποιοῖς φιλοσοφῶν. ὥστε νιῶ μὲν ἄφες αὐτά, θώμεθα ὃ ἤδη, καὶ κρεττάνω, καὶ ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἤδη ζάλωμεν. εἶτα πεπιθώμεν ἐς ὃ ἀρχαῖον ὑπὲρ καιρόν, καὶ βασιλέας D χειροτονῶμεν, καὶ πειθαρχῶμεν αὐτοῖς. ὅταν γὰρ αὖ τιὼ παροιμίαν ἐπαληθεύσαμεν, ἣ φησι, παλίμπαιδας τοὺς γέροντας γίνεσθαι. ΙΕ. ἀλλὰ μὴ δυνάμην δι' ὧν πίω, ὦ Κρόνε, ὅταν μὴ ταῦτα ἃ λέγεις ἡδέα. ὥστε πίνωμεν· ἱκανὰ γὰρ ἀποκέκρισαι καὶ τὰ πρῶτα· καί μοι δοκῶ γραφάμενος εἰς βιβλίον ταῦτιὼ ἡμῶν τιὼ στωτοῦ, ἅτε αὐτὸς ἠρώτησα, καὶ σὺ πρὸς ταῦτα ἵλεως ἀποκρίνω, πρέξειν ἀναγνῶναι τῶν φίλων, ὅσοι γ' ἐπακοῦσαι τῶν σῶν λόγων ἄξιοι.

ΚΡΟΝΟΣΟΛΩΝ.

CRONOSOLON, id est, SATVRNALIVM LEGVMLATOR.

Erasmo Roterodamo interprete.

Ταδε λέγ' Κρονοσόλων ἱερεὺς, καὶ προφήτης τοῦ Κρόνου, καὶ νομοθέτης τῶν ἀμφὶ τὴν ἑορτήν. ἃ μὲν τοὺς πένητας χρὴ ποιεῖν, αὐτοῖς ἐκείνοις ἔπεμψα, ἄλλο βιβλίον ἐκλεξάμενος· καὶ δοῦλοι οἶδ' ὅτι ἐμμενοῦσι κἀκείνοις τοῖς νόμοις, ἢ αὐτίκα ἔνοχοι ἔσονται τοῖς ὑπερτιμίοις, ἃ κεῖται τῶν ἀπειθούντων μεγάλα. ὑμεῖς δ', ὦ πλούσιοι, ὁρᾶτε ὅπως μὴ παρανομήσητε, μηδὲ παρακούσητε τῶν δὲ τῶν προσταγμάτων. ὡς ὅστις αὖ οὕτω μὴ ποιήσῃ, ἴστω σαφῶς, ἐκ ἐμοῦ νομοθέτου ἀμελήσων, ἀλλ' εἰς τὸν Κρόνον αὐτὸν, ὃς με προείλετο νομοθετῆσαι εἰς τὴν ἑορτήν, σκότ' ὀναρ ὑπνώσας, ἀλλὰ προφανῶς ἐγρηγορὼς σὺν ἀργῆς συγγενόμενος. ἰδοὺ δ' ἐγὼ πεδητὸς, σφόδρα αὐχμοῦ πλέως, οἷος αὐτὸν οἱ ζωγράφοι παραδείκνυσι τὸν λεπρῶντα ποιητῶν παραδεδεγμένοι ὑπόδειγμα, ἀλλὰ τὴν μὲν ἅρπην εἶχε πάνυ τεθηγμένην· πάσῃ δ' ἄλλα φαιδρός τε ἦν, καὶ χαρτερὸς, καὶ βασιλικῶς εὐεσκευάσατο· μορφὴν μὲν τοιόσδε ὤφθη μοι. ἃ δ' εἶπε, πάνυ θαυμάσια, καὶ ταῦτα προσῆκεν ὑμῖν ἄξια. ἰδὼν γάρ με σκυθρωπὸν, ὅτι στενοχωρίας βασίζοντα, ὥσπερ εἰκὸς ἦν θεὸν, ἐγνω αὐτίκα τὴν αἰτίαν τῆς λύπης τίς ἐστί μοι, καὶ ὡς τὴν περίαν δυσχεραίνοιμι, ἃ χρὴ τὴν ὥραν μηνοχιτῶνα· καὶ γὰρ κρύος, καὶ Βορρᾶς πολὺς, καὶ κρύσταλλοι, καὶ χιών· ἐγὼ δ' ἥκιστα ἐπεφράγμην πρὸς αὐτά. ἀλλ' ὅτι καὶ τῆς ἑορτῆς πάνυ πλησιάζούσης, ἑώρων τοὺς μὲν ἄλλους παρασκευαζομένους, ὅπως θύσωσι, καὶ διαχήσωνται, ἐμαυτῷ δ' ἐγὼ πάνυ ἑορτάσιμα ὄντα. καὶ δὴ προσελθὼν ὄπισθεν, καὶ τῶν ὠτῶν μου λαβόμενος, καὶ διαστείσας, ὥσπερ μοι προσκαίζειν εἴωθε, Τί ταῦτα, ἔφη, ὦ Κρονοσόλων, αὐθαδιάζεις; Οὐ γὰρ ἄξιον, ἔφην, ὦ δέσποτα, ὅταν καθαρεύοντες μὲν οἱ μιαροὶ αὐθένται σὺν πλούτῳ τρυφῶντας ὁρῶ, αὐτὸς δ' ἐγὼ ἄλλοι συχνοὶ τῶν πεπαιδευμένων, ἀπορίᾳ τε καὶ ἀμηχανίᾳ σιτούμενοι;

HÆc ait Cronosolon sacrificus, & idem vates Saturni, earúmque legum conditor, quæ quidem ad festum pertinent. Quid pauperes facere oporteat, id alio misso libro illis ipsis præscripsi. Neque dubito quin eas leges seruent, alioqui obnoxij futuri pœnis quæ grauissimæ decretæ sunt in eos qui minùs paruerint. Vos autem diuites, videte ne hæc mandata prætergrediamini, neque negligatis. Nam si quis secus fecerit, is sciat se non me neglecturum legislatorem, sed ipsum potiùs Saturnum, qui me condendis festi sui legibus delegit, haud ille quidem in somnis visus, sed nuper cum vigilante palàm congressus. Erat autem neque compedibus vinctus, neque situ obsitus, qualem eum pictores fingunt, exemplar à deliris poëtis mutuati, verùm falcem quidem tenebat præacutam, cætera verò & hilaris erat, & validus, regióque apparatu. Atque hac quidem specie mihi visus est. Cæterùm quæ locutus est, planè diuina sunt, & in his hæc digna quæ vobis priùs exponam. Nam vbi me vidit animo mœstum inambulantem, mox intellexit, quippe deus, quænam esset molestiæ causſa, videlicet grauiter me ferre paupertatem, vt qui non pro temporis ratione vnicam vestem haberem, cùm iam esset gelu, multúsque flaret Boreas, glacies, ac nix, aduersus quæ ego minimè communitus eram. Multo magis autem, quòd cùm festum instaret iam proximè, reliquos viderem apparantes quæ ad victimas quæque ad conuiuia requirebantur, mihi verò ipsi res non admodum ad festum instructas esse. Iam à tergo accedens, auréque prehensa, ac vellicata (nam hac specie sese mihi consueuit ostẽdere) Quid istud sibi vult (inquit) Cronosolon? vidêre mihi solicitus. An non æquum, inquam, here, cùm impios ac sceleſtos homines opibus superfluere, & solos deliciis frui videam, ipse verò mecúmq; complures alij docti, cum inopia summáque rerum penuria vitã degimus?

Ne tu quidem here curas his rebus finem imponere, & ad æqualitatem reuocare. Tum ille, Cætera quidem, inquit, haud facile fuerit innouare, quæ vobis à Clotho reliquísque Parcis accidunt: porrò paupertatis malum vobis corrigam, quatenus ad festum attinet. Sit autem hæc corrigendi ratio. Abi Cronosolon, ac mihi leges aliquot conscribito, ostendēs quid obseruandum sit in festo, vti ne diuites inter sese festum celebrent, sed vobis sua bona impertiant. At non noui, inquam, legēs conscribere. Quin ego, inquit, docebo te. Móxque ingressus, ordine me docuit. Deinde cùm cuncta perdidicissem: Et illud, inquit, illis dicito, nisi seruarint hæc, tum ego profectò sine caussa falcem hanc acutam circumfero. alioqui ridiculus sim, si cùm patrem Cœlum execuerim, non item castraro diuites istos, quicunque leges meas violauerint, vt iam euirati, Cybeli matri sese adiungant cum tibiis ac cymbalis. Hæc ille minabatur. Quare rectè facietis, si leges non prætergrediamini. Lex prima: Ne quis quid intra festi tempus agito, neque publicum, neque priuatum, nisi quæ ad lusum, ad voluptatem animíque oblectationem pertinebunt. Obsoniorum & bellatiorum artifices soli in opere sunto. Æqualitas omnibus esto, seruis, liberis, pauperibus, diuitibus. Irasci, indignari, minarive ne cui liceat. Rationem exigere ab iis qui res curant Saturnalitias, ne id quidem fas esto. Ne quis argentum vestémve expendito, néve inscribito solennitatis tempore. Ne quis exerceatur, néve literis operam dato, aut recitato, nisi si quæ sint vrbana lepidáque, quæ dicacitatem resipiant ac iocum. Lex secunda: Multò ante festum diuites singulorum amicorum nomina in tabella scribunto. Porrò pecuniam paratam habento ad decimam partem annuorum fructuum. Præterea quicquid illis supereſt vestium, & quicquid est cultus pinguioris, quàm vt ipsis conueniat. Ad hæc argenteorum vim non modicam. Atque hæc quidem in promptu sunto. Cæterùm ante solennitatem porcellus circumagitor, atque ex ædibus eiiciuntor sordes, auaritia & quæstus, & si quæ id genus alia sunt plerisque diuitum domestica. Deinde vbi domum perpurgarint, tum rem diuinam faciunto Ioui diuitiarum largitori

Ἀλλ' οὐδὲ σύ, ὦ δέσποτα, θέλοις παῦσαι ταῦτα, καὶ μεταχωσμῆσαι πρὸς τὸ ἰσόμοιρον. τὰ μὲν ἄλλα, ἔφη, ῥᾴδιον ἀλλάξαι, ὁπόσα ἐκ Κλωθοῦς, καὶ τῶν ἄλλων Μοιρῶν πάσχετε· ἃ δὲ ὀξὺ τῆς ἑορτῆς, ἐπανορθώσομαι ὑμῖν τὸν πενίαν. ἢ γὰρ ἐπανόρθωσις, ἥδε ἔστω. Ἴθι, ὦ Κρονοσόλων, καὶ γράψον μοι νόμους τινάς, ἃ χρὴ πράττειν ἐν τῇ ἑορτῇ, ὡς μὴ καθ' αὑτοὺς οἱ πλούσιοι ἑορτάζοιεν, κοινωνοῖεν δ' ὑμῖν τῶν ἀγαθῶν. Ἀλλ' οὐκ οἶδα, ἔφην ἐγώ, ἦ δ' ὅς, διδάξομαί σε. καὶ ὁ Κρονόσολος εὐθὺς ἐδίδασκεν. εἶτα ὅπως πρῶτα ἐπισάμην, καὶ εἶπε· τοῖς, ἔφη, ὅτι ἐὰν μὴ ταῦτα ποιῶσι, μάτην ἐγὼ τὴν ἅρπην ταύτην ὀξὺ φέρω, ἢ γελοῖος ἂν εἴην, τὸν μὲν πατέρα Οὐρανὸν τεμὼν πεποιηκώς, τοὺς δὲ Οὐρανίδας, τοὺς δὲ πλουσίους μὴ θύναχίζων, ὁπόσοι ἂν παρανομήσωσιν, ὡς ἀτειρέστερον τῇ μητρὶ συνῶσι αὐλοῖς, καὶ κυμβάλοις, βάκχοι γιγνόμενοι. ταῦτα ἠπείλησεν. ὥστε καλῶς ἕξει ὑμῖν μὴ παραβαίνειν τοὺς νόμους. Νόμοι πρῶτοι. Μηδένα μηδὲν, μήτε ἀγορᾶιον, μήτε ἴδιον πρᾶξαι ἐν τοῖς τῆς ἑορτῆς, ἢ ὅσα ἐς παιδιὰν, καὶ τρυφὴν, καὶ γυμνασίαν. ὀψοποιοὶ μόνοι καὶ πεμματουργοὶ, ἐνεργοὶ ἔστωσαν. ἰσοτιμία πᾶσιν ἔστω, καὶ δούλοις, καὶ ἐλευθέροις, καὶ πένησι, καὶ πλουσίοις. ὀργίζεσθαι ἢ ἀγανακτεῖν, ἢ ἀπειλεῖν, μηδενὶ ἐξέστω. λογισμοὺς παρὰ τῶν ὀπτιμελουμένων κρινοῖς λαμβανέτω, μηδὲ τοῦτο ἐξέστω. μηδεὶς τὸν ἀργυρον ἢ τὰ ἐσθῆτα ἐξεταζέτω· μηδὲ ἀναγραφέτω ἐν τῇ ἑορτῇ, μηδὲ γυμναζέσθω κρινοῖς, μηδὲ λόγους ἀσκείτω, ἢ ἐπιδεικνύσθω, πλὴν εἴ τινες ἀστεῖοι, καὶ φαιδροὶ, σκώμματα καὶ παιδιὰν ἐμφαίνοντες. Νόμοι δεύτεροι. Πρὸ πολλοῦ τῆς ἑορτῆς, οἱ πλούσιοι γραφέτων μνᾶς ἑκάστου τῶν φίλων τοὺς ὁμοίους, ἐχόντων ἢ καὶ ἀργύριον ἕτοιμον, ὅσον τῶν κατ' ἔτος πρασσόντων, τὸ δέκατον, καὶ ἑτοῖμα τῆς ὕσης τὴν πρᾶσιν, καὶ ὅση παχυτέρα ἢ κατ' αὐλοὺς κατασκευὴ καὶ τῶν ἀργύρων, ὡς ὀλίγα. ταῦτα μὲν πρόχειρα ἔστω. τῇ δὲ πρὸ τῆς ἑορτῆς, καθάρσιον μέν τι προφερέσθω, καὶ ἔστω αὐτῶν ἐξελαυνέσθω ἐκ τῆς οἰκίας μικρολογία, καὶ φιλαργυρία, καὶ φιλοκερδία, καὶ ὅσα τοιαῦτα δήλα συνοικεῖ τοῖς πλείστοις αὐτῶν. ἐπειδὰν δὲ καθαρὰν τὴν οἰκίαν ἐξεργάσωνται, θυέτων Διὶ πλουτοδότῃ,

καὶ Ερμῇ δώτορι καὶ Απόλλωνι μεγαλοδώρῳ. εἶτα περὶ δείλην ὀψίαν, αἱ παγγνωσκέσθω μὲν σφίσι τὸ φιλικὸν ἐκεῖνο πινάκιον. καταμείμαντες δὲ αὐτοῖς κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ τὴν ἥλιον δωρᾶν, πεμπόντων τοῖς φίλοις. οἱ δὲ ἀποκομίζοντες, μὴ πλείους τριῶν ἢ τεττάρων, οἱ πιστότατοι τῶν οἰκετῶν, ἤδη πρεσβύται· ἐγγεγράφθω δὲ ἐς γραμμάτιον ὅ, τε τὸ πεμπόμενον, καὶ ὅσον, ὡς μὴ ἀμφότεροι ὑποπτεύοιεν τοὺς ἀφικομίζοντας. αὐτοὶ δὲ οἱ οἰκέται, μίαν κύλικα ἕκαστος πιόντες, ἀποπερχόντων· ἀπαιτούντων δὲ μηδὲν πλέον. τοῖς πεπαιδευμένοις δὲ πλάσια πρώτα πεμπέσθω· ἄξιον γὰρ δημοσίᾳ εἶναι. τὰ δὲ τοῖς δώροις λεγόμενα, ὡς μετριώτατα, καὶ ὀλίγιστα ἔστω. ἐπαινῆς δὲ μηδεὶς μηδὲν συνεπιγελάτω, μηδὲ ἐπαινείτω τὰ πεμπόμενα. πλούσιος πλουσίῳ μηδὲν πεμπέτω, μηδὲ ἐστιάτω Κρονίοις ὁ πλούσιος τὸν ἰσότιμον. τῶν εἰς τὸ πεμφθῆναι προχειισθέντων, φυλαττέσθω μηδὲν, μηδὲ μετάνοια εἰσίτω ὅτι τῇ δωρεᾷ· εἴ τις πρίσιν ἀποδημῶν, δι' αὐτὸ ἄμοιρος κατέστη, ἀπολαμβανέτω κἀκεῖνα. ἀφαιλυόντων δὲ οἱ πλούσιοι καὶ χρέα ὑπὲρ τῶν φίλων τῶν πενήτων, καὶ τὸ ἐνοίκιον, οἵ τινες αὐτῶν καὶ τοῦτο ὀφείλοντες, καταβαλεῖν μὴ ἔχωσι· καὶ ὅλως, πρὸ πολλοῦ μελέτω αὐτοῖς εἰδέναι ὅτου μάλιστα δέονται· ἀπέστω δὲ καὶ τῶν λαμβανόντων μεμψιμοιρία, καὶ τὸ πεμφθὲν ὁποῖον δή ἐστι, μέγα δοκείτω. οἶνου ἀμφορεύς, ἢ λαγώς, ἢ ὄρνις παχεῖα, Κρονίων δώρων μὴ δοκείτω μηδὲ τὰς Κρονικὰς δωρεὰς εἰς γέλωτα φερέτω τις. αὖ τι πεμπέτω δὲ ὁ πένης τῷ πλουσίῳ, ὁ μὲν πεπαιδευμένος, βιβλίον τῶν παλαιῶν, εἴ τι δύφημον, καὶ συμποτικὸν ἦ, ἢ αὐτοῦ σύγγραμμα, ὁποῖον αὐτὸ δοκῇ, καὶ τοῦτο λαμβανέτω ὁ πλούσιος πρὸς φαιδρῷ τῷ προσώπῳ, καὶ λαβών, ἀπαγγελλέτω θᾶττον· εἰ δὲ ἀπόθηται, ἢ ἀπορρίψῃ, ἴστω τῇ τῆς ἅρπης ἀπειλῇ ἔνοχος ὤν, κἂν πέμψῃ ὅσα ἔχει. οἱ δὲ ἄλλοι, οἱ μὲν, στεφάνους, οἱ δὲ, λιβανωτοῦ χόνδρους πεμπόντων. εἰ δὲ πένης, ἐάθητα, ἢ ἄργυρον, ἢ χρυσὸν πρὸς τὴν δύναμιν πέμψῃ πλουσίῳ, τὸ μὲν πεμφθὲν, ἔστω δημόσιον, καὶ καταπρηθὲν, ἐμβαλέσθω εἰς τὸν θησαυρὸν τοῦ Κρόνου.

ac Mercurio munifico, atque Apollini magna donanti. Deinde circa vesperam tabulam illam amicorum nomina tenentem relegunto. Distributis autem pro cuiusque dignitate muneribus, ante solis occasum amicis mittunto. Porrò qui deferant, ne plures tribus quatuórve sunto, atque hi certissima ex famulis fide, iámque natu grandes. Ascribatur autem in literis & quid mittatur, & quãtum, vt ne vtrique suspectos habere possint eos qui perferũt. Atque ipsi ministri vnico quisque calice epoto, domum recurrunto, neque præterea quicquam ab eis postulanto. Doctis omnia dupla mittuntor: nam hos æquum est geminã accipere portionem. De muneribus quàm modestissima simul & quàm paucissima verba fiunto, neque graue quicquam in literis quisquam ascribito, nec odiosè laudato quę mittuntur. Diuiti dines ne quid mittito. Neque locuples Saturnalibus æquali sorte quempiam conuiuio accipito. Ne quid eorum quæ in hoc deprompta fuerint vt mittantur, seruanto. Néve cui muneris pœnitentia subito. Quòd si quis anno superiore peregrè fuit, eáque causſa munerum expers fuit, & illa accipito. Quinetiam pro tenuibus amicis æs alienum diuites soluunto: atque etiam conductarum ædium pretium, si qui fortè & hoc debent, neque sunt soluendo. In summa verò, multo antè illud illis esto curæ, vt cognoscant qua re maximè his sit opus Rursum qui accipiunt, ne de missis donis vt exiguis queruntor: & quicquid mittetur, qualecunque fuerit, id magni ducunto. Vini cadus, aut lepus, aut pinguis auis, inter munera Saturnalitia ne habentor. Néve Saturnalia dona in risum vertunto. Remittito vicissim diuiti pauper: si doctus est, libellum aliquem veterem, aut si quid ipse conscripsit, quod fausti sit ominis, & conuiuiis accommodum, qualecunque potuerit: atque id diues læto admodum hilaríque vultu accipito, acceptum protinus perlegito. Quòd si recusarit, reiecerítve, sciat sese iis quæ de falce minatus sum, obnoxium esse, etiam si miserit quicquid alioqui mittendum erat. Porrò reliqui, coronas alij, alij thuris frustula mittunto. Quòd si pauper aut vestem aut argentum aut aurum supra facultatem diuiti miserit, id quidem quod missum fuerit, publicum esto, conflatúmque in Saturni thesaurũ infertor:

ipſe verò pauper poſtridie plagas à diuite, manibus ferulæ ſuppoſitis, accipito, non pauciores quinquaginta ſupra ducentas. Leges conuiuales: Lauandum eſt vbi linea ſex erit pedum. Ante lauandum, nucibus ac talis luſitãdum. Vbicunque caſus cuique locum dederit, ibi accumbito. Dignitas, aut genus, aut diuitiæ, parum momenti habento vt priùs alicui miniſtretur. Eodem de vino omnes bibunto, neque proſit diuiti ſi cauſetur vel ſtomachi vel capitis dolorem, vt ideo bibat de meliore. Carnium omnibus æqua portio: Miniſtri ne cui quid fauore danto, neque contantor, neque prætermittunto, donec ipſis viſum fuerit, quæ tollenda erunt. Neque huic quidem magna, illi verò perexigua apponunto. Neve huic coxa ſuis, illi maxilla apponitor, ſed in omnibus æqualitas eſto. Pocillator acutis oculis vnumquemque obſeruato, minùs tamen herum. Acutiùs etiam exaudito. Calices omnis generis ſunto. Ad potandum inuitare ſi quis voluerit, ius eſto. Omnes omnibus præbibunto, ſi libeat, vbi præbiberit diues. Neque quiſquam bibere compellitor, qui non valeat ad compotationem. Ne liceat ipſis neque ſaltatorem neque citharœdum inducere, niſi qui nuper diſcere cœperit. Quòd ſi cui libeat dicteriis vti, liceat, ſed hactenus adhibeatur modus, vt ne ſint moleſta. Super omnia, pro nucibus ludunto talis. Si quis depoſita pecunia talis luſerit, in poſterum vſque diem ieiunato. Et maneto quiſque & abito cùm voluerit. Porrò cùm diues famulos ſuos conuiuio accipiet, tum amici quoque vnà cum ipſo miniſtranto. Leges haſce ſinguli diuites, æreæ columnæ inſcriptas, in aulæ meditullio habento, ac legunto. Atque id quidem ſciendum eſt, quoad ea columna manebit, neque fames, neque peſtilentia, neque incendium, neque quicquam alioqui moleſtum, in illorum domum ſubibit. Quòd ſi quando (id quod dij prohibeant) tollatur, abominanda ſunt quæ illis tum euentura.

A ὁ δὲ πένης ἐς τὴν ὑστεραίαν πληγὰς τοσάσδε τοῦ πλουσίου λαμβανέτω τὰς ναρθήκας εἰς τὰς χεῖρας, οὐκ ἐλάττους διακοσίων καὶ πεντήκοντα. Νόμοι συμποτικοί. Λούεσθαι μὲν ὁπόταν ὁ στοιχεῖον ἑξάποδων ᾖ. τὰ δ' ἄλλα τοῦ λούεσθαι, κάρυα, καὶ παιδιὰ ἔστωσαν. κατακείσθω ὅπου αὐτῷ τύχοι ἕκαστος, ἀξίωμα, ἢ γένος, ἢ πλοῦτος, ὀλίγον σπουδαζέσθω εἰς τοιαῦτα. οἶνου τοῦ αὐτοῦ πίνειν ἅπασιν. μηδ' ἔστω τοιαῦτα τοῦ πλουσίου, ἢ στομάχου ἢ κεφαλῆς ὀδύνη, ὡς μόνον δι' αὐτὸν πίνειν τὸν χρείττονος. μοῖραι κρεῶν, καὶ B ἴσον ἅπασιν, οἱ διάκονοι, μήτε χάριν μηδενὶ μηδέν. ἀλλὰ μηδὲ βασανιζέτωσαν, μηδὲ παραπεμπέτωσαν, ἔστ' ἂν αὐλοῖς δοκῇ, ὁπόσα χρὴ ἀποφέρειν. μηδὲ τοῦ μὲν μεγάλα, τοῦ δὲ κομιδῇ μικρὰ παραπλέωσαν. μηδὲ τοῦ μὲν ὁ μηρὸς, τοῦ δ' ἡ γάστηρ ἀπονεμέσθω, ἀλλ' ἰσότης ὅτι πᾶσιν. οἰνοχόος ἀξὺς δεδορκέτω ὅκ τι περιοπῆς ἑκάστου, καὶ ἕλαττον ἐς τὸν δεκαοκτώ, καὶ ἐπ' ὀξύτερον ἐπακουέτω, καὶ κύλικες παντοῖαι, καὶ ὀξέως παρέχειν ἐάν τις ἐθέλῃ, φιλοτησίαν. πάντες πᾶσι παρεινέτωσαν, ἐὰν ἐθέλωσι, παρόντες τοῦ πλουσίου. μηδὲ ἐπαναγκες ἔστω C πίνειν, ἐάν τις μὴ δύνηται. εἰς δὲ συμπόσιον μήτε ὀρχηστὴν, μήτε κιθαριστὴν αὐλοῖς ἄγειν ἄρτι μεμαθάνοντα ὀξέως. ἐάν τις ἐθέλῃ, σκώμματα, καὶ μέτριον ἔστω δ' ἄλυπον, ὅτι πᾶσι. πειθέσθωσαν ὅτι καιρίων· ἐάν τις ἐπ' ὀργυιᾷ πεπιθυῖα, ἄσιτος ἐς τὴν ὑστεραίαν ἔστω. καὶ μανέτω καὶ ἀπίτω ἕκαστος, ὁπόταν βούληται. ἐπὰν δὲ τοὺς οἰκέτας ὁ πλούσιος διάγῃ, ἀκροωμένων καὶ οἱ φίλοι σὺν αὐτοῖς. ταῖς νόμοις τούτοις ἕκαστον τῶν πλουσίων ἐγγεγλυμμένα ἐς χαλκῆν στήλην, ἔχειν τὸ μεσαιπάτιον τῆς αὐλῆς, ἐξαλειφόμενον. καὶ εἰδέναι δεῖ ὅτι ἔστ' ἂν αὕτη ἡ στήλη μένῃ, ὅτε λιμὸς, ὅτε λοιμὸς, ὅτε πυρκαϊὰ, ὅτε ἄλλο κακὸν οὐδὲν εἴσεισιν εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῖς. ἐὰν δέ ποτε (ὅπερ μὴ γένοιτο) καθαιρεθῇ, ἀποδόκιμον οἷα πείσονται.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΚΡΟΝΙΚΑΙ.

EPISTOLÆ SATVRNALES.

Ἐγὼ Κρόνῳ χαίρειν. *Ego Saturno Salutem.*

ΕΓεγράφειν μὲν ἤδη σοι καὶ πρότερον, A δηλῶν ἐν οἷς εἴην, καὶ ὡς ἐκ τοῦ πενίας κινδυνεύοιμι μόνος ἀμοιρος εἶναι τῆς ἑορτῆς, ἐπηλθέλκυσας, ἔτι καὶ τοῦτο προσθεὶς (μέμνημαι γάρ) ἀλογώτατον εἶναι, τοὺς μὲν ἡμῶν ἐκ περιουσίας πλουτεῖν, καὶ τρυφᾶν, καὶ κοινωνοῦντας ὧν ἔχουσι τοῖς πενεστέροις, τοὺς δὲ λιμῷ διαφθείρεσθαι· καὶ ταῦτα, Κρονίων ἐνεστώτων. ἐπεὶ δέ μοι τότε οὐδὲν ἀντεπέστειλας, ἡγησάμην δεῖν αὖθις ἀναμνῆσαί σε τῶν αὐτῶν. ἐρρῶσθαί γάρ σε, ὦ ἄριστε Κρόνε, ὃ ἄμεινον τοῦτο ἀφελόντα, καὶ τὰ ἀγαθὰ εἰς ὃ μέσον ἅπασιν καταθέντα, ἔπειτα κελεύειν ἑορτάζειν. ὡς ὅ B νῦν ἔχομεν, μύρμηξ ἡ κάμηλος, ὡς ἡ παροιμία φησί. μᾶλλον δὲ τραγικὸν ὑποκείσθω σύνοπτον, θατέρῳ μὲν τὸν ποδοῦν, ἐφ' ὑψηλοῦ βεβηκότα, οἷς εἰσιν οἱ τραγικοὶ ἐμβάται· ὁ δ' ἕτερος, ἀνυπόδετος ἔστω. εἰ τοίνυν βαδίζοι ἅττως ἔχων, ὁρᾷς ὅτι ἀναγκαῖον αὐτῷ, ἄρτι μὲν, ὑψηλῷ, ἄρτι δ', ταπεινῷ χρῆσθαι, καθ' ὁπότερον δὲ πόδα προβαίνῃ; τοσοῦτον κἀν τοῖς βίοις ἡμῶν ὁ δαίμων. καὶ οἱ μὲν ὑποδησάμενοι, ἐμβάτας, τὴ τύχης χορηγούσης, ὑπερανωδοῦσιν ἡμῖν· οἱ πολ- C λοὶ δέ, πεζῇ καὶ χαμαὶ βαδίζομεν, δρῶμεν οὖν, ὦ ἵλαθι, μὴ χεῖρον αὐτῶν ὑποκρίνεσθαι, καὶ δρᾶσαί τι, εἴ τις καὶ ἡμᾶς ἐνεσκευάσατο παραπλησίως ἐκείνοις. χαίρει δὲ τοῖς ποιηταῖς λεγόντων, ὡς ὁ παλαιὸς, ὅτι τοιαῦτα δῶρα τοῖς ἀνθρώποις τὰ πρόγματα, οὐκ ἐπὶ μοναρχοῦντος. ἀλλ' ἡνίκα μὲν γῆ, ἄσπορος καὶ ἀνήροτος ἔφυεν αὐτοῖς τὰ ἀγαθὰ, δεῖπνον ἕτοιμον ἑκάστῳ ἐς κόρον· ποταμοὶ δ', οἱ μὲν οἶνον, οἱ δὲ γάλα. εἰσὶ δ' οἳ καὶ μέλι ἔρρεον. ὃ δ' μέγιστον, αὐτοὺς ἐκείνους φασὶ τοὺς ἀνθρώπους χρυσοῦς εἶναι, D πενίαν δ', μηδὲ ὄνομα πώ αὐτοῖς πλησιάζειν. ἡμᾶς δ', αὐτοὶ μὲν οὐδὲ μόλιβδος ἂν εἰκότως δόκοιμεν, ἀλλ' εἴπερ καὶ τούτων ἀτιμότερον.

EQuidem & antea tibi scripsi, significans quonam in statu essem, & quemadmodum ob inopiam mihi periculum esset, ne solus omnium expers relinquerer solennitatis quam indixisti. Addidi & illud (nam memini) iniquissimum esse, si nostrûm alij opibus ac deliciis superfluerent, nihil ex suis facultatibus impertientes pauperioribus, alij rursum fame cõtabescerẽt: atque id quidem instantibus Saturnalibus. Verùm quoniã tum ad meas literas nihil respondisti, operæpretium existimaui, te denuo iisdem de rebus commonefacere. Tuum erat, optime Saturne, sublata hac rerum inæqualitate, bonisque in medio depositis, postea celebrandum festum edicere. Nam vti nũc res habẽt, formica camelus, quemadmodũ aiũt prouerbio. Quin magis tragœdiæ histrionem animo concipe, qui altero pede prærultis cothurnis sublimis insistat, cuiusmodi sũt tragica calceamenta, altero verò sit incalceatus. Is si ad hunc modũ instructus ingrediatur, vides necessariò futurum, vt nunc excelsus sit, nunc humilis, prout hũc aut illum pedem vicissim promouerit. Nec minor est in vita nostra inæqualitas, dum illi cothurnis fulti, adornante fortuna tragœdias in nos agunt. Cõtrà magna pars pedibus atque humi ingredimur, cùm & ipsi, scias velim, nihilo deteriùs illis fabulam agere possimus, atque ingredi, si quis nos quoque ad eundem istum modum adornarit. Atqui ex poëtis audio, nihil harum rerum inter homines fuisse olim, cùm tu solus adhuc imperium teneres: verùm tellus illis citra serendi arandíque laborem bona prõgignebat, cœnam vnicuique paratã, vel ad satietatem vsque. Porrò flumina partim vinum, partim lac, erant autem & quæ mel manabãt. Quódque est omnium maximum, aiunt illos ipsos homines aureos fuisse, cæterùm paupertatẽ omnino procul ab illis abfuisse. Nos contrà non satis idonei sumus qui vel plumbum videri possimus, aut si quid etiam plumbo vilius,

vt quorum pleriſque victus labore quæritur, ac paſſim paupertas, egeſtas ac deſperatio, & illud, Hei mihi: &, vnde inueniam? &, ô fortunam, atque id genus alia permulta apud nos nempe pauperes abundant: quanquam his de rebus leuiùs diſcruciaremur, niſi diuites conſpiceremus tanta fruentes felicitate, qui quidem quum tantum auri, tantum argenti conditum habeant, tantum veſtium poſſideant, tot mancipia, tot currus, familias, agros, atque harum rerum omnium magnam vim teneant, tamen adeò nobis nihil vnquam de eis impertiunt, vt plebeios homines ne aſpectu quidem dignentur. Hæc, inquam, ſunt Saturne, quæ nos enecant maximè, planéque tem intolerandam arbitramur, hunc in purpura accumbentem, tantis opum deliciis affluere, ructantem interim, & applaudentibus amicis perpetuò feſtum diem agere: me verò, meíque ſimiles, ſomniorũ coniecturas interpretari, ſicunde fortè quatuor oboli contingant; quò videlicet pane polētáve expleti dormire queamus, naſturtium, aut porrum, cepáſve, alliúmve obſonij vice arrodentes. Aut hęc igitur, Saturne, ad ęqualitatem vitę mutes corrigáſque neceſſe eſt: aut quod eſt poſtremum, illis ipſis interdicas diuitibus, ne ſoli bonis fruantur, verùm è modiis auri tam multis vel heminam in omneis nos diſpergant. Porrò ex veſtibus, ſi quas iam à tineis exeſas, citra ſuum incommodum dare poſſint: malintque hæc prorſus vetuſtate ſitúque peritura, nobis dare qui induamur, quàm ſinere vt in cubilibus ac ſcriniis multa carie computreſcant. Præterea vt cœnent ſinguli, nunc quaternis nunc quinis pauperibus ad conuiuium adhibitis. Haud iſto quidem pacto, quo his temporibus conuiuia peraguntur, verùm populariùs, vt æqua ſit omnium portio, neque vt hic opſoniis ingurgitet ſeſe, famulo interim adſtante atque opperiente donec herus vorando præfocetur. Cæterùm vbi nox venerit, quum vix etiam apparauerimus admouere manum, protinus ad alios transferatur patina tantùm oſtenſa, vel ſi quid de placenta reliquum eſt. Neque illatum aprum ita partiatur, vt domino totum dimidium apponat vnà cum capite, reliquis autem oſſa tecta apponat.

A ἡ ἔφη δὲ μὴ πόνων τοῖς πλείοσις, ἡ πενία δὲ, καὶ ἀπορία, καὶ ἀμηχανία, καὶ ὀ, οἴμοι, καὶ ὅ, πόθεν αὖ μοι γένοιτο, καὶ ὡς τῆς τύχης, πολλὰ τοιαῦτα παρ' ἡμῖν τοῖς πένησι· καὶ ἦπτον ἂν, εἰ μὴ ἴδοι, λυποίμεθα αὐτὰ ἐπ' αὐτοῖς, εἰ μὴ τοὺς πλουσίους ἑωρῶμεν τοσαύτῃ εὐδαιμονίᾳ σεσωϊσμένους, οἳ τοσοῦτον μὲν χρυσὸν, τοσοῦτον δὲ ἄργυρον ἐγκλῃσάμενοι, ἐσθῆτας δὲ ὅσας ἔχοντες, ἀνδράποδα δὲ, καὶ ζεύγη, καὶ σεσωϊσμένους, καὶ ἀγρούς, πάμπολλα δὲ ταῦτα ἔκτησθαι κεκτημένοι, οὐχ ὅπως οὐ μετέδοσάν ἡμῖν ποτε αὐτῶν, ἀλλ'

B οὐδὲ προσβλέπειν τοῖς πολλοὺς ἀξιοῦσι. ταῦτα ἡμᾶς μάλιστα ἀποπνίγει, ὦ Κρόνε, καὶ ἀφόρητον ἡγούμεθα τὸ πρᾶγμα. τὸν μὲν ἐφ' ἁλουργίδων κατακείμενον, τοσούτοις ἀγαθοῖς ἐντρυφᾶν ἐρυγόντα, ᾧ ὑπὸ τῶν σεσωϊσμένων εὐδαιμονιζόμενον, ἀεὶ ἑορτάζοντα· ἐμὲ δὲ, καὶ τοὺς ὁμοίους, ὀψοφαγεῖν, εἴ ποθεν ὀβολοὶ τέτταρες γένοιντο, ὡς ἔχοιμεν ἄρτων χρῶ ἢ ἀλφίτων ἐμπεπλησμένοι καταύδειν, κάρδαμον, ἢ θύμον, ἢ χρόμμυον ὑπερωγόντες. ἢ τοίνυν ταῦτα, ὦ Κρόνε,

C ἀλλάττειν, καὶ μεταποιεῖν ἐς ὀρθότητα, ἢ ὃ ὕστατον, αὐτοῖς γε ἐκείνοις κελεύειν τοὺς πλουσίους, μὴ μόνοις ἀπολαύειν τῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ ἀπὸ μεδίμνων τοσούτων, χρυσίου χοίνικά γε ἡμῖν πρώτων καταμεδάσαι. ἀπὸ δὲ ἱματίων, ὅσα καὶ ὑπὸ σητῶν διαβρωθέντα, σὺν αὐτοῖς ἀπαίσσει· ταῦτα γὰρ ἡμῖν πρώτως ἀπολλύμενα, καὶ ὑπὸ τῆς χρόνου διαφθαρησόμενα, ἡμῖν δοῦναι περιβαλέσθαι μᾶλλον, ἢ ἐν ταῖς κοίτῃσι, καὶ κίσσαις, βύρσῃ πολλῷ κατασαπῆναι. καὶ

D μὴν καὶ δειπνίζειν ἕκαστον, ἄρτι μὲν, τέτταρας, ἄρτι δὲ, πέντε τῶν πενήτων παραλαμβάνοντας· μὴ μέντοι ἐς τὸν νῦν τρόπον τῶν δείπνων, ἀλλ' ἐς τὸ δημοτικώτερον, ὡς ὀπίσω μετέχειν ἀπορίας, καὶ μὴ τὸν μὲν ἐμφορεῖσθαι τῶν ὄψων, καὶ τὸν οἰκέτην περιμένειν ἐστῶτα, ἔστ' ἂν ἀπαγορεύσῃ ἑαθίων. ἐφ' ἡμᾶς δὲ ἐλθόντα, ἔτι προσκαλαζομένων ὡς ὀπισθάλοιμι τὴν χεῖρα, προσαμείσεσθαι, δείξαντα μόνον τὴν λοπάδα, ἢ

ὅσον ὀστοῦ τῶν πλακοῦντος τὸ λοιπὸν μηδὲ ἐσχηματισμένου σοι, διανέμοντα, τῷ μὲν δεσπότῃ προσφέρειν τὸ ἡμίτομον ὅλον σὺν τῇ κεφαλῇ, τοῖς δὲ ἄλλοις ὅσα φέρειν ἐγκεκαλυμμένα.

προσφπεῖν δὲ καὶ τοῖς οἰνοχόοις μὴ προσμένειν, ἔστ' αὖ ἑκάστοις ἅπαξ κελεύσῃ πιεῖν ἡμῶν ἕκαστος, ἀλλὰ ἰὼ ἅπαξ κελεύσῃ, αὐτίκα ἐγχέαι, καὶ ἀναδοῦναι, μεγάλιον κύλικα ἐμπλησαμένους, ὡς περ τῷ δεσπότῃ. καὶ τὸν οἶνον δὲ αὐτὸν πᾶσι τοῖς συμπόταις, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι. ἤ που χρὴ γεγράφθαι τοῦτον τὸν νόμον, τὸν μὲν, αὐθοσμίου μεθύσκεσθαι, ἐμοὶ δὲ ὑπὸ τῶν γλυκέων διαῤῥήγνυσθαι τὸν γαστέρα; ἰὼ ταῦτα ἐπανορθώσης, καὶ μετακοσμήσης, ὦ Κρόνε, βίον μὲν τὸν βίον, ἑορτὴν δὲ τὴν ἑορτὴν ἔσῃ πεποιηκώς· εἰ δὲ μή, σκῆνοι μὲν ἑορταζόντων· ἡμεῖς δὲ καθεδούμεθα, δύο μὲνοι, ἐπιδιδόντ λευσάμενοι ἥκωσι, τὸν παῖδα μὲν αὐτοῖς αἰσχρέλαπα τὸν ἀμφορέα, καταξαι· τὸν μάγειρον δὲ, τὸν ζωμὸν κνιστῶσαι, καὶ ὀπτηθόμενον, ὃ πάντως μὲν ἐς τὴν φακὴν ἐμβαλῇ τῶν ἰχθύων· τὴν κύνα δὲ πρεσπεσοῦσαν, τόν τε ἄλλον τὰ ὅλον καταφαγεῖν, ὡς τὰλλα τῶν ὀψοποιῶν ἐχόντων, καὶ τὸ πλακοῦντος ὃ ἥμισυ. τὸν ὦ δὲ, καὶ τὸν ἔλαφον, καὶ τὰ δελφάκια μεταξὺ ὀπτώμενα, ὃ ὅμοιον ποιῇ, ὅσπερ Ὅμηρος ὡς τὸν ἡλίου βοῦν φησι· μᾶλλον δὲ μὴ ἕρπειν μόνον, ἀλλ' αἰσθησόμενα, φύγῃ εἰς ὄρος αὐτοῖς ὠφελοῖς· καὶ τὰς ὄρνις δὲ τὰς παχείας, καίπερ ἀπτέρους ἤδη οὔσας, καὶ ἐσκευασμένας, ἀναπταμένας, οἴχεσθαι καὶ ταύτας, ὡς μὴ μόνοι ἀπολαύοιεν αὐτῶν. ὃ δὴ μάλιστα αὐτοῖς αἰσθάσθε, τὸ μὲν χρυσίον, μύρμηκάς τινας, οἵους τοὺς Ἰνδικοὺς, ἀπορύττοντας ἐκ τῶν θησαυρῶν, ἐκφέρειν νύκτωρ ἐς τὸ δημόσιον. τὴν ἐσθῆτα δ' οἱ ὀλιγωρίᾳ τῶν ὀπτιμελητῶν κοσμίνδην ἀφαπερυπῆσθαι ὑπὸ τῶν σελτίων μυῶν, ὡς σχολῆς γυναικείας μηδὲν διαφέρειν. παῖδας δ' αὐτῶν τοῖς ὠσχέσιν, καὶ κομήτας, οἷς Υακίνθους, ἢ Ἀχιλλέας, ἢ Ναρκίσσους ὀνομάζουσι, μεταξὺ ὀρύττοντας σφίσι τὸ ἔκπωμα, φαλακρὸς γίγνεσθαι, ὀπῤῥεούσης τῆς κόμης, καὶ πώγωνα φύειν ὀξύν, οἷοί εἰσιν ἐν ταῖς κωμῳδίαις οἱ σφιλοπώγωνες, καὶ τοῖς κροτάφοις, πάνυ λάσιον, καὶ κάρτα σκληρὸν· ὃ μεταξὺ δ', λῆρον καὶ γυμνὸν εἶ). ταῦτα καὶ πλείω τούτων εὐξαίμην ἄν, ἰὼ μὴ θέλωσι ὃ ἄγαν φίλαυτον τοῦτο ἀφέντες, ἐς τὸ κοινὸν πλουτεῖν, καὶ μεταδιδόναι ἡμῖν τῶν μετεόντων.

A Vtque præmoneantur pincernæ, ne contentur donec vnuſquiſque noſtrûm ſepties poſcat bibere, ſed ſemel iuſſi protinus infundant, & ingentem calicem impletum tradant æquè atque ipſi domino, vtque vnum & idem vinum conuiuis ſit omnibus. Alioqui vbinam iſta lex ſcripta fuit, aut receptus mos, vt hic vino odorato generoſóque temulentus ſit, mihi contrà muſto diſrumpatur aluus? Hęc ſi correxeris nouarísque Saturne, tum demum effeceris vt vita verè vita ſit, feſtum verè feſtum: ſin minùs, illi quidem epulentur, nos autem interim ſedentes precabimur, vt ſimul atque loti venerint, B puer ſubuerſam amphoram rumpat, vtque coquus ius adurat, ac per obliuionem muriam piſcium in lentem infundat, vtque canis in domum irruens, obſoniorum artificibus alibi intentis, exta deuoret vniuerſa, præterea placentæ dimidium: vtque ſus ac ceruus, neque non ſuculæ inter aſſandum idem faciãt, quod Homerus de Solis bobus commemorat: imò vti non ſerpant ſolùm, verumetiam vnà cum ipſis verubus in montem abripiant ſeſe, fugiántque: vtque ipſæ etiam aues pingues, iam ademptis plumis, & ad coquendum apparatæ, volatu aufugiant, C ne ſoli illis fruantur: quódque futurum eſt illis grauiſſimum, vt formicæ tales, quales feruntur Indicæ, aurum è theſauris effoſſum, noctu in publicum efferant: vtque veſtis curatorum indiligentia ita ab optimis muribus perforetur, vt cribrũ videri poſſit, nihílque differat à caſſe venatorio: vtque formoſi illorum comatíque puelli (quos Hyacinthos, aut Achilles, aut Narciſſos appellare ſolent) dum ipſis poculum porrigunt, ſubitò defluente coma calui fiant, & acutam edant barbam, cuiuſmodi in comœdiis induci ſolent Sphenopogones, quibus à cuneata D barba nomen inuentum eſt: vtque vertex illis aſperis ac pungentibus pilis ſit hirtus, reliqua capitis parte nuda. Hæc atque his etiam plura illis imprecabimur, niſi deſinant vſqueadeo ſuis priuatim ſtudere commodis, velintque in commune diuites eſſe, nobis quoque quantum æquum eſt impartientes.

ΚΡΟΝΟΣ ΕΜΟΙ ΤΩ ΤΙΜΙΩΤΑΤΩ ΧΑΙΡΕΙΝ.

SATVRNVS MIHI CHARISSIMO SAL.

QVid tu, obsecro nugas istas ad me, ac de rebus huiusmodi scribis, iubésque vt de integro bonorum faciam partitionem? quod quidem alterius munus fuerit, penes quem nunc est imperium. Etenim demiror te, si solus omnium ignoras quemadmodum iampridem regnare destiterim, ac priuatus esse cœperim, liberis partitus imperium: quãquam Iupiter præcipuè rerum istiusmodi curam agit. Porrò mea potestas non nisi ad taxillos vsque, saltationes, cantiones, & ebrietatem valet, ídque septem non ampliùs diebus. Itaque grauioribus in caussis, de quibus scribis, videlicet de tollenda rerum inæqualitate, vtque ex æquo omnes aut opibus abundent, aut egeant, Iupiter vobis operam dabit. Quòd si quid in his quæ ad festum pertinent, vel fraude detractum est alicui, vel additum, id erit mearum partium iudicare. Iámque scribo diuitibus de cœnis, déque auri hemina, neque non de vestibus, vt vobisquoque ad celebrandum festum nonnihil mittant: quandoquidem æqua sunt ista, decétque illos facere quemadmodum prædicatis, nisi fortè habent isti quod probabiliter ad hæc respondeant. In summa tamen illud scitote pauperes, vos longè falli, neque rectè iudicare de diuitibus. Siquidem illos felices arbitramini, solósque suauem vitam viuere, propterea quòd illis liceat opiparè cœnare, vino suaui inebriari, formosis frui mulieribus, vestibus vti delicatis: verùm istam felicitatem cuiusmodi sit, ignoratis: siquidem hæ res non mediocribus curis eos distorquent, sed singulis inuigilare coguntur, ne quid rerum domesticarum dispensator fraudet, aut clanculum suffuretur, ne vinum acescat, ne frumentum vermibus corrumpatur, ne latro tollat pocula, ne populus credat calumniatoribus, si illum dixerint affectare regnum. Atqui hęc quidem quota pars est eorum quæ istos discruciant? Quòd si nosletis metus & curas quibus obnoxij sunt, planè fugiendas vobis esse diuitias existimaretis. Alioqui creditis vel meipsum vsque adeo insanum,

A Τί ζῶπα λῆρος, ὦ Κρόνε, ἐμοὶ περὶ τῶν παρόντων ὑπισχνῇ, καὶ ἀναδασμὸν τῶν ἀγαθῶν ποιῇν κελεύων; ὃ δὲ ἑτέρου μὲν εἴη, τῶν νῦν ἀρχόντος. θαυμάζω γάρ σε, εἰ μόνος τῶν ἀπόντων ἀγνοεῖς, ὡς ἐγὼ μὲν πάλαι βασιλεύς εἰμι, πέπαυμαι δὲ εἰς ὢν, τοῖς παισὶ διανείμας τὴν ἀρχήν· ὁ Ζεὺς δέ, μάλιστα τῶν θεῶν τὰ τοιαῦτα ὑπιμελεῖται. καὶ δὲ ἡμέτερα ζῶπα, μέχρι πεττῶν, καὶ κότου, καὶ ᾠδῆς, καὶ μέθης, καὶ τοῦτο, ὃ πλέον ἡμερῶν ἑπτά. ὥστε περὶ τῶν μειζόνων ἃ φῂς, ἄφελε· ὃ αἴσιον, καὶ σὺ τῆς ὁμοίας B ἢ πένεσθαι, ἢ πλουτεῖν ἀπαλλαγείς, ὁ Ζεὺς αὐτὸς διαπράξει ὑμῖν. εἰ δέ τι τῶν ἐν τῇ ἑορτῇ ἀδίκως τὸ τις, ἢ πλεονεκτήσειτο, ἐμοὶ αὐτὸ εἴη δικάζειν. καὶ ὑπισχνοῦμαι δὲ τοῖς πλουσίοις περὶ τῶν δείπνων, καὶ τοῦ χοίνικος τοῦ χρυσίου, καὶ τῶν ἐσθήτων, ὡς καὶ ὑμῖν πέμψειεν εἰς τὴν ἑορτήν. δίκαια γάρ ζῶπα, καὶ ἄξια αὐτοῖς ποιῇν, ὡς φατέ, εἰ μή τι δόλερον ἐνέσται περὶ ζῶπα ἔχουσι λέγειν. ὃ δὲ ὅλον, ἴστε οἱ πένητες ὑμεῖς ἐξηπατημένοι, καὶ οὐκ ὀρθῶς δοξάζοντες περὶ τῶν C πλουσίων, εἴ γε πανευδαίμονας αὐτοῖς οἴεσθε εἶναι), καὶ μόνους ἡδέως τινὰ βιοῦν τὸν βίον, ὅτι δαπανᾶν τε πολυτελῶς ἔστιν αὐτοῖς, καὶ μεθύσκεσθαι οἴνου ἡδέος, καὶ παισὶν ὡραίοις, καὶ γυναιξὶν ὁμιλεῖν, καὶ ἐσθῆτι μαλακῇ χρῆσθαι· ὃ δὲ πάνυ ἀγνοεῖτε ὁποῖόν ἐστιν. αἱ τε γάρ Φροντίδες αἱ περὶ τούτων, ὦ μιχθοί· ἀλλ' ἀνάγκη ἐπαγρυπνεῖν ἑκάστοις, μή τι ὁ οἰκονόμος βλάψειεν, ἢ ὑφελόμενος λάθῃ, μὴ ὁ οἶνος ὀξωθῇ, μὴ ὁ σῖτος φθείρηται, ἢ ὁ ληστὴς ὑφέληται τὰ σκεύη, μὴ πιστεύσῃ τοῖς συκοφάνταις ὁ D δῆμος, λέγουσι τυραννίδα αὐτὸν ἐθέλειν. ζῶπα δὲ πάντα οὐδὲ ὃ πολλοστὸν αὐτῶν εἴη μέρος τῶν ἀπόντων αὐτοῖς. εἰ γὰρ ἠπίσαντο τοὺς φόβους, ἃ τοὺς μερίμνας, ἃς ἔχουσι, πάνυ ἂν ὑμῖν φυκτέον ὁ πλοῦτος ἐδόκει. ἐπεὶ τοι οἶδά με αὐτὸν ὄντως ἂν ποτε χρυσοπατάσσοντα, ὡς εἰ

ὡς εἰ καλὸν ἰὼ ὃ πλουτεῖν, καὶ βασιλεύειν, ἀφέντα αὖ αὐτά, καὶ παραχωρήσαντα ἄλλοις, καθῆσθαι ἰδιωτεύοντα, καὶ ἀνέχεσθαι ὑπ' ἄλλῳ πατρόμενον. ἀλλὰ τὰ πολλὰ τούτων εἰδὼς, ἃ τοῖς πλουσίοις καὶ ἄρχουσι παρεῖναι ἀνάγκη, ἀφῆκα τὴν ἀρχὴν, ὃ ποιῶν. καὶ γὰρ ἃ νῦν ἐποτνιῶ παρὸς με, ὡς τοὺς μὺς, συῶν καὶ πλακουντῶν ἐμφορουμένους, ὑμᾶς δὲ, κάρδαμον, ἢ θύμον, ἢ χρόμμυον ὑπερσώζοντας ἐν τῇ ἑορτῇ, σκέψαι ὁποῖά ἐστι. παρὸς μὲν γὰρ ὃ παρὸν, ἡδύ, καὶ οὐκ ἀνιαρὸν ἴσως ἑκατέροις αὐτῶν· ὡς δὲ μὴ τούτων, ἔμπαλιν διαφέρεται ὃ πρᾶγμα. εἶτα ὑμεῖς μὲν οὔτε καρηβαρήσαντες ἀναστήσεσθε αὖ ἐς τὴν ὑστεραίαν, ὥσπερ ἐκεῖνοι ὑπὸ τῆς μέθης, οὔτε ὑπὸ τῆς ἄγαν πλησμονῆς, δυσῳδές τι, καὶ καπνωδέστερον ἐρυγησόμενοι· οἱ δὲ, τούτων τε ἀπολαύσουσι, καὶ ὃ πολὺ τῆς νυκτὸς, ἢ παρὰ, ἢ γυναῖξιν, ἢ ὅπως ἂν ὁ τράγος κελεύῃ συναναφυρέντες, ἢ φθόῃ, ἢ ὑστερικῇ, ἢ ὕδερον, ἢ χαλεπῶς συνεξελέξαντο ἐκ τῆς πολλῆς τευφῆς. ἢ τίνα δὴ αὐτῶν ῥᾳδίως δέξαι δυσμορφότερον, μὴ πρώτως ὠχρὸν ὄντα, πολὺ δὲ νεκρώδες ὑπαφαίνοντα; τίνα δὲ ἐς γῆρας ἀφικόμενον, τοῖς αὐτοῦ ποσὶν, ἀλλὰ μὴ φορείῳ ὑπὸ τεττάρων ὀχούμενον, ὁλόχρυσον μὲν τὰ ἔξω, καταῤῥαφὸν δὲ τὰ ἔνδον, ὥσπερ αἱ τραγικαὶ ἐσθῆτες ἐκ ῥακῶν πολυτελῶν συγκεκομμέναι; ὑμεῖς δὲ, ἰχθύων μὲν ἄγευστοι, καὶ ἀσιτοι· ποδάγρας δὲ, ἢ παρειμενίας, οὐχ ὁρᾶτε ὅτι καὶ τούτων ἄπειροί ἐστε; ἢ εἴ τι κατ' ἄλλην τινὰ αἰτίαν συμβαίνοι. καίτοι οὐδὲ αὐτοῖς ἐκείνοις ἐπ' ἴσης αὐτὸ, καθ' ἡμέραν, καὶ πέρα τοῦ κόρου ἐσθίειν τούτων· ἀλλ' ἴδοις ἂν αὐτοὺς οὕτω λαχάνου ἢ θύμου ὀρεγομένους ἐνίοτε, ὥσπερ οὐ τῶν λαγῶν, καὶ συῶν. ἐῶ λέγειν ὅσα ἄλλα λυπεῖ αὐτοὺς, ἢ υἱὸς ἀκόλαστος, ἢ γυνὴ, τοῦ οἰκέτου ἐρῶσα, ἢ ἐρώμενος, παρὸς ἀνάγκην μᾶλλον, ἢ παρὸς ἡδονὴν συνών· καὶ ὅλως, πολλά ἐστιν ἃ ὑμεῖς ἀγνοοῦντες, τὸν χρυσὸν ὁρᾶτε αὐτῶν μόνον, ἢ τὴν πορφύραν, ἢν ἰδητέ ποτε ἐξελαυνόντας ὑπὸ λευκοῖς ζεύγεσι, κεχηνατε, καὶ προσκυνεῖτε.

A vt si præclara res esset opulentia, aut regnum, depositurus hæc, aliisque ea cessurus fuerim, paterérque vt nunc priuatus alieno parerem imperio? Quin potiùs quum non essem ignarus huiusmodi malorum quæ plurima diuitibus ac regibus adsint necesse est, imperium deposui, idque sapienter. Nam quod tu nunc apud me deos obtestans deplorabas, illos apris ac placentis expleri, vos contrà nasturtium porrúmve aut cepe per festi tempus opsonij loco arrodere, cuiusmodi sit, considera. Etenim in præsens quidem vtrunque dulce est illis, miniméque molestum: at postea B res inuertitur: quandoquidem vobis deinde non accidit vt postridie surgatis capitis dolore grauati ob temulentiam, quemadmodum illi, neque ob immodicam ingurgitationem, graueolentem & acrem spiritum ructatis. At illi hoc quoque fructus ferunt, vt quoniam magnam noctis partem vario coitu pro libidinis arbitrio transigunt, facilè sibi vel tabem, vel tussim, vel morbum intercutem, ex intemperato voluptatum vsu colligant. Alioqui quotumquemque potes ostendere, qui non C planè palleat, ac faciem cadaueroſam præ se ferat? Quotumquenque autem, qui cùm ad senectutem peruenerit, suis ipsius pedibus ingrediatur, ac non potiùs à quatuor baiulis gestetur? foris quidem totus aureus, intus putris ac pannosus, cuiusmodi sunt tragica indumenta, ex pannis admodum vilibus consarcinata. Vos autem quum molestum est quòd de piscibus gustare non liceat, quòd inedia laboratis, non illud item cogitatis, eosdem & podagræ & tussis expertes esse, aut si quid aliud aliam ob causſam illis incommo- D di contingit. Quanquam nec illis ipsis æquè dulce est, quotidie, supráque satietatem istis vesci: quin potiùs videas eos nonnunquam ita olus ac lupinum appetere, vt tu non æquè leporem appetas aut aprum. Vt de reliquis interim sileam, quæ illos discruciant, puta si filius sit luxuriosus, si vxor vel amans, vel amata à famulo, coacta magis quàm ex animo cum illo dormiat. In summa, multa alia sunt, quæ vos ignorantes, tantùm aurum illorum ac purpuram videtis. Tum si quando videtis eos albo prouehi curru, inhiatis & adoratis.

Quòd si illos contemneretis negligeretisque, neque ad argenteum currum oculos haberetis intentos, neque inter colloquendum, smaragdum annulo inclusum respectaretis, neque vestes obiter contrectantes, mollitiem admiraremini, sed sineretis eos ipsos sibi diuites esse; haud dubiè futurum sit vt ipsi vos vltrò adirent, ad cœnam rogarent, nimirum vt vobis ostendere possint lectos, mensas, ac pocula. Quarum rerum nulla sit vtilitas, si sine teste possideantur. Certè reperiretis pleraque hæc illos vestra caussa parare, non quò vtantur ipsi, sed vti vos admiremini. Hæc ad consolandos vos scribo, vtranque vitam cognitam habens. Conuenítque ita festum agere, vt cogitetis omnibus breui decedendum è vita; & illis, depositis opibus; & vobis, relicta paupertate. Quanquam & illis scribam, sicuti sum pollicitus: certum scio eos non neglecturos literas meas.

Εἰ δὲ καταφρονοῖτε αὐτῶν, καὶ κατέφρονεῖτε, καὶ μήτε ἐπεστρέφεσθε πρὸς τὸ ἅρμα τὸ ἀργυροῦν ἀριθμᾶσθαι, μήτε μεταξὺ λαλοῦντες σμάραγδον ἀφεωρᾶτε, καὶ τῶν ἱματίων τρυφερῶς ἅπτοισθε, ὃ μάλιστα ἐθαυμάζετε, ἀλλ' εἰᾶτε καθ' ἑαυτοὺς πλουτεῖν, ὥσπερ ἐστί, αὐτοὶ ἐφ' ἡμᾶς ἰόντες, ἐδέοντο στρωθῆναι, ὡς ὑπιδείξαιντο ὑμῖν τὰς κλίνας, καὶ τὰς τραπέζας, καὶ τὰ σκεύη, ὧν οὐδὲν ὄφελος εἰ ἀμάρτυρος ἡ κτῆσις εἴη. πάντως τοι πλείστα ἂν ἔχοιτε αὐτοῖς ὑμῖν ἕνεκα κτωμένοις, οὐχ ὅπως αὐτοὶ χρήσωνται, ἀλλ' ὅπως ὑμεῖς θαυμάζοιτε. ταῦτα ὑμᾶς παραμυθούμενος, εἰδὼς τὸν βίον ἑκάτερον, καὶ ἄξιον ἑορτάζειν, συμφυομένους ὅτι μετ' ὀλίγον ἀπολυόμενοι δεινῆς ἀπείρατε ἐν τῷ βίῳ, κἀκείνους τὸν πλοῦτον, καὶ ὑμᾶς τὴν πενίαν ἀφέντας. πλὴν ὑπισχνοῦμαι γε αὐτοῖς ὡσαύτως ἐπανέξεσθαι τῆς οἰκίας ὅτι οὐκ ὀλιγωρήσουσι τῶν ἐμῶν γραμμάτων.

ΚΡΟΝΟΣ ΤΟΙΣ ΠΛΟΥΣΙΟΙΣ ΧΑΙΡΕΙΝ.

SATVRNVS DIVITIBVS S.

PAuperes nuper ad me datis literis incusarunt vos, qui nihil ipsis ex facultatibus quas possidetis, impertimini: atque omnino postularunt vt omnia bona facerem omnibus cõmunia, vt ad singulos illorum sua pars rediret. Æquum enim esse, vt rerum æqualitas constituatur, neq; decere vt huic superfit, ille nullo modo sit particeps voluptatum. Ego verò respondi, hisce de rebus rectiùs Iouem consideraturum. Cæterùm de præsenti negotio, déque iniuriis quibus sese per festos dies affici putant, videbã mei officij esse sententiam ferre, súmque pollicitus me vobis scripturũ. Sunt autẽ quę postulant, hæc, vt mihi quidẽ videtur, æqua. Nam quo pacto, inquiunt, tanto frigore horrentes, tantæq; obnoxij esuritioni, postea diem etiam festũ celebrare possimus? Quare si vellem & illos festi participes esse, postularunt vt cogerem vos, vt & de vestibus illis impertiamini, si quæ supersunt pinguiores quàm quæ vobis conueniant, vtque de auro nonnullas guttulas in illos destilletis. Quòd si ista feceritis, inquiunt, non erit ampliùs disceptatio inter vos de bonis apud Iouem.

Οἱ πένητες ἐναγχος ἐπεστάλκασί μοι, αἰτιώμενοι ὑμᾶς, μὴ μεταδιδόναι σφίσιν ὧν ἔχετε· καὶ ὅλως ἠξίουν με κοινὰ πᾶσι ποιῆσαι τἀγαθὰ, καὶ ὃ μέρος, ἕκαστον αὐτῶν ἔχειν. δίκαιον γὰρ εἶναι ἰσοτιμίαν καθεστηκέναι, καὶ μὴ τὸν μὲν πλέον, τὸν δὲ μηδ' ὅλως μετεῖναι τῶν ἡδέων. ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτων ἔφην ἄμεινον σκέψασθαι τὸν Δία· περὶ δὲ τῶν παρόντων, καὶ ὧν ἀδικεῖσθαι ᾤοντο ὑπὸ τοῦ ἑορτοῦ, ἐώρων ἐπ' ἐμὲ καθήκουσαν τοῦ κρίναι, καὶ ὑπεσχόμην γράψειν πρὸς ὑμᾶς. ἔστι δὲ ἃ καὶ ἀξιοῦσι ταῦτα μέτεστι, ὡς ἐμοὶ ἔδοξε. πῶς γὰρ, φασι, ῥιγοῦντες τοσοῦτον χρύος, καὶ λιμῷ ἐχόμενοι, πρόσεστι ἑορτάζοιμεν ἄν; εἰ τοίνυν ἐθέλοιμι κἀκείνους μετέχειν τῆς ἑορτῆς, ἐκέλευόν με ἀναπείσαι ὑμᾶς ἐσθήτων τε, ὧν ἔχετε, μεταδοῦναι αὐτοῖς, εἴ τινες περιεῖσαι, καὶ παχύτεραι ἢ καθ' ὑμᾶς· καὶ τοῦ χρυσίου ὀλίγον ὑπιστάξαι αὐτοῖς. εἰ γὰρ ταῦτα, φασὶ, ποιήσετε, μήτε ἀμφισβητεῖν ὑμῖν ἔτι τῶν ἀγαθῶν ὑπὸ τοῦ Διός.

Εἰ δὲ μή, ἀπειλοῦσι προσκαλέσασθαι ὑπὲρ τὸν ἀναδασμόν, ἐπειδὴ ὁ πρῶτον δίκας ὁ Ζεὺς πρωὶ ἔδωκε. Ταῦτά ἐστιν οὐ πάνυ χαλεπὰ ὑμῖν ἀπὸ τοσούτων, ἃ καλῶς ποιοῦντες ἔχετε. νὴ Δία καὶ τῶν δείπνων πέρι, ὡς συνδειπνοῖεν ὑμῖν. καὶ τοῦτο προσθεῖναι ἠξίωσε τῇ ἐπιστολῇ, ὡς νῦν γε μόνοις ὑμᾶς πρυφᾶν, ὑπικλησαμένους τὰς θύρας· εἰ δέ ποτε κἀκείνων τινὰς ἐστιᾶν ἀφ' ἑαυτοῦ ἐθελήσητε, πλέον τῇ ἀφελούντος εἶναι τὸ ἀνιαρὸν τοῦ δείπνου· καὶ τὰ πολλὰ ἐφ' ὕβρει αὐτῶν γίγνεσθαι· οἷ ἐκεῖνο, τὸ μὴ τῷ αὐτῷ οἴνου συμπίνειν, Ἡράκλεις, ὡς ἀνελεύθερον, καὶ καταγνώσκειν αὐτῶν ἐκείνων ἄξιον, ὅτι μὴ μεταξὺ ἀναστάντες, οἴχονται, ὅλον ὑμῖν τὸ συμπόσιον καταλιπόντες. Ἀλλ' οὐδὲ ἐς κόρον ὅμως φασὶ πίνειν· τοῖς γὰρ οἰνοχόοις ὑμῶν, ὥσπερ τοῖς Ὀδυσσέως ἑταίροις, κηρῷ βεβύσθαι τὰ ὦτα. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα οὕτως αἰσχρά ἐστιν, ὥστε οὐκ ἂν λέγειν ἃ περὶ τῆς νομῆς τῶν κρεῶν αἰτιῶνται, καὶ τῶν ἀφικόνων· ὑμῖν μὲν πρεσβύτων ἔστ' ἂν ὑπερεμφορηθῆτε, ἐκείνοις δὲ νεωτέρων, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα μικροπρεπῆ, καὶ ἥκιστα ἐλευθέροις πρέποντα. Τὸ γοῦν ἥδιστον, καὶ συμποτικώτερον, ἡ ἰσομοιρία ἐστί. καὶ ὁ ἰσομοιρίτης τούτου ἕνεκα ἡγεῖται ὑμῖν τῶν συμποσίων, ὡς τὸ ἴσον ἅπαντες ἔχοιεν. ὁρᾶτε οὖν ὅπως μηκέτι ὑμᾶς αἰτιάσωνται, ἀλλὰ τιμήσωσι, καὶ φιλήσωσι, τῶν ὀλίγων τούτων μεταλαμβάνοντες· ὧν ὑμῖν μὲν ἡ δαπάνη ἀνεπαίσθητος, ἐκείνοις δὲ οὐ χαιρῷ τῆς χρείας ἡ δόσις ἀείμνηστος. ἄλλως τε, οὐδὲ δύ' οἰκεῖν δυνατὸν τὰς πόλεις, μὴ οὐχὶ καὶ πενήτων συμπολιτευομένων, καὶ μυρία πρὸς τὸ εὐδαιμονίαν ὑμῖν συντελούντων. οὐδ' ἂν ἔχοιτε τοὺς θαυμάζοντας ὑμῶν τὸν πλοῦτον, ἵν' μόνοι καὶ ἰδίᾳ καὶ ἐν τῷ σκότῳ πλουτῆτε. ἰδέτωσαν οὖν πολλοί, καὶ θαυμασάτωσαν ὑμῶν τὸν ἄργυρον, καὶ τὰς τραπέζας, καὶ προπινόντων φιλοτησίας, μεταξὺ πίνοντες, προσκοπείτωσαν ὃ ἕκπωμα, καὶ ὁ κάρος ἱστάσθωσαν αὐτοὶ διαβασάνιστοι, ἢ τῆς ἰσοείας ὁ ἀκριβέστερον τὸν χρυσὸν ὅσος, ὃς ἐπῴδηκε τῇ τέχνῃ.

A Sin minùs, minitantur ſeſe ad nouam rerum partitionem prouocaturos, vt primùm Iupiter pro tribunali ſedere cœperit. Atque hæc quidem facere vobis nequaquam graue fuerit, impertiri nonnihil de tantis opibus quas poſſidetis, & rectè poſſidetis. Quin de cœnis quoque, vt vobiſcum cœnarent, & hoc literis addendum putarunt, quemadmodum vos in præſentia foribus occluſis, ſoli deliciis frueremini. Quòd ſi quando vobis viſum fuerit & illorum quempiam poſt longum tempus conuiuio adhibere, plus eſſe moleſtiæ in cœna, quàm voluptatis, multáque illic in pauperum contumeliam
B fieri: velut illud, cùm non eodem de vino bibant, Dij boni, quàm illiberale: planè dignum in quo & illi debeant accuſari, qui non ſurgant potiùs, abeántque toto conuiuio vobis ſolis relicto. Quanquam negant ſeſe etiam ad ſatietatem ex illo qualicunque vino bibere, propterea quòd veſtri pincernæ aures habeant cera obturatas, quemadmodum olim Vlyſſis ſocij. Porrò reliqua vſque adeò ſunt turpia, vt pigeat commemorare, quæ de carnium partitione criminantur, déque miniſtris, qui cùm vobis aſſi-
C ſtant donec plus quàm ad plenum expleamini, ipſos prætercurrunt: aliáque huius generis permulta ſordida, miniméque digna viris ingenuis. Proinde æqualitas res eſt omnium iucundiſſima, maximé que conuiuiis congruens. Atque hac de cauſſa vobis æquus ille partitor in conuiuiis præficitur, vt æquam omnes habeant portionem. Videte igitur ne poſthac vos iterum accuſare poſſint. Quin potiùs honorabunt vos, & amabunt, ſi paucula iſta à vobis acceperint: quorum impendium à vobis nec ſentiretur quidem, penes illos muneris in tempore dati memoria ſemper manſura eſt.
D Præterea nec Remp. adminiſtrare poſſitis, ni pauperes vnà vobiſcum in ea verſentur, milléque modis felicitatem veſtram adiuuent. Neque enim habituri eſtis qui diuitias veſtras ſuſpiciant, ſi ſoli atque apud vos ipſos in tenebris eas poſſideatis. Videat igitur vulgus miretúrque veſtrum argentum, menſas, & quemadmodum præbibentes ad potandum inuitetis. Dein illi inter bibendum poculum vndique contemplentur, ac pondus expendant, manu librantes. tum argenti abſolutam cælaturam. tum auri vim, viciſſim artem condecorantis.

Nam in istum modum non solùm illi A vos probos viros & humanos prædicabunt, verumetiam inuidiam illorum effugietis. Quis enim inuideat impertienti dantíque quod æquum est? Quis non potiùs optet, vt quàm diutissimè viuens, bonis suis fruatur? Verùm vt nunc res vobis habent, & felicitas vestra teste caret, & diuitiæ inuidiosæ, & insuauis vita. Neque enim perinde iuuat, opinor, si quis solus expleatur, quemadmodum aiunt leones facere, & ex luporum genere quos solitarios vocant, quàm si cum lepidis hominibus, ac per omnia gratificari paratis, conuiuatis: qui primùm non sinent conuiuium sur- B dum aut mutum esse, verùm consuetudine sua fabulas conuiuiis aptas, dicteriáque minimè molesta, variásque voluptates adferent: quibus rebus tempus iucundissimè transigitur. Idque gratum est Baccho, gratum Veneri, gratum etiam Gratiis. Deinde postero die, dum comitatem vestram referunt, beneuolentiam vobis conciliant. Hæc etiam magno fuerant emenda. Nam illud à vobis sciscitabor, si pauperes abeant taciti, sic enim fingamus, nónne vos ea res vreret, cùm non haberetis quibus ostentaretis purpureas vestes, comitum multitudinem, C anulorum magnitudinem? Neque iam libet referre, necessariò futurum vt pauperum insidiæ atque odia in vos oriantur, si soli deliciis frui velitis. Nam quæ minantur vobis imprecaturos sese, prorsus abominanda sunt: ac dij prohibeant, ne vnquam ad eiusmodi imprecationes venire cogantur: quandoquidem si id fiat, neque intestina posthac gustabitis, neque placentam, nisi si quid canis reliquum fecerit. Præterea lenticula saperdæ liquamen vobis habebit. Porrò sus aut ceruus interim dum assantur, è veru in montes aufugere parabunt. Tum D aues quoque pingues absque alis fugam molientes, ad pauperes auolabunt. Denique quod est omnium grauissimum, pocillatores formosissimi repentè vobis calui fient, idque etiam fracta amphora. Super his rebus consulite quæ & festo sint digna, & vobis quàm maximè tuta, atque illis paupertatis onus subleuate, exiguo vectigali illos amicos habituri, neutiquam malos.

ποῖς γὰρ τῶν χρηστοὺς καὶ φιλανθρώπους ἀκούσῃ, καὶ τὸ φθονεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν ἐξω γενήσεσθε. τίς γὰρ ἂν φθονήσειε τῷ κοινωνοῦντι, καὶ διδόντι τῶν μετεῖναι, τίς δ' οὐκ ἂν βούλοιτο εἰς ὃ μήκιστον διαβιῶναι αὐτὸν, ἀπολαύοντα τῶν ἀγαθῶν; ὡς ὑμῖν νῦν ἔχετε, ἀμάρτυρος μὲν ἡ εὐδαιμονία, ὀπιφθονος δ' ὁ πλοῦτος, ἀηδὴς δὲ ὁ βίος. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ὁμοίως ἡδύ, οἶμαι, μόνον ἐμπίπλασθαι, ὥσπερ τοὺς λέοντάς φασι, καὶ τοὺς μονιοὺς τῶν λύκων, καὶ σεσωρευμένους δεξιοῖς ἀνδράσι, καὶ πάντα χαρίζεσθαι πειρωμένοις, οἳ πρῶτα μὲν ἀ κωφὸν καὶ ἄφωνον ὃ συμπόσιον ἐάσουσι εἶναι, ἀλλ' ἐν μύθοις συμποτικοῖς, καὶ σκώμμασιν ἀπεπαχθέσι, καὶ φιλοφρονήμασι ποικίλοις συνέσονται, οἷαι ἥδιστα ἀφανεῖσαι, φίλαι μὲν Διονύσῳ, καὶ Ἀφροδίτῃ, φίλαι δὲ Χάρισιν. ἔπειτα δὲ πρὸς ἀπόδειξιν ὑστεραίου δειπνυλλίου, ὑμῶν πλεῖστα δεξιότητα φιλήσουσι παρασκευάζοισι. ταῦτα πολλοῦ ποιήσασθαι καλῶς εἴχει. ἐπεὶ ἐρήσομαι ὑμᾶς, εἰ μύοντες οἱ πένητες βαδίζοιεν (ὑποθώμεθα γὰρ ὕτως) οὐκ ἂν ὑμᾶς ὠίασεν οὐκ ἔχοντας οἷς ὀπιδείξασθε τὰς ἀλουργεῖς ἐσθῆτας, καὶ τὴν ἀκολούθων ὃ πλῆθος, ἢ τῶν δακτυλίων ὃ μέγεθος; ἐῶ λέγειν ὡς ἐπιβουλὰς, καὶ μίσος παρὰ τῶν πενήτων αἰσχρὸν εἰλήσεσθε πρὸς ὑμᾶς, ὧν μόνοι πυφᾶν ἐθέλητε. ἃ μὲν γὰρ εὔχεσθαι καὶ ὑμῶν ἀπειλοῦσιν, ἀποβήσεσθαι, μηδὲ γένοιτο εἰς ἀνάγκην αὐτοῖς καταστῆναι τῆς εὐχῆς· ἐπεὶ ὅτε ἀλεκτόρων γεύσεσθε, ὅτε πλακοῦντος, ἢ εἴτι λείψανον τῆς κυνός· ἢ φακῆ δὲ, ὑμῖν παρῆλθε σεσηπότα ἔξω. ἐξ δὲ, ἔλαφος, ὀπτῶμενοι, μεταξὺ δρασμὸν βουλεύσουσιν ἐκ τοῦ ὀπταρείου ἐς τὸ ὄρος. ὄρνις πτῆναι καταπεινασαι, ἀπίασι καὶ αὗται, πρὸς αὐτοὺς τοὺς πένητας ἐκπετήσονται. ὃ δὲ μέγιστον, οἱ θερμότατοι τῶν οἰνοχόων, φαλακροὶ ἐν ἀκαρεῖ τοῦ χρόνου ὑμῖν γενήσονται, ὅτε καταγότε καὶ ταῦτα τῶν ἀμφορέων. πρὸς τὰ δὲ βουλεύεσθε, ἃ καὶ τῇ ἑορτῇ πρέποντα γένοιτ' ἂν, καὶ ὑμῖν ἀσφαλέστατα, καὶ ὀπτικοὺς φίλους πολλοῦ πενίαν αὐτοῖς, ἀπ' ὀλίγου τέλεσματος φίλους οὐ μεμισθωτοὺς ἕξοντες.

ΟΙ ΠΛΟΥΣΙΟΙ ΤΩ ΚΡΟΝΩ ΧΑΙΡΕΙΝ.

DIVITES SATVRNO SALVTEM.

Πρὸς γάρ σε οἵᾳ μόνον ἔτι τῶν πενήτων ταῦτα γεγράφθαι, ὦ Κρόνε, ἀλλὰ δὲ καὶ ὁ Ζεὺς ἤδη ἐκκεκώφωται τοῖς αὐτῶν αἰτιωμένων καὶ αὐτὰ δὴ ταῦτα, τὸν ἀναδασμὸν ἀξιούντων γενέσθαι· καὶ αἰτιωμένων τὸ τε εἰμαρμένον ὡς ἄνισον τὴν νομὴν πεποιημένον, καὶ ἡμᾶς, ὅτι μηδενὸς αὐτοῖς μεταδιδόναι ἀξιοῦμεν; ἀλλ' οἶδεν ἐκεῖνος ἅτε Ζεὺς ὤν, πρὸ οἵων πίνει ἡ αἰτία, καὶ διὰ τοῦτο τῶν παρ' ἐκείνου τὰ πολλὰ σοὶ δὲ ἴσως ἀπολογησόμεθα, ἐπειδὴ καὶ ἄρχεις γε νῦν ἡμῶν. ἡμεῖς γὰρ ἅπαντα τοῦ ὀφθαλμοῦ λαβόντες, ἃ γέγραφας, ὡς καλὸν ὀπτικουρεῖν ἀπὸ πολλῶν τοῖς δεομένοις, καὶ ὡς ἥδιον συνεῖναι, καὶ συνδυαζεῖσθαι τοῖς πένησιν, ἀεὶ διατελοῦμεν οὕτω ποιοῦντες, ἰσοδίαιτοι καθεζῶντες, ὡς ἂν μηδὲ τὸν συνδιαίτην αὐτῶν αἰτιάσασθαί τι· οἱ δὲ ὀλίγων τὸ ἀρχὴν δεῖσθαι φάσκοντες, ἐπειδὴν ἅπαξ αὐτοῖς ἀνεπετάσαμεν τὰς θύρας, οὐκ αἰσθόμενοι, ἀλλ' ἐπ' ἄλλοις αἰτοῦντες. Εἰ δὲ μὴ πάντα δύθυς, μηδὲ τοῖς ἔπος λαμβάνοιεν, ὀργὴ, καὶ μῖσος, καὶ τοιχεῖοι αἱ βλασφημίαι, κἂν εἴπῃ ὑπερψεύδονται ἡμῖν. ἀλλ' οἵ γε ἀκούοντες ὅτις δύο ἂν, ὡς ἀκριβῶς εἰδόσιν ἐκ τῆς συνηθείας. ὥστε δυοῖν θάτερον, ἢ μὴ δίδοντα ἐξαρτὸν εἰς πάντως ἔδει, ἢ πάντα τοιοῦμεν, αὐτίκα μάλα πένεσθαι, καὶ τῶν αἰτουμένων καὶ αὐτὸν εἰ). καὶ τὰ μὲν ἄλλα, μέτρια· ἐν ᾧ τοῖς δείπνοις αὐτοῖς, ἀμελήσαντες τῆς ἐμπίπλασθαι, καὶ γαστρίζεσθαι, καὶ αὐτοὶ ἐπειδὰν πλείω τῆς ἰκμάδος πίωσιν, ἢ παιδὸς ὡραίου, μεταξὺ ἀναδύντος ὄ ἔκπωμα, ἔνυξαν τὴν χεῖρα, ἢ παλλακῆς, ἢ γαμετῆς γυναικὶ ἐπεχείρησαν· εἶτα κατεμέσαντες τῆς συμποσίου, ἐς τὴν ὑστεραίαν λοιδορούνται ἡμῖν κατελθόντες, ὡς ἐδίψησαν, καὶ ὡς λιμῷ συνῆσαν διηπορημένοι. καὶ εἴ σοι ταῦτα καταψεύδεσθαι αὐτῶν δοκοῦμεν, τὸν ὑμέτερον τοῦδε τὸν ἀναμνήσθητι, τὸν Ἰξίονα· ὃς ἀξιωθεὶς κοινῆς τραπέζης, ἀξίωμα ἴσον ἔχων ὑμῖν,

NVm putas, Saturne, de rebus istis ad te solum scripsisse pauperes? Quin potiùs Iouis ipsius aures iam obsurduerunt illorum querelis, dum hæc eadem vociferantur, ac nouam rerum partitionem flagitant, ac simul & Fatum incusant, quòd non æqualiter distribuerit: & nos, quòd nihil ipsis velimus impertiri. Verùm nouit ille, quippe cùm sit Iupiter, penes quos sit culpa, eóque illos plerunque obaudit. Nihilominus tamen purgabimus nos tibi, quandoquidem hoc certè tempore princeps noster es. Nos enim omnia ista quæ scribis, ob oculos habentes, quàm sit honestum de magna rerum copia opitulari iis qui indigent, quantóque sit iucundius, simul cum pauperibus versari, & conuiuium agitare, ad eum modum assiduè facimus, adeóque in ratione vitæ nos æquamus, vt nihil possit incusare is quem ad conuictum admittimus. Verùm illi primùm aiunt sibi paucis opus esse: deinde vbi semel illis fores aperuerimus, nunquam desinunt alia super alia postulare. Quòd nisi protinus omnia, simúlque cum dicto acceperint, mox paratum odium, in promptu conuitia, etiam si quid de nobis sit mentiendum. Porrò qui addiunt, fidem illis habent, rati videlicet illos probè scire quæ dicunt, propterea quòd nobiscum consuetudinem habuerint. Ita fit, vt in alterutrum incidamus, vt aut si nihil demus, illos prorsus habeamus hostes: aut profusis omnibus, ipsi protinus egeamus, iámque in pauperum gregem veniamus. Ac cætera quidem vtcunque ferenda sunt, verùm inter cœnas ipsas non satis habent ingurgitari cibis, atque aluum explere, sed iidem vbi plus satis adbiberint, tum vel puellæ formosæ cyathum porrigentis manum vellunt, aut concubinam vxorémve solicitant. Postremò conuomito conuiuio, postero die nobis obtrectant, narrantes quemadmodum sitierint, esurierintque. Quòd si hæc aduersus illos mentiri videmur, vester ille parasitus Ixion in memoriam redeat, qui ad communis mensæ honorem admissus, ac vobis dignitate æquiparatus,

iam ebrius vir ille egregius, Iunonem adortus est. Hæc atque huiusmodi sunt, propter quæ in posterum statuimus, quò res nostræ sint in tuto, ne posthac illis in domum aditum præbeamus. Quòd si te auctore, pacto recipiant, sese moderatè petituros, quemadmodum nunc aiunt, neque quicquam flagitiosè in compotationibus admissuros, age, conuiuant nobiscum, simúlque cœnent bonis auibus. Ac de tunicis, sicuti iubes, mittemus, & de auro, quantum facultas patietur, ac sumptus augebimus: in summa, nihil omittemus officij nostri, modò vicissim desinãt ipsi arte nobiscum viuere, sintque pro parasitis & adulatoribus amici. Ita nihil erit quod in nobis desideres, si ipsi quoque suo fungi volent officio.

τῇ Ηρᾳ μεθυσθεὶς, ἐπεχείρησε γυναῖος. Ταῦτα δέ ἐστι καὶ τὰ τοιαῦτα, ὑφ' ὧν ἡμεῖς ἐβουλευσάμεθα τοῖς δὲ λοιπὸν, ἀσφαλείας τῆς ἡμετέρας ἕνεκεν, μηκέτι δοτέον ποιῆν αὐτοῖς πρὸς οἰκίαν. εἰ δὲ δοτὸν σοὶ σωφρονοῦντο, μετρίων δεήσεσθαι, ὥσπερ νῦν φασι, μηδὲν δὲ ὑβριστικὸν ἐν τοῖς συμποσίοις ἐργάσεσθαι, καινοτομούντων ἡμῖν καὶ σωφρονούντων τύχῃ τῇ ἀγαθῇ. καὶ τῶν ἱματίων ὡς σὺ κελεύεις, πέμψομεν, καὶ τοῦ χρυσίου ὁπόσον οἷόν τε, καὶ τοῖς δαπανήσομεν, καὶ ὅλως οὐδὲν ἐλλείψομεν· καὶ αὐτοὶ δ' ἀφέξονται τοῦ κῶμου τέχνῃ ὁμιλῆν ἡμῖν, φίλοι αὐτὶ κολάκων καὶ παρασίτων ἔσονται, ὡς ἡμᾶς γε οὐδὲν ἂν ἀπέσαιρο, καὶ ἐκεῖνοι τὰ δέοντα ποιῆν ἐθελόντων.

ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ, ἢ ΛΑΠΙΘΑΙ.

SYMPOSIVM, VEL LAPITHÆ.

Erasmo Roterodamo interprete.

Erasmus Roterodamus Ioanni Eutychio suo S. D.

Quanquam hic Luciani Dialogus, Eutychi doctissime, plurimum habeat artis, ob decorum mirè seruatum in personis tam multis, támque diuersis: tamen aliquot reperi, qui dicerent esse premendum, quòd liberiùs ac velut ἐξ ἀμάξης philosophorum omne genus laceret. At mihi videtur iustiùs esse stomachandum in huius seculi mores, quo videmus Philosophorum scholas multo puerilius etiam inter se dissidere, nec minùs atrociter digladiari, tum inter sectarum professores nihilo minùs cruentam esse pugnã, quàm in eo conuiuio fuisse Lucianus vel finxit, vel retulit. Hunc igitur libellum, quoniam fortè ἀδίαστον reperi, & tamen patrono videbatur egere, Eutychio dicaui. Bene vale, καὶ εὐτύχει, vt planè sis quod diceris. Antuerpiæ. an. M. D. XVII.

ARGVMENTVM.

Rursum depingit hoc loco philosophorum mores & vitam Lucianus, atque illa quæ fictionibus ac fabulis alibi de illis prodidit, hic nunc exemplo ac vero facto comprobat. Est autem historica quædam rei gestæ commemoratio, qua exponit quo pacto diuersarum professionum Philosophi aliquot ab Aristæneto ad cœnam & nuptiarum celebritatem vocati, posteaquam vino incaluere, pro secta quisque sua inter se verbis primò contenderint, mox ad manus quoque & ad vulnera venerint, adeò vt saucij nonnulli ac mutilati è conuiuio asportati fuerint: Rursum autem ex aliis qui vocati non fuerant, quidam, Cynicus videlicet, vltro veniens, cœnantibus sese obtruserit, magna præsentiæ & impudentiæ suæ importunitate: Alius autem per literas cum Aristæneto expostularit, tragicè propè in eum debacchatus, quòd præteritus, & cæteris postpositus fuisset. Ex quo apparet, istud hominum genus, quod foris virtutem prædicat, & specie religionis in se vulgi ora conuertit, non hac ætate modò (quod tamen grauissimum est, quando & Christianos esse plerique se, & aliis vitæ morúmque honestate præire profitentur) verùm olim quoque eadem simulatione, iisdémque præstigiis vsos esse, nimirum vt verbis quidem multa de pietate, de officiis, de vera viuendi ratione iactitarent, cæterùm ipsa re à virtute ac honestate omni quàm longissimè abessent, libidini & gulæ & cæteris vitiis turpissimè interim seruientes. Et accidêre sanè etiam nostra memoria huiusmodi

quedam exempla, conuiuio huic non admodum dissimilia, vbi isti in speciem grauissimi sanctissimiq; viri, vel pro lenibus ac puerilibus rebus acerbissimas sæpenumero contentiones incepêre: vel quia alicubi præteriti atque neglecti viderentur, grauissima odia exercuêre: vt non immeritò quispiam crediderit philosophos illos veteres (quanquam indignum adeò est tam venerabile nomen in tam turpibus personis hærere) in nostræ ætatis homines quosdam immigrasse. Vsque adeo nostri isti à veteribus non alia re quàm solo titulo ac nomine differunt. Cæterùm tametsi hæc omnia cum summa festiuitate pro ingenio atque facundia sua tractet Lucianus, interim tamen seriò quoque ac verè idem monet, nullum esse pretium operæ, si quis disciplinas omnes perdiscat, nisi simul & vitæ rationes ad id quod optimum est, accommodet: eosq; illos qui solos libros spectant, quiq; solicitudine ac cura quam illi afferunt, perpetuò tenentur, à recta ratione, bonisq; institutis fermè abduci, &c. Inscribitur autem dialogus hic, Conuiuium, vel Lapithæ: quorum prior titulus ab argumento & re ipsa sumptus est: alter à collatione: quòd vt hîc Philosophi, ita à poëtis Lapithæ & Centauri in nuptiis Pirithoi inter se funesto certamine congressi quoque feruntur.

ΦΙΛΩΝ ΚΑΙ ΛΥΚΙΝΟΣ.

PHILON. LVCIANVS.

ΠΟΙχίλιω, ὦ Λυκῖνε, δεῖπνον ἀμφιτρίβω φασὶ γεγονέναι ὑμῖν χθὲς ἐν Ἀρισταινέτου τοῦδε τὸ δεῖπνον, καί τινας φιλοσόφους λόγους εἰρῆσθαι, καὶ ἔριν τινὰ συστῆναι ἐπ' αὐτοῖς. εἰ δὲ μὴ ἐψεύδετο Χαρῖνος, καὶ ἄχρι τραυμάτων προχωρῆσαι τὸ πρᾶγμα, καὶ τέλος, αἵματι διαλυθῆναι τὴν συνουσίαν. ΛΥ. καὶ πόθεν, ὦ Φίλων, ἠπίστατο Χαρῖνος ταῦτα; οὐ γὰρ συνεδείπνησεν ἡμῖν. ΦΙ. Διονίχου ἔφη τοῦ ἰατροῦ ἀκοῦσαι. Διόνικος δὲ, ὡς αὐτὸς, οἶμαι, τῶν συνδείπνων ἦν. ΛΥ. καὶ μάλα. οὐ μὴν ἐξ ἀρχῆς γε ὅλης αὐτὸς ἅπασι παρῆν, ἀλλὰ ὑστερος, μεσούσης ἤδη τῆς μάχης, ἐπέστη ὀλίγον πρὸ τῶν τραυμάτων. ὥστε θαυμάζω εἴ τι σαφὲς εἰπεῖν ἐδύνατο, μὴ παρακολουθήσας ἐκείνοις, ἀφ' ὧν ἀρξαμένη ἐς τὸ αἷμα ἐτελεύτησεν αὐτοῖς ἡ φιλονεικία. ΦΙ. Διήγησαι, ὦ Λυκῖνε, ὡς ὁ Χαρῖνος αὐτὸς, εἰ βουλοίμεθα τἀληθῆ ἀκοῦσαι, καὶ ὅπως ἐπράχθη ἕκαστα, τοῦδέ σε ἡμᾶς ἥκειν ἐκέλευε· καὶ τὸν Διόνικον δὲ αὐτὸν εἰπεῖν, ὡς αὐτὸς μὲν οὐ παρεγένετο ἅπασι, σὲ δὲ ἀκριβῶς εἰδέναι τὰ γεγενημένα, καὶ τοὺς λόγους αὐτοῖς ἀπομνημονεῦσαι, ἅτε μὴ πρέπειν τῷ τοιούτων, ἀλλ' ἐν σοφοῖς ἀκροώμενον. ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις ἐξιὼν ἡμᾶς ἡδίστην ταύτην ἑστίασιν, ἧς οὐκ οἶδ' ἂν τις ἡδίων ἔμοιγε· καὶ μάλιστα ὅσῳ νήφοντες ἐν εἰρήνῃ, καὶ ἀναμφὶ ἔξω βέλους ἑστιασόμεθα· εἴτε γέροντες

NOuam quandam & variam disputationem Luciane vobis fuisse narrãt super cœnam apud Aristænetum: tum philosophicos quosdam sermones dictos, ac super his summam contentionem exortam fuisse: quòd ni mentitus est Charinus, etiam ad vulnera vsque rem processisse: denique sanguine conflictum fuisse diremptum. LVC. Atqui vndenam, Philon, ista resciuit Charinus? neque enim is nobiscum aderat in cõuiuio. PHIL. E Dionico medico aiebat audisse sese: porrò Dionicus etiam ipse è conuiuarum numero fuit opinor. LVC. Fuit maximè: verùm ne is quidẽ ab initio rebus omnibus fuit præsẽs, sed seriùs aduenerat, media fermè pugna, paulóq; ante vulnera. Proinde demiror si quid comperti certò referre potuit, qui nõ ordine spectarit illa, vnde inter illos nata lis, postea ad sanguinẽ vsque deducta est. PHI. Proinde, Luciane, Charinus etiã ipse, si rem cõpertiùs vellẽ cognoscere, & quo singula modo sint gesta, doceri, te adirem iussit: nã Dionicum etiam ipsum fassum fuisse, ne se quidem toti negotio præsentem adfuisse: te verò, quicquid esset actũ, id omne cõpertò certóque scire: tum etiam quæ dicta inter illos fuerint, meminisse: quippe qui eiusmodi nõ obiter neque neglectim audire, sed per otium atq; attẽtè auscultare sis solitus. Proinde nunquam effugies, quin nos hoc suauissimo accipias epulo: quo mihi quidẽ haud scio an vllũ possit accidere iucundius: præsertim quòd sobrij per otium tutò ac citra sanguinẽ, extráq; teli, quod aiunt, iactũ constituti, sumus epulaturi, Siue senes aliquid

Super cœnam sunt debacchati, Siue etiam iuuenes à mero compulsi sunt, quæ neutiquam fas erat, tum dicere, tum facere. LVC. Iuueniliùs tu quidem Philon, atque inconsultiùs hæc nos iubes in vulgus efferre, eáque referre quæ inter pocula ab ebriis sunt acta: quum hæc magis oporteat obliuioni tradere, eáque omnia Baccho deo velut auctori imputare, qui quidem haud scio an quenquam suis nõ afflatum Orgiis, & Bacchanalium expertem præterierit. Proinde vide ne hominis sit parum benè morati, eiusmodi ad amussim exquirere, quæ rectiùs erat in conuiuio reliquisse, atque ita discedere. Siquidem odi (sicut inquit versus poëticus) memorem compotorem. Ne à Dionico quidem rectè factum, qui hæc apud Carinum effutiuerit, immodicámque & pridianam dissiparit temulentiam hominum philosophorum. Cęterùm ego absit vt istiusmodi quippiã sim dicturus. PHIL. Nugas agis Luciane cùm ista dicis. Quin haud quaquam oportebat ad istum modum apud me præsertim agere: vt qui certò sciam te multo cupidiorem esse narrandi, quàm ego sim audiendi, adeò vt mihi videaris, si desint qui te audiant, vel ad columnam aliquam aut statuam libenter accessurus, quò cuncta pariter euomas. Quòd si nunc coner discedere, non sines, ni te priùs audiero, abire: verùm vltro aderis, consectabere, rogabis. At tum ego te vicissim lusero. Iamque adeò, si ita vis, abimus, ex alio quopiam hæc eadem audituri. Tu verò ne dicito. LVC. Age ne quid succenseas: equidem dicam, quandoquidem vsqueadeo cupidus es audiendi: verùm heus ea lege, ne passim in vulgus efferas. PHIL. Ni prorsus ignoro Lucianum, tute isthuc potiùs feceris. Nam prior ipse denarrabis omnibus, vt me quidem ad id nihil futurum sit opus. Sed illud mihi primo respondе loco: Aristænetus num filio Zenoni dabat vxorem, atque ita in nuptiis eius vos accepit? LVC. Non, imò filiam suam elocauit Cleanthidem, idque Eucriti nummularij filio, qui philosophiæ dat operam. PHI. Formoso admodum per Iouem adolescentulo: tametsi tenero adhuc, & vxoriæ rei non admodum maturo. LVC. Verum: at non inueniebat, opinor, alterum generum magis idoneum. Hunc igitur, qui tum modestus videretur, tum ad philosophiæ studium propensus,

A ἐπῳδύνησθά τι τῷδὲ τῷ δείπνῳ, εἴτε νέοι, εἰπεῖν τε ὅσα ἤκουσα ἐχρῆν ἐκ τοῦ ἀκράτου πεφαρμένοι, καὶ πεφυσημένοι. ΛΥ. νεανικώτερα ἡμᾶς, ὦ Φίλων, ἀξιοῖς ἐκφέρειν ταῦτα πρὸς τοὺς πολλούς, καὶ ἐπεξιέναι, διηγουμένους πράγματα, ἐν οἴνῳ καὶ μέθῃ γιγνόμενα, δέον λήθῃ ποιήσασθαι αὐτὰ, καὶ νομίζειν ἐκεῖνα πάντα θεοῦ ἔργα τοῦ Διονύσου εἶναι, ὃς οὐκ οἶδα εἴ τινα τῶν αὐτῷ ὀργίων ἀτέλεστον καὶ ἀβάκχευτον παρεῖδεν. ὅρα οὖν μὴ κακοήθων τινῶν αἰδεσθῶμεν ἢ ὃ ἀκριβῶς τὰ τοιαῦτα ἐξετάζειν, ἂν καλῶς ἔχει ἐν τῷ B συμποσίῳ καταλιπόντας ἀπαλλάττεσθαι. μισῶ γάρ, φησι καὶ ὁ ποιητικὸς λόγος, μάμονα συμπότην, καὶ οὐδὲ ὁ Διόνικος ὀρθῶς ἐποίησε πρὸς τὸν Χαρῖνον, αὐτὰ ὀξαγορεύσας, καὶ πολλοῦ τοῦ ἑωλοκρασίας καταγελάσας ἀνδρῶν φιλοσόφων· ἐγὼ δὲ, ἅπαγε, οὐκ ἂν τι τοιοῦτον εἰποιμι. ΦΙ. θρύπτῃ ταῦτα, ὦ Λυκῖνε. ἀλλ' οὔτι γε πρὸς ἐμὲ οὕτω ποιεῖν ἐχρῆν, ἀκριβῶς γιγνώσκοντα πολὺ πλέον ὑπεπιθυμοῦντά σε εἰπεῖν, ἢ ἐμὲ ἀκοῦσαι· καί μοι δοκεῖς εἰ ἀπορήσας τ' ἀκουσομένων, κἂν πρὸς κίονα τινὰ, ἢ πρὸς ἀνδριάντα ἡδέως ἂν προσελθών, διηγήσασθαι, πάντα σαυτοῦ ἀμυσί. εἰ γοῦν ἐθελήσω ἀπαλλάττεσθαι νῦν, οὐκ ἐάσεις με μὴ οὐχὶ ἀπελθεῖν, ἀλλ' ἕξεις, καὶ παρακολουθήσῃ, καὶ δεήσῃ, κἀγὼ θρύψομαι πρὸς σὲ ἐν τῷ μέρει· καὶ εἴ γε δοκεῖ, ἀπίωμεν ἄλλου αὐτὰ πυθόμενοι, σὺ δὲ μὴ λέγε. ΛΥ. μηδὲν πρὸς ὀργήν, διηγήσομαι γάρ, ἐπείπερ οὕτω προθυμῇ, ἀλλ' ὅπως μὴ πρὸς πολλοὺς ἐρῇς. ΦΙ. Εἰ μὴ πρὸ πάντων ἐγὼ ὑπιλέλησμαι Λυκίνου, αὐτὸς σὺ ἄμφνον ποιήσας αὐτὸ, καὶ φθάσας εἰπὼν ἅπασιν, ὥστε οὐδὲν ἐμοῦ δεήσῃ· ἀλλ' ἐκεῖνό μοι πρῶτον εἰπὲ, τῷ παιδὶ τῷ Ζηνῶνι ὁ Αἰσχίνης ἀγόμφιος γυναῖκα, εἶτα ὑμᾶς; ΛΥ. οὐκ, ἀλλὰ τῷ θυγατέρα ἐξεδίδου αὐτὸς τῷ Κλεανθίδα τῷ Εὐκρίτου τοῦ δημοσίου τῷ φιλοσοφοῦντι. ΦΙ. παγκάλῳ, νὴ Δία, μειρακίῳ, ἁπαλῷ γε μὰ Δία ἔτι, καὶ οὐ πάνυ καθ' ὥραν γάμων. ΛΥ. ἀλλ' οὐκ εἶχεν ἄλλον ὑπιτηδειότερον, οἶμαι. τῶν οὖν κόσμιά τε δοκοῦντα, καὶ πρὸς φιλοσοφίαν ὡρμη-

μῶν, ἐπὶ δὲ μόνον ὄντα πλουσίῳ τῷ Εὐκρίτῳ, προείλετο νυμφίον ἐξ ἁπάντων. ΦΙ. Ὑμικρὸν λέγῃς αἰτίαν ὃ πλουτεῖν τὸν Εὐκρίτον. ἀτάρ, ὦ Λουκῖνε, τίνες οἱ δεῖπνοῦντες ἦσαν; ΛΥ. Τοὺς μὲν ἄλλους τί αὐ σοι λέγοιμι; οἱ δ' ἀπὸ φιλοσοφίας, καὶ λόγων, ὅσῳπερ ἐθέλῃς, οἶμαι, ἀκοῦσαι μάλιστα, Ζηνόθεμις ἦν ὁ πρεσβύτης, ὁ ἀπὸ τῆς στοᾶς, καὶ ξὺν αὐτῷ, Δίφιλος ὁ Λαβύρινθος ἐπίκλην, διδάσκαλος ὢν σοῦ τοῦ Αἰσχίνου, υἱέος τοῦ Ζηνωνος· τῷ δὲ ἀπὸ τοῦ περιπάτου, Κλεόδημος, οἶσθα τὸν σωμύλον, τὸν ἐλεγκτικόν; ξίφος αὐτὸν οἱ μαθηταί, καὶ κοπίδα καλοῦσιν. ἀλλὰ καὶ ὁ Ἐπικούρειος Ἑρμων πρῶτος, καὶ εἰσελθόντα τε αὐτὸν, οὕτως ἐπεβλέποντο οἱ Στωϊκοὶ, καὶ ἀπεστρέφοντο, ὡς δῆλοι ἦσαν ὡσπερ τινα παρανοίαν καὶ ἀναγῆ μυσαττόμενοι. ἔτι μὲν Αἰσχίνου αὐτοῦ φίλοι, καὶ συνήθεις ὄντες, προσεκέκλητο ὅτι δεῖπνον, καὶ ξὺν αὐτοῖς ὁ γραμματικὸς Ἰσιαῖος, καὶ ὁ ῥήτωρ Διονυσόδωρος· ἐφ' ᾧ δὲ τὸν νυμφίον τὸν Χαιρέαν, Ἰων ὁ Πλατωνικὸς συνῳκίαρ, διδάσκαλος αὐτοῦ ὤν, σεμνός τις ἰδεῖν, καὶ θεοπρεπὴς, καὶ πολὺ τὸ κόσμιον ὅτι φαίνων τῷ προσώπῳ. καινόν γοῦν οἱ πολλοὶ ὀνομάζοισιν αὐτὸν, εἰς τὸ ὀρθότητα τῆς γνώμης ἀποβλέποντες. καὶ ἐπεὶ πρῶτον ἦλθεν, ἐπεξανίσταντο πάντες αὐτῷ, καὶ ἐδεξιοῦτο ὥς τινα τῶν χρηστῶν· καὶ ὅλως, θεοῦ ἐπιδημία ὃ πρᾶγμα ἦν, Ἰων ὁ γαμμαστὸς συμπρῶν. δέον δὲ ἤδη κατακλίνεσθαι, ἀπάντων σχεδὸν παόντων, ἐν δεξιᾷ μὲν εἰσιόντων, αἱ γυναῖκες ὅλον τὸν κλιντῆρα ἔκλινον ἐπέλαβον, ὀλίγαι οὖσαι, καὶ ἐν αὐταῖς ἡ νύμφη, πάνυ ἀκριβῶς ἐγκεκαλυμμένη, ἐπὶ τῶν γυναικῶν προσεχώρησεν. ἐς δὲ τὸν αὐτίθυρον ἡ ἄλλη πληθὺς, ὡς ἕκαστος ἀξίας εἶχε. κατ' αὐτικρὺ δὲ τῶν γυναικῶν, πρῶτος ὁ Εὐκρίτος, εἶτα ὁ Αἰσχίνης. εἶτα ἐνεδιάζετο, πότερον χρὴ πρότερον, Ζηνόθεμιν τὸν Στωϊκὸν ἀντικρὺ ὄντα, ἢ Ἑρμωνα τὸν Ἐπικούρειον, ἱερᾶς γὰρ ἀμφοτέρων τῶν ἀδύτων, καὶ γένους τοῦ πρώτου ἐν τῇ πόλει· ἀλλὰ ὁ Ζηνόθεμις τοῦτο ἀπορίαν ἔλυσεν· Εἰ γάρ με, φησὶν, ὦ Αἰσχίνητε, δεύτερον ἄξεις Ἑρμωνος,

A præterea autem vnicus Eucriti diuitis, ex omnibus delegit filiæ suę maritum. PHI. Causſam neutiquam leuem dixisti, nempe quia dives sit Eucritus. Verùm heus Luciane, quinam erant conuiuæ? L V C. Reliquos illos quorsum attinuerit tibi recensere? Verùm è Philosophorum numero, ac literatorum, quos potissimùm opinor audire cupis, Zenothemis erat, senex ille Stoicus, vnáque cum hoc Diphilus, cui cognomen Labyrinthus: & hic quidem quòd esset Zenoni Aristæneti filio præceptor. Deinde Peripateticæ factionis Cleodemus: nosti hominem, nempe dicacem illum & argutum, atque ad
B refellendũ instructum. Discipuli gladium ac bipennem nominant. Quin & Hermon aderat Epicureus. Verùm hunc, cùm ingrederetur, Stoici toruis obtuebãtur oculis, & auersabantur, palámque perinde quasi parricidam quempiam atque impium ac funestum detestabantur. Et hi quidem tanquam Aristæneti ipsius amici familiarésque fuerãt ad cœnam vocati, quos comitabatur & Istiæus grammaticus, & Dionysidorus rhetor. Iam verò propter sponsum Chæream vnà cum illo ad conuiuium accesserat Ion ille Pla-
C tonicus, quòd is iuueni præceptor esset, vir venerandus aspectu, ac maiestatis quiddam præ se ferens, multúmque dignitatis ipso ostendens ore: vnde nonnulli propter animi constantiam ac rectitudinem, regulam illum appellant. Huic simul vt ingrediebatur, assurgebãt omnes, ac veluti pręcipuum quendam ac primarium hominẽ comiter atque officiosè exceperunt: adeò vt planè numen aliquod aduenire videretur, cùm adesset Ion admirandus ille. Tandem verò cùm iam omnes fermè conuiuæ pręsentes essent, tempus erat vt discũberetur. Itaque ad
D dextram ingressus, totam illam spondam mulieres (erant autem complures) occupabant. Inter quas erat & sponsa summo studio culta, hinc atque hinc stipata fœminis. Porrò ex aduerso ostij altera turba, pro cuiusque dignitate locis distributis. Porrò è regione mulierũ primo loco accumbebat Eucritus, secũdo Aristæneus. Sub hæc ambigi cœptum, vtrum altero priorem oporteret accũbere, Zenothemimne Stoicum, quippe senem: an Hermonẽ Epicureum: nam hic erat Castoris ac Pollucis sacerdos: tum autẽ nobilissimæ inter ciues familię. Verùm eã hæsitationem sustulit Zenothemis: Si me, inquiens, Aristænete, minoris ducis Hermone,

viro videlicet isto, vt ne quid aliud mali dicam, Epicureo, discedo, totúmque conuiuium vobis relinquo. Et puerum protinus aduocat, discedere parans. Tum Hermõ: Imò habeto, inquit, tibi priores partes Zenothemi. Quanquam etiam si nihil aliud, vel hoc nomine par erat mihi concedi, quòd sacerdos sim, vt planè contemnas Epicurum. Rideo, inquit Zenothemis, sacerdotem Epicureum. simúlque cum dicto accumbebat. Post hunc Hermon, deinde Cleodemus Peripateticus, pone hunc Ion, proxime hũc sponsus, post eum ego, iuxta me Diphilus, huic assidebat Zenon discipulus, postremò rhetor Dionysidorus cum Istiæo grãmatico. PHIL. Papæ Luciane! Musarum conuentum quendam mihi narras fuisse istud conuiuium, quippe plurimis sapientibus ac doctis viris refertum. Ego verò laudo Aristænetum, qui quum optatissimam illam ac splendidissimam solẽnitatem celebraret, præ cæteris sapientissimos viros adhibere voluerit: idque adeò delectis ex vnaquaque philosophiæ secta præcipuis, non hos aduocans, illos præteriens, verùm promiscuè vocans omneis. LVC. Is verò nequaquam est è vulgarium istorum diuitum numero, verùm & literarum est studiosus, ac maximam vitæ partem in his rebus versatur. *Cœna descriptio.* Cœnabamus igitur initiò quidem taciti & quieti, variúsque erat apparatus, & omnigus. Neque enim arbitror operæpretium vt numero recenseam etiam illa condimenta, cupedias, aromata, atque id genus illectamenta. Cuncta siquidem affatim suppetebãt. Inter hæc Cleodemus admoto ad Ionis aurem ore, Non vides, inquit, senem illum, Zenothemim dicebat (subauscultabam enim) vt sese opsoniis ingurgitat, vtque iure vestem oppleuit: tum quàm multa puero à tergo stanti porrigit, putans interim se aliorum oculos fallere: neque meminit post sese accumbentium? Hæc igitur fac & Luciano cõmonstres, quò testis esse possit. Mihi verò nihil Ione monstratore opus erat: quippe qui hæc multò antè limis iam oculis præuideram. Hæc simul atque dixisset Cleodemus, irruit in conuiuium & *Cynici intercurrentia & occasio turbæ.* Alcidamas Cynicus, atque is quidem inuocatus, vulgatum illud festiuitatis gratia præfatus de Menelao, qui vltro ad fratris conuiuium accessisset. Itaque plerisque turpiter atque impudenter visus est fecisse: & quod cuique tum fortè in mentem veniebat, in eum torquebant: alius illud, *Insanis Menelae*: alius rursum,

A Τουτοὶ τ' ἀνδρὸς, ἵνα μηδὲν ἄλλο κακὸν εἴπω, Ἐπικουρείᾳ, ἄπειμι, ὅλον σοι ὃ συμπόσιον καταλιπών, καὶ ἅμα τὸν παῖδα σκάλλ, καὶ ὀξίονι ἐοίκει. καὶ ὁ Ἑρμων, Ἐχε μὲν ὦ Ζηνόθεμι τὰ πρῶτα, ἔφη, ἀτὰρ εἰ καὶ μηδέν τι ἕτερον, ἱερεύς γε ὄντι, σοὶ ἐξίσασθαι καλῶς εἶχεν, εἰ καὶ τοῦ Ἐπικούρου πάνυ κατεφρόνηκας. ἐγέλασα, ἦδ' ὃς ὁ Ζηνόθεμις, Ἐπικούρου ἱερέα· καὶ ἅμα λέγων, κατεκλίνετο, καὶ μετ' αὐτὸν ὅμως ὁ Ἑρμων, εἶτα Κλεόδημος ὁ Περιπατητικὸς, εἶτα ὁ Ἰων, καὶ σοὶ ὀκλάνον, ὁ νυμφίος, εἶτ' ἐγὼ, καὶ πρὸ ἐμοῦ, ὁ Δίφιλος, καὶ σοὶ αὐτοῦ, Ζηνων ὁ μαθητὴς, εἶτα, ὁ ῥήτωρ Διονυσόδωρος, καὶ ὁ γραμματικὸς Ἰστιαῖος. ΦΙ. βαβαὶ, ὦ Λυκῖνε, μουσεῖόν τι ὃ συμπόσιον διηγῇ σοφῶν τῶν πλείστων ἀνδρῶν, καὶ ἔγωγε τὸν Ἀριστάινετον ἐπαινῶ, ὅτι τῷ δικαιοτάτῳ ἑορτὴν ἄγων, τοὺς σοφωτάτους ἑστιᾷν τοσοῦτον τῶν ἄλλων ἠξίωσεν, ὅπως ὃ κεφάλαιον ἐξ ἑκάστης αἱρέσεως ἀποδιασάμενος, καὶ τοὺς μὴ, πόθεν δ', ἀλλ' ἀναμίξ ἀποδῷς. ΛΥ. ἔστι γὰρ, ὦ ἑταῖρε, καὶ τῶν πολλῶν τούτων πλουσίων, ἀλλὰ καὶ παιδείας μέλει αὐτῷ, καὶ ὃ πλεῖστον τοῦ βίου τοῖς τοιούτοις ξυνέστιν. εἰσιώμεθα οὖν εἰς ἡσυχίᾳ ὃ τοῦτον, καὶ προσκλίσεις ποικίλας. πλὴν σόδεν οἶμαι χρὴ καὶ ταῦτα καταριθμεῖσθαι, χυμοὺς, καὶ πέμματα, καὶ καρυκείας· ἄπαντα γὰρ ἄφθονα. ἐν τούτῳ ὃ ὁ Κλεόδημος ὑπακούσας ἐς τὸν Ἰωνα, Οὐχὶ, ἔφη, τὸν γέροντα (Ζηνόθεμιν λέγων, ἐπήκουον γὰρ) ὅπως ἐμφορᾶται τῶν ὄψων, καὶ ἀναπέπλησται ζωμοῦ ὃ ἱμάτιον, καὶ ὅσα τοῦ παιδὶ κατόπιν ἐστὶν ὁρᾷς, λανθάνειν οἰόμενος τοὺς ἄλλους, ὃ μεμνημένος τῶν μὰ' αὐτόν; δῆξον οὖν καὶ Λυκίνῳ ταῦτα, ὡς μάρτυς εἶ. ἐγὼ δὲ σόδεν ἐδεόμην δείξοντός μοι τοῦ Ἰωνος, πολὺ πρότερον αὐτὰ ἐν προσωπῆς ἑωρακώς· ἅμα δὲ ταῦτα ὁ Κλεόδημος εἰρήκει, καὶ ἐπεισέπεσεν ὁ Κυνικὸς Ἀλκιδάμας ἄκλητος, ἐκφνο ὃ κοινὸν ὑπηρετιστὰ μῦθος, τὸν Μενέλαον αὐτόματον ἥκοντα. τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς αἰσχύνην ἐδόκει ποιεῖν ἑαυτοὺς, καὶ κατέκρουον τὰ πρόχειρα· ὁ μὲν, ὃ, Ἄφρονος Μενέλαε· ὁ δ',

B

C

D

Αλλ' ὁκ Ατρείδῃ Αγαμέμνονι ἰῶδμε θυμῷ,
καὶ ἄλλα πρὸς τὸν καιρὸν ἄστοχα, καὶ χαρίεντα ὑποπυθορύζοντες. ἐς μὲν τοι τὸ φανερὸν οὐδεὶς ἐπόλμα λέγειν· ἐδεδοίκεισαν γὰρ τὸν Αλκιδάμαντα, βόλιν ἀτεχνῶς ὄντα, καὶ κακοπιχώτατον Κυνικῶν ἁπάντων, πρὸς ὃ καὶ ἀμείνων ἐδόκει, καὶ φοβερώτατος ἰὼ ἅπασιν. ὁ δὲ Αεισχίνετος, ἐπαινέσας αὐτὸν, ἐκέλευε θρῖον πινὰ λαβόντα, καθίζεσθαι πρὸς Ισταῖόν τε καὶ Διονυσόδωρον. ὁ δὲ, ἀπαγέ φησι, γυναικεῖον λέγεις, καὶ μαλθακὸν, ὅτι θρίου καθίζεσθαι, ἢ σκίμποδος, ὥσπερ ὑμεῖς ὅτι μαλακῆς ταύτης δυνῆς μικρὸν δεῖν ὑπτιοι κατακείμενοι, ἑστᾶτε, πορφυρίδας ὑποβεβλημένοι. ἐγὼ δὲ, κἂν ὀρθοστάδιον δειπνήσαιμι, ἐμπεριπατῶν ἅμα τῷ συμποσίῳ· εἰ δὲ κἀμοιμι, χαμαὶ καὶ τὸν πρόσκεφαλον ὑποβαλλόμενος, κείσομαι ἐπ' ἀγκῶνος, οἷον τὸν Ηρακλέα γράφουσιν. οὕτως, ἔφη, μεγέθου, ὁ Αεισχίνετος, εἴ σοι ἥδιον. καὶ ὁ ἀπὸ τούτου, ἐν κύκλῳ περιὼν ὁ Αλκιδάμας, ἐδείπνει, ὥσπερ οἱ Σκύθαι πρὸς τὴν ἀγροτέραν νομὴν μετεξανιστάμενος, καὶ τοῖς φερομένοις τὰ ὄψα συμπεριιὼν. καὶ μὴν καὶ σιγῶν, ἐνεργὸς ἰὼ, ἀρετῆς πέρι καὶ κακίας μεταξὺ διεξιών, καὶ ἐς τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον ἀποσκώπτων. ἠρώτα γοῦν τὸν Αεισχίνετον, τί βούλονται αὐτῷ αἱ τοσαῦται καὶ τηλικαῦται κύλικες, τῶν χερμαίων ἴσα δυναμένων. ἀλλ' ἐκφυγὸν μὴν ἤδη διενοχλοῦντα ἔπαυσεν ἐς ὃ παρὼν Αεισχίνετος, τῷ παιδὶ νοῦσας βυμελέσθη σκύφον δοῦναι αὐτῷ, ζωρότερον ἐγχέαντα. καὶ ἐδόκει ἄρισα ὑπενενοηκέναι, οὐκ εἰδὼς ὅσων κακῶν ἄρχω ὁ σκύφος ἐκεῖνος ἐνεδεδώκει. λαβὼν δὲ ἅμα ὁ Αλκιδάμας, ἐσίγησε μικρὸν, καὶ ἐς τύδαφος καταβαλὼν ἑαυτὸν, ἔκειτο ἡμίγυμνος, ὥσπερ ἠπειλήκει, πήξας τὸν ἀριστερὸν ὀρθὸν, ἔχων ἅμα τὸν σκύφον ἐν τῇ δεξιᾷ, οἷος ὁ παρὰ τῷ Φόλῳ Ηρακλῆς ὑπὸ τῶν γραφέων δείκνυται. ἤδη δὲ καὶ ἐς τοὺς ἄλλους συνεχῶς περιεσοβεῖτο ἡ κύλιξ, καὶ φιλοτησίαι, καὶ ὁμιλίαι, καὶ φῶτα εἰσηκόμισο. ἐν τοσούτῳ δ' ἐγὼ τὸν παρεστῶτα τῷ Κλεοδήμῳ παῖδα,

Verùm Agamemnonianæ menti non ista placebant.

Ad hæc alia quæ pro tempore falsè lepidèque dici poterant, in eum obmurmurabant. Nam palàm nullus audebat quicquam dicere, propterea quòd metuerẽt Alcidamantem, vt pote conuitiatorem egregium, vnúmque è Cynicis omnibus clamosissimum: qua quidem re adeò visus est reliquis antecellere, vt nulli non esset formidandus. At Aristænetus collaudatum illum quòd inuocatus aduenisset, iussit accepta sella iuxta Istiẽum ac Dionysidorum accumbere. At ille, Apage, inquit, muliebre quiddam ac molle dicis, vti in scamno aut sella sedeam, quemadmodum facitis vos, mollibus in stratis penè supini recumbentes, purpura suffulti. Quin ego tibi vel stans cœnauero, in ipso interim conuiuio etiam obambulans. Quòd si defatigatus fuero, tum humi substrato pallio, cubito innixus cubuero: qualem videlicet Herculem pingunt. Ita fiat, inquit Aristænetus, si quidem isthuc mauis. Sub hæc Alcidamas in orbem conuiuium lustrans, cœnabat, Scytharum ritu ad vberiora pascua subinde sese transferens, vnáque cum his qui inferebant edulia, circumiens atque obambulans. Atque interim tamen dum cibum caperet, haudquaquam negotio vacabat, de virtute obiter, de vitio differens, tum in aurum atque argentum dicteria iaculans: iámque Aristænetum percontabatur, quidnam sibi vellent tam multa, tam magna pocula, quum non minùs vsui possent esse fictilia. Verùm Aristænetus iam obturbantem, molestúmque esse pergentem, in præsens quidem compescuit, ministro innuens, vt ingentem calicem, infuso meracissimo vino, illi porrigeret. Atque id quidem visus est optimè excogitasse, nondum etiam intelligens quantorum malorum is calix esset auctor futurus. Hunc igitur vt accepisset Alcidamas, aliquantisper silentium agebat, ac solo sternens sese cubabat seminudus, quemadmodum facturũ sese fuerat pollicitus, cubito humi fixo innitens, simúlque dextra scyphum sustinens, qualem Herculem apud Pholum pictores effingunt. Iam verò & inter alios calix assiduè circumagebatur: tum inuitatiunculę ad bibendum, & confabulationes ortæ, demũ & lucernæ illatæ. Interim ego cùm puerum qui iuxta Cleodemum adstabat,

(erat autem is pocillator egregiè formosus) subridentem vidissem (nam, arbitror, quicquid obiter inter cœnandum obtigit, commemorari oportere, maximè si quid sit elegantius ac scitè factum) iam admodum attētus obseruare cœpi quídnam rei rideret. Ac paulo pòst accedebat puer tanquam calicem à Cleodemo recepturus. At ille simul & digitum illius substringebat, & drachmas puto duas vnà cum calice tradebat. Porrò puer ad substrictum digitum rursum arridebat: cæterùm de pecunia, quum non sensisset opinor, eóque non reciperet, in terram delapsis drachmis strepitus est concitatus, móxq; ambo pariter rubore suffundebantur, ídque ita palàm, vt nemo non animaduerteret. Ambigebatur igitur inter eos qui proximè sedebant, cuiusnam essent illi nummi, cùm & puer negaret à se proiectos, & Cleodemus item, iuxta quem strepitus acciderat, sibi excidisse dissimularet. Verùm ea res tum neglecta est, ac conniuenter omissa: propterea quòd id quod acciderat, non ita multi vidissent, præter vnum (vt mihi quidem visum est) Aristænetum. Nam is paulo pòst puerum loco mouit, clanculum ablegans, & alij cuidam innuit vti Cleodemo pocillator assisteret, videlicet ex exoletis illis ac robustis mulioni aut equisoni cuipiam. Ad hunc modũ ea res vtcunque abiit, summum alioqui allatura pudorem Cleodemo, si quidem ad omnes permanasset, ac non protinus occupans Aristænetus eam sopisset, ciuiliter dextréque admodum inducta temulentia. Cæterùm Alcidamas (iam enim potus erat) percontatus quodnam esset nomen puellæ nubenti, tum clara voce indicto silentio, simul & ad fœminas conuerso vultu, Præbibo, inquit, tibi Cleanthi, Herculis Archegetæ nomine. Sub hæc cùm risissent omnes: Ridetis, inquit, sacrilegi, quòd sponsæ, Herculis dei mei nomine propinauerim? Imò illud scito opus est, ni scyphum à me traditum accipiat, nunquam futurum vt illi filius obtingat talis, qualis ego sum, virtute interritus, animo liber, tum corpore adeò robusto. simúlque cũ dicto sese magis etiam renudabat, etiam vsque ad illa quæ sunt maximè pudenda. Ad ea cùm iterũ arrisissent conuiuæ, indignatus ille surrexit, toruis iam atque efferatis obtuẽs oculis, vultúque ipso testãs iam neq; pacem neque quietem acturum ampliùs.

Ita vocãt ducẽ Musarum.

A οἰνοχόον ὄντα ὡραῖον, ἰδὼν ὑποµειδιῶντα (χρὴ γὰρ, οἶµαι, ἃ ὅσα πρᾶγµα τῆς ἑστιάσεως, εἰπεῖν, καὶ µάλιστα εἴπερ τῷ γλαφυρώτατον ἐπράχθη) µάλα ἤδη προὐφύλαττον, ὅπως µὴ µειδιάσῃς. καὶ µικρὸν, ὁ µὲν παῖς προσῆλθεν, ὡς ἀπολαµψόµενος παρὰ τοῦ Κλεοδήµου τὴν φιάλην· ὁ δὲ, τόν τε δάκτυλον ἀπέθλιψεν αὐτοῦ, καὶ δραχµὰς δύο, οἶµαι, συναπέδωκε µετὰ τῆς φιάλης· ὁ παῖς δὲ πρὸς µὲν τὸν δάκτυλον ἐλιβόµενον, αὖθις ἐµειδίασεν, ἅτε µὲν συνοῖδεν, οἶµαι, τὸ νόµισµα, ὥστε µὴ δεξαµένου, φόφον αἱ δύο B δραχµαὶ πρέσχον ἐκπεσοῦσαι, καὶ ἠρυθρίασαν ἀµφω µάλα σαφῶς. ἠπόρουν οἱ πλησίον, οὗ τινος εἶη τὰ νοµίσµατα, τοῦ µὲν παιδὸς ἀρνουµένου µὴ ἀποβεβληκέναι, τοῦ δὲ Κλεοδήµου καθ' ὃν ὁ φόφος ἐγένετο, µὴ προσποιουµένου τὴν ἀπώλειαν. ἠµελήθη δ' οὖν, καὶ πρόφθη τοῦτο, οὐ πάνυ πολλῶν ἰδόντων, πλὴν µόνου ὡς ἐµοὶ ἔδοξε τοῦ Αἰσχίνου· µετέπεσε γὰρ τὸν παῖδα µικρὸν ὕστερον ἀφανῶς ἐκποδὼν, καὶ τῷ Κλεοδήµῳ τινὰ παρασκευὴν δοῦσα τὴν ὀξώρων ἤδη, καὶ καρτερῶν, ὀρεωκόµων τινὰ, ἢ ἱππονόµων· καὶ τοῦτο µὲν, ὡδέπως ἐκεχώρηκει, µεγάλης αἰσχύνης αἴτιον τῷ Κλεοδήµῳ γενόµενον, εἰ ἔφθη διαφοιτῆσαν εἰς ἀπάντας. ἀλλὰ µὴν κατίσχυσέ γε αὐτίκα δεξιῶς πάνυ τοῦ Αἰσχίνου τὴν παρρησίαν ἐνέγκαντος. ὁ Κωµικὸς δὲ Ἀλκιδάµας, ἐπεπώκει γὰρ ἤδη, πυθόµενος ἥτις ἡ γαµουµένη παῖς καλοῖτο, σιωπὴν ποιησάµενος µεγάλην τῇ φωνῇ, ἀποβλέψας εἰς τὰς γυναῖκας, Προπίνω σοι, ἔφη, ὦ Κλεαρὶ, Ἡρακλέους ἀρχηγέτου. ὡς δ' ἐγέλασάν τε ὅτι τούτῳ ἅπαντες, Ἐγελάσατε, εἶπεν, ὦ καθάρµατα, εἰ τῇ νύµφῃ προὔπινον ὅτι τοῦ ἡµετέρου θεοῦ τοῦ Ἡρακλέους; καὶ µὴν ἐχρῆν εἰδέναι, ὡς ἢν µὴ λάβῃ πρὸ ἐµοῦ τὸν σκύφον, ἃ ποτε Τιρύνθιος αὖ υἱὸς αὐτῇ γένοιτο, οἷος ἐγὼ, ἀτρεσὴς µὲν ἀλκὴν, ἐλεύθερος δὲ τὸν νοῦν, τὸ σῶµα δὲ οὕτω καρτερός· καὶ ἅµα προεγύµνου ἑαυτὸν µᾶλλον, ἄχρι περ τοῦ αἰσχίστου. αὖθις ὅτι τούτοις ἐτέλασσάν οἱ συµπόται, καὶ ὃς ἀγανακτήσας, ἐπαύσατο, δριµὺ καὶ παραφόρως βλέπων, καὶ δῆλος ὢν ὀκνεῖ εἰρωνεύεσθαι ἄξων.

Τάχα

πάλα δ' αὖ τινος καθίκετο τῇ βακτηρίᾳ, εἰ μὴ ἄρ' κηρὸν εἰσεκεκόμιστο πλακοῦς ὑμεγάθης· τοῦς ὃν ἀποβλέψας, ἡμερώτερος ἐγίνετο, καὶ ἔληξε τοῦ θυμοῦ, καὶ ἀνεφόρητο συμποσίων. καὶ οἱ πλησίοι ἐμέθυον ἤδη, καὶ βοὴ μεσὸν ἦν τὸ συμπόσιον. ὁ μὲν γὰρ Διονυσόδωρος ὁ ῥήτωρ αὐτοῦ, ῥήσεις τινὰς ἐν μέρει διεξήει, καὶ ἐπῃνεῖτο ὑπὸ τῶν κατόπιν ἑστώτων οἰκετῶν· ὁ δὲ Ἰστιαῖος ὁ γραμματικὸς ἐρραψῳδεῖ, ὕστερος κατακείμενος, καὶ συνέφερεν ἐς ὃ αὐτὸ τὰ Πινδάρου, καὶ Ἡσιόδου, καὶ Ἀνακρέοντος, ὡς δὲ ἀπῴδων μίαν ᾠδὴν παγκάλοιον ἀποτελεῖσθαι· μάλιστα δ' ἐκεῖνα ὥσπερ προμαντευόμενος τὰ μέλλοντα,

Σεισὶ δ' ἔβαλον ῥινούς. καὶ,

Ἔνθα δ' ἄρ' οἰμωγή τε, καὶ ὀλόλυγμὸς πέλεν ἀνδρῶν.

ὁ Ζηνόθεμις δ' ἀνεγίγνωσκε, σμικρόν τι βιβλίον παιδὸς λαβών, λεπτογράμμου τι βιβλίου. ὀλίγων δὲ ὀλίγον, ὥσπερ εἰώθασι, τῶν παρακομιζόντων τὰ ὄψα, μηχανώμενος Ἀριστάνετος μηδ' ἐκφανὲς ἀτρεπῆ τὸν καιρὸν εἶναι, μηδὲ κενὸν, ἐκέλευσε τὸν γελωτοποιὸν εἰσελθόντα γε, εἰπεῖν τι, ἢ ποιῆσαι γελοῖον, ὡς ἔτι μᾶλλον οἱ συμπόται ἀφυχθείεν. ὁ δ' εἰσῆλθεν ἄμορφός τις ἐξυρημένος τὴν κεφαλὴν, ὀλίγας ὅπῃ τῇ κεφαλῇ τρίχας ὀρθὰς ἔχων· οὗτος ὠρχήσατό τε καλλικλῆ ἑαυτὸν, καὶ ἀφαγρέφων, ὡς γελοιότερος φανείη· καὶ διάπαιγμα συγκροτῶν, διεξῆλθεν, αἰγυπτιάζων τῇ φωνῇ, καὶ τέλος, ἐπέσκωπτεν ἐς τοὺς παρόντας. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἐγέλων ὁπότε σκώπτοιεν· ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς τὸν Ἀλκιδάμαντα ὅμοιόν τι ἀπέρριψε, Μελιταῖον κυνίδιον προσειπὼν αὐτὸν, ἀγανακτήσας ἐκεῖνος (καὶ πάλαι δὲ δῆλος ἦν φθονῶν αὐτῷ δοκιμουμένῳ, καὶ κατέχοντι τὸ συμπόσιον) ἀπορρίψας τὸν τρίβωνα, προὐκαλεῖτο οἱ παγκρατιάζειν. εἰ δὲ μὴ, κατοίσειν αὐτὸν, ἔφη, τῇ βακτηρίᾳ. οὕτω δὴ ὁ κακοδαίμων Σατυρίων (τοῦτο γὰρ ὁ γελωτοποιὸς ἐκαλεῖτο) συμᾶς, ἐπαγκρατίαζε. καὶ ὃ πρᾶγμα ἐγεγήθισον ἰδεῖν, φιλόσοφος ἀνὴρ γελωτοποιῷ ἀνταιρόμενος, καὶ παίων, καὶ παιόμενος ἐν τῷ μέσῳ,

A Forsitan & baculum illisisset alicui, ni commodùm id temporis placenta prægrandis fuisset illata. Nam hanc simul atque conspexit, lenior ac mitior esse cœpit, ac stomachari desiit, obambulans interim, ac placentam auidè votans. Iam verò plerique temulenti esse cœperant, & clamoribus vndique perstrepebat conuiuium. Nam & Dionysidorus rhetorem illic agens, orationes quasdã pronuntiabat, laudabatúrque à ministris qui à tergo assistebãt. Et Istiçus Grãmaticus vicissim qui post illum accumbebat, versuum centones quosdã recitabat, Pindari, Hesiodi, & Anacreontis carmina simul contexens

B atque cõsarcinans: ita vt ex omnibus vnicam redderet cantilenam, oppidóq; ridiculam: in primis autem illa, perinde quasi vaticinans de his quæ postea acciderunt,

Commisere simul clypeos.

Tum illud quoque:

Tum verò clamorq; virûm luctusq; coortus.

At verò Zenothemis libellulum quempiam minutis conscriptum literulis, à puero acceptum legebat. Verùm quum ij quorum partes erant edulia inferre, aliquantisper, ita vt solent, cessarent morarentúrque: Aristænetus sedulò curans

C ne vel id interea tẽporis aut otiosum esset, aut voluptatis expers, accersitum intrò morionem iussit ridiculum aliquid vel dicere, vel facere, quò magis etiam exhilararentur conuiuę. Móxque ingressus deformis quidam, deraso capite, pauculos capillos in vertice gestans, eósque cristæ in morem erectos, hic saltabat, atque inter saltandum, quò maiorem cõcitaret risum, rotatu sese circumagebat, distorquebátque. Tum cymbalo concusso, sonabat interim quiddam, linguam imitans Ægyptiorum. Postremò dicteria quædam iaculabatur in eos qui aderant. Ac reliqui scommate tacti ridebant: verùm vbi & in Alcidamãtem simile quiddam torsisset, catulum illum Melitæum appellans, indignatus ille (iamdudum autem præ se ferebat quòd inuideret illi, dum probaretur, ac conuiuarum oculos retineret) abiecto pallio, vt secum luctaretur, prouocauit. Quod ni faceret, hũc, inquit, baculum tibi impingam. Atque ita miser ille Satyrion (nã id erat morioni nomen) congressus cum eo, pancratio decertabat. Erat id spectaculi multò iucundissimum, quippe cùm viderent hominem philosophum cum morione compositum, cùm ferire, tum vicissim ferirí.

Proinde qui aderant, partim pudore tangebantur, partim ridebant: donec iam ictus Alcidamas, pugnam detrectaret, ab homuncione omnium plausu comprobato certamine superatus. Hæc igitur cùm essent non mediocri risu excepta: ibi tandē ingressus & Dionicus medicus, haud multo post peractam concertationem. Aiebat autem in mora fuisse Polyprepontem tibicinem, dum hunc phrenesi correptum curandi gratia viseret. Ac planè quiddam risu dignum commemorabat. Dicebat enim in ædes illius venisse sese, ignarum etiam hominem iam eo morbo teneri. At illum protinus surrexisse, foribúsque occlusis, ac nudato gladio, tibias ipsas sibi tradidisse, iísque vti caneret iussisse. Deinde vbi id non posset, illum percussisse, scuticam sublata manu gestantem. Sese porrò in tanto periculo tale quiddam fuisse commentum, nempe ad canendi certamen prouocasse hominem: ídque ea lege, vt victus præscriptum certúmque plagarum numerum acciperet. Ac sese priorem cecinisse, prauè atque imperitè: deinde traditis illi tibiis, scuticam ab illo recepisse: gladium autem extemplo per fenestras in aream abiecisse. Dein cùm minore iam discrimine cum illo luctaretur, auxilio aduocasse vicinos. Eos reuulsisse belluam, atque ita illorum opera seruatum sese. Ostēdebat autem & plagarum vestigia quædam, nonnulláque in facie tubera liuentia. Ergo cùm Dionicus ob huiusmodi fabulam non minùs placuisset, quàm morio ipse: proxime Istiæum reclinans sese, de reliquiis cœnabat. Atque hic quidem haud absque numine quodam nobis aduenerat, imò prorsum vsui futurus ad ea quæ postea contigerunt. Nam prodiens in medium conuiuium puer quidam, qui se ab Etœmocle Stoico venire diceret, epistolium quoddam adferens, aiebat ab hero sibi mandatum, vt eo palàm omnibus audientibus perlecto, rursus domum sese reciperet. Hic igitur permittente Aristæneto, admotus ad lucernam legebat. PHI. Num orationem, Luciane, in sponsæ laudem compositam, aut carmen nuptiale, quod genus permulta faciunt? LVC. Videlicet nos quoque tale quippiam existimabamus. Verùm ne accedebat quidem ad id, vt aiunt. Cæterùm in literis ita scriptum erat: Etœmocles philosophus Aristæneto:

A οἱ παρόντες δὲ, οἱ μὲν ἡδοῦντο, οἱ δὲ ἐγέλων, ἄχρι ἀπηλάθυσε παρόμβως ὁ Ἀλκιδάμας, ὑπὸ συγκεκροτημένου αὐθεντίσκου καταγωνισθείς. γέλως οὖν πολὺς ὑπεξέθη ἐπ' αὐτοῖς. ἐνταῦθα Διόνικος ἐπεισῆλθεν ὁ ἰατρὸς, ὑ πολὺ κατόπιν τ ἀγῶνος· ἐκεκραδύκει δὲ, ὡς ἔφασκε, φρενιτιδὶ ἁλωκότα τερπτὸν Πολυπρέποντα τὸν αὐλητήν. καί τι καὶ γελοῖον διηγήσατο. ἔφη μὲν γὰρ εἰσελθεῖν πρὸς αὐτὸν, οὐκ εἰδὼς ἐρόμβωνον ἤδη τὸν πάθος· τὸν δὲ, ταχέως ἀναστάντα, ὑπεκλάσαί τε τὴν θύραν, καὶ ξιφίδιον ἀσπασάμβωνον, ἀναδόντα αὐτῷ τοὺς αὐλοὺς, κελεῦσαι αὐλεῖν. Εἶτα ἐπεὶ μὴ δυνατὸν, παίειν, σκύτος ἔχοντα ἐς ὑπωπίας τὰς χεῖρας. τέλος οὖν ἐν τοσούτῳ κινδύνῳ ὑπενοῆσαι τοῖον δὲ· ἐς ἀγῶνα γὰρ προκαλέσασθαι αὐτὸν ὑπὲ ῥητοῦ πληγῶν ἀριθμοῦ· καὶ πρῶτον μὲν, αὐτὸς αὐλῆσαι πονήρως· μετὰ δὲ, παραδόντα τοὺς αὐλοὺς ἐκεῖνα, δέξασθαι παρ' αὐτοῦ τὸ σκύτος, καὶ τὸ ξιφίδιον ὑπορρίψαι τάχιστα ἀφ' τῆς φωταγωγοῦ ἐς τὸ ὕπαιθρον τῆς αὐλῆς· καὶ τὸ ἀπὸ τούτου, ἀσφαλέστερον ἤδη προσπαλαίων αὐτῷ, ὑπεκλάσθαι τοὺς γλουτιαίους, ὑφ' ὧν ἀναπασσόμενον τὸ θηρίον, σωθῆναι αὐτόν. ἐδείκνυε δὲ καὶ σημεῖα τῶν πληγῶν, καὶ ἀμυχάς τινας ὑπὸ τῷ προσώπου. καὶ ὁ μὲν Διόνικος, οὐ μεῖον ἐδοκιμήσας τῷ γελωτοποιοῦ ὑπὸ τῇ διηγήσει, πλησίον τῷ Ἰστιαίου προσβύσας ἑαυτὸν, ἐδείπνει ὅσα λοιπὰ, οὐκ ἄλλο θεοῦ τινος ἡμῖν ὑπερτέρου, ἀλλὰ καὶ πάνυ χρήσιμος τοῖς μετὰ ταῦτα γεγενημένοις. προελθών γάρ τις ἐς τὸ μέσον οἰκέτης, παρ' Ἐπιμοκλέους ἥκειν λέγων τῷ Στωϊκοῦ, γραμματίδιόν τ' ἔχων, κελεῦσαι οἱ ἔφη τὸν δεσπότην ἐν τοῖς κοινῷ ἀναγνόντα, εἰς ἐπήκοον ἅπασιν ὀπίσω αὖθις ἀπαλλάττεσθαι. ἐφείπε οὖν τῷ Ἀριστοαινέτου, προσελθὼν πρὸς τὸν λύχνον, ἀνεγίγνωσκεν. ΦΙΛΩΝ. ἦ που, ὦ Λυκῖνε, τῆς νύμφης ἐγκώμιον, ἢ ὑπόθαλάμιον, οἷα πολλὰ ποιοῦσιν; ΛΥΚΙΝΟΣ. ἀμέλει καὶ ἡμεῖς τοιοῦτόν τι ὑπῳήμεθ· ἀλλ' ἀκούσῃ ἐξῆς ἐκ τούτου· ἐπεγέγραπτο γὰρ, Ἐπιμοκλῆς Φιλόσοφος, Ἀριστοαινέτῳ.

Οπως μὴν ἔχω τοῖς δεῖπνα, ὁ πρέλικλυ- A
δώς μου βίος ἅπας μάρτυρίον αὐ ἡμῖν· ὃς
γε ὁσημέραι πολλῶν συνοχλούντων, τοσῷδὲ
πολὺ σοῦ πλουσιωτέρων, ὅμως οὐδὲ πώποτε
φέρων ἐμαυτὸν, ἐπέδωκα, εἰδὼς τοὺς ὅτι τοῖς
συμποσίοις θορύβους, καὶ παρανίας. ὅτι σοῦ
δὲ μόνου εἰκότως ἀγανακτήσαί μοι δοκῶ, ὃς
τοσοῦτον χρόνον ἐμοῦ λιπαρῶς τεθε-
ραπευμένος, οὐκ ἠξίωσας συναριθμῆσαι
καμὲ τοῖς ἄλλοις φίλοις, ἀλλὰ μόνος ἐγώ σοι
ἄμουσος, καὶ ταῦτα, σὺ γ' ἀστόνων οἰκῶν. αἰσθά-
νομαι οὖν ὅτι σοὶ ὃ πλέον, ὅτως ἀχαρίστῳ
φανέντι· ἐμοὶ γὰρ ἡ δυσαρμοσία, οὐκ ἐν ὑὸς B
ἀγρίᾳ μοίρᾳ, ἢ λαγῳᾷ, ἢ πλακοῦντων, ἃ
πρὸ ἄλλοις ἀφθόνως ἀπολαύω τὰ καθήκον-
τα εἰδόσιν, ἐπεὶ καὶ τήμερον τοῦδε τοῦ μα-
θητοῦ Παμμένους δεῖπνα πολυτελῆ, ὡς
φασι, δεῖπνον δυναμένους, οὐκ ἐπένθυσα,
ἱκετεύοντι, σοὶ ὁ αἰσθητὸς ἐμαυτὸν φυλάττων.
σὺ δὲ ἡμᾶς παραλιπὼν, ἄλλους διώκεις, εἰ-
κότως· οὔπω γὰρ δυνάμενος διακρίνειν τὸ βέλ-
τιον, οὐδὲ τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν
ἔχεις. ἀλλὰ οἶδα ὅθεν μοι ταῦτα, τοῦδε τῶν
θαυμαστῶν σου φιλοσόφων, Ζηνοθέμιδος & C
Λαβυρίνθου, ὧν (ἀπείη δὲ καὶ ἡ ἀφράστα)
συλλογισμῷ ἑνὶ ἀποφράξαι αὖ μοι τάχιστα
δοκῶ τὰ στόματα. ἢ εἰπάτω τις αὐτῶν, τί ἐστι
φιλοσοφία· ἢ τὰ παρ' ἡμῖν ταῦτα, τί διαφέρῃ
χέσις ἕξεως, ἵνα μὴ τῶν ἀπόρων εἴπω, τί κε-
ρατίνας, ἢ σωρείτην, ἢ θερίζοντα λόγον. ἀλ-
λὰ σὺ μὲν ὄναιο αὐτῶν. ἐγὼ δὲ ὡς αὖ μόνον τὸ
καλὸν ἀγαθὸν ἡγούμενος εἶ), οἵῳ ῥᾳδίως
τοῦτο ἀνέξομαι. καίτοι ὅπως μὴ ἐς ἐκεῖνο
ἔχῃς καταφυγὴν τοῦτο ἀπολογίας ὕστερον,
ὅτι παρεθέμην λέγων σοι τοιούτῳ θορύβῳ, & D
τοιούτοις, οἷς σε τήμερον παρεσκεύαζον,
καὶ ἔφθην ὅτι τὴν οἰκίας, & σὺ ᾧ διανοίᾳ θύον-
τα ὕστερον. ταῦτα ἐγὼ τοῖς παροῦσιν ἀπολε-
λόγημαι. εἰ δὲ δείπνου ἕνεκα ὀργίζεσθαί σοι
δοκῶ, ὃ κῦ τὸν Οἰνέα ἐννόησον. ὄψει γὰρ καὶ
τὴν Ἀρτεμιν ἀγανακτοῦσαν, ὅτι μόνῳ αὐ-
τοῦ ὁ πρόγονος ὅτι τὴν θυσίαν,
τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἑστίων. φησὶ δὲ περὶ αὐτῶν
Ὅμηρος ὧδέπως·

A Quàm non mouear conuiuiis, omnis an-
teacta vita mea fuerit testis, qui quidem
cùm quotidie mihi complures ea causſa
molesti sint, te multo ditiores, tamen
haud vnquam illis morem gessi: perpen-
dens nimirum, quantum sit in eiusmodi
compotationibus tumultus, quantum li-
centiæ petulantiæque: verùm aduersus
vnum te mihi videor meo iure stomacha-
tus, qui tantùm temporis à me officiosis-
simè cultus & obseruatus, tamen indi-
gnum habueris, quem vel inter reliquos
amicos tuos numerares, sed solum ex o-
mnibus præterieris, idque cùm vicinus
essem. Proinde tua causſa magis discru-
B cior, qui quidem te tam ingratum præ-
bueris. Nam ipse felicitatem nequaquã
in hoc statuo, si quis mihi impartiat vel
suem sylvestrem, vel leporem, vel placen-
tam: quæ mihi affatim contingunt apud
alios, qui officia norunt: quandoquidem
etiam hodie quum apud discipulũ Pam-
menem cœnare mihi licuerit opiparam
(vt vocant) cœnam, non annui tamẽ ve-
hementer obsecrãti, tibi scilicet demens
ego memetipsum reseruans. At tu nobis
præteritis; alios accipis conuiuio. Idque
meritò facis: neque enim vllo modo po-
tes quid sit rectius, dignoscere, nec appre-
C hensiuam illam phantasiam habes. Cæte-
rùm haud sum nescius vnde mihi ista sint
profecta: nempe ab egregiis istis philoso-
phis tuis Zenothemide ac Labyrintho:
quibus equidem (absit inuidia dicto) vel
vnico syllogismo mihi videor os protinus
obturare posse. Alioqui respondeat isto-
rum aliquis, quid sit philosophia, aut hęc
quæ inter elementa traduntur, quid ha-
bitio differat ab habitu: vt ne quid inte-
rim de perplexis illis rogationibus pro-
ponam, quid sit syllogismus cornutus,
quid acerualis, quid metens. Verùm tu
D quidem istis fruaris licet. Nam ego qui
solum in bonis ducã quod sit honestum,
facilè tulero cõtumeliam. Atqui ne pos-
sis posthac ad istam excusationem confu-
gere, vt dicas te mei oblitum fuisse, ni-
mirum in tanto rerum strepitu, tantisque
occupationibus: bis te hodie sum allocu-
tus, primùm mane domi tuæ, deinde rur-
sum in Castoris ac Pollucis templo rem
diuinam facientem. Ac his quidem de
rebus hæc respondeſim. Quòd si tibi vi-
deor cœnæ gratia succẽsere, quid Oeneo
acciderit cogitato. Videbis nimirum i-
psam etiam Dianam indignãtem quòd ille se solã non adhibuerit ad sacrificium, cũ
reliquos deos omneis acciperet cõuiuio. Nã hac de re sic alicubi meminit Homerus:

Seu quia hon norat, seu non succurrerat illi:
Acriter est offensa tamen.

Item Euripides:

Calydon quidem hæc Pelopeÿ regio soli:
Qua parte sæuum spectat aduersa fretum,
Agros habens tum diuites, tum fertiles.

Rursum Sophocles:

Immanis apri triste monstrum in Oenei
Immisit agros gnata Laton.e dea
Docta eminus missis ferire spiculis.

quàm pulchritudinem, rata hoc pacto facillimè sese hoc quod volebat, effecturam esse. Ac prudenter sanè hoc excogitauit: animaduertérítque vel inde aliquis pulchritudinis potestatem. Nam postquam pomum illud accepissent, & inscriptionẽ legissent, cùm vnaquęq; suum illud esse censeret, neque tamen vlla contra seipsam suffragium ferre sustineret, quòd videlicet altera turpior esset; ad Iouem, harum quidem patrem, illius autem etiam fratrem & coniugem, deveniunt, litem hanc illi disceptandam committentes. Ille autem cùm & per se ipse sententiam, quænam earum pulcherrima foret, proferre posset; & multi fortes & sapientes & prudentes cùm in Græcia tum inter Barbaros essent, quibus eadem caussa delegari potuisset: iudicium hoc Paridi Priami filio commisit, manifestũ adeò calculum ferens, quòd & prudentiam & sapientiam & vires pulchritudo anteiret. Porrò tanto semper studio tantáque cura formosæ audire expetiuere, vt & heroum pariter & deorum exornatori poëtæ persuaserint, non aliunde magis quàm à pulchritudine sese appellare. Proinde libentiùs audierit λευκώλενος (hoc est, niueis lacertis) Iuno, quàm πρέσβα θεά, & θυγάτηρ μεγάλου Κρόνου (hoc est, antiqua dea, & Saturni magni filia) Minerua autẽ neque Tritogenia, quàm Glaucopis vocari maluerit. Et Venus vniuerso etiam redemerit nominari χρυσῆ, hoc est, aurea. Quæ cuncta ad pulchritudinem pertinent. Atqui hæc non modò argumento atque indicio sunt, quo pacto illi qui potiores habentur, circa hanc se gerant: sed & testimonium perhibent neutiquam falsum, quòd cæteris omnibus præstantior eadem sit. Proinde Minerua quidem fortitudine pariter & prudentia præstare illam suffragatur: vtrique enim harum præsidet ipsa. Iuno autem vniuersa dominatione atque potentia expetendam magis esse, sententia sua declarat, in partem etiam Ioue tanquam patrono aduocato. Quòd si igitur diuina adeò res & venerãda pulchritudo est, deinde & diis tantopere ambita & affectata, quomodo tandẽ honestum nobis fuerit, si nõ & ipsi deos imitantes, cùm rebus tum verbis, quibusc ũque modis poterimus, pulchritudini patrocinemur? Atque hęc quidem Philo de pulchritudine perorauit, hoc quoque ad finem addens, quòd etiam plura hîc dicturus fuisset, nisi sciret verbositatem in conuiuiis longiorem improbari.

A ἡ κάλλος, οὕτως οἰομένη ῥᾳδίως, ὅπερ ἤθελε, κατασκήψειν· ὀρθῶς καὶ φρονίμως τοῦτο λογιζομένη. σκέψαιτο δ' ἂν τις ἐντεῦθεν τὴν τοῦ κάλλους δύναμιν· ὡς γὰρ ἐλάβοντο τοῦ μήλου, καὶ τὴν ἐπιγραφὴν ἀνελέξαντο, ἑκάστης αὐτῶν ἑαυτῆς εἶναι τὸ μῆλον, μηδεμιᾶς δὲ θαλμώσης τὴν ψῆφον καθ' αὑτῆς ἐνεγκεῖν, ὡς αἰσχροτέρᾳ τῆς ἑτέρας εἴη τὴν ὄψιν, ἀπέρχονται παρὰ τὸν τῶν μὲν πατέρα, τῆς δ' ἀδελφόν τε καὶ συνοίκων, Δία, ἐπιτρέψουσαι τὴν δίκην αὐτῷ. ἔχων δὲ καὶ αὐτὸς ἢ τις ἔστιν ἀποφήσασθαι καλλίστη· καὶ πολλῶν ἀνδρείων ὄντων, καὶ σοφῶν, καὶ φρονίμων ἔν τε Ἑλλάδι καὶ τῇ βαρβάρῳ, ἴσῃ ἐπιτρέπει τὴν κρίσιν Πάριδι τῷ Πριάμου, ψῆφον ἀναρρῆ καὶ καθαρὰν ἐξενεγκών, ὅτι καὶ φρονήσεως, καὶ σοφίας καὶ ῥώμης ὑπερέχει τὸ κάλλος. τοσαύτην δ' ἐπιμέλειαν ἀεὶ πεποίηνται, καὶ σπουδὴν ἀκούειν εἶναι, ὥστε καὶ τὸν ἡρώων τε κοσμήτορα, καὶ θεῶν ποιητὴν, οὐκ ἄλλοθέν ποθεν, ἢ παρὰ τοῦ κάλλους πεπείκασιν ὀνομάζειν. ἥδιον δὲ ὦν ἀκούσαι λευκώλενος ἢ

C Ἥρα, ἢ πρέσβα θεὰ, θυγάτηρ μεγάλου Κρόνου. Ἀθηνᾶ δ' οὐκ ἂν βουληθείη Τριτογένεια παρὰ τοῦ Γλαυκῶπις καλεῖσθαι. Ἀφροδίτη τε τιμήσαιτ' ἂν τοῦ πάντος καλεῖσθαι χρυσῆ. ἅπερ ἅπαντ' εἰς κάλλος τείνει. καίτοι ταῦτ' οὐ μόνον ἀπόδειξιν ἔχει πῶς οἱ κρείττους ἔχουσι παρὰ τούτου, ἀλλὰ καὶ μαρτύριόν ἐστιν ἀψευδές, τοῦ κρείττονα εἶναι πάντων τῶν ἄλλων. οὕτω Ἀθηνᾶ μὲν, δυνάμεως ἅμα καὶ φρονήσεως παρεῖναι ἐπιψηφίζει. ἀμφοτέρων γὰρ παρεῖται τούτων.

D Ἥρα δ' ἁπάσης ἀρχῆς καὶ δυναστείας αἱρετώτερον ἀποφαίνει, συνηγορεῖ δ' αὐτῇ καὶ τὸν Δία παραλαβοῦσα. εἰ οὖν οὕτω μὲν θεῖον καὶ σεμνὸν τὸ κάλλος ἐστὶν, οὕτω δὲ παρεισπούδασον τοῖς θεοῖς· πῶς ἂν ἡμῖν ἔχοι καλῶς, μὴ καὶ αὐτοὶ μιμούμενοι τοὺς θεοὺς, ἔργῳ τε, καὶ λόγῳ πᾶν ὅ, τι ἔχομεν σεμνύνεσθαι τῷ κάλλει; ταῦτα μὲν ὁ Φίλων περὶ τοῦ κάλλους εἶπεν, ὑπισχνούμενος τοῦτο τῇ τελευτῇ, ὡς καὶ πλείω δ' ἂν τούτων εἰρήκει, εἰ μὴ τὸ μακρολογεῖν ἐπίστατο τῶν ἀδοκίμων ἐν συμποσίῳ.

μετ' ἐκεῖνον δ' αὖθις Αἰσχίπους ἤρξατο τῶν λόγων, πολλὰ πρότερον ὑπὸ Ἀνδροκλέους ἀκληθεὶς ἐπ' Ἀνδροκλέους. ὁ γὰρ ἐβούλετο λέγειν ὃ μὴ Φίλωνι βλασφήμως λέγειν. ἤρξατο δ' οὑτωσί· Πολλοὶ πολλάκις ὦ ἄνδρες ὃ δεῖ τὰ βελτίστων, καὶ ἡμῖν συμφερόντων, ἀφέντες λέγειν, ἐφ' ἕτερας τινὰς ὁρμηθῶσι παραδόξους, ἀφ' ὧν αὐτοῖς μὲν δοκοῦσι δόξαν προσάγειν· τοῖς δ' ἀκροαταῖς τοὺς λόγους οὐδὲν λειοτελοῦντας ποιοῦνται. καὶ διελκύσασιν οἱ μὲν, περὶ τῶν αὐτῶν ἐρίζοντες ἀλλήλοις, οἱ δὲ, διηγούμενοι τὰ οὐκ ὄντα· ἕτεροι δὲ, περὶ τῶν οὐδαμοῦ ἀναγκαίων λόγους ποιούμενοι, ὃς ἐγὼ τὰ πρῶτα καταλιπόντας, ὅπως τὰ βέλτιστα τύχωσιν εἰπόντες σκοπεῖν· οἷς νῦν ἐγὼ περὶ τῶν ὄντων οὐδὲν ὑγιὲς ἐγνωκέναι νομίζων, ἄλλως τε, καὶ ὃ τινων ἀγνοίας τῶν βελτίστων κατηγορεῖσθαι τοῖς αὐτοῖς περιπίπτειν, τῶν ὑπηρετέρων οἰόμενος εἶναι πρώτην, τὸ αὐτὸ λειοτελεστάτην καὶ καλλίστην τοῖς ἀκούουσιν ὑποθέσιν ποιήσομαι τῶν λόγων, καὶ ὡς πᾶς ὅστις ἂν φαίη κάλλιστ' ἂν ἔχειν ἀκούειν καλλίστην. εἰ μὲν οὖν περί τινος ἑτέρου τοὺς λόγους ἐποιούμεθα νῦν, ἀλλὰ μὴ περὶ κάλλους, ἦρκεσεν ἂν ἡμῖν ἀκούσασιν ἑνὸς εἰπόντος, ἀπηλλάχθαι περὶ αὐτοῦ. τοῦτο δ' ἄρα τοσαύτην ἀφορμὴν παρέχεται τοῖς βουλομένοις ἀπολαῦσαι τῶν περὶ τούτου λόγων, ὥστ' οὐκ εἰ μὴ κατ' ἀξίαν τις ἐφίκοιτο τοῦ λόγου, νομίζειν δεῖν τυχεῖν, ἀλλ' ἵνα τοῖς πολλοῖς ἄλλοις κἀκεῖνός τι δυνηθῇ συμβαλέσθαι πρὸς τοὺς ἐπαίνους, τῆς ἀμείνονος οἴεσθαι πειρᾶσθαι τύχης. ὃ γὰρ οὕτω μὲν περιφανῶς ὑπὸ τῶν χρηστῶν τετιμημένον, ὅτῳ γε τοῖς αὐθαίποις θεῖον, καὶ περισπούδαστον, πᾶσι δὲ τοῖς ἄσιν οἰκειότατον κόσμον, καὶ οἷς μὲν αἰεὶ πρῶτα τῶν πώποτε σπουδαζομένων, ὧν δ' ἀφίσταται μισουμένων, καὶ οὐδὲ προσβλέπειν ἀξιωμένων, τίς ἂν εἴη τοσοῦτον λόγων μετεσχηκώς, ὥστ' ἐπαινέσαι πρὸς ἀξίαν ἀρκέσαι; ὁ μὲν ἀλλ' ἐπειδήπερ οὕτω πολλῶν αὖ δεῖ τῶν ἐπαινεσόντων, ὥστε μᾶλλον ἂν τῆς ἀξίας τυχεῖν, οὐδὲν ἀπεικὸς καὶ ἡμᾶς ἐγχειρεῖν τι λέγειν περὶ αὐτοῦ, μέλλοντας γε μετὰ Φίλωνα ποιεῖσθαι τοὺς λόγους.

A Cæterùm poſt illum ſtatim Ariſtippus verba facere cœpit, multis antea ab Androcle inuitatus. Neque enim volebat primò, veritus proximo poſt Philonem loco dicere. Exorſus autem inde eſt: Multi ſæpe homines (inquit) omittentes de rebus optimis & nobis conducentibus dicere, ad alia neſcio quæ argumenta abripi conſueuere, ex quibus ſibi quidem famam comparaturos ſe putant, auditores autem verbis nihil conferentibus obtundunt. Ac dicere ſolent alij quidem de iiſdem rebus inter ſe verbis contendentes: alij autem ea quæ non exiſtunt commemorantes, alij etiam de B iis de quibus minimè neceſſe eſt, verba facientes. Quos ſanè decebat omnibus hiſce relictis, quo pacto conducibile aliquid dicere fortè poſſint, apud animum cogitare. Hos igitur quando nunc ego de iis quæ exiſtunt, nihil ſani cognouiſſe exiſtimo, & alioqui autem etiam aliorum ignorantiam de rebus optimis, reprehendentem, in eadem vitia incurrere, omnino ſtultitiæ cuiuſdam eſſe puto: idem argumentum orationis vtiliſſimum atque pulcherrimum auditoribus proponam, quódque omnis quicunque etiam fuerit, fatebitur ſcio digniſſimum eſſe C quod pulcherrimum quòque vocetur. Quòd ſi igitur de alia aliqua re verba faceremus, & non de pulchritudine, ſatis fuiſſet vnum aliquem dicentem audiſſe, & exinde argumento eo relicto ad alia tranſiſſe: nunc autem præſens hoc tãtam dicendi copiam præbet iis qui de eo orationem inſtituunt, vt haudquaquam ſi quis pro dignitate ipſum nõ tractarit, ob id infeliciter ſibi ſucceſſiſſe rem arbitrari debeat: ſed ſi poſt multos alios nonnihil ad priores laudes etiam ipſe conferre potuerit, benigniorem fortunam experiri D putetur. Nam quod manifeſtè adeò à ſuperioribus in honore habitum ſemper eſt, ab hominibus autem ita pro re diuina & operæpretio digna exiſtimatum, omnibúſq; quicunque viuunt, peculiare ornamentum exiſtit, præterea & eos quibus adeſt, ab omnibus amari & coli, illos autem quibus abeſt, odio haberi, neq; dignos adeò quos aſpicias, videri facit: quiſnam dicendi facultate præditus tãta fuerit, vt id pro eo ac dignũ eſt, laudare ſufficiat? Veruntamen quoniam ita multis ipſi opus eſt laudatoribus, vt vix vnquam pro dignitate tractari queat, nihil alienum aut indecorum fuerit etiam nos aliquid de eo dicere conari, quanquam verentes nonnihil verba facere poſt Philonem.

Exordium ſimile Iſocratis proœmio in orationem de laudibus Helenæ: vnde etiam huius orationis plera que ſumpta videntur.

Adeò autem omnium quæ ſunt, venera-
tione digniſſima, maximéque diuina res
pulchritudo eſt, vt etiamſi omittamus
dicere quibus honoribus Dij pulchros
affecere: ſuperioribus certè temporibus illis Helena ex Ioue nata, in tanta
apud omnes homines admiratione fuit,
vt cùm adhuc intra ætatem eſſet, Theſeus ob aliam quandam rem in Peloponneſum profectus, conſpecta illius forma,
in tantam admirationem ipſius venerit,
vt cùm & regnum haberet maximè tutum, & gloria excelleret nequaquã vulgari, nihilominus tamen putarit ſibi vitã
vitalem, vt ille ait, non eſſe, ſi illa carere
deberet: rurſum autem ſe omnes alios felicitate ſupergreſſurum eſſe, ſi ſecum illam cohabitare contingeret. Atque hoc
modo cùm apud ſeſe animatus eſſet, à
patre quidem ipſius accipere illam deſperauit: neque enim elocaturum ipſum
illam, cùm nondum ad iuſtam ætatem
peruenisſet: cæterùm imperio illius contempto atque deſpecto, ſpretiſque inſuper etiam omnibus qui tum in Peloponneſo agebant potentibus, aſſumpto Pirithoo, qui ipſi in raptu adeſſet, à patre vi
abreptam in Aphidnam Atticę regionis
oppidum aſportauit. Tantam autem gratiam habuit Pirithoo pro hoc auxilio
præſtito, vt ipſum per omne deinde tempus ita amarit, vt etiam poſteris in exemplum abierit Theſei & Pirithoi amicitia.
At poſtquam etiam illum oportebat ad
Plutonis proficiſci regnum, ambientem
filiam Cereris Proſerpinam, poſtquam
multis ipſum dehortatus à propoſito ne
quid tale tentaret, auertere non potuit,
vnà cũ ipſo profectus eſt, arbitratus debere ſe hanc illi referre gratiam, vt pro eo
etiam animam in periculũ poneret. Cæterùm vbi hoc profecto peregre, illa Argos mox rediiſſet, poſtquam ætate nubibilis facta eſt, quanquam principes Græciæ, & formoſas alias, & ex parentibus
præclaris natas, ex tota ea terra ducere
vxores ſibi poſſent, nihilominus tamen
conuenientes, huius proci facti ſunt, cæteris omnibus perinde vt vilioribus contemptis. Scientes autem quòd non abſque certamine ab vno aliquo ducenda
eſſet, metuẽtéſque ne pugnantibus inter
ſe aliquibus, bellum inde toti Græciæ oriretur, de communi ſententia in hæc
verba iurarunt, quòd omnes auxilium ferre vellent ei, qui vxorem hanc ducere dignatus fuiſſet: neque cuiquam concederent, qui iniuria aliqua afficere illum aggreſſus eſſet: exiſtimantes videlicet quiſque ſibi auxilium & ſocietatem hanc parari.

A οὕτω δὴ σεμνότατον καὶ ἱερώτατον τῶν ὄντων ἐστὶν, ὥστε εἴ τι ὅσα θεοὶ καλοὺς τεθαύμακασι, παραλείπω. ἀλλ' οὖν ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἐκ Διὸς Ἑλένη θνητὴ, οὕτως ἐθαυμάσθη παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, ὥστ' ἐπὶ τῆς ἡλικίας ἔτι ἐν τοῖς, καπά τινα χρείαν ἐν Πελοποννήσῳ θνητὸς ὁ Θησεὺς, οὕτω τῆς ὥρας ἰδὼν ἠγάσθη, ὥστ' ὅσης αὐτῷ καὶ βασιλείας ἀσφαλεστάτης, καὶ δόξης καὶ τῆς τυχούσης, ὅμως οὐκ ἄνευ βιωτὸν αὐτῷ, ταύτης ἐστερημένῳ, προσδοκᾶν δὲ πολλοὺς εὐδαιμονίᾳ, εἰ ταύτην αὐτῷ θνητὴν συνοικεῖν. οὕτω δὴ διαφανεῖς, ὃ λόγῳ παραδοῦναι τῷ πατρὶ λαβεῖν ἀπεπιπτεν, μὴ γὰρ αὐτὴν αὐτὸν ἐκδοῦναι μήπω ἡλικίας ἡμιούσαν, τὴν δ' ἀρχὴν ὑπερφρονήσας ἐκείνου, καὶ Ἀϊδωνέως, ὀλιγωρήσας δὴ καὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πάντων δυνατῶν, κοινωνοῦντ' αὐτῷ τῆς ἁρπαγῆς καὶ Πειρίθοον παραλαβὼν, βίᾳ λαβὼν αὐτὴν ἐκ πατρὸς, εἰς Ἀφίδναν ἐκόμισε τῆς Ἀττικῆς· καὶ τοσαύτην ἔσχε χάριν αὐτῷ τοῦ συμμαχίας ταύτης, ὥσθ' ὅτως ἐφίλησε τὸν ἅπαντα χρόνον, ὥστε καὶ τοῖς ὑπερθνητοῖς παράδειγμα γενέσθαι τοῦ Θησέως καὶ Πειρίθου φιλίας. ὅπου δὴ ἔδει κἀκεῖνον εἰς Ἅιδου θνητὸν ἔναι, τοῦ Διὸς μνηστευσόμενον κόρην, ὅπου πολλὰ παραινῶν, οὐκ ἠδυνήθη ταύτης αὐτὸν τῆς πείρας ἀποσχέσθαι καταπείσας, συνεκινδύνευσεν αὐτῷ, ταύτην παρέπεμψαν οἰόμενος αὐτῷ καταθήσειν τοῦ χάριν καὶ τῆς ψυχῆς ὑπὲρ αὐτοῦ κινδυνεύσας. ἐπανελθόντα δὲ εἰς Ἄργος, αὖθις ἀποδημοῦντος αὐτοῦ, ὅπου καὶ ὥραν ἤδη γάμου, καίτοιγε ἐχόντες καλάς τε καὶ εὖ γεγονυίας ἐκ τῆς Ἑλλάδος σφίσιν αὐτοῖς ἄγεσθαι γυναῖκας οἱ τῆς Ἑλλάδος βασιλῆς, οἱ δὲ συνελθόντες, ἐμνηστεύοντο ταύτην, τὰς ἄλλας ἁπάσας ὑπερίδοντες ὡς φαυλοτέρας. γνόντες δὲ ὅτι πολέμους ἔσαν. καὶ δείσαντες μὴ πόλεμος γένηται τῇ Ἑλλάδι, μαχομένων περὶ ἀνήλιξ, ὤμοσαν ὅρκον τοιονδὶ ψήφῳ κοινῇ, ἣ μέλλοι ὑπερκουρήσειν τῷ ταύτης ἀξιωθέντι, μηδὲ ὑπερβαίνειν ἐάν τις ἀδικεῖν ἐγχειρῇ, ἅπαντας οἰόμενος ταύτην αὐτῷ τὴν συμμαχίαν παρασκευάζειν.

τῆς μὲν οὖν ἰδίας γνώμης ἀπέτυχον πάντες, πλὴν Μενελάου. τῆς κοινῆς δ' ἐπειράθησαν αὐτίκα. ὑ πολλῷ γὰρ ὕστερον ἔριδος γενομένης ταῖς θεαῖς περὶ κάλλους, ὑπηρέποισι τὴν κρίσιν Πάριδι τῷ Πριάμου· ὁ δὲ, τῶν μὲν σωμάτων τὴν θεὸν ἡττηθείς, τὴν δωρεὰν δ' ἀναγκασθεὶς γνώσεσθαι κριτὴς, καὶ διδούσης Ἥρας μὲν, τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχὴν, πόλεμος, Ἀθηνᾶς, κράτος, Ἀφροδίτης δὲ, τὸν τῆς Ἑλένης γάμον· καὶ φαύλοις μὲν ἀνθρώποις γνώσεσθαι ἂν ποτε νομίσας οὐκ ἐλάττω βασιλείαν, Ἑλένης δ' οὐδένα τῶν ὑπερνομένων ἀξιωθῆναι, προείλετο τὸν τούτης γάμον. γνομένης δὲ τῆς ὑμνουμένης ἐκείνης στρατείας καθ' ἡμῶν Τρώων, καὶ τῆς Εὐρώπης τότε πρῶτον κατ' τῆς Ἀσίας ἐλθούσης, ἔχοντες οἵ τε Τρῶες ἀποδόντες τὴν Ἑλένην, ἀδεῶς οἰκεῖν τὴν αὐτῶν, οἵθ' Ἕλληνες τούτων αὖθις ἐπάρμενοι ἔχειν, ἀπαλλάττεσθαι τῶν οὐ πολέμου καὶ στρατείας δυσχερῶν, οὐ δ' οὐκ ἠβουλήθησαν ἀμφότεροι, ἂν καὶ ποτε νομίσαντες βίᾳ ἀφορμὴν καλλίω πολέμου, πρὸ ἧς ἀποθανοῦνται. καὶ θεοὶ δὲ τοὺς αὐτῶν παῖδας σαφῶς εἰδότες ἀπολουμένους ἐν τῷ πολέμῳ, οὐκ ἀπέτρεψαν μᾶλλον, ἀλλ' ἐπῆραν εἰς τοῦτο, οὐκ ἐλάττω δόξαν αὐτοῖς οἰόμενοι φέρειν, τῶν θεῶν παῖδας γενέσθαι, ἢ μαχομένους ὑπὲρ Ἑλένης ἀποθανεῖν. καὶ τί λέγω τοὺς αὐτῶν παῖδας; αὐτοὶ πρὸς αὑτοὺς μείζω καὶ δεινότερον ἐπεστήσαντο τοῖς πρὸς Γίγαντας αὐτοῖς γενομένου πολέμου. ἐν ἐκείνῳ μὲν γὰρ, μετ' ἀλλήλων· ἐνταῦθα δὲ, ἐμάχοντο πρὸς ἀλλήλους. οὗ τί γένοιτ' ἂν ἐναργέστερον δεῖγμα, ὅσῳ τῶν αὐθεντῶν ἀπάντων ὑπερέχει ὁ κάλλος πρὸ ἀθανάτοις κριταῖς; ὅταν γὰρ ὑπὲρ μὲν τῶν ἄλλων θεῶν ἀπάντων οὐδαμοῦ ὁ τοιοῦτον φαίνονται διενεχθέντες, ὑπὲρ γ' κάλλους, ἃ μόνον τοῖς ἑαυτῶν ὑπεδέδωκότες, ἀλλ' ἤδη καὶ ἀλλήλοις ἐναντία πεπολεμηκότες, ἔνιοι δὲ καὶ τρωθέντες, πῶς οὐχ ἁπάσαις ψήφοις προτιμῶσιν ἀπάντων τὸ κάλλος; ἀλλ' ἵνα μὴ δόξωμεν ἀποδεία τ περὶ κάλλους λόγων τοῦτο διατρίβειν ἀεί,

A Propria quidem igitur ſententia fruſtrati omnes ſunt præter Menelaum: cõmunis autem pacti experimentum ſtatim adeò dederunt. Non enim multo pòſt, cùm cõtentio inter deas de pulchritudine orta eſſet, diſceptatio eius litis Paridi Priami filio delegata fuit. Qui cùm iudicio inferior eſſet, quàm vt inter corpora dearum cognoſcere poſſet, donorum autem cogeretur iudex fieri, ac Iuno quidem offerret illi totius Aſiæ imperium, Minerua robur & vires ad bella, Venus autem Helenæ huius nuptias: ipſe verò contrà ſecũ ita cogitaret, quòd imperia quidẽ etiam vilibus & contemptis hominibus obue-
B nire poſſent, Helena autem non ſtatim vllus poſterorũ dignus futurus eſſet: nuptias huius cæteris rebus omnibus antepoſuit. Poſtea verò exorta celebri illa expeditione contra Troianos, & Europa tunc primùm contra Aſiam bello concitata, cùm Troiani poſſent Helena reddita, ſine periculo ac metu terram ſuam retinere, Græci autem hanc illis habẽdam permittentes, omnibus illis difficultatibus quæ ex bello & expeditionibus percipiuntur, liberari: neutri conſulere ſibi ipſis voluerunt, rati non aliam pulchriorem belli cauſſam ob quam morerentur,
C inuenire ſe poſſe. Iam verò & dij cùm certò ſcirent liberos ſuos in eodem bello perituros eſſe, haudquaquam illos ab eo abſterruerunt, ſed ad id vltro proficiſci fecerunt, rati non minorem illi gloriam conſecuturos eos eſſe ſi pro Helena mortem obiiſſent, quàm quòd deorum filij procreati eſſent. Et quid attinet de filiis deorum dicere, cùm ipſi dij maiore grauioréque certamine inter ſe eodem bello congreſſi fuerint, quàm tunc cùm contra Gigantes bellum geſſere? Nam in illo contra Gigantes communibus ac mutuis auxiliis dimicarunt: hîc autem ipſi
D contra ſe ipſos arma tulerunt. Quo ſanè argumento, quodnam aliud manifeſtius aut clarius eſſe poteſt, quanto etiam ipſis diis iudicibus, cæteras mortalium res omnes antecellat pulchritudo? Nam cùm pro aliarum quidem rerum nunquam vlla vllo modo inter ſeſe diſcordes fuerint, pro pulchritudine autem non ſolùm filios ſuos in mortem obtulerint, ſed ipſi inter ſe dimicarint, nonnulli autem etiam vulnerati fuerint: an non omnibus adeò calculis cenſuerunt pulchritudinem cæteris rebus vniuerſis anteponendam eſſe? Atenim ne penuria quadam de pulchritudine dicendi, circa hunc locum commorari diutiùs videamur,

ad alium hinc transire volo, haudquaquã his quæ antè dicta sunt, ad comprobandam pulchritudinis dignitatem, inferiorem, nempe ad Hippodamiam Arcadis illius Oenomai filiam. Quàm multos enim ille pulchritudine huius captos ostendit mortem subire voluisse potiùs, quàm ab hac dissociatos, lucem intueri? Nam postquam adultam ætatem attigit puella, illámque pater non paruo interuallo cæteras omnes anteire conspexit, ipse quoque forma illius captus est. Tanta enim hæc in illa excellebat, vt etiam eum à quo nata fuerat, præter naturam illexerit. Proinde cùm ipse quidem illam apud sese retinere cuperet, elocare autem velle ei qui dignus illa foret, simularet, vt hominum accusationem puta euitaret, technam quandam machinatur cupiditate sua multo iniustiorem, per quam putabat, id quod animo intendebat, facillimè sese conficere posse. Nam currui, quem quoad fieri maximè potuerat, ad celeritatem arte compararat, equis, qui ea tũ ætate in Arcadia omnium velocissimi erant, iunctis, cum procis puellæ aurigatione certabat, ei videlicet qui certamine superasset, sponsam illam proponens; qui verò victus esset, illum capite priuandum edicens. Iubebat autem etiam ipsam vnà conscendere currum, quò videlicet illi dum vultu in illam defixi hærerent, interea aurigandi currus obliuiscerentur. Cæterùm cùm qui primus certamen hoc iniisset, successu caruisset, & præterquam quòd à puella, etiã à vita excidisset, reliqui cùm ad certamen obeundũ cunctari, & eorum quæ semel decreuissent, quicquam detrectare, futile ac iuuenile quiddam esse censerent, rursum autem crudelitatem Oenomai detestarentur, alius alium præuertit moriendo, perinde ac si metuerent ne non pro puella illa mori possent. Ac processit cædes ea, donec tredecim eorum iuuenum interficerentur. At dij cùm illum ob prauitatem hanc odio haberent, pariter autem & eos qui mortui fuerant, & puellam miserarentur, alteros videlicet quòd tantæ rei possessione priuati essent: puellam autem, quòd forma sua per ætatem frui non posset: pro iuuene eo quicunque mox certaturus esset (erat autem is Pelops) curam aduertentes, & currum illi donãt pulchriorem arte factum, & equos immortales, quorum ope puella potiturus, ac dominus illius futurus esset. Et sanè factus quoque est, socero ad metam & terminos victoriæ occiso.

A ἐφ' ἕτερον βούλομαι μεταβιῶναι, οὐδαμῶς ἔλαττον ὄν, ὥστε δῆξαι τινὰ τῷ κάλλους ἀξίαν, τῶν πρότερον εἰρημένων, τινὰ Ἀρκάδος Ἱπποδάμειαν Οἰνομάου· ὅσους τῷ ταύτης κάλλους ἀλόντας, μᾶλλον αἱρουμένους ἀπέφηνεν ἀποθνήσκειν, ἢ ταύτης διωκισμένους, τὸν ἥλιον προσορᾶν. ὡς γὰρ ἐλάβετο τῆς ἡλικίας ἡ παῖς, καὶ τὰς ἄλλας ὁ πατὴρ οὐ πολλῷ τινὶ μέσῳ προενεγκάσθαι ἐώρα, τῆς μὲν ὥρας αὐτῆς ἀλοὺς (τοσοῦτον γὰρ αὐτῇ προεῖλῶ, ὥστε καὶ τὸν γεγωνικότ' ἐκπλαγέντα προδοῦναι φύσιν, καὶ ἀφ' οὗτ' ἀξιῶν αὐτὴν

B ἔχειν πρὸς ἑαυτοῦ, βουλεσθαι δ' ἐκδιδόναι πλατύμυθος αὐτὴν τῷ ταύτης ἀξίῳ, τὰς παρ' ἀνθρώπων φθόνου αἰτίας, μηχανήν τινα μηχανᾶται τῆς ὑπερθυμίας ἀδικωτέραν, καὶ ἣν ᾤετο ῥᾳδίως, ὅτῳ ἐβούλετο, καταστήσειν. ἵππους γὰρ ἁρματι ὡς οἷόν τε μάλιστα ἴσους εἰς τάχος ἵππους τῆς τέχνης ἐξεργασμένῳ, τοὺς δὲ Ἀρκαδίας ζεύξας τῶν τότε ταχίστους ἵππους, ἠμίλλατο πρὸς τοὺς μνηστῆρας τῆς κόρης, ἆθλον τῆς νίκης προθεὶς αὐτοῖς αὐτὴν προτιθείς, ἢν τέρεσθαι τῆς κεφα-

C λῆς ἡττηθέντας. καὶ ἐξίου δ' αὐτὴν αὐτοῖς συναναβαίνειν τὸ ἅρμα, ὅπως ἀποβολόμενοι πρὸς ταύτην, ἀμελοῖεν τῆς ἱππικῆς. οἱ δ' ἀποτυχόντος τῆς πρώτης ἁψαμένου τ' δρόμου, καὶ τῆς κόρης σκηπτόντος μὴ τῆς ζῆν, τὸν μὲν ἀποκτείναντα πρὸς τὸν ἀγῶνα, ἢ μεταθεῖναί τι τῶν βεβουλευμένων, μειρακιώδες εἶναι νομίζοντες, τὴν δ' ὠμότητα μισήσαντες Οἰνομάου, ἄλλος ἄλλον ἔφθανεν ἀποθνήσκων, ὡς πρὸ δεδιηκὼς μὴ τῆς τεθνεώσης πρὸς τῆς κόρης ἀμύητος. ἐπῆλθέ τε μέχρι τεσσαρακαίδεκα νέων ὁ φόνος· θεοὶ δ' ἐκφανῆ τῆς πονηρείας

D μισήσαντες ταυτησί, τοὺς τε τεθνεῶτας ἅμα, καὶ τὴν κόρην ἐλεοῦντες· τοὺς μὲν, ὅτι κτήματος ἀπεστέρηται τοιούτου· τὴν κόρην δ' ὅτι τῆς ὥρας ἐν ᾗ καιρὸν ἀπολαύσει· κηδόμενοί τε τῆς νέας, ὅστις ἔμελλε (Πέλοψ δ' ἦν οὗτος) ἀγωνίσασθαι, ἅρμα τε χαλκοῦν τούτῳ κάλλιον τέχνης πεποιημένον, ἵππους τε ἀθανάτους, δι' ὧν ἔμελλε τῆς κόρης κύριος εἶναι. καὶ γέγονέ γε τὸν κηδεστὴν ὅτι τέρμασι τῆς νίκης ἀπεκτονώς.

ὕτω δ' τῶ καλλους χρῆμα ἀνθρώποις τε θῖον εἶ δοκεῖ, καὶ πρώμιον τῶν πρώτων, καὶ θεοῖς ἐπουδάζαι πολλαχόσε. διὸ δὴ καὶ ἡμῖν οὐκ ἂν ἔχοι τις μέμφεσθαι δικαίως, εἰ ὑπὲρ ὀλίγου λογισαμένοις ὃ τοῦτο περὶ καλλους διεξελθεῖν. ὕτω μὲν δὴ καὶ Ἀρίστιππος διῆλθε τὸν λόγον. ΕΡ. σὺ δὲ λοιπὸς εἶ, Χαρίδημε, ὅπως ἂν ὥσπερ κορωνίδα τῶν τοῦ καλλους καλῶν ὑπιθῇς τὸν λόγον. ΧΑ. μηδαμῶς, ὦ πρὸς θεῶν, πρὸς ἄλλο γε προελθεῖν με βιάσῃ. ἱκανὰ γὰρ δηλῶσαι τἀμὰ σιωπῶσαι καὶ τὰ νῦν εἰρημένα· ἄλλως τε, καὶ εἰ ὅσα πρὸ εἶπον ἐπιμνημονεύοντα. ῥᾷον γὰρ ἄν τις μνημονεύοι τῶν ἑτέροις εἰρημένων, ἢ τῶν αὐτοῦ. ΕΡ. τοῦτο μὲν δή ἐστιν, ὧν ἐξ ἀρχῆς ἐπεθυμοῦμεν ὑπάρχειν. τί γὰρ δὴ ποθ' ἡμῖν τῶν λόγων ἐκείνων, ὅσον ἐμέλησε τῶν σῶν ἀκοῦσαι. ὥστ' ἐμοὶ τούτων ἀποστερήσῃ, κακῶς μάτην ἔσῃ πεπονηκώς. ἀλλά, πρὸς Ἑρμοῦ, τὰ ἄπωθεν λόγου ὥσπερ ἐπὶ σκηνῆς ἐξ ἀρχῆς, ἀπόδος. ΧΑ. βέλτιον μέν μοι ἐμοὶ τούτοις ἀπαλλάττειν με, τῶν δυσχερῶν ἀεὶ τούτων. ἐπεὶ δ' ὕτω πρόθυμοί τε καὶ τῆς ἡμετέρων ἀκοῦσαι λόγων, καὶ τόθ' ὑπομενετέον ἀναγκη, ὥδε τοίνυν καὶ αὐτὸς ἐποιησάμην τὸν λόγον· Εἰ μὲν πρῶτος αὐτὸς ἦρχον περὶ τοῦ καλλους λέγειν, παρῳκιμίων ἂν ἐδεόμην συχνῶν· ἐπεὶ δ' ὑπὲρ πολλοῖς ἔρχομαι τοῖς πρότερον εἰρηκόσιν ἐρῶν, πολὺν ἀπεικὸς τοῖς ἐκείνων κεχρημένον ὡς παρῳκιμίοις ὑπαφέρειν ἐξῆς τὸν λόγον· ἄλλως τε καὶ ἑτέρωσε τῶν λόγων γινομένων, ἀλλ' εὐθὺς καὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας, ὥστε σφόδρα καὶ τοὺς παρόντας λαθεῖν, ὡς ἄρ' οὐχ ἕκαστος ἰδίᾳ λογοποιοῦσιν, δηλὰ τὸν αὐτὸν ἕκαστος ὑπὲρ μέσης διεξέρχονται λόγον. ἑτέρῳ μὲν οὖν ἤρκει γ' ἂν εἰς εὐθημίαν, ἅπερ ὑμῶν ἕκαστος ἔτυχεν εἰπὼν περὶ τοῦ καλλους ἰδίᾳ. τοῦτο δ' ποσοῦτόν πρόεστιν, ὥστε καὶ τοῖς ὑπομιγνομένοις ἔξω τῶν νῦν εἰρημένων, οὐ δεῖν ἐπαινῶν τῶν εἰς αὐτό. πλεῖστα γὰρ πολλαχόθεν αὐτὰ πρόπτα δεῖν λέγειν ἕκαστα δόξαν παρίστησιν, ὥσπερ ἀνθέων βύτυροι τῶν πλείοσιν, ἀεὶ τῶν φαινομένων ἄρτι προσαναμένων τοῖς ὀρεπομένοις.

A Adeò pulchritudo ipsa cùm hominibus diuinum quiddam esse videtur, & ab omnibus coli consueuit, tum à diis quoque sæpenumero cum summo studio obseruata est. Quamobrem neque nos quispiã reprehendere meritò poterit, quòd quasi quoddam operæpretium putamus hæc de pulchritudine disseruisse. Atque ad hunc modum & Aristippus orationem suam peregit. HER. At tu iam restas Charideme: quare fac vt quasi quandam coronidem imponas oratione tua pulchris hisce de pulchritudine dictis. CH. Nequaquam, per deos quæso, vlteriùs progredi me cogas. Satis enim sit indi-
B casse tibi & quo pacto conuersati fuerimus, & hæc quæ modo dixi: præsertim cũ ne illa quidẽ satis adhuc meminerim quę modò commemoraui. Multo enim facilius ea memoria repetieueris, quæ ab aliis dicta sunt, quàm quæ ipse dixisti. HER. Hoc igitur illud est videlicet quod ab initio cõsequi me cupiebam. Neq; enim mihi tantopere orationes aliorũ ac tuam audire cura fuit. Quare si me hac priuaueris, etiam illa frustra laborasse te scias. Sed per Mercurium quæso, totam adeò orationem quemadmodum à principio
C exorsus fueris, mihi recita. CHAR. Satius quidẽ fuerat, cõtentum his quæ dixi, à difficilioribus abstinere me: attamen quãdo ita cupis & nostram audire orationem, in hoc quoque morem tibi gerere necesse est. Proinde hoc pacto ipse quoq; verba feci: Si primus ipse cœpissem de pulchritudine dicere, procœmiis fortasse frequentibus & densis opus haberem: nunc autem quando post multos alios qui ante me verba fecerũt, dicturus sum, nihil alienum puto fuerit, si illorum antè dictis, perinde ac procœmiis quibusdam vsus, sequentem orationem subiungam,
D præsertim cùm non alio loco, sed hoc in conuiuio, eodémque die, orationes istæ habeantur, ita vt liceat & præsentes latere nos, perinde ac si nõ quisque priuatim verba faceret, sed eandem singuli per vices prosequantur orationem. Proinde alteri quidem sufficerent ad laudem vtique comparandam, ea quæ vestrum vnusquisque seorsim de pulchritudine dixit. At verò hîc adhuc tantùm superest, vt & iis qui post nos venturi sunt, extra ea quæ nunc dicta sunt, satis laudum ad prædicandam illam suppetat. Plurima enim vndique circunstant, quæ & ipsa eam de se opinionem præbent, quasi singula eorum primo loco dici debeant, non aliter atque in prato aliquo floribus fœcundo, vbi semper ea quæ nouissimè apparent, carpentes potissimùm alliciunt.

Ego verò ex omnibus illis delectis, quæ mihi videbuntur minimè prætereunda fuisse, quàm breuissimè potero dicam, vt & pulchritudini debitum suum reddam, & vobis omissa verborum prolixitate morem geram. Proinde illi quidem qui vel ob fortitudinem, vel ob aliam aliquam virtutem præstare nobis videntur, si non quotidie honestis actionibus beneuolentiam sibi concilient, & nos quodammodo ad amandum se cogant, inuidemus illis magis: vndecunque etiam eis negotia quæ geruntur, minùs bene procedunt. Pulchris autem non modò non inuidemus formam suam, sed statim etiam vbi aspeximus tantùm, capimur, & plus quàm amamus eos, neque grauamur, tanquam superioribus, quantum nobis licitum fuerit, & seruire quoque illis. Libentiùs igitur quispiam obedierit formoso alicui, quàm imperauerit ei qui talis non est: maioremque gratiam habuerit formoso multa iubenti, quàm si nihil quicquam præcipiat. Ac cęterorum quidem bonorum quibuscunque caremus, vlteriorem assequendi curam nullam gerimus: at pulchritudinis nulla vnquam nobis satietas oboritur: sed siue Aglaiæ filium illum, qui cum Achiuis ad Troiam profectus fuit: siue Hyacinthum formosum illum, siue etiam Lacedæmonium Narcissum pulchritudine superemus, tamen nobis ipsi minimè satisfacimus, sed semper timemus ne fortè videamur apud posteros ab aliis superati fuisse. Propemodum autem omnium eorum quæ inter homines geruntur, vt ita dicam, quasi quoddam commune exemplum pulchritudo proposita est. Nam neque duces negligunt ad pulchritudinem exercitus suos instruere, neque oratores ad eandem orationes suas componere, neque etiam pictores imagines ac tabulas suas secundùm illam depingere. Et quid attinet ista recensere, quorum finis quoque pulchritudo est? Quin illa quoque quibus necessariò vtimur, haudquaquam prætermittimus, quin omnia quammaximè fieri potest, cum summo studio quampulcherrimè apparemus. Nam Menelaus quidem non tantum curauit vsum & necessitatem ædium, quantum vt pulchritudine earum ingredientes quasi attonitos redderet: & ob hoc sumptuosissimas pariter & pulcherrimas eas ædificauit. Neque etiam sententia falsus est. Nam Vlyssis filius ita admiratus eas fertur, cùm ad percontandum de patre eò loci venisset, vt ad Pisistratum Nestoridem in hunc modum dixerit:

Nireum intelligit, quo pulchrior alter nō venit ad Troiam, vt Homerus ait Ilia 2.

A ἐγὼ δ' ἐκ πάντων ἐκλέξας ὅσα μοι δοκῶ μὴ βέλτιον εἶναι παραλιπεῖν, λέξω δηλαδὴ βραχέων, ὅπως τῷ τε καλλει τὰ γιγνόμενα ἀποδώσω, ὑμῖν τε ὃ μακρολογεῖν παραλιπών, δράσω χαριέστερα. τοῖς μὲν οὖν ἢ δι' ἀνδρίαν ἢ καθ' ἑτέραν τινὰ τῶν ἀρετῶν ἡμῖν τοιγέ-
χθαι δοκοῦσιν, ἵν' μὴ τῶν καθ' ἡμέραν ποιῶν εὖ, ἀναγκάζωσιν ἡμᾶς ὑπ' αὐτοῖς δηλονότι εἶναι, βασκαίνομεν μᾶλλον, ὀξὺ ὧν τ' αὖ καλῶς αὐτοῖς τὰ πράγματα προφέρομεν, φοίνικα καλὸν δ' ἅμα μόνον ἀφυόμενοι τῆς ὥρας, ἀλλ' ὑφ' ὑμῶν τε ἰδόντες, ἁλισκόμεθα, ὑπαγαπῶμέν τε,
B κἀπ' ἀποκινδυνεύομεν ὡσπερ χρείττοσιν, ὅσον αὖ ὑμῖν ἔξῃ, δουλεύοντες αὐτοῖς. ἤδιον αὖ ὧν ὑπακούσας τῆς ὥρας τύχοιτο, ἢ πρεσβύτερος τῶν μὴ πιθέτω, καὶ πλείω χαίρει αὖ εἰδεὶς τῶν πολλὰ προστάττοντι μᾶλλον, ἢ τῶν μηδ' ὁπῶν ἐπαγγέλλοντι. καὶ τῶν μὲν ἄλλων ἀγαθῶν, ὧν αὖ ἐνδεεῖς ὦμεν, κἂν ἑτέρῳ σπουδάζομεν τυχεῖν. καλλιστος δ' ἡμῖν οὐδεὶς οὐδὲ πώποτε
C γέγονε κόρος. ἀλλ' ἐάν τε τὸν Αγλαΐης, τὸν εἰς Ιλιον ποτὲ στρατευσάμενον τοῖς Αχαιοῖς, ἐάν θ' Υακινθον τὸν καλὸν, ἢ τὸν Λακεδαιμόνιον Ναρκισσον καλλει νικῶμεν, οὐκ ἀρκεῖν ἡμῖν δοκοῦμεν, ἀλλὰ δεδοίκαμεν μὴ λαθόμεθα τοῖς ὀπισθογενέσιν αὖ καταλιπόντες ὑπερβεβλημένοι. σχεδὸν δ' ὡς εἰπεῖν πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις πραγμάτων, ὥσπερ κοινὸν παράδειγμα ὁ κάλλος ἐστί. καὶ ὅτε στρατηγοῖς εἰς κόσμος ἐμέλησε τὰ στρατεύματα στησιάσειν, ὅτε ῥήτορι τοὺς λόγους στησιθέναι, ὅτε μὴν γραφεῦσι τὰς εἰκόνας γεγραφέναι. ἀλλὰ τί ταῦτα λέγω; ὧν ὁ κάλλος τέλος ἐστίν. ὧν γὰρ
D εἰς χρείαν ἥκομεν αἰσχύνης, οὐκ ἐλλείπομεν οὐδὲν σπουδῆς εἰς ὅσον ἔξεστι κάλλιστα κατασκευάζειν. τῷ τε γὰρ Μενέλεῳ, ὅ τοσοῦτον ἐμέλησε τῆς χρείας τῶν οἴκων, ἢ ὅσον τοὺς εἰσερχομένους οὐκ πλήττειν. καὶ δηλαδὴ ὅτῳ πολυτελεστάτους ἅμα κατεσκεύασε, καὶ καλλίστους, καὶ τῆς γνώμης οὐχ ἥμαρτεν. ὁ γὰρ Οδυσσέως υἱὸς ἀγαθοῦ λέγεται εἶναι τοῦτος, καὶ πύστιν τοῦ πατρὸς εἰς αὐτὸν ἀφιγμένος, ὥστ' εἰπεῖν Πεισιστράτῳ τῷ Νεστορίδῃ,

Ζωὸς που τοιήδε γ' Ολυμπίου ἐξεδύτην αὐλή.

Talis & æthery forsan Iouis aula nitet.

αὐτὸς θ' ὁ τῶ μειρακίου πατὴρ, οὐκ ἄλλου τῶ χάριν μιλτοφόρους ἦγε ταῖς ναυσὶ, συστρατευόμενος τοῖς Ἕλλησιν ὅτι Τρῳάν, ἢ ὅπως τοὺς ὁρῶντας οὐκ πλήττῃ ἔχη. καὶ ἥδιον εἴ τις ἑκάστην ἐξετάζειν βούλεται τῶν τεχνῶν, ῥᾴστ' πάσας ἐς τὸ κάλλος ὁρώσας, καὶ τοῦτου τυγχάνῶν τῶ πάντος πλείονος. τοσοῦτον δὲ τὸ κάλλος τῶν ἄλλων ἀπάντων ὑπερέχειν δοκεῖ, ὥστε τῶν μὲν, ἢ δικαιοσύνης, ἢ σοφίας, ἢ ἀνδρείας μετεχόντων, πολλά τις ἂν ἄμεινα ἡμώμενα μᾶλλον· τῶν δὲ τοῦτης τῆς ἰδέας κεχοινωνηκότων, βέλτιόν ἐστιν ὁρᾶν ἥδεν, ὡς τῶν δὴ καὶ τῶν μὴ μετεχόντων ἀτιμότερον ἥδεν. μόνους γοῦν τοὺς μὴ καλοὺς, ὀνομάζομεν αἰσχροὺς, ὡς ἥδεν ὂν εἴ τι τις ἔχων τύχοι πλεονέκτημα τῶν ἄλλων, κάλλους ἐστερημένος. τοὺς μὲν οὖν ἢ δημοκρατουμένοις τὰ κοινὰ διοικοῦντας, ἢ τυράννοις ὑποτεταγμένους, τοὺς μὲν, δημαγωγοὺς, τοὺς δὲ, κόλακας καλοῦμεν· μόνους δὲ τοὺς ὑπὸ ταύτη τῆ δυνάμει ὑμουμένους, θαυμάζομέν τε, φιλοπόνους τε καὶ φιλοκάλους ὀνομάζομεν, καὶ κοινοὺς νομίζομεν εὐεργέτας, τοὺς τῶν καλῶν ὑπερμελητάς. ὅτε τοίνυν οὕτω μὲν σεμνὸν τὸ κάλλος ἐστὶν, οὕτω δὲ τοῖς πᾶσιν ἐν ψυχῆς μέρει τυγχάνει, κέρδος τε νομίζουσι τὸ τούτῳ τι διαφέρειν δυνηθῆναι, πῶς ἡμᾶς εἰκότως οὐκ ἄν τις ἐμέμψατο, εἰ τοσοῦτον ἔχοντες κέρδος κερδαίνειν, ἔπειθ' ἑκόντι παρείμεθα, μηδ' αὐτὸ τοῦτο ἀναθέσθαι δυνηθέντες, ὅτι ζημιούμεθα; τοσοῦτον μὲν δὴ κἀγὼ τὸν λόγον ἐποιησάμην, πολλὰ τῶν ἐμοὶ παρεὶ κάλλους εἰπεῖν ἀφελών, ὅπερ τὴν σπουδὴν ὑπὸ πολὺ καταδεεστέραν ἐώρων. ΕΡ. εὐδαίμονές γε, οἱ τοιαύτης ἀπολελαύκατε τῆς συνουσίας. ἥδεν δ' ἧττον κἀγὼ τῶν ἥδεν ἔλαττον ὑμῶν ἔσχηκα δι' σέ.

Talis & æthery forsan Iouis aula nitet.

Et ipse adolescentis pater non aliam ob *Iliad. 2.*
causſam minio infectas duxit naues, cùm
vnà cum Græcis ad Troiam proficiſceretur, quàm vt aſpicientes earum aſpectu
obſtupefacere poſſet. Et fermè ſiquis ſingulas artes perpendere volet, reperiet
omnes eas ad pulchritudinem tendere,
eámque conſequi pro ſummo ducere.
Adeò autem pulchritudo cæteras res
cunctas excellere videtur, vt iis quæ vel
cum iuſtitia, vel ſapientia vel fortitudine
aliqua fiunt, multa alia inuenias maiori
pretio vel exiſtimatione digna cenſeri:
at verò quæ cum hac ſpecie commune
aliquid habent, iis nihil quicquam melius inuenire licet: vt rurſum & illis quibus hæc coniuncta non eſt, nihil quicquam inhoneſtius atq; indignius. Quippe ſolos eos qui pulchri non ſunt, turpes
vocamus, perinde quaſi pro nihilo habendum ſit, quicquid tandem aliquis habuerit in quo cæteros antecellat, ſi idem
pulchritudine careat. Proinde & eos
quidem qui vel in republica degentibus
imperio præſunt, vel tyrannorum poteſtati ſubiecti viuunt, alteros quidem populares * vocare ſolemus, alteros autem
adulatores. Solos autem eos qui huic [illegible] teſtati ſubiecti ſunt, & admiramur vide-
licet, & cùm philoponos tum philocalos
nominamus, adeóque communes benefactores cenſemus eſſe eos, qui pulchrorum quaſi quidam procuratores ſunt.
Quando igitur ita venerabilis res pulchritudo eſt, ita autem ab omnibus etiam votis expetitur, & quaſi pro lucro
putatur huic miniſtrare ſaltem aliquid
potuiſſe: quomodo non meritò reprehenderit nos quiſpiam, quòd cùm tantum lucrum lucrifacere poſſimus, vltro
illud prodamus, ne hoc ipſum quidem
verentes damnum videlicet quod mox
accipiemus? Ac tãtam quidem ego quoque orationem habui, multis quæ mihi
de pulchritudine ampliùs dicere licebat,
omiſſis, poſtquam conuerſationem hanc
in longum adeò progreſſam videbam.
HER. Felices ſanè vos, quibus tali conuerſatione frui licuit. Fermè autem iam etiam ego non minùs voluptatis quàm vos, per te videlicet, accepi.

Neque hic videtur Luciani eſſe.

ΝΕΡΩΝ ἢ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΟΡΥΧΗΣ ΤΟΥ ΙΣΘΜΟΥ, Εἰ γνήσιος.

NERO, SIVE DE FOSSIONE ISTHMI, *Si modò germanus eſt Luciani.*

Iacobo Micyllo interprete.

ARGVMENTVM.

Totus hic dialogus, cuiuſcunque tandem eſt (nam Luciani eſſe, neque aſſeri puto poſſe, neque prorſus negari) quaſi quædam in Neronem inuectiua eſt, qua potiſsimùm dementia illius exagitatur, quam cùm in Iſthmo fodiendo, à quo & tituli ratio ſumpta eſt, tum in obeundis ſcenicis certaminibus Imperator Romanus exercuit. Eſtque veluti perpetua facti commemoratio, paucis quibuſdam & cæterorum ipſius facinorum exemplis amplificandi cauſſa adiectis, quæ tota Muſonio philoſopho tribuitur, qui Tuſcus genere, vt Tacitus ait, cùm ſtudia iuuenum præceptis ſapientiæ foueret, à Nerone poſtremò, cùm in omnes bonos & claros æquè graſſaretur, ob linguæ libertatem, vt Suidas addit, interfectus fuit. Huius & alij meminêre, & Gellius lib. XVI. cap. 1. Cæterùm fuerunt & in hoc dialogo multa ex coniectura magis quàm ex fide, ob exemplaris, velut apparebat, vitioſitatem, vertenda: quam ob rem, vt in poſtremo operis, eam ſaltem à lectoribus veniam poſtulo, quæ cæteris hactenus in claris & manifeſtis etiam impingentibus, data fuit: præſertim cùm in nullo hactenus, quod equidem ſciam, legentium fidem fefellerim, vbique cùm hoc loco, tum in ſuperioribus, eo circa quòd vel ignorantia, quam & ipſam agnoſco, vel alia aliqua de cauſſa hæſitaſſem, aut aſteriſco, aut annotatiuncula aliqua ſignato. Qui ſi nihil aliud, illud certè tamen exiſtimo, occaſionem & quaſi quandam anſam ad vlteriora ac veriora indaganda aliis me tradidiſſe.

ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ ΚΑΙ ΜΟΥΣΩΝΙΟΥ.

MENECRATIS ET MVSONII.

MENECRATES.

ΑΤ Iſthmi foſſio quæ in manu adeò, vt aiunt, tyranno fuit, & tibi Muſoni, mētem habere Græcam videbatur. MVS. Scito Menecrates etiam meliora cogitaſſe Neronem. Nam & circuitus Peloponneſi illos ſupra Maleam, tollere nauigantibus volebat, Iſthmo ad viginti ſtadia interrupto. ME. Hoc autem & emporiis profuturum erat videlicet, & ciuitatibus cùm maritimis, tum etiam illis quæ in mediterraneis ſitæ ſunt. Nam ſi maritima loca bene habeant, etiam illis quæ interiora ſunt, domeſticus agrorum prouētus ſufficiet. Sed hæc narra quæſo Muſoni nobis: omnes enim audiendi cupidi ſumus, niſi ſi quid aliud ſeriæ rei forte eſt cui tu nunc incūbere cogitas. MV. Narrabo, quandoquidē vultis. Nam ſat ſcio quòd plus etiam gratificabor, iis vtiq; qui ad iniucundam adeo curarum (vt ita dicam) officinam hanc ſtudendi cauſſa venerunt. Neronem igitur in Achaiam via ducebat, & illud item, quòd ſibi ipſi vehementer perſuaſerat, ne Muſas quidem dulciùs modulari.

Ορυχὴ τῦ Ἰσθμοῦ καὶ σοὶ, Μουσώνιε, ἀφ' χειρὸς, ὥς φασι, γεγονῖα τῷ τυράννῳ, νοιῶ εἶχεν Ἑλλῆνα. ΜΟΥΣ. ἴσθι, ὦ Μενέκρατες, καὶ βελτίω ἐνεθυμῆσθαι Νέρωνα. Τὰς γὰρ περιβολὰς τῆς Πελοποννήσου, τὰς ὑπὲρ Μαλέᾳ, ξυνήρει τοῖς θαλαττευμένοις, εἴκοσι σταδίων τῦ Ἰσθμοῦ ῥήγματι. ΜΕΝΕ. τῦτο δ' ἂν καὶ τὰς ἐμπορίας ὤνησε, καὶ τὰς ὅπῃ θαλάττῃ πόλεις, καὶ τὰς ἐν τῇ μεσογείᾳ. καὶ γὰρ δὴ καὶ κείναις ἀποχρῶν ὁ οἰκοι καρπὸς, ὧν τὰ ἐπιθαλάττια δι' ὀλίγου θεράττῃ. Ταῦτα δὴ διέξελθε, Μουσώνιε, βουλομένοις ἡμῖν ἀκροάσασθαι πᾶσιν, εἰ μή τι σπουδάσαι ἄμεινον ἕτερον. ΜΟΥ. δίδωμι βουλομένοις. ἐγὼ γὰρ οἶδ' ὅτι χαριοῦμαι ἂν μᾶλλον τῖς γε ἀφιγμένοις εἰς ἀνδρὸς οὕτω φθονητικοῦ ὅπῃ τοῦ σπουδάζειν. Νέρωνα γοῦν εἰς Ἀχαΐδα ᾠδὰς ἦγεν, καὶ ὃ σφόδρα αὐτὸν πεπεικέναι, μηδ' ἂν τὰς Μούσας ἀλαλάλεσθαι ἡδίω.

ἐβούλετο δὲ καὶ τὰ Ὀλύμπια (τὸν γυμνικώ- A Volebat autem & Olympiis (quod cer-
τατον τῶν ἀγώνων) στεφανοῦσθαι ᾄδων. τὰ γὰρ tamen omnium maximè exercitiis fre-
Πύθια, τούτων μὲν ἑαυτῷ μετεῖναι μᾶλλον, quentatur) cantando coronari. Nã quæ
ἢ τῷ Ἀπόλλωνι. μὴ γὰρ αὖ μηδ' ἐκεῖνον in Pythiis aguntur, eorum pleraque ad
ἐναντίαν αὐτῷ κιθάραν τε καὶ ᾠδὴν ᾄδειν. se magis quàm ad Apollinem pertinere
ὁ δὲ Ἰσθμὸς, ἅτε τῶν ἄποθεν αὐτῷ βεβουλευ- putabat. Neque enim neq; illum aduer-
μένων· ἀλλ' ἐντυχὼν τῇ φύσει τοῦ τόπου, με- sus se citharam aut carmen aliquod mo-
γαλουργίας ἠράσθη, τόν τε βασιλέα τῶν ὑπὲρ uere audere. Cæterũ Isthmus haudquaquam ex illis erat de quibus hic diu aut lõgè antè cogitasset, sed cùm fortè naturam loci conspexisset, magnificum opus hoc animo concepit, Achiuorum videlicet regem, eorum qui ad Troiam olim profecti fuere, animo proponẽs, qui ipse Eubœam quoque à Bœotia resecuit, medio circa Chalcidem Euripo immisso. Deinde autẽ & Darium, vt à quo & Bosporus ponte iunctus fuerit cùm is cõtra Scythas proficisceretur. Nam Xerxis factum etiam ante ista fortassis animo cogitarat, quod magnificentissimum operũ magnificorum omniũ fuit. Supra omnia autẽ hæc etiam illud putabat, Græciã per hoc quòd breui adeò omnes inter se misceri possent, contra exteros splendidè adeo stabilitum iri. Nam tyrannorum ingenia ebria quidem sunt, tanguntur autẽ alicubi vbi vocem hanc audiunt. Porrò progressus in scenam, hymnum quidem Amphitrites & Neptuni cecinit, & canticum quoddam non magnum Melicertæ & Leucotheæ. Cùm autem aureũ ipsi ligonem porrexissent, Græciámque tanquam in tutelam commendassent, ad fodiendum profectus est, plausu cantúque prosequentibus illum tum omnibus. Atque vbi terrã ter, opinor, tetigisset, deinde & quibus præfecturæ atque imperia credita erãt, opus vnà capessere iussisset, Corinthum rediit, Herculis adeò res gestas omnes sibi visus superasse. Illi igitur qui in vinculis fuerant, petricosis atque difficilibus conficiendis exercebantur: exercitus autem ea quæ terrea ac plana erant, fodiebat. At vbi iam septimum & quintum diem quasi alligati Isthmo fuissemus, rumor quidam è Corintho venit, nõ ita tamẽ manifestus aut planus, quòd Neronem pœnituisset Isthmi incisi. Dicebant autem, Ægyptios geometras altitudinem metientes, haudquaquam eandem atq; æqualem vtriusq; maris superficiem deprehendisse: sed cùm eam partem quæ Lechæum aspicit, altiorem iudicarent, de Ægina in timorem venisse. Nam si tantum pelagus contra insulam effunderetur, periculum esse ne illa aquis obruta in profundum demergeretur. At Neronem à fodiendo Isthmo ne Thales quidem absterriturus fuerat, quamquam sapientissimus, & naturalium rerum peritissimus.

τὸν γυμνικώτατον τῶν ἀγώνων — certamen omnium maximè exercitiis frequentatur

τὰ Πύθια, τούτων μὲν ἑαυτῷ μετεῖναι μᾶλλον, ἢ τῷ Ἀπόλλωνι — quæ in Pythiis aguntur, eorum pleraque ad se magis quàm ad Apollinem pertinere putabat

ἐναντίαν αὐτῷ κιθάραν τε καὶ ᾠδὴν ᾄδειν — aduersus se citharam aut carmen aliquod mouere audere

ἐντυχὼν τῇ φύσει τοῦ τόπου, μεγαλουργίας ἠράσθη — quæ ex illis erat de quibus hic diu aut lõgè antè cogitasset, sed cùm fortè naturam loci conspexisset, magnificum opus hoc animo concepit

τόν τε βασιλέα τῶν ὑπὲρ Τροίαν ποτὲ Ἀχαιῶν ἐνθυμηθεὶς, ὡς τὴν Εὔβοιαν τῆς Βοιωτίας ἀπέτεμνε Εὐρίπῳ τε τῷ πρὸς τὴν Χαλκίδα· ἔπι γε μὴν καὶ τὸν Δαρεῖον, ὡς ὁ Βόσπορος ἐγεφυρώθη αὐτῷ ὅτε ἐπὶ τοὺς Σκύθας· τὰ δὲ Ξέρξου καὶ πρὸ τούτων ἴσως ἐνενόησε, μέγιστα τῶν μεγαλουργιῶν ὄντα· καὶ πρὸς τούτοις, ὃ δι' ὀλίγου ἀλλήλοις ἐπιμίξαι πόλεις, εἴσαιτο τὴν Ἑλλάδα λαμπρῶς ἑστιᾶσθαι τοῖς ἔξωθεν. αἱ γὰρ τύραννοι φύσεις, μεθύουσι μὲν, φαύουσι δέ πῃ καὶ ἀκούσασαι τοῦτο φθέγμα. προελθὼν ὁ τῆς σκηνῆς ὕμνον μὲν Ἀμφιτρίτης τε καὶ Ποσειδῶνος ἦσε, καὶ ᾄσμα μέγα Μελικέρτῃ καὶ Λευκοθέᾳ. ὁρέξαντος δ' αὐτῷ χρυσῆν δίκελλαν τοῦ τῶν Ἑλλάδα ὅπλ' ἐπιτρόπου τοῦτο, ὅπῃ τῷ ὀρυχμῷ ἦξε, προεκύμβου τε καὶ ἀδόμβου, καθηκόμενος τῆς γῆς, τρὶς, οἶμαι· ἧς τε τῷ ἀρχὴν πεπιστευμένοις προσκελευσάμενος ξυμπόνως ἅπτεσθαι τοῦ ἔργου, αὖθις εἰς τὸν Κόρινθον, τὰ Ἡρακλέους δόξαν ὑπερβεβληκὼς πόνῳ. οἱ μὲν δὴ ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου, τὰ πετρώδη τε καὶ δύσεργα ὀξέπονοῦν, ἡ γραπτὰ δὲ τὰ γεώδη τε καὶ ὑπόπεδα. ἐβδόμῳ δέ που καὶ πέμπτῳ ἡμέραν προσεδεχόμεθα ἡμῶν τοῦ Ἰσθμοῦ, κατέβη τις ἐκ Κορίνθου λόγος ὅπως φθῇ, ὡς δὴ τοῦ Νέρωνος μετεγνωκότος τὸν τομόν. ἔφασαν γὰρ τοὺς Αἰγυπτίους γεωμέτρας ὑπολαβόντας ἑκατέρας θαλάττης τὸ ὕψος, οὐκ ἰσοπέδους αὐτὰς σφίσι τυγχάνειν, ἀλλ' ὑψηλοτέραν ἡγουμένους τὴν ἐκ τοῦ Λεχαίου πρὸς τῇ Αἰγίνῃ δεδοικέναι. πελάγους γὰρ ποσοῦ νήσῳ ὀφθέντος, καὶ ὑποῤῥύχιον ἀπενεχθῆναι τὴν Αἴγιναν. Νέρωνα γὰρ τὸν μὲν τοῦ Ἰσθμοῦ τομῆς, οὐδ' αὖ Θάλητος μετέστησεν ὁ σοφώτατός τε καὶ φυσικώτατος.

ἑστιᾶσθαι, quod à nomine ἑστία derivasse videtur. Nã alterum ἑστιᾶν, quod conuiuio accipere significat, è tenui scribitur.

Portus est ad Occidente versus Ægin, quẽ ex Italia nauigantes petunt.

Nam incidendi illius maiore ſtudio tenebatur quàm publicè canendi. Sed motus Occidentalium gentium, & aſperrimus qui illas nunc excitat & incendit (Vindex autem nomen ipſi eſt) reuocauit ex Græcia & ab Iſthmo Neronẽ, frigidè adeò maria dimenſum. Nam æquè altè à terra vtrumq. aſſurgere, eandémque ſuperficiem habere ſcio. Aiunt autem ipſi & Romanas res paulatim iam labi & declinare. Id quod & ipſi ex Tribuno heri, qui impegerat, audiſtis. MEN. At vox, Muſoni, propter quam in Muſas ita deperit, & Olympiadas pariter & Pythiadas amat, qualiſnã tyranno eſt? Nam eorum qui ad Lemnum nauibus veniebant, alij quidem admirabantur ipſum, alij autem etiam deridebant. MV. At ille, quod ad vocem attinet, neque admiratione dignus, neque riſu eſt. Nã ipſum natura inculpabilem, atque adeò mediocrem formauit. Sonat autem concauum quiddam, non natura tamen, & graue, impendente atque vrgente hoc gutture: ac carmina quidem hoc pacto accurata quodammodo etiam perſonat. Voculationes autem ſonorum leuigant hunc, poſtquam ſibi ipſi non confidit: Chromatum verò humanitate & modulatione facili quidem illa, & ad citharæ cantum accommodata: & vbi tempus eſt, ire & ſtare, & de loco tranſire, deinde & nutum cum membris exæquare, hæc accuratè facere, eius eſt qui pudore ſolo eo afficitur, quòd rex videtur. At rurſum ſi imitetur ſuperiores, hui quàm multis ſpectatoribus riſus excidit! quanquam infinito adeò metu impendente, ſi quis ipſius cauſſa rideat. Nutat enim plus æquo, & cùm ſpiritum attrahit, ſtat ſummis pedibus diſtentus & refractus, perinde vt ij qui rotam circumagunt. Iam verò natura rubicundus exiſtẽs, multo magis etiam rubeſcit cùm ipſi facies incenditur. Spiritus autem modicus, & ægrè alicubi ſufficiens. ME. Qui verò certamine cum ipſo conferũtur, Muſoni, quo pacto ſe gerunt? Nam arti gratificantur ſcilicet. MVS. Arti quidem Muſoni, quemadmodum & qui luctando ſubſeruiunt: ſed cogita Menecrates tragicum hiſtrionem illum, quo pacto in Iſthmiis perierit. Paria enim pericula & circa artes ſunt, ſi qui in iis oſtentandis impendio elaborant. MENE. Quid hoc autem Muſoni? admodum enim ignarus eius ſum quod dicis. MVSON. Audi igitur rem, abſurdam quidem & inſolentem, attamen in conſpectu Græcorum actam.

Vindicis, qui primus contra Neronem in Gallia ſurrexit, Suetonius & Tacitus quoque meminit.

A τῷ γὰρ τεμεῖν αὐτὸν ἥδιον μᾶλλον, ἢ τῷ δημοσίᾳ ᾄδειν. ἡ δὲ τῶν Ἑσπερίων ἐθνῶν κίνησις, ἡ ὀξύπατος, ὡς τὴν ἐκείνης νῦν ἀποκαλοῦμεν, ὄνομα δὲ αὐτῇ Βίνδαξ, ἀπήγαγε Ἑλλάδος τε καὶ Ἰσθμοῦ Νέρωνα, ψυχρῶς γε καὶ μετρίως πάνυ. τὰς γὰρ θαλάσσας ἰσοχαίους τε καὶ ἰσοπέδους οἶδα. φασὶ δ' αὐτῷ καὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων ὀλιγαχόθεν ἤδη, καὶ ὑποδιδόναι. τοῦτο δ' αὖ οἱ ἐκ τῆς παρατάξεως ἥκουσάτε τὸν χιλιάρχου. ΜΕ. ἡ φωνὴ δέ, Μουσώνιε, δι' ἣν μουσικὸν, καὶ τῶν Ὀλυμπιάδων τε καὶ Πυθιάδων ἐρᾷ, πῶς ἔχει τοῦ τυράννου; τῶν γὰρ

B Λήμνῳ παρεπλεόντων, οἱ μὲν ἐθαύμαζον, οἱ δὲ καὶ κατεγέλων. ΜΟΥ. Ἀλλ' οὐδέν γε, ὦ Μενέκρατες, ὅτι θαυμαστὸν ἔχει τὸ φθέγμα τοῦτ' αὖ γελοῖον· ἡ γὰρ φύσις αὐτὸν, ἀμέμπτως τε, καὶ μέσως ἥρμοκε. φθέγγεται δ' οὐκ ἄλογον μὲν φύσει, καὶ βαρύ, ἐγκειμένης αὐτῷ τῆς φάρυγγος. μάλα δ' οὕτω κατεσκευασμένα βομβεῖ πως, οἱ δέ γε τόνοι τῶν φθόγγων ὑπολεαίνουσι τὸν, ἐπεὶ μὴ θαρρεῖ αὐτῷ· κρόμασιν δὲ φιλανθρωπίᾳ, καὶ μελοποιίᾳ,

C διαγώγιμα μάλα δή, καὶ κιθαρῳδίᾳ ὑγιαλέᾳ, καὶ ἃ χρεὼν βαδίσαι, καὶ στῆναι, καὶ μεταστῆναι, καὶ ὀνύμα ἐξομοιῶσαι τοῖς μέλεσιν, ἀκμαίως ἔχοντος μόνου τοῦ βασιλέα δοκεῖν, ἀκριβοῦν ταῦτα. εἰ δὲ μιμοῖτο τοὺς κρείττονας, θεὸν γέλωτος, ὡς πολλοὶ τῶν θεωμένων ὑπετόησε, καίτοι μυρίων φόβων ἐπηρτημένων, εἴ τις ἐπ' αὐτῷ γελῶν εἴη. νοῦς μὲν γὰρ τοῦ μετρίου πλέον, ξυνάγων τὸ πνεῦμα, ἐπ' ἄκρων διίσταται τῶν ποδῶν ἀσκλώμενος, ὡς ἂν οἱ ὀπὶ τοῦ ἔργου. φύσει δ' ἐρυθρὸς ὤν, ἐρυθραίνει μᾶλλον, ἐμπιτοφαινόμενον αὐτῷ τὸ πρόσωπον. τὸ δὲ πνεῦμα ὀλίγον, καὶ οὐκ ἀποχρῶν που δή.

D ΜΕ. οἱ δ' ἐν ἀγῶνι πρὸς αὐτὸν, πῶς ὑφίενται, ὦ Μυσώνιε; τέχνη γάρ που χαρίζονται. ΜΟΥ. τέχνη μὲν, ὡς ἂν οἱ ὑπὸ παλαίοντες, δηλή ἐνθυμήθητι, ὦ Μενέκρατες, τὸν τῆς τραγῳδίας ὑποκριτὴν, ὡς Ἰσθμοῖ ἀπέθανεν. ἴσοι γὰρ κίνδυνοι καὶ περὶ τὰς τέχνας, ἢν ὑπτιεύσωσιν οἱ πεπονθότες. ΜΕ. ἦ τί τοῦτο, Μυσώνιε; σοφόν γὰρ αἰνίγματος τὸ λόγου. ΜΟΥ. ἄκουε δὴ λόγου ἀτόπου μὲν, ἐν ὀφθαλμοῖς δ' Ἑλλήνων πεπραγμένου.

Ἰσθμοῖ γὰρ νόμος κειμένος, μήτε κωμῳδίαν ἀγωνίζεσθαι, μήτε τραγῳδίας, ἐδόκει Νέρωνι τραγῳδοὺς νικᾶν. καὶ προῆλθον εἰς τὸν ἀγῶνα τοῦτον, πλείους μέν· ὁ δ' Ἠπειρώτης, ἄκρα φωνῆς ἔχων, εὐδοκιμῶν ἐπ' αὐτῇ, καὶ θαυμαζόμενος, λαμπρότερα τῆς εἰωθότος ἐπλάττετο καὶ τὴν κεφαλὴν ἔρρᾳν, καὶ μηδὲν αἰτήσειν πρότερον ἢ δέκα τάλαντα δοῦναι οἱ Νέρωνα ὑπὲρ τῆς νίκης· ὁ δ' ἠγείρετό τε, καὶ μανικῶς εἶχε· καὶ γὰρ δὴ καὶ ἠκροᾶτο ὑπὸ τῇ σκηνῇ, ἐπ' αὐτῷ δὴ τῷ ἀγῶνι. βοώντων δὲ τῶν Ἑλλήνων ὅτι τῷ Ἠπειρώτῃ, πέμπει τὰ γράμματεα, κελεύων ὑφεῖναι αὐτῷ τῆς τόνου· ὁ δὲ ὑπεῖναι B ἐντος τὸ φθέγμα, καὶ δημοτικῶς ἐείζοντος, εἰσπέμπει Νέρων ἐκ τῶν ὑποκριτῶν τοὺς ἑαυτῷ ὑποκριτάς, οἷς προσήκοντάς τε τῷ πράγματι. καὶ γὰρ δὴ καὶ δέλτους ἐλεφαντίνους καὶ διθύρους προβεβλημένοι αὐτοῖς ὡσπερ ἐγχειρίδια, καὶ τὸν Ἠπειρώτην αἰσθόμενοι προϊόντα πρὸς τὸν αἰχμοδόκιον, κατέαξαν αὐτῷ τὸν φάρυγγα, παίοντες ὀρθαῖς ταῖς δέλτοις. ΜΕ. τραγῳδίαν δὲ νίκα, Μυσώνιε, μιᾷ γε οὕτω πάθους ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν Ἑλλήνων ἐργασάμενος; ΜΟΥ. παιδικὰ τοῦτα νεανία τῷ μητροκτονήσαντι. ΜΕ. εἰ δὲ τραγῳδίας ὑποκριτὴν ἀπέκτεινεν ἐντεμὼν αὐτῷ τὸ φθέγμα, τί χρὴ θαυμάζειν; καὶ γὰρ δὴ καὶ τὸ Πυθικὸν στόμιον, πρὸ οὗ αἱ ὀμφαὶ ἐνέπνεον, ἀποφράξαι ὥρμησεν, ὡς μηδὲ τῷ Ἀπόλλωνι φωνὴ εἴη· καίτοι τῷ Πυθίου καταλέξαντος αὐτὸν εἰς τοὺς Ὀρέστας τε καὶ Ἀλκμαίωνας, οἷς ὃ μητροκτονήσαι, καὶ λόγον τινὰ δύκλειας ἔδωκεν, ὅτῳ πατρᾴοιν ἐπημώρησαν. ΜΟΥ. ὁ δὲ μηδαμῶς εἰπεῖν ἔχων ὅτῳ ἐπημώρησεν, ὑβρίσθαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ ᾤετο, πρᾳότερα τῶν D ἀληθῶς ἀκούων. ἀλλὰ μεταξὺ λόγων, τίς ἡ προσιοῦσα ναῦς; ὡς ἐπάγειν τι ἀγαθὸν ἔοικεν. ἐστεφανῶνται γὰρ αἱ κεφαλαί, ὥσπερ χοροὶ σύμπομποι, καί τις ἐκ πρῴρας προτείνει τὴν χεῖρα, προσκελεύόμενος ἡμῖν θαρρεῖν τε, καὶ χαίρειν, βοᾷ τε, εἰ μὴ προσκούω, Νέρωνα οἴχεσθαι. ΜΕ. βοᾷ γὰρ, Μυσώνιε, καὶ σαφέστερόν γε, ὅσῳ τῆς γῆς ἅπτεται. ΜΟΥ. εὖγε, ὦ θεοί. ΜΕ. ἀλλὰ μὴ ἐπαγχώμεθα. ὅτι γὰρ τοῖς κειμένοις οὐ φασι δεῖν.

A Nam cùm in Isthmiis lex esset, vt neque comœdia certaret quispiam, neque tragœdia: Neroni placuit tragœdos superare. Ac prodierunt ad hoc certamen plures quidem: Epirota autem ille, vt qui voce optimè valeret, & ob eam autem etiam celebraretur, & in admiratione esset, clariùs solito fingebat & coronã amare se, & nihil de studio remittere velle priusquam à Nerone decem talenta pro victoria acciperet. At ille exasperabatur, simul & insani more ferebatur: nã & auditus iam sub scena fuerat, in ipso videlicet certamine. Acclamantibus autem Græcis, Epirotę mittit scribam, qui iubeB ret hunc submittere sibi sese. Sed pergête eo, & supra modum attollente vocem, popularitérq; ac liberè cum ipso contendente, immittit Nero in pulpita suos histriones, tanquam qui ad hoc negotium pertinerent. Nam & libellos elephantinos & duplices habebant, quibus præ se intentis, veluti pugionibus vtebãtur. Atque hi Epirotam ad proximam columnã erigentes, guttur ipsius fregerunt, cędentes obuersis in rectum libellis. M E. Tragœdiâ autem vicit, Musoni, sceleratum adeò facinus in oculis Græcorum ausus? M V. Quid putas? ludus hic adolescenti C fuit, qui matrem occidit quoque. M E. Si verò inter tragœdias histrionem occidit exacta illius voce, quid adeò attinet demirari, quando & Pythicum os, vnde voces inspirare solebant, obturare conatus fuerit, vt videlicet neq; Apollini vox aliqua esset? quanquam ipso Pythio recensente eum inter Orestas & Alcmæones, quibus id quòd matres occidêre, etiã laudis aliquam famã præbuit, postquam id in vltionem patrum fecerant. M V S. Hic autem cùm nullo modo dicere posset quemnam vltus esset, contumelia à deo affectum sese putabat, cùm tamen D mitiora quàm veritas exigebat, audiisset. Sed interea dum sermones cedimus, quęnam nauis ista est quæ huc propinquat? Vt autem boni aliquid afferre videtur! Nam coronati capitib. omnes sunt, perinde vt chorus quispiam, qui faustum aliquid nunciaturus ingreditur. Et quidam ex prora manum protendit quoque, iubens & confidere nos, & gaudere: clamátque, nisi non satis rectè percipio, Neronem periisse. M E. Clamat enim, Musoni, & manifestiùs vtique, quo propiùs terram contingit. M V S. Euge, ô dij.

Et sunt qui tradant Paridem histrionem occisum ab eo, qua si grauem aduersarium, Suetonius.

M E. Sed ne gloriemur. Nam mortuis, vt aiunt, non decet conuiciari.

PALINVRVS.

ARGVMENTVM.

Duo hi dialogi sequentes, Luciani non sunt, neque Græcè scripti etiam: sed quia à doctis Italiæ cum Lucianicis eodem titulo coniunctos accepimus: ne horum quidem lectione fraudare quenquam voluimus, præsertim cùm ad exemplum Lucianicorum aliquo modo efficti & ipsi essent.

Interlocutores, PALINVRVS, CHARON.

PAL. OBsecro te ô Charon, sine me vt iam nauim conscendam. CHA. Quis me appellas? PAL. Ego nauita quondam illius quem nuper viuentem transuectasti, Aeneæ Troiani. CHA. Túne ille es qui apud portus Velinos inhumatus iacebas? PAL. Ille ipse sum. Sed crede cœlestium nutu fieri vt transuchar, quorum prodigiis longè latéque actæ finitimæ gentes, & ossa mea iam expiauerunt, & tumulum mihi, tumulóque insuper solennia statuerunt. Quare te oro ô iustissime Charon, patere tandem vt ingrediar. sic prospera semper sit nauigatio tua, sit solida nauis tua, atque inconcussa. CHA. Rem iustam petis Palinure, ingredere vt libet. Vos verò tam confertæ vmbræ, quid fatigatis me precibus? quid fatigatis? quænam hæc vis desiderij? Expectate tantisper, dum trans flumen hunc porto: regrediar quamprimũ. PAL. Habeo tibi Charon immortales gratias, qui me his tãdem eripuisti è malis, qui me dira hac tandem qua detinebar transfretãdi cupidine liberasti. CH. Amo te equidem Palinure, tum propter Æneam regem quem mihi nominasti, qui & super omnes quos vnquam viderim mortales, visus est mihi singulari quadam præditus pietate: tum propter meum etiam, quod olim commune fuit tibi, magisterium: Par enim sibi quisque parem affectat: delectátque magis quæ inter pares fit vel confabulatio, vel vitæ actio. Afficiebar porrò non modico dolore, quum videbam iamdudum te in citeriore hac ripa errantem, incertúmque sedis tuæ. Neque licebat tibi succurrere, propter legem mihi datam, ne quẽquam nisi humato priùs corpore transportem. Sum enim ego minimus inter infernos habitatores, subiectúsq; alienæ potestati, cui parêre nõ tam pulchrum mihi quàm aliás necesse sit. Gaudeo autem nunc & lætor, quòd ea aliquando se sors tibi obtulerit, qua & tuum implere desiderium, & meum releuare dolorem salua lege officij mei possum. PAL. Imò ego non minùs propter te dolebã, ô Charon, quia perspiciebam tot te graues assiduósque labores perferentem sine vlla relaxatione. Neque enim me latet quot quantisq; vexari malis solent nauium gubernatores, qui nihil aliud in vita quàm nauigationem exercui: atque ita exercui, vt nihil illa grauius, nihil periclitãtius contingere moralibus putẽ: propter quod credibile magis tibi videri potest si angebat me vtique fatigatio tua, repetentem animo antiquas, quas iuuenis etiam sustinebam, nauticas fatigationes meas: quarũ experientia iam edoctus sciebam probè pari malo tuo condolere. CH. Frustra propter me dolebas, Palinure: nam nihil molesta mihi est ars mea. PAL. Quid ais? CH. Aio gratam me habere & iucundam artem meam. Vides vt cruda viridísque senectus est mihi? Memini haud vnquam ab ipsa, qua iam omnium annos supero, longæua ætate mea pertęsum me esse laboris mei, qui quotidie insto alacrior atque valentior. Sed intelligo cur tu aliter tibi persuadeas. Est enim communis hic morbus mortaliũ, vt sortis suæ quemque distædeat semper, viuátq; contentus nemo studiis suis, laudent verò longè, ac beatiores existimẽt omnes qui diuersas à se artes atq; actiones sequuntur: verùm falluntur maximè opinione sua. Nam si rectè intueri velint, cognoscent perspicuè nullum esse in vita eorum statum qui nõ magnis scateat miseriis, quem non magnæ grauésque perturbent vndique molestiæ & vexationes. Et si detur aliquando vt alter in alterius studia transferatur, quàm videas tunc sua cuique leuia videri, quæ priùs præ grauitate accusabat: contráq; ea grauiora, quę

priùs leuia videbantur? Itaque si bene consideres, Palinure, non est ita grauis mea conditio vt censes, neque propterea quòd nauclerus sim, sum eo mirabilior. Sed tu (vt video) sequeris vanos errores mortalium, ego verò integritatem tantùm, iudiciique veri lucem secutus, de-
go contentus ac lætus sorte mea, neque adscribo mihi calamitatem, quòd desudem quotidie nauigando, & defatiger. Neque ob hoc arbitror quempiam horũ qui mecum simul vltimas sedes colunt, me esse beatiorem, non ipsos iudices, Minoëm, Rhadamãthum & Æacum, quanquam magna omnes emineant potestate: non ipsum Ditem, quãquam sceptro po- B tens sit, atque regna ista moderetur. Sunt nanque & illis sui labores, suæque molestiæ, & maiores fortè, quo & maiore regiminis sarcina premuntur. PAL. Potes de te tibi Charon persuadere vt libet: mihi enim de me nunquam persuadere poteris, quin ars nostra sine vlla comparatione cæteras laboribus & periculis excedat: quod liquidò tibi probarem, nisi quòd vereor ne tædio te afficeret fortasse longior narratio nostra. CHA. Imò summa me afficeret recreatione. Nam & delectat me tecum sermocinari, & nauigantibus etiam magnam animorum re- C focillationem afferre solent huiusmodi confabulationes. PAL. Quando igitur non est tibi iniucundum, prosequar suscepti sermonis nostri rationem, vt intelligamus, non esse duriorem vllam, quàm nautarum sortem: quod tibi facilè persuadebo, si animaduertas quos æstus & frigora tolerare eos, quos perhorrescere tonitrus & fulgura, quibus perfundi imbribus, qua ventorum rabie agitari quotidie necesse sit. Si cognoscas quoties eos torqueri fame & siti, quoties squalore etiam teterrimo consumi contingat: si attendas habitationem eorum instar car- D ceris, supellectilem vel nullam, vel sordidissimam, strata dura, cibaria aspera, potum immundissimum, indumenta spurca, incommoditatem rerum omnium, noctes insomnes, & sub diuo semper, & inquietas: taceo perpetuũ alioqui quoddam eorum exilium: quos patriæ eorum exteros, profugos, vagos, palãtes, ignaros quietis, priuatos omni (quo nihil est in vita dulcius) coniugis sobolisque fructu ac iucunditate, quis non abiectissimos, longéque omnium mortaliũ miserrimos esse iudicabit? Prætereo Scyllã, Charybdim, Syrtes, Symplegades, tot infesta nauigantibus maris pericula. Omitto tempestates, quibus nec visu quicquam est tristius, nec horribilius; quibus & ad summum vitæ vsque discrimen quotidie iactantur, quatiuntur, & (quod sæpe accidit) submersi tandem obruuntur. In qua re nemo est qui idoneus magis quàm ego, testis adhiberi queat: qui cùm multis fuerim quassatus tempestatibus, tum ea maximè quæ me ex Sicilia in Italiam nauigantem inuasit, tam sæua atque horrens, vt horrori sit adhuc mihi eius recordatio. Non possum certè vt par esset, explicare tibi acerbitatem illius tempestatis, sed quanta extiterit, ex hoc facilè coniecturam facere potes, quòd Æneam ducem, cuius summa constantia & animi fortitudo vbique decantatur, vidi ego contrementem grauiter atque ingementem, extentísque ad cœlum manibus beatos longè inclamantem eos quibus ad Troiam oppetere contigisset, lamentantémque pari ab eorum morte, ac fortissima, à Diomedis gladio se ereptum extitisse. Crudelem equidem diem illuxisse omnibus vltimum, neque ex numero nostro quenquam putaui euasurum, non ipsum Æneam, non Ilioneum, non Achatem, non Abantem, grandæuúmve Alethem, quorum naues longè disiectas, ad summúmque penè exitium adductas, nescio quæ vis illa nisi diuina liberauit. CHA. Non incognita mihi narras: hæc ea ipsa die resciui. PAL. Quo id modo? CHA. Quo id modo, rogas? An acrem illum fidúmque Orontem ignoras, ductorem Lyciæ nauis? Is quidem tunc submersus concessit ad me illico, exponens mihi ex ordine omnia quæ tu disseruisti, implorans deinde opem, rogitánsque multùm vt se vlteriore in ripa sisterem: quod nunquam passus fui, quum inter fluctus adhuc corpus suum sine sepulchri honore iactaretur. Nũc agit sese circum hæc stagna mœstus atque errabundus: vidisti illum? PAL. Et tum vidi, & vnicum meorum solatium habui, dum tantisper in ripa moratus, pari cum eo detinebar infelicitate. Nec enim falsa de tristi eius interitu retulisti, cuius adhuc imago subit mihi, dum excussum è puppi, contortúmque ter eum atque circumactum (horrendum) à fluctu, *rapidus tandem æquore vortex Absorpsit*. Sanè quod ad me pertinet, nihil edisseram: qui licèt eam euaserim tempestatem, amarum

tandem aliquando etiam vitę meæ finem inueni, excuſſus & ipſe pariter atque iactatus inter vndas: quod deerat, inſuper ferro præterea obtruncatus. Ex quo nec tantum mihi timui, quàm Æneæ meo, ne tantis vndis ſurgentibus ſpoliata magiſtro nauis deficeret. Hæccine eorum deliciæ, opes, tranquillitas? ſic illis viuitur, ſic moritur. Tui nunc & aliorum defende ſtudia & artes, contendéque, ſi libet, maiorem eſſe etiam eorum miſeriam & calamitatem, qui patrias incolentes ſuas, vxorúmque ac filiorum ſocietate beati, quieſcunt, gaudent, ludunt, hortantur, amicitias colunt, exercẽtur commodè, habitant magnificè, veſtiuntur cultè, conuiuantur lætè, cubant molliter, iucundos ſuos ac geniales agunt dies. Adde qui in vrbibus optimates & primarij magnam ſibi vendicant auctoritatem, habentúrque ſummo in pretio atque honore, qui ius dicunt, qui cauſſas agunt aliorum, qui faſces gerunt, qui ducunt exercitus, qui vel aſſiſtunt principibus, vel principes ipſi magni illuſtréſque ſunt: quibus nec optabilius quicquam in vita eſſe video, neque beatius. CHA. Falleris longè Palinure: nam quos beatiores eſſe arbitraris, miſeriores illi ſunt vlla ſine dubitatione. Neque enim negauerim ſortem ſubiectam eſſe nautarum magnis malis: ſed ita ſubiectam, vt comparatione aliarum, quæ maioribus etiam grauantur incommodis, minùs certè miſera iudicanda ſit. Quid enim triſtius, vt ad tuos veniam qui patrias ſuas colunt, quid miſerabilius, quàm domi ſuæ agere, & ita agere, vt iucundiorem aliquando quàm vitam mortem optes? Quæ vlla maior calamitas, quàm circundari vrbem hoſtibus, ingruere bellum, volitare tela, ſtringi enſes, perfodi muros, fremere tormentis, ſaxo dirui, domos tremefieri & concuti? quámque fame ſitíque deficere, corrumpi aërem, occupari mœnia, ſpoliari templa, diripi patrimonia, publicari bona, incendia parari, malos exultare, bonos torqueri, affici conuitiis, expelli domibus, vulnerari, carcerari, relegari, deportari, trucidari filios ante parentum ora, vim pati vxores, ſtuprari gnatas? Videntur an hæc tibi mala Palinure, & an his quæ tu meminiſti, vlla ex parte comparanda? PALIN. Quàm vera narras ô Charon! quàm nunc vel audiens iſta perhorreſco! Venit enim mihi in mentem grauis illa & deploranda patrię meæ deſolatio, Troiæ, inquam, tam præpotentis olim atquæ prædiuitis, cuius euerſione nihil credo referri poſſe crudelius aut lacrymabilius: tantáque fuit calamitatis eius magnitudo, vt longè plura etiam atque triſtiora quàm tu ſuprà memoraueris, ſibi contigerint: quæ ſi velis, omnia tibi, vt rem certiùs agnoſcas, explicabo. CHAR. Haud opus eſt, Palinure, quoniam & tempus non patitur, & ego hæc omnia non ſecus ac tu nota atque comperta habeo. Nam & mihi renunciauerunt vt quæque aduentabant animæ ex illo bello profectæ. Nihil certè vt nũc tu dixiſti, peruenit ad aures meas crudelius aut lacrymabilius. PALIN. Faxo vt iubeas: ſed aduertas Charon, grauiſſima licèt hæc ſint, rariora tamen contingere, quàm ea nautarum quæ ſuprà expoſui. CHAR. Referam ergo alia frequentiora, & ex ipſis quidemmet ciuitatibus, quarum relatio augebit etiam earum miſeriam. Vade oro, & per ciuitatem, plateas porticúſque diſcurre: quid aliud offendes, quàm oblatrantium maledicta, inſimulationes peſtilentiſſimas, optimi cuiuſque dilacerationem, quid non? exploratorum inſidias, inuidẽtiúmque venena. Diuerte modò greſſum, & artificũ mercatorúmque tabernas ac conuentus pete: quid aliud deprehendes, quàm ſermonum nebulas, fucos, mendacia, deceptionéſque manifeſtas? Transfer dehinc te in fora publica, ſedéſque iudiciarias: quid aliud audis quàm vndique omnia magno ſtrepitu ac clamore miſceri? Quid intelliges aliud, quàm cædes, hominum compilationes, furta, graſſationes, conſpirationes, proditiones? Quæ alia occurrent tibi, niſi litigatorum iurgia & contentiones, teſtiũ periurationes, cauſidicorũ præuaricationes, iudicum corruptiones, prędidum ambitiones ac rapinæ? Quos ibi alios obuiã tibi habebis, quàm exultãtes improbos, lugentes bonos, oppreſſas viduas, proculcatos pupillos, egentes proſtratos? Attolle poſtea altiùs oculos, & atria principum perſcrutare, quam non videbis ibi aſſentatorum exaltationem, ſpeculatorum acceptionẽ, militum audaciam, fœneratorum voracitatem, quęſtorum improbitatem, quam non potẽtum hominum in tenuiores vim atque inſolentiam? Quas non concuſſiones? quas non populationes? quos non innocentes accuſari, criminari, carcerari, proſcribi? PAL. Grauia hæc nimis ac miſe-

rabilia. CHA. At reſtant alia, quæ non minùs tibi grauiora & miſerabiliora videbuntur. PAL. Perge. CHA. Quæ fortaſſis etiam grauiora & miſerabiliora iudicabis, quoniam domeſtica ac frequens magna eſt eorum peſtis. PAL. Fare. CHA. Nolo tibi Palinure afferre in medium graues longóſque artificum & negotiatorum labores: non eos quibus afficiuntur agrorum cultores, non quibus milites, non quibus cauſidici, cæterarúmque diſciplinarum ſectatores, æſtus, algores, inediam, peregrinationes, anxietates vel pericula, vulnera, cædes, diſtrictas habitationes, infinitáque agendi, cubandi, veſcendi incommoda vel faſtidia, laſſitudines, vigilias, ſolicitudines, odia, & infamationes. Nam ſi complecti cuncta ſermone meo atque exequi voluerim, tot tantáque dicenda ſe offerent, vt præ longitudine malorum ac mole, citiùs nauigatio noſtra quàm oratio finem poſſit inuenire. Omittam itaque, & commemorabo tantùm quas inter domeſticos parietes, tum ſeruorum, tum vxorum ac filiorum moleſtias ac turbationes peſſimas perferre ſolent qui gubernationi præſunt rei familiaris. Quam ſi ita vt naualem expertus eſſes, facilè quicquid dicturus ſum, me etiam tacente & intelligeres & approbares. Nam ſeruorum primò in dominos ſemper prompta maledicta, furta, impoſitiones, fugas, arrogantiam, negligentiam rerum dominorum, temulentiam, edacitatem, ſomnolentiam, tarditatẽ, ignauiam, nemo eſt qui non videat magnam afferre his qui patiuntur, infelicitatem. Deinde filios, quorum amore nihil dulcius eſſe fertur, quanta animi cum amaritudine aſpiciant parentes vel ægrotare, vel mortem obire, quod frequenter admodum fit, ſatis exiſtimo etiam te intelligere. Quàm verò grauẽ & anxiam credis eſſe eorum vel parturitionem, vel educationem, vel inſtitutionem? Quoties pro eis bonos parentes gemere, ſuſpirare, dolere, torqueri? Quanta etiam putas perturbatione affici, dum quos progenuerunt, immẽſáque adeò cura aluerunt, vel parum ſibi audientes, vel rebelles ac infeſtos poſtea habere contingat? quàm dolenter eos ferre arbitraris dum inſani & vecordes ſunt, dum hebetis & craſſi ingenij, dum effœminati & molles, dum dilapidant & euertunt patrimonia, dum nulli bono operi & ſtudio intendunt, dum per præcipitia vitiorum omnium vitam ducunt ſuam? Quid de vxoribus loquar, quas dos tumidas, genus inſolentes, forma ſuſpectas, deformitas reddit inuiſas? Quarum lingua nihil perniciоſius, quarum audacia nihil prodigioſius, quarum improbitate nihil execrabilius. Quę iurgiis ſemper & contentionibus obtundunt viros, quæ ſemper conqueruntur, ſemper exprobrant, ſemper inſidiantur. Quibus quum deſint cætera, nunquam tamen lacrymæ, gemitus & ſuſpiria. Quæ cæca ſua (qua tantùm ardent) ornamentorum ambitione exhauriunt opes, labefactant domos, cogunt maritos in malos quæſtus, in dira ſcelera. Non refero turpiſſima adulteria, quibus nec punitur minùs, nec peccatur magis quicquam. Ea quanto dolore afficiant bonos coniuges, nemo ſatis vnquam meo iudicio enarrare poſſet, ſed magnum doloris argumentum præſtant, & grauiſſimas cædes, & ingentia quæ ſæpe propter corruptas vxores bella exarſerunt. PALI. Hoc plus quàm vellẽ, ſcio: nam arduum illud quod ego vidi Græcorum & Troianorum bellum propter Helenæ raptum, in eam excreuit rabiem, quam nulla mundi regio ignorauit. CHA. Quæ toti mundo manifeſta ſunt, ea tantùm noſti Palinure: at ſi ſingula, quorum nihil me latet, intelligeres, adducereris in tantum ſtuporem, vt ſtupeſcens etiam prę miſeratione coniugalem vitam lacrymares. PAL. Hui quid narras? CHA. Narro quæ quotidie video & pertracto. PAL. Ergo connubia putas polluta & coinquinata? CHA. Minimè: id nunquam dixerim. PALIN. Atqui multas memini me vidiſſe ea præditas honeſtate, ea religione, ac vitæ integritate, vt diuinum quiddam magis quàm humanum redolere viderentur. CHA. Et multas vtique eiuſcemodi eſſe confiteor, ſed eas quidem quę optimis honeſtiſſimíſque ortæ parentibus, ebiberunt à primis annis ſobrios & caſtos mores: quæ ſanctis parentum ſuorum exemplis educatæ, vitam inſtituerunt. peccare caſtigatæ, ſapiẽter ad manſuetudinem edoctæ, ad pietatem, ad fidem, ad diuinum cultũ, ad rectum compoſitúmque regimen rei familiaris. Quę ſe à thyaſis, ſaltibus, iocis: quæ ſe à ſpectaculis, ab immodeſtiore cultu, ab licentiore colloquio abdicarunt. Cæterùm quæ contra ſanctitatem, quæ malis inſtitutis, peruerſíſque parentum exemplis

imbutæ, molliter vixerint, assuefactæ deliciis atque turpi otio, quæ nihil nisi saltare, canere, fides pulsare didicerunt, quę præterea oculis suis hauserunt matrum præsertim obscœnitates & immunditias: hasce qua fide & integritate esse putas erga maritos? Illabuntur siquidem tanquam venena tenellis mentibus parentum exempla: inde rarior etiam quàm reris, est hymenalis honestas, quo qui eas vel emendatis instituant moribus, vel sancto inuitent exemplo, parentes simul rariores habeantur. Prodeunt postea in publicum quæque etiam procaciores, aperta fronte, directo gressu, quasi pudicitiam ipsæ consecrasse videantur. Et quæ secretum intra cubile probra gesserunt, cùm vestem induerint, illa contexisse atque occultasse existimant. Vósque ea, vanum vulgus, ita vt cernitis, vera ducētes esse arbitramini. At ego nihil quàm quod res habet, de eis iudico: nuda enim hîc omnia atque aperta sunt. Non veste hîc teguntur maculæ, non pallio obnubuntur scelera: exertos omnes ac nudatos, rerúmque omnium vacuos prorsus huc ingredi oportet. Quicquid in vita malè tentatum, maléque actum est, hîc fronte coràm ipsa demum gestatur, dispoliatur, ostentatur. Quare non mirum tibi videatur si quorumcunque nota habeo crimina, qui quorumcunque etiam nudas, ita vt prædixi, transueho vmbras. Quàm proinde ingentem video earum turbam, quæ cùm impudicitiam longè apertam ostendant suam, pudicissimæ tamen in vita habeantur! Quantas secum in maritos fraudes gerunt, quot simulationes, quot proditiones, quantam hypocrisim, quot aliorum obscœnos amores, quot pollutiones, quot supposititios partus, quot mentitas enutritiones, quot alieni seminis susceptas messes! At, quod ridiculum magis est, lugent postea ignari mariti hasce sibi extinctas vxores. Laudant inter cœtus & prædicant quasi pudicitiæ principes: statuunt mausolea: plurimi quoque epigrammata condi, orationes scribi & pronunciari curāt in laudem ac memoriam castitatis fideique earum sempiternam. An hæc tristia & amara esse censes Palinure? Et an comparationem vllam habere putas cum his nautarum, quæ ea seueritate & acrimonia recensuisti, vt cætera læta, fausta, deliciarúmque plena (si tibi fides daretur) existimanda essent? PAL. Haud equidem tāta in ciuitatibus priuatísque domibus, quanta modò enumerasti, mala regnare credidissem. CHA. Ita proficit inexpertos sermonem aliquando inire cum his qui multarum rerum vsum atque experientiam habent. PAL. Ita fit. CHA. Quòd si animaduertas, labores quos perferunt nautæ, corpori magis quàm animo infensos ire, concedes ampliùs etiam sententiam meam. Nam huiusmodi res duræ assiduo quodam vsu & assuefactione mitiores fiunt, & quodammodo domantur: quas verò ego memoraui, cùm animum magis affligunt, non ita vsus & assuefactio mitigare atque edomare potest. PAL. Consentio tibi iam, gaudeóque in eam lucem te illustrante peruenisse, vt intelligam tam magnam aliorum & maiorem etiam quàm nautarum miseriam. Sed illud non possum intelligere, quin principes saltem ac magni viri, non dicam nautis, sed cæteris insuper quibuscunque mortalibus beatiores sint. CHA. Cur? PAL. Quoniam omnibus abundent atque affluant bonis. CHA. Quibus? PAL. Honore, gloria, opibus, deliciis, amicis, potentatu, imperio. CHA. Hisce? PAL. Hisce, & multo pluribus. CHA. Erras. PAL. Errorem hunc optassem in vita mihi. CHA. Deliras. PAL. Maluissem ita delirare, quàm tua cum sententia sapere. CHA. Quid si nihil illis miserius? PAL. Quid si nihil beatius? CHA. Haud vnquam hoc mihi demonstrabis. PAL. Non tibi ij beati videntur, qui quicquid ad explendas voluptates optari potest, assequuntur? quibus cōuiuandi, cubandi, vngendi, lauandi, ludendi, venandi, aucupandi, ad omnem nitorem atque satietatem semper facultas sit? Quibus quotquot velint concubitus fœminarum, quotquot velint arua, equi, canes: quibus tot sunt serui, tot exculta palatia, tot munitę arces, oppida? Qui tantum possideant auri, gemmarum, vestium, suppellectilis? Quibus audiant omnes, assurgant, inclinent? Quos populi vereantur, timeant, laudent, decantent? Qui leges dicant, mandent, exerceant, proscribant, puniant, extollant amicos, vindicent inimicos, trucident rebelles? CHA. Non est tam magna vt existimas Palinure, eorum beatitudo. Nam parit certè fastidiū tanta bonorum continuatio, tantáque affluentia, neque sapit tantum, quæ non aliquando intermittitur voluptas. Præterea quomodo eos tu

beatos iudicare potes, qui tantis opibus atque deliciis ſuis nunquam fruuntur cum iucunditate, nunquam cum gaudio? qui in tanta rerum copia nunquam exhilarent ſe, nunquam releuent animum, nunquam exultent? Qui tanta licèt bonorum vbertate redundantes, triſtitia tamen ſemper obducãtur, ſolicitudine premantur, anxietate torqueantur? Non tibi multo optabilior videtur priuatorum conditio, quorum & vita ſecurior, & voluptates etiam, ſi mentem intendes, maiores ſunt? quos ſumma ſemper condit hilaritas, mulcet feſtiuitas, explet alacritas? Quantam putas afferre delectationem, quæ communis cum vxoribus & filiis vita exigitur, dum cubant tutè, veſcuntur lætè, iocantur modeſtè? Quàm dulcem eſſe arbitraris amicorum inter ſe & æqualium parem vitam, domeſticum vſum, frequentem conuentum? Quid eorum amore ſuauius, confabulatione gratius, curis melius atque cõmodius? Quantum credis lætitiæ & exultationis habeant eorum conuiuia, ludi, cantus, ſaltationes? quantum dilatent animos & permulceant? quantum emanet mellis? cuius nec ſtillam principum aliquis deguſtauit. PAL. Haud intelligo Charon hanc quam refers regum triſtitiam atque anxietatem, qui inter riſus tantùm, blanditias iocóſque verſentur, quibus ſemper pſallatur, canatur, plaudatur: & quicquid ad tranſigendam hilarem vitam excogitari poteſt, exhibeatur. CHA. Etiam, vt video, iudicas Palinure quæ oculis tãtùm patent: quo errore decepti mortales, plurimùm ſeduci ſolẽt: ſed quod certum afferre poſſunt iudicium exteriora corporis, quæ velamenta quædam magis ſunt veritatis? Aut quid certi promittere & oſtentare poteſt frons hominum, quæ plures quàm Proteus ſpecies mentiri, atque in plures mutari queat? Conſiderandæ ſunt ſecretæ animi fibræ: perſcrutandæ ſunt interiores mentis latebræ: quas ſi pervidere ita vt frontem poſſes, proh dolor, quantam ibi malorum turbam, quãtam formidinum atque ſtrepitationum aciem introſpiceres? quot angores, ſolicitudines, ſuſpiciones? quot peſtilentes morbos & perturbationes? quanta aperirentur vlcera, quot plagæ & cædes, quot inſidiæ, quot enſes, & telorum infinita genera? quæ nec ſomnos eorum quietos, nec cibos placidos, nec opulentiam dulcem, nec imperium iucundum, nec delicias iocóſque lætos eſſe permittant. PAL. Neſciebam adhuc hæc eorum qui dominantur mala: ſed cur illis contingant tanta, non capio. CHA. Contingunt tanta propter graues inimicitias, acerbáque odia quæ cõtinuè cum finitimis ciuitatibus, cum ſubditis ſibi populis, cum ſemet ipſis etiam gerũt: quo fit vt ingraueſcentibus odiis, increſcentibúſque iniuriis, quibus quotidie afficiũt quemque, neceſſe ſit illos torqueri & affligi grauiter, confidere nemini, ſuſpicari omnia. Poſſunt extimere muſcas etiam (vt aiunt) volantes, gaudere & lætari nunquam, triſtitia & mœrore detineri ſemper. PAL. Adducis me facilè vt credam ſuſpectas eos habere finitimas ciuitates, cum quibus & infenſa odia confiteor, propter continua quæ exercentur bella, & dominandi libidinem, qua plurimùm incenduntur. Cum ſuis verò quibus imperant populis, nihil accipere poſſunt niſi amorem, & dulciſſimam pacem. Porrò ſi cum finitimis ſint inimicitiæ, ſi oriantur bella, ſic demum etiam augentur imperia, ſubducuntur oppida, profligantur acies, ſpoliantur & captiuantur hoſtes, populationes magnæ fiunt, trophæis decoratur patria, victoriis celebratur, triũphis extollitur. Ob quæ & principum gloria, & vrbium ornatus, & inimicorum timor, & populorum inter ſe lætitia, atque erga principes fides & amor creſcit. CHAR. At tantùm narras quæ proſpera ſunt & læta, ac quæ frequentiùs accidunt aduerſa & triſtia prætermittis, quaſi ſemper eos putes debellare hoſtes, potiri victoria, triũphis exultare, nunquam verò vinci, proſterni, agros ſuos populari, bona ſua diripi, & è ſuis ſe oppidis deiici. Sed maiora hæc prætereamus, de minoribus tantùm dicatur. Quippe ſi conferas quas ſtrages ſuorum & cædes ſuſtinent, comperies longè maiore damno quàm lucro partas eorum victorias conſtare, diſcuſſáque ratione deceſſiſſe plus illis quàm acceſſiſſe. His adiicias, vt populorum etiam ſuorũ odia, nedum finitimorũ intelligas, quòd ad inferenda bella & perſequendos hoſtes opus illis eſt ingenti & munito exercitu, multo nauigio, longa armorum & machinarum præparatione: quæ quum magno & inæſtimabili conſtent ſumptu, nec proprij ſuppeditent redditus, neceſſe eſt nouis vectigalibus vexare populos, nouas indicere præſtationes, nouas ang-

rias: augere tributa, multiplicare onera, exhaurire æs omnium, eradere marſupia, imò viſcera pauperum, paruos atque magnos diripere, ſpoliare, conculcare. Inde fit, vt quum inuiſos manifeſtè ſe cunctis intelligant, ſuſpectum tũm ſibi incipiant habere quemque: nullius fidei, nullius amicitiæ credere, coniectare omnia in malam partem. Habet enim hoc in ſe peſſimum malefactorum conſcientia, vt quos iniuria affecit, nunquam reuocari in amicitiam, nunquam mitigari, & ad veniam moueri poſſe putet: proinde magis inſurgitur, grauiores itur in iniurias. Hunc proſcribunt, illum carcere includunt: quorundam patrimonia publicant, alios iugulari aut ſtrangulari iubent. Voluntate pro ratione vtuntur. Eorum quoque quos tantis læſerunt malis, cognatos, affines, amicos, ſocios, ſeruos, quaſi fidei ſuæ diffidentes, perſequuntur. Tum cæteri qui chariores etiam videbantur, exempla aliorum proponunt ſibi, acuúntque ipſi non minùs odia. Nam non minùs rebus ſuis ac ſaluti ſuæ timent. Ita pedetentim ciuitas omnis indignatur, obmurmurat, rapitur ira, odiis incenditur, coquit nouas cogitationes, noua conſilia molitur. Mox eò deueniunt, vt hæc intelligentes videant quantæ ruinæ quantóque præcipitio ſubiaceant, quàm tenuiſſimo quaſi quodam filo pendeant imperia ſua. Tunc cernas eos pallere, triſtari, conſumi, expauere omnia, torqueri ſcelerum ſuorum conſcientia (quæ prima eſt pœnarum omnium) timere hoſtium inſidias, ciuium conſpirationes, domeſticorum proditiones, oppreſſorum vindictas. Tunc ſecurum nihil exiſtimare, niſi quod vi ac ferro tueantur. Propterea non credunt ſe tutò cuiquam, non miniſtris, nõ neceſſariis, non germanis, quorum maiorem etiam quàm aliorum auctoritatem magis formidant. Arcent ſe ab aſpectu & præſentia omnium, cingunt ſe foſſis & aggeribus, claudunt ſe arcibus, quaſi ad perpetuos damnati carceres. Cuſtodibus etiam tanquam ad expeditionem belli paratis, vt obſideri eos putes, circumuallantur. Nihil illis dulce, nihil apertum, nihil iucundum. Dormiunt cum magna inquietudine, cum maiore etiam vigilant. Terret illos conuentus hominum, angit ſolitudo: timent colloquia, timent ſalutationes, timent dona. Suſpecti illis aditus, ſuſpectæ ſellæ, ſuſpecti cibus & potus, qui nec etiam niſi præguſtati ſumuntur. Suſpecti pellicum & item vxorum tori: quibus mirum eſt cur ſine cuiuſquam præguſtatione congrediantur. Ipſos verò quorum ſe cuſtodiæ commiſerunt, non minùs extimeſcunt: quibus quum carere nequeant ob tutelam ſuam, eo magis augetur eorum timor & miſeria, quo armatos pro firmiore illos præſidio eſſe neceſſe ſit. Quare alienigenas & barbaros homines, atque abiectiſſimos quoſque ſibi deligunt, eóſque frequentiùs comitãtur. Deiiciunt ſæpius ac exterminant, quò ſaluti ſuæ ſi non alia, at ſaltem hac via, conſulere poſſint. Quid fœdius & ignauius dici queat, quàm hominibus immanibus ac flagitioſis ſe committere: ſuos verò prudentes, ſobrios, iuſtos ſpernere atque deuitare? Quanta iſta tyrannorum felicitas, quos continuus & ingens ſemper angore afficit metus, quo non modò animi grauiter excruciantur, ſed cuncta inſuper dulcia mundi dona fugantur & diſſipantur? Quantæ iſtæ eorum deliciæ, quanta gaudia, qui tranquillitatem nunquam & pacem ſibi, ne dicam populis ſuis aut hoſtibus conceſſerint, expertes omnino tam ſanctiſſimi atque omnium dulciſſimi boni? Quænam vbertas iſta bonorum, quæ diſtracti aliunde, neque ſciant, neque viſant, neque pertractent, neque guſtent vnquam? Quanta iſta imperij bona, quæ quum ipſi videre & attrectare nõ poſſint, committant neceſſe eſt aliorum curæ & gubernationi? ignari rerum ſuarum, neſcij omnium fermè quæ ſub ſe geruntur, fraudati quotidie & decepti, ab his præſertim, quos præ cæteris auxerunt: quibus tamen quum ſe credant, quot innocentium criminationes, quot facinoroſorum falſas commendationes audiunt? Quoties eorum fidem ſequuti, bonos pro malis, malos pro bonis ducunt, atque hos beneficiis, illos pœnis afficiũt? Quódque grauius eſt, quoties ipſis etiam videntibus, hi quos tantùm extulerunt, pro ſententia ſua in foro quoſque lædũt, concũtiunt, opprimunt, atque dilaniant? Quid mirum ſi exardeſcunt poſtea populorum odia? ſi labefactatur poſtea eorum ſtatus atque deſolatur? Quãta iſta, quámque optanda imperia, cum quibus & ſeruitutem peſſimam degant? ſubiecti tantis perturbationibus, tantis inſidiis: ſubiecti ipſis etiam quos ſibi ſubiecerunt: conſtricti quaſi quibuſdam regni compedibus: clauſi intra arces, quaſi magni alicuius

cuius criminis rei: coarctati instar ferarum: exclusi ab omni quæ foris capitur recreatione: priuati libertate, quod est tã dulce & omnibus optabile bonum, non hominibus modò, sed cæteris insuper quibuscunque animantibus: cuius priuatione quid est quod tristius aut infelicius cõtingere possit? PAL. Non credis Charon bonos aliquos, mitisque & moderatę naturæ Tyrannos esse? CH. Imò multos credo: sed tanta est dominãdi libido, tantus ardor, tanta nescio quæ pestis ingenita, vt quos semel inuaserit, sint summa quanuis bonitate præstantes, adeò illiciat eos, illiciénsque deprauet, vt vita potiùs quàm imperio quod iam occupauerunt, carere possint. Vel ad conuersandũ, vel ad amplificandũ contendunt vnguibus dentibúsque: ac propterea nemo est tam bonus tyrannus, cui nõ conseruationis amplificationisq; suæ gratia, multis magnas inferre iniurias, atque ob eas illatas non plurimùm timere, plurimásve pati anxietates contingat. PAL. Miror cur tantis in malis, quæ planè ita vt narrasti, vera esse puto, appetant tantoperé mortales imperium, nisi id fortasse faciũt cupidine honoris & gloriæ: quod nimirũ tam præstans atque excellẽs bonum, tolerabiliores reddit tantas quas modò exposuisti miserias. Dulce quippe est mandare aliis, præferri omnibus, eminere, præcellere, venerari, timeri, suppliciter exorari, assurgi sibi, via decedi, inclinari ceruicẽ, flecti genua, audire laudes suas, & rerum bene gestarum decantationes. Quæ quum & diuina numina plurimùm capiant, facilè intelligi potest quantum & his quoque mortalium mentes capiãtur. CH. Quæ tanta capere potest Tyrannos vllos honoris aut gloriæ exhibitio, qui se certò inuisos omnibus esse sciunt? A quibus si laudentur, si audiantur, si sibi assurgatur atque incuruetur, intelligũt palàm vel assentationis vel timoris caussa id fieri? Quare non est ita dulcis vt putas, huiusmodi honoris & glorię extorsio magis quàm exhibitio. At verò dulcior is est qui in priuatos homines ab amicis & beneuolis honor exhibetur propter aliquod eorum egregium facinus, aut excellentem virtutẽ. Vera ista gloria vetus, iste honor, ac dignus quidẽ quo & diuina numina capiantur. PAL. Nullam ergo video caussam cur tantopere imperia desiderentur, desideratáque conseruentur: nisi quòd habẽdi cupido, A qua tãtum trahitur humanum genus, in his maximè expletur. Quò enim quisq; plus auri, agrorum, ædificiorum, oppidorum, ãcquirere possit, nulli parcit labori quantumuis magno & intolerabili: neq; vllus tã amarus labor, quin propter quæstum & maiorem rerum cumulationem dulcescat. Ita quum tyrãni super omnes plus possideant, super omnes etiam beatiores videntur, licèt cętera eis tristia sint atque peracerba. CH. Neque istud quidem affert vllam beatitudinem. Nam in primis non efficit diuitem maior abundãtia, sed minor cupiditas. Qui enim paruo contentus est, id tantùm cupit, quod B necessitati vitæ sufficiat. Is abundè est locuples, propter honestum, quod faciliùs implere potest, desiderium: quod quum & impleuerit, liberatus est ab omni qua alij rapiuntur habẽdi anxietate. Qui verò quantumlibet diues plura cõcupiscit, pluribus indiget, quia perseuerante acquirendi insatietate efficitur minùs voti cõpos. Quo enim magis crescit multarũ rerum possessio, magis etiam cupiditas: neque finem vnquam habet vorago illa cupiditatis. Deinde non est iudicandus quisq, vel locuples multitudine, vel pau- C per paucitate diuitiarũ: sed vel rerũ magis implemento, vel necessitate. Nam si multitudinẽ excedunt sumptus, quomodo potest is credi diues, qui minus habet quàm necesse esset? Quare cùm necessitatẽ sępius magnam patiantur qui tãtam imperij molem administrãt, indigentiores etiã putandi sunt priuatis hominibus: quibus licèt tenues sint opes, at necessitatibus saltẽ suis vel pares sunt, vel superiores. Taceamus graues quas quotidie expilationes vel rapinas perferũt à quæstoribus suis, & ab his maximè quorũ fidei magis credunt: qui quo maiora etiã nacti D sunt imperia, eo maiora vtiq; furta, maiorémq; proinde rerum suarũ diminutionem patiuntur, à quibus priuatos saltem homines liberos esse constat, qui & diligentiùs patrimonia sua ipsi per se curare, & attentiùs omnia intueri possunt. Dicamus verò curas & labores quos in administrandis tantis opibus, gubernãdóque tãto potẽtatu tolerare eos oportet, quorũ fortiores quàm Herculis humeros esse necesse est ad sustentandã tantam molẽ; plures etiam quàm Argi oculos ad tantam rerum varietatem peruidendam atque distribuendam: plura quoque quàm Iani aut Vertumni capita, ad intelligẽda

examinandáque tot ac tanta cùm ho- A
ſtium tum populorum ſuorum quæ illis
negotia deferuntur. Quę tanti animi vis,
quæ non debilitetur? quæ tanta ſoliditas,
quæ non concutiatur? quæ tanta prom-
ptitudo, quæ non remittatur? Cuius eſt
tantà valetudo, tantum robur, qui ſe tam
vaſto curarum põderi parem audeat pol-
liceri? Cuius eſt adeò æquabilis & mode-
ratus animus, adeò perſeuerãs, quin tam
multis támque continuis laboribus non
defatigari, non quaſſari, nunquam quo-
que confringi poſſit? Omittamus morta-
les: de nobis tantùm, qui hæc vltima loca
colimus, loquamur. Vtrum putas Palinu-
re beatiorem eſſe, vel me, qui pauperri- B
mus ſum omnium, qui nihil præter hanc
quam cernis puſillam lintrem poſſideo:
vel Plutonem, tam lati támque immenſi
regni tyrannum? Intelligo, etſi taceas,
quale de hoc ſis iudicium prolaturus.
Crede mihi, minimè meum cum ſuo ſta-
tu cõmutarem. PAL. Quare? CH. Quia
lætus ago, & ſumma cum quiete. Non vl-
lius rei vllam gero, niſi tranſuehendi haſ-
ce huc deſcendentes animas, & conſer-
uandi incolumem hunc faſelum meum,
ſolicitudinẽ: in quo dicam tibi quicquid
eſt quod me grauet. Cùm enim propter C
vetuſtatem fatiſcat aliquando rimis, cu-
rare me oportet vt reſtituatur integritati
ſuæ: quare eum cõſuo ſæpius, & obſtruo
ſi quid rimarum eſt: hæc omnis mea cura
eſt, hic omnis labor. At Pluto cum tantis
diuitiis ſuis, ac regno tanto, nunquã læta-
tur, nunquam quieſcit: tot curis carpitur,
quot repletur hic vmbris locus. Implica-
tum ſemper habet vbique animum: hinc
fertur, illinc rapitur, omnibus intẽtus lo-
cis, omnibus occupatus miniſtris: huic
mandat, illũ terret, alios acciri iubet. Me-
tum illi omnia incutiunt: nunc terrę hia-
tus, nunc motus formidat. Sæpe illũ tre- D
pidare cogit lãpas Phœbi, ne vlla ex par-
te irradiet regno ſuo. Sępe & fulmen ma-
gni fratris, ne penetret Auerna atq; labe-
factet. Quoties vidi ego illum, dum rebus
ſuis timet, inuectũ ſummo curru peragra-
re omnem hanc regionẽ, luſtrare fines,
ſcrutari omnia diligenter, aſcendere etiã
in ſuperum orbẽ, circumire terras, perue-
ſtigare quodcũque periculũ perferre poſ-
ſet, nihil omnino incauti & inexplorati
relinquere! quæ cùm multis in locis, tum
maximè ea ſolet efficere in terris Siciliæ,
quæ magis etiam eum terrent, propter
magnas reluctationes Typhœi gigantis,
quibus totam conquaſſat illam patriam.
Nam poſtquam ipſe auſus fuit bella in-
ferre cœlo, iniecêre ſuperi eius corpori
Trinacriam, ſub qua ab omnibus vndi-
que montibus preſſus & grauatus, cona-
tur ſæpe ſe attollere, impoſitáque ſibi re-
iicere: proindéque magnos concitat mo-
tus, ac tantos quidem, vt hæc loca noſtra
concutiat grauiter & tremefaciat. Cogi-
ta nunc quàm læta & optanda ſit ſors hu-
ius inferni tyranni, cuius tot diuiditur a-
nimus curis, tot propellitur tumultuatio-
nibus: quem tot oporteat præcauere pe-
ricula, tot diſpenſare miniſteria, omnia
percenſere, omnia corrigere, omnia vel i-
pſum gubernare, vel aliis gubernanda cõ-
mittere. Attende rogo, & vel ex vno col-
lige eius felicitatem. Nam ſi me deficere
cõtingeret huic nauicularío miniſterio,
quod ita neceſſarium eſt vt vides, neceſſe
eſſet eum vices meas ſubire: ne alioquin
deficiente portitore, regno ſuo malè ſuc-
cederet. PAL. Hoc profectò non mo-
dò verum eſſe video, ſed manibus etiam
ipſis (vt aiunt) tango. Nã ea nocte qua a-
liàs ſomno grauatus è puppi in mare ex-
cuſſus fui, id continuò ſenſit Æneas
meus, qui errantem ſine magiſtro nauem
intelligens, gubernauit eam tota ipſa no-
cte, non indignatus quòd quę ſceptrũ ge-
ſtare ſolebant, remũ etiam manus attre-
ctarẽt. CH. De magno eius germano ni-
hil loquor: non me latet quantos & ille
labores ac curas ſuſtinet: ſed id præcipuè
ſcio, quum temeritate Phaëthõtis totus
penè orbis conflagraſſet, quantũ tunc re-
gno ſuo timuit, quantum tota cœli mœ-
nia circuit, & ne quid labefactatum viri-
bus ignis corrueret, explorauit. Prætereo
tertium fratrem, moderatorem vndarũ,
cuius plurimæ etiam ac maximæ curæ
non facilè explicari poſſent, ſed præſer-
tim quæ ſub illa quoque Phaëtõthea cõ-
flagratione ad ſummum penè vſque exi-
tium cum toto regno ſuo eum affece-
runt. PAL. De hoc poſſum, quod ocu-
lis meis vidi, afferre teſtimonium. Vidi
equidem tempore illius quam ſuprà re-
tuli, horrendæ apud Siciliam tempeſta-
tis, commotum grauiter Neptunum &
ex alto proſpicientem vocaſſe ad ſe Eurũ
& Zephyrũ, & increpatis acriter eis pro
tanta ſuſcitata tempeſtate, placaſſe ocy-
us omnia, atque tranquilla reddidiſſe.
Quod argumentũ præſtat mihi euidens
plurimarũ, vt inquis, ac maximarũ, quòd
omnia in latiſſimo imperio ſuo paria ſint,

sint, curarum suarum. CH. Dic oro Palinure, putásne iam beatam esse tyrannorum vitam? PA. Minimè. CH. Optaréne viuens eorum sortem? PA. Vt quid optarem, in quo nihil omnino optãdum esse manifestè intelligo? CH. Ergo certò eos arbitraris miseros? PA. Non miseros modò, sed omnium etiam miserrimos. CH. Mirum quòd modò eos tanta frui beatitudine prædicabas. PA. Quid mirum si cæcus laudet tenebras, quas postea luci restitutus damnet? CH. Vis vt & alia eorum mala tibi referam. PA. Restant item alia? CH. Et alia, & grauiora. PA. Quid audio grauiora? haud vnquã istud credam, posse his quę modò dixisti, grauius aliquid addi. CH. Credes quum audieris. PA. Dic ergo. CH. Vides vt appropinquamus iam ripæ. non possum longiora tecum iam facere verba. PA. Rogo te mi Charon, ne fallas auidissimã expectationem meam. CH. An cæterarum vmbrarum quas in littore reliqui, auidissimam etiam expectationem vis vt fallam? PA. Non diu moraberis, perge ô mi Charon. CH. Imò diutius quàm soleo, demoratus sum: sed lentus etiã nauigaui propter te, cuius confabulatione delectabar. PA. Age ergo, vt facis, lentiorem protrahe nauigationem, vt quæ reliqua sunt dicẽda, prosequi possis. CH. Ea tandem tanta est tibi audiendi cupiditas? PA. Tanta. CH. Morem tibi geram: qua in re illud te scire velim, quòd plurimùm miseram reddit mortalium vitam instabilitas scilicet, & ruina rerum. Nam certum nihil & permanens in vita quisquã sibi polliceri queat. Quomodo is beatus censebitur, cuius summam quãtumuis & plenam beatitudinem minima omnis disturbatio violare & auferre potest? Sanè quum omnia apud mortales infirma atq; mutabilia sint, nulla tamen infirmior sors est atq; mutabilior, quàm tyrannorum, quorum etiam quo maior sit exaltatio & sublimata magis status altitudo, maior est proinde, quum mutari eos contingit, casus & ruina. Inde tantæ tyrannorum proditiones, euersiones, trucidationes, vt nemo eorum ferè vnquam euaserit, qui non vel regno depulsus, vel veneno necatus, vel cruẽta aliqua & pessima morte cęsus vel peremptus sit. Quis talem eorum vitam optarit, quæ pro modici temporis felicitate (si tamen illa felicitas appellanda sit) tam tristi postea támque amaro fine consumatur? Horret animus dicere. Nam ne credas iis tãtùm mortales subiectos malis esse, sensimus & horum magnam partem aliquando nos inferi, licèt tam valida nobis & munita sit ciuitas, tam firma & præpotens, atque omnibus vndique præsidiis circunsepta. Non possum sine dolore meminisse illius diei, qua Hercules heros ille fortissimus hæc regna penetrauit: perfregit fores, inuasit regem, exterruit reginam, quam & antè socij eius rapere adorti erãt, abstraxit Cerberum, vinctúmque eum catena tum magna vi in orbem duxit, concussit loca omnia, trepidare omnes vmbras atque ipsos iudices fecit: me quoque non modicum læsit, quem erepta cymba conto hoc meo percussit, impulsúmq; grauiter in mediam paludẽ exturbauit. Timui equidem tunc desolatum iri barathrum totum. Credidi tunc supremum Plutoni finem aduenisse regni sui: neq; minùs illum cum coniuge in prædam duci ad superos, quàm tartareum canem: sed paulo humaniùs cum eo actum est, quàm opinabar. Nam tandem sibi ac regno suo bene consultum est: neque tamen ita cõsultum est, quin tricipiti custode suo, qui tã perneceſſarius erat, spoliaretur. Quòd si opinionem meam, quæ communis erat, fata coæquassent: tunc cernere fuisset vtrùm beatior vel meus vel Plutonis tanti regis status esset. Ego quidem nihil ambigo, priuatus fuissem hac nauicula. hoc enim habeo tantùm quod adimi possit, priuatus etiã fuissem rege meo: sed quotquot alios voluissem reges, procul dubio inuenissem, qui ministerio meo indigentes seruitium meum perlibenter sibi delegissent: & fortasse hoc lucri feciſſem, quòd pro vetusto & attrito, qualem hũc intueris, nouum mihi & magis solidum lembum acquisissem. At Pluto quantas opes, quantos honores, quãtum regnum amisisset: quantam in egestatem, quantam in calamitatem decidisset? Qui neq; par aliud regnum, vti parem ego vel meliorem nauim: neq; parem alium famulum, vti parem ego vel meliorem dominum, inuenisset. Excedo iam modum dicendi: sed si tempus sineret, narrarem & quibus olim curis vexatus, quantóque timore perculsus propter bella Gigantum fuit sũmus Olympi rector: cuius narratio maiorem etiam augeret eorum quæ suprà dixi, malorum confirmationem. PA. Haud opus est exemplis mihi. Nam nemo mortaliũ fuit qui maiora quàm ego vnquam viderit eorum malorũ exempla. Quid enim extitit his temporib. Troia-

no rege maius? quid opibus ſuis cumulatius? quid operib. munitius & pulchrius? & quid demũ exitu tantorum bonorum triſtius? quid crudelius? quid flebilius? Vidit infelix pater tam arduũ & longũ bellũ, tot cruentas mortes natorum ſuorum. Vidit euerſam funditus & incẽſam vrbẽ. Vidit latrantẽ coniugem, captiuas nurus & filias, populationẽ tantarum diuitiarũ: ipſe quoque, quod vltimũ reſtabat illi ſenectutis ſuę ſolatiũ, Pyrrhi enſe cõfoſſus, & crudeliſſima morte cõſumptꝰ eſt. CH. Quis meliùs me hæc nouit, qui cunctos hac ſcapha tranſuexi? A quibus & omnẽ calamitatẽ ſuam ſeriatim perdidici. Notus eſt abũdè mihi Priamus, cuius cognito acerbo caſu non potui nõ dolere: notus eſt Troilus: noti Hector & Deiphobus: nota eſt cætera tot filiorũ ac nepotũ turba: noti innumerabiles qui illo bello periẽrũt Troiani pariter & Graij duces. Nota eſt infinita quę tũc occidit populorum manus. Nullo memini tempore longiorem interfectorum multitudinẽ huc deſcendiſſe, quàm illo: quo ita laſſatus fui, vt præ multitudine omnibus tranſvehendis minimè hęc cymba ſufficeret planè. Quid opus eſt tibi monitore ad aperiendas eorum miſerias, quas tu ſubiectas oculis tuis habuiſti? Quòd ſi pro anguſtia tẽporis liceret (iam enim video propius nos applicare ripæ) narrarem & millia aliorum tyrannorum, ex quibus creſceret etiam magis tibi opinio eorum calamitatis. Nam illud poſſum, quod certò ſcio, tibi verum confirmare, nullum ferè me vidiſſe vnquam tyrannorum huc deſcendentium (deſcendunt porrò omnes) qui non vel alicuius veneni infectionem vel magnas vlcerum cicatrices, & ſanguinolẽtæ aliçuius mortis horrida ſigna præ ſe ferret. Ita mirum eſt videre tot ac tantos nẽcatos, confoſſos, cruentatos, trucidatos. P A. Quis nunc ſe tantis in malis tyrannum vnquam eſſe optabit? quis imperia aſſequi quæret, quę iã certiùs certo cognoſco magis fugiẽda eſſe, quàm Meduſæum caput? CH. Audiſti quibus apud ſuperos tyranni malis torquentur: ſed ſi intelligeres quæ hîc apud inferos grauiora etiam illis parantur, perhorreſceres & longè magis eorum ſortẽ. P A. Ergo & alia hîc tyrannis parantur? C H. Credis, Palinure, ſcelera quæ patrant mortales, hîc aliquando impunita eſſe? P A. Hoc modò animaduertebam. CH. Animaduertendum eſt igitur tibi, quodcunque in vita peccatur, pari demum poſt mortẽ & reſpondente peccatis pœna puniri. Nam vt capias quod dico: ſi tu Palinure artem tuam nauiculariã viuens malè exercueris, ſi in dominum tuũ mali quicquam vel cogitaueris, vel commiſeris, ſi inaudiens dicto ſuo extiteris: inuenies hîc tibi præparatas his quæ deliqueris, ſimiles pœnas. P A. Nihil profectò Charon ſcio quod malè egerim, vel in dominum meũ peccauerim, niſi ſomnolentam illam dormitationem meam, qua negligentiùs certè quàm debebam, me geſſi. Nam magno in periculo nauim ſimul & dominum quem vehebat meũ reliqui, niſi vigilantior ipſe & cautior meliùs ſibi conſuluiſſet: ſed pœnarum ſatis tũ ob hoc craſſum peccatum meum etiã in vita recepi. C H. Recipies etiam in morte. Ibis enim quum è naui te dimiſero, ad ſeueros iudices noſtros, qui examinant & cenſent delicta omnium. Ducẽt quoque te in examinationem, ſcrutabũtúrque crimina tua. Videor verò videre quali te iudicabunt pœnę ſubiiciendum. P A L. Quali? C H. Parem peccato tuo tibi pœnam ſtatuent. Nam quum ſomno peccaueris, æterno etiam te ſomno damnabunt. P A. Dormiam ergo in æternum? C H. Ita puto: niſi grauius ſit aliud peccatum tibi. P A L. Sic mites habeam iudices, vt non ſit grauius aliud mihi. C H A. Nullam ergo niſi ſomni pœnam patieris. P A. Non hæc grauis pœna mihi videtur. C H. Neque aſinis etiam & bobus: at magnis & excellenti aliqua virtute præditis viris grauiſſima exiſtimatur. P A L. Quas verò, dic, pœnas perferent tyranni? C H. Audis tot clamantes & lamentantes voces? tot horrificos planctus? tantum ſtridorem ferri? tot tractus catenarum? P A L. Delectabat me adeò ſermocinatio tua, vt his minimè animum intenderem. Sed quid audio tam triſte atque horrendum, quod præ horrore pœnæ aures meæ ſuſtinere non poſſunt? C H A R. Sunt hæc quæ audis, tormenta tyrannorum. Nam quũ illi in vita carcere quemquam incluſerint, ſpoliauerint, flagellauerint, trucidauerint, in ſummum luctum, in ſummam egeſtatem & calamitatem deduxerint, damnati ſunt etiam ab incorruptis iudicibus ad perferendas pares pœnas. Ideo teterrimis quoq; carcerib. incluſi, ſpoliati, flagellati, rotati, cęſi membratim ac mille atrociſſimis mortibus cruentati, tantos edunt, quãtos audis, gemitus, tantum luctum, tot ac tantos reboatus, cla-

mores atque eiulatus. PAL. Dic etiam mihi Charō, an his pœnis plectuntur qui magni atque primarij tyrannis assistunt? CH. Prorsus iisdem: nam suasu & cōsilio eorum maximè committunt tyrāni scelera sua. PAL. An & in vita illi beati? CH. Non secus ac tyrāni quibus assistūt: nam iisdē quoq; malis subiecti sunt. eadē enim sunt in eos populorum odia, maiora etiā inter se, eædem curæ, eadem pericula: & quod miserabilius est, deiiciuntur sæpe à tyrānis suis, & vel carcere vel morte aliquando pessima afficiūtur. PA. Tāta est ergo, támque generalis omnium calamitas. Vllā verò prorsus esse putas hominū sortem, quæ beata duci possit? CH. Imò beatos aliquos non nego fuisse mortales, sed perraros tamen. PAL. Quos perraros? CH. Qui amore virtutis & literarum contempserunt cætera mundi bona: qui se innocuos, puros, castos, integros, incorruptos conseruantes, extulerunt animum altiùs ad gustandā diuinam excellētiam, humana quasi sordida & abiecta relinquentes. Nam virtus per se tam dulcis támque iucunda res est, vt incredibiles amatoribus suis afferat voluptates. Tam nobilis & præstans est eius possessio, vt summa quadam vbertate ditet possessores suos. Quam qui verè est assequutus, nihil præter literarum studia dulce, nihil præter dei cognitionem habet amabile: Quę tātùm prædulcia sibi bona stabilia, perpetua, incorrupta præeligit, custodit, amplectitur. Reliqua verò mundi, supremo tādem gustu amara, infirma, momentanea, corruptibiliora fuco, mendaciora hilo, inaniora hila, ieiuniora papis volantibus, fugit, contemnit, abiicit, cōculcat: contentúsq; se ipso, ac honestissimis suauissimísque studiis suis totū nihili mundum ducit, ruētem etiam non formidat. In his recreatur, refocillatur, lætam & iucundam agit vitam, ridet tantas hominū, támque stultas, & vltro sibi quæsitas anxietates, tot ineptias, tot cassos labores, tot inanes curas. Nemini nocet, nemini molestus est. Laudant eum omnes, prædicant, admirantur, beneuolentia complectuntur, fauore prosequuntur. Quàm verè hic beatus est, qui conscientiæ suæ innocentia & integritate fruitur! Quod primum est dulcius omnibus, bonus securúsque sui, nullo timore angitur, nulla angustia torquetur, non timet largas (quibus caret, quásque nihili facit) diuitias sibi à potētioribus eripi. Non timet à quocunque se lædi, qui nec quenquam se læsisse certò intelligat. Quàm verè hic felix est, qui tot tantisque semotus curis & periculis, tantarum vacuus perturbationum, sibi semper ahísque iucundus, lætetur semper, & omnibus quotquot sunt mundi honestis, & his etiam quæ cœlibum communes sunt, perfruatur voluptatibus: qui humanioribus sanctioribúsque deditus studiis, cōtemnat omnia, cōtemnénsque omnia possideat. Nam is possidere omnia videtur, non qui omnibus abundet, sed cui nihil deficiat. Porrò illi nihil deficit, qui nihil concupiscit. Concupiscens autem nihil, contemnit omnia: contēnénsq; ita id assequitur quod desiderat. Desiderio verò suo frui, ea demum vera & sola beatitudo, beatorúmq; omnium plenitudo est. PAL. Hi ergo cū nihil mali egerint, pœnarum etiā nihil patiuntur. CH. Nihil prorsus, imò propter transactam bene vitam, meritum magnū assequuntur. PAL. Quod? CH. A. Vel cœli fiunt incolæ, cōmunicántq; æternū illis cœlestibus bonis: vel si huc descendunt, mittuntur in Elysium: qui locus est quietis ac deliciarū, vbi sedes fortunatæ, cāpi aperti, læti, omnium omnino pœnarum expertes. PAL. O si mihi ad mortales redire aliquādo cōtingeret, inclamarē quàm magna possem voce, admonerem de suo quenq; officio & dignitate, accusarem tantam laborum frustrationē, tantam curarum vanitatem, tot corruptas opiniōnes, peruersáq; iudicia: sed quā maximè increparē, qui vel magistratu quopiam magno vel imperio cæteros antecedunt: ostenderē tanta, quę antea ignorabam, sed te docente nunc intelligo, mala eorum, grauissima, dictu horribilia: reuocarem omnes à vitiis, ab inferendis iniuriis, ad meliorem victum, à superflua agendarum rerum cura: incenderem desiderio virtutis: laudarem innocentiam, prædicarem frugalitatem, exhortarer cunctos ad bene, grauiter, castigatéque viuendū, ad se cognoscendum, ad contemnendum tot caduca, & somni cuiusdam vel vmbræ magis similia mundi bona: inuitarem ad honestas artes, ad ingenuas exercitationes, ad studia literarum, ad spem ac cōtemplationem diuinæ bonitatis. CH. Et rectè sanè: sed vides nos ripam attigisse: egredere iam. PA. Et iam egressus sum. Ad iudices ego. Placidā opto tibi semper nauigationem. Salue ô Charō, & vale. CH. Et ego ad reliquas vmbras redeo. Placidos opto tibi semper iudices. Salue Palinure, & vale.

Interlocutores, MERCVRIVS. VIRTVS.

VIrtus dea per epiſtolas orauit modò, vt ad ſe irem. Eo vt perconter quidnam me velit, illico ad Iouẽ redibo. VIR. Salue Mercuri: ago tibi gratias, quandoquidem tua in me pietas atque benignitas efficit vt non penitus deſpecta ab omni cœtu deorum ſim. MER. Expecto quid narres: tu modò perbreues narrationes facito: nam edixit vt confeſtim ad ſe redirẽ, Iupiter. VIR. Etiámne tecum nobis non licebit noſtras ærumnas exponere? Quos igitur habebo vltores iniuriarum, ſi non modò apud ipſum maximũ Iouem, verùm & apud te, quem ſemper in fratris locum habui, colui, obſeruaui, condolẽdi facultas negatur? O me miſeram, ad quos confugiam? vnde auxilium petam? Me quidem, cùm ita deſpiciar, malo eſſe truncum aliquem, quàm deam. MER. Tandem effare, dum præbeo operam. VIR. Viden' quàm ſim nuda & fœda? Hoc ita vt ſim, efficit Fortunæ deæ impietas atque iniuria. At eram ſanè ornata apud Elyſios campos inter veteres illos amicos, Platonẽ ſcilicet, Socratem, Demoſthenem, Ciceronem, Archimedem, Polycratem, Praxitelem, & eiuſmodi viros doctos, qui me, dum vitam agebant, piiſſimè atque religioſiſſimè coluere. Interea loci cùm iam non pauci ſalutatum ad nos aduolaſſent, è veſtigio Fortuna dea inſolens, audax, temulenta, procax, maxima armatorum turba conſepta atque ſtipata, properans ad nos, iactabunda, En, inquit, plebeia, túne maioribus diis aduentãtibus non vltro cedis? Dolui iniuriam nobis immeritis eo pacto fieri: ac nonnihil ira concitata, înquam, Neque tu maxima dea his verbis me plebeiã efficies: neque ſi maioribus cedendum eſt, tibi turpiter cedendum cenſeo. Illa verò illico in conuitium ſeſe effert aduerſum me. Prætereo hîc quas contumelias in me primùm dum hæc inter nos geruntur, effuderit: idcirco Plato philoſophus cœpit contra eam nonnulla de deorum officiis, diſputare. Illa exandeſcens, Apagite hinc verboſi, inquit. Non enim decet ſeruos deorum cauſſam ſuſcipere. Cœperat & Cicero orator plura velle ſuadere, at ex turba armatorum erupit, Mercuri, Antonius præpotens, latera illa ſua gladiatoria oſtendẽs, grauiſſimúmque pugnum in os Ciceronis iniecit: hinc cæteri mei amici perculſi metu, fuga ſibi properè cõſuluere: neque enim Polycletus peniculo, aut Phidias ſcalpro, aut Archimedes horoſcopo, aut cæteri inermes aduerſus audaciſſimos armatos, eóſque prædis atque homicidiis ſuetos, bello ad ſeſe tuendos valebant. Ergo me infeliciſſimam, ab ipſis diis omnibus qui tum aderant, atque hominibus, deſertã, pugnis ac calcibus totam confregere, veſtes meas diripuere, in lutum proſtratam reliquere, demum abiere ouãtes. Ego verò ita confecta, cùm primùm licuit, conſcendi huc vt Iouem Opt. Max. his de rebus facerem certiorem. Iam quidem mihi vt intromittar expectanti, menſis elapſus eſt: dúmque id vt impetrem, omnes deos exeuntes atque redeuntes precor, nouas sẽper aliquas excuſationes audio. Aut enim deos aiunt vacare vt in tẽpore cucurbitæ floreſcant, aut curare vt papilionib⁹ alę perpulchrè pictę adſint. Quid? igitúrne verò aliquid ſemper habebũt negotij, quo nos excluſas teneãt ac floccipendant? Tum etiã & villicus ſuſcepit curam dudum, ne cucurbitæ ſiti pereãt: nos tamen neque diis neque hominibus cordi ſumus. Has ob res te iterũ atq; iterum precor obteſtórq; Mercuri, qui ſemper apud deos ipſos interpres extitiſti, vt cauſſam hanc meam iuſtiſſimã atque piiſſimã ſuſcipias. Ad te confugio, te ſupplex oro. In te omnis mea ſita eſt ſpes atq; expectatio. Da quæſo operã, ne dum à vobis excludor, ipſis quoque mortalibus ſim ludibrio. Nam erit quidẽ dedecus deorũ ordini, vbi homũculi me tametſi infirmam deam floccipendãt. MER. Audiui, doleo: verùm pro vetere noſtra amicitia vnũ admoneo, durã nimis atque difficilem cauſſam te aduerſus Fortunã ſuſcepiſſe. Nam & Iupiter ipſe, vt cęteros omittã Deos, cũ ſe ob accepta beneficia nimiũ Fortunę debere ſentiat, illius vires atq; potentiã veretur. Ea enim ad cœlũ diis aſcenſum pręſtitit: atq; vbi velit, valens ſua armatorum manu eiiciet. Qua de re, ſi ſapis, inter plebeios deos ignota, quoad Fortunę odium extinctum ſit, latebis. VIR. Æternum latitandum eſt. Ego & nuda & deſpecta abeo.

EPIGRAMMATA LVCIANI.

Λουκιανοῦ εἰς τὸν ἑαυτοῦ βίβλον.

Λουκιανὸς τάδ' ἔγραψε, παλαιάτε μωρά τε εἰδώς,
Μωρὰ γὰρ αὐθρώποις καὶ τὰ δοκοῦντα σοφά.
Οὐδὲν ὃ αὐθρώποισι δίχα χριδὸν ἔστι νόημα.
Ἀλλ' ὃ σὺ χαμάζῃς, τῶθ' ἑτέροισι γέλως.

Lucianus in ſuum ipſius librum. Iacobo Micyllo interprete.

LVcianus ſcripſi hæc, antiquáque ſtultáque doctus:
Id quoque enim ſtultum eſt, quod tibi valde ſapit.
Nil homini certum eſt, nec voto viuitur vno:
Sed ridens, eadem hic eleuat, ille probat.

Εἰς ἀσώτους.

Τὸν πατρικὸν πλοῦτον νέος ὢν Τήρων ὁ Μενίππου,
Αἰψηρῶς εἰς ἀκρατεῖς ἐξέχεεν δαπάνας.
Ἀλλά μιν Εὐκτήμων πατρικὸς φίλος οἰκτίσειεν
Ἤδη καρφαλέῃ τειρόμενον πενίῃ,
Καί μιν δακρυχέων ἀσελήμβανε, καὶ πόσιν αὐτὸν
Θῆκε φυγαδεῖς ἐῆς, πολλὸ βλιμείλια δούς.
Αὐτὰρ ἐπεὶ Θήρωνι πρὸ ἐλπίδα ἦλυθε πλοῦτος,
Αὐτίκα ταῖς αὐταῖς ἐτρέφετ' ἐν δαπάναις,
Γαστρὶ χαριζόμενος πᾶσαν χέων, ἁ χτὶ κόσμον,
Τῇ δ' ἐπὶ τῷ μαργὸν γαστέρα μυρσινίῃ.
Οὕτω μὲν Θήρωνα δὶς ἐκτερέισαν ἀμφεκάλυψαν
Οὐλομένης πενίης κῦμα παλιρρόθιον.
Εὐκτήμων δ' ἐδάκρυε δὶς ἐπὶ κείνοι,
Ἀλλὰ φυγαδεῖς ἐῆς ἐσσῖκά τε ἠδ' ἀλάλαμον.
Ἐγὼ δ' ὡς οὐκ ἔστι κακῶς κεχρημένον ἄνδρα
Τοῖς ἰδίοις, εἰ μὴ πιστὸν ἐν ἀλλοτρίοις.

In Theronem prodigum. Luſcinio interprete.

Quum iuuenis Theron bona, filius ille Menippi,
Patria inexhauſta perderet ingluuie:
Diues opum quidam dolet hinc accedere duram
Pauperiem, patri iunctus amicitia:
Et miſerum lacrymis ſic conſolatur obortis:
Sume animum, dos eſt en tibi ſumma gener.
Ille vbi iam præter ſpem partas, ſorte nouata,
Senſit opes, priſcum concipit ingenium.
Omnis in hoc labor eſt, ventri vt famuletur inerti
Per phas atque nephas: ſic periiſſe iuuat.
Hinc inopem rurſus ſocer arguit, omnia retrò
Dum fluitare videt, fortéque lapſa ſimul.

Iámque madent genæ, & luctu miſer omnia complet,
Nec Theron, ſed dos iam dolet, & ſoboles.
Heu nimiùm ſerò didiciſſe iuuat, aliis non
Eſſe bonum, quiſquis non fuit ipſe ſibi.

Εἰς τὸν αὐθέντην βίον.

Θνητὰ τὰ τῶν θνητῶν, καὶ πάντα παρέρχεται ἡμᾶς·
Ἢν δὲ μή, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτὰ παρερχόμεθα.

In vitam humanam.

Venatorio interprete.

Omnia nos fugiunt, nil non mortale tenemus:
Et, ſi non fugiunt, nos tamen hæc fugimus.

Εἰς αὐταρκειαν.

Ὡς πλουτίζόμενος, τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε·
Ὡς δὲ βιωσόμενος, φείδεο σῶν κτεάνων.
Εἰ δ' αὖ τὰρ σοφὸς οὗτος, ὃς ἀμφω ταῦτα νοήσας,
Φείδεται καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφαρμόσατο.

In ſufficientiam.

Venatorio interprete.

Vtere diuitiis, veluti iamiam moriturus:
Ceu ſis victurus, tu quoque parce tuis.
Ille ſapit verè, qui res perpendit vtraſque:
Parcus erit certo tempore, largus erit.

Εἰς μικρὸν βίον.

Τοῖσι μὲν δὴ πρεσβύτοισιν πᾶς ὁ βίος βραχύς ἐστι·
Τοῖς δὲ νεωτέροις, μία νὺξ ἄπλετός ἐστι χρόνος.

In breue æuum.

Vito Amerpachio interprete.

Felici breuis eſt etiam longiſſima vita:
Nox ingens miſeris temporis vna mora eſt.

Εἰς ἔρωτα.

Οὐχ ὁ ἔρως ἀδικεῖ μερόπων ἥρως, ἀλλ' ἀκολάστοις
Τυχαῖς αὐθέντων ἔλαθ' ὁ ἔρως πρόφασις.

In Amorem.

Venatorio interprete.

Non amor innodat mentes hominum, ſed amorem
Criminis accuſant, mens quibus eſt miſera.

Εἰς Χάριτας.

Ὦ χάριες χάριτες, γλυκερώτεραι· ὦ δὲ βραδυτὴς,
Πᾶσα χάρις χαίνει, μηδὲ λέγοιτο χάρις.

Auſo-

Auſonius in Epigrammatis expreſſit.

Luſcinio interprete.

Munificus gratare citò, quò dulcior adſit
Gratia: nam longa mox perit illa mora.

Εἰς ἀχαρίστους.

Φαῦλος ἀνὴρ, πίθος ὄστις τετρημένος, εἰς ὃν ἅπασας
Αντλῶν τὰς χάριτας, εἰς κενὸν ἐξέχεας.

In Ingratos.

Luſcinio interprete.

Rimarum plenus perdit tua dona ſceleſtus:
Si ſapis, integro vina reconde cado.

Εἰς θεούς.

Ανθρώπους μὲν ἴσως λήσῃς ἄτοπόν τι ποιήσας·
Οὐ λήσῃς δὲ θεοὺς οὐδὲ λογιζόμενος.

In Deos.

Bergio interprete.

Improbe mortales quamuis tua crimina celes,
Fallere cœleſtes non potes ipſe deos.

Εἰς κόλακας.

Οὐδὲν ὁ ἀνθρώποισι φύσις χαλεπώτερον ἄλλο
Ανθρώπου κακίην ψευδομένου φιλίῃ.
Οὐ γὰρ ἔθ' ὡς ἐχθρὸν προφυλασσόμεθ', ἀλλ' ἀγαπῶντες
Ως φίλον, ὁ τοῦτῳ πλείονα βλαπτόμεθα.

In Adulatores.

Obſopœo interprete.

Nil homine inuenit natura nocentius illo,
Quàm qui ſynceram fingit amicitiam.
Non hoſtis vobis vitrà, ſed habetur amicus,
Talis: & hac iſta lædimur arte crebrò.

Εἰς μυστήριον.

Ἀῤῥήτων ἐπέων γλώσσης σφρηγὶς ὀπιθότονος.
Κρειάτων γὰρ μύθων ἡ κτεάτων φυλακή.

In Myſterium.

Obſopœo interprete.

Fac arcana premat tacitæ cuſtodia linguæ,
Sermonum cuſtos eſt mihi maior opum.

Εἰς πλοῦτον.

Πλοῦτος ὁ τῆς ψυχῆς, πλοῦτος μόνος ὄστιν ἀληθὴς,
Τ' ἄλλα δ' ἔχῃ αὐτὴ πλείονα τῶν κτεάνων.
Τόνδε πολυκτέανον καὶ πλουσιὸν ὄστις δίκαιον
Κλήζῃ, ὃς χρῆσθαι τοῖς ἀγαθοῖς δύναται.
Εἰ δέ τις ἐν φήφοις κατατίθεται, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ
Σωρεύῃ ἀεὶ πλοῦτον ἐπειρόμενος·
Οὗτος ὁποῖα μέλισσα πολυτρήτοις ἐνὶ σύμβλοις
Μοχθήσῃ, ἑτέρων δρεπομένων τὸ μέλι.

In Diuitias.

Sleidano interprete.

Nobilis eſt animi theſaurus, nobilis ille
Poſtrema quiſquis parte locabit opes.
Diues erit verè, qui fidos inter amicos
Largiter effundit parta labore bona.
Sed genium quiſquis defraudat, opéſque tenacem
Congerit in teſtam, quo numerare queat,
Qualis apes, fruſtra ſtudio complebit auaro
Vaſcula, mox fuco diripiente fauos.

Εἰς τύχην.

Ἀχῃὸς Ἀχαιμηνίδου γηγόμην ποτὲ, νῦν δὲ Μενίππου·
Καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου βήσομαι εἰς ἕτερον·
Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔχθρ με πόθ' ὥετο, κἀμὲ πάλιν σύ·
Οἴεται, εἰμὶ δ' ὅλως οὐδενός, ἀλλὰ τύχης.

In Fortunam.

Vrſino Velio interprete.

Fundus Achæmenidæ fueram, nunc cedo Menippo,
Mox alium rurſus, mox aliúmque ſequar.
Vtque ſuum hic credit, ſic me priùs ille putauit:
Sed me, Fortunæ ſum quia, nullus habet.

Εἰς εὐτυχεῖς.

Μὴ πλαίων, φίλος εἶ πᾶσι τοῖς, φίλος εἶ μακάρεσσι,
Καί σου ῥᾳδίως ἔκλυον εὐξαμένου.
Ἂν πλαίσῃς, οὐδεὶς ἔτι σοι φίλος, ἀλλ' ἅμα πάντα
Ἐχθρὰ, τύχης τε ῥοπαῖς συμμεταβαλλόμενα.

In Felices.

Vito Amerpachio interprete.

Si non delinques, tibi diique hominéſque fauebunt:
Præſtabunt faciles quæque precatus eris:
Aſt vbi peccaris, ceſſat fauor, omnia plena
Sunt odij, facta & ſors aliena tibi eſt.

Εἰς φρόνησιν.

Ἡ βραδύπους βουλὴ, μετ' ἀμείνων, ἡ δὲ ταχεῖα
Αἰὲν ἐφελκομένῳ πλὴν μετάνοιαν ἔχει.

In Prudentiam.

Sleidano interprete.

Sit mora conſiliis. Nam ſi moderamine tractes,
Proſunt: vt ſtultè præcipitata nocent.

Εἰς βίον.

Ἐξ ὥραι μόχθοις ἐκτετάχαται, αἱ δὲ μετ' αὐτὰς
Γράμμασι δηλοῦμαι, ζῆτα λέγοισι βροτοῖς.

In vitam.

Volaterrano interprete.

Sex horæ tantùm rebus tribuuntur agendis:
Viuéque poſt illas, littera ζῆτα monet.

Εἰς βόεγν.

Εἰ παχὺς εἰς ὃ φαγεῖν, καὶ ποσὶς δρόμον ἀμβλὺς ἂν ἀρκὴς,
Τοῖς ποσὶ σοῦ πρῶτα, καὶ πρόσχα τῷ σόματι.

In edacem.

Luſcinio interprete.

Dum pedibus piger es, curſu ſuperabere, ſi non
Bucca vorax tibi iam currat, edántque pedes.

Εἰς ἀδυνατον.

Εἰς τί μάτην νίπτῃς Αἰθίοπα Ινδικὸν; ἴσχεο τέχνης,
Οὐ δυνάσῃ νυκτὸς φέρειν φῶς καθαλίσαι.

In impoſsibile.

Sleidano interprete.

Æthiopem quid ſtulte lauas? Nam ſplendida nunquam
Nox fuerit, lumen Sole negante ſuum.

Εἰς δυσώδη.

Οὔτε χίμαιραν Ὅμηρος ἐπὶ κακὸν ἢ καθ' Ὁμήρου,
Οὐκ ἀγέλην ταύρων, ὡς ὁ λόγος πυείπνους,
Οὐ Λῆμνος σύμπας, ἢ χ' ἁρπυιῶν τὰ πρόσω κόπρος,
Οὐδ' ὁ Φιλοκτήτου ποσὶ δύσοσμος μύδος.
Ὡς τέ σε παμφθεὶς νικᾷ Τελέσιλλα χίμαιραν,
Σηπεδόνας, ταύρους, ὄρνεα, Λημνιάδας.

In fœtidos.

Baptiſta Pio interprete.

Mæonides non tale malum ſpiraſſe Chimæram
Trigeminam, aut tauros credidit igniuomos:
Non omnem Lemnon, volucrum excrementa ſororum,
Aut Philoctetæ vulnera dira pedis.
Iudicio quare populi Teleſilla chimæram
Vince, boues, ſanies, Lemniadas, volucres.

Εἰς τύχην.

Πολλὰ δ' δαιμόνιον δύναται, κἂν ᾖ πρόδοξα·
Τοῖς μικροῖς ἀπάγει, τοῖς μεγάλοις κατάγει.
Καὶ σοῦ τὸν ὀφρῦν, καὶ τὸν τύφον καταπαύσει,
Κἂν ποταμὸς χρυσοῦ νάματά σοι πρόσχῃ.
Οὐ θρύον, ἢ μαλάχην αἴρεσθαι ποτὲ, τὰς δὲ μεγίστας
Ἢ δρύας, ἢ πλατάνους, οἵδε χαμαὶ κατάγει.

In fortunam.

Io. Sleidano interprete.

Multa poteſt Fortuna, vel inſperata, potentes
Deiicit, ac tenues ſubuehit illa viros.
Illa ſupercilium tibi protinus auferet, etſi
Aurifero madeat flumine tota domus.

Ventus enim malua, limoſáque abſtinet vlua,
Sed veteres ornos exagitare ſolet.

Εἰς βρέφη.

Παῖδά με πενταέτηρον ἀχηδέα θυμὸν ἔχοντα,
Νηλὴς εἴδης ἥρπασε Καλλίμαχον.
Ἀλλά με μὴ κλαίοις. καὶ γὰρ βίοτοιο μετέσχον
Παύρου, καὶ παύρων τὴν βιότοιο κακὴν.

In infantes.

Vrſ. Velio interprete.

Quinquennem rapuit puerum immiſerabilis Orcus,
Curarum vacuum nomine Callimachum.
Sed me flere caue. nam paucos vt breuis annos
Vixi, ſic vitæ pauca ſiniſtra tuli.

Ἀπὸ ναυηγῶν.

Γλαύκῳ, καὶ Νηρεῖ, καὶ Ἰνοῖ, καὶ Μελικέρτῃ,
Καὶ βυθίῳ Κρονίδῃ καὶ Σαμοθρῃξὶ θεοῖς,
Σωθεὶς ἐκ πελάγους Λουκίλλιος, ὧδε κέκαρμαι
Τὰς τρίχας ἐκ κεφαλῆς· ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχω.

De naufragis.

Vrſ. Velio interprete.

Glauce, tibi & Nereo, Inóque tibi & Melicertæ,
Et Neptune tibi, & quos Samothraces habent:
Seruatus pelago Lucillius, hanc ego tonſus,
Nil aliud quum ſit, dedico cæſariem.

Ἀ πὸ γυναικῶν.

Ἑλλάδα νικήσασθαι ἐπ' ἠρίον ἀστίδα Μήδων,
Λαὶς θῆκεν ἑῷ κάλλεϊ λιτὸν ἔπος.
Μουσῶν ἐπικήδη ἐπὶ τύμβῳ, καὶ τὸν ἔλεγχον
Ἀνθετό σοι Παφίη, τὸν νεότητι φίλον.
Ἧς γὰρ ἰδεῖν σκιερὴ πολιὴν πάλαι θέα μορφώ,
Τῆς δὲ σὺν εὐθαίρῃ καὶ σκιόεσσα τύπος.

De mulieribus.

Ad huius imitationem confinxit Latinum tetraſtichon Auſonius.

Laïs anus Veneri ſpeculum dico, dignum habeat ſe
Æterna æternum forma miniſterium.
At mihi nullus in hoc vſus: quia cernere talem
Qualis ſum, nolo: qualis eram, nequeo.

Εἰς ἄγαλμα Ἀφροδίτης, τῆς ἐν Κνίδῳ.

Τὴν Παφίην γυμνὴν ὁ Πραξὶς ἴδεν, εἰ δέ τις εἶδεν,
Οὔτος ὀτὴν γυμνὴν σκοπέλμους Παφίην.

In ſtatuam Veneris quæ eſt in Cnido.

Cornario interprete.

Nemo vnquam Venerem vidit: ſi quis tamen vnquam
Vidit, erit nudam hic qui Venerem ſtatuit.

Εἰς ὁ αὐτό.

Σοὶ μορφῆς ἀνέθηκα τεῆς τόδε καλλέες ἄγαλμα
Κύπρι, τεῆς μορφῆς φέρτερον οὐδὲν ἔχων.

In idem.

Cornario interprete.

Ipſe decus formæ poſui tibi pulchra Dione,
Hac cùm nil ſola gratius ipſe habeam.

Εἰς ἄγαλμα Ηχοῦς, ὡς πρὸς τῦ Πανός.

Ηχὼ πετρήεσσ' ὀρέων φίλε, Πανὸς ἑταίρη,
Αντίτυπον φθογγῶ ἔμπαλιν ἀσαμένη,
Παντοίων σωμάτων λάλον εἰκόνα, πειμένη ἠδὺ
Παίγνιον, ὅσσα λέγῃς, ταῦτα κλύων ἀπιθι.

In ſtatuam Echûs, tanquam à Pane.

Cornario interprete.

En Echo in petris habitans ego, Panos amica,
Comparibúſque ſonis omnia quæ recino,
Oris imago loquens cuiuſuis, agricolis ſum
Deliciæ, audis quæ tu loqueris abiens.

Εἰς ἀγωνιςάς.

Οἱ σῶα γωνιςαὶ τὸν πυγμάχον ἐνθάδε θῆκαν
Αβιν, οὐδένα γὰρ πώποτ' ἐτραυμάτισεν.

In pugiles.

Bourdelotio interprete.

Hoc Apim pugiles pugilem impoſuere ſepulcro,
Nam nullum illorum læſerat ille manu.

Εἰς ὁ αὐτό.

Πᾶσιν ὅσην Ελλῶες ἀγωνοτιθοῦσιν ἄμιλλαν
Πυγμῆς, Ανδρόλεως πᾶσιν ἀγωνισάμην.
Εχον δ' ἐν Πίσῃ μὲν ἓν ὠτίον, ἐν δὲ Πλαταιαῖς,
Εν βλέφαρον, Πυθοῖ δ' ἄπνοος ἐκφέρομαι.
Δαμοτέλης δ' ὁ πατὴρ ἐκορύσσετο σεὺ πολίτας,
Αραί μ' ἐκ ταφίων ἢ νεκρὸν, ἢ χαλκέον.

In idem.

Bourdelotio interprete.

Quamcumque athletis Græci ſtatuere coronam

Pugnorum, certaui hanc pugil Androleos.
Ex Pisa auriculam retuli, ciliúmque Platæis,
Ex Pythico tamen at efferor exanimus.
Seipsum Damoteles genitor cum ciuibus armat
Vt functum ex stadiis efferat, aut mutilum.

Εἰς γραμματικάς.

Ἱλαθι γραμματικὴ φιτύζοε, ἵλαθι μοῦσα,
Φάρμακον ὀργμώδη μιλῶιν ἄφδε θεά.
Ἐχρῆν γὰρ τοί σοι πολλὰ δωρήσασθαι,
Καὶ βωμὸν θυέων μήποτε δδύρμενον.
Καί γὰρ σοῦ μεσταὶ μὲν ὁδοὶ, μεστὴ δὲ θάλασσα,
Καὶ λιμένες πόντων δίκτεια γραμματική.

In Grammaticos.

Bourdelotio interprete.

Sis placida, inuentrix victus, sis, Musa, placata
Grammatica, inuentas cui dat Homerus opes.
Debuerant tibi multa viri donare superba,
Atque aram, cultus quam colat assiduus:
Namque tui plenæ platex, plena æquoris vnda,
Pratáque, tu cunctis prospera Grammatica.

Εἰς δυσώδη.

Δαίμονα πολλὰ λαλῶν ὀζοσόμος ἐξορκιστὴς,
Ἐξέβαλ' οὐχ ὅρκων, ἀλλὰ κόπτων σιαγόνι.

In fœtidos.

Bourdelotio interprete.

Exorcista olidus fugitat dum dæmona, verbis
Eiicit haud illum, sed feritate gulæ.

Ερως ῥαπέτης, Λουκιανός.

Α Κύπρις τὸν ἔρωτα τὸν υἱέα μακρὸν ἐβώτρῃ,
Εἴ τις σὺν τριόδοισι πλανώμενον εἶδεν Ερωτα,
Δραπετίδας ἐμός ἐστιν· ὁ μανυτὰς, γῆρας ἔξει·
Μισθός τοι ὁ φίλτρον ὁ Κύπριδος. ὦ δ' ἀγάγῃς νιν,
Οὐ γυμνὸν ὁ φίλτρον, τὺ δ' ὦ ξένε, καὶ πλέον ἔξῃς.
Εστι δ' ὁ παῖς πολύτροπος, σὺν εἰκόσι πᾶσι μάθοις νιν·
Χρῶτα μὲν ὑ λευκὸς, πυρὶ δ' εἴκελος, ὄμματα δ' αὖτε
Δεμνύλα, καὶ φλογόεντα, κακαὶ φρένες, ἀδὺ λάλημα.
Οὐ γὰρ ἴσην νοέῃ καὶ φθέγξεται· ὡς μέλι, φωνά.
Ην δὲ χολᾷ, νέος ἐστὶν ἀϊάμενος, ἡπεροπεύσῃ,
Οὐδὲν ἀληθεύων· δόλιον βρέφος, ἄγελα παίζει.
Εὐπλόκαμον ὁ κάρηνον, ἔχει δ' ἰταμὸν ὁ πρόσωπον.
Μικκύλα μὲν τύπτει τὰ χερύδρια, μακρὰ δὲ βάλλει,
Βάλλει κ' εἰς Αχέροντα, καὶ εἰς Αΐδεω βασιλῆα.

Γυμνὸς μὲν τόγε σῶμα, νόος δ' οἱ ἐμπεπύκασται,
Καὶ πτερύγες ὅσσον ὄρνις ἐφίπταται ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλοις
Ἀνέρας, ἠδὲ γυναῖκας, ὅτι πολύζωνοις δὲ κέαται
Τόξον ἔχει μάλα καλὸν, ὑπὸ τόξῳ δὲ βέλεμνον.
Τυτθὸν ἐοῖ δ' βέλεμνον, ἐς αἰθέρα δ' ἄχρι φορῆται.
Καὶ χρύσεον τεῦχος πάρα φαρέτρειον. ἔνδοθι δ' ἐστὶ
Τοὶ πικροὶ κάλαμοι, τοῖς πολλάκι κ' ἐμὲ πιρώσκῃ.
Παῖπα μὲν ἄγρια, πτῶπα· πολὺ πλέον δὲ οἱ αὐτῷ
Βαιὰ λαμπὰς ἐοῖσα, τὸν ἅλιον αὐτὸν ἀναθῇ,
Ἢν τόν' ἕλῃς τῆνον, δαμάσας ἄγε, μηδ' ἐλεήσῃς,
Κλῶ ποτ' ἰδὴς κλαίοντα, φυλάσσεο μή σε πλανήσῃ.
Κλῶ γελάῃ, τιμὶν ἔλκε, καὶ ἢν ἐθέλῃ σε φιλῆσαι,
Φεῦγε· κακὸν τὸ φίλαμα, τὰ χείλεα φαρμάκων ἐστί.
Ἢν δὲ λέγῃ, λάβε τοῦτα, χαριζόμενόν σοι ὅπλα,
Μή πῃ δίγνις πλαίσια δοῦρα, τὰ γὰρ πυκὶ πτῶπα βέλεσσιν.

Amor fugitiuus, Luciani.

Incerto interprete.

Perdiderat natum genitrix Cytherea vagantem:
Anxia ſollicito quem dum per compita paſſu
Quærit, ab excelſo tales canit aggere voces:
Errabunda meus veſtigia forte Cupido
Quâ fugiens tulerit, quiſquis monſtrârit aperto
Indicio, huic merces Veneris libanda ferentur
Oſcula: captiuum ſi quiſquam adduxerit, illi
Mox aliquid gaudens vltra dabit oſcula mater.
Quò reperire queas puerum, bis dena dabuntur
Signa tibi, cautus memori quæ mente recondes.
Huic non candor ineſt: rubor igneus inficit omne
Corpus, & ardeſcunt acri contenta nitore
Lumina, nec dulces ſequitur mens ſubdola voces.
Quippe Hyblæa ſonus vincit dulcedine mella.
Sed malè fallaci reſpondent pectore ſenſus.
Feruidus accenſa ſi quando exæſtuat ira,
Indomitos animos gerit, immanſuetáque corda
Seducit verbis, nec vera fatebitur vnquam.
Eſt puer ille quidem, magno ſed prouidus aſtu:
Ludit & interdum, ſed ludens ſeria tentat.
Dependent humeris criſpi certo ordine crines,
Nec pudor audaci, nec ineſt reuerentia vultu.
Sunt illi paruæque manus, paruſque lacerti.
Sed tamen exiguo longos de corpore iactus
Dirigit: ima ferum telo ſub tartara Ditem
Perculit, & regem manes ſenſêre ſubactum,
Candida cùm Stygio rapta eſt Proſerpina curru:
Corpora nuda gerit, nullo velamine tectus:
Verùm animus vario prudens ornatur amictu.
Prætereà aligero ſuſpendens membra volatu,
Hinc Nymphas petit, inde viros, vltróque receptus,
Viſceribus ſedem ſibi ponit, & oſſibus imis.
Eſt breuis huic arcus, ſed quo fatalis arundo
Vſque ſub aſtra ſuum ſeruat propulſa tenorem.

Auratam cernes humero pendere pharetram,
Peſtiferóſque intus calamos, quibus impius ille
Ipſi ſæpè mihi lethalia vulnera fecit.
Omnia ſæua quidem, ſed cunctis ſæuius illud:
Dextra facem vibrat, miſeráſque inuecta medullas
Paſcitur: hæc ipſum Solem ſuccenderet æſtu.
Hunc ſi nexilibus poteris conſtringere nodis,
Duc arctè vinctum, neu tu miſerare precantis.
Quamuis aſpicias manantia lumina fletu,
Decipiâre caue: neu ſi ridentia cernas
Ora, graui iubeas laxari vincula nexu.
Quòd ſi te blandis inuitet ad oſcula verbis,
Effuge: nam labris certum eſt habitare venenum.
Si verò facili promittet vulnera vultu,
Teláque, Gnoſiacóſque arcus, pictámque pharetram,
Noxia dona time: quicquid tetigêre, pervrunt.

IO. BOVRDELOTII
AD LVCIANI
OPERA
NOTAE.

CLARISSIMO DOCTISSIMOQVE VIRO, THOMÆ GVERINO, IVRISCONSVLTORVM Principi,

IO. BOVRDELOTIVS S.

FATEOR me (vir Clarißime) ſæpe peccaſſe, nam & homo ſum & adhuc iuuenis. Quid autem peccato magis conueniens, quàm ætas imbecilla, cuilibet opinioni temerè ſuccumbens: atque vbi pudor ſemel corruit, lubricis errorum caſibus inſiſtens & cum terrenis ſordibus adoleſcens? fateor igitur me ſæpe peccaſſe. At tamen dum elapſæ vitæ rationem ineo, dum tempus mihimet ipſe ſubripio, quo recordatione præterita mihi palam faciam, elapſa tipulis leuiora diiudico, hoc nouum crimen Ætnæo pondere longè grauius eſt. Nec enim antea temerarius Alcibiades in ceremonias irruperam, arcana nulla violaueram, nullas aras fœdaueram: nunc verò ſacram cryptam omnino turbaui, vnde cladis & anathematis ventura eſt execratio. Quod enim maius peccatum, & ad tui capitis iram exaſperandam violentius patrare potui, quàm notulis, quas temporarias ad Lucianum tuo iuſſu properans feſtinans exſcripſi, aures tuas obtundere? cùm ſciam quibus ceremoniis occupatus pro communi ſalute vota ſuſcipias, oracula nobis declares, Sibyllæ folia recites, meritò inter clariores gemmas & ornamenta ſeculi numerande? Peccaui, rurſúſque fateor, habes confitentem reum, quidquid iuſſeris merui, niſi merenti pœnam ſatis eſt ipſius peccati confeſſio. Sed tamen ſi mihi quid grauius paratur, interim dum expediuntur pœnæ, Vnum quod te alloquor hoc eſt: *Huius erroris mei fontem liceat paucis aperiam. Vel me in hanc impulit calamitatem extremus ille amor in me tuus, pro quo quiduis agere, quiduis pati diu decreueram. Quid enim pro tanti viri beneuolentia faciendum non fuit, cui tantummodo notum eſſe ſummus*

honor eſt? Vel ſtellæ cuiuſdam quæ me tibi temperat vis acrior, hoc à pueritia mihi propoſuerat peccatum. Si nimio amore deliqui, cauſæ meæ patrocinatur Auſonius, dum ſibi patronus eſt:

Ignoſce noſtri læſus obſequio ſtili,
Amoris hoc crimen tui eſt.

Sin verò ſtellis error meus adſcribendus eſt, indignandum potiùs fatali neceſsitati quæ me voluntatis ſuæ miniſtrum elegerat. Sed quoniam in me vtrumque confluit, ira quæ in præcordiis tuis conſidebat, elabitur, túque, qui admiranda & diuina facilitate omnia diſcutis, amori tuo peccantem poſtliminio reſtituis. Imò iam neſcio quid tacitis cogitationibus Deus agat, nec ſine amoris cauſa fatale mihi fuit eiuſmodi munere licèt tenuiſsimo grauiſsimis tuis occupationibus offeciſſe, quia fortean arctior amoris linea amantiùs eum tibi ſociatura eſt, qui laudes tuas breui carminibus & longè maiori dono adimplebit.

Tibi obſequentiſs. I. Bovrdelotivs.

Salue Humaniſsime

LECTOR.

VEREOR ne Luciano idem accidat, ac olim Hipparchi diſcipulo accidiſſe commemorant. Hic enim cùm in celeberrima totius Græciæ frequentia, plauſum popularis auræ non tam quęſiſſet, quàm videbatur meritum acquiſiiſſe, iratam in ſe ſenſit Hipparchi ferulam, eò quòd multis placuiſſe videbatur. Ita quoniam renaſcens Lucianus multorum calculos adepturus eſt, vereor ne cenſorum virga vapulet, quibus omnia licere temporis iubet licentia. Sed de Luciano ab hac infamiæ labe vindicando non ampliùs laboro: Maior enim in præcordiis timor ſcæuit, ne ſcilicet videar cauſam meam cum alterius abſolutione confundere. Igitur, vt etiam Hipparchos illos effugiam, ea dicenda ſunt, quæ me ad ornandum Lucianum impulerunt, quibúſque rationibus potiſſimùm fretus, ſpe incerta laborem certum mihi propoſuerim. De autoris huius ſtilo, elegantia purè putéque Attica, de doctrina & ingenio dicere non vltrà contendo, iam monui. Accedebat huic rationi non minor hæc ſecunda, ſcriptorem optimum, & quem (liberè ſed verè dico) nulli Græcorum poſthabendum quiuis Græcus iudicauerit, ita antea malè de librariis meritum, vt emendatior eius editio peiores aliorum codicum editiones, corruptione longè ſuperaret. Aderat ordinis luxatio, cùm multi dialogi errones & vagi, alienas ſedes incolerent, poſtliminio reſtituendi. Nec minorem addebant occaſionis ſuſcipiendæ cauſam, nothi multi ingenuorum locum occupantes, ad quorum ſimilitudinem vtcumque videbantur accedere. Sed parua hæc, & quàm paucis percontantibus præuiſa, tam multis ignorantibus tranſcurſa. Longè his omnibus fertilior ſeges, & alacrior aggrediendi muneris diſpoſitio, ſcilicet cum his ſuperioribus accedebat autoritas viri Clariſſimi Thomæ Guerini, quæ maius apud me pondus habere debuit, quã ea quæ ſuperiùs narrata ſunt. Quid enim agendum erat, vbi præcipuus ille myſtagogus virtutis, Muſarúmque magnus ſacerdos me clientem patronus deuouebat? fateor, obſequio lubens parui, & longè impari labori ceruicem ſuppoſui. Statim enim atque tanti viri voluntas Luciano ſuccurrendum voluit, diffugere vana illa & varia terriculamenta, quæ me in eum aggrediendi laboris diem inquietauerant, interquę præcipuũ illud, quódque longè audaciorem & paratiorem prouocaſſet ad metum: nempe Lucianum ita varijs autorum gemmis ſplendeſcere, quibus edacis temporis inuiderat voracitas, vt vanus eſſet labor hominis, & ingrata caſſæ ſegetis exſpectatio errores amoliri, interpretationem demoliri, & amiſſum requirere. Verum hæc ſæpe tacitus mecum reuolue-

bam. Anne ideo doctiſſimi ſcriptores, æternis tenebris perenníque ſitu damnandi, quoniam illorum interpretatio venuſtáſque plurima conclamatis debetur ſcriptoribus? An autorum eorum penitus deſerendum patrocinium, qui ſe totos, Chryſippi more, mortuis implicitos fatentur? An negligendus omnino Plautus, quòd Eupolis, Cratinus, Plato, Alexis, Menander, Philemon, & Ariſtophanis pars melior obliuioſo ſolo ſepulti ſunt? vt interim de Grammaticis Græcis & Latinis ſileam, quorum nomina à mortuis quos citant autoribus, vitam accipiunt. Athenæus non minore laboraſſet inuidia, ſi talis conſideratio viros clariſſimos Dalechampium & Caſaubonum ſubiiſſet, qui tamen libere hoc fateri potuiſſent, ſi ipſos, Lector, conſuluiſſes, tot eſſe in pleriſque ſcriptoribus volumina perdita, quot autores nomine ſolo ſuperſtites. Nec ideo tamen illi negligendi, quòd diuerſis illorum ſcriptis variegati ſunt, quorum nomen ſolum relictum eſt. Acriùs tamen angebar animo, longéque vehementior in præcordiis dolor ſæuiebat: Iuuenilem ætatem ingenio ſolo fretam, abſque Mſſ. Codd. huic oneri non poſſe ſufficere, emendatiores Codd. quorum ope deſtituebar, ſummam operis eſſe medelam: fatalem eam fuiſſe Luciano calamitatem, libros ſuos verè aureos pauciſſimas bibliothecas adornare. His vndique curis labenti, ſuccurrit vir doctiſſimus Nicolaus Rigaltius, qui duos è bibliotheca regia codd. Mſs. viſendos dedit; huic commodo non leue pondus addidit beneficium Petri Golmani Britãni doctoris Medici viri doctiſſimi, atque amici mei, qui Codicem ſuũ quem cum Thomæ Linacri Mſs. Cod. contulerat, commodauit. Mox implorato viri amiciſſimi ſuffragio, diligentiſſimè collatum codicem Florentinum præbuit. Erant inſuper ad manum quatuor editiones, duæ, quæ Baſileæ, altera, quæ, Haganoæ, & Aldina, editionum quas vidi corruptiſſima: quo inſtructus viatico, adorato ſyderum autore intraui nauigium: In quo quid ſit à me confectum itineris, paucis præfandum. Exordium erit ob ordine, qui in multis Codicibus turbatus erat, & hac in parte Mſs. Regiorum opem implorare, cæcum ducem itineris cœpiſſem. Suppoſititios multos diſſimili oratione notaui, quos nec Luciani ſtylus, nec ſeries, nec ætas agnoſcebat. Peccabat in Luciani ſtylum Alcyon, Amores, Demoſthenis encomium: in ſeriem, Fugitiui, Charidemus: in ætatem, Philopatris, Nero. Quoniam tamen cuique iudicandi liberum arbitrum eſt, notaſſe ſatis duxi, non ſuperinduxi. Omnia igitur Luciani opera antea edita, & ſi quid inexploratum ſub Luciani nomine deliteſceret, edendum curaui. Videbatur etiam non vltra rationem poſitum ſi Phalaridis nomini falſò epiſtolæ adſcriptæ Luciano darentur, ſed tamen aliud omnibus Codd. placebat. Nec in emendatione vtriuſque textus quidquam mihi temere licuit, tolerabile ratus, ſi per ſe ſatis niteſceret. In quo tamen emendando ἀλεξίκακε Ηρακλεις, καὶ Ζεῦ ἀποτρόπαιε καὶ Διόσκουροι quid non fuit mouendum cùm Αυγείᾳ βυρσοδέψαι ἀνακαθήρασθαι ſuſcepiſſem? víderis, humaniſſime lector, & fortaſſe aliquæ venient feriæ quæ te ſoluto pectore ad collationem huius editionis noſtræ cum prioribus vocent. Nec enim emendationes meas infinitas potui notulis comprehendere. Sic autem ſuſcepti muneris conſtare rationem credebam, ſi Lucianus exiret

longè quàm antea purior & defęcatior, cum variorum interpretum verſione, eâque genuina. Cùm nihil ſit efficacius atque potentius ad commouendam ὀφθαλμῶν βασκανίαν, quàm in alienos labores ingenioſa ſubtilitas. Amicis tamen placuit (quorum conſilium mihi perpetuus agendi ſcribendíque tenor) vt ſi quod grauius peccatum occurreret (quod paſſim in hac verſione, partim ob codicum caliginoſam ſcripturam, partim alio fato accidit) emendarem, donec integram meam verſionem proponerem, cuius maiorem partem doctiſſimi viri iam viderant. Inuitus, feci tamen. Sed priùs ne quid exacerbatum ſentirem, ingenij candore iuuenilem licentiam calcaui, placatis manibus eorum, qui meum Syrum Romana ciuitate donauerant. Indecorum enim & iniuſtum eſt, vt qui ſemel Muſis & Mercurio litauit, alienis caſibus inſultet, & homines arguendo, ſe talem eſſe obliuiſcatur. Quod etſi hac ætate quidam etiam inter doctiſſimos numerandi faciant,

Ἦ ῥ' οἵ γ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι,
Ἦ ἐ φιλόξεινοι, καί σφιν νόος ἐστὶ θεουδής,

Faxit Deus Op. M. vt hanc cacoethem à me longè longéque amoliar: καὶ μὴ ὕπω ποτε σφάλεϊν μηδὲ κατὰ τῆς εὐσπουδίας μειρακιώδες παίζειν, vt dum ingenuæ ſimplicitatis viam ingredior, itineris tædium his artibus ſubleuem. Si quæ igitur in legenda Latina interpretatione ab autore omnino diſſentirent, aliquando mouenda cenſui, vt Lucianus integer ad oculos legentis accederet. Atque vt accuratiorem curam profiterer, Theodorum Marcilium virum clariſſimum rogaui, ne diutiùs quæ ad Lucianum notauerat, ſitu premeret; quod pro ſua in me beneuolentia fecit lubens. Sed vereor ne Deos iratos habeam, qui de me tantum volui, vt pro ampliſſimis & maximis Gilberti Cognati annotationibus breuiarium ſolum ſuppinxerim: nec illa contentus audacia, quicquid Sambuci fuerat, ebiberim. Malum factum, cuius tamen ne totus autor fiam, vltro in ſe pœnam autores alij repoſcunt, quibus videbatur in immenſum moles illa Luciani ſuccreſcere. Fimbrias margini verſionis adſcriptas, quæ commodè lectorem iuuant, retinui. Atq; mihi ſatis hæc videbantur ad Vlyſſem meũ naufragum, atque omnibus terris & fluctibus eiectum excipiendum: Cùm iam opere vltra partem multeſimam elaborato coactus ſum aliquot lineolas conficere, quæ variantes codicum lectiones adſcribant, & ſi quæ olim apud interpretes deprehenderim, elucident. In his prouerbia ſi quæ occurrebant, partim oſtendi, partim expoſui. non gloriam ex mendis ſublatis aucupans, non laudem. Quòd ſi quæ in tanto fortè opere irrepſerint, condonabit hoc ætas operúmque aliorum ſuperueniens numerus, & Luciani moles, in qua ad limam & lineam certam diregenda

Τίς δ' αὖ πάντ' ἐσίδοι; τίς δ' αὖ πόσον ὠπήσαιτο
Θηπὸς ἐὼν; μοῦνοι δὲ θεοὶ ῥέα πάντ' ὀφάασιν. Oppia. lib. 4. Kuũ

Atque vtinam mihi priùs incidere contigiſſet in viri clariſſimi ſacratioris Regij conſilij ſenatoris ampliſſimi Io. Iac. Memmij Herr. filij Cod. Mſſ. ſanior fortaſſe Lucianus prodiſſet. At illud omne ſolũ votis proſequebar, in quo vltimo etiam nũc hæreo, humanioré veniã eò precatus, quò longè meliora ſunt quæ polliceor, atque in hoc voto (Lector humaniſſime) deſino.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΙΩΑΝΝ. ΒΟΥΡΔΕΛΟΤΙΟΝ,
τὸν Λυκιαρχοδιορθωτὴν λαμπρότατον.

Ἡρακλῆι, πόνων δυσπίνων εἵνεκα, πηὼς
Ἐστιν ἰδεῖν λαμπρὸν κῦδος ὀπαζόμενον·
Ἀλλὰ κἠπτων καίνου χρίοισιν ὑπερτέρων ἔμμεν
Κόπτοισις Αὐγείου βυσσαίων βαλέειν.
Νῶϊ δὲ τοξιφάδεως ἀπρείσια λύματα κηλῶν
Ἐκ ῥα κλυτοῖο βίζλων Λυκιαρχοῖο βαλών,
Νημερτὲς νικᾶς ἰὸν κρατερόφρονα Ζηνός·
Ἔργον ὅλως γὰρ σὸν κέρδιον ὧδε πέλει.
Τῷ δὴ ξυμπάντες Θρῄκης καλέουσί σ' ἄωτον,
Εὐμαθίης γὰρ ἔχεις αἶθα πάντα πάρα.
Ἐξ ὧν βύρσμοις σεφαίοις ἐς σὸν κάρη πλέξας
Ἄλλος Φαιηῆας Φοίζιος ἅπασιν ἔμμι.
Ὥστε μάλ' ἀντεχέως κ' ὀπιθοχάδδην καταλέξω,
Αἰνάζων σὺ μοὶ εἶ γ' εἴκελος Ὠκεανῷ.
Ὡς γὰρ ποταμοῖς ἄλλοις ὅ γε ῥέα πρῆλθε,
Οὕτω σὸν λοιποὺς ὠὼμα Μουσοπόλους.

Ἰωαν. Ὀβελιος Ἀμβιανός.

IO. BOVRDELOTII
AD LVCIANI
OPERA
NOTAE.

Litera (p) paginam notat: (l) literam: (v) primam vocem lineæ ſeu verſiculi.

AD TITVLVM,
ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ
ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

SIC titulum authori meritiſſimò fecimus, meliores editiones ſequuti. Mſſ. duo è Regis Chriſtianiſſimi Bibliotheca, quos beneficio viri Clariſſimi Nicolai Rigaltij videre contigit, nec titulum, nec ordinem agnoſcunt. A poſtrema etiam editione Baſilienſi duæ poſtremæ voces aberant.

Ad Somnium ſeu vitam Luciani.

Περὶ τῦ Ενυπνίυ] Non dubium eſt quin προσλαλιὰ iſtam voluerit Lucianus operibus ſuis præfigi. Nec tamen perſuaſum habeo ſcribendi exordium eam illi fuiſſe. De ordine, quem in his dialogis ſeruandum putauimus, dictum eſt in præfatione noſtra ad Lectorem.

PAG. 1. l. a. v. μιμ] εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶ. Habet à Platone, in quo totus eſt, & à Xenophonte, cuius eſt aſſiduus imitator, apud quos, εἰς τὰς διδασκάλυς φοιτῶν. Sic p. 276. προσέρχε τὰς διδασκάλυς φοιτῶντα, ſic de Merc. cond. & paſſim alibi. Inde φοιτηταὶ, οἱ τῶ μαθητῶν. Heſych. Suid. Poll.

Diligens lector monendus eſt, Lucianum ſæpiſſimè loquendi modos eoſdem, eaſdem paræmias, & citationes vſurpare: quî enim aliter fieri potuit in tam floridâ & variegatâ ſcripturâ? Quod igitur ſemel monuerimus, illud ſequẽtibus ſufficiat. Ea ſatis conſtans ratio videbitur cur paululum in his principiis immorandum.

l. b. v. καὶ] ἡ πύκις δεῖσθαι λαμπρᾶς. Iacobus Micyllus, vir doctiſſimus, interpres huius λαλιᾶς, autoris mentem ſæpiſſimè fruſtratur, *& egere quodam fortunæ ſplendore.* Sic de Merc. cond.

v. οἱ δὲ] πύκνα τῶν βαναύσων. Generaliter pro qualibet mechanica. ἁπλῶς tamen βαναυσία, πᾶσα πύκνα, vt vult Heſych. Suid. vox eſt Peloponneſiaca. In Peloponneſo βαῦνος καμίνυ ἢ ἐσίας ὑλῶ. interp. Ariſtopha. Pollux.

P. 2. l. a. v. καὶ] μικὰν εἰκόνα. In Mſſ. & aliis editionibus, quoties occurrunt duæ vocales in duabus dictionibus, prior ſemper eliditur, quod ſemel monitum volui.

v. φέρων] τὸ χρόμενον. *Artis prouentum.* Bud. vertit *inſtam mercedem.*

v. ἐλευθέρῳ] ᾧ παρέχον ἔχοντα τὴν χορηγίαν. *Quæ paratam opem ferret, quæ promptas præberet ſuppetias.* Ea repetit paſſim.

l. b. v. ὡς] ἔχων λέξεως. Anglic. & Mſ. λέξιας, minùs Atticè.

v. θεῖον] ἀπὸ τῶν διδασκάλων. Angl. ἀπό.

v. ἀνθρώπους] εἰκότως, *ad veram imaginem,* πρὸς τὴν εἰκόνα. Non enim εἰκότως, ibi vulgariam recipit interpretationem, cùm nullus ſenſus elici poſſit.

l. d. v. κεφάλης] Ἀρχὴ δ' ἁπάντων. Heſiodeum illud repetit in Hermotimo & alibi.

P. 3. l. a. v. ὁ] σκυτάλων. De hac voce eiúſque varia acceptione copioſè Grammatici. In God. Flor. & edit. Baſil. malè σκυτάλλων.

v. χεῖς] ἀνολολύζων. Mſſ. & Angl. ἀνολύζων: de qua voce dico ad lib. 10. Heliod.

Ib. δακρύων τὺς ὀφθαλμοὺς ὑπὸπλεως] τὺς ὀφθαλμὺς aberant ab vno Mſ.

l. b. v. Ομηρ.] Θεῖός μοι. Agamemnonis verba, lib. 2. Iliad.

l. c. v. ἀκυ.] ἴταμος. Hac dictione paſſim vtitur. ἴταμος ὁ ὠπὸς τῆς αὐλῆς. ὅτι ὁ λόγος ἴταμος ὁ ἐπ ὠπῆς

ὠι τῆς ἀκοῆς: atque hanc vocem sic capit, dum ait χάματά μοι τῶν φασέπτων ὠι τῆς ὀφθαλμοῖς ὤφθαμβώι, &c.

v. ἦν] Δύο γυναῖκες. totius narrationis siue τῆ ἐυπνίῳ, exordium sumptum è Prodici Philosophi Hercule. Suid. in Prod. aliique multi. verùm figmentum illud non Prodico sed Xenophonti quidam adscripserunt, vt Cic. epist. 12. lib. 5. ad Fam. Scholiast. Homeri ad 14. Odyss. Lucia. hac προσλαλιᾷ p. 7. l. d. Malè hoc illi. Prodicus enim huius autor primus, vt patet apud ipsum Xenophontem. post primum autorem alij illud ipsum tetigere, vt Max. Tyr. serm. 4. Themist. Euphrad. Orat. 3. D. Basil. ora. ad Nepot.

v. βιαίως] ἡ καρπερῶς. Sic iungi solita in Xenophonte & Platone.

v. κρατ.] ὅλον εἶχέ με. Sic in epist. amato. Philost.

l. d. v. ἀνδρικὴ] τῷ χέρι. Sic in omnibus & Mss. & edit. sic passim, vt p. 6. τῷ χέρι, τῷ πέχα, & similia in Platone.

v. πῆς] κόσμιος τῆι ἀναβολήν, vt pòst passim, κοσμιώτερος τῆι ἀναβολήν.

p. 4. l. a. v. χειρ.] τὰς ὦμας ἕξεις καρπερὰς, vt in Deor. & Mortuor. dialog. & in Contempl.

l. b. v. δὲ] ὑ δὲ δὴ λόγοις. Longè alia lectio concipitur ex Mss. & Angl. Cod. οἱ δὲ δὴ λόγοις, id est, qui partes τῆς παιδείας tuentur, ὡς δὴ ἔργοις ἐπαινέσονταί σι, ἀλλὰ δὴ λόγοις. Recepta lectio facilior, hæc durior. πάντες abest à Mss.

v. λόγοις] μὴ μουσαχοῖς. In Flor. Cod. μουσαχοῖς, malè. hanc vocem alibi interpretatus sum.

v. χῆς] τὸ θῦηλίς. vilitatem. Hanc vocem sæpè interpretati sunt viri doctissimi. Cætera huius concionatricis habes in Piscat.

v. τὸν Δία] Φειδίας ἔδειξε τὸ Δία Olympicum, vt patet postea, & apud Iul. Imper. in epist.

τῆι Ηραι] Πολύκλειτος ἔδειξε τῆι Ηραι Argiuam. patet apud Plin. de horum duorum operibus, autor libri de mundo, Cic. Tuscul. 1. Plin. c. 8. lib. 34. Val. Max. c. 15. lib. 8.

v. πῆλις] ἐθαυμάσθη. Mss. ἐθαυμαστώθη.

v. πλειο.] πλείονα ἐξεπλάυσε, hunc locum imitatus est Iulia. Imp. ὑ προς πλαίων, ὑ διαλογῶν, ὡς ἐφισάμβως ἐφ' ᾧ τῆι ἀνάμνησιν ἀφεῖσαι σωι χρόνῳ.

v. σα.] πάμπολλα. Angl. & Mss. πάντηλιν. Sed πάμπολλα Lucianicum est: atque ipse hac dictione passim vtitur.

v. καὶ] εἰς πῆλος. Rectè ibi Latinus interpres εἰς πῆλος, *ad plenum*. Virg. lib. 2. Georg.

Huc ager ille malus, dulcesque à fontibus vndæ
Ad plenum calcentur.

l. d. v. θῦηλὴς] τῆι προσόδου. Sic rectè in omnibus & Mss. & impressis. Iacob. Micyll. nihilominus vult legi ὀρθμὶς τῆι προσόδου.

v. τὸν] λαγὼ βίον ζῶν. Demosth. φεὶ στφ. λαγὼ βίον ἔξεις, δειλὸς & τρέμων & ἀεὶ πλήκτης προσδοκῶν. Paræm. λαγὼ βίον ζῆν λέγονται οἱ ὠ σωεχεῖ φόβῳ καὶ ταράχοις καὶ ἀκηδιάζοντες. Ex hoc prouerbio illud natum, λαγωῶν διλόπορος. de quo Lucia. Pisc. p. 213. & sæpe alibi. D. Anast. in Epist. de huius animalis metu. Arist. c. 1. lib. 1. hist. anim. & in Physiogn. Varr. Horat. Oppia. Ælia. Apul. Iul. Poll. Sido. Neque ineleganter Q. Cornificius poëta apud Euseb. in Chron. milites fugaces vocauit *galeatos lepores*. Horum prouerbiorum origo est quam profert Herod. in Thal. ὅτι ὁ λαγὼς τοῦ παντὸς θηρίου ἐστὶ δειλὸς & φεύγει & ὄρνιθος, & ἀνθρώπου. Hinc metus leporis apud Auson.

At lepus, In me omnis terræ pelagique ruina est,
Forsitan & cæli, si canis astra tenet.

P. 5. l. a. v. χλω.] ὡς ἐπὶ ὄ. Eleganter hæc Plutar. in Pericle. statim ab initio.

v. χρώναξ] χρῶν ἄναξ, μόναις ἢ χρὴ διατίζων. Aliter Hesych.

v. διαμ.] ἀπαγγέλλουσα. Mss. & Angl. ἀπαγγελῶ Id. Cod. pro ἀποφαίνουσα, ἀποφανῶ.

l. b. v. ὁρμὴ] ἀκήρατος κόσμος. Sic passim alibi: sic Iulia. in epist. dixit ἀκήρατον χρυσὸν δεῖ κεκτῆσθαι, ἀκηρώτου, ἀκήρατον, ἄφθορον, ἀδιάφθορον, καθαρὸν, ἦθος, ἀγνὸν.

l. c. v. νῆς] τὰ γραφείσματα. Dixerunt viri Clariss. hac de re dico ad Heliod.

v. σοι] δείξει σε τῷ δακτύλῳ. Arria. Epict. c. 1. lib. 3 Viri Clariss. Th. Marcil. Def. Heral. δακτυλοδεικτεῖσθαι.

l. d. ἐκεῖνος] Sic in Harmonid. & alibi.

v. ἀποβ.] καχυπόπης. Vt in Nigr. Timo. Charont. & passim.

Ibid.] θαυμάζοντες ὡ δαιμονίζοντές σε. Mss. θαυμάζονταί σε τῆς δυνάμεως. Impressa lectione alibi sæpè vtitur.

P. 6. l. a. v. ἐρεῖς] τὸν Αἰσχίνην. Plin. Diog. Laërt. Autor vitæ Æschinis.

l. b. v. μαίζ.] ἀνακύπτων. Cod. Angl. ἀνατήφων.

v. ξα] θαυμαστικεῖ ὁ ὄνειρος. Dixi ad illud Petron.

somnia quæ mentes ludunt.

P. 7. l. a. v. πων] ὅπως ἴδῃς. Mss. & Angl. ἴδῃς, toleranda lectio, aliter tamen cæteræ editiones, atque aliter legit Interp.

v. νος] πρὸς ἑαυτὸν, πόλεις. Angl. πρὸς τὰς ἑαυτὸν πόλεις. Mss. πρὸς ἑαυτὸν εἶας.

l. b. v. ἐμοὶ] καταλαβοῦσα καὶ ἡ πατέρα. Alia lectio in Ms. καταβαλοῦσα ὡ τῆι ἐκείνην ἑαδηπα. Recepta lectio in margine regij Cod. adscripta est.

v μησιν] ἐβυλεύσαντο In Mss. ἐβυλεύσατο. vt hoc referatur ad patrem.

P. 8. l. a. v. μαλ.] ἐλλοκακεῖ. Ms. & Basil. & Flor. ἐλλοκολακεῖ. malè.

Ad dialogum, Prometheus es in verbis.

l. c. v. Ουκ] Προμηθία. Hanc vocem interpretor ad lib. 5. Heliod. partem priorem huius dialogi interpretatur Athen. lib. 7. Scalig. ad Euseb.

v. καὶ] ἐκ πελιδνῆ βόρβορος. Mirum omnes editiones habuisse βάρβαρος, cùm de menda viri docti monuissent: repetit illud Lucia. passim.

l. d. v. σοφ.] ἐπιθυμήσεις, malè in omnibus editionib. ὑπομνήσεις. Alia lectio melior, de qua dico alibi.

v. ὄρεα] εἰρωνείαν & μωκῆσαι. Copiosè vir Clariss. Is. Casaub. ad Theophr. Charact. in subsannationem Atticam. Id. Lucia. de Gymnas. ἐπὶ εἴρωνες ὡ τῆς λόγοις. Sic postea εἰς τὴν Αττικὴν δεινότητα τοῦ σκώμματος. Eunap. in Liban. Liban. ipse sæpiss. sic χλυασμὸς, ἀλισμὸς, ἐμπαιγμὸς, & similia Atticor. de quib. interp. Aristoph.

P. 9. l. b. v. να] Κλέων Προμηθεύς. Aristophan. vers. ἱππεῦσι. De eo idem Aristoph. in Pac.

& Thucyd.

l. d. v. ὅλον] συνεργάζεται ἡ Ἀθηνᾶ. Omnia in quibus mentis ἀκμὴ καὶ τὸ ἡσύχιον τῆς ψυχῆς deprehenditur, Mineruæ solent adscribi.

P. 10. l. b. v. σωσεῖς] ὡς πολὺ ἀμορφότερα. vult Lucia. deformiora ea esse quibus accidit vt cum nouitate displiceant.

l. c. v. μάζιτας] ἡ καινότης. Antea illam vocauit τὸ ξένον.

l. d. v. λῶς] δίδυκα ἢ μή. Cùm viderem hæc omnia esse confusa, non ausus sum ex ingenio solo meliorem lectionem asserere, quam nec agnoscebant vllæ editiones, nec Mss. hæc omnia sic puto posse legi: ἔχει τὸν πόδα. οἱ δ' ἄνθρωποι τὸν χαλινὸν ἐπὶ αὐτῷ θαυμάζουσι, καὶ πῶς ἡνιοχᾶται. δίδυκα δέ, &c.

P. 11. l. a. v. κεῖσθαι.] διαλόγοις καὶ κωμῳδίαις. de quibus in dial. Δὶς κατηγ.

v. ἀμὰ.] χρὴ πιστεύειν τοῖς ζωγράφοις. Hac de re copiosè Philostrat. Liban. Greg. Nazianz.

l. c. v. καὶ.] ὡς ῥυθμῷ, Sic dial. ὥσπερ ὀρχήσ. Angl. ῥυθμῷ ἔβαινε.

v. μίαν] περιέλθωσιν. Angl. περισύρεσιν.

v. ἐλθυθ.] ἀμφιβαλοῦσιτας. Ex Aristoph. Nep. vt hæc tota narratio, sic in Charont. & Icarom.

v. νυς] καὶ τὴν Διονυσιακὴν ἐλθυθερίαν, de qua copiosè Philostr. dico ad Heliod.

v. ρεβαὶ.] νεφέλαις. Inde titul. Aristoph. Νεφέλαι, ex quibus hic locus integer desumptus.

v. οιτας] ψιλῶν πηδήματα. Respicit procul dubio hos versus Comici in Nebul. act. 1. Sc. 2.

Αἰπρὼτ' ἀφ' Χαιρεφῶντα Σωκράτης
Ψύλλαν ὁπόσους ἥλοιπο τὰς αὐτοῦ πόδας.

Hoc alibi sæpe tangit, dum Socrati, Platoni, & alijs insultat.

l. d. v. μισσ.] δὶς δεῖ πασῶν, vtitur passim hac comparatione.

p. 12. l. a. v. θεῖ] τὸ Σῆλυ τοῦ Ἄρρενι, hac de re Phædrus fine Fab. & ibi interp.

v. ὀπᾶ] κεκαλυμμένα τῇ πτισάνῃ, Sic in Prometh. & Dial. Prom. & Iou. ex Hesiod. 1. oper.

v. πλικῶς] ὦ θεοὶ ἅπαγε τοῦτο μόνον. Sic in somnio, ὑποβέπτω ὦ θεοί, τὸ δεῖνα. hac in re vtitur dictionibus ἐπιρρύκειν, ἀποτρέπειν, ἀπάγειν. Quod semel monitum volo.

Ad Nigrinum.

l. c. v. ἡ ιδὼ] Γλαῦκα εἰς Ἀθήνας, Prouerb. ὅτι πρὸς μάτην βλισφρυάντων ἐπὶ τοῖς προϋπαρχουσιν, οἷς εἴ τις ἐν Αἰγύπτῳ σῖτον ἐπαγάγῃ ἢ ἐν Κιλικίᾳ κρόκον. Aristoph. Opul. & ibi Scholiast.

P. 13. l. a. v. ἀμαθία μὲν] Hanc sententiam sic efferunt. Ἀμαθία μὲν θράσος, λοιμὸς δ' ἔχον φέρει. Et sic Thucyd. vt patet etiam apud Plin. Epist. 7. lib. 4. hanc sic interpretatur D. Hieronym. Epist. ad Euagr. *Imperitia confidentiam, eruditio timorem creat.*

v. ὁμοίων λόγων] ὅμοιοι λόγοι, Sermones inter pares, pari libertate & conditione habiti vltro citroque, vt apud Homer. ὅμοιος πόλεμος, ὅμοιος θάλαθος, ὅμοιον γῆρας.

l. b. v. φιλ] ὀδὺς παρεργον, *vt te non morer.*

v. σκηνῆς ὄνομα] Sic idem alibi.

v. μὴ] ὁ μὲν κεφαλαίῳ μόνῳ. ὁ δὲ κεφαλαίῳ μόνῳ opponuntur. εὐφραίνεσθαι ὁ μὲν κεφαλαίῳ μόνῳ dicuntur qui rè nondum intellectâ ad vultum amici exporrectum & hilarem lætantur.

v. π] κομᾶς, *superbis.* κομᾶν indulgere genio & elatum esse. Aristoph. Equit. vbi Scholiast: κομῶσι, τρυφῶσι. τὸ γὰρ ἐπὶ τῶν τρυφᾶν λέγεται καὶ χαυνᾶσθαι καὶ μέγα φρονεῖν. aliàs κομᾶν, κόμην ἔχειν, κομᾶν ὅπλα. Poll. Hesych. Suid.

l. c. v. καὶ] πεπυφωμένον. In quibusdam πεπυφλωμένον, sed recepta lectio sana est. πεπυφωμένος, ὁ ἐπηρμένος καὶ ὀγκαζόμενος, ἐμβροντημένος, ἔξω φρενῶν. πεπυφωμένους hebeti ac stolido ingenio præditos significare tradunt veteres Grammatici, vt sunt qui fulmine tacti fuere. Moscop. Hesych. qui etiam πυφωθέντα interpretatur ἐπαρθέντα, ὑπερηφανισθέντα.

l. d. v. χαμμένον.] καὶ σφᾶς Καλαῖνος. Sic voluit interpres, cùm omnes codd. habeant καλάμου. in margine Mss. καλάμου ἢ ἀπὸ καλάμου. Theod. Marcil. vir clarissimus monuit me se monituram, tu consule.

P. 14. l. a. v. καπσκ.] ὥστε τὰς Σειρῆνας. Desumptum ex Odyss. μ. Aristænetus epi. 1. Petro. sat.

v. τὸν] λωτὸν. de quo Homer. Odyss. 9. Eunap. ædes. p. 50.

l. c. v. φῶς] τοῦ ὀφθαλμοῦ. Sic reposuimus, ratio patet legenti.

l. d. v. ἡμῶν χαῦρος] Hæc clausula interpretatur illud præced. pag. πεπυφωμένον.

v. θῆναι] οἱ Ἰνδοί. Nonn. Dionysiac.

v. θεὸς] μαθόντων ὑπὸ τοῦ λόγων. Sic apud Philostr. & alios ἔρωτα μανθάνομεν.

P. 15. l. a. v. σκιδόντα θρασκαλῆς.] De hac præfœmia copiosè parœmiogr. & Erasm.

Ibid. ἐὰν μὴ ἐφῆς] Calasir. apud Heliod. lib. 2. ὡδί πω ὃ καὶ ὕπνου θεὸς ὕπας ἐξεπέμψατο· εἰ τὸν αὐτὸν ἔχα καὶ πῖς καλάμοις καὶ τὸ μῶδον, εἰ μή σοι προσέπτυχον. Sic in Lapith.

l. c. v. χολιὸ] ὁ πῖς ὁ ποσί, dele prius ὁ. & interpretare ὁ ποσὶ *præsentia.* Prouerb. Pind. Pythijs od. κ. τὸ δ' ὁ ποσὶ μοι. Anacr. ξυλίνοις ἁρπαγάλοις ὁ ποσί. *ante pedes.* Terent. Adelph. Sic passim apud Lucian. vt p. 130. & 132. Contrà ὁ πόδων, vt pag. 212. & passim alibi.

l. d. v. αὐτὸ.] καὶ τὸ φωνῆς δ' ἦχος. Demæneta apud Heliod. lib. 1.

v. ἅ.] καὶ τὸν Κωμικόν. Eupolim intelligit qui hoc de Pericle dixit tanquam oratore eloquentissimo. versus citantur à Diod. Sic. lib. 12.

Περικλέης Ὀλύμπιος
Ἡ ῥᾳθυμεῖ, ἐβουλεύσατο, συνεκύκα τὴν Ἑλλάδα.
Ῥητῶν τις ἐπικάθιζεν ὅτι τοῖς χείλεσι,
Οὕτως ἀκμὴ, καὶ μάστος ἦν ῥητορικὸν
Τὸ κέντρον ἐνεπλέκετο τοῖς ἀκροωμένοις.

Cic. lib. 3. de orat. de Pericle loquens, *Cuius in labijs veteres Comici, etiam cùm illi male dicerent (quod tum Athenis fieri liceret) lepôrem habitasse dixerunt, tantámque in eo vim fuisse vt in eorum mentibus qui audiissent, quasi aculeos quosdam relinqueret.*

v. κας] τὴν συνεπομένων. Sic pag. seq. ἀκουσείτης, & ὀξύθατα συνέξομαι. ὀξύθατα, *rusticitas, plausus incompositus.* De plausuum generibus dixerunt alij. Hanc comparationem sæpissime vsurpat: vt & illam quæ initium facit paginæ 17. quam

nunc ordior.

p.393.l.b.v. accendebatur. *Ad proram*] Proditum eſt à veteribus poëtis eſſe quaſdã in Oceano inſulas ad quas poſt mortem deferuntur eorum animæ qui ſanctè religioſéq; vixerint, Homer. Lucia. de luctu.

p.394.l.a.v.ſe. *Creticum Rhadamantum*] Rhadamãtus Lyciæ rex filius Iouis ex Europa Minoïs & Æaci frater vir iuſtiſſimus. vide Virg. 6. Æn.

v. prima. *De Aiace Telamonio*] Occubuit ad Troiam vt ſcribunt Sophocles in Aiac. & Dictys Cretenſ. in Hiſtor.

p.396.l.b.v. Lesbius. *Steſichorus*] Poëta propter Helenæ vituperationem oculis captus nõ prius, niſi placato palinodia oblæſo numine, videre potuit Lucia. Macrob.

l. c. vidi. *Semideos*] Semidei non integri dij, neq; homines ſed altero parente diuino, altero humano, aut ſemidei ratione virtutis. Tertull. quatuor Gentilium deorum differentias fuiſſe ſcribit, quorum quidam ſelecti & maiorum gentium dij vocati ſunt, quidam Semidei & Heroes, quidam Medioximi, & quidam Semones.

p.398.l.d.v. Pythagoræ. *Euphorbi*] Troianus fuit adoleſcens Panthi filius fratris Hecubæ, teſte Homero Il. 17. leg. Laert. in Pythag. & Ouid. lib. 15. Met.

p.399.l.b.v. rumpere. *Phalaridem*) Hic Agrigentinorum tyrannus, cui Perillus taurum æneum fabricauit quo impoſiti noxij dum torrerentur tauri mugitum reddebant. Sen. lib. 2. de Clem. c. 4. & li. 2. de Ira.

v. Agrigentinum. *Buſiridem*) Buſiris rex Ægyptiorum Neptuni & Libyæ filius qui Thraſij concilio hoſpites inuiolabat incognitos, & eorum ſanguine pluuiam eliceret cuius penuria Ægyptus nouẽ annis laborauerat. Senec. loco cit.

v. *Diomedem*) Diomedes rex Thraciæ dum equos ſuos humana carne aleret, in Tyrida opido truculentus ab Hercule equis ipſis ad deuorandum obiectus eſt Ouid. 9. Met.

Et ſcironem) Latronem inſignem qui proximos Megaris ſcopulos inſidens, in viatores prætereuntes nullo non crudelitatis genere ſæuiebat, hunc Theſeus occidit.

v. *Pityocampten*) Schinim inſignem latronem, qui circa Iſthmi initium teſte Pauſan. miro crudelitatis genere ſæuiebat. de eo Plutarch. in Theſ.

Abdicatus.

p.457.l.a.v.opinor. *Atqui medendi ars*) A conditione artis medicæ cuius ſtudium erat olim cum primis honorificum vt Galen. & Eraſm. comprobant.

l.b.v. etiam. *Vti arte*] Vitruuius in Præfat. lib.6. sic scribit, Alexis poeta Comicus dicebat, Athenienses ob eam rem esse laudandos, quòd cùm omnium Græcorum leges cogant parentes ali à liberis, Athenienſium non omnes, sed eos tantùm qui liberos artibus erudiissent. Ita Plut.in Solon.

Phalaris secundus.

p.471.d.v.dicitur. *Citra sementem*] Quæ citra nostram operam casu nobis eueniunt ἀσπαρτα καὶ ἀνήροτα contingere dicunt Græci. Id in Paras.& in Rhetor. Didasc. Natum à fabula Insularum Fortunatarum,de quibus Homer.Odyss. 9.Horat.& Lucia.

Alexander seu pseudomantis.

p.474.l.a.v.hunc. *Augiæ bubile*] Allegoria prouerbialis in hominem aut rem maiorem in modum inquinatam, qua etiam vsus est in Fugitiuis.

p.475. l. a.v. superior. *Cecropibus Eurybato*] Nobiles facinorosi. Meminit horum & Æschines aduersus Cresiphontem ὅτι γὰρ Φρωνίδας, ὅτι Εὐρύβατος, ὅτε ἄλλος οὐδεὶς πώποτε τῶν πάλαι πονηρῶν τοιοῦτος μάγος καὶ γόης ἐγένετο. vide Erasm.ad Prouerb. Ne in Iampygum incidas.

p.476.l.b.v. *Pharmaca*] Hoc carmen pluribus in locis est apud Homerũ præcipuè. Odyss. δ. quod vsurpatur in medicos imperitos, qui nõ rarò venenum pro remedio ministrant.

v.egregio. *Apollonio*] Huius vitam 8.libris Philostrat. descripsit. hunc Herocles Christo æquiparauit:contra quem Euseb.scripsit.

l.d.v. patria. *Pella*] Macedoniæ ciuitas est, vbi etiam Alexander Magnus natus dicitur. Solebant mulieres Pellæ dracones alere,eósque æstate frigoris causa collo circumdare.

p.477.l.a.v. vnde *Olympiade*] Matre Alexandri,de qua dial.Diog.& Alexand.

v. penderunt. *Hæc duo potissimum*] Metus & spes diuinationem & auguria repererũt. Qui impensè cupiunt, suis votis vndecunque blandiuntur, & quiduis in omnem optati euentus partem trahunt. Qui verò miserè cupiunt,quauis ex re solatium formidinis aucupant.vide Lucia.in Char.& in Demonact.

p.478. l. a. v. abducens. *Cribro vaticinans*] Stultè de rebus occultis diuinãs, paræmia sumpta à diuinationis genere quod suspenso circumactóque cribro peragebatur.

p.492.l.d.v. medium. *Ex ligni ficulnis*] Ex ligno ficulno fumũ existere acerrimum ac molestissimum Plut.in Sympos.perhibet.Si qua igitur ratio Alexandrum Pseudomantem impulit vt Epicurei κωλὰς ἑόξας ficulnis cremaret lignis, ea (vt opinor) fuit, non vt eum nullius pretij philosophum iudicaret.

p.497.l.a.v.exposita. *In Ægialos*] Ægialeus Phoronei,seu, vt alij volũt, Inachi filius fuit,cui Apis, cùm in Ægyptum trajiceret, regnum Argiuorum reliquit. Ab eo Ægialea cognominata fuit quæ postea à Pelope Peloponesos dicta est.

Lexiphanes.

p.531.l.b.v. ipsum. *Gry vel Phuy*] Minimum quiddam significat,aut sordes vnguium,rem videlicet vilissimam, aut vocem suillam, quam edere solent si qui grauãtur sermonem respondere. hinc hyperbole prouerbialis apud Græcos, Ne γρὺ quidem loquitur,pro eo quod est ne tantillum quidem. Aristopha.

p.532.l.a.v.ventris. *Equidem diuinatorem*] Alludit ad Euryclem, cuius Aristopha.mentionem facit his versib.

Μιμησάμενος πρὸ Εὐρυκλείους μαντείαν θ' ἑξήνοιθε
Εἰς ἀλλοτρείας γαστέρας ἐνδὺς κωμῳδικὰ πολλὰ χαλᾶται.

Eurycles autem ventiloquus fuit Athenis, qui vera ariolari censebatur, quòd genium haberet intra viscera:ab eo arioli ἐγγαστρίται καὶ Εὐρυκλῆται vocabantur. Suid. Plut. in libello de deff. oracul.

p.533.l.a.v.omnia. *Ne imiteris.*] Sophistæ passim à Platone perstringuntur, vt quodam in loco dicat eos esse euidentem discipulorum perniciem.

v. autem. *Gratijs*] Hesiod. in Theogo.tres facit. de his hymnus Orphei.

p.534.v.conferamus. *Dosiadæ ara.*] Sunt qui exponunt & intelligunt Epigramma Theocriti, quod βωμὸς inscribitur, ac Troili Epitaphium continet admodum obscurum.

Eunuchus.

p.535.l.b. vt illud. *Nec porcellus*] Carmen est Homer.ex Iliad. χ Virg.lib.12.Æn.hoc ita interpretatus est.

nec enim leuia aut ludicra petuntur
Præmia, sed Turni de vita & sanguine certant.

l.d.v. præterea. *Bagoas*] Barbara lingua significat Eunuchum,quin Ouid.de Amorib.seruum puellæ custodem Bagoüm appellat.

Quem penes est dominam seruandi cura Bagoüm.

De Astrologia.

p.540.l.d.v.Tauri.*Nam Apis*] Osiris rex AEgypti,tandem in deos relatus cum vxore sua Iside,colitur sub imagine bouis.

p.141.l.a.v.oraculum. *Ammonis*] Ammon Iouis Epitheton, hoc est,arenarius. Iuppiter enim arietis specie in extremo Libyæ arenoso colebatur. Ammonis oraculum erat olim, vt Mela scribit, fidei inclytæ, vbi responsa oratione non dabantur, sed nutu & signis, vt scribit Strabo.

p.54.l.d.v. Endymion. *Phaëthon*] Hanc fabulam persequitur Ouid.lib.2.Meta. Plat. Timæo. Arist.lib.4.de Mundo.Lucret.lib.5.

p.543.l.b. neum. *AEneam*] De eo Eustat. in lib.2.Iliad.Homer.Hymno Veneris.

p.544.l.c. v. *Lycurgus*] Plenilunium magna superstitione antiquis colebatur, & in eo mulieres partu faciliùs leuari scribit Plutarch. Prælium Lacedæmonij ante plenilunium ex Lycur-

gi præcepto non inibant. Eraſm. in Adag. Aceſſæi luna.

l.d.v.regerentur. *Arcades*] Arcades in ſummã morum immanitatem efferati ſunt, quòd cæteris omnibus amplectentibus aſtrologiam, cæteráſque liberales diſciplinas, quarum cultu manſueſcunt hominum ingenia ſoli contempſerint, ſéque fecerint ipſa Luna antiquiores. Seru. in 2. Georg.

Demonax.

p.546.l.a.v.re. *Bœoticum Soſtratum*] Huius fortaſſe meminit in Dial. Mort. & in Alexand. Pſeudom. Soſtrati cuiuſdam Sicyonij, Pauſan. meminit in Eliac lib.2.

p.547. l. a. v. Cæterùm. *Illotis pedibus*] Neutiquam inexercitatus neque rudis, quo prouerbio etiam vſus eſt in Rhetor.præcept.

l. d. v. parebat. *Socraticam Ironiam*] Hinc Socrates dictus εἴρων, vtebatur enim (vt ait Cic. 1.de off.) libenter ea diſſimulatione quam Græci εἰρωνίαν vocant.

p.549.b.c. v. autem. *A Phauorino*] De quo Philoſtrat.lib.1.Sophiſtar.

p.551.l.c. v. vero. *Herodes*] Atticus. huius Herodis Gellius, Spartianus, Pauſan. & alij meminêre & Philoſtrat. in Sophiſt.

Amores.

p.559.l.c.v. perfectum. *Taurinorus*] Sunt qui Herculem bis integrum deuoraſſe bouem ſcribunt, ſemel apud Lindum vrbem, & iterum apud Oriopas Thiodamantis bouem: Callimachus Hymno εἰς Ἄρτεμ. fabulatur Herculem iam in Deos relatum, nihilominus inexplebilis edacitatis eſſe. ὑγαρ

Πάυσατ' ἀδηδαξίης, ὅτι οἱ βοῦς ἤνυσε ἕκτην
Τῆ ποτ' ἀροτρεύοντα συνήντετο Θιοδάμαντι.

Tanta erat ingluuie quanta, cùm ſcinderet aruum,
Occurrit Dryopum ductori Thiodamanti:

exinde manſit apud Lindios ritus vt bos arator Herculi cognomento βοθοίνα immoletur cum multa dirarum imprecatione. Philoſtrat. Virg. lib.2. Lactant.lib.1.c.21.

p. 563.l. d. v. ſanè. *Parum ſubridens*] Veneris Gnidiæ templum, & lucum & ſtatuam Lucia. hîc egregiè eſt exequutus, vt & Plin.lib.36.

p.573.l.d.v.fortaſſis. *Aſpaſia*] Idem Lucia.in Gallo teſtatur Pythagoræ Aſpaſiam Periclis Athenienſium ſcortum aliquando fuiſſe.

p. 574. l. a. v. plurima. *Fagus Dodonea*] vide prouerbium Dodoneum & Cœlium Rhodiginum. lib. 29. c. 15. Sophoclem in Trachiniis de geminis columnis.

p.579.l.c.v nomina. *Coliadis.*] Genetyllis Veneris cognomina ſunt apud Ariſtophan. de quibus vide Pauſa. In Attic.

p.581.l.d.v. &. *Furijs Oreſtes*] Delphis obſeſſus furiis, Apollinis conſilio venit Athenas in Mineruæ delubrum, cuius conſilio vincens, reuerſus eſt Argos. Has verò ferias placans vocauit Eumenidas apud AEſchylum.

p.586.l.a.v.illos. *Comaſta*] Vox eſt Eidyllicorum ſcriptoribus vſitatiſſima, pro his qui cantu puellis blandiuntur & earum amorem captant Theocr. Idyll.3.

Imagines.

p.588.l. c.v. maximè. *Venerem*] Venerem Gnidiam marmoream, Euploiam à Gnidiis nũcupatam, quam Praxiteles fecit, magni eſtimat Lucia. In Amorib. Nec me fugit id Sami contigiſſe, ab Athenæo id eſſe proditum, qui volumine 13. Gnidiæ Veneris ſimulacro effingendo Phrynes amicæ corporis venuſtatem quaſi exemplar imitatum eſſe Praxitelem contexuit.

l. c. v. Athenis. *Quæ in hortis*] De Venere hortenſi vel potiùs in hortis poſita (Græcis enim ἐν κήποις Ἀφροδίτη) Lucia.in Dial.Meretr.

l.d.v.illam. *Lemniam*] Lemniam omnibus Phidiæ operibus anteponit, cui & nomen ſuum, ad eam ſcripſiſſe Phi liam refert, ab his qui eam dicarunt nomen ſortitam credit in Atticis Pauſan. nonnulli à loco qui eſt in arce Athenienſium Λήμναι nuncupato, vnde & Dionyſ. Λημνιάδος.

p.593. l. c. v. fuerint. *Pandionis natam*] Philomelam intelligit, reſpicítque ad fabulam de Procne & Philomela Pandionis filiabus de quibus Ouid.in Meta.

v.multiſonam. *Orpheus & Amphion*] De Orpheo dictum antea, de Amphione, Mercurij & Antiopes filio, Horat. in art. poët. extátque illius ſimulacrum apud Plin.lib.36.c.5.

p.597.l.a.v.neque. *Aten Homericam*] Ate dea fingitur ab Homero Iliad. 9. quam interpretantur noxam: de qua Eraſm.in prouerb. *ira omnium tardiſſimè ſeneſcit.* Bud.lib.5.de Aſſe.

Toxaris ſiue amicitia.

p.611.l.a.v. *Vos Scythæ*] Qui oram inter Tanaim & Phaſim accolunt, nunc Cercaſſij dicti, eos nonnulli Ziccos eſſe volunt.

p.617.l.c.v. tur. *A Charicles*] Claudia nimirum quadrantaria Ciceronis in Plut. & apud Cic. pro M.Cælio.

p.625.l.b.v.adductus. *Pyramidas ac Memnonem*] Pyramides ſtructuræ ſunt ex ſaxis aut lateribus, ab imo amplæ, in ſummo acuræ, atque in aliam molem euectæ, ad nihil quàm ad effundendum opes inuentæ. Memnonis autem huius cineres in aues tranſmutati feruntur, quæ magnis gregibus & diuerſis locis, ſingulis annis ad ſepulcrum Memnonis conuolare atque ibi primùm querulas voces edere, deinde inter ſe dimicare dicuntur. Ouid.lib.13.Met.Lucia.in Philoph.

p.626.l.b.v.per. *Cataſta ſtringebatur*] Hæc inſtrumẽta intellexiſſe arbitror Prudent. in hymn. 1.& 5.περὶ στεφάν. Cataſta autem inter alia, machinam ſignificat longæ & magnæ compedis formæ, qua ſerui vincti tenebantur, qualis à Prudẽtio deſcribitur in Vincent.

p.631.l.a.v.facimus *Inciſis digitis.*] Scytharũ amicitiæ vt concilientur, morem tradit, cui conforme eſt iuſiurandũ Catilinę de quo Salluſt. & Flor.

v.ſum-

v. ſummum. *Nam qui multiũ*] πολυφιλία apud Scythas non aliter infamis fuit, quàm apud alias gentes vnius mulieris cum pluribus viris conſuetudo. Sed diuerſa ſentit Cic. lib. de Amicit. & Plut. περὶ πολυφιλίας.

l.b.v.enim. *Per ventũ & Acinacem*] Iuſiurandũ Scytharum νὴ τὸν Ακινάκην καὶ νὴ τὸν Ἄρεμον. tametſi Acinaces vocabulum ſit Perſicum enſem ſignificans vt tradit Herod.in Polymnia.Græci tamen etiam pro gladio Scythico vſurpare ſolẽt, quem ſicut Deum quendam gens illa obſeruaret & coleret. Clem. Alex. Σκυθῶν δὲ οἱ Σκαυρομᾶται ὡς φησὶν Ικέσιος ἐν τῷ περὶ μυσίρνων, Ακινάκην σέβεσθαι. Ammia, lib.13.Lucia.in Tragœdo.

p.634.l.c.v. vero. *In Tergore bouis*] .i. ſupplex implorat auxilia: natum adagium à conſuetudine ſedendi in tergore bubulo: Scythæ enim diſſecto in minimas partes boue,fœdus iungebant. Morem hunc etiam Homolottis fuiſſe teſtatur Zenodotus.

p.642.l.c.v.qualem. *Geryonem*] Geryon Eritheæ inſulæ in Gaditano mari rex tricorpor fuiſſe fingitur,ob adminiſtrationem regni cum duobus fratribus concordiſſimam, ſunt qui trium Hiſpanicarum inſularum regem faciunt,Balearidum ſc.duarum & Ebuſi.

Lucius ſiue Aſinus.

p.643.l.a.v.quum. *Theſſaliam*] Græciæ regionem cuius montes ſunt 24. nobiliſſimi, flumina quoque inſigniora aliquot, & inter celebres vrbes, Hypata, Patara, vbi Apollo dabat reſponſa hyemalibus menſibus, & Lariſſa à qua Achilles Lariſſæus dictus.

p. 646.l. a. v. Hypparchi. *Magæ*] Non erant olim magi plebeiæ ſortis homines,ſed apud Perſas,Æthiopes,Chaldæos & Indos, ex regia ſtirpe proceres, in ſecretioribus Philoſophiæ & artis Mathematicæ arcanis educati, ſagaciſſimi ſympathiæ rerum naturalium & diuinarum explo-ratores.

l. b. v. vlciſcitur. [*Hos in belluas*] De hominum & brutorum metamorphoſi in alias formas Ariſt. de Mirabil.aud.Ouid.lib.14.Met. Plin. lib. 8.c.22. Ariſt.lib.9.c.36.lib.8.c.5.Solin. lib.9. Aug. lib.18.de Ciuit.Dei.c.16.Virg.Eccl.8.

l.c.v. cognoſces. *Seruis enim*] Quibus in domibus,aut paterf. aut materf. nequiter libidinoſéque viuit, in eis ſeruos non eſſe ſeruos, neque communi conditione ſeruitutis vti, ſed liberiùs & licentiùs viuere, quotidiana docet experientia,Cic.pro Clœl.

v.vxorem. *Palæſtra*] Iocosè inditum ancillæ nomen vt apud Plaut.in Ciſtel. cuidam Gymnaſium.

p.649.l.b.v. circumſpiciens. *In aſinum*] Vitia quidem non tam corpus, quàm animam, verùm hominem immutant. Sunt etiam vitia animorum veneficia, quibus auari & raptores in harpyas,libidinoſi in Satyros,obſcœni in porcos aſinos ſiue iumenta, tyranni in lupos & alias beſtias transfigurantur. Auguſt.de Ciuit.Dei.lib.18. c.17.& ſeq.

l.d.v.conſpexere. *Veriti ne fœnum*] Non ſolum zelotypia equi laborant, ſed etiam inuidia & æmulatione.Ariſt.lib.2.Rhet.

Iuppiter confutatus.

p.674.l.a.v. Apollinem. *Admetum*] Apollo inter paſtorum numina numeratur, nam & ipſe greges Admeti Theſſali regis pauiſſe dicitur. Virg.

& te memorande canemus
Paſtor ab Amphryſo.

p.675.l.d.v.&. *Adraſtus*] Argiuorum rex,vnus ex ſeptem ducibus qui profecti ſunt Thebas, vt reſtituerent in regnum Polynicem.

p.676.l.b.v.traiecto. *Hale*] Halys Paphlagoniæ fluuius maximus, ex Tauri montis radicibus profluens per Cappadociam, & à Meridie Syros & Paphlagonas interfluens.Luc.lib.3.Ouid.4.de Pont.

p.678.l.c.v.fatum. *Pro Siſypho*] De Siſypho ob latrocinia à Theſeo interfecto leg. Virg. 6. Æn. Ouid.16.Meta.vide Prouerb. *ſaxum voluere.*

Iuppiter Tragœdus.

p.680.l.a.v. *O Iuppiter*] Exordium ab attentione & rei magnitudine.

p.681.l.a.v.quamobrem. *Polus aut Ariſtodem.*] Sunt hiſtrionum nomina, vt infra.

l.b. v. diſputationem. *De prouidentia*] Res & cardo totius negotij.

p.687.l.b.v.damis. *Riſu Sardonio*] Ridere riſum Sardonium dicuntur,qui riſum rident τὸν ὃπὶ ὑδινὶ ὑγῇ ſic in Aſin. Σαρδόνιον γελᾶσης ἔλεγον. i. *Sardonicè ridentes aiebant.*

p. 699. l. a. v. turbatus. *Clypeum ſe abiecturum*] Clypeum abijcere dixit pro eo quod eſt cauſæ diffidere & contentionem relinquere. Deſperat enim quiſquis in bello arma abijcit, & aut fugam ſpectat, aut mortem exſpectat. Græci ſimplici vocabulo ῥιψάσπιδας vocant timidos, id cognominis Demoſthenes in prælio quondã emeruit. Cleonymus apud Ariſtophan.in fuc.ἀσπιδοπόλας appellatur. Plat. lib. de leg.12.declarat ῥιψάσπιδος nomen multo probroſiſſimum eſſe.

Somnium ſiue Gallus.

p.705.l.c.v. *Mutus piſc.*] Ariſt.2.de anima adimit omnibus piſcibus vocem, excepto Scaphro & Porco fluuiatili.Veteres autem quemuis piſcẽ vocabant ἔλλοπα, quòd vocem edere non poſſet. Vnde Plutarc.in Sympoſiac.& Athen.exiſtimant Pythagoricos à piſcibus abſtinuiſſe ob ἰχθυοφαγίαν.

v.ne. *Per ſomnium diues*] Simile protulit Cic.in Saluſt. Paſtor quidam apud Theocr. in Eclog 9.

ἔχω δέ τι ὅσσ' ὀνείρῳ
Φαίνονται, πολλὰς μὲν ὀΐς πολλὰς δὲ γιμαίρας.
Poſſideo quæcumque ſolent ſub nocte videri
In ſomnis, vim magnam ouium multáſque capellas

v.expertectus. *O prodigiorum*] πρόμος Ζεὺς Sophocl.in Oedip.Epicolon. Ζεῦ ἀλεξήτωρ τίς ποθ' ὁ πρόμος. Heſychius ait πρόμους θεοὺς Deos eſſe

ſignorum ac prodigiorum effectores.

l.d.v.Homeri *Achillis equus*] Iliad.7.in fine.

p.706.l.a.v.nauis. *Argo*] Dicitur fuiſſe prima nauis in qua Iaſon cum 54. Heroibus Theſſalis nauigauit Colchos ad rapiẽdum vellus aureum, dicta ab eiuſdẽ nominis artifice,alij ab ἄργον quod eſt velox. Facta eſt ex arboribus Dodonæ ſyluæ Epyri Ioui ſacræ,quibus olim oracula reddebantur:vnde poëtæ finxerunt hanc nauem fuiſſe vocalem Apoll.lib.4.Argon.

p.707.l.a.v.audiſtin' *Mneſarchida*] Samij Mneſarchi annulorum ſculptoris, de quo Laert.

v.illum. *Qui inſtituit*] De diſciplina Pythagorica Gell.lib.1.c.9.lib.4.c.11.Ouid.lib.15.Met.

v. vel. *Carnea guſtaret*] Senec.Epiſt.19.

v.Pythagoras, *Euphorbus*] Nobilis Troianus Iliaco in bello,à Menelao occiſus,cuius animum Pythagoras in ſe immigraſſe affirmabat. Ouid. lib.15.Met.

l.c.v. Samio. *Tanagræus*] A Tanagra Bœotiæ mediterraneæ vrbe de qua Ptolom.lib.3.c.5.Plin. l.b.10.c.2.

p.708.l.d.v.Pythagora. *Atqui duas*] Homer. Odyſſ.7.

Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμβροτοῖο ὀνείρου

Virg.6.Æn. *Sunt geminæ ſomni portæ* &c.

Icaromenippus.

p.736.l.c.v. admodum. *Titanico vultu*] Titanicum toruum vocant ac tetricũ, ac cuiuſmodi feruntur fuiſſe veteres illi Titanes.Id.in Timo.

l.d.v.magnitudine. *Attonitus*] ἐμβρόντητος, ἢ ἐμβροντηθεὶς à Græcis κυρίως appellantur, quorum mẽs aut ictu fulminis, aut incredibili eius pauore obſtupeſcit, vtrumque vocabulum per metaphoram ad alia transfertur. Stupidum atque animi impotentem plerumque ſignificat. Moſcop. ἢ ὁ ἐμβρόντητος λῆρος ὁ ἐξω φρενῶν. Demoſt.de Coron. ἐμβρόντητος, εἶτα ταῦτα λέγεις. Hos Latini attonitos dicunt,Celſ.attonitos quoque rarò videmus,quorum & corpus & mens ſtupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo; ἀποπληξίαν hunc Græci vocant.Ouid.Triſt.1.

Non aliter ſtupui, quàm qui Iouis ignibus ictus
Vixit, & eſt vitæ neſcius ipſe ſuæ.

Xenoph. Anabaſ. γ.& ἑλλην. δ. vſus eſt his dictionibus.

p.738.l.c.v. poſſet. *Exemplo Pyrrhonis*] Gell.lib. 11.c.5. De Pyrrhoniis loquens ſcribit. *Nihil decernunt,nihil conſtituunt.* De his Cic.in Lucull.

p.739.l.a.v.ancipites. *Ceres panem*] Ceres Opis & Saturni filia Dea frugum fingitur, pleriúmque pro pane, aut cibo accipi ſolet, ſecundum illud Terentij,*ſine Cerere & Baccho friget Venus.* Cur autem ab antiquis Dea iudicata ſit,quæve prima repererit,ſcribit Plin.lib.7.c.56.

Bis accuſatus.

p.742.l.a.v. *Cæco*] Homerum à cæcitate ſic dictum ſcribunt. Herod.& Plutarch. ὄμηρον enim cæcum appellant Cumani.

p.743.l.c.v.v.aſpirantes. *Aut ſomnum*] Qualis Deus ſit Somnus & ſomnium vid.2.Iliad.& Virg.6.AEn..De ratione ſomniorum vide Lucia. Somnium ſiue Gall.Homer.in Odyſſ.19.

p.745.l.c.v.lata. *Tu vero filia*] Phurnutus Iouem Iuſtitiæ patrem creditum ait, ea ratione, quòd ſit princeps & Imperator vniuerſorum, quódque quæcunque reges facerent, vt iuſta & æqua putarentur. Eadem ratione Anaxarchus Sophiſta in quarto Hiſtoriarũ Arriani antiquos ait Ioui aſſiſtentem iuſtitiam feciſſe,quam interpretationem Arrian.non ſatis probat.

ibid. *Aſſiſtens iuxta Deas*] Harpocration ſcribit Athenienſes vocare Erinnyes σεμνὰς θεὰς quaſi dicas,Deas caſtas & incorruptas.Pauſa.in Corinthiac.ait Semnas ac Sicyonijs,Eumenides dici ab Atticis: in Attica tamen etiam Deas Semnas vocari. Has vocat Heſiod. in Teogo. Erinnyes. Semnis Deis oues prægnantes immolabant & melicratum.

l.d.v. miſer. *Gallum Æſculapio*] Cum dracone etiam gallum attributum legimus propter vigilantiam, de quo ipſi res ſacra fiebat. Quin & Socrates apud Platonem moriturus,ſumpto veneno, cùm puer illi detexiſſet, quòd illi iam frigerent præcordia, gallum debemus ô Crito.

p.757.l.a.v.at. *Scriptorem Syrum*] Intellige Lucianum Rhetorem ex Samota Syriæ ciuitate natum. Syria autem maioris Aſiæ regio eſt, iuxta Iudæam,quæ hodie Syria vocatur, de qua Strab. lib.16.Plin.lib.5.c.12.& 22.Pompo.Mel.lib.1.

Paraſitus.

p.763.l.a.v. ſibi. *Tum alij ſunt vtiles*] Plat. in epiſt.ad Arch.Tarent. ἀλλὰ κἀκεῖνο δεῖ σε εὐδαιμονεῖσθαι, ὅτι ἐκεῖνος ἡμῶν, οὐκ αὐτῷ μόνον χάριν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ πατρὶς μείζονα, τὸ δὲ τι οἱ γενέσαντες, τὸ δὲ τι οἱ λοιποὶ φίλοι.

v.ſciens. *Muſica*] Antiquitus nihil eruditum habebatur ſine muſica,vnde apud Comicos, qui litteras ſe didiciſſe negant, aiunt ſe non didiciſſe muſicam.Muſica & Arithmerica primùm inſtituebantur iuuenes.Athenis.Lucia.in Gymnaſ.

p.764.l.c.v.ſcripſeris. *Dioni philoſopho*] Dion Alexandrinus natione, præcipuam in philoſophia laudem eſt conſequutus. Suid. Philoſt. & Syn.de laude caluitij Lucia.in peregrino.

p.765.l.a.v.ollæ. *Olla vitioſa*] Vt ærea vaſa tinnitu dignoſcuntur. Ita homines ex ſermone, huc alluſit Perſ.Sat.3.

ſonat vitium percuſſa maligne,
Reſpondet viridi non cocta fidelia limo.

Et rurſus in Satyr.5.

pulſu dignoſcere cantus
Qui ſolidum crepet & picta tectoria lingua.

l.b.v. *Argentarios*] ἀργυροκόπους vulgo menſor & menſarius à Græcis κολλυβιστὴς nummullarius & trapezita.

v.ad miniculum. *Adulterinos homines*] Quod ſimplex non eſt neque ſincerum,id vulgato verbo Græci κίβδηλον vocant, hinc ducto vocabulo, quòd aliud præ ſe ferant, aliud tegant, ἀπὸ τοῦ κάβδην τὸ δόλον, vel quòd Athenienſes ob ſummum in Chios odium, ſi cui malè vellent, huius nomen nomiſmati

nomiſmati ſolent inſcribere, addita littera, iſſque in terram abiectis dira imprecari. Ὀβελὸν τὸν χύτ, βδελύττῃ. Sed propriè nummum ſubæratum ὀβελὸς appellant, & ὀβελίαν corruptelam.

l.d.v.generoſiſſimo. *Qui conuiuas*] Hæc Platonis ſententia extat in dialogo, qui inſcribitur Gorgias, ſiue Rhetor.

p.767.l.b.v.dicere. *Philocteten*] Eſt apud Philoſtratum in Heroic. & Homer. in Catal.nauium.

v.quando. *Græcos compeſcuit.*] Homer.Il.α.

τὸν δ' ἀχαιοῖς ἐπίτασιν ἐρητύσασκε θοὸς Ἄρης

p.774.l.a.v.iuſſis. *Ariſtippus*] Genere Cyrenaicus maximè voluptarius fuit, canis regius à Diogene nominatus, quòd aſſentaretur Dionyſio, ad hunc Stratonem, vel vt alij, Platonem dixiſſe tradunt. Tibi ſoli & chlamydem & veſtem reijculam ferre datum eſt.leg. Diog. Laert.lib.2.Horat. epiſt.lib.1.

l.c.v.autem. *Ariſtoxenus*] Muſicus dictus fuit à patre muſicæ præcipuo magiſtro, auctore Suid. Stephanus de vrbibus, in dictione Tarentum, ſcribit hunc fuiſſe patria Tarentinum. de hoc Cic.& Gellius.

v. atque *Nelei*] De hoc Athen. lib. 1. *Paraſitus Euripid.*] Hoc abundè Suid.& Gell.lib 15.

l.d.v.extremum. *Anaxarchus*] Legend. Laert.

p.776.l.b.v. ſemel. *Iſocrates*] Et alij, quos poſtea nominat ætate eadem viuebant Athen. leg. Cic.de clar.orat.Quintil.lib.1.Plut.in Phocio.

l.d.v. vterque. *Abiecto clypeo*] Demoſthenes clypeo ſuo litteris aureis ſcripſerat ἀγαθῇ τύχῃ attamen cùm ad pugnam ventum eſſet, abiecto clypeo aufugit, quòd cùm illi probro daretur, eluſit hoc verſiculo.

Ἀνὴρ δὲ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται.

Cætera huius dialogi deſumpta ſunt ex Iliad. & Odyſſ.

De Gymnaſiis.

p.786.l.c.v.arido. *Illi ſtantes*] Tria erant apud Græcos certamina, pancratium, palæſtra, & curſus. De pancratio, ludorúmque generibus, quibus Græci antiqui & Romani vſi ſunt, lege Bud. annot. ad l. Athletas. De his qui notantur infam. & ad l.qua auctione ad l. Aquiliam. Gell. lib.13.c. 26. Propert.lib.3.

p.792.l.a.v.eſt. *Sydus feruentiſſimũ*] Canis ſydus quæ & canicula, ardentiſſimo æſtatis tempore exoritur, ſole primam partem leonis exorientem qui dies 15.ante Auguſti Calend. eſt Plin. lib 2. c.47.lib. 18.c. 28.

l.d.v.itaque. *Ob ſua in Remp.*] ἐπώνυμοι. priſci heroes fuerunt, à quibus Atticæ tribus ſua cognomina acceperũt, his magni honores ab Athenienſibus collati, ſtatuæq; in arce eius vrbis collocatæ. Horum nomina ſi quis deſideret, Pauſaniã in Atticis,& Demoſthen. ὁ δεκατεύων cõtulat.

p.794.l.a.v.auſcultante. *Si quis meditato*] Apud Areopagitas oratoribus haud licuiſſe affectus mouere, vt quibus iudicũ animi à veritatis luce in falſitatis caliginem ſæpe abducũtur, autor eſt Quintil.lib.2.c.17. Igitur Athenis interdicebat præco dicturis in cõcione, ne vel præfatione vel affectibus vterentur, rem modo exponerent ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν.

p.795.l.d.v.mẽtem. *Muſica*] Inter reliquas Cyclicas diſciplinas primo loco muſicam diſcebãt, quam & Epaminõdas & alij nobiles viri ſumma cum induſtria conſectati ſunt, vt admonet interpres Ariſtoph.in Equit.& Athen.lib.14.

p.796.l.d.v.dixi. *Sophiſta*] Cum tam crebro fiat ſophiſtarũ Philoſophorúmq; mentio, nõ inutile fuerit diſcrimẽ eorum explicare, ídq; ex Platone potiſſimũ, qui ſophiſtã his ferè coloribus depingit, vt ſit auarus, ambitioſus, vanus, & virtutis expers, in nugis occupatus, ac propterea tum fugiendus, tum contemnendus. Contrà philoſophus, ſummũ ac propè vnicũ virtutis & veritatis ſtudiũ habet, cætera omnia vel leuiora ducit, vel cõtẽnit, probitatis & ſapiẽtię magiſter & exẽplũ.

p.805 l.a.v.cotúrnices. *Gallos gallinaceos*] Plinius ſcribit Pergamis, omnibus annis ſpectaculũ gallorum gallinaceorum certantium ſolenniter ac publicitus edi ſolitum, ſeu gladiatorum. Id & Athenis factitari cœptum eſt. Æliano referente, à Themiſtocle ſuperatis Perſis.

l.d.v.aram. *Lorũ ac flagellũ*] Ad Dianæ Orthiæ aram pueri Lacedæmonij flagellabantur, vt patet apud Pauſa. in Laco. Cic. 2. Tuſcul. Plut. in Lycurg.Tertul.in Apologet.

De luctu.

p.808.l.a.v.ſapientes. *Vocant Idiotas*] ἰδιώτης ὁ ἀπολίτευτος, ἢ ὁ ἀμαθὴς, ἢ ἀγράμματος. leg. Cic. 7. Verr.

Ibid. *Homero*] De Homero fabularum patre vide Menippi & Æaci dialogum.

v. eſſe. *Tartarũ*] Tartarus Heſiodo is locus eſt, in quo Saturnus & eius comites cõtinentur: ſæpè tamen pro loco inferorum capitur. Sed eum eſſe aërem ſub vtróq; cardine craſſum, perpetuo frigidũ, Crates ſcribit. De inferis & Campis Elyſijs ſcripſit accuratè Virg.ex Gobria Mago.apud Academicum Xenocratem. Sed an inferi ſint, & de inferorum pœnis Cœl. lib.6 c. 9. Dicitur autem Tartarus à ταράττω vel à τερπεῖζιν.

l.c.v.horrentis. *Cocyti*] κωκυτὸς à luctu & eiulatu nominatur lacus autem eſt inferorum, qui ex ſententia Homeri Odyſſ. κ. ex Styge manat, de quo Senec. Hercul.fur.& Virg 6.Æn.

v.grauiſſimum. *Acherontica*] Inferorũ fluuius à nomine Acheron, carminibus poetarum celebris, quaſi ſine gaudio, Virg.2.Georg.& 6.Æneid.

l.d.v.eſt. *Æacus*] Tres ſunt inferorum iudices, de quib. Virg.6.Æn.Ouid.in Ibin. Iouis filij fuere, Æacus ex Ægina Aſopi filia, Minos & Rhadamantus ex Europa, vterque Cretenſis, hic Lyciæ rex, ille Cretæ.

l.d.v.que. *Canis triceps*] Cerberus à poëtis fingitur eſſe canis triceps inferorum cuſtos.

v. eos. *Aſphodelo*] Aſphodeli mentionem & Homerus fecit, ſi tradidítq; manes eo veſci. Heſiod.lib.1.oper.

v.cóque. *Lethæ*] Lethæli amnis Ptolemæo & aliis fit mentio, dicitur ἀπὸ τῆς λήθης ab obliuione.

p.809 l.d.v. *Lotos*] Lauabant Ethnici olim ſepulturæ danda corpora, Eurip.in Hecuba ὡς πατρῴοις τοῖς παισὶ πᾶσι λύσω.

p.812.l.c.v. *Græcus exurit*] Homer.in funere Patrocli docet Græcos cadauera combuſiſſe.

ib. *Perſa defodit*] Perſas cera circumlitos mortuos condire ſolitos ſcribit. Cic. quod & Aſinijs attribuitur Strabo etiam, ſola, inquit, ſepeliunt corpora Perſæ cera oblinentes.

ibid. *Indus adipe ſuillo*] Inungebant cadauera, pollinctores & libitinarij, quæ in pyra mox cremarent. Virg.

Rhetorum præceptor.

p. 816. l. a. *Cebes ille*] Cebes Thebanus Philoſophus fuit diſcipulus Socratis, quem ſcripſiſſe dialogos tres, qui inſcribuntur ἐδόμη, φροντιχς πίναξ Autores ſunt, Laert. lib. 2. & Suid. ſed præter πίακα nihil extat.

v. ac. *Amalthea cornu*] Rhea Iouem enixa, metu patris infantem in Creta occuluit, nutriẽdum à duabus nymphis, Adraſtea & Iſida Meliſſei filiabus, hæ nutricauerunt illum capræ cuiuſdam lacte, cuius nomẽ fuerat Amalthea, eam capram Iuppiter iam adultus in ſydera retulit, vocatúrque à Græcis αἴξ θεόπιος, huius alterũ cornu nymphis muticibus dedit videlicet officij præmium, hanc adijciẽs facultatem, vt quidquid optaſſent. id illis ex eo ſuppullularet, hinc adagium ἀμαλθείας κέρας.

l. c. v. quam. *Heſiodus*] Heſiod. i. ἔργ. ait aſperam eſſe ad virtutem viam, cacumẽ vero molle, hinc Pythagoræ littera, de qua Virg.

p. 818. l. c. v. Sardanapalum *Cinyram*] Pindar. in Nemæis, & Plat. lib. 2. de leg. meminerunt Cinyræ. Item Suid. in dict. καταγεφύρω.

v. aut. *Agathonem*] Agathonis poëtæ tragici ſplendidi & liberalis meminit Ariſtophanes in Theſmophoriis cuius carminũ molliciem multis modis deridet. Meminerunt Suid. & Plato.

p. 822. l. c. v. *Paanienſis*] Quid per hanc dictionem ſit intelligendum nemo facilé diuinabit. Eſt tamen qui Platonem intelligit, & fortaſſe rectè, quum παιανιδὸς tribus quædam Atheniẽſis fuerit.

p. 823. l. a. v. num. *Sycophanticis*] Legend. Plut. de curioſ.

l. c. v. *Loquaciores*] Mulier animal natura loquax. Plaut. in Aulul. *Nam multum loquaces merito omnes habemur.* Idem in Ciſtell. *Largiloquæ exemplo ſumus plus loquimur quã fas eſt.* Euripid. in Phœniſſ.

Φιλόφλεγον δὲ χρῆμα θήλεον ἔφυ
Σμικρὰς σὶ ἀφορμὰς ἢν λάζωσι τὴν λόγων
Πλείους ὁποφέρουσιν ἡδονὴ δὲ πᾶς.
Γυναιξὶ, μηδὲν ὑγιὲς ἀλλήλαις λέγειν.

Philopſeudes.

p. 825. l. b. v. mentiri. *In rem*] Dives ille apud Iuuenal. *quid enim ſaluis infamia nummis.* Oreſt. in elect. Sophoclis δοκῶ μὲν ὑδὲν ῥῆμα σὼν κέρδει κακὸν.

p. 826. l. c. v. quod. *Herodotus*] Herodotum veriùs mendacium quàm hiſtoriæ parentem nuncupaueris. Mira enim ab eo de Xerxis expeditione & trãſitu, id Lucia. lib. 2. ver. hiſt. inter mẽdaces Creſiam, Gnidium & Herodotum ponit.

p. 827. l. a. v. *Pana.*] Pan. cum Athenienſes duce Miltiade cum Perſis eſſent dimicaturi in campo Marathonio eo in loco Græcis auxiliũ tulit, atq; repreſſit Perſarum ferociam, meminit Theocr. in Syring.

Aduerſus indoctum.

pag. 866. l. d. v. ac. *Ficulneis*] Prouerbium eſt de quo Eraſm. Adag. Ficulnus.

p. 868. l. d. v. tibi. *Treſſæ mulieres*] Thraciæ, quas depingit Ouid. 11. Metam.

p. 870. l. a. v. etiam. *Dionyſium*] Meminit Cic. ad Attic. lib. 9. vnde prouerbium factum eſt. Διονύσιος ὁ Κορίνθιος.

De Apophrade.

p. 887. l. a. v. *Nomen Apophradis*] Apophradis vocabulum in vſu eſſe probat. Heniochus enim Comicus fabulam conſcripſit, cui titulus eſt Ἀποφράς. i. dies inauſpicatus. Olim vocabantur inauſpicati, quibus publica non licebat agere.

Ἀνθρωπὸς ἀποφράς ἢ βλέπων ἀπιστίαν.

Nauigium ſeu vota.

p. 932. l. a. v. nutrire. *Crobylli*] Crobylus, crinium plexeus in acumen deſinens, de quo Thucydides in primo Plut. in libello de Tacente Pythia Tertull. lib. de Veland. virginib. de cicada Athenienſium Greg. Nazianzenus.

Κεκροπίδαι πτύλια πλόκων ὑπὲρ ὠῒα γαίης
Γηγενεές.

De Morte peregrini.

p. 994. l. a. v. quidam. *Nónne vero*] Igne mori multi glorioſum putarũt, inter quos etiam fuit Colanus, qui ſe vltro incẽdio obtulit, cùm iam mori decreuiſſet. Nicolaus Damaſcenus & Philoſophus & hiſtoricus ſcribit à ſe viſum Zarmano chegam indum qui ſatis fortunatus Athenis ſe cremauit, quòd abundè vixiſſet in cuius tumulo ita inſcriptum fuit. Ζαρμανοχήγας Ινδὸς ἀπὸ Βαργόσης κατὰ τὰ πάτρια Ινδῶν, αὐτὸν ἀπὸ θανατήσας κεῖται.

Saturnalia.

p. 1020. Saturno ſacra fiebant, de quibus in primis Macrob. lib. 1. c. 8. & 10. & L. Gerald. de Annis & menſibus, hæc κρόνια dicebantur à Græcis, & primò vno die tantùm. i. 14. Cal. Ianuarias celebrari ſolita, ſed poſt in triduum propagata. primùm ex adiectis à Cæſare huic menſi diebus, deinde ex edicto Auguſti, quo trium dierum ferias Saturnalibus addixit, à 16. igitur cæpta in 23. deſinebant quo ſolo fieri antè conſueuerant.

pag. 1021. l. c. v. ſecunda. *Teſſera*] Teſſera lateribus conſtabat ſex, quibus inter ludendum vtebantur tribus. Suet. Auguſto.

Epiſtolæ Saturnales.


p. 1029. l. a. v. erat. *Sublata inæqualitate*] Spectauit hanc æquationem Plato, & ante eum Lycurgus inſtituit. Cic. lib. 3. offic.

l. b. v. nam. *Formica Camelus*] Dicitur hoc prouerbium de vehementer inæqualibus.

De Syria Dea.

p. 1057. l. a. v. *Eſt in Syria*] Lucianus hîc de Dea Syria varias recenſet opiniones, ſeu illa Atergatis, ſeu æſtarte, ſeu quæcunq; alia illa fuerit quæ in Hierapoli vrbe colebatur, addit & ſacra & eorum ritus quæ ridenda potiùs quàm referenda erant. Cic. lib. 3. de Natur. Deor.

FINIS.



LVCIANI
RERVM MEMORABILIVM,
seu, VETERIS FABVLÆ ET HISTORIÆ,
INDEX.

Abauchas & Gyndanes amicorum par 641.c.& f
abderitarum morbus 346.c ridicula post morbum 347.a.& f.
abdicare adoptatum, non licere 452. a
non licere bis abdicare 450 b
aboni murus 477.d.& f.
abonitichitarum ciuitas 493.d
abradatæ coniux 591.d. 596.c
abrœa, Luciani matris amica 644.d
abrotanum meretrix 963.a
academicorum venditio 193. d. & f. dogmata ibid. eorundem nihil statuere 738.c
acanthus à tyranno in quem conspirauerat, seruatus 466. d
quid accidens & præteraccidens 195. c. & f.
accusator verus vt se gerat 879.d
acherusius campus 163.a
achillis in Patroclum turpis amor 585.d
achilli conspectus armorũ ad quid valuerit 902.a. idem inter virgines abscõsus 970.d
achillis & aiacis parui pretij monumenta 180.b
de achille fabulis, Homero creditur, quòd non viuo illo scriptæ 366.c
in acie nouaculæ constituti 680.d
acinaces & zamolxis Scytharum dij penates 342.b
acinaci Scytharum sacrificium 699. d. per Acinacem cur iurant Scythæ 630.c
acinacis & sanguinis vsus ad confirmandam amicitiam 642.d
acrisij custodiæ 712.d
actæonis casus cur 81. b. 1097.d
actioni quæ actoris odium præ se fert, fidei nihil esse potest 884.d
admetus ineptus poëta 554.a
ritus adonidi persoluti 1058.a
adonis fluuius 1058.d. de eo quæ narrentur mira ibid.& f.
adoratio Persarum erga reges 941.c
adrastea dea 263.d. 984.c
adrasti aberratio à sue in Crœsi filium 675.d. 676.a
adulatio malorum omnium maximè seruile. 264. d
adulatores magis pérditi quàm quibus adulantur 21. b
adyrmachus Machlyniæ dux 633. b eiusdem mors 639. a
ab ipso non procul abest Æaco 260. b
aëdonum fabula 14. a
ægiali 497. a
ad Ægisthum Iouis prædictio 1123. d
ægyptiorum templa ridicula 592. c dij ridiculi 592. d apud Ægyptios primùm notitia deorum, templa, lucj 1057. b
ægyptij aquæ sacrificantes 699. d Ægyptiorum sacri scribæ longæui 912. b Ægyptij philosophiæ susceptores 1011. a
ænigmata narras 123. a. 193. c 900. a
æolocentaurus 390. c
in aërem purgatio, dicta combustio 1003. b
aëris ingens altitudo tartarus dicta 543.d
aërocoraces 379. b
aëroculices 379. b
æqualitas res omnium iucundissima 1035.c
æschines tympanistriæ filius 6. a Philippo gratus ibid.
æschinis in Timarchum grauis accusatio 263. d
æschinis ignauia, proditio 776.b
æschines, parasitus Dionysij 774.a
æschines familiaris Socratis 595. c
æschylus tragœdiarum scriptor inter pocula 1082. b
æschyli pugillares à Dionysio comparati 870. a
æsculapij officina 737. d æsculapius medicus 98. a æsculapij profunda barba 692. a æsculapij & herculis de sessione contentio 78. d & f. de æsculapio plura ibid. æsculapius in ouo repertus 480. a & f. bis natus 480. b
æsopus fabularum scriptor 729. b
æsopi fabula, de homine singulas vndas pernumerare conante 325. c
inculpati æthiopes 697. b. 62. c

æthiopem lauare 875. a
æthiopes dici ſacrificantes 699.d
æthiopum ſapientia 539. 540 aſtrologiæ traditio ab ijs 539. d cœli apud eos temperies 540. a
æthiopes philoſophiæ ſuſceptores 1011. a
æthiopum ſaltationes 505. b
aëtion pictor 590. b
quomodo innotuerit 328. b Proxenidæ gener factus ibid.
afranius centurio 359. d idem ad tumulum Seueriani ſe iugulat 360. a
agamemnonis cum dijs comparatio 609.b.c
agamemnonis fallax ſomnium 698.c
agamemnon vinolentus 109. b
agamemnonis & achillis laus 846.b
agatharchidæ hiſtoria Aſiatica 917. b
agatho tragœdiæ poëta 818. c
agathobulus philoſophus 546.d
agathobulus 998. b
agathocles Stoicus 731. a
agathocles medicus 224. c
agathoclis & diniæ amicitia 617. a & ſ.
agathocles Peripateticus 552. b
agathoclis Siciliæ tyranni ætas 913.d
agathocles Simius primorum ordinum ductor apud Alexandrum 882. d in periculum graue adductus, quòd Hephęſtionis ſepulchro illacrymaſſet 883. a
agenor Sidonius, Europę pater 112. a
bene agere non cunctandum 22. d
ajacis furor pro armis Achillis Vlyſſi traditis 154. d ajax Telamonius ad ſeſe reuerſus 399. b ajacis Telamonij apud Rhadamanthum cauſa acta 394. a aiacis repræſentator contra decorum furens & veſanus 522. a. b pœnitentia pòſt ductus & decumbens 522. d ajax paraſitus. 778. b ajax non vſque adeo magnus qualis Homero fingitur 714. d
ajax Locrenſis in impiorum locis 396. c
alæ à Menippo vt adaptatæ 726. a 729.c.d
alani & ſcythæ cultu & lingua eadem vtentes 617. coma tantùm differentes.637.a
alapas infligere, & ſimilia, viri amantis indicia 975 d
alcæus Mileſius formoſus 351. c
alcamenis ſtatuæ in pretio 286. a
alceſtis ab inferis reuocata 146. b
ab Alcibiade amputatæ ſtatuæ 570. b
alcibiadis reditus 1089. a eſſe alicui alcibiades 1007.b
alcidamas Cynicus 1042. d alcidamas tibicinæ veſtem ſuſtollens 1055.a
alcidamas 1081. c
alcmenæ fabula 75. d & ſ.
de Alcyone fabula 52. b & ſ.
alcyonum partu ſerenitas 53. b alcyonis nidus miræ magnitudinis 405. d matris, ouorum, pullorum mira ſpecies ibid. & ſ.
in vno viro iacere aleam 338.d
alexandri irriſa ſuperbia, mortalis cùm eſſet, diuinos honores ferentis 132. a & ſ. de Hammone parente, de Olympiade quæ credita ibid. alexandri factum laudabile & regium in Darij vxore, matre & filiabus 135. a cum Hercule & Baccho collatio 135. d alexandri & Annibalis de præſtantia altercatio 129.a & ſ. res geſtæ ibid. alexandri Magni factum laudabile 601. b alexander Annibali præpoſitus iudicio apud Rhadamanthum acto 394. c apud Cyrum Perſem primum, collocatus 394. c alexandri Magni ad Iſſum pugna 272.a alexandri commentum quo ſe Deum haberi voluit, culpatur & ridetur 134. a & ſ. alexander in Cydno lauari voluit 900. b alexandri & Pyrrhi laus 846. b in alexandri morbo quid factitatum à Macedonibus ægrum intueri volentibus 483.b
alexandri cuiuſdam impoſtoris vita, res geſtæ à 473. ad 498 patria 473.c alexandri impoſtoris ſceleratiſſimi facinus impudentiſſimum 493.a & ſ. alia ibid. alexandro impoſtori oracula reddita 478. c genus ementitum ibid. eius impoſturæ 479. a. b & ſ. alexandri impoſtoris ingeniũ vltra quàm vulgaris latronis 487. c filia Rutilio deſponſata 488. c initiationes inſtitutæ 489. b amores 489. d & ſ. n aſcula Venus 490. c alexandri impoſtoris merces pro oraculis 484. a fraus detegi à multis cœpta 484. c cũ Epicuro bellũ & inimicitiæ irrecõciliabiles 484.d 485.a cũ Platone, Chryſippo, Pythagora alta pax ibid. alex. impoſtoris in Lucianum perfidia 496.c mors 497.d
alexander medicus 1007. c
alimenta mala corpus tabefaciunt 1103. b
aliſodemi verſus 1086. a
aloei filiorum audacia punita 169. c d
alphei & Arethuſæ fabula 101. c & ſ.
alytarches ſortiũ contemplator & explorator 300. a
ἀκλῶν σου δῶτε δέκευσθαι 533. d
amaltheæ cornu 816. a
amantis viri indicia 975. d qui amant iracundi ſunt 95.d credere ſeſe amari, plurimùm illicit 617. d
amaſtris vrbs Pontica 485. b 639.d
amatoris cuiuſdam inſania in Venerem marmoream 565.b amatores inopes in nullo pretio 204.d
amatoriarũ oblectationum etiam ipſa tentatio iuuat 559. a
amazonis haſtę innitẽtis celebris effigies 588.d
in re ambigua quid faciat vir prudẽs.886.a & ſ.
ſuper ſimplici lapide amethyſto diis immolatio 395. a
amicitia & voluntatũ coniunctio res omnium maxima & præſtantiſſima 548.c amicitia quo in pretio apud Scythas 614.c ad amicitiam confirmandam ſanguinis & acinacis vſus 642.d amicitiæ dignitas, vires, à 611 ad 642. amicitiæ proditoribus nihil iniuſtius 884.c
amictus certo hominũ generi qualis 383 b

amici hoſpitis vxorem non licet aggredi 645.c
amicus nullus verus 945. b
amicos quomodo eligant Scythæ 629 d
amicorum erga amicos gratiæ quales 637.d
amicorum Græcorum paria 617.a & ſeq. 621,a & ſ. 622.c & ſ. 623.c & ſ. 625.c & ſ.
vbi amicorum quiſpiam impellit, recuſare difficile 168.c
amicorum duorum & leonis tumulus 632.d amicus in mare ſe abiiciens vt amicum ſeruet 621. c amicorum Scytharum paria 630. a & ſ. 632.c & 633. d 639. d 641. c amicus leoni ſe obiiciens vt amicum eripiat 632. c ſolum fidum amicum qui vnà cibum capiat & combibat 771. b amici malis non conuenit illudere 121. b
amici maior cura quàm liberorum & vxoris 641. d
ἀμνηστία 532. a
ammonis oraculum ad quid relatum 541. a
duplex amor in animis humanis 1081. d
amoris imperium 98 in arg. amor infandus in Veneris Cnidiæ ſimulacrum 588. c
amoris vtriuſque robur & violentia 511.b
de amoribus & eorum voluptate à 557. ad 586.
amor violentum quiddam & hominibus imperans 71.b
militares amores quanti ſint 992.a
amores maſculi non ab antiquis temporibus depoſcendi 576.a
amphilochi templa, vaticinia 116. c in Mallo 844. b
amphion 907. c
amymones fabula 104. a & ſ. genus ibid.
anacharſis non primus ex Scythia Athenas vſque peregre profectus 340.a
anacharſidis genus 341. d
lacrymæ, præ gaudio, in Toxarim incidentis 341. d
anacharſidis Athenas aduentus, anceps conſilium 341. b. c.
anacharſis ſolus è barbaris initiatus ac ciuitate Athenienſium donatus 344. c
anacharſis in familiaritatem & notitiam ſolonis traditus & receptus 343.c. d 344.a & ſ.
anacreon 396.b 913.d
anacreontis poëtæ lyrici ætas 918. c
anacreontis carmina 1045. a
anaxagoras ſophiſta 36. b
fulmine impetitus à Ioue & cur ibid.
anaxarchus Alexandri paraſitus 774. d
ad ſacram ancoram confugere 1012.c
ancoræ vitreæ 391. a
anchiſæ & veneris amores 87.c
andromedes fabula 110.b
androcles Epicharis filius 1130. a
anemodromi 578. b
ἀνέψιος 1114. a
anguillarum in morem inter digitos elabi 42. c
de anima Platonis rationibus contradicentes Epicurei 837. c
num anima immortalis 552. d
haud vnam eſſe homini animam ibid.
ſitne anima immortalis 791. d
de animæ immortalitate Platonis diſputationes & Xenocratis 109. b
animas nihil eſſe cùm è corporibus exierint, Democriti ſententia 842. a
animus muſcarum immortalis 862. a
animi ornamenta ſyncera & præcipua 5. b
animi ingenioſi comparatio 25. d in libro de animorum immortalitate quid omiſerit Plato 861. d
animantia aduerſus ſitim perdurantia 921. c
ἀνηκμία 898. d
anniceris Cyrenaicus 1085. a
annorum numerus homini conceſſus 305. d
annulus ex ferro de cruce quadam ſumpto 834. ad incantationes ibid. eius virtutes 837. b annuli Romanorum modiis menſurati 129 c annulus Gygis 946. b annulus ſacer loquens 844. b
annorũ numerus ab Ægyptiis inſtitutus 540.c
anteæ regis Scytharum ætas 914. a conflictus cum Philippo ibid.
ἀνθοκρατεῖν 896. a
antigonus, Demetrij filius, Antigoni Luſci nepos, rex Macedoniæ 914. b eius ætas ibid. Antigoni Philippi filij Luſci ætas 914. b conflictus, vulnera ibid. Antigonus filij vxorem adulterio ſtuprans 732. d
antigonus medicus 828.c 829.c
ἀντιλαμβάνομαι 1113. c
antilochus vates apud Cilices 482. a patre Amphiareo ibid.
Antilochi libri 874. b
antimachus poëta 406.d
antiochiæ ciues ingenioſiſſimi 519. d
antiochi Soteris pugna cum Galatis 334.a teſſera 272. b
antiochus nouercæ Stratonicæ amator 732. c
antipatri vita 1086.a
antipatri animus erga Demoſthenem ſi viuum habuiſſet 1088. d
antipatri Iolai filij ætas, potentia 914.c
antiphilus artis Apelleæ æmulus 877. a apellis calumniator ibid. & ſ. de eo vltio ibid.
antipho ſomniorum hiſtrio 403. c
antipodes an ſint 551. b 947. c
ἀντιπεῖσθαι ibid.
ὁ ἀντιπίπτων τῷ λέγοντος 1113. c
antiſthenis lacerna 1015. a
in anubis templum, latronum irruptio, pœna ſecuta 625, c & ſ.
aorna petra Indica 277.d ab Alexandro euerſa 135. d 278.a
aorni montis prærupta 816. c
ἀπαστώδης 533. d
apathia damnata 23. a. b.

Apelli calumnia apud Ptolomæum impoſita 877. a & ſ.
vltio & res ſecutæ ibid.
apri Calydonij tergus vt à Tegeatis aſſeruatur 869. d
ἀφισᾶν, ἀφισάνειν 1113. b
aphrodiſia 990. a
apis Deus apud Ægyptios 187. b
quanti ibid. & 540. d
vnde ſumptus ibid. & ſ.
apollinis exilium ob Cyclopes interfectos 183. a mercenaria opera apud Admetum, apud Laomedontem vnà cum Neptuno 183. a
apollinis iracundia erga proceres Achiuorum 929. d
apollinis falſa vaticinia 81. d
apollinis cum Crœſo ſimultatis & iracundiæ cauſæ 676. b
apollinis oracula inuoluta & obſcura irriſa 682. c 693. a
apollo tentatus à Crœſo 743. b. c
apollinis cultus 744. a
apollo vates 98. a
apollo imberbis 739. c
apollo apud Admetum ſeruiens 674. a
apollo vates & medicus 94. b
apollinis vaticinia in templo Syriæ deæ 1071. a. b
apollinis barbati ſimulacrum 1071 d
malè puerum pingi ibid.
apollodori Chronica 917. a
apollodorus rhetor Pergamenus Cęſaris Auguſti præceptor. 918. a ætas eiuſdē. ibid.
apollonius Tyaneus 476. c
apollonius philoſophus 552. c
ὡς ἀπολίπει τὴν γυναῖκα 1114. c
apologia Socratis & aliorum 783. c
de apophradis vocabulo à 887. ad 900
apophras quid ſit 891. d
aquæ potatio ad vitam longæuam valens 912. d
ad aquæ clepſydram perorantes oratores 204. a in aquam præcipitari pœna parum dextre miniſtrantium 1021. c. d
in aqua ſcribis 231. b per aquam facta renouatio 1122. a aqua in Olympiam deducta 999. b
aquilæ pullorum ad ſolem probatio 218. a
aquilæ viſus 732. a
ara in medio lacu 1074. a
apud arabas fabularum interpretes longæui 912. b è Felice arabia ſpirans aura 393. b terræ arabiæ odor 1070. a
cauam arabiam ſerere 265. c
araneæ Cycladibus inſulis maiores 379. a
arbaces eunuchus in Arſacem educens gladium 732. d
delectis arbitris qui cauſam committit, iiſdem ſtare debet 451. c
homines arborei dicti 382. a. b eorum mortis genus, cibus ibid. b, c egeſtio, mictio, perfoſſio, rei obſcœnæ præſtatio qua parte ibid.
arbores vitreæ, fructus pocula, quæ decerpta & menſis appoſita, vino ſe replent 396. a
arca Deucalionis 1060. c
arca humani generis reliquias ſeruans 511. c
in arcadia nec ſophiſta nec philoſophus 748. c
arcades aſtrologiæ contemptores 544. d
iidem luna ſe antiquiores iactitant ibid.
archelaus phyſicus 916. c
archelaus Tragicus poëta 347. b
archiæ datum mandatum Demoſthenem Antipatro adducendi 1086. c. d
archibius medicus 710. c
archilochus poëta 887. a eius iambi 887. b & ſ.
archimedis factum memorabile 846. c
archiplani 631. a
architectus, Atho montem ad Alexandri imaginem effecturum ſe pollicitus 353. a
architelis viri Areopagitici vxoris viſio. 340. c Dimænete nomine ibid.
archytas Pythagoræ diſcipulus 270. d
in arena & cœno lucta 800. b arenæ vſus & commoda 800. d 801. a
areopagiticum iudicium 47. d
areopagitici ſenatus iudicia qualia 793. d 794. a
areopagitarum mos noctu & in tenebris cauſis cognoſcendis dare operam 312. d
arethuſæ & alphei fabula 101. c & ſ.
arganthonij Tarteſiorum regis ætas 913. d
argo nauis 706. a
argos ſiticuloſum 104. a
argumenti nouitas vincens operis diligẽtiam 334. a
argus toto corpore videns 88. c
argutiæ philoſophicæ 761. d
filum Ariadnes Theſeo datum 303. c chorus Ariadnæ inſtitutus 504. a Ariadne coronam ſtellarum in cœlo habens. 1096. d
ariarathis Cappadocum regis ætas 915. a idem viuus captus & in crucem ſublatus 915. a
arietis cornua Ioui affixa 1098. d aureus aries Thyeſtæ 542. a
arignotus Pythagoricus 839. d
de arione fabula 105. d
arion Leſbius 396. b
ariſtænetus 1039. a
ariſtænetus philoſophus 979. c
ariſtandri de ſomniis præcepta 1125. d idem Telmiſenſis 1126. a
ariſtarchi phalerei imperium 27. b
ariſtarchus exercitus imperator 987. b
ariſteas & mœrichus inuicem alter alterius hæreditatem captantes 127. c & ſ.
ariſtidis iuſtitia & ſanctitas 677. a ariſtidis cognomento Iuſti ſententia 394. c ariſtides iuſtus 885. c Themiſtoclis aduerſarius ibid. neque felle carens, alios amare alios odiſſe ſolitus 885. c ariſtidis incorruptæ mens 1088. a ariſtidis inopia 40. d
ariſtides Mileſiis ſermonibus delinitus. 558. a. ariſtides paraſitus Harmodij 779. d
ariſtippus, Dionyſij paraſitus 774. b
ariſtippi Cyrenæi in inferis auctoritas. 162. a

Aristippus Agasthenis filius 1131.a
aristippus vnguenta olens 143.b
aristobuli Cassandrei ph. ætas 917.b
aristobuli adulatorius liber ab Alexandro in flumen coniectus 352.d 353.a
aristodemus 681.a
aristodemus sceleribus nobilitatus 475.a
aristogiton 1093.d
aristonicus proditor 1089.a
aristophanis Aues 1122.a
aristophanes poëta 385.a
aristophanis & eupolidis, quamuis absurdæ in Socratem comœdiæ, vulgo gratæ 210.a
aristotelis de Demosthene testimonium 1091.a aristotelis fraus erga Alexandrum 133.b
aristoxenus Musicus Nelei patasitus. 774.c.d
aristoxenus Pythagoricæ philosophiæ candidatus 916.b
arius & epius pugiles æquales 399.a
arrianus Epicteti discipulus 474.b
artis definitio 764.d 765.a
artes mechanicas addiscentibus faciliùs ab initio comparantur vitæ necessaria p. 1. 2
illius artis principium non est probabile, cuius non est vna cognitio 773.a
quod arte caret, possidenti non est conducibile 766.b
ars neganda cuius nulla est substantia 773.c
artium effecta, deorum dona sunt 1104.a
arsaces Medorum præfectus quo genere mortis occisus 150.b ab arsace interfecta mulierecula 732.d in eum Eunuchi eductus gladius 732.d
arsacides pulcher 90.d
arsacomæ fides erga amicos à quibus adiutus fuerat 638.d
artabazi regnum, ætas 915.d
artaxerxes alter à Mnemone insidiis petitus à fratre & obtruncatus 915.b.c eius ætas ibid.
artaxerxis Mnemonis mors, ætas 915.b
artemidori de somniis præcepta 1125.d
artemisia Mausoli vxor 147.d
artifices celebres 588.c 589.b & s.
arualia festa 963.a
asandrus nonagenarius nullo inferior equestri & pedestri pugna 915.d rex Bospoti ibid. mors 916.a
asiatica historia agathar chidæ 917.b
asinus Cumanus Æsopi 212.b 1012.d
ex asino conspecto 664.b
quid commercij asino cum lyra 250.b
